LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII

Enarrationes doctiss. atque vtiliss. in XII. Libros

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS.

His accessit

NASCIMBÆNI NASCIMBÆNII, IN PRIOREM P. VIRGILII MARONIS Epopœiæ partem: *id est*, in sex primos Aeneidos libros, erudita admodum & perelegans EXPLANATIO:

Vbi quæ ad Rhetoricam, Poëticamq. facultatem, nec non ad Philosophiam pertinent, quibus vndiq. mirus sese Poëta ostendit, maximè in sententiam Aristotelis & Platonis ita declarantur, vt quæ in XII. libris continentur, facilè intelligi possint.

Præpositis in singulas LECTIONES breuibus Argumentis, & locis propè iam infinitis longè aliter expositis atque posteriores interpretes fecerunt: qui veterum interpretum auctoritatem sequuti, Poëtæ verba perpendere neglexerunt.

NVNC DENVM

Multis mendis, quibus hoc totum Opus scatebat, ademptis,

DVODECIM VIRGILII AENEIDOS LIBRI in LOCOS COMMVNES POST Præfationes positos, non solùm redacti, verùm etiam vndiq. EPITHETA summa diligentiâ collecta, suis substantiuis sunt adiuncta.

INDEX in singuli Authoris commentarios Rerum & Verborum memorabilium vtiliss. vnà cum Allegorijs Platonicis

CHRISTOPHORI LANDINI

in XII. libros Aeneidos Virgilianæ olim conscriptis, in calce Operis est adiectus.

Cum Gratia & Privil. Cæs. Majest.

BASILEAE,

PER SEBASTIANVM HENRICPETRI.

PRVDENTI,

PIETATE, VIRTVTE ET AVTHORITATE

PRÆSTANTI DOMINO

ANDREAE RIFFIO,

celeberrimæ Vrbis

BASIL.

hoc est,

ATHENARVM HELVETIORVM,

SENATORI PRIMARIO,

&

Inclytæ VNIVERSITATIS

ibidem

MECOENATI NVLLI SECVNDO,

Musarum & Palladis alumno,

HOC OPVS VERGILIANVM

nunc primùm

LOCIS COMMVNIBVS

&

EPITHETIS

ex duodecim VERGILII Aeneidos libris, magno labore & studio excerptis, exornatum,

Singularis amoris & amicitiæ ergò

HVLDERICVS FRÖLICH PLAV. & Ciuis BASILIENSIS, Poëtaque laureatus

DAT, DONAT, CONSECRATQVE.

D. GISBERTI LAPPII ELEGIA IN COMMENTARIOS D. LAMBERTI HORTENSII Montfortij, præceptoris sui.

Accipe Chalcidica dignum Germana iuuentus
Lauro opus: huc Musis turba dicata rue.
Et vaga nimbosum conscendant gaudia cœlum.
Buccina dulce canat pectine mota melos.
Munus Idaspaa gratis tibi nobile gemma
Edidit Hollandi gloria magna soli.
Hic tibi Pactolus fuluas effundit arenas:
Huc propera, Musas pectore quisquis amas.
Quisquis & Andini diuina Poëmata vatis
Scire artes toto pectore docte puer:
Aurea quæ cudit tibi Commentaria magnus
Author, & excellens terq́, quaterq́, lege.
Si rectè haud valeas, medicas Epidaurius herbas
Heros vt cures debile corpus, habet:
Atqui hac certa rudi prabet medicamina pubi,
Nodososq́, aperit pagina versa locos.
Adde, tibi varios parit Hortulus vndiq́, flores,
Hinc igitur pleno lilia carpe sinu.
Te merito, Hortensi, blandis spes maxima Musis,
Posteritas dicet Pallade sera satum.
O utinam ingenui lex impolluta pudoris,
Et faueat votis dexter Apollo meis:
Debita quo poßim pracouia reddere laudum
(Ecquis at authori pramia digna ferat?)
Crede mihi, non Nelida facundia magni
Dignè efferre satis commoda tanta queat,
Quanta dabit prima hoc Lectori fronte volumen,
Quos've dabit fructus hoc tibi Lector Opus.
Hunc igitur portum fidum, quicunq́, Poëta
Sensum haurire ardes, nitere adire puer.

AD

AD PHILIPPVM,

INCLYTVM REGEM HISPANIARVM, ANGLIÆ, FRANCIÆ, &c. ARCHIDVCEM AVSTRIAE, DVCEM BVRGVNDIAE, Brabantiæ, Gelriæ, &c. Comitem Flandriæ, Hollandiæ, &c.

LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII in Commentarios suos Proœmium.

CVM Alexander Philippi, Magnus à rerum gestarum magnitudine cognominatus, SERENISS. REX, Ilio, vbi Palladi Iliacæ, & Priamo ad Iouis Hercæi aram sacrificarat, digressus, ad Achillis tumulum, qui etiam tum in Sigęo ostendebatur, peruenisset, fertur ibi sepulchro illius coronæ præcincto, exclamasse: O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem, & laudum tuarum buccinatorem inueneris. Sunt qui id eum exclamasse tradunt, cùm circa illius statuam, vnguēto de more delibutus cucurrisset: ac duplici nomine felicem illum appellasse, & quòd fidum in vita amicum Patroclum, & mortuus Homerum sortitus esset vatem, rerum suarum clasicum præconem. Rectè ille quidem, & prudenter. Nam ita censebat, nisi ars ea & admirabilis spiritus poëtici magnificentia extitisset, idē ille tumulus, qui corpus eius iniecta terra contexerat, nomen etiam breui obruisset. Ille autem, cum gloriæ stimulis ad amplissimas res, quæ apud omnem posteritatem perdurarent, magno & excelso animo gerendas incitaretur, diffidebat eas immortalitati consecratum iri, quamuis multos scriptores præsentes arbitros secum traheret, nisi ab excellenti aliquo vate, qui ad Homericæ maiestatis tubam, & vocis clasicum proximè accederet, si non æquaret, celebratę, posteris commendarentur. Nec fefellit clarissimum Imperatorem sua existimatio. Nam omnium eorum, inter quos fuerunt Ptolemæus & Aristobulus clarissimi, scripta temporum iniuria postea interciderunt. Accidisse autem id opinor, vel quòd, cum in iisdem castris rerum & spectatores, & actores

versarentur, pugnantia prodidissent: vel quòd magnitudinem gestarum rerum, verborum dignitate ac dicendo non æquassent. Certè & nomen & res maximæ è memoria omnium seculorum erasæ interierant, nisi à posteris tum Græcis, tum Latinis scriptoribus, summa facundia, literarũ monumentis proditæ fuissent. Inter hos fuerunt maximè classici apud Græcos, Arrianus & Diodorus: apud Latinos verò, Q. Curtius. Oblato enim prodigio præuiderat (statua Orphei, quæ in Lebetris erat ex cupresso, sub illius accessum multo maduerat sudore) suam expeditionem multum laboris & poëtis & cæteris rerum scriptoribus allaturam. Quorsum hæc? Inter omnia disciplinarũ genera nullum est, quod æquè animos mortalium trahat, verset & afficiat, atq; poëtice. Nam ea nihil sanctius, nihil numine plenius: ac proinde nihil cedro dignius, quodq; tardius, imò minus cariem sentiat, obsolescat'ue, à Deo hominibus datum est. Etenim cùm cæterarum rerũ studia, vt docti ac summi homines tradiderunt, & doctrina & preceptis cõstent: solus poëta natura ipsa valet, & mentis viribus excitatur, & quasi diuino quodam spiritu afflatur. Atq; hæc quidẽ causa fuit, cur Ennius poëtas sanctos appellarit: quòd deorum quasi singulari beneficio & dono mortalibus commendati esse videantur. Hinc Naso, Deo eos afflari, cuius numine agitati incalescãt, nõ vno loco canit: & carmina diuinæ vocis specimen esse. Hinc, quia futura diuino calore accensi vaticinantur, ipsi vates etiã dicuntur. Nulla principibus munera his gratiora sunt, aut magis etiã conueniunt: quorum præconia, vt immortalitati asserantur, horum maiestate illustrantur.

Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri
Noticiam sera posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum lapidemq; vetustas,
Nullaq; res maius tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosti,
Et quisquis contrà vel simul arma tulit.
Quis Thebas, septemq; duces sine carmine nosset?
Et quicquid posthac, quicquid & antè fuit?

Addit ingeniosus Poëta amplius quiddam, quo poëtici spiritus maiestatem augustiorem facit:

Dij quoq; carminibus, si fas est dicere, fiunt:
Tantaq; maiestas ore canentis eget.

Carmine

Carmine diuina oracula pleraque lingua sua natiua prodita sunt, perinde vt Sibylliaca vaticinia. Postremò tantum dignitatis arti accessit, vt poëtarum scripta immortalitati consecraturi, cedrinis tabulis (quod lignum cariem non sentit) inclusa, in Musarũ & Apollinis templo, quos vatibus præsidere creditum fuit, religiosè reponerent. Sed & ipsos vates, tanquam numina quædam venerabantur: Quotq; (inquit) aderant vates, rebar adesse deos. Hinc laurus, cùm ob alia, tũ propter diuinam futurarum rerum præsciam naturam & vim, ipsis poëtis, perinde vt Apollini, dedicata fuit. Quare summi Imperatores, reges, adeoq; tyranni vatum ingenijs delectati, arctissimè eorum non solùm amicitiam coluerunt, verùm etiam in summo ipsos honore habuerunt. Et sanè nemo à Musis est tã alienus, qui non æternum laborum suorum præconium versibus mandari patiatur. Themistoclem Atheniensem, quum ex eo quæreretur, ecquod acroama, cuiúsue vocem omnium libentissimè audiret? respõdisse ferunt, A quo optimè sua virtus prædicaretur. C. Marius ille tot triumphis clarus, etsi durior ad studia humanitatis esset, Archiæ tamen nobilis poëtæ familiaritate hoc libentius vtebatur, quòd à nemine doctius res suas Cimbricas conscribi posse crederet: in quibus laudes tum suæ, tum ipsius P. R. celebrarentur. Quid? Nónne septem clarissimæ Græciæ vrbes certatim Homerum ciuem suum vindicarunt, cùm iam secula aliquot vita defunctus esset:

Smyrna, Chius, Colophon, Salamin, Rhodos, Argos, Athenæ?

Mithridaticum bellum magnum & graue, & alia quæ varia fortuna terra & mari à Lucullo gesta fuerant, L. Plotius elegantissimis versibus expresserat: quàm gratum eum summo ac fortissimo Imperatori fuisse arbitramur? Eundem vatem Marius eximiè dilexerat, quòd existimaret, ea quæ gessisset, immortali præconio celebrari posse. Ennius superiori Africano tam fuit charus, vt mortuus Scipionum sepulchro inferretur. Magnus Pompeius Theophanem Mitylenæum scriptorem rerum suarum, pro concione militum, ciuitate Romana donauit. Quam sanè rem milites, fortes quidem viri, sed rustici tamen, ita magno clamore approbarunt, vt dulcedine quadam gloriæ commoti, eius participes

se crederent. Illud verò multo magis admiratione dignum est, quòd L. Sylla malo poëtæ, à quo in se epigramma conscriptũ esset, de manubijs præmium dari iusserit: & quidem ea conditione, ne quid postea in vniuersum scriberet: sedulitatem poëtæ etiã mali, præmio aliquo dignam iudicans. Quid D. Brutum, summum virum & clarißimum imperatorem, dicam? Nónne Accij, amicißimi hominis, carminib. aditus templorũ ac monumentorũ suorũ frõtispicia exornauit? Transeo ad reges & tyrannos, & eos quidẽ præcipuos, qui diuina ingenia maximè coluerũt. Hiero Syracusanorũ rex, homo supra modũ φιλόκαλος, & studiorũ humanitatis tãtus amator, vt nemo aliꝰ, quoad licuit, Pindarũ Thebanũ, Simonidem Cœum, & Bacchylidem, Lyricorum principes, effusa humanitate fouit. Alexander Homeri adeò studiosus fuisse fertur, vt Iliada rei militaris viaticũ subinde appellaret. Hic cùm Thebas à se captas & iã direptas incẽderet, ab ædib. Pindari religiosè omnẽ vim prohibuit, hoc versu, qui foribus earum inscriptus erat, cõspecto: πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε. Idem antea à Lacedæmonijs, Thebas incendio vastantibus, factitatum ferunt. Arrianus addit, fama se accepisse, tantum regem poëtæ reuerentia motũ, non tantùm ipsius Pindari domũ, verumetiam posteros eius à cæde & incendij strage incolumes seruasse. Hipparchus ille Atheniensis, cùm in suspicionem affectatæ tyrannidis venisset, eã nulla via potiori à se, quàm illustrißimorũ per eam tempestatem Lyricorum poëtarum consuetudine submouit. Acciuit ad se ex Teo, missa ad id pentecontero naui Anacreontẽ: & ex Coo Simonidẽ. His domesticè aliquãdiu vsus, nullo momento conceptam vulgò de se existimationẽ discußit. Quid Domitianus Cæsar? quid Numerianus Cari filius, qui Probo in Imperiũ succeßit? nónne vates suæ ætatis non modò prodiga liberalitate fouerunt, sed honoribus etiam amplißimis prosequuti sunt? Sed Numerianus admirabili candore, tãtaq; integritate cũ Nemesiano & Apollinare illustribus id ætatis poëtis certauit, vt ingenij gloria, polita elegantia orationis, & exculta carminis concinnitate longè eos superarit. At Diuus Augustus, quem cæteris omnibus, cùm propter rerum gestarum amplitudinem, maiestatemq;, nouæ monarchiæ iam tũ à se, positis ciuilibus bellis, constitutę, tum ob doctrinæ laudẽ,

præpositum

præpositum oportuit, quãta beneuolentia, humanitate, fauore, benignitate Vergilium fouit, amplexusq́; fuit? Quem quidem, vt poëtarum principem, & extra omnem aleam positũ, ita adamauit, vt à se eum tristem repulsa nunquã discedere pateretur: nec committeret quicquam à se efflagitari, quod non impetratum auferret. Operum eius adeò fuit studiosus, vt cùm Poëta iam moriens Aeneidos opus cremari iussisset, vnus obstiterit, ne flammis aboleretur. Tantus honos tum ab excelsis & claris viris habitus fuit poëtis. Quare meritò Alexãder in Sigeo astans ad Achillis tumulum, ter quater fœlicem eum prædicasse mihi videtur, quòd Homerum virtutum suarum tibicinem sortitus esset. Possum equidem non minus iusta ratione, hoc ipsum de Aenea affirmare, qui virtutum suarum tam insignem tubam, Maronem, Homero propè parẽ, consequutus sit. Qui quãtum ab isto distet eruditione, artificio, grauitate, heroica deniq; maiestate, tum demum arbitrari licebit, vbi Fabij iudicium de Græco vate, cum censura Domitij Afri de Vergilio, contulerimus. Homerum (inquit) nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit. Idem cautus ac pressus, iucũdus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis, nec poëtica modò, sed oratoria virtute eminentissimus. Namq; vt de laudibus, exhortationibus, cõsolationibusq́; taceã, nónne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur: vel in primo, inter duces illa contentio: vel dictæ in secundo sententiæ, omnes litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem, vel illos mites, vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc authorẽ habuisse fateatur. Agè verò, nónne in sui vtriusq; operis ingressu paucissimis versibus legem procemiorum non dico seruauit, sed constituit? Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præsidere vatibus creditum est; & intẽtum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehensa facit. Narrare verò quis breuius, quàm qui mortem nunciat Patrocli? quis significantius potest, quàm qui Curetũ Aetolorumq́; prælium exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum, & argumenta, cæteraq́; probandi & refutandi sunt ita multa, vt etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc Poëta pe-

ta petant. Nam & epilogus quidem quis vnquam poterit, illis rogantis Achillem Priami precibus æquari? Quid? in verbis, sententijs, figuris, dispositione totius Operis, nónne humani ingenij modum excessit? vt magni sit viri, virtutes eius non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verùm hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit, Heroicos tamen præcipuè: videlicet quia clarissima in materia similis comparatio est. Atque hoc quidem iudicium Quintiliani est de Homero. Iam verò, quemadmodũ ab hoc apud Græcos auspicatissimũ, sic apud nos à Vergilio fœlicissimum ducitur exordium: quòd citra controuersiam ad illum, omnium tum Græcorum, tum Latinorũ poëtarum, eius quidem generis, proximè accedat. Domitius Afer, cùm à Quintiliano, iam tum admodũ adhuc adolescente, censuram suã interrogaretur, ecquem poëtarum Homero proximũ iudicaret? Secundus, inquit, est Virgilius: proprior tamen primo, quàm tertio. Et profectò in hoc eò plus inest diligentiæ, quò magis ipsi laborandum fuit, vt, quemadmodũ ad Homericæ maiestatis præcellentiam proximè accedere conabatur, ita à nullo vnquã vinceretur. In huius itaq; Poëtæ duodecim libros Aeneidos, Cõmentarios post Seruiũ & alios, SERENISS. REX scribere ausus sum: non eo quidem mehercle consilio, vt cornicum oculos configam, vt in prouerbio est: sed vt illorũ sedulitati ac diligentiæ aliquid additamenti ex nostro labore accedat, quo tantus vates illustretur, simul vt studiosi fruãtur nostra opera, quam ego in hoc authore meis auditoribus enarrando posuerim. Fateor non omnia à nobis annotata, quæ dici possent. Sed quis est, qui id se præstaturum confidat? Tanta enim Poëtæ est eruditio, tanta antiquarum rerũ cognitio, tanta in verbis proprietas, tantum orationum artificium, vt summi ingenij sit, eius eminentiam admirari, nedum intelligere.

Itaq; has nostras tibi lucubrationes consecramus, Siculis, Cõsentinis & Tarentinis quidem scriptas: sed quæ tamen iudicium Persij aut Lælij non reformident.

Vale.

ALOYSIO ATESTIO
PRINCIPI, ET S. R. E. CARDINALI,
NASCIMBÆNVS NASCIMBÆNIVS S. D. P.

NVLLI mortalium, qui de litteris rectè iu-
dicare, & copiosè disputare possit, dubium
est, ALOYSI PRINCEPS, & Car-
dinalis amplissime, duo esse totius humani-
tatis, atque adeò omnium ferè artium valde
præcipua membra: poëticam facultatem,
& copiam dicendi, quam φραστικὴν Græci, La-
tini eloquentiam appellant. His enim dua-
bus rebus quidquid naturæ, aut arti inest,
egregiè imitari, & elegantissimè explicare,
ac propterea rerum maximarũ munera obire, & quicquid in illis exi-
stit grauissimi oneris suscipere, ac sustinere vnusquisque potest, & sanè
cùm homo tantum sapere, quantũ verbis, & dicendi ratione comple-
cti, eoque cæteris hominib. præstare videatur, quò rectiùs, elegantiusque
loqui potest, facilè intelligimus, quantum non modò diligentiæ, verũ
etiam honoris his artibus debendũ sit: quibus solis quantum ingenij,
ac iudicij viribus, necnon doctrinæ præstantia pollemus, non solùm
ipsi nobis conscij esse, sed alijs etiam omnib. planum facere possimus.
Quod si nescitur adhuc quantũ eloquentia, dicendique facultas valeat,
hinc planè liceat intelligi, quod multi doctrinæ, disciplinarumque igna-
ri, orationis vbertate, & elegantia, eruditionis sæpè fructum tulerunt:
& docti sapientiaque præditissimi homines orationis angustia, & de-
formitate, omnium imperitiss. habiti fuerunt, nec cùm ea, quæ noue-
rint, explicare nescirent, nominis, aut gloriæ splendore illustrari vnquã
potuerunt: sed obscuri in hominum ignoratione versati sunt, & perin-
de ac nati nunquam fuissent, perpetuæ obliuioni iacuerunt. Ac illæ
quidem artes, si in aliquibus alijs laudabiles vnquam fuerunt, in Vir-
gilio certè admirabiles extitêre. Nam quid ille vnquam maximi vir in-
genij seu mutum, aut ratione atque oratione præditum, seu animæ, ratio-
nis, orationisque, expers, describendum, imitandumque sumpsit, cuius na
turam, formam, habitumque perappositis verbis non expresserit, & co-
piosa, eleganti que oratione non illustrauerit? Scripsêre (scio) plerique alij
ex posterioribus in Virgilium, acuti illi quidem, & docti viri, verùm
ita, vt aliorum potius opiniones retulisse, quam sepositi, atque reducti
aliquid deprompsisse videantur. Sed ne veteres illi quidẽ interpretes,
quibus nostra ætas tãtopere tribuit, vt nihil illis habeat doctius, tales
extitêre, vt viam industriæ posteris præcluserint: quin etiã triuialia se-
cuti, fabulas, & historias longo verborũ circuitu explicare, aut verba
verbis

verbis pueriliter reddere conati sunt. Atque vtinam in ea re ita oculati fuissent, vt sæpe non cæcutirent. Quæ verò erant artis (in qua præcipuè elaborandum fuerat) quasi ad rem non facerent, vel parum profutura essent, alijs reliquerunt, aut si quid reuera attigerunt, illud tam siccè, & ieiunè tractarunt, vt neglectum potius, quàm tractatum ab eis esse videatur. Quamobrem ipse quoque experiri volui, an alio quàm hactenus alij fecerunt, interpretandi genere vti possem, quod maiorem bonarum artium studiosis intelligentiæ lucem afferret, & quo Virgilij ipsius maiestas, eruditionisque præstantia clarius, splendidiusque cluesceret. Itaque quicquid erat cùm poëticæ, tum rhetoricæ artis, aut philosophiæ maximè cognitu dignũ, quod ex hoc diuino Maronis poëmate depromi posse videretur, illud totum (opinor) in hæc commentaria contulimus. Taceo quod alia plura cùm ex Græcis, tùm ex Latinis poëtis, quæ Virgilius passim imitatus est, hemistichia, atque integra etiam carmina retteximus, quæ nec Macrobius retulit, nec alij post illum interpretes animaduerterunt. Postremò loca non parum multa, quæ ab alijs, quicunque in poëtam cõmentaria ediderunt, negligenter, ac parum curiosè perpensa, ac perperam declarata fuerunt, nos, adhibita quantum opus fuerat (ni fallor) diligentia plenius, rectiusque (absit arrogantia) quàm hucusque fuerint, explanauimus. Quid profecerim, ignoro; vtinam plurimũ. Sed tu princeps melius: qui ingenij acumine, & grauitate iudicij polles, iudicabis: in cuius nomen velim hæ nostræ, qualescunque sunt, lucubrationes appareant. Accipies igitur hoc munus, paruum illud quidem, nec tanto cum splendore virtutis, nobilitatisque tuæ, nec cum studijs, maximisque in me beneficijs tuis conferendum: verumtamen vti ea semper animi magnitudine fuisti, vt ad dandum, quàm ad accipiendum promptior esse, & à nullo vnquàm mortalium superari volueris, sic ea te semper ingenij benignitate cognoui, vt in accipiendis muneribus, nullius vnquam fortunæ, aut ingenij tenuitatem, tanquã amplitudine tua indignam contempseris. Quamobrem huic tantæ humanitati tuę cùm satisfieri à me nullo modo possit, tamen satis me fecisse tibi arbitrator, si tu hos meos Commentarios ita complexus fueris, vt inde obseruantiam, animique erga te mei propensionem tibi gratam fuisse intelligam. Vale.

Patauij ex Musæo nostro VI. Idus Iulij.

M. D. LXX.

VITA PVB. VERGILII MARONIS, EX PETRO CRINITO DE POETIS LATINIS LIB. III.

P. Vergilius Maro natalem suum habuit Idibus Octobris, M. Crasso & Cn. Pompeio Coss. Quæ res probatur cùm veterum monumentis, tum versibus illis Valerij Martialis:

Maiæ Mercurium creastis idus,
Augustis redit idibus Diana,
Octobres Maro consecrauit idus.

Natus est in vico Andæ, qui non longè abest ab vrbe Mantua: ob idq; vates Andinus à Silio Italico appellatur. Modicis facultatibus, peneq; exiguis primam ætatem trãsegit. deinde cùm tempus aduentasset capiendæ eruditionis, optimis præceptoribus atq; eruditis operam dedit: idq; effecit varijs ac diuersis vrbibus. nam Cremonæ primùm, deinceps Mediolani, ac postremò Neapoli ingenium suum magna diligentia exercuit, & incredibili studio: maximeq; Orbilium & Scribonium Aphrodisium audiuit, à quibus maturè est instructus. Traditum est à veteribus, eodem die poëtam Vergilium induisse virilem togam, quo T. Lucretius in fata concessit. Adeò insignis modestia & verecundus moribus dicitur fuisse, vt vulgò appellatus sit Parthenias: quod, præter alios multos, etiam poëta Ausonius testatur, in epistola ad Paulinum. De poëmatis ipsius minimè oportet hoc loco pluribus agere, cùm Seruius grammaticus & alij plures, diligenter de his scripserint, tradentes, quæ sint ad hunc ipsum referenda, quibusq; temporibus composita. Idem Seruius octo opuscula pro Vergilianis enumerat: hoc est, Cyrin, Aetnam, Culicem, Catalecton, Priapeia, (de quibus inter Grammaticos non satis adhuc certis argumentis constat) Copàm, Epigrammata, & Diras. In Bucolicis Theocritum poëtam est imitatus: in Georgicis Hesiodum, quem sine vlla controuersia longè superauit. In ipsa Aeneide sequutus est ex authoribus Græcis Parthenium, Pisandrum Rhodium, & in primis Homerum. Ex Latinis, Q. Ennium, Liuium Andronicum, T. Lucretium, & alios complures: quod ipsum cùm alij permulti aduotarunt, tum præcipuè Macrobius. Octauius Cæsar (qui tum optimis auspicijs Imperium orbis terrarum gubernauit, & in poëtica facultate excelluit) maxima voluptate tenebatur in legendis atq; audiendis Vergilij carminibus. Quocirca epistolas ad eum mittere consueuit, plenas officij atq; beneuolentiæ: neq; ab re futurum est, apponere particulam epistolæ Vergilij, in qua respondet Octauio principi, vt Symmachus testatur: De Aenea quidem meo (inquit) si meherclè iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem: sed tantum inchoata res est, vt penè vitio mentis tãtum opus aggressus mihi videar: cùm præsertim, vt scis, alia quoq; studia ad id opus, multoq; priora impartiar. Quibus verbis facilè possumus intelligere, quantum laboris atq; vigiliarum posuerit Vergilius in hoc opere absoluendo. Statius Papinius, & Silius Italicus, ita Vergilij poëmata admirati sunt, vt nihil præterea se dicant magis cupere, quàm posse imitari aliqua ex parte maiestatem Vergiliani carminis. Fabius Quintilianus (cũ de poëtis Latinis loquitur) Maronem ipsum longè omnium principem cõstituit, quem cæteri maximo interuallo subsequantur. Quod etiam Domitius Apher existimauit, qui eum post Homerum fecit secundum, sed magis primo proximum quàm tertio. Neq; defuerunt apud veteres, qui tam peruerso ingenio fuerunt, tamq; absurdo, vt reprehendere ipsum Vergilium non dubitarint, & in omni poëtica elegantia ineptum dicere. Carbilius quidem grammaticus librum composuit de Vergilianis erroribus, cui titulus fuit Aeneidomastix. alij præterea complures, furta eius colligentes, vt imperitum furem accusarunt: de quibus multa scribuntur apud Macrobium in Saturnalibus. Cæsar Caligula nihil veritus est affirmare, nullo ingenio, nullaq; doctrina fuisse Vergilium: itaque paulò abfuit (vt Suetonius refert) quò minus ex omnibus biblio-

thecis scripta & imagines eius aboleret. Qui verò summa eruditione præstant, & in exploranda atq; censenda antiquitate excellunt, eam dicunt esse maximam laudem, præcipuamq; gloriam Vergilij, vt nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur. Vulgatum est, cautum ab eo esse testamento, vt hoc opus Aeneidos cremaretur, velut imperfectum atq; inemendatum. Qua in re apponemus eos versus, qui referuntur ab antiquis grammaticis in Octauium Augustum:

Ergóne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur Musa Maronis
Ah scelus indignum: soluetur littera diues,
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo, dignumq; operis seruare decorem
Noster Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ:
Liber & alma Ceres succurrite: Vester in armis
Miles erat, vester docilis per rura colonus,
Nam docuit quid ver ageret, quid verteret æstas,
Quid daret autumnus, quid bruma nouissima ferret:
Arua reformauit, sociauit vitibus vlmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit vt pereant? ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides: suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parère necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies, supremaq; iussa parentis
Amittant vigilasse suum: si fortè furenti
Errauit in morte dolor, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens cæca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere voces,
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ.
Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses,
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per lustra loquaces
Tendite, & ardentes ignes fluuialibus vndis
Mergite, ne pereat tam clari Musa poëtæ,
Flammaq; vanescat, Viuat Maro doctus in vrbem,
Ingratusq; sibi: sed quod malè iusserat ipse,
Sit voluisse meum. Sacer est post tempora vitæ,
Sicq; erit æternum, tota resonante Camœna
Carmen, & imperij diui sub numine viuat,
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

Inter præcipuos amicos coluit Asinium Pollionem, Cornelium Gallum, Quintilium Varum, Horatium Flaccum, & Mecœnatem. Octauio principi adeò acceptus fuit ob singularem modestiam, atq; cæteras virtutes, vt relatum sit, nihil fuisse illi vnquam denegatum. Scribit Cornelius Tacitus, eundem Vergilium in maximo honore habitum ab vniuerso populo Romano: & assurrexisse illi, auditis versibus, in theatro præsentemq; Vergilium, atq; spectantem, pari veneratione obseruasse, atq; Octauium Cæsarem. Traditum est, habitasse in Esquilijs, secundum Mecœnatis hortos: sæpeq; in Campaniam solitum discedere, ad animum atq; ingenium recreandum, quò inchoatis à se operibus liberius loci amœnitate operam nauaret. Helius Melissus grammaticus excellens (qui commentarios de loquendi proprietate composuit) refert, Vergilium fuisse paulo tardiorem in loquendo, peneq; indoctum & agrestem. Quæ dicta sunt de illius dicterijs cum Cæsare Augusto, deq; contentionibus cum Cornificio grammatico, & appensis

pensis carminibus Palatinis valuis: ea neq; refellere hoc loco, neq; adscribere in animo est. Tarenti perijt, vt Seruius refert: vt alij volunt, Brundusij, contracta ægritudine ex itinere ad visendum Metapontum, propter calores ac nimios æstus. Paulò pòst delatum est ipsius cadauer Neapolim, ibiq; sepultus Vergilius, addito hoc carmine:

Mantua me genuit, Calabri rapuêre. tenet me
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Quod etiam notatum est ab Eusebio in Annalibus. Deplorarunt eiusdem obitum complures alij, & inter cæteros Cornelius Gallus ad Augustum Cæsarem:

Temporibus lætis tristamur maxime Cæsar,
Hoc vno amisso, quem gemo Vergilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
In quibus Aeneam condidit ore sacro.
Roma rogat, totus precibus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atq; iterum Troiam, sed maior flamma cremabit:
Fac laudes Italûm, fac tua facta legi.
Aeneamq; suum fac maior nuncius ornet:
Plus fatis possunt Cæsaris ora dei.

De effigie ipsius, & cæteris animi virtutibus, permulta scribuntur à nostris grammaticis: quæ prætermittimus, studio instituta breuitatis.

VITAE VERGILII FINIS.

DE OPERIS ÆNEIDOS DIGNITATE, philosophia, & laude Poëtæ.

RERVM natura in Aeneide, ceu corpore quodam ad id cõcinnato, se conclusisse videtur. Nam quæ in diuersis separatim alia excellunt, ea apud Maronem vniuersa ita sunt eximia, ita illustria, vt in dubium olim vocarint quidam, ex Cicerone'ne, an Vergilio, plus eruditionis ad veram eloquentiam quis perceperit. Certè omnia dicẽdi genera simul in hoc vno sunt expressa. Modò enim torrentibus hybernis similis, plenis, adeoq; ripas excurrentibus alueis fluit: modò siccus & circũcisus, tenuis rursum ac breuis: idem lucul&etus & floridus, lasciuit & luxuriatur, cùm videtur. At Cicero in vno tantùm dicendi genere copioso, limato & emuncto, in quo nihil inane aut redundans est, dominatur. Iam verò quàm multifaria studiorum omne genus eruditio in illo elucet? Quàm exacta iuris pontificij cognitio? vt si huic vni studiorum suorum omnium rationẽ impendisset, nõ potuerit fuisse absolutior: qui ipsos pontifices, quos alioqui de suo iure & religione publicè cõsulere mos erat, superauerit. Testãtur id ritus diuersi, quos in sacrificiorum hostiarũq; rationibus accuratissimè obseruauit. Sed & vocũ proprietas in sacrificantibus quanta cura expressa est? Neq; verò tantum curæ fuit, domesticam solùm sacrorum cõsuetudinem, sed etiam externam doctrinam, vt de ara Apollinis γενήτορος, & similibus, celebrare. Iuris ciuilis scientiam prętereo: in qua citra controuersiam suę ętatis iureconsultos omnes ęquauit. Quin & Hetruscorum, Tuscorum, Oscorumq; disciplinam, & vetusta Romanorum iura, & inter ea XII. Tab. ll. quàm diligenter edidicerit, nusquam non commonstrant exempla. Porrò augurum, quorum peculiare collegium institutum erat, ius, quis perfectius caluit? qua sola scientia nominis sui gloriam illustrare posset. Quanta Gręcarum literarum peritia? Quàm multa dissimulanter è fontibus puris hausit? Rursum, quàm eruditè iuxtà, & ex professo nonnulla, & aptè è classicis Gręcorum in suum vsum deriuauit?

riuanit? vt non aliunde accersita, sed natiua reddidisse videatur. De philosophia autem non est cur prolixus sermo instituatur. Nam Aeneis, si ἀσκαρδαμυκτὶ à capite ad calcem vsq; spectetur, quid porrò aliud est, quàm ipsa philosophia, pictis historiæ aulæis velata? Sed de hac parte paulò mox copiosius, cum de scopo authoris dicemus. Ecquis veterum in astrorum scientia hunc superauit? Quis pharmaceutriam, & quartum Aeneidos æquilibrio trutinat, quis porrò est, qui Magiam illam naturalem, quam occultæ philosophiæ lōgè pulcherrimam partem quidam vocant, in Poëta nō admiretur? Quid antiquarum rerum, quid historiarum hunc fugit? Nam Cosmographiæ peritiam, Matheseos & Geometriæ scientiam: vel nobis tacentibus, satis loquitur Aeneæ nauigatio in tertio. Hinc enim è Delo in Cretam soluens Anchises, cùm spacium *XXIX.* milium Germanicorum, aut circiter, quod inter vtramq; insulam medium est, vellet proponere, non'ne ita bidui nauigatione id emensus est, vt

Tertia lux classem Cretæis sistat in oris?

Vt nunc rei rusticæ scientiam, vt herbarum, lapidum, animantium, fabularum, ipsiusq; adeò rerum naturę, quam Gręci *φυσικὴν* nominant, peritiā mittamus: non'ne perfectum oratorē in omnibus suis libris se profitetur? Quis perfectius aut artificiosius orditur? quis narrat breuiùs? aut argumētatur dēsius? quis acutius? quis refutat grauius? quis concludit aptius in omnibus orationibus, ne exempla huc adducantur? In petitionibus quid potest esse cōcisius, vbi locus breuitatem postulare videtur? In suasorijs, hūc superauit nemo: in expostulationibus, consolationibus ita admirabilis mihi videtur, vt in quibusdam Homero sit superior. Quæ oratio (vt vnum exemplum è multis in medium adducatur) ad persuadēdum potest excogitari accommodatior, & quæ artificiosius tractetur, quàm ea est, quam Sinoni attribuit in secundo? In affectibus concitādis, similitudinibus, amplificationibus, humani ingenij modum excedit. Creber figuris, densus expolitionibus, exornationibus, *οἴκτοις καὶ δεινώσεσι* propè inimitabilis. Iam verò, vt insurgit hyperbolis, vt concludit epiphonematis, vt exaggerationibus & aposiopesibus lectorē vndiq; agit & incendit? Ita copiosus alibi, vt nihil redūdet. Rursus ita breuis est, cùm videtur, vt oratio neque cruda sit, neque hiulca. In imitando Homero, interdum nimius, nonnūquam oneri cedit, & archetypo suo palmam donat: rursus, alicubi par, modò multis partibus superior. Nam ita acriter ingenij aciē in illum intendit, vt non solùm eius magnitudinem, sed humilitatē sit imitatus. Hinc illæ inter heroas conflictationes verborū, deorum conciones, affectuum concitationes, exaggerationes collationum, & torrētes verborum in perorando. Quid illud? vt quibusdam illius vitijs æmulandis sit delectatus? quid, quibusdam epithetis? Sed hæc ad amussim omnia operosa diligentiā prosequi, infiniti laboris foret. Stylus modò maturus ac grauis: rursum remissior. iam ardēs, erectus, concitatus: vt decem rhetores, qui vna tempestate in diuerso dicendi genere Athenis claruerint, se in vno Marone miscuisse videantur. Porrò quos Græcorum coryphæos imitatus est, eos modò æquat, modò longo interuallo post se reliquit: at in paucis admodum inferior. Verùm hæc hactenus.

QVIS SIT SCOPVS ÆNEIDOS, SI AD *philosophiam referatur ἀλληγορικῶς.*

ETSI non ignorem, historiam extra scripturam ad allegoriam detorqueri non posse, nec debere, propterea quòd tropū non contineat, neq; quicquam præter rem gestam per similitudinē adumbret: petuntur tamen nonnunquam inde exempla, quę pro commodo summorum ingeniorum ita tractantur, vt aliud quiddam,

affictis

afflictis nonnullis pro arbitrio scriptoris, per similitudinē, spectent. Huius generis sunt, Labores Herculei, Odyssea Homeri, historiæ & genealogiæ deorum, quas fabularum inuolucris obscurarunt. Talis extra controuersiam est Aeneis. nam in Aenea, vnde nomen Operi inditum est, proponitur tolerātissimi, & (vt planius ac melius dicam) fortissimi principis, in rebus aduersis, simulachrum, & qui contrà in secundis minimè insolescat, sed animum gerat moderatum: qualis describitur ab Horatio in secundo Odarum, qui

Sperat infestis, metuit secundis, Alteram sortem.——

Identidem apud pectus bene præparatum reputans, Iouem informes hyemes reducere, & eundem eas summouere. neque verò, si nunc malè sit, olim quoque sic futurum. Hunc virum principem talem fingit, qualem Homerus Iliad. β. requirit:

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Si Aeneidos opus ἀσκαρδαμυκτὶ obtuearis, quanta cura vbique decorum personæ huius in Aenea obseruauit? Reliquis solicitudine & laboribus lassis, & ob id altum totas noctes stertētibus, ipse sub lucem, vno comite Achate ascito, explorat loca: conscendit montem, si naufragos, si amissos vsquam in prospectu videat:

Spem vultu simulat, premit alto corde dolorem.

Venatur, de victu suorum solicitus, diuidit vina: cōfirmat fractos aduersis rebus animos, consolando, ostendendo, promittendoq́; in posterū meliora. Obiurgat amanter: hortatur grauiter. Deniq; nullum officium laudati principis, si pietatē in deos, parētes, liberos, vxorem, ciues, sociosq́; spectes, prætermittit. Iam verò nullum laborem quamuis durū grauatur suscipere, quò suos ad destinatam fatis sedem traducat. Quòd si tropum totius Operis, qui haud dubiè scopus authoris fuit, æquilibrio expendamus, profectò multo pulcherrimam, longeq́; sanctissimam philosophiæ partem in eo comperiemus. Etenim quid sibi vult Aeneæ nauigatio aliud, quid tempestatum, naufragiorum, iactationum itē descriptiones, quàm fluctus & procellas humanarum miseriarum, quibus in hoc Oceano malorum tā diu iactamur: donec ad originem suam animus: hoc est, cœlestem patriam, quæ nostrum verum Latium est, peruenerit? Verùm priusquam quieta illa, sed optata diu sedes cōtingat, animus ille diuinus corpori immersus, peccati originis caligine obscuratus, interim in vitiorum Syrtibus, amisso diuini spiritus clauo, antennis & velis naufragium subinde fœdum facit: luxui & voluptatibus indulget, denique in totum sui oblitus obbrutescit. Hoc mihi signare videtur conuiuium Didonis, in quo spumantes pateræ impigrè desiccantur: explentur Troiani voluptatum omni genere. ruit Aeneas, originem suam oblitus, in libidinem & carnis illecebras: abiecta Italiæ cura, totus Carthaginēsium rebus intētus. Hæ carnis & mundi sunt illecebræ, hæ nassæ, quibus captus animus, ad contemplationē hierarchiæ cœlestis, quæ nostra Italia est, se nequit attollere: nisi diuini spiritus afflatu illustratus, abdicatis vitijs tandem ad se redeat. Atq; hic quidem verus ille Mercurius est, à Ioue ad Aeneam Carthaginem demissus: cuius oraculo resipiscit, & totum se ad capessendam Italiam conuertit. Quo iam confirmatus, nullis vitiorū arietibus expugnatur, sed Ithacensium exemplo & cantus, & lenocinia Sirenum surda aure prætern auigat pariter & contemnit. Id autem graphicè in Didone, à destinato proficiscendi consilio Aeneam auocare conante expressit. Quantū gaudij, quantus conscientiæ plausus, relicta Carthagine oboritur? Hinc ludi, hinc certamina ad Anchisæ tumulum eduntur. Porrò ad inferos descendere, quid aliud est, quàm ad vitiorum θεωρίαν se conuertere: vt eorum deformitate animaduersa, resipiscat, &

metamorphosi quadam in alium hominem trãsformetur. Quoniam autem vitiorum formas, citra diuini spiritus opem contemplari vehemẽter periculosum est, tantum abest vt prosit: Aeneæ, vt viro sapienti, Sibylla adiungitur: hoc est, spiritus (rationem Philosophi vocant) cuius ductu & auspicijs ad illa contemplanda descendit. Arguit hoc ipsum etymon vocis Sibyllæ, dictę ἀπὸ τῆς βουλῆς τοῦ διός, σιοῦ βουλῆς, αἰολικῶς. Hæc vitiorum, hæc damnatorum, hæc quæ illa sequuntur, pœnarum nomina ostendit. Quibus statim opponit Elysium: vbi virtutis præmia, ipsamque adeò virtutem viro commendat. Monstrat omnis generis virtutum exẽpla, quibus ad eas capessendas forti animo, accẽdatur. Sed de his in sexto copiosiùs disseremus. Hic patris voce, tãquam numinis alicuius oraculo præmia virtutis, quę post hanc vitam fortes viros manent, edoctus, infracto animo bellum aduersus Hetruscos, Rutulos, & alios: hoc est, cum mundo, carne, & communi omnium mortaliũ hoste gerit: donec ad postremum cæso Turno, victor tot bellis euadit, & vitã defunctus in indigetem transformatur. Verùm hæc, fabulis, historijs, allusionibus, descriptionibus rerum, locorum, temporum, personarum, ad delectãdum partim, partim ad amplificãdum, ornandum, tum autem multifaria passim eruditione mirum in modum illustrantur. Qui inter legendum nõ supinus hunc scopum inconniuenter obtuetur, mirum ni militis Christiani (vt fas sit ita dicere) aut certè principis fortissimi ac verè philosophi simulachrum perspiciat. Sed infiniti operis, ne dicam operosę cuiusdam diligentię fuerit fortasse, hęc nimis exactè, & ad amussim persequi: imò ineptum, ad tropum omnia trahere. Quare de consilio & Operis dispositione nunc instituatur oratio.

CONSILIVM, ET DISPOSItio Operis.

MARO originem & vetustatem P. R. celebraturus, Aeneam, ad quẽ ea gens omnium propè scriptorum consensu principium suum refert, Troia capta profugum in Italiam, cum magna suorum manu, deducit: prępostero ordine ab Homero quidem, sed planè necessario. Hic enim coniuratam in exitium Troiæ Græciam carmine illustraturus, res eius circa catastrophen belli vario euentu gestas, *XXIIII.* libris absoluit. Inde Græcis, diuersis itineribus patriam mari repetentibus, cùm Vlyssis casum & iactationem vellet persequi, in eo hoc ipsum exemplum proposuit, quod Maro in Aenea suo fœlicissimè imitatus est. E diuersò, cùm exciso Ilio Troiani deorum augurijs acti, sedes exteras quærerẽt, iamq; Italiam tenerẽt, bellum prius magnũ illic gesserunt, quàm terra potirentur. Itaq; errores Aeneæ recto ac conueniẽti ordine, bello prius exponit noster Poëta. Quoniam autem Homerus hanc legẽ scriptoribus primus tulit, vt à medio Operis narrationis exordium duceretur: eam nõ minus studiosè Vergilius obseruauit, quàm is à quo sancita fuit. Etenim vt ille Odysseam à necessitudine Vlyssis cum Calypso, & Iliada à causa cõtrouersiarum & certaminis inter duces, (inciderunt illa in finem belli) ita hic Aeneida à portu Siculo, vnde soluũt Troiani, auspicatur. Capta iam Troia, ex Antandro, quæ Mysiæ est contra Assum promont. in Thraciam pellitur Aeneas: inde in Delum nauigat, hinc, per errorem, Cretam petit: vbi condita vrbe, oraculi monitu, soluto portu, in Strophadas venit. Inde Leucaten appellitur. hic voto soluto Ioui, Butrotũ defertur. Quo loco præter expectationem Helenum & Andromachen, quondam Hectoris vxorem, regno Pyrrhi potitos offendit. Ab Heleno hic, quæ fugienda, sequendaq;, edoctus, transmittit in eam Italię partem, quæ quondam Magna Græcia fuit appellata. Hic soluens, in Cyclopum terram, non procul ab Aetna Siciliæ, adnauigat. Noctem, non plus vnam hic commoratus, trepidè

rursus cõscensis nauibus, omnem eam insulæ oram circumnauigat, quæ austro & zephyro obuersa est: donec tandem in portum Drepani; vbi Anchises fato defungitur, secundo cursu defertur. Itaq; hinc Poëta deducturus in propinquam Italiam, Troianos, ostendit quàm fœda tẽpestas coorta sit, qua recto ab incœpto cursu Carthaginem fuerũt disiecti, & ad Didonis hospitium naufragio peruenerũt. Hinc narrationis totius Operis exordiũ ducit: quemadmodum Græcus vates ab aduentu Chrysæ sacerdotis, in castra Græcorum auro ingenti filiam ab rege Agamemnone redempturi.

QVO ARTIFICIO AENEIS AD EXEMplar Iliad. & Odyss. Homerica effigiata est, ex Macrobij Saturnal. Lib. 5. cap. 2.

IAM verò Aeneis ipsa, nónne ab Homero mutuata est, errorẽ primùm ex Odyssea, deinde ex Iliade pugnas? etsi operis ordinẽ necessariò mutauit, cùm apud Homerum prius Iliacum bellum gestũ sit, deinde reuertẽti de Troia error contigerit Vlyssi: apud Maronem verò Aeneæ nauigatio, bella, quæ postea in Italia sunt gesta præcesserit. Rursus Homerus in primo, cùm vellet iniquum Græcis Apollinem facere, causam struxit de sacerdotis iniuria. Hic vt Troianis Iunonem faceret infestam, causarum sibi congeriem comparauit. Nec illud cum cura magna relaturus sum, licet (vt existimo) nõ omnibus obseruatum, quod cùm primo versu promisisset, producturum sese de Troiæ littoribus Aeneam:

—Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora:

vbi ad ianuam narrandi venit, Aeneæ classem non de Troia, sed de Sicilia producit:

Vix è conspectu Siculæ telluris, in altum
Vela dabant læti.—

Quod totũ Homericis filis texuit. Ipse enim vitans in poëmate historicorum similitudinem, quibus lex est, incipere ab initio rerum, & cõtinuam narrationem ad finem vsq; perducere: poëtica disciplina à rerum medio cœpit, & ad initium pòst reuersus est. Ergo Vlyssis errorem nõ incipit à Troiano littore describere, sed facit eũ primo nauigantẽ de insula Calypsonis, & ex persona sua perducit ad Phæacas. Illic in conuiuio regis Alcinoi narrat ipse, quẽadmodum de Troia ad Calypsonem vsq; peruenerit. Post Phæacas, Vlyssis nauigationem vsq; ad Ithacam ex persona propria poëta describit. Quem sequutus Maro Aeneam de Sicilia producit: cuius nauigationem describẽdo, producit ad Libyam. Illic in conuiuio Didonis narrat ipse Aeneas vsq; ad Siciliam de Troia nauigationem suam: & addit vno versu,

Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.

Post Africam quoq;, rursus Poëta ex persona sua, iter classis vsq; ad ipsam describit Italiam:

Interea medium Aeneas iam classe tenebat,
Certus iter.—

Quid? quòd & omne opus Vergilianũ, veluti de quodam Homerici operis speculo formatũ est? Nam & tempestas mira imitatione descripta est. Versus vtriusq;, qui volet, conferat. Vt Venus in Nausicaæ locũ Alcinoi filiæ successit? Ipsa autem Dido refert speciem Alcinoi, conuiuium celebrãtis. Scylla quoq; & Charybdis, & Circe decenter attingitur: & pro Solis armentis, Strophades insulæ finguntur. At pro consalutatione inferorũ, descensus ad eos, cũ comitatu sacerdotis inducitur. Ibi Palinurus, Elpenori: sed & infesto Aiaci, infesta Dido: & Tiresiæ consilijs Anchisæ monita respondent. Iam prælia

Iliadis, & vulnerum non sine disciplinæ perfectione descriptio, & enumeratio auxiliorum duplex, & fabricatio armorum, & ludicri certaminis varietas, ictumque inter reges & ruptum fœdus, & speculatio nocturna, & legatio reportans à Diomede repulsam, Achillis exemplo: & super Pallante, vt Patroclo, lamentatio: & altercatio, vt Achillis & Agamemnonis, ita Drancis & Turni: (vtrobiq; enim alter suum, alter publicum commodum cogitabat) pugna singularis Aeneæ atq; Turni, vt Achillis & Hectoris: & captiui inferis destinati, vt illic Patrocli, hic Pallantis:

—Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens,
Viuentes rapit inferias, quos immolet vmbris.

Quid, quòd pro Lycaone Homerico, qui inter fugientes deprehensus, nō mirum si ad preces confugerat, nec tamen Achilles propter occisi Patrocli dolorem pepercit: simili conditione Magus in medio tumultu subornatus?

Inde Mago procul infestam contenderat hastam.

Et cùm ille genua amplectens, vitam supplex petisset, respondit:

—Belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.

Sed & insultatio Achillis in ipsum Lycaonem, iam peremptum: in Tanquitium à Marone transfertur. Ille ait:

ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μεθ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς
αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες, οὐδέ σε μήτηρ
ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται, ἀλλὰ σκάμανδρος
οἴσει δινήεις, εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον. & cætera.

At noster:

Isthic nunc metuende iace.

Hæc Macrobius hactenus. Nunc ipsum Poëtam ebuccinantem audiamus.

LOCO-

LOCORVM QVORVNDAM INDEX,
QVI ALITER ATQVE AB ALIIS SOLEANT,
à Domino Nascimbæno exponontur.

Proth.

F I N I S.

LOCI COMMVNES ET EPITHETA

IN XII. AENEIDOS VERGILIANAE

Libros, non sine magno artis Poëticæ studioso-rum commodo collecta.

Numeri ante paragraphos positi, LOCOS COMMVNES, post paragraphos verò EPITHETA denotant.

ACANTHVS. j. AEN. vers. 653, 715. ¶ EPITHETA ibid.

Acestes.

j. Aen. v. 199, 574, 662. v. Aen. 746, 749, 752. ¶ Epith. j. Aen. 5. v. 199, & 200, 554, 757.

Achates.

j. Aen. v. 124, 178, 392, 315, 465, 517, 583, 585, 648, 660, 700. iij. Aen. 123. vj. Aen. 156. viij. Aen. 466, 520, 585, 586. ¶ Epith. j. Aen. v. 124, 316, 517, 583, 638. vj. Aen. 158. viij. Aen. 520.

Achilles.

j. Aen. v. 34, 462, 472, 479, 487, 756. ij. Aen. 29, 197, 274, 476, 491, 540, 547. iij. Aen. 326. v. Aen 804 vj. Aen. 89, 168, 839. x. Aen. 572. xj. Aen. 438, xij. Aen. 352, 544. ¶ Epith. j. A. 34, 462, 472. ij. A. 29, 197, 839. xij. Aen. 545.

Achai.

ij. Aen. v. 461.

Acheron.

vj. Aen. v. 6, 895. vij. Aen. 569.

Achiui.

j. Aen. v. 246, 492. ij. Aen. 45, 60. vj. Aen. 836.

Acies belli.

ij. Aen. v 333. vij. Aen. 703. x. Aen. 364, 408 xij. Aen. 224. vide Certare. ¶ Epitheta ibid.

Acies oculorum.

iiij. Aen. v. 645. ¶ Epith. ibid.

Aclides.

vij. Aen. v. 730. ¶ Epith. ibid.

Aditus.

iiij. Aen. v. 428. xj. Aen. 525. ¶ Epitheta ibid.

Admirari.

j. Aen. v. 425, 443, 460, 498, 517. v. Aen. 555. vj. Aen. 408, 485, 667. viij. Aen. 91, 121, 162, 261, 320, 264, 516, 617, 618. &c. 730. ix. Aen. 324, 504. x. Aen. 249, 445. xj. Aen. 120.

Adorare.

vide infrà *Sacrificare.*

Aduena.

xij. Aen. v. 260. ¶ Epith. eod. lib. v. 261.

Adulterium.

vj. Aen. 612. x. Aen. 388.

Aedes.

ij. Aen. v. 487. xij. Aen. 92, 473, 607. ¶ Epith. ij. Aen. v. 487. xij. Aen. 473.

Aedificare.

ij. Aen. 15. iiij. Aen. v. 259. vide Vrbs infrà.

Aegaeon.

iiij. Aen. v. 375. x. Aen. 556. xij. Aen. 565. ¶ Epith. xij. Aen. 365.

Aeger.

j. Aen. v. 212. ij. Aen. 268, 565. x. Aen. 847. ¶ Epith. ij. Aen. 268.

Aeneas.

j. Aen. v. 14, 42, 224, 263, 329, 382, 498, 548, 559. 585, 592, 199, 621, 703. iij. Aen. 18, 97, 102, 182, 343, 462. iiij Aen. 3, 11, 124, 141, 150, 165, 191, 214, 224, 260, 266, 328. 365. 465, 554, 571. v. Aeneid. v. 17, 26, 44, 90, 129, 283, 286, 303, 348, 381, 407, 418, 424, 460, 485, 531, 545, 675, 685, 700, 708, 770, 804, 827, 867. vj. Aen. 9, 40, 52, 55, 83, 103, 123, 125, 156, 169, 175, 183, 192, 210, 232, 250, 261, 290, 322, 348, 403, 413, 424, 467, 475, 548, 559, 544, 562, 635, 624, 687, 703, 711, 752, 768, 860. vij. Aeneid v. 5, 29, 107, 220, 263, 288, 556. viij. Aeneid. v. 36, 67, 72, 84, 115, 154, 175, 122, 308, 367, 380, 470, 513, 521, 586, 606. ix. Aen. v. 40, 80, 100, 172, 204, 255, 448, 787. x. Aen. v. 25, 57, 65, 81, 54, 228, 287, 311, 521, 569, 582, 588, 593, 641, 652, 760, 774, 793, 799, 808, 817, 821, 834, 864, 887. xij Aen. v. 12, 36, 73, 95, 106, 119, 123, 370, 252, 282, 289, 442, 446, 472, 511, 909. xij. Aen. v. 14, 99, 166, 311, 323, 399, 440, 481, 491, 505, 526, 579, 613, 654, 697, 723, 746, 783, 794, 887, 919, 938. ¶ Epith. j. Aen. 224, 263, 382, 548, 599. iiij. Aen. 466. v. Aeneid. 17, 26, 286, 418, 685, 770 vj. Aen. 9, 176. 232, 403, 413. vij. Aen. 220. viij. Aen. 84, 365. ix. Aen. 204. x. 902. xj. Aen. 106, 170. xij. Aen. 615.

Aequitas.

ij. Aen. v. 426, iiij. Aen. 372 ¶ Epith. ij. Aen. v. 416.

Aequor.

j. Aen. v. 35, 47, 71, 121, 146, 156, 168, 380, 585, 515. ij. Aen. 419. iij. Aen. 377, 397, 412, 495. iiij. Aen. 411, 522, 582. v. Aen. 518, 816. vj. Aen. 335, 342, 348, 355, 729. vij. Aen. 6, 228, 738. viij. Aen. 96. ix. Aeneid. 67. x. Aen. 103, 166, 233, 684. xij. Aeneid. 501, 710, 742. ¶ Epith. j. Aen. 146, 168. iij. Aen. 377, 412. iiij. Aen. 522. vj. Aen. 335, 355, 729. vij Aen. 6, 228. viij. Aen. 96. x. Aen. 103, 166. xij. Aen. 710. 742.

Aër.

j. Aen. 304, 415. v. Aen. 216, 517, 830. vj. Aen. 202. ix. Aen. 699. ¶ j. Aen. 413. v. Aen. 216, 839. vj. Aen. 202. ix. Aen. 699, 803.

Aeolus.

j. Aeneid. v. 56. &c. 60. &c. 69, 80, 144. ¶ Epith. j. Aeneid. 569.

Aestas.

j Aen. v. 269, 759. v. Aen. 626.

Aetas aurea.

j. Aen. v. 287, 296. vj. Aen. 638, 792. viij. Aen. 200, 314, 324. xj. Aen. 252.

Aetas ferrea.

viij. Aen. v. 326.

Aether.

j. Aen. v. 821. vj. Aeneid. 746. vij. Aen. 343. 557, 768. viij. Aen. 28, 239, 701. ix. Aen. 24, 638, 645. x. Aen. 802 xj. Aen. 104, 265. xij. Aen. 272, 756, 866. ¶ Ep. x. Aen. 102.

Aetna.

iiij. Aen. v. 571, 578. vij. Aen. 786. viij. Aen. 417. vide Incendium. ¶ Epith. iij. Aen. 579.

Aenea;

Aeuum.

ij Aeneid.v.561.iij.491 vij 775.ix.255.609.x.53.463, 573.xj.237.¶Epith.iij.Aen.491.485,569.

Agathyrsi.

iiij.Aen.145.¶Epith.ibid.

Ager.

j.Aen.v.347.xj.144, 198,209, 247,316,367.xij.24, 463.¶ Epith.xj.Aen.209,367.

Agger.

ij.Aen.v.496.vij.105.ix.43,567.x.143.xj.212, 381, 397,850.xij.564.¶ Epith vij.Aen.105.xj.212, 397, 850.xij.564.

Agmen.

ij.Aen.v.267,450,465.613,782.iiij.154, 793.v.548. &c.602.vij.703,706,804.ix.47,554,683.x.318,431, 712, 760.xj.145, 662, 683, 781, 905.xij.121,248, 456.482,554,683 ¶ Epith.ij.Aeneid.267,450,613, 782.iiij.154,793.ix.47.xj.145.xij.121,248.

Agricola.

v.Aeneid.v,521.vij.520.x.795.¶ Epith.v.Aen.521. vij.521.

Agrestes.

vij.Aen.v.504.ix.11.

Ahenum.

vj.Aeneid.v.218,228,487.vij.462.viij.22.¶Epith.v. Aen 218,228.viij.22.

Ala belli.

xj.Aen.v.604,730,867.xij.550.¶ Epith.xj.867.

Alba oppid.

j.Aeneid.v.275.iij.391.vj.766,770.viij.48.¶ Epith.j. Aen.275.vj.766.

Alcides.

vj.Aen.v.122,392.&c.801.viij.202, 219,249,256, 362.x.320,451,455.¶ Epith.vj.Aen.122.viij.202.

Ala volucrum.

j Aen.v.401.iiij 180.vij.190,408,476.xj.755.xij.848. ¶ Epith.v.Aen.401.vij.408.476.xj.755.xij.848.

Aiax.

j.Aen.v.45.ij.414.¶Epith.ij Aen.414.

Alecto.

vij.Aen.v.324,341,405,415,445,476.

Alpes.

x.Aen.v.13.¶.Epith.ibid.

Alumnus.

vj.Aen.v.595,877.xj.33.¶ Epith.xj.Aen.33.

Aluus.

ij.Aen.v 50.ix.151.¶ Epitheta ibid.

Amaracus.

j Aen.v.697.¶ Epith.ibid.

Amare.

j Aen.v.19,306,647.iiij.31.v.724.xj 536.&c. xij.29, 61,70,142,390.&c.638.vide Amor,& Ire.

Amata.

vij.Aen.v.343.xij 56,71,595.

Amazon.

xj.Aen.648.660.

Ambages.

j.Aen.v.45.vj.98.¶Epitheta ibid.

Ambrosia.

xij.Aen.v.418.¶Epith.ibid.

Amicitia.

vij.Aen.v.546.

Amicus, ca.

j.Aen.v.614.ij.93.v.350,337,719,869.iiij.31.vj.149 viij.172.ix.198,389,425.&c.,430,444.¶Ep.ix.A. 198,430,444.

Amictus.

j.Aen.v.436,520.iij.405, 545.v.421.viij.33.xij.405, 600,885.¶Epith.iij.Aen.405,545.v.421.viij.33.xij. 600,885.

Amnis.

ij.Aeneid.v.496.iiij.164.v.808.vj.374,550,659, 671, 705 vij 516.728.viij.58, 64,71,236,240,473, 549, 597.ix.30,124,245,790.xj.298,457, 560.¶ Epith. ij.Aen.v. 496 vj.374, 550.vij.728.viij.473, 549. xj.298,457,560.

Amor.

j.Aen.v.348,353,647.&c.661.&c.677.&c.688.&c. 725,753.ij.343,403.&c.iij.398,487.&c.iiij.1.&c. 17,23,28,38,54,65.&c.82,91,101,393,412.&c.v. 334,572,655.vj 24,28,442 &c.698, 823, 889.vij. 57,550.viij.163,372, 387.&c.394, 405, 515, 568, 574 &c.615.ix.197.x.191,326,605,780.xj.782.xij. 70,391,668.¶Epith.j A.v. 348, 648,667,679,720, 725,753 ij.343,789.iij.298,487.iiij.38,85,393,412. v.655.vj.24,28,442,889.vij.57,550.viij.163, 373, 394.ix.197.x.191.xj.782.xij.391,668.

Amplexus.

j.Aen.v.691.ij.218, 490,673,792.v.765.&c.vj 697. &c.viij.387,558,568.xij 433. ¶ Epith. viij.Aen.v. 387,568.

Anguis.

ij.Aen.v.203.&c.217.&c.378 &c.v.84.&c.273.&c. vj.571.vij.346 &c.450.viij.288, 399, 435.¶Epith. v.84.vj.571.viij.300.

Anhelitus.

v.Aen.v.199,432.ix.814.¶Epitheta ibid.

Animus.

j.Aen.v.307, 726.ij.12, 61, 144,316.iij.250.iiij.13, 22, 300.v.292,202,363,461,473, 529, 640, 720, 748.vj.11,105,782, 832.vij.475, 482, 814.viij.20, 228, 256, 530.ix.144, 191,205,688,717,740,764. x.7.477, 539, 600, 639.880.xj.451,491,715,800. xij.23,142,251,574,781,892.¶Epith.j. Aen.v.307, 726.iiij.13, 22.v.363, 462, 529.vij.475, 482, 814. viij.20.ix.688.x.7.601.xj 715.xij.474.

Anima.

ij.Aen. v.118.iij.140.iiij.242, 385,695.v.81,98,483. vj 411,427,669,713,719,758, 817, 827.vij.350. viij.564.ix.349,442.x 377,515.589,592, 845,899. xj.162,370,882.xij 229,648 ¶ Epith iij.Aeneid.v. 140.iiij 242, 695.vj.720,758,817, 827.ix.349.x. 845.xj.370.xij.648.

Annus.

j.Aen.v.35,51,78,238,263,273.276,287,759 ij 14, 87,198,363,647,715.iij 139,284 v.46,626.vj.311, 649.745.748.vij.53,60.viij 47, 199,511,517,560. ix.85,155,235,468.x.450.xj.174,290. ¶ Epith.j. Aeneid.v,238 ij.14 iij.139,284.vj.311,649.vij.53. viij 560.x.450.

Antrum.

j.Aen. v.56,64, 170.iij.431,617,624,641.vj.42,77, 237,262, 400, 417,421.viij.193.&c 217,241.&c. 254,424,451,630 ¶ Epith j Aen.v.56.iij.431,617, 641.vj.42,262.viij 217,424,630.

Antenna.

iij.Aen.v.549.¶Epith.ibid.

Anubis.

viij.Aen.v.698.¶Epith.ibid.

Aper.

j.Aen.v.328 x.698 ¶Epith j.Aen.328.

Apes.

j.Aen.v.434 &c 706.&c.vij.64 xij 587.&c.

Apex.

ij.Aen.v.683.vij.66.viij.664.¶ Epith. ij.Aen. v.683. viij.664.

Aphro-

Atrium.

j.Aen.v.729.ij.528.iiij.665.xij.474.¶Epitheta ibid.

Attendere.

j.Aeneid.v.155.ij.1,303,712.iij.250,338,iiij.78.v.303.vij.117.viij.440,520,ix 234.ix.314.xij.25.

Auaritia.

j.Aen.34.&c vj.610,621,624.viij 326.

Audere.

j.Aeneid v 377.ij.10,81,119.731.iij.39,93,514.iiij.359,337,428.438.vj.537.561.vij.166,437.viij.582.ix.394,474.x.104.xj.794.798 xij.26,64,604,618.

Augurium.

v.Aen v.6,522.&c.x.244 xij.257,393.¶Epith.v.Aen.6,523.

Auis.

xij.Aen.v.248,262.¶Epitheta ibid.

Aulea.

j.Aen.v.701.¶Epith.ibid.

Aura.

j.Aeneid.v.63,391,550.ij 158,259,699,791.iij.339,356,576.iij 176,226,270.iiij.357,378,388,417,445,494,504.v.227,427,520,861.vj.82,94,363,354,560,733,747,761,816.vij 466,543,557,646,660,768.viij.24,449,585.ix.52,112,312,844,658,x.625,883,889.xj.595,617,795,799,800,862 xij.84,253,267,591,617,703.¶Epith.j Aen.v.550.ij.791.iij.226,270.iiij.357.445.v.427,520,861.vj.747,761,816.vij.557,646,786.ix.844,658.xj.862.xij.592.

Auris.

j.Aen.v.156,379 ij.81,119,303,731.iij.39,93,514.iiij.183,359,428,440.v.546 vij.166,437.viij.582.ix.417,474.xj.637.xij.617.¶Epith.j.Aen.156.iiij.440.v.345.xij.617.

Aurora.

iij.Aeneid.v.64,521.iiij.584.v.104 vj.535.vij.25.xj.1.¶Epith.vij.Aen.26.

Aurum.

j.Aen v.353,363,366,596.644.733,742.ij.55.iij.134,148 iiij.264.v.87,132,312,359.vj 32,208.623.vij.141,279,351,789.ix 707.x.134,138,141,243,490,517,522.xj.776,779.xij.23,87,430. ¶Epith.j.Aen.v.596,743.iiij.128,147,264.v.312,559 vj.137,144,202,208.vij,279,351.x.134,138,490,809.

Auspicium, vide Prodigium.

Ausonia.

iij Aeneid.v.378,496.iiij 236 vj.807.vij 54.viij.328.ix.136.x.339.xj.57,252.xij.121,834,838.¶Epith,ix.336,xj.253.xij 838.

Auster.

j.Aen.v.55,540.ij.110,304.iij.70,357,481.v.764,850.¶Epithet.j.Aeneid.340.ij.304.iij.70,357.v.850.

Autumnus.

vj.Aen.v.309.

Auus & Atauus.

v.Aeneid v.564.vj 875.vij.55,218.xij.224,329,646.¶Epithet.xij.Aen.649.

Auxilium.

j.Aeneid.v.362,575,634.ij.216,344,451,321,689.iij.145.iiij.617.v.221.vij.259.521.viij.9,171,200,374 &c.472.ix.128, vide suprà *Arma*, ¶Epithet.ix.Aen.129.

Axis.

ij.Aen.v.512.vj.790.viij.28.xij.379.¶Epitheta ibid.

B

BACCHVS.

j.Aen v.218,738.iij.354 iiij 301.v.75.vj.804.vij.385,405,724.viij.180.xj.737.¶Epith.j.Aen.v.218,738.iij.354.v.75.

Baltheus.

x Aen.v.487.xij.273,491. ¶Epithet.xij.Aen.272,491.

Barathrum.

viij Aen v.245.vide *Tartarus*. ¶Epith.viij.Aeneid.245.

Barba.

ij.Aeneid.v.277.iij.593.iiij.250.x.829.xij.299.¶Epithet.ij.Aeneid.277.iij.539.iiij.250.x.829.xij.300.

Bella ciuitas.

vij.Aen.v.740.¶Epith.ibid.

Bellum.

j.Aen.v.9,18,23,30,152,267,295,297,343,448,460,470,479.545,548,570.ij.13,29,193.240,254,301.304 &c.313.&c.332,337,347,353,383,396,408.&c.438,&c.491.&c 615,668.iij.37,234,247,539.iiij 14,40,43,98,109 229.&c.615.v.66.&c,380,383,429,433.&c.439.&c.453.&c.467,729.vj.86,171,279,477,489,832,841,857,878,890.vij.41,80,325,339,444.&c.460,472,475,481,519.&c.545,549,553.572,582,601.&c.616,621,637,642,647,664,781,793,803.&c.viij.1,26,117,146,150,374,385,472,480,495,499,515,535,547,556,594,613,628.&c.637,648,675,682,693,700.ix 21,28,51,146.&c 186.&c 462,503.&c.528,551.&c.665.&c.676,688,720,789.&c.x.20,55,65,87,90,93,105,118.&c.146,172,185,136,308,370,411,441,455,523,600,652,680.&c.728,746,794.&c.879.&c.892 xj.18,47,96,108,113,116,156,216,253,278,295,305,338,379,399,473,503,535,541,589,603.&c.610,631,&c.702,736,780,841,884.&c.911.xij 32,39,60,71,78,107,116,121.&c.129,179,216,241,260,277.&c.287,331,346,359,390,462,497,517,525,552,555,558,560,576,581,628,661.&c.681 &c.710.&c 748,803,852 plura in *Arma, telum, clypeus* & *funda*.¶Epith.j.Aen v.267.ij.193.vj.86,279.vij.41,80,325,545,583,604.viij.29,118,146,675.x.146,370.xj.216,254,295,305,535,736 xij.804.

Berecynthia.

vj.Aen.v.785.ix.82,619.

Bibere.

j.Aen.v.476,740,753.vide *Ebrietas* & *Potare*.

Bidens animal.

iiij.Aen.v.36.vj.38.vij.93.viij.344.xij.169.¶Epitheta ibid.

Bipennis

j.Aen.v.479.v.307,xj.135,650, ¶Epith.v.Aen.307.xj 651.

Bona precatio.

j.Aen.v.607.&c.ij.265 620.vij.259.

Boreas.

iij.Aen.v.687 iiij.441.xij.365.¶Epith.xij.Aen.365.

Boues,

iij.Aen.v.247.vij.663.viij.217,263.xj.197. ¶Epith.vij.Aen.663,viij.263.

Bruma.

ij.Aen.v.472.¶Epith.ibid.

Buccina.

vij.Aen.v 519.xj.192,474. ¶Epith.vij.Aen.519.xj.474.

Bustum.

xj.Aen,v.200.¶Epith.ibid.

Butes.

Chaos.

iiij.Aen.v.510.vj.265.

Charon.

vj.Aen.v.298.&c.253.

Charybdis.

iij.Aen.v.420,558,684 vij.300.¶Epith.iij. Aen. 420. vij.302.

Choreas ducere, & Chorus.

j.Aeneid.v.502.&c.751 iiij.144 vj 517,644.viij.285. &c.663,716 ix 615,617.&c.2.424.xj.737.

Cinis.

iiij.Aen. v. 633.vj. 212. ¶Epith. iiij.Aeneid.653.vij. 213.

Circe.

iiij.Aen.v. 386.vij.282.vide infrà *Prædicere.* ¶Epitheta ibid.

Ciues.

ij.Aen.42.xj.v.419.xij.583.¶Epitheta ibid.

Clades.

xij.Aen.v.604,554 &c.vide suprà *Bellum*, *Cædes*, & infra *Mors.* ¶Epith.xij.Aen.604,554.

Chlamys.

iiij.Aeneid v.137.v.250.viij.588.xj.775. ¶Epitheta ibid.

Clamor.

j.Aen.v.328.ij 222,128, 313,338,188 487,751,787. 768.iij.128,521.&c.535,565.584,647, 669. &c.iiij. 410,665.&c.v.140,148,166,207,227,340,451,503. vj 175,255.&c.426,492,557,018,703,709,vij.395, 462, 500, 513.&c.676,722.viij.213.&c 238,305.ix. 54.112, 394.424.463,465, 476.&c.503, 541, 566, 595, 597, 636, 664, 709.&c.715,731,712,791.x 96. &c. 262, 265, 322,346.479,707,729,790,864,885. xj. 37, 93, 132, 145, 189. &c.274,296.&c.377, 424. 453. &c. 474.481, 561. &c 595,013,621,662,707, 745.774.799 809,832,858.862,877.xij 93,103,238, 251.257,266 &c.311.318,365,409,425, 449, 455, 462, 481, 521. &c.580, 591.599.606,617.&c.691, 700,712,722,724,730,756.919.&c.928,952.&c xj. 831. ¶Epith ij. Aen. 222, 138, 337.iij.128,672.vj. 175. ix. 466, 597, 791 x. 266, 707,790.xj. 609,832, 838,877.xij.268,617.

Classica.

vij Aen.v.637.vide *Tuba.*

Classis.

j.Aen v.132,555.v.32,862.vij.105,675.x.154.¶Epit. j.Aen.132,555.v.33.

Clypeus.

ij.Aeneid.v.422. 443,546,671,734.vij.626,632,639, 657,685.742.789 viij.455,&c.446.&c 810.ix.270, 732, 806. x. 242, 261, 270.&c. 329, 335.473,537. 579. 774. 786, 791, 808.xj.10, 283,693,712. xij.88, 166,278,352,377.452,541,711, 723,866,924. ¶Epith.ij. Aen.734. vij. 626, 639, 789.viij.446.x 578. xij.167,548.

Cocythus.

vj.Aen.v.132.&c.323.

Cælum.

j.Aen. v.158, 229, 284, 104 ij 201,515,518,585.iij. 232,252 &c.iiij 160,268,374,691,694,700.v 8,13, 18,94.512,525, 606, 657, 747, 79-,851,870.vj.15, 38, 190. vij. 25,141,210,268,558,851.viij.319.ix.14, 365.x.1,624.xj.272,588,595,866 xij 75, 244, 281, 367.¶Epith.j Aen.159,304.ij.515,518,586.iiij.574, 691. v. 727, 851. vij.25, 141,810.viij.319 x.624.xj. 866 xij.245.

Cogitare.

j.Aen.v.54, 309, 661.iiij.3,285,287,335,563,680.v. 608, 700. &c. vj. 105, 158.&c. 185.352,690.viij.18. &c.522.x.104, 159, 670.&c.815,881.xj.550, 704. xij.159,439,486,665.&c.

Collis.

j.Aen.v 428.iij.522.v.148. vij.659,726.viij. 215, 305, 598.xj.318.¶Epithet.iij 522.v.150.vij.726.viij.598. ix.318.

Collum.

ij.Aen. v. 235, 879, 721.v.276.vij. 394.viij 457,660. ix.330,436 xj.829.xij.85,356. ¶Epith.ij.Aen.381, v.277.viij.660.ix.331,436 xj.829.xij.86.

Colonus.

j.Aen.v.3,16.vij.408.¶Epith.j Aen.9.vij 410.

Columba.

ij.Aen v.515.v.488,515. vj.190.xj. 721. ¶Ep ij.516. v.488,516.xj.722.

Columna.

j.Aen.v.432.vj.552.vij.170.xj.262.xij.92. ¶Epith.j. Aen.452,vj 552.xij.92.

Coma.

j.Aen.v. 322.406,481.ij. 552. iij.48,174,405.iiij. 279, 589.vj 48.vij 394.viij 273.x.717.xj.77 xij.209,863. ¶Epithet.j. Aen. 407.iij.174 iiij.280,590.vj.48.xij. 863.

Comedere, vide Conuiuium.

Comes.

j.Aen.v 314 ij.704,710,778.vj.292. viij. 308.ix.176, 765.x.219.xj.94.xij.385,335. ¶Epithet.vj. Aeneid. 292.

Cometa.

x.Aen.v.272 ¶Epith.ibid.

Cominus.

ix.Aen.v.347,440,770.x.453.xj.455.xij.890.

Communitas.

j.Aen v.577.ij.673 &c.709.iij.60.iiij.302,110.v.616. vj.472.ix.276.&c xj.321.xij.56,678.&c.

Compago.

j.Aen.v.297.¶Epith.ibid.

Concha.

vj.Aen.v.171.x.209.¶Epitheta ibid.

Concilium.

iij.Aen.v.679 v.734.vj 432.vij.591.x.5,5.xj.834,469. ¶Epith.iij.Aen.679 v.734.vij.591.

Coniunx.

vj.Aen.v.523,764.vij 286.x 44,280,598,602.xj.873, 138.xij.17,957.¶Epitheta ibid.

Connubium.

j.Aen.v. 76. iij. 475. iiij.15,28,59,99, 125, 166, 171, 191,218,338,431,534 vij.52. &c. 95,253,268,314, 333, 423, 433, 555.ix.600, 640.xj.234,267,333.xij. 29.42,80. ¶Epith.j. Aen.76.iij.475.iiij. 126.vij.96. xj.270.

Consilium.

j.Aen.v.241,264,586,661,677,680.ij. 35.&c.656,798. iij.287, 704 &c v.812.vij. 216,591,611.ix 227.2. 2. xj 222,231.&c.301 &c.135,338,439, 469.¶Epit.j. Aen.662.vij.591.xj.234.

Consolatio.

j.Aen.v.208.&c.242,260,560.&c ij.147,372.&c.775, 781.&c.iij.608. &c. 660 iiij. 393,655.&c.v.39.463. &c.708,770,816.vj.382,467.viij.35.&c.594. &c.ix. 289 481.488.

Constantia.

ij.Aen 657,650.&c.iiij 437.&c.vj.469 vij. 375, 585. &c.ix.229,281.x.684.&c.

Con-

Diuitiæ

Finis

Hora

Horresco.

ij.Aen.12,204.xj.754.xij.662.

Horror.

j.Aen.v.297.&c.300.ij.301,559.iij.26,29,570.iiij.453.v.36.vij.170,525.ix.54.381,632.xij.405. ¶Epith.ij.Aen.559.iij 29.xij.406.

Hortari.

j.Aen v.73,202,206,211,405,631,757.ij 33,74.336,348,355,372,387,612,617,619,638,707 732 iij.114,134,143,169,342,362,461 608.639.iiij.222,569.v.58.176 183 &c.197,635.vj.95.258,528,618,889.vij.130,330.&c.399 &c.420.&c.429,432,472.&c.viij.494 &c.510 &c.611.&c ix.12,37,126,146.&c.156,640.x 5,11,15,278.&c.293.&c.365.&c.xj.12.&c.368,421.&c.500,520,729 &c.xij.138,142 &c.228.&c.259.&c.312.&c.432,&c.564.&c.625.676.&c.692,758,791.

Hospes.

j.Aen.v 735.iij.10,323.viij.345.364,463.xj.105.

Hospitium.

j.Aen.39,302,543,576 603,630,635,665,674.iij.15,54,60,78.&c.83,352.iiij.50.v.35.vij.202,264.viij.359.&c x.451.485.506.xj.113,164,567. ¶Ep.j.Aen.675.iij.15,60.

Hostia.

xj.Aen.v.739.¶Epith.ibid.

Hostis.

ij.Aen.v 357,376,508,511,526.iiij 548.vij.469.viij.499.ix.44,51,356,400,443,554.691,799.x.26,372,375,379.397.438,576,584,720.791,873,891.xj.87,304,380,387,520,743.897.xij.266,301,377,426,456.477.483.895,900,917. ¶Epith.ij.Aen.376,508,511.ix.400,799.x.375,379.720,891,897.xij.266,302,456,477,901,

Humare.

ij.Aen.v.542,646,788.iij.578.iiij.504,620,633.v.31,47,53,75 &c.371,605,871.vj.149.&c.161,177,212.&c.333,371,374.380,505.&c.873.vij.5.ix.213.&c.485,490.x.482,546.&c.687,802,824.&c.894.xj.2,5,22.&c.34,51,59.&c.64,76 &c.89 &c.102,119,142,149,163,172,184.&c.204.&c.213.&c.372,593,646.xij.546.

Humeri.

ij.Aen.v.509.iiij.250,262.v.375,685.vj.667.vij 669,814.viij.731.ix.723.x.467.532,755.xj.652,679,873.xij.60,940,943 ¶Epith.ij.Aen.905.v.376.vj.668.vij.815.ix.725.xj.679,774,844,873.xij.292,941.

Humus.

iij.Aen.v.3.v.481.vj.195.viij.753.ix.753.x.418,721.xj.640,665,668.¶Epith.vj.Aen.195.x.712.xj.668.

Hyades.

j.Aen v.748.iij.516.¶Epitheta ibid.

Hydra.

vj.Aen.v.576.vij.447,658,753. ¶Epith.vj.576.vij.753.

Hyems.

ij.Aen.v.110.iij.285.iiij.250,vij.213.x.624 ¶Epith.ij.Aen.110.iij.285.iiij.250.vij.214.

Hymber, vide Imber.

Hymenaeus.

j.Aen.v.652.iiij.99,125.vij.358,397,535.xj.215,335.xij.805 ¶Epith.vij.Aen.358 xj.355.

Hyrundo.

xij.Aen.v.473.

I

IACTVRA.

ij.Aen.v.646.¶Epith.ibid.

Iaculum.

iij.Aen.v.45.v.37,68.ix.52,572,698,704.x.130,342,576,743.859.xj.574,582,759.xij.354 ¶Epith.iij.46.x.859 xj.574.xij.354.

Ianus.

vij.Aen.v.180,609.xij.198.¶Epitheta ibid.

Iaspis.

iiij.Aen.v.261.¶Epith. ibid.

Ictus.

ij.Aen.v.544.v.274.428,444.459.vj.180,vij.756.viij.419.xij.105,713,731,907,926. ¶Epith.v.Aeneid.459.viij.419.xij 490,713,732,926.

Ida.

ij.Aen.v.801.iij.6.x.350,252,449.xij.105,412. ¶Epitheta ibid.

Idomeneus.

iij.Aeneid.v.400.

Ignis.

j.Aen.46,378,529,747.ij.37,210,276,297.304.340,329.478,501,504.569,581,600,608,624,631,648,664,682.&c.698,705,757.iij 199,580.&c.iiij.200,209,384.494.504,566,604,669.v.3.635,641,659.&c.665,697,680,726.743.vj.6,747.vij.73.&c.283,296,319,355.577,785.viij.198,251.&c.267,375,410 417.&c.491,680.ix.71.&c.78,129,144,153,160,166,239.351.522,535.&c.568.x.45,55.59.74,130,177,270,405.&c.556.xj.119,142,185,208,786.xij.65,102,298.&c.521.&c.569.573,575,587.&c.596,655,672. ¶Epith.46,276.ij 686,705,757.iiij.200,209,384.v.641,743.vj.296,320.vij.786.viij.198,410.ix.352,522.xj.209,787.xij.576.

Ignis amoris.

j.Aen.v.691.iiij.1.viij.319.¶Epitheta ibid.

Ilex.

iij.Aen.v.389.vj.180,208.viij.43.xij.701. ¶Epitheta ibid.

Ilium.

j.Aen.v.72,99,103,272,379,470,477,487,651,683;ij.4,11,22,26,56,117,191,241,265,290,311,324,363,555,581,612,622,624,637,660.iij.1.109,156,325,349,462.v,261,633.755,811.vj.64,515.vij.364.viij 134,374.ix.144,247.xij.544,828. ¶Epitheta j.Aeneid.101,379.ij.4.iij.2.v.261,811.vij.364.

Illunies.

iij.Aen.v.593.¶Epith.ibid.

Imago.

j.Aen.v.357.&c.411.ij.270.&c.287,771.&c.790.&c.iij.147.&c.590.&c.602.iiij.276,351,385,556.&c.570.v.721,732,740.vj.293,695 697,701.ix.293.x.457,634,647,654,815.¶Epith.j.Aen.411,773.iiij.353.vj.293,695.x 647,654.

Imber.

j.Aen.v.124.&c.747.iij.194.iiij.248.v.10.&c.693.&c.ix.110,667.&c.x.624,797.xj.548.xij.283,451,685.¶Epith.j.Aen.127.iij.194.v.10,696.ix.110.xij.284,685.

Immolare, vide infrà Sacrificare.

Immortalitas.

j.Aen.v.331.vj.235,597.viij.715.ix.95,98,446,656.x.375 xij.882.

Imperator, vide Rex.

Imperium.

j.Aeneid.v.56,142,234,273,282,291,344.ij.351.iij.159.vj.463,781.794.811.vij.239,653.viij.481,508.xj.234.xij.192.&c.210.¶Epith.j.Aen.234.vj.811.vij.653.viij.481.xij.393.

Impe-

849,275,310, 603. x. 596.xj. 419, 453. ¶ Epith.xij. Aen. 82.v.295.viij.5,251,495,606 ix.181,607.xj.419,

L

LABES.

vj.Aen v.745. ¶ Epith.vj.Aen 746.

Labici populi.

vij Aen.v.796. ¶ Epith. ibid.

Labor.

j.Aen.v.3, 13, 202, 208. 242, 244 334, 377, 434,463,466, 601,619.ij.3.&c. 306,361,385.619,750,776. iij. 145,160, 367,393,459,714. iiij 233.273,379.401.&c.v.499,617. 688,845.vj. 5, 56,83, 103, 112,126, 135, 277.436,463, 617,692,892. vij. 371, 421, 425 viij.46,73,74.188,291, 378.380,407. &c. 439,443,449. ix 202, 224,478,483, 603.&c x.111,320,749.xj.158,416,476,505,510. xij.33. 176.435,634. ¶ Epith. j. Aen.601.ij. 11,776 iij.160 v. 688,845.vj.56,155,437.vij 331,421.viij.291,380,439.x. 321.xj.476.xij.435.

Labra.

xj Aen.v.571.xij 417.¶ Epitheta ibid.

Labyrinthus.

v.Aen v.588.&c.vj.27.ix.391.

Lac.

iij Aen.v.66.iiij 367.xj.570. ¶ Epith iij Aen.66.xj 570.

Lacertus brachij.

v.Aen.v.141.viij.387.ix.402 ¶ Epitheta ibid.

Lachryma.

j.Aen. v. 225, 231,374.466, 469, 483, 489. ij 6,26,73,85, 145,196, 271, 279, 287,298.323, 361,368,486. &c. 515, 651,673.&c. 784.iij. 39. 312, 344, 348, 708 &c.iiij.30, 369.370,408,413,417,449.462,553, 539, 665. &c 672. v.173,343,765,869. vj. 220,426,455,468, 686,699,868, 872.vij.759.viij.380,384. ix 250,289,292,393,480,502, 455,496, 781. xj.35,37, 41, 59.62, 86,89,95,150, 190, 213,231,349 xij. 55, 64 &c. 72,154,601.&c. 593,620. ¶ Epithet. j. Aeneid. 271.iiij. 449. v. 343 ix. 456, 781. xj.231.

Lacus.

ij.Aen.v.105.iij 442.vij.760. ¶ Epitheta ibid.

Laetitia.

j.Aen.v.506,738,751.ij. 26, 385. iij. 99.v. 827.vj.513.viij. 716.xij 697,702. ¶ Epith.ij.Aen.26.

Lana.

iiij.Aen.v 262.

Lancea.

xij.Aen.v.374. ¶ Epith.ibid.

Lances.

viij.Aen.v.284 xij 215,725. ¶ Epitheta ibid.

Laocoon.

ij.Aen.v.41,201,212,229.¶ Epith.ij.Aen.202.

Lapsus.

iij.Aen.v.225. ¶ Epith. eod lib.v.225.

Latebra.

ij.Aen.v.38,55 iij.132. ¶ Epith.ij.Aen.38 iij.152.

Latex.

iiij.Aen.v.454. ¶ Epith.ibid.

Latini populus.

vj.Aen v.875.vij.151,160,202,313,402,426,470,716.viij. 117.ix. 550,717 x 4, 77,237, 300, 311, 360 xj.17,100, 134,193,203,229,302,330,401,518,588,603, 745. xij. 1, 15,211,240,448, 530, 548, 555, 567, 593, 604,656,693, 730,823,837.¶ Epith.vij.Aen.151.x.237,330,603.xij.1, 530,604,730,823.

Latinus rex.

vj.Aen.v.891. vij. 45, 62, 92, 103, 192, 249,261, 333,373, 432,462,576. viij. 15. ix. 274,388. x. 66.xj. 231,238,440, 469.xij.18,23, 58,111,137,161, 192,580,609,656,707.

Latium.

iiij.Aen. v. 432.vj. 89, 793. vij. 38,601. viij.4,10,18,322.x. 365.xj.140,168,361.xij.826.¶ Epith.iiij. Aen.432.vij.38, 603.x.365,

Latus.

j.Aen.v.18.iij.665.v.454.¶ Epitheta ibid.

Laurentes populus.

vj.Aen.v.891.viij.557,612.x.626,700.xij.24,542.¶Epith. viij.Aen.557,615.

Laurus.

ij.Aen.v.512.iij.80,360.v 70.110,244. 539.vij.59.xij.581 vide suprà *Corona.* ¶ Epith.ij. Aen.512.iij. 83.v.70,110, 246,539.

Laus.

j.Aen.v 613,629.v.190.&c.229.355.394.751.vj.816,823. vij.496 ix 197. &c. 205,278.xj. 51,128. ¶ Epith.j.Aen. 629.v.229,751.vij.496.

Lausus.

vij.Aen.v.649.x.691,766,781,800,830.¶Ep.vij.Aen.649.

Lebes.

iij. Aen.v.466.v.266.¶ Epitheta ibid.

Lectus.

ij Ae.v.503 iij.176,509.&c iiij.391,496,648,659.vj.520. 528.viij.28,372.412,414.¶ Epith.iiij.Aen. 496.648.

Leo.

ij.Aen. v. 722.iiij. 159 v. 351. vij. 15, 666 viij.177,552.ix. 306,339,792 x.157, 253.454, 718.xij 3. ¶ Epith.ij.Aen. 722.iiij.159.v 351.viij.177.ix.306,792.x.157,253.

Lerna.

vj.Aen 802.xij 517 ¶ Epith.xij.Aen.518.

Lethum.

ij. Aen v.538,661,654.iiij 169.vij.714.v.450,612 xj 818, 871.xij.604,725,850.¶ Ep. xi Ae. 450,612.xij. 604,850.

Lex.

j.Aen v. 66, 296,510,573.ij. 157. iiij.27,231. vj.116,622, 808 &c vij.246 viij.177,321.xj.121.xij. 111,190. ¶ Epit. viij.Aen.177.xj.121.

Libertas.

vj.Aen.v.821.viij.648. xj. 346,492. ¶ Epith. vj.Aen 821.

Libare.

iij.Aen v.354.vij.245.xij.174.

Libum.

vij.Aen.v.109.¶ Epith ibid

Lignum.

ix.Aen.v.413,543.xij 767 ¶ Epitheta ibid.

Lilium.

vj.Aen v.708.¶ Epith ibid.

Limen.

ij.Aen. v. 365, 442, 453. 479, 507, 667, 620, 752,802.iij. 616.vj.525,563.vij.343.491.579,598,613 ix.323,687. x. 355.621.xj.235, 267,423.482 880. ¶ Epith ij.Aen.365. 441,507,620,752. 802 iij 616. vj. 563.vij.343,491,613. ix.323.xj 235,482.

Limes.

ix.Aen.v.323,578. x. 504. xij.897. ¶Ep.ix.Aen 323.578.

Limus.

vj.Aen.v.415.¶ Epith ibid.

Lingua.

ij.Aen. v. 211, 475. iiij 182.vij. 90 xj.338,489. ¶ Epith.ij. Aen.211,475.vij.90.xj.590.

Littus.

ij.Aen.v.24.iij.16,44,300,423,532,536,556,592,643,657. iiij.257, 289,397.v.23,43,124.411,765,900.vij 22,124. 477,763,797 viij 43,497,555 ix.122,317.x 290,674.xj. 199.261.265. ¶ Epith ij.Aen.24.iij 16,44.413,643,657. iiij.257,397.v.23,43,124,765. vij.22,124,477,763,797. viij.43.x.674 xj. 261,265.

Locri.

iij.Aen v.399.¶ Epith ibid.

Loqui vide suprà Dicere.

Lora.

j.Aen.v.480.v.146.xij.532,624. ¶ Epith.v.Aen 146.

Lorica.

vij. Aen.v.639 viij 621.xij.87,98,375,432. ¶ Epith.ibid.

Luctus.

j.Aen. v.489. ij. 26, 28,92. 271. 298,368 iij. 344,712.iiij. 869.vj. 868.ix.480 &c. xj.37, 62, 214,231,349. xij. 593, 620,666.¶ Ep. ij.Aen. 26, 139,271,298, 568, 384,712.vj. 868.

Mergus.

v.Aen.v.388. ¶ Epithet.ibid.

Mercurius.

j.Aen.v.301.&c. iiij. 220.&c.252.&c.268,356, 377,556. &c.viij.138.

Meridies.

vj Aen.v.535.viij.87.

Merum.

iij Aen.v.526 632 vide *Vinum*. ¶ Epith.iij.Aen.632.

Meta.

iij.Aen.v.429 v.129,835,viij 594.xij 546.¶ Epith.iij.Aen. 429 v.429.

Metallum.

x.Aen v.234.¶ Epith.eodem lib.v 235.

Metamorphosis.

j.Aen v.318.&c.331.&c.661,693. v.618,835.ix.156.&c. 646.&c x.83,634.xij.52.224.468.&c.623,632.

Metus.

j.Aen.v. 222,260,284,365,467.ij 685. iij.682.iiij.390.v. 676.vj 490,867.vij.437.viij 390.ix 89,345.xj 21,400. xij.111,468.¶ Epith.j.Aen 365.ij.682 vj.490,

Mezentius.

vij.Aen v.647.viij.7,482,569.ix 522.x.150,680,705,720, 733.753.759, 888.xj.15. ¶ Epith.vij. Aen.648.x.680, 720,888.

Miles, Militia.

ij.Aen. v.18 viij.313.&c 2j.173,288,&c. 305,311,485. 436 &c.516,584.640,646,668.xij.29.43.&c.70.&c.225, 218.344,369,387.vide suprà *Bellum*. ¶ Epith ij Aen.18. xj 519.xij 73.

Minæ & Minari.

j.Aen v.166.iij 265,iiij.88.vj.112 viij.578.x.195 xj 348. 215.654.758.&c.760,

Minerua.

ij.Aen.v 31.iij.530.v. 284.vij.805.viij.408. ¶ Epith.ij. Aen.31.viij 408.

Minos.

vj.Aen.v.435 ¶ Epith vj Aen.v.432.

Minotaurus.

vj.Aen.v 25.¶ Epith eodem lib,v.26.

Mirari.

j.Aen.v.459.498,517,713 v.350,554.vj.651.viij 91,161, 617.&c.729.12. 123.x.249.445.

Misereri.

j.Aen v.143,603.ij.142,145,645 v 350.vj.117.vij.360.x. 589,667,749.xij.43,653.777.954.

Mitiscat vel Mutusca.

vij Aen.v.711.¶ Epithet.ibid.

Molaris.

viij.Aen.v.250. ¶ Epithet.ibid.

Moles.

j.Ae.v.138.185 425 ij 497 v 431.vj 232,785.ix.515,710. xij.161,575.¶ Epith ij. Aen.185,497.vj.232 ix.710.xij. 161,575.

Modus.

iiij.Aen v 294.v.599.vij 700.x 247,493.xij. 157. ¶ Epith. iiij.Aen.294 vij.701.

Mœnia.

j.Aen v.95,261,268,280,441,649.ij.193,241,298.iij.322. vj.541. vij 152 xj.306,870,884.894.899.914 xij.116, 148.361,585,745 ¶ Epith j.Aen.99,262,280.ij.193,241. iij.322.vj.153.xij 745.

Mens.

j Aen v.59,65,85,109,184.249.413.511.iij.508.644,655, 675 iiij 152,164,248 &c.v.694.vj 293.vij 387,674,697, 713. viij.490,221.230.692.xj.513, 528,836 xij.113, 134 523,684,687 ¶ Epith.j.Aen.65,85,109.iij.508,655, 675.iiij.152.vj.234.vij 587,713.viij.221,692.xj.836.xij. 113,523.

Monstrum.

j Aen.v.171.ij.245,680.iij.26,214. &c. 424.&c. 430, 583, 655.&c.664,677. &c.vj 24, 285.&c. 298, 400 417,&c. 876,729. vij.21, 269, 387. 376, 415, 780. viij.81,198, 259,264,697. &c ix. 120.x 209. &c. 556.xj. 271.¶ Ep.j. Aen.171.ij 245, 680 iij. 26, 214.583,658.vj.25,400,417. vij.376,780.viij 81,264.ix.120.x.209.

Mora.

j.Aen v.418,750.ij 26,109,282,373,387,525.iij.472,548, iiij.51,569.v.368,639.vj.210,352,846.vij.315.viij.443. ix.13,232.x.308,400,428,613, 649.879.xj. 19.xij.11,74, 431,540,553,565,689,889 ¶ Epith.x.Aen. 308.xij.74.

Morari.

j Aen v 674 ij.102,287,373.iij 481,610.iiij 38,51, 568.v. 207.vj 487 ix 368.xj 21.297.xij.762.

Morbus.

ij.Aen v.436.vj.275.¶ Epitheta ibid.

Mors.

j.Aen.v 48,95,98,103,225,236,551.ij. 61.74, 84.91,103. 126,134,317.358,359.364.368,384,398. 408 410, 424. &c.433, 447.494, 529,533,538,551,556. 561,599,645. 661,665,670,675.iij. 139,311,333.605.653.&c. iiij 24, 242,244,375,385,391.451,452.499, 547, 617,619,630, 643.648.&c.660,665,678 683.&c. 693.&c.v.328,332, 336.374.468, 476.483, 516,614, 623.690, 806 814 vj. 163.168,174,273,302.&c.325 &c.426.&c.430,434.&c. 450,502,735. &c. vij. 42,531.&c.756 &c.773.viij 485. &c.537.&c.565.569,578,695,709.ix.137.332.347.400, &c 431.&c 444.453,471 &c.497.&c.526 587.687,692, 698,702.&c.708.710,733,749.&c.778,784 x 313,315, 318,322,335. 346,381.385,494 &c 419,426,462.477, 498,570.592,608 632,652,664,672,722,731.785 796. 772,803 &c 812,821,837, 839. 844,871 xj,27.110,135, 158,166,172,197, 207.366.372,397.384,408,617,634. 647, 664, 666. 676,696,747, 796, 803, 816 &c 827.&c. 839 845, 848, 863, 881, 884, 894, 897. xij.257.273,292, &c.310,328,339 &c.354 &c.380,382,409.458.464.497, 500, 507. &c. 514.534 &c. 542, 547,598 &c 628,640, 641 &c 659.678,690,727.760,873,933,943.948.&c. ¶ Ep.j.Aen 95,554.359 ij.447,533.iiij.385, 644.696.vj. 163.521.viij. 488, 578,709 ix.333.445.x.386 664,822. xj.166,207,665,749,796,839.846,849,881.xij.498.

Morsus.

j Aen v 172.ij. 225.vij. 755.xij.755,782. ¶ Epith j.Aen. 173.xij.755.

Mortalis,

j.Aen.v 331,466,546.ij.142,268.vj. 728.&c vij 770 viij. 485.x.375.749,852,859 xj. 182. xij. 40, 157. 427. 797, 850. ¶ Epith.ij. Aen 268 vj. 732.viij.485.xj.182.xij 850.

Mos.

j.Aen.v.322,840.iij 65 v.356.596,693.vj.38,283,683.vij. 204,357.377.viij.88,344.x.594 xj.242,185.347.xij. 834. ¶ Epith,vij Aen.357.xj.142.347.

Mucro.

ij.Aen.v.333,449.vij.665.x. 642,672.xj 816.xij.356,378. 511,662,736.740. ¶ Epithet.ij. Aen. 333, 449.vij.665.x. 642 xj.816.xij.356,378,663,736,740.

Mugitus.

ij.Aen v.223.iij 674. iiij 490.vj. 255.viij.215.&c. 362.ix. 476,504 xj.37.xij.103,782 928.

Mulier.

ij Aen.v.489.ix 619 xj.803,839 ¶ Epith.ij, Aen.489,

Mundus,

j.Aen.v.236 279,335.461.602,695. iiij 129, 831. vj.723. &c.¶ Epith j.Aen 461 606.

Munera.

j.Aen v.75.&c 604 &c.651 636,683,699 ij.17,31,43,36, 49,189,557 iij.177,438,464.&c 482.&c.428 iiij.262, 331,375.v.105,247.&c.258,266,268,282. 292, 305.&c. 348,353.359.365.478,486,531,535.&c 543,651,846.vj. 408,525,883 vij.229 &c 241 &c 251,261.viij.612,617. ix.252.&c.263.&c.283,557.x.610,619.xj. 24, 226,249. 352. ¶ Ep.j. Aen 604 699.ij. 32,36.537.iij.177,439.464. 485,488.v.282,354.533.337 vj 408.885. viij. 612.xj. 25.

Murex.

v.Aen.v.205 ix.614. ¶ Epith iiij Aen.262.

Murmur.

j.Aen.v 59,128, 149,iij 581, iiij. 160, 210.v 869.x.98 xj. 297.xij.239,591,619.¶ Epitheta ibid.

Murmu-

A 8 O OBE-

O

OBEDIENTIA.

j. Aen. v. 80, 306, 660, 691, 699. ij. 544, 606. iij. 114, 189, 546, 560. &c. 684. iiij. 238, 294, 393, 396, 503, 577. v. 749. vj. 176, 236, 461. vij. 156, 239, 241, 368, 428, 432, 433. viij. 333, 443. ix. 45, 127, 310, 803. xj. 825. xij. 236, 567.

Obedire, vide Obedientia.

Obex.

x. Aen. v. 377. ¶ Epith. ibid.

Obliuio.

iiij. Aen. v. 265. vj. 710. &c. vij. 205, 231. vide *Memoria.* ¶ Epith. vj. Aen. 715.

Obitus.

iiij. Aeneid. v. 693. ¶ Epith. iiij. Aen. 694.

Obsidio.

iij. Aeneid. v. 58. vij. 338. viij. 228. ix. 597. x. 118. 2ij. 733, 742. &c.

Obstupere.

j. Aeneid. v. 498, 517. iij. 47. viij. 121. ix. 123. x. 249, 445. xj. 120. xij. 665.

Obtutus.

vj. Aen. v. 249. xij. 666. ¶ Epitheta ibid.

Oceanus.

j. Aen. v. 290. ij. 8, 250. iiij. 480. vij. 285. xj. 1. vide *Mare.*

Oculi.

j. Aeneid. v. 229, 232, 486, 593. ij. 569, 589. iiij. 181, 220, 362, 369, 372, 661, 688, 691. v. 438, 507, 579, 648, 654, 847. vj. 145, 199, 467. vij. 249. &c. 446, 447. viij. 152, 264, 310, 617. ix. 110, 189, 209, 710. x. 446, 454. xj. 120, 479, 507, 725, 745, 633, 670, 704. xij. 102, 151, 483, 908, 919, 930, 938. ¶ Epith. j. Aeneid. 232, 486. iiij. 332, 372, 688, 691. v. 438, 648, 654. vij. 249. viij. 266, 310. ix. 189, 209. x. 454. xj. 479. xij. 192.

Odium.

j. Aen. v. 365, 671. ij. 96. v. 785. vij. 298, 327, 335. x. 6, 9, 14, 894. xj. 122. ¶ Epith. j. Aeneid. 365, 671. ij. 96. v. 785. x. 895.

Odor.

j. Aen. v. 407, 420. iij. 228. vij. 479. xij. 298. &c. 587. &c. ¶ Epith. j. Aen. 407. iij. 228. xij. 591.

Oleum.

vj. Aen. v. 254. ¶ Epith. ibid.

Oliua.

v. Aen. v. 308, 493, 774. vj. 230, 808. vij. 751. viij. 115. xj. 100. ¶ Epith. v. Aen. 309, 494, 774. vj. 230, 808. viij. 116.

Olor.

xj. Aen. v. 580. ¶ Epith. ibid.

Olympus.

j. Aen. v. 378. ij. 779. iiij. 268, 694. vj. 579, 586, 782. vij. 217, 319, 532, 557. viij. 280. ix. 106. x. 1, 215, 612. xj. 725, 866. xij. 634, 791. ¶ Epith. j. Aen. 378. ij. 779. iiij. 268. vij. 217, 319, 557. viij. 280. x. 1, 216, 612. xj. 725, 866. xij. 791.

Omen.

ij. Aeneid. v. 178. &c. 691. v. 580. xj. 589. xij. 853. ¶ Epith. xj. Aen. 589.

Opes, Opulentia.

j. Aeneid. v. 18, 123, 366, 450. ij. 4, 602, 763. vj. 195, 683. vij. 261, 537, 684. viij. 317, 475. ix. 26, 532. x. 87, 144, 202, 599. xj. 252, 338. xij. 427, 478, 552. ¶ Epith. ij. Aen. 4, 763. x. 87, 596. xij. 427.

Optare, vide *suprà* Desiderium.

Opus.

viij. Aen. v. 525. ¶ Epithet eodem lib. v. 516.

Ora regio.

j. Aen. v. 161, 256, 805, 310, 335, 375, 381, 516, 542, 620. ij. 217, 282, 728. iij. 97, 117, 131, 338, 569, 707, 715. vij. 39, 564, 647. viij. 323, 381, 454. x. 164, 646. xj. 269, 281. ¶ Epithet j. Aen. 256, 381, 620. ij. 217. iij. 117, 181, 707. vj. 61. vij. 39, 647. viij. 454. x. 164, 646.

Oraculum.

ij. Aen. v. 114. viij. 131. vide *Prædicere.* ¶ Epithet. viij. Aen. 131.

Oratio.

j. Aeneid. v. 69. &c. 232, 233, 483, 528, 670. ij. 141, 232, 687. &c. 699, 702. iij. 84. &c. 176, 261. &c. 437, 525. &c. 598, 607, 205. &c. 217. &c. 314. &c. 413, 535, 611. v. 232. &c. 615. &c. 779. &c. 796, 798. vj. 50, 55, 65. &c. 73, 91, 106, 116, 117. &c. 186, 190. &c. 163, 170. vij. 133, 139, 229. &c. 471, 593, 597. viij. 59, 68. &c. 382, 401, 572. &c. 556. ix. 16, 24, 82, 90, 508, 622. &c. x. 16, 60, 152, 420. &c. 450, 514, 667, 835. xj. 157, 228, 784. &c. xij. 55. &c. 174, 195, 201, 219.

Oratores.

vij. Aen. 152. &c. xj. 100, 239, 330. ¶ Epith. xj. Aen. 330.

Orbus.

j. Aeneid. v. 236, 385. iiij. 119, 231. v. 46. vj. 723. &c. viij. 97, 137, 448. xij. 708. ¶ Epith. v. Aen. 46. viij. 97, 137.

Orbes circuli.

ij. Aen. v. 204. viij. 673. xij. 481, 925, 743. ¶ Epithet. ij. Aen. 204. xij. 481, 925, 743.

Orcus.

iiij. Aen. v. 242, 699. vj. 273. ix. 493, 525, 784. vide *Tartarus.* ¶ Epith. iiij. Aen. 699.

Orestes.

iiij. Aeneid. v. 471.

Oriens.

j. Aen. v. 293, 739. ¶ Epith. v. Aen. 739.

Orion.

j. Aeneid. v. 539. iij. 517. iiij. 52. vij. 719. x. 754. ¶ Epithet. ibidem.

Orichalcum.

xij. Aen. v. 87. ¶ Epith. ibid.

Ornus

vj. Aen. v. 182. x. 757. ¶ Epitheta ibid.

Orpheus.

vj. Aen. v. 119, 644. &c.

Ortus diei.

ij. Aen. v. 801, 521, 588. iiij. 6, 118, 129, 585, 568, 584. v. 42, 104, 739, 255. vij. 25, 130. viij. 59, 67, 455, 588. ix. 459. xj. 1, 4, 182. xij. 76, 113.

Os, oris.

j. A. v. 300, 319, 357, 561, 740. ij. 210, 422, 481, 593, 658, 681. iij. 174. iiij. 150, 195, 499, 511, 672. v. 71, 200. vj. 79, 102, 308, 353, 495, 686, 699. vij. 194, 249, 451. viij. 486. ix. 5, 181, 250, 646. x. 349, 423, 597, 718, 781, 812. xj. 39, 86, 90, 251, 300, 680, 854. xij. 64. &c. 82, 101, 335, 372, 802. ¶ Epithet. j. Aeneid. 300, 358, 741. ij. 211, 423, 482, 593, 658. iij. 174. iiij. 150, 195. v. 200. vj. 79, 102, 155. vij. 194, 249, 451. ix. 51, 181. x. 718. xj. 300, 251. xij. 64, 372, 593, 692, 802.

Osculari, Osculum & Amplecti.

j. Aeneid. v. 259, 514, 691. ij. 490, 673, 792. iiij. 659. v. 765. &c. vj. 697. &c. viij. 558. &c. xij. 433. ¶ Epith. j. Aen. 691. viij. 568.

Ossa.

ij. Aen. v. 120. v. 47, 421, 864. vj. 54. vij. 3. viij. 297. ix. 66. x. 383, 415. xj. 696, 816. xij. 36. ¶ Epith. ij. Aen. 120. v. 421. vj. 54. ix. 66.

Ostium Ditis.

vj. Aen. v. 81. viij. 666. ¶ Epith. vj. Aen. 81. viij. 667.

Ostrum.

j. Aen. v. 643, 704. vij. 276, 576, 814. xj. 72. &c. 772. xij. 67, 125. ¶ Epit. j. Aen. 641. xij. 67, 126.

Otium.

iiij. Aen. v. 271. vj. 812. xij. 11, 15, 75, 97.

Otrys.

vij. Aen. v. 674. ¶ Epith. eod. lib. v. 675.

Ouare.

iij. Aen. v. 189. v. 331, 563. ix. 208. x. 409, 491. xij. 12, 479.

Oues.

iij. Aen. v. 641, 660. vij. 587. ¶ Epith. iij. Aen. 643, 660.

P

PABVLVM.

j. Aen. v. 476. v. 328. vij. 699. xij. 475. ¶ Ep. v. Ae. 328. xij. 475.

Pasbyn-

Perseuerare, vide Constantia.

Pestis.

ij.Aen.137.&c.214 620.iiij.90.v.683,699 vij.505.ix.539. x.55.xj.792.xij.845.¶Epith iij Aen.214.vij.505.xj.792.

Phalanx.

xj.Aen.9.92.xij. 277,544,662. ¶Epitheta ibid.

Pharetra.

j. Aen. v.317,340 v.311,501,558.viij.166.ix.659. xj.590, 841,857. ¶Epith.v.Aen.311,558 viij.166.ix.659.

Phlegethon.

vj.Aen.v.265,550.¶Epith.vj. Aen.550.

Phœbe.

iij Aen.v.637.x.215.¶Epith x.Aen.215.

Phœbus, vide Apollo *suprà.*

Piaculum.

iiij.Aen.v.637.vj.155.¶Epith iiij Aen.637.

Pictura.

j.Ae v.468,643.iij 483.iiij 137 vj.32,33.vij.248,251,277. ix.26,581.x.487.¶Epith j.Aen.476

Picus.

vij.Aen.v.48,171,187.¶Epithet.vij.Aen.171,188.

Pietas.

j. Aen. v.13,155,548 ij 188,536, 560,595,635,647.707, 717, 721,746,750.iij. 79, 84.iiij 599 v.688,781.vj.110, 403,404,689,768. viij. 36,349 ix.283 &c. 291. x. 791, 815,837 xj.786.xij.285,391 &c.339 ¶Epith ij.Aen.188, 717.v.688.viij 349.ix 294.x.815.

Pignus.

iij Aen v.611.xj.362.¶Epith iij.Aen 611.xj.363.

Pilentum.

viij.Aen.x.665.¶Epith.eod.lib.v 666.

Pinus.

v. Aen.v. 153. 449 vij.397.ix 72, 116, 520.x 206,230.xj. 136,786 ¶Epith v Aen 153.449 vij.397,520.ix.72,116, 320,520.x.206,230.

Pisces.

x.Aen.v.550. ¶Epith.eodem lib.v.551.

Plaga.

j.Aen.v.398,vij.226 xij 299 ¶Epith.j.Aen.398.

Plangor.

ij.Aen.v 487.¶Epith.ibid.

Planicies.

xj Aen v.526.¶Epith.eodem lib v.527.

Planta.

viij Aen.v.813.xj.573,718. ¶Epitheta ibid.

Plaustrum.

xj.Aen.v.138. ¶Epith.ibid.

Plausus.

j. A.v.750 v.148,506.viij.716. vide *Lætitia.*¶Ep.v.A.506.

Plemmyrium.

iij.Aen.v.692.¶Epith.eodem lib.v.693.

Pluma.

x.Aen v.192.¶Epith.ibid.

Plumbum.

vij Aen.v.686 ¶Epith.eodem lib.v.687.

Pluuia.

j.Aen.v.124, 129,133 iij 194 iiij.120, 122, 123.v.10 457, 693 &c.ix.110.667.&c.x 624,797.xj.548. xij.451. ¶Epit.j.Aen. 127.iij.194.iiij 120.v.10,693 ix.111.

Poculum.

v Aen.91.viij.175 ix.263. ¶Epitheta ibid.

Pœna.

j.Aen.v.140.ij.94,138,366. 575.&c. 669 iij.604, 628.iiij. 385.vj.20,501, 529,542,560,565,585 &c. 614,739.&c. vij 595.viij.537.ix. 355,422,608,659, 844.xj.840,845. &c.855 ¶Epith.vj.Aen 501,585.

Poeta.

vj.Aen.662,669.vij.750 &c ix.774.

Polus.

j.Aen.v.402,512.iij.585,588. ¶Epith.iij Aen 588.

Polyphemus.

iij.Aen.v 641,657. ¶Epith iij.Aen.657.

Pondus.

j.Aen v 363.xj 616.¶Epith.j.Aen.363.

Pons.

ix.Aen.550.x.645.649.xij.675. ¶Epitheta ibid.

Pontus.

j Aen.v 44,74,93,118,128,560.ij 104 193.417.iij.605.v. 614 vij 2.x.193,685.xj 624.xij.182.¶Epith.j.Ae.118.ij. 104,iij.605.v.614.xj.624 xij.182.

Populus arbor.

viij Aen.v.275.x.190.¶Epith.ibid.

Populus gens.

j Aen v 25,229,267.iiij.615 624.vj 706.vij.236 386 388, 693.viij 475,686,721.x 4.201 xj 420 430. ¶Epithet.j. 25,229,267.iiij.615.vij.384.693 viij.475.x.4,202.

Porta.

ij.Aen.v.27,242.330,334 491.&c.750.iij. 616.&c.vj 695. vij.185.viij.338, 585 ix 159, 692.xj. 473,888.xij.135 ¶Epith ij Aen.330.viij.338,585 ix.692.xij 133.

Porte belli.

j.Aen.v.297.vij.607,617.xj.882 ¶Epith.j.297.vij.607,617.

Portentum

vij.Aen 58,79 viij.532 xj 271.

Porticus.

ij Aen.v 526,761.iij 353 xij.476. ¶Epitheta ibid.

Portus.

j.Aen.163 &c. 172,314.403.ij.23 iij.10,78,219.254,289, 292 300,377,382,530,533.570.iiij.612, 657. v.57,243, 281,813.vj.61,900.¶Ep iij.A.78,382,570.v.57,243,813.

Postes.

ij Aen.v.504.vij.620. viij.721.ix.537 xj.889. ¶Epithet. vij.Aen 622.viij.721.ix.537 xj 889.

Posteritas.

iij.Aen.v.97.vj.758.xj 394.

Potare.

j.Aen v 476,753.vj 714.

Potentia.

x.Aen.v 72. ¶Epith ibid

Præcipitare.

j.Aen v.118 ij.36.iij.605 iiij.250.253.565.v.175.178 &c. 456,859.vj.335.341,558 &c.577.593. ix.685, 815, 817. x 674 xj.615,671,887.xij 291,379.469,531.

Præcordia.

ij.Aen.367 vij.347.¶Epith vij Aen 347.

Præda.

j.Aen.v.531.ij 762 iij.55 vij.748 viij.205. &c 263.ix.267. 367,612.¶Epith j.Aen 532.vij 748,612.xj.384.

Prædicere.

j.Aen.v.395.ij.124.246 iij 184 187.245.&c.358 &c 365, 369.&c.379,433.&c. 441.&c.456 &c 463,474 712 iiij. 464.509. v.5. vj.10,42,47.&c. 65,67.&c.74.98. &c. vij. 81.&c. 90.&c.273. viij. 626,655.ix.327. x. 175,621,834. xj.739.xij 27.

Prælium.

ij. Aen. v.332,347,396,668.v. 592. vij.601, 803.viij.613, 675 &c.ix 462.x.354.&c 415,652,892 xj 47,306. 505, 541,631.&c.727.911 xij 525.570.581,628,715 ¶Epith. ij.Aen.669.vij 806.xj.48,727.xij 716.

Præmium.

j.Aen.v.604.&c ij. 537 v.70, 232, 353 375.486 ix. 252, 269.xij.435 764 vide *Munus.* ¶Epith.j. Aen.609.ij.537. ix.253 xij 437.764.

Præstare, vide infrà Supereminere.

Præsepe.

vij.Aen.v.17,275.¶Epith.eodem lib.v.275.

Præstigia.

iiij.Aen.v.483.&c 509 vij.10.&c.87.&c.389.x 588.

Pratum.

v.Aen.v.286.vj.674,707.¶Epith.v.268.vj.647.

Precari.

Regnator.

ij. Aen.v.556.iiij.268.¶ Epith.ij.Aen.v.556.

Regnum.

j.Ae.v.21,247,257,282,291,344,576.ij.4,22,88,351,455. iij.106,121,195,249.iiij.47,106,275.vj 566,583 &c.694, 781,794,811.&c. vij.98, 313, 421.&c. viij.509.xj 219, 238,334,539.xij.189,192,206.&c 544. ¶ Epith.j.Aen, 247.ij.4.iij.106,121,249.vj.566,584.818.vij.313.xj.539. xij.193.

Religio.

ij.Aen.v.188.714.iij.362.vij.170.&c.607.viij.349,597.xij. 181. vide plura in verbo *Sacrificare*. ¶Epith.ij.Aen.188. iij.362.viij.349.

Reliquia.

iiij.Aen.v 342.vj.227. ¶Epith.iij.Aen.342.

Remi.

j.Ae.v. 108,556.iiij.399.v.15,114,136,205,209,271,280, 752.viij.79 103 x 294,305. ¶ Epithet.iiij Aen.399.v.5, 114,209 viij 79,108 x.294.

Remuneratio, vide Munus.

Requies.

viij.Aen.v 46.ix 481.xj.731 xij.65,241,553. ¶Epith.viij. Aen.46.ix.482.

Res.

j.Aen.v.211,456,567.vj.91,196.x.152.xj.335,343.xij.43. ¶Epitheta ibidem.

Responsum.

ij.Aen.v 376.vj.672 vij.102.xj 226,239,351.xij.111. ¶Epith.ij.Aen.376.xj 252.

Respondeo.

j.A.v.80,389,376,565.ij.323,376 vij 95.x.448,538.xij.18.

Resurrectio vide Vita.

Rex.

j.Ae v.245,510,526,548,562,574,641.&c 657.ij.554 &c. iiij 141,289. vij.75,168,192,246.474.viij. 374,457.&c. 481,541.xj.15,294.353.xij.140,161.&c.826,849.¶Ep.j. Aen.548.vij.474 viij.374.xj.15,294.xij.140,826.xij.849.

Rhadamanthus.

vj.Aeneid v 567 &c.

Rhenus.

viij. Aen.v.727. ¶ Epithet. ibidem.

Ridere.

v.Aen.v.178.&c.x.733.

Rima.

viij.Aen.v.392. ¶ Epithet ibidem.

Ripa.

vj Aen.v.327.374,673,711.vij.30.&c.201,494.viij.57,62. ix.105,117,679 x.362,796 xj.296 &c. 547.xij.752,756. ¶ Epith.vj.Aen.327.vij.495 ix.105.xj. 299,547.xij.752.

Risus.

iij.Aen.v.350.ix.456 x.668. ¶Epith.iij.Aen.350.

Robur.

ij.Aen.v.230 260,481 iiij 441.v.681, vj. 181. vij 609.viij. 220,315,518.x.470,xj.552,892. ¶Epitheta ibid.

Rogare.

j.A.v.528.670.ij.141,405.iiij.203,318,435.v.234,769 vj. 91, 106,115, 116,124,186,363. vij.229 viij 69,382.576. ix.16,624.x.450,514,828,894.xj.784,790.xij.60,195.

Rogus.

iiij.Aen.v 504,642,676 &c.x.511.xj.184.&c.203.¶Epith. iiij.Aen.504,645.xj 128.

Roma.

j.Aen v.30 23,285 vj.781.vij 602.viij 635, 729. xij. 368. ¶ Epith.j.Aen.11.vj.781.vij.6 2.xij.168.

Romanus, a.

j.Aen.v.37.vj.809,847 &c.870.viij 313,626,714.

Romulus.

j.Aen.v.279.vij.779.viij 342,628.¶Ep.vj.Ae.778.viij.342.

Ros.

v.Aen.v.854.vj.230.xij.339.¶Epitheta ibid.

Rostrum.

v.A.v.143,232.vj 597.viij.684,690.xj.735. ¶ Epitheta ib.

Rota.

j.Aen.v.151.ij.335.viij.453.xij.76.¶ Epith.j.Aen.151.viij. 453.xij 76.

Rudentes.

iij.Ae.v.267,560,682.vij.15 2 229.¶Epith.iij.Ae.267,682.

Ruina.

j.Aen.v.133,242,651.414.iij. 476,570.viij.191.¶Epith.j. Aen.242,651,414.iij.476,570.viij.192.

Rumor.

iiij.Aen.v.203.viij.90.xij.227.vide *Fama*. ¶Epitheta ibid.

Rupes.

j.Aen.v.166,314. iij. 443. v. 180. vij.586. viij. 190, 343.x. 684. ¶Epitheta ibidem.

Rus.

j.Aen.v.434.iiij.586.vij 712.¶Epitheta ibid.

Rutulus.

vij.A.v.318,408.xj. 858.xij.462 ¶Epith.vij.A.409.xj.858.

S

SABINVS.

vij.Aen.v.278,708.

Sacerdos.

j.Aen v.277.iij 78,373.460.iiij 483,498, 509 vj. 321,544, 628 vij.85,419. viij. 159.xj.768.xij.169. ¶ Epith j.Aen. 277.iij.460.vj.321.xj 768.

Sacrificare, & Sacrificium.

j.Aen.v. 52,338,419,636.670,739, 740. ij.116,129,132, 354,183,201,223, 238,248,501, 512 &c. 523.iij.19,25, 34,63.&c.118,176,223,231,263, 265 301. &c.354,369, 404.&c 457,525,543.&c.iiij.50,56.&c 63,199.&c.458, 335 v.53,58,59,72.&c.94,96. &c 233.&c.476 &c.735, 745,602,772 &c.vj. 38,243. &c. vij 71,93,245 viij.84, 102,109,172,179. &c. 268.&c. 282.&c. 301, 542,640, 715 &c ix 624 &c,510 &c. 532.xj.49,197,481.xij 13, 116,212,215.&c.

Sauire.

j.Aen.v.153.ij.418.vij 170,375,460.viij.700.ix.420,561.x. 752.xij.387. vide *Furor* & *Crudelitas*.

Sauitia.

j.Aen.v.298.vj.135.x.600.xij.946. vide *Furor* & *Crudelitas*.

Sagitta.

j.Aen.v.191.v.68,313.322,485, 500, 504.vij 531. viij.166. ix.572,578,590,622,632.x 130,168.xj. 590, 857.&c.xij. 319.394.415.423,651,746 856 ¶Epith.j Aen. 191.v.68, 485, 500.vij. 931. viij 166 ix.572, 578,590,632.xj.590, 857.xij.319,394.415,651,746 856.

Sagulum.

viij.Aen v 660. ¶ Epith.ibidem.

Salij.

viij.Aen.v.285,663.¶Epith.viij Aen.663.

Saltus.

viij.Aen.v.656. ¶Epithet.eodem lib.v.657.

Salum.

ij.Aen v.209.v.848, ¶ Epitheta ibidem.

Salutare.

iij Aen.v.523.v.80.vj 321.ix.285. &c.

Salus.

ij.Aen.v.353.v.172 xij.241,632 ¶Epith.xij Aen 658.

Sanguis.

ij.Aen.v.538.iij.28,30,67,259.iiij 230.v.328,395.vij.318, 423,595.766.ix.332,422,455 x.24, 608, 821. xj. 82,393, 592.634 668,720 xij 29,35,690.720,838.905 949.¶Ep. ij Aen.538.iij.28,30,67, 259 iiij.230.v.328.395.vij. 318, 459.ix.332,422. x 608.xj 88,393,634,720 xij. 29, 690, 721,838,905,949.

Sata.

ij.Aen.v.306.vij.331 xij.860.¶Epitheta ibidem.

Saturnus

j.Aen v.573.vj.792.vij 180, 202.viij.319,329,357.xj.252 ¶Epith.vij Aen.180.

Saxum.

j.Aen v 143,171,183 205,428,541.iij 431,554.559,566, 699 v. 202.627.677.vj. 550 vij.589,viij. 211,225, 233, 417 ix 448,533.x.127,130,363.xj.131,296,627.xij.591, 827,

613.xij.521,617. ¶ Epith.ix. Aen. 503.

Sopor.

iiij.Aen.v.487,522.v.854.vj.278.viij.26,405.

Sopitus.

j.Aen.v.684.2.633.

Soror.

iiij.Aen.v.8,677.vij.123 xij.676.¶Epit.iiij.Ae.v.8.vij.824.

Sors.

ij.Aen.v.454.vj.22,72,332.vij 254,268.i2 267,270.x.492. xj.165.xij.243,391. ¶Epith.vj.Aen.22,332.xij.243.

Spacium.

vij.Aen.v.380.¶Epith.eod.lib .381.

Species.

vij.Aen.v.5,68.viij 258. ¶ Epitheta ibidem.

Specula.

iij.Aen.v.238,x.454. ¶ Epith.iij.Aen 239.x 454.

Spelunca.

j.Aen.v.64.vj.237 viij 193,210,212,224,234,303.¶Epith. j.Aen.64.vj.Aen.237.viij.193.

Spernere.

j Aen.v.546.v.847.

Spes.

j.Aen.v.212,222,355,453.ij.61,75,137,162.&c.281,676. iij.543,802.iiij.55,235,271,477.v.183 672 vij 217,580. ix.126,130,188,493. &c. x.263, 276,515,618,639.xj.18, 49.275,308,411,437,502.xij 2,34,57,324.¶Ep.j A.356. ij.281.v: 183. viij. 580.x.263.370,618,639.xj 49.xij.325

Speculum.

v.A v.306,586 vij.164, 186,626,687 ix.606 x,879.xj 575, 606,652,654,676,772.xij 403,408,563.¶Epit.v.A. 306 vij.164,626 xj.277,654.

Spiritus.

iiij,Aeneid.v.336.vj.725.

Spolia.

ij Ae.v.504.iiij 93.vj.855.viij. 200.ix.450 x.448,494.784, 853 xj.13,789.&c.xij.92,408.¶Epith.iiij.A 93 vj,855.x. 449,853 xij 408.

Sponda.

j.Aen.v.701. ¶Epithet.j.Aen.702.

Spuma.

j.Ac v.38.iij 207,567.iiij.135,583.v.816.vj 880.xj.769.xij 650.

Spumare.

v Aen.v.140.viij 671,689 x.205.

Squalor.

vj.Aen.v.298. ¶Epith.eodem lib.v.299.

Stabulum.

iiij.Aen.v.494.vj.179.vij.311.¶Epithet.vj Aen 179.

Stagnum.

vj.A v.323.viij.86.xj 458.x.754.xj.458.xij 476.¶Epitheta ibid.

Statio.

ij.Aen.v.23. ¶ Epith ibid.

Stella.

iiij Ae.v.480.vj.793.ix.20.xj 201.¶Epi.iiij A.482.vj.797. i2.21.xj.202.

Stimulus.

ix.Aen.v.717,xj.336,451.¶Epith.i2. Aen.718 xj 337,452.

Stips.

vij Aen.v.507,524. ¶ Epitheta ibid.

Stirps, progenies.

j.Ae.v. 630 iij.94.iiij. 622.v.296,711.vij,293 viij.130,628. ix.603.xj 394.xij.166.¶Ep.j.A.630.v.297,711.vij.293,628. xij.166.

Stirps arboris.

xij Aen.v 781. ¶Epithet ibid.

Stramen.

xj.Aen.v.67. ¶ Epith ibid.

Stratum.

iij Aen v.176,513.iiij 391.viij.414 ¶Epith.viij. Aen 415.

Stultitia, vide Furor.

Stupere.

j.Aen v.498,517.vij.221.ix.123.x.249,445.xj.120.

Subridere.

j.Aen.v.258.x.733

Sudes.

vij.Aen.v.524.xj.473,893.

Sudor.

ij.Aen.v.173.iij. 175.v.199.vij.458.ix.812.¶Epith.ij.Aen. 173.iij.175.vij.459.

Superbus.

v.Aen.v 541.viij 613 ix.634.xj 340.

Supereminere.

j.Aen.v.500.&c.v.375.vj.667 vij.783.x.753.&c.xij.19.

Superstitio.

viij.Aen.v.187. ¶ Epithet.ibidem.

Supplicium.

vj.Aen.v.498.vi 596.xj.257,273. vide *Vindicta* & *Scelus.* ¶ Epitheta ibidem.

Sus.

vij.Aen.v.15.viij.43.xj.198. ¶Epitheta ibid.

Suspenso animo, vide Cogitare.

Suspicere, vide suprà Admirari.

Suspirare.

j.Aen.v.375 ij.9x.vide *Lachryma.*

Sydus.

j Aen.v.610.ij.9,488,700.iij.515,574.576 619.iiij.80,319, 524,578 v.528.vj.338,427. 580.&c.vij.215.viij. 589.ix. 429.xj 259,832. ¶ Epith.j. Aen.612.ij.9.700.iij.619.iiij. 81,519,578.v.528.vj 850 ix 429.xj.259,832.

Sylua.

j.Aen.v.168,445.ij.307.iij.24.vj.7.179,186.443,472,638, 657,703,764.vij.505, 15 viij.342,351,597 &c.ix.85. &c.380, 391.2.96. xj 515,3 1.904.xij 521. ¶ Epith.j. Aen.168,445.ij 307 iij.24.vj.1,9,186,443,473.vij.505, 515.viij.342,597.ix.85,382,391.xj.531,904.xij.521.

Syluanus.

viij.Aen.v.600.

Syrtis.

j.Aen.v.150.iiij.40,192 ¶Epitheta ibid.

T

TABES.

iij Aen.v 626.vj.442 viij 196.¶ Epitheta ibid.

Tactus.

ij.Aen v.683. ¶ Epithet.ibid.

Tæda.

vj.Aen v.212.vij.71,322,456.ix.73,108. ¶Epith.vij. Ae. 71,322,457.i2 75.

Talentum.

x.Aen.v 522.xj 332.

Tapetia.

vij.Aen.v 276 i2 325.x 358.¶Epitheta ibid.

Tapsus.

iij Aen v.687. ¶ Epith ibid.

Tardare.

j Aen.v.750.xj 282,373.vide suprà *Mora.*

Tartarus.

iiij Aeneid. v.242.v.731 j 133,273.&c. 295.&c.323, 390,438,533,548 &c 576,614 &c.vij.556 &c viij. 241. 666 x.113. ¶Epith iiij Aen.243.v.733.vj.134,295,551. viij.241.667.

Taurus.

j Aen v 637 ij 201,223.iij 19, 118.v.233 vj. 243.viij 205. ix 607,626 x.454 xj.197 xij 101 ¶ Epith j.Aen.202.v. 236 vj 243 ix.627.xij.103.

Tectum.

j. Aen. v. 635, 642. ij.302 vj 7.vij 12,160, 370, 341. viij. 98.vide *Domus.*¶Epitheta ibid.

Tegmen.

vij.Aen.v.632,666.xj.777 ¶Epitheta ibid.

Tela.

iiij.Aen.v 264 vij.14.ix 488 ¶Epitheta ibid.

Telum.

ij. Aen. v.177, 358, 410, 422, 459,467.446,470,544,726. iij.45,635.iiij.149 .497,500,51 ,520,581.vj.57.vij.507, 520, 673, 730.741 viij. 16, 447, 694. ix. 417, 499, 509, 538,543,555.622,653,666,747 772, 792,807,264, 329, 333,381,424.470,477.576, 63 , 683,722,792, 799.xj.9, 80,117,193,282,545,551, 558, 578, 610, 664, 688,735, 783,801, 807,816, 856, 871, 292 xij.7,50,294,266,278, 283,294, 305, 387,441, 461,465,536,578,682, 693,787 815,858,887,916,919. ¶ Epith ij. Aen.422,459.544.iij. 635. vij. 673. x,381 472, 683, 722.xj 196,282,545,552, 610,809 xij.294,442,858,827,919.

Tellus.

ij.A.v.73 iij.73,673.iiij.5 5.v. .vj.795 &c.799. vij. 722, xij 445, 20.¶ Epit.ij.Aen 73.iij 73, 673.iiij.275 vj.799. vij.722.xij 445,520.

Tempestas.

j Aen. v. 36, 88, 84,106 &c. 380,315.ij. 110 iij 194,533. &c.560,v.10.&c.457, 693, 789 vij. 222.&c.12. 19.x.794. &c. ¶ Epith.

Tybris fluuius.

ij.Aen.v.781,506,797.vij.242,303,436.viij 62,72,86,331, 538.ix.124.x.824.xj.893.xij.35. ¶ Epith.vij.Aen.242. viij 64 xj.393.

Tybris regis nomen.

viij. Aen.v.330.

Tygris.

iiij.Aen.v.363.ix.729.xj.575.¶ Epith.iiij.Aen.367.ix.729.

Tyrij.

j.Aen.v.427,665.¶ Epitheta ibid.

V.

VACCA.

iiij.Aen.v.60.vj.251.¶ Epitheta ibid.

Vadum.

j.Aen.v.129, 540. iij.706.v.158, 220.vj.326.vij.24,198, 242.¶ Epitheta ibid.

Vagina.

iiij.Aen.v.579.vj.260.x.466.¶ Epith.x.Aen.466.

Vagitus.

vj.Aen.v.426.¶ Epith ibid.

Valedicere.

ij.Aen.v.789.iij.474 &c.482.&c.492.v.738,765.&c.vij. 120.ix.483.xj 45,97.

Vallis.

ij.Aen.748.vj.703.ix.3,244 xj.522.¶ Epitheta ibid.

Vapor.

v.Aen.v.682,vj.466.¶ Epitheta ibid.

Variare.

v.Aen.v.709.ix.164.x.96.xij.222.

Vates.

iij.Ae.245,443,456,463,712.iiij 464 v.524 vj.65,77,372, 662,669.¶ Epith.iij. Aen.245,443.v.524 vj 65,662.

Vaticinari, vide suprà Prædicere.

Vber, ra.

iij.Aen.v.392,641.vj.426 vij.483.viij.44,630.

Velum.

j.Aen.v.38,144,464.iij.520.iiij.546, 587.v.15, 32, 281. ¶ Epith.j.Aen.404.iiij.587.v.15,281.

Velocitas.

j.Aen.v.304,660.vj.329.

Venari.

j Aen.v.191.&c. 322.&c.iiij.69.&c.117,136,151.&c.v. 252.vj.800.vij.477.&c.493 &c 746 ix 749.&c.693.x. 698.&c.xj.684.xij.4.&c.

Venatus.

vij.Aen.v.746.viij.318.ix.407.

Venenum.

ij.Aen.v.221,692.iiij.514 vij.341,354. ¶ Epith.ij. Aen. 514.vij.354.

Venia.

j.Aen.v.521.x.86 xj.358.414.

Ventus.

j.Aen.v.55.&c.70,73.&c.105,115,140 &c.515,539,579. ij.110,416,794.iij.69,130, 196, 268,337,357.410,448. 472,481,513,528,568,682,687. iiij.430,441,562.v.19, 26,32,526,763,777.850,870.vj.75,355,362.vij.8,23,27. x.37,69,82,96,103,353.&c.667.xj.795,798.xij.365.&c. 455.¶ Epith j.Aen.57,334 ij.794 iij.448,683.iiij.430.v. 326,763.vj 76.vij.23.x 37,82,356.

Venus.

j.Aen.v.232,319,406,413,621,661,667.&c.ij.589.&c viij. 590,608.&c.x.16,51.xij 411.&c.427,554.¶ Epith.j.Ae. 622.vj.26.viij.608.x.16.xj.736.

Venustas.

j.Aen v.75,79,500,592.iiij 141,150,258,328,558.v.295, 570.vj.861.vij.649 ix.581.x.132.&c.xj.67,818.xij.64. &c.210.

Verba facere, vide Dicere.

Verbera.

vj.Aen.v.557.vij.336.¶ Epith.vj.Aen.557.

Verbum.

j.Aen.v.714.ix.634.x.630.¶ Epitheta ibid.

Vertex.

ij.Aen.v.307.iij.679.vij.566.viij.138, 351.xij.762. ¶ Epitheta ibid.

Vesper.

j.Aen.v.378.v.19.viij.280.¶ Epith.v.Aen.19.

Vesta.

ij.Aen.v.296.v.744.ix.259.¶ Epitheta ibid.

Vestigare.

viij.Aen.v.812.ix.391.xj.763 xij.466,481.557.

Vestigia.

j.Aen.v.29,145,331,547.v.566.ix.591.xj.763,787.¶ Epit. j.Aen.30.

Vestibulum.

ij.Aen.v.469 vj.273,555.

Vestimentum.

j.Aen v.279,286,319.&c.326,340,408,484,643,651.&c. iiij.137.v.86,111,250.vj.555,645.vij.248,251,666,688, 814.viij 32,437.&c.552,659, 702.ix.613.x.313,487. 530,809 xj.72.&c.576,679,770,774.xij.161,169,273, 602,609.

Vestis.

j.Aen.v.634.iij.483.v.179.xij.169,609.¶ Epitheta ibid.

Vesulus.

x.Aen.v.699.¶ Epith.ibid.

Vetustas.

iij.Aen.v.415.xij.684.¶ Epith.iij.Aen.415.xij.686.

Via.

j Aen.v.405,422.ij.736.iij.383,519,568,684.v.1.vj.194, 260,384.540,629, 633, 898. vij. 296. viij.90,112,307. ix.376,391.xj.17,29,99.xij 388.¶ Epith.iij.Ae 383.viij. 112.ix.391.

Victima, vide Sacrificare.

Victoria.

j.Aen.v.293,625.ij.274,329,354,367.577,583.iiij. 94.v. 244 &c 331,473,484,539.vj.836,855.vij.655,698 viij. 146.&c.149.&c.538,685,714.&c.ix 267.&c.450.x.43, 421,449,454,486,494,519,532,556. &c.664,820.xj. 15,289,384,397,408,416,421,436,688,718.&c.750. &c.789.&c.xij 183.&c.625,629.

Videre.

j. Aen.v.184,227,230,310,457,468.498.ij 564,569, 589, 604,740.iiij 220,338,362,369,372,661,691.v.508,577. 611,847.vj.145,199,467,487, 577, 595,754.vij.249, 399,447,448.viij.152,228,264, 310,592,617,675.ix. 189,209,418,443,446,454.751,760,763.xij.479,307. 745.800.xij.70.134,151,446,466,481,483,557,595. 638,670,704.

Vigilare.

x.Aen.v.228.

Vigiles.

ij.Aen.v.334.ix.159,166,345.

Vigor.

vj.Aen.v 730.¶ Epith ibid.

Vimen.

iij.Aen.v.31 ¶ Epith ibid.

Vinculum.

j.Aen.v.58,297.ij.57,146,153,217,226,235,465.iiij 575. 579.v.569.vj.557.xij.15 viij.457,651.ix.117.xij.29. ¶ Epith.j.Aen.146.ij.636.v.510.

Vindicta.

j.Aen.v.140.ij 94,138,366,575 &c.583.669.iij 604, 628, 633.iiij.381.&c.626,656 v.606.vj.20,302,529,542, 560,565,585.&c.614.&c.739.&c.vij.595.viij.537.ix. 355,422 x.31,608,639,844.854.xj.840,845.&c.832.&c.

Vinum.

j.Aen.v.199,218,738,740.ij 265.v.237,775.¶ Epithet v. Aen 238,773.

Viola.

xj.Aen.v.69.¶ Epith.ibid.

Violentia.

xj.Aen.v.376.xij.9,45.

Vir.

j.Aen.v.14,155,244.iiij.573.viij.119.441.xj 306. ¶ Epitheta ibid.

Vires.

j.Aen.v.177,206,211,218,668,533,583.ij.50,61,170,335, 451,491,617,638 iij 610.iiij.132,175.v.67,191.197,210, 226,363 &c.368,372 &c.395,414,421,444 454.465, 474.500,680,684.vj.95,266.394,552,771,833.vij.297, 310,312.viij.403,424,441,451,472.&c.509.ix.96,498, 361.&c.620,636,717,741.764.792,729,788.802.x 336, 431.449,739,802,848,855,888.xj.148,354,368,370, 400,539.744,750.xij.424 526,552. ¶ Epith.ij Aen.50, 491,617.iiij.132.v.368,196,500.vj.833.vij.801.viij. 478,509.ix.499.x.889.xj.539.xij.150,424.

Vire-

Viretum.

vj. Aen.v.638. ¶ Epithet. ibid.

Virga.

vj.Aen.v.408. ¶ Epith.eod lib v 409.

Virgo.

j.Aen.v.319, 340. ij. 168. 403. xj 479, 483, 507. 557, 565, 581, 655, 664, 676, 762 xij 64, 67. ¶ Epith. j. Aen. 319. xj. 507. 664, 762.

Virgultum.

iij. Aen.v.22.vj.704. ¶ Epitheta ibid.

Virtus.

j. Aen.v.465. ij. 367, 390, 491 iij. 342. iiij. 3. v. 258, 344 363, 455. 754. vj. 129, 806 viij. 500, 547. ix. 641, 741, 795. x. 410, 459. 743 xj 27, 311, 368, 386, 415, 441. xij. 19, 435, 440. ¶ Epith v. Aen 344. 455. 754. vj 130. ix. 641. x. 743. xj 386, 415. xij. 19.

Vis, vide Vires.

Viscera.

vj. Aen.v.253, 598. viij. 179. ¶ Epitheta ibid.

Visus.

ij. Aen.v.605 x.447. xj. 271 ¶ Epitheta ibid.

Vita.

j.Aen.v.391, 550 ij 92, 145. 538, 561, 637, 641, 647 iij. 311, 315, 339, 645 &c iiij. 336, 340, 653, 705. v. 724. vj. 121, 268, 292, 608. 661, 663. 719 725. vij. 534. 767. &c. 775. viij. 408. 574. 579 ix 205, 212, 497. x. 458, 515. 559. 620, 810, 837. 844. xj 160, 177, 180. 569. 571, 617, 851. ¶ Ep j Aen. 590. vj. 292. vij 534 viij 579 ix 497. x. 620, 810. xj. 177.

Vitisator.

vij Aen.v.378. ¶ Epithet. ibid.

Vitta.

ij A.v.368. iij 36. iiij 632. vij 352, 403. x. 512. ¶ Epitheta ib.

Viuere, vide Vita.

Vlciscis.

ij. Aen.v.94, 575. iij 633. iiij 625, 636. x. 854.

Vlmus.

vj Aen.v.282 ¶ Epith. ibid.

Vlua.

ij. Aen v.335. vj. 416. ¶ Epith vj. Aen. 416.

Vlulare.

ij. Aen.v.487. vj. 257. xj 662.

Vlulatus.

iiij Aen.v.667. vij 395. ¶ Epitheta ibid.

Vlysses.

ij. Aen.v.7. 44, 90 97, 104, 122, 128, 164. 261. iij. 273, 613, 691. ix. 602. ¶ Epith. ij. Ae. 7, 44, 90, 164, 261. iij. 273, 613, 691. ix 602.

Vmber.

xij. Aen.v.753. ¶ Epith. ibid.

Vmbra anima.

j. Aen.v.550 iiij. 242, 571. v. 80, 733. vj. 264, 289, 340, 400, 404. 510, 619, 866, 893. ¶ Epith. j. Aen 551. iiij. 242, 571. v. 734. vj. 264, 289, 401, 894.

Vmbra.

j. Ae.v.169, 315. 445. 611 697. ij. 250, 360, 420, 621, 732. iij. 230, 589 iiij. 7. 25. 351 571. vj. 189, 450. vij. 618. ix. 314. 373. x 627 xj. 210, 830 xij 33. 859, 863, 880, 952. ¶ Epith. j Aen. 169, 315. 698 ij. 360, 621 iij. 230, 589. iiij. 7, 26 351. 371. vj. 452. vij. 619. ix 373. x 627. xj. 210. xij. 52, 859.

Vnda.

j. Aen v.600 iij. 200, 215, 263, 285, 302, 384. 398. 509. 565. 694. iiij 253 v 165. 193, 796, 859, 868. vj. 174. 229. 295. 354. 357, 385, 425. 438 714 759. 773 viij. 69, 86. 538, 589. 726. ix. 22, 76. 603. 700, 817. x 48, 212. 641, 824 xj. 299. 562, 625. xij. 249. ¶ Epith. j. Aen. 600, 200. iij. 215, 268. 696. v. 193, 859, 868. vj. 174. 229. 354. 385, 425, 438. vij. 773. viij. 87. ix. 70, 700, 817 x 48, 212. xj. 299.

Vocare.

iij. Aen v. 133. viij. 322. x 141. xj. 542, 731.

Volare.

j. Aen v.159, 304. ij. 360. iij. 225, 232, 258. iiij. 224, 239, 245. 352. &c. 693, 694. iiij. 213. &c. 512, 525, 606, 657. vj. 15, 390, 197. 202. 239. vij. 408, 476, 543, 561. ix. 14. 18, 563, 538, 645, 658 x. 265 624 xj. 272, 588, 595, 751, 866. xij. 455. 473. &c. 592, 595.

Volscens.

ix. Aen.v.420, 438. ¶ Epith. eod lib v. 420.

Volucris.

ij. Aen.v.794. iij. 241, 262. vij. 33, 703. viij 235. xij 251, 875. ¶ Epith. iij. Aen. 241, 262. vij. 33 705. viij. 235. xij. 276.

Volumen.

xj. Aen.v.753. ¶ Epith. ibid

Voluntas.

iiij. Aen.v.125. vj. 675. vide suprà *Desiderium.*

Voluptas.

iij. Aen.v.660. viij. 581. x. 837. xij. 139, 143. ¶ Epith. viij. Aen. 581.

Vorago.

j. Aen.v.122 vj. 296. ix. 105, 310 ¶ Epithetà ibid.

Vortex.

j. Aen.v. 121. vij. 30. ¶ Epith. j Aen. 121. vij 33.

Votum.

ij Aen. v. 17. iij. 548. v 53, 233. vij. 596 viij. 60, 714. ix 278, 308, 624. xj 49, 157. xij. 259, 780. ¶ Epith. iij. Aen 548. vij. 597. viij. 61, 735. xij. 780

Vouere.

xj Aen.v.441, 557.

Vox.

j. Aen.v.86, 331, 674. ij. 98, 128, 280, 768. iij 320, 556, 647. iiij. 76. v. 409, 722. vj. 426, 492, 618, 626, 686. vij. 420, 513. &c. 519. 560. viij. 155, 217 ix. 112, 324, 595. x. 82, 322, 347. 864 xj. 274. 843. xij. 318, 481, 912 929. ¶ Epith. j Aen. 674 ij 98, 280 iij. 320, 556. vj. 619, 626, 689. vij. 514. ix. 112. x 322, 864. xj. 274

Vrbs.

j. Aen v. 16, 251, 262 268, 280, 369 425 &c. 441, 526, 575. ij. 241, 294, 363, 610, 624 642, 746. iij. 1, 16, 52. 132, 159. 255, 387, 389 &c 501. iiij. 86, 110. 211, 342, 545, 655 v. 439. &c. 597 631, 717, 737. 755. 810 vij 126, 131, 144. 157. &c. 290, 409. viij 36 42. &c. 52, 65, 134, 290, 347, 356, 478, 570, 646. ix. 144. 153, 159. &c. x. 12, 22, 53, 87, 201, 252 xj 349 xij. 114. 193. 555. 558, 567. ¶ Epithet. j Aen. 16, 526 ij. 363, 746. iij. 132. iiij. 212, 342, 655. v 439. viij. 65, 290. x. 87, 253. xij 558.

Versus, a.

v Aen.v 87. vij. 17. ¶ Epith v. Aen 37.

Vsus.

ij. Aen v. 453. iiij 646. ¶ Epith. ij. Aen 453.

Vulcanus.

ij Aen.v 310. v. 659 vij 73 viij 198, 422. ix 73. x. 346, 407. xj. 438.

Vulgus.

j. Aen.v. 153. ij. 39, 98, 796 xij 131. ¶ Epitheta ibid.

Vulnus.

j. Aen v 40. ij 529, 561 iiij. 67. 683, 688. v 433 &c. vj. 494. vij 182, 756. ix 400, 548 580. 698. 708 750. x 477 724, 772. 824. 837. 847 xj 55. 638. &c. 646, 668. 698. 816. &c. 848 xij 5, 159. 323, 374. 525 640. 720, 797, 948. ¶ Epith j. Aen. 40 ij 529, 561. iiij 76. 689. v 436 vj. 497. vij. 182 ix. 580, 750, 700 x. 724, 848. xj. 55, 823 xij 5, 60, 640, 797.

Vultus.

j. Aen. v. 331, 469, 688. ij 285. vj. 156, 470. 848. xij 807. ¶ Epith j. Aen 331, 688 ij. 285 vj. 356, 848. xij. 807.

Vultur.

vj. Aen.v.597. ¶ Epith. ibid.

Vxor.

ij. Aen.v.673, 783. &c. vij. 356 ¶ Epith. ij. Aen 783.

Z

ZAZYNTHOS.

iij. Aen.v.270 ¶ Epith. ibid.

Zephyrus.

j. Aen.v.135. ij. 416. iij. 120. iiij. 223, 562 v. 32. x. 103. ¶ Ep. iij. Aen. 120 iiij. 562.

LOCORVM COMMVNIVM ET EPITHETORVM FINIS.

ARGVMENTVM LIBRI I. AENEIDOS VERGILIANAE.

ADILON.

Aeneas primò Libyes appellitur oris.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN primum Aeneidos librum Argumentum.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas, odijs pressus Iunonis iniqua,
Italiam quærens, Siculis errauit in vndis.
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarusq; loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elysa.
Quinetiam nebula septus peruenit ad vrbem.
† *Acceptosq; vndis socios cum classe recepit:*
Hospitioq; vsus Didonis cuncta benignè,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

† al. Arreptosque

PVB.

PVB. VERGILII
MARONIS AENEIDOS
LIBER PRIMVS,

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBVS doctißimorum atque eruditißimorum virorum,

D. D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII, &
D. LAMBERTI HORTENSII
Montfortij.

ILLE ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, uicina coëgi,
Vt quamuis auido parêrent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, uirumque cano: Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, † Lauinaque uenit — †vel. Lauiniá venit
Littora: multum ille & terris iactatus, & alto,
Vi superûm, sæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoque & bello passus, dum conderet urbẽ,
Inferretque deos Latio: genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII IN PRIMVM P. Virgilij Maronis Aeneidis librum explanatio.

NASCIMBAENVS. A TOTVM hoc Aeneidis opus, quod P. Virgilius duodecim libris scribendo cõplexus est, Epopœia dicitur, sicuti Homeri Ilias, & Odyssea. Epopœia Græca uox est, cui nulla Latina respondet. Est autem Epopœia actionum uirorum illustrium imitatio: quam summus omnium literatorum magister Aristoteles in libro de Poetica interdum Poësim ἐποποιίαν lib. quia narrando, & commemorando quæcunque sibi imitanda proposuit, imitatur. Aliquando uerò τὴν ἐξαμέτρῳ μιμητικὴν lib: id est, imitatricem utentem exametro appellat: (cuius Poëtæ à Cicerone in libro de opt. genere Oratorum epici uocantur) ut B Homerus in primis, & Virgilius: quorum uterque heroum res præclarè gestas perscripsit. Proprium uerò, ac peculiare est Epopœiæ, auctore ipso Arist. unam tantùm integrã, atque perfectam actionem complecti: quæ principio, medio, atque fine constet: id est, cuius unus sit finis, ad quem, tanquam ad signum aliquod omnia referantur. Hæc (ut mihi quidem uidetur) in quatuor genera, seu mauis formas distributa est: nam aut est simplex, aut complicita, aut morata, aut pathetica. Simplex actio illa est, in qua sine aliquo C admirabili casu: id est, absque subita, magnaque rerum uicissitudine, & absque agnitione fit transitus, ingensque rerum uariatio: hoc est, quæ peripetijs, & agnitionibus caret. Implicita est, in qua cum agnitione, uel peripetia, uel ambabus his rebus migratio fit, & in alium rerũ statum transitus. ἠθικὴ: id est, morata dicitur, in qua optimè hominum mores, ac naturæ personarum exprimuntur. Pathetica uerò est, quæ interitum affert, aut acerrimos corporis dolores gignit. Igitur Aeneidis anteriorum sex librorum actio, seu Epopœia complicita est: Nam peripetijs, agnitionibusque constat, sicuti Homeri Odyssea: ad cuius imitationem scripta est. Frequens enim extat tum subita fortunæ commutatio: tum crebræ agnitiones fiunt. Nam in primo libro Aeneas agnoscitur à Didone, & ipse suos agnoscit in picturæ templi: in tertio Anius rex, & sacerdos Phœbi Anchisem, Andromacha agnoscit Aeneã. in quinto Acestes Troianos: in sexto, Aeneas patrem Anchisem, aliosque multos agnoscit apud inferos. Posteriores uerò sex libri actionem habent simplicem, ueluti Ilias Homeri, ad cuius imaginem compositi uidentur: nullam enim agnitionem habent, peripetiam tantùm habent, & multis quidem in locis. Sæpè enim Rutuli uictores Troiani uicti, rursus Troiani uictores, Rutuli uicti demonstrantur. Quod quid aliud est, quàm peripetia, & commutatio felicitatis in infelicitatem, & infelicitatis in felicitatem? illud uerò obseruatione dignum duxerim, patheticas moratasque actiões cùm in duplicibus dramatibus: id est, in simplici, & complicita Tragœdia, tum etiã in utraque epopœia inseri. Itaque Ilias Homeri ab Arist. simplex, & patheticũ poëma uocatur: Tu uerò adde etiam moratum. Odyssea complicita est, ut paulò antè dictum est, pathetica, & morata. Virgilij quoque sex priores libri, præter quod peripetias, & agnitiones habent, patheticĩ sunt, & morati. nec reliqui his laudibus carent. Epopœia totidem ferè sunt partes (de qualitatis partibus loquor, quibus, ut inquit Arist. tanquã formis utendum est,) quot idem Tragœdia sunt, fabula, mores, dictio, sententia. Melodiam, & apparatum, quæ Tragœdiæ, & comœdiæ actionem exornant, epopœia non habet. Fabulam Aristoteles τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων: id est, ordinem, compositionemque rerum aptè cohærentium appellat: mores animorum propensionem declarant, siue bonam, siue malam: suntque in poëmate ueluti in picturis colores, & pigmenta quædam, de quibus suo loco pluribus: dictio, quam Græci λέξιν uocant, illa est, cuius adminiculo res explicantur, significanturque: sentẽtia uerò est, quæ explicat quid quisque in animo habeat, aut sentiat de re aliqua, Græci διάνοιαν appellant. Qui ergo fabulam rectè composuerit, ac deinceps suos cuique mores, animorumque propensiones tribuerit, & uerba, quibus sensa animi sui proferre, quidque sentiat de re aliqua optimè dicere queat, is utique munus epopœia probè confecisse iudicabitur: de reliquis cùm docen-

di locus inciderit, copiosè disputabimus: nunc uerò quibus ex rebus fabula totius Aeneidos, quibus ue episodijs, tanquam coloribus exornata sit, docendum uidetur. nam auctore Arist. fabula poëmatis anima est: eius igitur hæc summa est: Aeneam singulari corporis animiq; fortitudine uirum, pietate incredibili præditum, parentibus Anchise, & Venere prognatum, diruta patria, ad Italiam nutu quidem Deorum, sed non absq; ærumnis, calamitatibusq; maximis nauigasse: ibi diutiùs teterrimo bello uexatam, urbem demum condidisse. Hæc fabula est, totiusq; Virgiliani poëmatis argumenti summa: quam ipse deinde episodiorum uarietate exornat: ut opus in satis amplam magnitudinem cresceat: Quod epopœia proprium est. Sunt Episodia digressiones, quibus ex proprio rei instituto ornatus, apparationisq; gratia poëtæ recedunt: his totam Aeneidem inspersit Maro. Nam, ut alia omittam, quæ in singulis Aeneidis libris passim & frequenter reperiuntur, totus quartus liber de Amore Didus, maxima pars quinti de ludis ad Anchisæ tumulum celebratis, ne singula recenseam longis episodijs continetur: nam ut in dramatibus breuia episodia, sic in epopœia longa admodum esse oportet: propterea quia dramata, ut auctor est Arist. id est, comœdia & tragœdia unius diei spatio plus, minusue actionem imitantur: epopœia uerò temporis spatio non urgetur. In episodia incidunt agnitiones, & peripetiæ, de quibus antea dictum est, quæ cùm delectationem afferunt, tum etiam poëmata mirum in modum exornant: atq; hæc ferè sunt, quæ de poëtica facultate hoc in loco breuiter mihi dicenda uidebantur, quo facilior esset ad Maronis intelligentiam aditus. Quæ restant huiusce artis propria, aliarumq; rerum, in primis rhetoricæ facultatis munera, quibus undiq; scatet Maro, latè, copioseq; suis locis tractabuntur, nunc contextum aggrediamur:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis uicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: At nunc horrentia Martis
Arma, uirumq; cano.]

Tota materies, ac sylua dicendi tribus potissimùm figuris, quas Græci characteres uocant, comprehendi, consumiq; uidetur tenui, seu gracili, quod ἰσχνὸν, mediocri, quod μέσον, copioso, uel ubere, quod ἁδρὸν illi appellant. atque hæc tria elocutionis genera, quorum tum Græci, tum Latini rhetores meminerunt, tàm Poëtæ, quàm Oratores pro rerum qualitate obseruant uti ex tribus Maronis poëmatibus facilè intelligi potest. Quorum singulis singulas dicendi formas humilem Bucolicis, mediam Georgicis, grauem Aeneidi adaptauit. Sic enim rerum, & personarum qualitates fieri postulabant. Cumq; hæ singulæ orationis figuræ (ut inquit Cic.) singula habeant proprietatis ornamenta (nam copioso, & graui dignitas, atq; amplitudo est gracili, uenustas, ac subtilitas. medio utriusq; modi temperamentum quoddam) ea certè Poëta noster suis in scriptis ita est assecutus, ut in gracili genere uenustas, A
subtilitasq; orationis propè iam luceat: in temperato, styli suauitas perspiciatur: in copioso, & graui, iucunda grauitas existat. An uerò Maronis poëmata uarijs dicendi figuris perscripta sint, id cùm ex ipsorum poëmatum lectione, tùm maximè ex his quatuor uersibus, quos ueterum censura detractos fuisse constat, satis superq; perspici potest. Quorum quidem uersuum naturam, formam, stylũ, rationem, si quis æqua lance perpendat, Poëtam in illis propriam clamare animaduerterit, opus Georgicorum Bucolico, & Aeneidis tantum præstare Georgico, quantum secundus uersus distat à primo, & quartus differt à secundo: nam quid hoc uersu gracilius, humiliusq; dici, aut excogitari potest?

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen] hoc nos admonet stylo opus Bucolicorũ esse compositum. Sed obserua uti sensim, gradatim uerbis insurgat:

—— & egressus syluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono, B
Gratum opus agricolis.] hæc omnino altiora sunt prioribus: ut intelligas opus Georgicorum altiori, quàm carmẽ Bucolicum, stylo fuisse perscriptum. At hoc extremũ Aeneidis opus quantum rerũ pondere & grauitate reliquis excellere debere cognouit, sic hos nouissimos uersus prioribus sublimiores esse curauit, subdit enim:

—— at nunc horrentia Martis
Arma uirumq; cano.] an hæc cũ superioribus, aut illa cum istis sunt conferenda? quæ cum uerborum sonitu rei magnitudinem indicante, tum rerum quasi tumultu apta quadam cum orationis acrimonia, usq; adeò resonant, ut cuiusq; auidas aures, atq; immensum aliquid, infinitumq; desiderantes, implere possint. Ab his igitur uersibus uario stylo compositis, inchoatam fuisse à Virgilio Aeneidem, nemo uel mediocriter eruditus ignorat: uerùm quia magnorum operum initia humiliter inchoare, præter decorum quibusdam fortasse uidebatur, placuit etiam Tuccæ, & Vario, quos ad Aeneidem Maronis corrigendam Augustus delegerat, ut illis detractis, tanto negocio carminum idoneis, tale operi daretur initium: quàm uerò id rectè factum fuerit, illis iudicandum relinquo: qui plus Tuccæ, & Vario, quàm Maronis iudicio tribuunt. Attamen C
optimi poëtæ magna poëmata humiliter inchoari non artis tantùm, uerum etiam prudentiæ esse putant, ut non ex fulgore fumum, sed ex fumo lucem dare uideantur.

Arma, uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lauinaq; uenit
Littora: multum ille & terris iactatus, & alto
Vi superùm, sæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello passus, dum conderet urbem,
Inferretq; deos Latio: genus unde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.

ARGVMENTVM.

Hic liber ἐπαγγελίαν non habet illam, quæ est in secundo, & in tertio Aen. sed Poëta ipse res gestas annunciat. Aeneam videlicet cum per mare Tyrrhenum a Sicilia in Italiam nauigaret, immissa ab Aeolo rege ventorum, ro[illegible] lu[illegible] gr[illegible] tempestate, ad littus Libycum appulisse: cumq; Carthaginem peruenisset sep[illegible] q[illegible] et, quos illuc quoq; tempestas impulerat, à Didone regina, quę tũc vrbem co[illegible]deba[illegible], be[illegible]gne exceptum fuisse.

ARMA uirũq; cano]. Præfatio est, siue prælocutio. Ita n. poëtarũ principia uocari, nos admonet Aristoteles

A teles in 3. de arte Rhet. habet, cuius quidē præfationis munus præcipuum est, finē ostendere, cuius gratia sit institutū opus: hoc est, quæ de re Poëta dicturus sit: quamobrem hic nobis totius operis rem distributam proponit, duobusq; uerbis duo totius Aeneidos (nam totidem constat) membra complectitur: quod distributæ propositionis proprium est. Nam distribuendi ratio tria potissimum requirit: breuitatem, absolutionem, paucitatem. Breuitas est in uerbis: absolutio in toto: paucitas in generibus. Breuitas est cùm nullum nisi necessarium assumitur uerbum. Absolutio, cùm omnia, quæ necessariò in distributionem incidunt, genera complectimur. paucitas in distributione seruatur, cùm sola rerum genera, quæ partium genera sunt, ponuntur, neq; permixtè cum partibus implicantur. Harum rerum etsi aliunde peti exempla possunt, nec unde tamen locupletius, quàm ex hac Maronis partitione exemplum haberi potest: nam primùm superuacanea omisit (duobus enim uerbis Arma, uirumq;, totū opus partitur) animūq; auditoris rebus potius quàm uerbis habere occupatum studet, quod breuitatis proprium est, atq; hæc duo uerba, B genera duo esse animaduertit, quæ totius operis partes complecterentur: ut absolutionis munus impleretur. Postremò cùm genera Poëta proposuisset, partes adscribendas non putauit, ne aut aliquid, quod uitiosum esset, in distributionem induxisse, aut paucitatis lineas transiluisse uideretur. His igitur duob. generibus, Arma uirumq;, præclarè, atq; optimè summam totius Aeneidis explicauit. Nam uirū errores Aeneæ, qui sex prioribus libris continentur. Arma, res ab eo gestas designant. Quòd reliquorum materia est. neq; ego illis assentior, qui unum per duo esse cōtendunt, quod Græcis ἓν διὰ δυοῖν dicitur. Arma, uirumq;: id est, armatum uirum, neq; Donati me mouet auctoritas, qui in explicanda hac uoce, Arma, de scuto à Vulcano fabricato, de quo in oct. poëta meminit, intelligendum putat: cuius opinionem, si quis est, qui probet, alterum fateatur necesse est, Maronem aut neglexisse (quod absurdum est) aut (quod turpissimum est) muneris partitionis ignorasse: nam Rhetorum præceptum extat ferè omnium, & imprimis Ciceronis, ut in diuisione totum rei negocium, de quo agitur: per genera exponatur: hic, si Donati sententiam sequamur, non quod in re sit est, in toto C poëmate: sed illud duntaxat, quod in parte poëmatis, atq; illa quidem minima, continetur, proponi, designariq; uidebitur. Igitur ingenuè fatendum est, Poëtam eminentissimum neq; neglexisse, neq; eius officiumq; distributionis ignorasse, sed Donatum potius fœdè lapsum fuisse. Illud tamen hic minimè obseruatum apparet, quod in re distributa obseruandum uidetur: ut, quæq; pars primum exposita est, ea primum etiam transigatur: nam secus atq; propositi, narrat. primò enim proposuit arma, deinde uirum: prius tamen uirum: id est, errores uiri: deinde bella aggreditur describenda. Sed hæc poëtis dari solet uenia: quam sæpè Homerus, interdum etiam Demosthenes, & Cic. sibi usurpant. Sed in confirmatione causarum, quod meminerim, præsertim in principio: nam occurrunt interdum in confirmatione causæ accusatorum obiectiones: quibus ordine præpostero respondendum est, ut in oratione pro Deiot. rege, ubi propositæ aduersariorum quæstioni per hysterologiam respondet: Reliqua, inquit, pars accusationis duplex fuit: una regem semper in speculis fuisse, cùm à te animo esset alieno: altera, exercitum eum contra te magnum comparasse. Postremo loco de exercitu se dicturum proponit, & tamen de exercitu primùm dicit: de exercitu, inquit, dicam breuiter, ut cætera. Illud uerò præcipuè hoc in proœmio obseruandum est, quàm sit mediocriter comptum, & quasi simplex, nihilq; accersiti cultus habeat: nam cùm duo sint potissimùm (ut in partit. auctor est Cicero) eloquendi genera, unum sua sponte fusum: id est, simplex, & ipsa naturæ impetu proiectum: alterum uersum atq; mutatum: id est, tropis, schematisq; distinctum, & amplificationibus ornatum, Virgilius mediocri, nullaq; arte elaborata propositione uti maluit: ne quid turgidæ, aut magnificè, ut olim Cyclicus ille Horatianus, polliceri uideretur. Quo uitio apud nos haud dubiè Statius laborat: qui in propositione Thebaidos prolixus est, magnisq; circumlocutionibus, & uerbis planè turgidis utitur: rem pro uerbo cano: Pyerius, inquit, menti calor incidit. Sic enim orditur:

Fraternas acies, alternaq; regna prophanis ¨
Decertata odiis, sontesq; euoluere Thebas ¨
Pyerius menti calor incidit: unde iubetis ¨
Ire Deæ? ¨

Ac mihi quidem Poëta uidetur hac propositione beneuolum, docilem, attentumq; auditorē facere. Fabius Quinct. in 3 scriptum reliquit, Poëtas beneuolos sibi auditores reddere inuocatione Musarum: quia uatibus præesse dicuntur: & attentos proposita rerum magnitudine, & dociles summa celeriter comprehensa. Sed præter musæ inuocationem triplex etiam hinc emergit beneuolentiæ locus: alter ex persona Poëtæ: alter à rebus ipsis, quod non leuia; sed ut uir magni ingenij magna etiam scribenda delegerit, tertius à persona Aeneæ, quem uirum κατ᾽ ἐξοχὴν appellat, ut eum occultè ab ingenio ac planè diuina quadam uirtute commendet, qua quidem significatione, atq; emphasi Homerus quoq; Vlyssem appellasse uidetur, cùm ait Odyss. primo:

Ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον: id est. ¨
Dic mihi musa uirum. ¨

Primùm igitur dociles auditores, re breuiter comprehensa facit: deinde quia summa docilitas ex attentione comparatur, cùm proposuisset: Arma uirumq; cano. subdit statim: Qui primus ab oris Italiā fato, & reliqua: quæ uerba ad attentionē colligendā efficacissima sunt. ita Cicero in Cluentiana dociles primùm auditores facit; cùm ait: Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes: deinde facit attētos, cùm ait: Quarum altera mihi niti, & magnopere confidere uidebatur inuidia iam inueterata iudicij Iuniani, altera tantummodo consuetudinis causa timidè, & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum: qua de re, lege hac, quæstio constituta est. Cano.] proprium est poëtarum humanas actiones imitando canere: unde Musæ, quæ poëtis præsunt, camœnæ, quasi canœnæ à canendo nuncupantur. Qui primus ab oris.] quisnám sit is, cuius labores, resq; præclarè gestas cantaturus est, circumscriptione demonstrat: Aeneam uidelicet, nutu Deorum ad Italiā missum: quem etiam tanquam dijs amicum, ac planè gratum commendat. Fato.] hoc ad celationis statum deduci potest: nam quia iam fama incaluerat, Aeneam, prodita patria, ad Italiam nauigasse, ut tanti sceleris suspicione uindicetur, causam in Deorum uoluntatem reijcit, ut si quæratur quamobrem Aeneas, relicta patria, ad Italiam nauigauerit, dicat, iussu Deorum, non sua sponte nauigasse. Lauinaq; littora uenit.] καταχρηστικῶς ex personâ

fond

sona Poëtæ: nondum enim fuerat Lauinium, cùm ad Italiam Aeneas nauigauit. Multum ille & terris.] *mouet commiserationem ex ingenti laborum difficultate, quos Aeneas passus est. Sanè magna negotia absq; magno labore fieri non possunt: quorum laborum causam non absque summa cum urbis dignitate assignabit inferius:*

» *Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.*

Nam post difficillimos Aeneæ errores, bellumq; summis uiribus, maximisq; ab eo periculis administratum, de quibus, ut diximus, non sine ingenti commiserationis affectu Poëta mentionem facit, Vrbs Roma condita est. Vnde est etiam quod obserues, itineris impedimenta, nauigationis, laborumq; difficultates pedum tarditate, syllabarumq; difficultate, atq; asperitate depingi. Vi superûm.] *hæc quidem causa est ærumnarum Aeneæ, sed incidens, illa principalis, de qua modò diximus, ut Roma conderetur. Nam Dij, & Iuno in primis ob id affligebat Aeneam, ne tam præclara ciuitas, quæ Carthaginem euersura erat, ædificaretur.* Sæuæ memorē Iunonis ob irā.] *reuocata thesi ad hypothesim. Iunonem uitio crudelitatis aspergit ingenti cum indignationis affectu: indignatur enim Poëta Aeneam uirum innocentem, & pium à Dijs, præsertim à Iunone, tam acerbè, atq; insidiosè tractari: nam quod* iram memorem *ait, nimiam ulciscēdi cupiditatem designat: quæ quia iratis iucunda esse solet, eorum mentibus etiam firmius hæret. & Græcè dixit, μνάμονα μῆνιν.* Multa quoq; & bello passus.] *exaggerat Aeneæ incommoda: qui non solùm nauigando, uerùm etiam belligerando, multa passus est. Occultè commiserationis etiā affectum mouere uidetur per locum communē ex falsa spe felicitatis futuræ: nam hoc innuere uidetur Poëta doctiss. Aeneam in mari fluctibus agitatum, in terris pestilētia, & fame uexatum: Postremò cùm sedes quietas sibi, socijsq; inuenisse putaret, tunc bello teterrimo, grauissimisq; laboribus, ac periculis fuisse uexatum: hoc inspetati incommodi genus Aristoteli, ut antè dictum est, peripetia nominatur. huic propè similis est apud Cic. in Milon. conquestionis affectus. Quid magis solicitum, magis exercitum dici, aut fingi potest? qui spe amplissimorum præmiorum ad rempub. adducti, metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus? Extant quoq; in hanc sententiam plurima poëtarum exempla: quæ opportuniore loco adduci à me poterant: illud quoque in hoc toto exordio maximum, maximaq; consideratione dignissimum est, uti præstantissimus uates modum ad omnes circunstantias diligenter accommodet, singulisq; insistat: nam & profugum, & iactatum terra, ac mari dicit, multa quoque & bello passum: interdum singula amplificat, causasq; modis addit, cum fatu & uiolentia Deorum, & ira Iunonis hæc illi contigisse confirmet, non dissimili amplificatione paulò inferius: his qui intelligunt, uti uidetur, cùm ait:*

» *Vnam, quæ Lycios fidumq; uehebat Orontem*
» *Ipsius ante oculos ingens à uertice pontus*
» *In puppim ferit: excutitur pronusq; magister*
» *Voluitur in caput* & reliqua

Sed plenus est huiusmodi exemplis Virg. quæ tibi legenti ultrò sub oculos uenient.

» Genus unde Latinum.] *inaniter contendunt Grammatici, quò referri debeat uox, unde: an ad Latium, an ad Aeneā: qui Latinos populos, ut inquit Iustinus, condidit. Sed ad utrumq; rectè referri potest: nā in Latio conditi sunt, & nuncupati Latini, qui priùs Aborigines dicebantur.* A Atq; altæ mœnia Romæ.] *alta quidem dici Roma potest propter colles, in quibus sita est: attamē, altus, perpetuum est urbium epitheton. Horat. 1. Carm.*

— *& altis urbibus ultimæ* «
Stetēre causæ, cur perirent «
Funditus. «

PRIMI *quatuor uersus huc spectant, ut beneuolentiam apud lectorem sibi concilient: idq; à sua persona. Hanc autem circumscribit periphrasticè, ab editis operibus, quæ duo maximè fuerunt: Bucolica, quæ humili stylo, humili argumento, at temperato eruditè scripsit: hæc susceperunt statim Georgica, quorum argumentum de agricultura, de apibus, quia grauius est, etiam carminis dignitas & pondus supra Bucolicorum tenuitatem altiùs insurgit. Postremò errores Aeneæ & bella scripturus, in tragicum boatum pro materiæ sublimitate attollitur. Cæterùm, summa omniū uerborum hæc est: Ego Maro, qui quondam Bucolicum carmen, inde Georgicum scripsi, nunc bella & iactationem Aeneæ cano.* Arma.] B *Propositio totius Operis, quæ dicit se describere errores Aeneæ, & bella, quæ profugus à Troia in Italia gesserit. Causas addit erroris maximè duas: fatum ineuitabile: & odium Iunonis aduersus Troianos nondum exoletum, propter iudicium Paridis. Exordiū diuersum est ab Homericis. Ille enim inuocationem cum propositione miscet: μῆνιν ἄειδε θεά. & ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. Beneuolum hic auditorem inuocatione dearum, & attentum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehensa facit. Noster uerò, disertè Propositionem distinguit ab inuocatione: nam in Propositione docilem reddit, cùm Aeneam patria in Italiam profugum, se scripturum promittit: attentum uerò, amplificatione laborum terra & mari, facit.* Arma, *pro bello: metonymia, quòd ijs in bello utamur: quemadmodum toga usurpatur pro pace.* Virum.] *Aeneam. Sunt qui hic endyadin exponāt pro, describi armatum uirum Aeneam. Ego simpliciter accipiendum per hysteron proteron arbitror, & quidem in hāc sententiam: Cano errores Aeneæ, & bella, quæ è Phrygia in Italiam profugus, ibi gesserit. Et notum est, uatum & poëtarum, qui & ipsi uates appellantur, esse, canere, unde* C *carmen dictum: ut oratorum, dicere.* Troiæ.] *Troia, teste Liuio, non urbs, sed Asiæ regio fuit, Hellespontum attingens: nomen sortita à Troe Erichthonij & Astyoches, Simoentis filiæ. Sed regio diuersis antea nominibus appellata fuit. Eius autem gentis uetustissimam originem hanc tradunt. Electra, quæ Athlantis fuit & Iouis, filij Dardanus & Iasion crediti sunt. Horum Iasion, quòd in Cererem deperijsset, fulmine afflatus perijt. Dardanus uerò post cataclysmum ex Samothracia in Phrygiam transcendit, fratre è rebus humanis sublato. Iamq; Troiam conditurus erat, cùm oraculo prohiberetur in eo colle muros condere: fatale ijs futurum, quicunq; eum locum in posterum incolerent. Prohibitus condidit nihilominus Dardaniam, antea ad id temporis usq; Scamandri collem nuncupatam, σκαμάνδρου λόφον. Imperabat tum in partibus ijs Teucrus, siue Teucer, Scamandri & Idææ nymphæ filius, Dardanus autem Scamandri sorore Batea in uxorem accepta (hanc Lycophron Ariaben uocat) suscepit Ilū & Erichthoniū. Ilus sine liberis moritur. Erichthonius uerò ex Astyoche Simoētis, Troa procreat. Hic senex*

LAMB. Hort.

A nex admodum in Dardaniam uenit, anno quadragesimo Aiothi iudicis in Iudæa, uir bellica gloria clarus: qui ampliato imperio, regionem Dardaniam de suo nomine Troiã, condito eiusdem nomenclaturæ oppido, haud procul à σκαμάνδρου χώρα, dixit. E Troe & Callirhoe nascuntur Ilus & alij. Ilus in Phrygiam profectus, in Priapo oraculum consuluit. Apollo porrò Priapisaus respondit, ne omnino in Scamandri tumulo ædificaret: cum esse Atet: quare eum Lycophron ἄτης ἄκρον βουνὸν ... λόφον appellat. In Phrygia per id tempus certamen, à rege, proposito uictori præmio, celebre indictum erat. In hoc uicit Ilus: qui accepit L. puellis, ac totidem iuuenibus, præmio, secundum oraculi iussum, bouem è Mysia errabundam sequitur. Hac quum in dictum Phrygiæ locum iam peruenisset, haud procul à littore procubuit: ubi Ilus urbem condidit, quam Ilium uocauit. Lesches Lampsaci prodidit, Apollinem, Ilum, quum in Mysia boues adhuc pasceret; oraculo monuisse, ut eo in loco urbem poneret, ubi unam aliquam earum boum cadentem uideret. Atque unam è grege lasciuientem sequutus, ibi humi procumbentem offendit, ubi statim Ilium condidit. Postea ex his
B tribus oppidis, Dardania, Ilo, & Troia, urbs una facta est, quam authores modò Ilium, modò Troiam indiscriminatim, uocant. ὕστερον δὲ καὶ ἡ Δαρδανία, καὶ ἡ Ἴλιος, καὶ ἡ Τροία, μία πόλις ἐγένετο. Virumq;.] Periphrasis. Venit Italiã, uenit Lauina littora.] Defectio: pro, in Italiam. Lauina littora, Italica: Antonomasia. Fab. lib. xi. cap. tertio, de Pronũciatione, annotauit hunc locũ, ut distinctum, ubi sit suspendendus sermo: quod Græci, inquit, ὑποδιαστολήν, uel ὑποστιγμήν, uel ὑποστιγμήν uocant, quo deponendus suspenditur, Arma uirumq; cano: quia illud, uirũ, ad sequẽtia pertinet, ut sit uirum, Troiæ, qui primus ab oris. Et hic iterum: Nam etiamsi aliud est, unde uenit, quàm quò uenit, non distinguendum tamen, quia utrumq; eodem uerbo continetur, uenit. Tertiũ Italiam, quia interiectio est, Fato profugus, & continuũ sermonem, qui faciebat, Italiã Lauinaq;, diuidit: ob eandemq; causam, quartò Profugus, deinde Lauinaq; uenit littora: ubi iã erit distinctio, quia inde alius sensus incipit. Cæterùm anno tricesimo quinto imperij Latini, transmisso freta Siculo in agrum Laurentem uenit, qui locus etiamnum Troia appellatur. Troiani immenso errore fracti, ut
C nihil præter arma & naues, & infœlicem animam superesset, cùm prædam ex agris agerent, Latinus rex & Aborigines, qui tum ea loca tenebant, ad prohibendam uim armati ex urbe & agris concurrerunt. In hac pugna uictus fuit Latinus: uel, ut alij, aciebus utrimq; instructis cũ Aenea pacem fecit, & fœdus cum eo percussit, data in matrimonio etiam filia Lauinia. Chrestomathiæ author, Aeneam in Laurum prope ostia Tybridis, paulò supra mare ad 24. stadia appulisse tradit, ac Latinum cum Aboriginum gente ibi habitasse, ubi nunc Roma est. Fato.] Fugæ causam in fata transfert, ac forti uiro illa uitio uertatur: ne fugere cum paucis, quàm cum tot myriadibus ciuium mori maluisse dicatur. Cæterùm, ut hoc addatur, illi fatum, Prædestinationem diuinam, aut Dei uoluntatem, mortem & naturam nuncupabant.

Ille.] Propositionẽ suscipit aptè prosopographia Aeneæ, à uirtute, & laborũ tolerãtia terra mariq;. Admisert interim uarios affectus, à loco, à causis malorum, quæ uir fortis perpessus sit: ab indigna item, cùm unius Iunonis irã homo pius, quiq; deos penates Troianorum secum in Italiam portarit, antequam condita urbe, eos in sedem pacatam inferret, belli uarijs casibus exercitus luere cogeretur. Iactatus.] Videtur Homericã uocem, in exordio Odysseæ, πολλὰ πλάγχθη, exprimere. Porrò quàm frigida, imò inepta sit differentia, quam quidam Grammaticorum statuunt inter fatigare & iactare, uel hic locus satis coarguat. Iactamur, inquiunt, mari: fatigamur terra, cùm Poeta hemistichio uno dixerit, Terris, inquit, iactatus & alto: hoc est, infestatus. Et, superûm, dixit: pro superorum per syncopen. Iunonis.] Interpretatio præcedentis orationis. Per quos superos? per Iunonem: quæ propter Paridis iudicium (ut paulò pòst dicetur) immortali odio gentem Troianam, sed in primis Aeneam propter Venerem, fuit persequuta. Bello.] Affectus, ab indigno. Urbem.] Lauinium dicit: etsi non ignorem, inter Græcos scriptores esse, qui Albam ab eo conditam affirment, ut suo loco differetur. Deos.] Penates Troianorum significat, quos ex incendio medio secum, erroris sui indiuiduos comites futuros, extulerat. Pathos à pio. Latio.] in Latium, synecdoche: ea propriè Italiæ pars est, quæ ad ostia Tyberina sita, postea Romam habuit. Varium traditur etymon. Priscianus à latitudine dictum autumat, nonnulli à latendo: uel, quòd humile ac depressum inter altas alpes latitet: uel, quòd Saturnus Iouem filium fugiens, tutus in illis oris apud Ianum, tum regnantem illic, latuisset: quam opinionem tenere Maronem constat, cùm dicit:

——Latiumq; uocari "
Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris. "

Et Ouid. 1. Fastorum:

Dicta quoq; est Latium terra, latente Deo. "

Neq; uerò desunt, inter quos Varro est, qui Latium à Latino rege appellationem ducere contendant. Duplex Latium Seruius tradit: aliud ad Fundos usq;, aliud inde usque ad amnem Vulturnum. Qui de Latij uetustate scripserunt, tradunt, id soli spacium ueteres Latium dixisse, quod intra Tyberinam ripam & Circeios à mari ad montes modicis finibus, maximè duobus fluminibus Tyberi & Liri clausum sunt, ut dixi. Hoc soli, Siculi barbari, initiò indigenæ harum regionum, tenuerunt, teste Dionysio. Alij, inter quos Thucydides est, Ligurum gentem Siculos arbitrantur. Mox Oenotrij ex Arcadia oriundi, Siculos Latia & Italia in uniuersum eiecêre. Obtinuerunt & Sicani ex Hispania profecti, eam terram. Hi ab Aboriginibus, ex Oenotris, uoto uerè sacro ortis, Italia sunt eiecti, tenueruntq; Siciliam. Inde Pelasgi circa Latium incoluerunt. Hi Pelasgi ductu, primùm in Thessaliam ex Arcadia, mox inde pulsi in Dodonem migrarunt. Postremò in Italiam delati, in partem terræ ab Aboriginum gente sunt recepti. Horum fortunam alia Arcadum multitudo, ductu Euandri sequuta est. Deinde et Herculis socij Epij: postremò Troiani, duce Aenea, quo de hic agimus, in partem terræ ab Aboriginibus sunt admissi. Longitudo recentis Latij, fuit C. millibus passuum.

Latinum.] Latini, à Latio dicti sunt: non aũt à Latino Aboriginum rege, qui post Troiæ excidium, Aeneam & Troianos hospitio excepit: nam Orpheus, inter Argonautarum, quorum filij ad Troiam militarunt, Latinorum finibus scribit Argonautas appulsam: quo apparet, ab ipsa terra, non à regibus, nomen genti factum. Isacius Tzetzes: αὐτοὶ, inquit, ἀπὸ τῆς χώρας ... Clauditur, sicut

memorant, nobilissimis fluminibus Tyberi & Liri, ad septentrionem & meridiem. Ostia Tyberis & Lyris 800. stadijs distant. Latinum genus, quod ab Aenea originem duxit, et quò dnam uocet, mox illustrius explicat. Albani patres, ipsaq; adeò Roma ex eo ortū traxit. Albaniq;.] *Graecorum commentarij huc fermè consentiunt, prodigiosum scrophae occursum, statim post appulsum in Italiam, Troianis augurium fecisse, & ex eo locum condendae urbi monstratum. Haec altaribus pregnans cùm admota fuisset, sacrificantium manibus fertur excussa, & à mari quatuor & uiginti stadia modico tumulo consedisse, horrido natura, & cultui humano parum apto. Aeneas memor oraculi, scropham, cum ijs qui simul aderant, sequitur. Vbi propius ingenium loci aduertit, nihil planè esse, quod ad sui cultum inuitaret, quid rerum gereret consilij anceps, credere non potuit, tam incommodam sedem sibi fato destinari. Dubius aliquandiu fuit, ibi ne figeret sedem, an iret longiùs: cùm ex proximo luco uox audiretur, quae iuberet Troianos illic permanere & aedificare. Sunt authores qui tradunt, penatium deorum effigiem per quietem Aeneae uisam, iussisse ibi locum communire. Postridie inuenta scropha cum numeroso foetu in eo loco est: quae oraculo fidem fecit. Huc translatis castris, Troiam conuecta undique ad aedificandum materia, tumulum fossa & aggeribus raptim munire aggrediuntur: & urbem ab omine albae scrophae, & forma porrectae longitudinis in montis dorso, Albam Longam appellarunt. Chrestomathiae scriptor ait, Latinum Aboriginum regem (colebat is tum eam terram, in qua nunc Roma est) Aeneam adijsse, atque eum in auxilium aduersus uicinos Rutulos sibi adiunxisse, qui tum Ardeam tenebant. Aberat ab Roma Ardea, CLX. stadia. Quo praelio uictor, incredibili amore complexus est Aeneam. Rursum paulò pòst in praelium concurritur: in quo perijt Latinus quidem, uerùm ipsi ab Aenea fusi fugatique fuerunt. Imperauit inde ibi Aeneas, suosq; Latinos nuncupauit. Sed uerò propiora sunt, quae Liuius & alij Latini scriptores de Albae conditione prodidêre: Aeneam post nouam Latini affinitatem, oppidum condidisse, quod in eius gratiam, à filiae nomine Lauinium uocauit. Mortuo uerò Aenea, cùm iam abundaret Lauinij multitudo, Ascanius coloniam in montem Albanum duxit: urbemq; ibi in montis dorso egregiè munitam, Albam Longam dictam, ab albae suis augurio, & situ in longum porrecto, posuit. Regnatum hic fuit à posteritate Aeneae, usque ad Romulum & Remum, urbis Romae conditores, annos trecentos plus minus. Inciderunt inter Ilij excidium & Romae conditionem, anni CCC. undetriginta. Patres itaque Albanos, reges Albanorum uocat. Horum primus fuit Ascanius, urbis conditor: qui moriens Syluio Posthumo fratri (uel, ut alij, filio) per aetatem ad regni munus adhuc immaturo, regnum reliquit. Dionysius nonnihil uariat, de altercatione uter succederet: & populi arbitratu eam finitam esse ait. Caeterùm id in confesso est, fauorem noui regis tantum ualuisse, ut reges inde longa serie Syluij cognomen tulerint. Et Iulo sacrorum potestas tradita est, quae deinceps ad stirpis usq; interitum perdurauit. Syluius, Aeneam Syluium creat: is deinde Latinum Syluium: à quo coloniae aliquot sunt deductae, prisci Latini appellati. Latino Alba, Albae Atys, Aty Capys, Capy Capetus. Capeto Tyberinus ortus. Hic in traiectu Albulae amnis submersus, celebre ad posteros flumini nomen dedit. Tyberino successit filius Agrippa, Agrippae Romulus Syluius: qui fulmine ictus, Auentino regnum per manus tradidit: Sequitur hunc Proca: is Numitorem & Amulium procreat. Amulius pulso fratre, regnum inuasit: cuius filiam Rheam Syluiam, per speciem honoris Vestalem legit, quo propter perpetuam uirginitatem illi spem omnem partus adimeret. Quae Martis tamen compressu, ut persuasio tenebat, gemellos Romulum & Remum, urbis Romae postea conditores, edidit.* Romae.] *Conditores urbis indicat, qui caeso patruo, patreq; restituto, in Tyberis ripa, ubi expositi fuerant, Romam condiderunt. ἐν τόποις, ὁ πῶς αὐγ- σιν μάκος ἓ πῶς ἀνάγκην ἐπιδεδώσι. ὅτι ἡ ἱρυμα- νὸν τὸ ἴδαφος, ὅτι χώρας ὀπισσὺ ἔχον τῶν πέριξ, ἵσα ποια πόσσοφος, ἀπ' ἐκ ἀνθρώπων συνοικιόοντας.*

Mœnia Romę.] *Vel ipsos Romanos, uel urbis conditores, uel ipsius urbis conditionem dicit ab Aeneae posteritate principium duxisse. Synecdoche.*

A

B

ARGVMENTVM.

Poëtae inuocatio est cùm indignationis, tū admirationis plenissima: nam causas inuestigat Poëta, quamobrem Iuno tantas in vnum maximè pium exerceat odij, crudelitatisq; poenas, cùm Deorum sit, praesertim Iunonis, quae à Iuuando nomen habet, probos, uirtutibusq; ornatos homines beneuolentia, & charitate complecti. Cumq; huiusmodi causae altiores esse uideantur, quàm ipse cogitando assequi possit, Musae auxilium implorat. C

NASC.

Musa mihi causas memora, quo numine laeso,
Quid'ue dolens regina deûm, tot uoluere casus
Insignem pietate uirum, tot adire labores
Impulerit: tantaene animis coelestibus irae?

Mvsa mihi causas memora.] *Musā, more Homeri, quasi imperans interrogat: quae de re extat apud Arist. in poëtica: ubi aduersus Protagoram disputat: uel eam, si mauis, eo artificio interrogat, quo solet is, qui opera, auxilioq; alicuius indiget: non enim proprio nomine eā appellat, etsi Calliopem poëtarum omnium familiarissimā intelligit (nam constat Graecorū authoritate, Calliopem fuisse poësis inuentricem) sed nomine dignitatis ἐπὶ ϰοινοῦ Musam nominat, quasi Deam: siquidē Musas poëtae finxerunt esse Deas, Iouis, & memoriae filias: ubi occulta esse uidetur Musae cōmendatio cùm à diuinitate, tum etiā ab excellenti quadā prae ter caeteras dignitate, atq; officio: quasi intima sit Iunonis, Deorumq; cōsilijs nec quidquam in sinu Deorum tam abditè lateat, quod ipsa cernere atque intelligere non possit. De uaria inuocandi ratione qua cùm Graeci, tum Latini poëtae usi fuerunt, hic multa cōsultò praetereo, quando haec res omnibus ferè peruia est, deq; illa plurimi interpretes meminerunt.*

Quo numine laeso.] *de numine Iunonis haud dubiè intelligendū est, cuius uarios effectus esse demōstrat.*

Quid'ue dolens regina Deûm.] *occultā habēt uerba haec poëtae admirationē: & sanè ut admiretur personarum*

A simultatum conditio facit: Iunonis uidelicet, & Aeneæ: quorum nomina summo cum iudicio κυριολογικῶς, non simplici uocis proprietate refert: ut occultè innuat, parum esse credibile Aeneam, singulari probitate, insigniq; pietate uirum reginæ Deorum numina uiolasse, quæ non modò pij, benignitate naturæ suæ & amore uirtutis adducti, uerumetiam impij sceleſtiq; homines formidine pœnæ interdum uenerari solent: unde colligitur Iunonem immeritò irasci, & in illum sæuire.

Tot uoluere casus Insignem pietate uirū.] Indignationē excitat Poëta ex Iunonis iniquitate, mouetq; conquestionem ex indignitate rei: quod uir summa pietate, ac probitate singulari, acerbo Iunonis odio insectatus, graues labores perpeti ac pericula ingētia subire cogatur. Quod uerò ait, uoluere, rei difficultatem ostendit, unàque uiri prudentiam uehementer extollit, qui reluctantem fortunam ea animi magnitudine pertulit, ut ei nunquam succubuisse, sed usquequaq; præfuisse uideatur.

Tot adire labores.] auget commiserationem ex calamitatibus Aeneæ, locumq; exornat colore repetitione,

B quam Græci ἀναφορὰν uocant: neq; mihi uidetur hic ulla esse ταυτολογία: nam aliud est uoluere casus, aliud labores adire: & licet utrumq; cùm ad animum, tum ad corpus referri possit, tamen rectiùs esse opinor, illud ad animum, hoc ad corpus referas: quo maior excitetur indignatio, maiorq; conquestio moueatur. Tantǽne animis cœlestibus iræ?] conclusio est admirationis, atq; etiam indignationis plenissima.

LAMB. Hort. Mvsa mihi.] A propositione ad inuocationē Musarum transit, ut earum beneficio & authoritate fidē conciliet: ut non ad canentis Poëtæ, sed Musarum: hoc est, numinis authoritatem, fides rerum gestarum referatur. Iam, Musas & Apollinem uatibus præsidere, nemo ferè est, qui ignoret. Porrò autem hac inuocatione causas quærit, quamobrem uir pius in deos, patriam, parentes, ciues, quóue suo merito, tot annorū erroribus sit iactatus, priusquàm in terram fatis destinatam peruenerit. Sed & causas odij Iunonis aduersus Troianos magnopere scire desiderat, cùm secundum humanum iudicium, dij bonos & respicere, & tueri pios debeant: contrà, impios punire. Porrò illud

C ab Homero quoq; diuersum est. Homerus in ipso statim operis uestibulo causas rerum inuestigās, Musarum opem implorat. Maro uerò artificiosè inuocationem posterius à propositione iusta ratione separat, ne perturbatus ordo artificij legem confundat, & obscuritatem pro luce inducat. Hanc autem legem omnium primus Homerus tulit poëtis, ut unius Musæ inuocatione, omnes simul implorentur. Testatur id perspicuè Homeri enarrator Iliad. 1, κοινῷ μὲν ὀνόματι προσαγορεύει τὴν μοῦσαν· τῇ δὲ ἰδιότητι τῆς πράξεως [illegible], ὡς οὐχ ἑτέραν λέγει θεὰν (καλλιόπην) μόνον [illegible] ἄδουσαν μοῦσαν, ὁ [illegible] τὸ ὄνομα μόνον, πάσας δὲ [illegible] μιᾶς κλήσει, λέγει δὲ τὴν καλλιόπην. Duas maximè Musarum geneses tradunt: προτέρας μὲν τὰς [illegible] γεγονυίας· νεωτέρας δὲ, τὰς ἐκ Διὸς καὶ μνημοσύνης. Nouem recensentur numero Musæ: quarum Clio fertur inuenisse historicam maiestatem: Thalia, agricolationem, καὶ τὴν περὶ τὰ φυτὰ πραγματείαν: Euterpe, mathematicas disciplinas: Terpsichore, institutionem: hoc est, παιδείαν: Erato, saltationem. Polymnia, lyram: Melpomene, carmē: Vrania, astronomiam. Calliope, poësim. Musarum genealogia extat apud Hesiodum in Theogonia. Dictæ autem uidentur Musæ, ἀπὸ τοῦ μῶσθαι (ut inquit Plato) καὶ τῆς ζητήσεως [illegible]. Tzetzes: [illegible] (inquit) [illegible], [illegible], [illegible], &c. Ex Musis prognati aliquot clari & ingenio & uirtutis gloria uiri traduntur, Orpheus è Calliope, uel, ut alij, Clio: Linus è Terpsichore, siue, ut quidam, Euterpe: Rhesus ex Terpsichore, seu Euterpe. Palæphatus è Thalia: Thamyris Thrax ex Erato, Sirenes è Melpomene, Triptolemus ex Polymnia. Quo numine.] Ob quas causas numen iratum, pium uirum sursum deorsum per omnia maria agitarit? aut cuius ægrescentia rei, Iuno deorum regina perpulsa fuit, ut Aeneam præ cæteris mortalibus, odijs tam acerbis persequeretur, cùm nullius numen religiosius ab excidio Ilij coluerit: & dij hostijs & precibus alioqui placari soleant? Quidue.] Quid Iunoni aegrè fuit, quóue peccato acerbata, eum affectum in Aeneam induit? Iam, Voluere casus, & adire labores, dixit: pro, tot pericula adire. Estq; pathos ab indigno: & periphrasis, insignem pietate uirum, pro, Aeneam.

Tantǽne.] Exclamatio, in inclementiam numinis, ex iniquis causis odij collecta. Hac Epicureorum impiam assertionem perstringit, qui negabant Deum curare res mortalium, mundum prouidentia diuina gubernari, malos puniri, piorum rationem haberi: sed astruebant, omnia fortuito casu in hac uita misceri. Venustè uariauit orationem à reliquo orationis filo, Ecphonesi, per interrogationem. Periphrasticè autem animas cœlestes, diuos uocat.

ARGVMENTVM.

Musam sibi respondentem, causasque omnes recensentem facit Poëta, quibus Iuno Troianos persequebatur.

Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuêre coloni)
Carthago, Italiam contra, Tyberináq; longè
Ostia: diues opum, studijsq; asperrima belli.
Quam Iuno fertur, terris magis omnibus, unam,
Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
Si quà fata sinant, iam tum tenditq; fouetq;.

NASC. Graecos imitatur poëtas, Homerum præsertim, atq; Hesiodum: quorum uterq; implorato Musæ auxilio, eam confestim respondentem facit. Homerus cum initio Iliadis dixisset:

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος,

Et quæ sequuntur alia, Musam paulò pòst ita sibi respondentem facit:

[illegible] ἀοιδὴν [illegible] καὶ Διὸς υἱός: ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθείς.

Hac simili ferè ratione utitur Hesiodus in libro, cui titulus est ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,
[illegible] ὑμνείουσαι.

Et paulò pòst respondentes inducit Musas:

[illegible] μεγάλοιο ἕκητι...

Vrbs antiqua fuit.] obseruatum est uulgatis

 poëtis

poëtarum, præsertim Latinorū, more, ut inuocationi statim adiungatur narratio: sicuti Poëta ipse in Georgicis, & Ouidius in Metamorph. & in Fastis alijq; fecisse uidentur: attamen haud semper necessariò sequitur, ut altera nullo uerborum interuallo alteri copuletur: nam sæpenumerò cùm Poëtis, tum etiam Oratoribus usu uenit, ut non quod artis institutio postulat, sed interdum quod negocij natura præscribit, facere cogantur. Poëta igitur narrationem sapienter quidem, & necessariò distulisse uidetur, non ob id solùm (de quo proximè dictum est) ut Græcos poëtas imitaretur uerum ob id maximè, quia, cùm illud obiectum de patriæ proditione purgasset, causam nauigationis Aeneæ Deorum uoluntati asignans, ne illud quidem silentio prætereundum uidebatur, quin causas afferret, quamobrē Iuno Aeneam hostili odio insectaretur. Nemo enim sibi unquam persuasisset, reginam Deorum tāto in quempiam odio concitari potuisse, nisi numen suum ab eo ualde iam sensisset offensum. Quamobrem priusquam narrationem ipsam aggrediatur, occultè hoc uiolati numinis purgat obiectum: causamq; tanti laboris, ac periculorum Aeneæ, reijcit partim in Iunonis solicitudinem de imperio Carthaginis ipsius delicias, quod deletum iri à Troiana stirpe iam ipsa antè prouiderat, partim iram, atq; odium illius in quosdam Troianos: à quibus numen suum uiolatum fuisse, æquo animo ferre non poterat: in quibus tamen non fuit Aeneas, quamobrem sic Iunonis odium in Troianos accusat, reprehenditq; enim uidetur, ut aliqua etiam uenia, propter ipsius timorem, digna esse iudicetur. Sit ergo hæc uel incidens narratio, uel à descriptione loci sumpta expositio: nam Carthago describitur, commendaturq; ex quatuor præcipuè rebus insignibus: ex antiquitate, à loco, à fortuna, à peritia rei militaris ex quibus Poëta occultè (ut opinor) monet, nō esse mirum si toties reipubl. imperioq; Ro. negocium facesserit. Hāc igitur urbem Iuno impensè præter cæteras amabat, regnumq; fieri cupiebat: cuius rei perficiendæ, magna etiam spe tenebatur: primum quia urbs antiqua erat, ob idq; sibi tantū roboris comparerat ut rēpub. Rom. quasi è latebris surgentem paruo negocio, opprimere, atq; labefactare posset, eò magis, quia loco conditâ erat maximè opportuno, ab Italia non longè remoto, atque urbi Romæ recto cursu opposito. hoc accedebat, quod locuples, & opulenta erat, fortunisq; adeò abundabat, ut alienis non egeret: postremò, quia rei militaris scientia, armorumq; uirtute pollebat: quibus rebus non solùm hostes à suis finibus propulsare, uerum etiam alienos agros inuadere, uiq; occupare posset. Vrbs antiqua.] *urbis ingens laus est antiquitas.* Fuit.] *non est amplius: idq; ad personam Poëtæ, & Romanorum laudem referendum est: qui, eam sæpiùs bella renouantem, nec quiescere nolentem, de medio sustulerunt: nam illa fuisse dicuntur, quæ omnem uirtutis, ac splendoris sui gloriam amiserunt, ut in 2. Aen.*

——fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Tyrij tenuēre coloni.] *laus à conditoribus: quos & antiquos populos à Phœnicibus oriundos, & bellicosissimos fuisse constat.* Carthago.] *urbis descriptionem ad hoc unum reuocauit uerbum: qua de re extat apud Cic. in partitionibus orat. nam urbem prius descripsit, & quod pluribus intelligendum proposuerat, cùm diceret:*

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuēre coloni.] *Vno complexus est uerbo, Carthago quæ ratio dicendi fit amplior, & grauior, quàm si quid iciunè, & fictè uerbo tantum notetur. tale est illud Virg. in 7. Aen.* A

Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti ualles.

Italiam contra.] *à loci opportunitate per ἀναστροφήν. nam præpositio postponitur nomini. Græcis familiaris est, præsertim Homero.* Diues opum.] *à fortuna & fortasse ad pecuniam alludit, quam posterior Africanus diruta Carthagine Romam transtulit. Fuit autem (ut Plinius libro 33. capite 11. literis prodidit) pondo quater millies* CCCCLXX. *usus autem est antiquorum locutione, Diues opum. ut in 2. lib. Georg.*

Diues opum uariarum.

Et in 1. Aeneid.

——ditissimus agri
Phœnicum.

Nam cuius rei quis esset diues, ueteres adiungebant generandi, uel auferendi casu. ut apud Virg. in 7.

——Ausonijq; olim ditissimus agris.

Et apud Horat. de Arte Poëtica:

Diues agris, diues positis in fœnore nummis.

Studijsq; asperrima belli.] *à peritia, siue potius à uoluntate, & cupiditate bellandi: ut quæ diu contra populum Roman. arma tractauerit: à quo semel atque iterum perfidè fecerat: nam eò haud dubiè uidetur alludere.* B

Quam Iuno fertur, terris magis omnibus, unam.] *hinc etiam laus emergit non uulgaris, quod sub Iunonis tutela posita est: nam etsi unaquæq; ciuitas Deum tutelarem habet, Iunonem tamen Deorum reginam non habet: uel si habet, nō tamen tantopere ab ea colitur, quātopere ipsa Carthago diligitur: quam in primis amoris partibus habet, ut sequentia indicant uerba:* Posthabita coluisse Samo.] *hæc sanè amorem Iunonis in Carthaginem singularem ostendunt quam Samo etiam, ubi nata est, ardentiùs amauit: sed & frustra admirantur nonnulli, quamobrem Iuno apud Homerum in recensendis urbibus, quas sibi charissimas fuisse memorat, Carthaginis mentionem non fecerit: nam res illa postulare uidebatur, ut nisi de Græcis urbibus, quas ipsa colebat, mentio fieret: has uerò recenset Iuno Il. 4.*

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες
Ἄργός τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Hic illius arma, Hic currus fuit:] Τὸ αἴτιον *amoris: nam illic hastam habet, & currum: quem graphicè Homerus Il. 5 describit. Ouid. Fast. 6.* C

Pœniteat quod non foui Carthaginis arces,
Cùm mea sint illo currus, & arma loco.

Si quà fata sinant.] *quæ non uacat, ut perperàm interpretes sentiunt (nihil est enim in Virgilio ociosum) sed Iunonis conatum indicat: quæ quocunque modo, fatis id tamen permittentibus, Carthaginem regnum fieri uelit.*

VRBS antiqua.] *Narrationis causarum in Troianos odij principium, ab urbis Carthaginis descriptione doctum est. Quæ etsi concisa sit, & breuibus commatis explicata, præcipuis tamen locis miro artificio absoluitur. Describit autem urbem à uetustate, conditoribus, situ, fortuna, studio rei militaris, dignitate: cùm eam à Iunone præ cæteris locis, contempta patria, præcipuè cultam fuisse dicat. Confirmat id signis, ab eius uidelicet armorum præsentibus monumentis: huc præterea eam animam, ut penes* LAMB. Hort.

illam

A illam urbem totius orbis terrarum summum imperium foret. Vrbs antiqua] A vetustate conditionis, quæ incidit circa annum ab Orbe condito quartum & sexagesimum, septingentesimum & quater millesimum: ante exordium humanæ salutis, annos mille & triginta quinque: quo tempore in Iudæa Salomon regnare cœpit, Eupales regnauit in Assyria. Codrus Athenis, Archistratus Lacedæmone, Latinus Syluius in Latio, quartus ab Ascanio Albæ conditore. Hoc item tempore Cumæ in Italiæ littorali loco, à Cumæis & Chalcedensibus, ductu Megasthenis & Hippoclis ex Eubœa profectis, sunt conditæ. Antiquã dixit, ad differentiam nouæ Carthaginis in Hispania. Tyrij.] Tyrij à Phœnicibus oriundi, terræmotu priscis sedibus concussis, patria profecti primò Assyrium stagnum, mox littoralem regionem occuparunt: ubi urbem conditam, Sidonem, à piscibus & piscium copia dixerunt. Phœnices enim sua lingua Sidon piscem vocant, ab Hebraica voce fortasse ציד, quæ piscatorem signat, mutatione literæ צ in ס. Post aliquot annos Sidonij ab Ascaloniorum rege bello petiti, & ad postremum B expugnati, nauibus Tyrum appelluntur, & nouam urbem, sub id fermè tempus quo Troia à Græcis capta fuit, ædificarunt. Porrò hic Persicis armis Tyrij diu vexati, suam libertatem tamen magnis viribus vindicarunt. Hac gloria cùm inter finitimos clara esset urbs, eadem inopinata seruorum conspiratione, eáque obscura, oppressa fuit. Periere hîc ad unum omnia libera capita, cum virili stirpe. Serui capta urbe victores, uxores & filias ciuium, quos occiderant, sibi matrimonio iungunt. Senex unus cum filio, occultè seruatus fuit à seruo, quòd mitiùs clementiúsque ad id temporis usque in eum imperium suum exercuisset. Non fuit ingratus vicissim Strato (id erat serui nomẽ) erga seruum. Sic enim inter seruos conuenerat, ut qui eorum postridie Solem orientem primus conspicatus esset, is rex salutaretur, quippe dijs charissimus. Strato monet hominem, ut cùm reliqui oculos in ortum intendissent, ipse à Sole auersus, murorum ac turrium fastigia, quæ aliquanto prius à Sole adumbrantur, contrario statu obseruaret. Sequutus seruus consilium, perleui momento ortum spectantibus, primus à tergo Solis radios demonstrauit. Admirantibus reliquis commentum minime seruile, ac sciscitantibus, cuiúsnam esset? coactus est authorem consilij prodere: herum videlicet à se seruatum à cæde, in coniuratione seruili. Ita- C que senem, ut diuina quadam prouidentia huc seruatum rati, communibus suffragijs eum regem declarant. Successit in locum defuncti filius: cuius soboles longa serie postea regnauit, donec Alexander Macedo, tanquam ultor nefariæ cædis, quicunque bello capta urbe superfuêre, ad unum omnes crucibus affixit: id quod supplicium seruile fuit. Seruata tantum est Stratonis progenies: cui genti ab eo regnum est item continuatum. Permisit insuper, ut sublata seruili stirpe, ex ingenuis noua ciuitas conderetur. Sed ante seruilem coniurationem, tam velatam, cùm ciuitas magna gloria, & opibus floreret, & hominum multitudo frequentior esset, quàm ut eam caperet, missa in Libyam aliquanta iuuentutis pars, Vticam, Catonis Vticensis patriam, condiderunt. Pòst paulò, Pigmalion regnum à patre per manus accepit. Huius soror Elisa, Sichæo auunculo virgo nupsit. Erat autem Sichæus homo prædiues auri facti infectíque, & sacerdos Herculis, qui ibi colebatur in primis, ut paulò pòst explicabitur. id sacerdotium secundus honos erat à rege. Sichæus haud ignarus, quàm periculosa res esset aurum opulentis apud tyrannos, opes uniuersas sub terra condidit. Nec mansit res clam, sed statim vulgata fuit, incertis authoribus. Pigmalion auri potiundi spe impulsus, auunculum insidiarum planè securum obtruncat. Dido, primò fratrem ob nefarium scelus apertè oderat: mox, ubi sensit se quoque eandem ob causam in manifesto discrimine mediam versari, insidias domesticas declinatura, pacatiori vultu fratrem appellat, quasi tempore adimente ægritudinem, memoria mariti paulatim obsolesceret: & adornat interim occultam fugam, appelliturque primùm in Cyprum, cum ijs, quos fugæ comites voluntarios asciuerat. Inde in Libyam defertur, ubi mercium commercio locorum accolas ita allexit, ut tantum loci precio obtineret, quantum bubulo corio in urbem condendam complecteretur. Cæterùm eo in tenuissimas particulas dissecto, maiorem aream complexa est, quàm initio poscere visa esset. A bubulo corio Byrsa, Latino vocabulo, Carthago est appellata. Tradunt autem memorabile quiddam de eius conditione. Cùm terra iaciendis fundamentis effoderetur, bubulum caput dicitur ibi repertum. Auspicium displicuit: quòd id animal, quamuis operosum, seruile esset tamen. Tentatus est alius locus, haud multum inde diuersus: inuentúmque caput equi. Placuit extemplò omen: quo colligebant, rei bellicæ studijs urbem celebrem futuram. Creuit inter hæc vicinarum urbium, maximè Vticensium consanguineorum commercio, Carthago. Quoniam autem inuidia rerum fœlicium & comes est, & alumna, breui barbaros maximè urbis opes in se concitarunt. Populus bellicosus pro viribus sua tueri, ditionem pomœria virtute propagare, ad postremùm totius Aphricæ imperium obtinere cœpit. Hæc est illa Carthago, quæ diu æmula imperij Rom. tandem tertio bello deuicta & funditùs deleta fuit. Appianus, Elisæ comitem Carchedonem fuisse prodidit. Trogus tradere Carthaginis originem multo recentiorem videtur: quippe quæ septuaginta, nec amplius, annos urbis Romæ primordia antecessere. Reliqua, quæ ad huius urbis conditionem pertinent, aliquanto copiosiùs suo loco explicabuntur.

Tyrij.] Tyriorum inuentum purpura creditur. Pollux lib. Onomasticῶν primo, capite περὶ βαφῆς, tradit, purpuram à cane Herculis repertam: & Tyrios, à Tyro nympha quadam indigena, quam heros ille adamabat, esse appellatos. τύριοι (inquit) λέγουσιν, ὡς ἡρακλῆς ἠράσθη νύμφης ἐπιχωρίας. Τύρος δ' ἦν τῇ νύμφῃ ὄνομα. [illegible]

τὸν

τοῦτο συνεχὲς ὅσον ἐκλῦσαι ἐξαρτῶσιν ἐκ μηρίνθου ἀρτηθέντα. κοφίνους ἐκ σπάρτου τινὸς ἢ σχοίνου ἀμπλέξαντες. ἀκρίδα δὲ ἀεὶ τὰ ἐντὸς τὴν ἄκανθαν. τὸ δὲ σπάρτον ἢ τὴν σχοῖναν τινὰ, περὶ δὶς ἅμματι τοῦ κοφίνου, ἐξω ἐπιθέντες ἀνέχειν ἰᾶσιν· ὡς ὑπὸ μὲν πεσόντι ῥᾳδίως ἔσω καὶ δύνασθαι, ἀναχώρησιν δὲ ἐς τὸ ἔμπαλιν μηδὲ ἀναστρέφειν ὑπὸ παρακειμένης ἐπιδιδόναι. ταύτας τὰς κοφίνας διακαθίσαντες οἱ πορφυρεῖς, ἐν ταῖς πεδάλιοι, καθιᾶσι, τὸ καλώδιον φιλοῦ τινος ἐξάψαντες, ὡς ἀνέχειν τὸ θήραμα. ἀμελήσαντες δὲ νύκτα, καὶ ἀνημερεύσαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὰς κοφίνας ἕλκουσι τὸ ζῷον ἀνέλκουσιν. ἔπειτα κοφαλισθέν τὸ ὄστρακον ἐν ταυτῷ, καὶ τὴν σάρκα ταριχεύσαντες τις τι ἐπὶ ἀποσκευήν, ὕδατι τὴν ἅλω ἐκκαθήραντες, ἐνέψουσιν ἐμπόρῳ λέβητι τὸ θήραμα, τὸ ἐκκαθάριον. τὸ δὲ αἷμα ἐκκαθὰρ περὶ ὁμιλίας, χυταί τε καὶ ἐξαυθέν καὶ τὸ μὲν ξανθίζεται, τὸ δὲ κυανοειδὲς γίνεται, τὸ δὲ ἄλλο ὡς ἄλλην χρόαν τρέπεται, καὶ ὅ, τι ἂν καλῶς, πᾶν τὸ ξυγγενόμενον τῷ αἵματι πρὸς τὴν αὐτοῦ χροιὰν μεταχρῴννυται. χαίρει δὲ ἐκεῖνο ὁμιλοῦσα τῇ πορφύρᾳ τὸ βαφὲ, καὶ ἡ δια τὰς αὐτὴν ἀναπυροῦσα, καὶ πλέα ποιοῦ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγὴν, ἐκφαινομένην ἐκ τοῦ ἄνω πυρός. *Hæc fusius de purpuræ capiendæ conficiendæq́ ratione, per occasionem libuit hic annotare, quod haudddubiè persuasum mihi haberem, studiosis eo grato futura, ob ea quæ de Tyrio colore, & Tyrijs uestibus, murice ac purpura, passim à scriptoribus celebrantur. Tyrum Alexander Magnus primus continentem fecit, cùm ad id temporis usque, 700. passus à littore discreta fuisset.* Coloni.] *è Tyro profecti. Sunt autem coloni, qui ex maioribus urbibus, abundante multitudine, tanquam populorum examina quædam, ad minora oppida inhabitanda deducuntur: cuiusmodi fuerunt Romanorum, Atheniensium, Chalcidensium, aliarumq́ clarissimarum urbium coloniæ. Tyri coloniæ, Leptis, Vtica, Carthago, & Gades, extra terrarum confinio sunt. Græci* ἀποικίας *dicunt, &* ἄποικον *colonum. Vetustissimæ autem coloniæ inueniuntur, quæ ex Noë pronepotibus, & ex ijs qui ab illis orti sunt, aliæ in alias terras profectæ sunt, occupâruntq́ diuersas oras. Quo factum, ut non solùm gentes & populi ab illorum nominibus sint appellati, uerumetiam urbes pleræq́, quas condidissent. Hoc exemplum deinceps aliæ innumeræ propè gentes sunt sequutæ. Coloni, à colendo: hoc est, inhabitando appellantur. Iam uerò, Carthago urbs,* πρόσωπόν ἐστι. Italiam contra.] *Anastrophe, à situ: æmula imperij Romani. Hæc, præter alios, clarissimum imperatorem Annibalem edidit, qui secundum bellum Punicum, graue & magnum, intulit Pop. Rom. traxitq́ in possessione Italiæ id in decimum septimum propè annum, cùm totius imperij propemodum occidione, Carthaginensium imperium maximum erant, cùm bellum aduersus Rom. gererent, urbes 300. haberent, hominum 70. myriades Carthagine essent. Ab hac Noua Carthago in Hispania, in interiori maris sinu sita, Hasdrubalis opus, nomen habet.* Tyberinaq́.] *Copia: hoc est, contra Italiam, contra Tybridis ostia. Tyberis clarissimus Latij amnis, initio Albula dictus, à colore: hic postea à Tyberino Albanorum rege, in traiectu fluminis submerso, ad posteros Tybridis nomen seruauit. Effunditur partim in mare Tyrrhenum, obliquè Aphricæ obiectus. Chrestomathiæ author annotauit, eum ex Apennino montibus oriri, multisq́ in ipso cursu amnibus augeri.* πληρῶται δ᾽ ἐκ πολλῶν ποταμῶν μέγιστος μέν τι, διὰ τῆς Τυῤῥηνίας φερόμενος. τὸ δ᾽ ἐφεξῆς, ἀρξάμενοι ἀπ᾽ αὐτῆς, πρῶτον μὲν τὴν ὀμβρικὴν, A ἔπειτα Σαβίνους καὶ Λατίνους τοὺς πρὸς τῇ Ῥώμῃ μέχρι τῆς παραλίας. παραβέβληται δὲ, κἀκεῖνος, τῷ ποταμῷ μὲν καὶ διὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς κατὰ τὸ πλάτος, ἀνίσοις δὲ κατὰ μῆκος. ἀνίχουσι δὲ πρὸς τὰ Ἀπέννινα ὄρη, τὰ πρὸς τῇ Ἀδρίᾳ. *Latinorum hæc omnis regio quondam fuit, quæ media est ab ostijs inter maritima, usque ad Smuessam & Sabinen. Ostia porrò urbis Romæ modicæ nauales stationes sunt, in qua Tyberis se exonerat. Illud monitius est fortassis, quàm ut adscribatur: Latinos primam syllabam per o scribere, cùm Græci per e ferè usurpent. Ostia propriè sunt, fluuiorum patentes aditus, ut portus maris. Quod autem Carthaginem longè ab ostijs Tyberinis abesse dicit, id planè sic habet. Abest à Siciliæ Peloro promontorio ager Brutius, cui quondam cohæsit, XII. M. passuum. Africa uerò à Lilybæo, CLXXX. M. interuallo, ibi maximè, ubi Mercurij promontorium primùm erigitur.* Diues opum.] *A magnitudine imperij. Nam ubi pollentissimæ opes sunt, illic omnia ad bellum, & ditionis pomæria propaganda, commoda suppetunt, & opportuna.*

Studijs.] *A gloria militari.* Samo.] *A di-* B *gnitate, quæ per Iunonis numen accessit, emphaticῶs. Nam cùm cuique sua patria longè sit dulcissima, Iuno Carthaginem tamen Samo, ubi nata, & educata fuisse creditur, & nupta Ioui, antepoſuit. Apud Carthaginenses Herculi sacra annuo fiebant, ut qui à Tyrijs oriundi essent: colebaturque ille Tyriorum ritu, pari cum Iunone religione. Est autem Samus in ora Ioniæ, inter Miletum & Chium sita, ambitu trecentorum stadiorum. Alij, inter quos Plinius est, duplo & amplius maiorem circuitum tradunt. Initio Melamphylos fuit appellata, mox Anthemis: inde Parthenia, ab amne Parthenio, qui per eam labebatur, cùm Cares eam incolerent, amnis autem ille Imbrasus quoque cognomento dictus fuit: postea Adrysa, Cyparissia: inde Samos. Vini parum ferax: cæterarum uerò rerum tam felix, ut lac gallinaceum ferre, Græco prouerbio diceretur. Samum uocatam quidam credidère, à montium altitudine: nam ueteres montes altissimos Samaos dixère.* ἔνα σάμος, ἀπὸ τῆς ὕψους τὸ ὄρειον. οἱ γὰρ παλαιοὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη, σαμίους ἐκάλουν. *Tribus fluminibus irrigata fuit, Imbraso, Eucario, & Leucothea: Chesio & Bethe fontibus. Insignis fuit monte uno, Gergetio. Iones bis huc* C *colonias deduxère: quare Ionica Samos scriptoribus appellata est. Ex Ithaca & Cephalenia aliquando cultores huc missi sunt. Quamobrem & Cephalenes, Samæos dictos inuenio: & Iones, Samios. Samiorum res breui in tantum creuerunt, ut Polycraten, Pantagnotum & Silosontem fratres ad inuadendam per tyrannidem insulam sollicitarint. Erant ij Aeacis cuiusdam filij. Polycrates non ferens occupatæ tyrannidis consortem, statim fratrum altero interfecto, altero in exilium pulso, nullo momento insulæ tyrannidem solus occupauit. Sed Samiorum res uaria ante Tyranni dominationem fuère. Cæterùm post unam infœlicem expeditionem eorum exules à Lacedæmonijs contra Tyrannum destituti, Siphniorum agros effusi populantur, & pecuniam antea negatam, uictis expresserunt. Condiderunt Samij Cidoniam in Creta, quum ad Zacynthios inde profligandos eò enauigassent. Dicæarchia in Tyrrheni maris ora à Samijs condita est: incertum ab his ne qui Polycratis tyrannide insula sunt exturbati,*

an ab

A an ab alijs. Edidit Samus Pythagoram, magnū illum philosophum, qui patria relicta Polycratem exosus, in Italiā traiecit: ac circa Crotonem consedit, ubi nouū dogma tradidit, quæ Italica philosophia nuncupata fuit. Dedit hæc & Sibyllam Samiam. Samos Pericles, post sacrum bellum circa Delphos, Atheniensibus uectigales fecit. Celebratur Theodori labyrinthus Sami. Dixi, insulā ἀνθεμοῦσαν (ut & Stephanus annotauit) olim à floribus nuncupatam fuisse (ἄνθος, flos) & eandem παρθενίαν dictam, à uirginibus, ob uarias formas puellarum, ut docet Athenæus ex Clearcho, quæ ceu flosculi adblandientes, ad libidinem illiciebant. Proinde ἄνθη Σαμίων, Samiorum flores in prouerbium cessiêre, ubi quis summā uoluptaté decerperet. Aiunt locum in ea insula fuisse, hoc nomine appellatū, in quo mulieres uiris mixtæ, conuiuium agitabant. A' Samæna, nauis genere. Samiorum captiuis ab Atheniensib. inusta: uel quòd ibi à Callistrato XXIIII. literæ repertæ essent, Samij literati in parœmiā abiêre, quemadmodū & Samij mores: quòd alijs notas inurerent, & uicissim ab alijs eam ignominiā paterentur: & Samū petere, παροιμιακῶς, qui impudenter aliquid postularent. Citatur & illud: ἔτ' ἦν ὅτε

B ... : de eo qui antea ignauus habitus uulgò, in negatio quopiam opinione præclariùs se gessisset. A' mutua Samiorū & Atheniensium ta... illud celebrari uulgò ... Samij ... mala meo ... de ijs qui proditionem metuerent. Quoniam autem Laura angiportus apud hos fuit, in quo ... lautitia uendebātur, Samiorum Laura prouerbio locū fecit: de ijs qui se turpibus uoluptatibus addixerunt. Fuit hic uetustissimum templum, in quo uisebatur Iunonis admirandæ uetustatis simulachrum, habitu nubentis. Et anniuersaria sacra, nuptiarū ritu Iunoni celeberrima, in hac insula habebantur. A' Samo, Samia dea nuncupata fuit. Elegantissima, ex creta, fictilia uasa in hac fingebantur, quæ à loco Samia dicta fuerunt. Strabo, Samen insulā, urbem uerò Samum uidetur appellare. Samus cōtra Thraciā, propter commerciū obiectarū gentiū, Samothracia appellatione celebrata est: sed præcipuè religionis nomine apud priscos mortales nobilitata. Hinc Samothracum dij, à Dardano in Phrygiam aduecti fuêre. Samo inditū nomen creditur, à Samo Mercurij & Cyllenidos filio. Hic illius.] Zeugma: à præsentibus signis comprobat, Carthaginem Samo præpositam à Iunone. Est autem regnorū dea: perinde ut Pallas sapientiæ, ac Venus amori præsidere existimatur. Quare Iunoni arma, currus, aliaq́ belli instrumenta ueteres accommodarunt. Quanquam non ignoro, quosdā existimare, Curetim uocitatam, & Quiritā, ab hasta: Sabinorum enim lingua Curim hastam dici. Porrò, arma quidā propriè asserunt appellari bellica instrumenta quidem, at non omnia: uerùm ea tantum, quæ ab humeris dependeāt: hoc est, ab armis: qualia sunt, scutum, gladius, pugio, sica. Ea uerò quibus procul in iaciendo utimur, non arma, sed tela uocari. Seruius author est, inde arma dicta, quòd armos tegant. quasi uerò ocreæ, caligæ, lanceæ, & id genus instrumenta non essent ad bellum parata. At multò rectiùs Varro, qui arma uocari arbitratur omnia ea instrumenta, quibus hostes quacunq; ratione arceantur ab arcendo, non autem ab armis: hoc est, humeris quare fustes, lapides, hastas, ferrum, arma quoq; appellari posse. Sed & hoc frigidum quibusdā uidetur. uidelicet nō ab arcendo, sed ab armis dicta, quòd humeris oneri sint. Qua ratione omnia artium instrumenta, arma appellari possunt: ut arma studiosorum, stylus, pugillares: arma rusticorum, ligones, rastra, falces. Græci ὅπλα uocant. Quare Pollux Onomastico ... ad eum modum prosequitur. Sic culinaris arma, dixit Plautus & Vergil. Cerealia arma: item naualia arma colligere, ualidisq́ incumbere remis, figuratè pro bello. Quemobrem uehementer ridiculum ... arma deducere ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν: id est, adaptando quæ ... arma, nisi se quadrent corpori, inutilia sint. Hoc regnum ... phonesis, in amplitudinem urbis Carthaginis. Hanc ... Iuno caput Orbis terrarum efficere annixa fuit, si qua ratione per fata licuisset. Iam tum.] à quo condi à Didone cœpta fuit. Est autem clausula descriptionis Carthaginis, à qua necessariò narrationem exorsus est, uti causas odij Iunonis aduersus Troianos mox recenseat.

NASCIM. † al. euerteret

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ † uerteret arces.
Hinc populum latè regem, belloq́ superbum,
Venturum excidio Libyæ: sic uoluere Parcas.
Id metuens, ueterisq́; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.
Nec dum etiam causæ irarum, sæuiq́; dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq́; iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

PROGENIEM sed enim] hinc omnis pendet dolor, & ira

C Iunonis, præcipuaq́ causa est odij, indignationisq́ illius in Troianos, sicuti apud Homerum Achillis iracundiæ causa fuit Briseidis raptus: sed hic alias Poëta recenset plures: hæc tamē, ut diximus, præcipua est. Troiano à sanguine.] à genere Troianorum per ... ut in 6. Aen.

» Proijce tela manu sanguis meus.

Audierat.] à Ioue: non enim omnes Dij futura cognoscunt. hinc illud Iouis ad Venerem:

» Hic, tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,
» Longiùs, & uolueres fatorum arcana mouebo.

Et in tertio lib. Aen. sub persona Celenus:

» Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
» Prædixit uobis furiarum ego maxima panda.

Hinc populum latè regē.] potestatem amplitudinemq́ populi Rom. nec non splendoré nominis, & gloriæ illius in bello partæ exaggerat.

Venturum excidio Libyæ.] μνημονευτικῶς monet ... & de futura Carthaginis calamitate. Locus dici potest misericordiæ communis à commutatione fortunæ.

Id metuēs.] confirmat superiorem odij causam fuisse potiorem, ideoq́ alias subnectit plures: est autem longum ὑπερβατόν: sensusq́ eo usq; tendit, Arcebat longè Latio. Sed mirum est quod Iuno timet à Romanis excidium Carthaginis: quæ tam longè distat ab Italia: uerùm hoc totum in laudem Romanorū cadit, qui uel tanta loci intercapedine non hominibus tātùm, uerū etiā Deis formidini sunt, atq; terrori.

Prima quod ad Troiā.] Quod ipsa præcipua gesserat: nam Hercule duce ex Colchide cum Argonautis redeunte ante bellum illud decennale iterum capta fuerat Troia Iuno uerò Græcis, nō Herculi fauerat, ad eas Diodorū Siculū, qui lib. 5. hāc historiā egregiè describit: erat igitur

igitur causa cur timeret Iuno, nõ sibi, sed suis: nam Troianos graui iniuria affecerat, ideòne Carthago per eorum genus perderetur, eos longè ab Italia arcere, atque etiam occidere cupiebat. Tota hæc disputatio ex ratiocinatione pendet, consule Cic. in secundo de Inuent. Necdum etiam causæ irarum.] *ad timorem Iunonis accedebat ira, atq; odiũ. quod ex varijs acceptis iniurijs ipsa contraxerat: ad quas explicandas nunc Poeta sese accingit.*

Sæuiq; dolores.] *amplificatio est. Plus enim est dolor, quàm ira, quanquam raro usu euenit, ut ira absq; dolore sit, unde Aristot. in 2. de arte Rhet. iram definit, esse ulciscendi libidinem cum dolore. Quidam manu scripti codices,* labores, *legunt, ut sensus ad superiora referatur: quæ uerò sequuntur, ad exaggerationem posita sint. Sed uulgata lectio magis probatur.* Manet alta mente repostum.] *reuocata thesi ad hypothesim causas iræ Iunonis in Troianos separatim recenset: tres autem patissimùm uidêtur: quòd eius forma à Paride fuerit per latam sententiam spreta: Quòd Troiam à Dardano Electræ Iouis pellicis filio, quam illa uehementer oderat, originem ducunt: postremò quòd Ganymedes Troianus in Hebes Iunonis filiæ locum suffectus est, ut Ioui pocula ministraret. Quæ quidem tres causæ ad tres illos iracundiæ fontes referri uidêtur, de quibus Arist. in 2. de arte Rhet. mentionem facit, despicientiam, quam ille καταφρόνησιν, incommodationem, quam ἐπηρεασμόν, contumeliam, quam ὕβριν appellat. In despicientia incommodatio latet. Igitur Iunonis despicientia ex neglectione formæ est suæ: hoc enim est incommodum quod capiebat Iuno, ex Paridis sententia, quod eius formam ab eo fuisse neglectam uidebat, à quo eam plurimi fieri cupiebat. Iniuriam uerò sibi ingentem factam putabat, quod Hebem filiam suam à ministerio poculorum expulsam, & Ganymedem Troianum sibi inuisum in eius locum esse suffectum uidebat. quo exemplo naturam fœminarum doctissimus Poëta egregiè depingit: quæ cùm maritos suos, à quibus iniuria sunt affectæ, punire non possint, eos, per quos iniuria illata est, acerrimè insectantur.* Spretæq; iniuria formæ.] *facilè in Mauri sententiam adducor, ne hoc ad Antigonã referatur, sed sit ἐπιφώνησις, non tamen quod, uarat, ut ille falsò existimat.* Et genus inuisum.] *Troianos inuisum genus ideo uocat, quia à Dardano originem ducunt: qui ex Electra Iouis pellice natus erat.* Et rapti Ganymedis honores.] *non ægre fert Iuno Ganymedem à Ioue fuisse raptum, sed pulsa Hebe, ad tantum honoris gradum enectum ut Deorum pincerna factus fuerit: ideo ait,* honores. *Si uerò in uerbò* rapti, *obscænũ aliquod sentias, inuidiosè & cum contemptu dictũ intellige: quasi indignetur fœdæ libidinis cinædum, filiæ suæ, in tanto ministerio, fuisse prælatum.*

LAMB. Hort. Progeniem.] *Primam odij causam ad ineuitabile Carthaginensium fatum trãsfert: quòd ea urbs, penes quam summum imperium orbis terrarum esse uolebat, quamq; unicè tuebatur, aliquando ab ea gente, quam semper exosa fuerat, funditùs deleretur. Et quod magis dolebat, è Veneris æmulæ suæ sobole eam gentem orituram, cuius imperium immensum & sine fine foret: & quæ ad postremum, urbem illam opibus & imperio florentissimã, excinderet. Causam autem belli inter utrumq; populum, nemo ferè est qui ignoret, qui uel mediocriter in lectione historiarum uersatus sit. Cùm enim uterq; plurimum armis & opibus in suo orbe polleret, Carthaginenses in Aphrica, Romani in Europa, Coruino Consule omnium* A *primùm, ni fallor, amicitiam coniunxerunt. Renouatum fœdus postea fuit Pyrrhi bello. At postquam Mamertini Rhegium, à Romanis ademptum, amisère, tantum uirium ijs fuit detractum, quantum antè aduersus Syracusanos, per illud, infestando. persequendoq; Carthaginenses, additum fuerat. Venerant per id tempus & Pœni Tarentinis aduersus Romanos auxilio. Itaq; propter uiolatum à Pœnis priùs fœdus, primi belli Punici causa est orta. Vario habitu terra & mari id gestum utrinque, modò Pœnis dolo, modò Romanis uirtute & armis superantibus, donec Attilius Regulus primus uictis nauali prælio Pœnis in Africam traiecit, sed parùm fœliciter. Nam à Xanthippe Lacedæmoniorum duce à Carthaginensibus accersito, prælio xxx millibus captis, xv. millibus cæsis, uictus, paulò pòst supplicio extremo affectus perijt. Bello huic, magno nauali prælio uictis Carthaginensibus, ad Aegates contra Lilybæum, C. Luctatius post uariam fortunæ aleam tributum imposuit. Conditiones fuère, quas Pœnis dedit Pop. Rom ut iam inde amicitia utriq; populo perpetua esset: Pœni tota Sicilia, & omnibus insulis quæ inter Siciliam & Italiam sitæ sunt, abstinerent:* B *Hieroni bellum non inferretur: arma non mouerentur aduersus Syracusanos, eorùmue socios: redditis sine precio captiuis, tria millia argenti Euboica, & CC. in aliquot annos penderent Romanis. Et quidem uario euentu primum bellum Punicum, xxiiij. (uel, ut alij, xxi.) annos durauit, ab eo tempore, quo arma utrinq; moueri cœperunt. Sequutum est secundum bellum Punicum, quo nullum grauius, aut in quo clariùs Romana uirtus fulsit, Pop. Rom gessit: nullum, in quo plus roboris, plũsue ferociæ imbibit. Nam cum Sabinis, Volscis, Hetruscis, alijsq; Italiæ populis de finibus fuerat diu bellatum: cum Lucanis, Samnitibus, Marsis, Campanis, Appulis, de principatu: cum Pyrrho, de gloria: cum Gallis, de agro, & quidem semper tumultuosè: at cum Carthagine, primùm de possessione Siciliæ, & quidem intra insulam, cùm neutra urbs alterius uires satis cognitas haberet. Cessatum inde aliquot annos est, ac rursum ad arma recursum, certatumq; est tanquam in Martis theatro, non procul tantùm à domo, sed in ipsa Italia: non deditione regni tantùm, sed de principatu totius orbis, ut nulli periculo propiores fuerint, quàm ij qui ad postremum uicerũt. Et pro-* C *fectò incredibili successu in decimumseptimum annum Hannibal Pœnorum dux in Italiæ possessione bellum traxit, sed uario euentu ac casu ducum Romanorum: donec ad ultimum, à Scipione ex Italia, quasi conserta manu in Africam extractus, & magno prælio uictus, secundum pacis conditiones accipere cogeretur, quingentis omnis generis nauibus, quas Scipio in altum deduci iusserat, in conspectu Carthaginis crematis. Finitum hoc fuit bellum anno quadragesimo, ab exitu primi belli Punici: decimoseptimo, à quo bellum in Hispanijs, Hannibalis ductu rursum cœptum fuit moueri, cùm inter primum & secundum bellum Punicum anni tres & uiginti incidissent. Tertium bellum, ac postremum, ut leuioribus de causis fortassis, ita maiori mole, sed intra quintum annum, quàm cœpit, finitum omnino fuit. In hoc, propter fœdus iam tertiùm uiolatum. cùm uicti ultrò ad pacem inclinarentur, traditis CCC. nobilibus pueris obsidibus, armis item & nauibus, ad postremum expugnando 6. continuos dies, per partes capta, incensa, deletaq; excidio, auspicijs ac ductu*

Scipionis

A *Scipionis Aemyliani urbs, unà cum Byrsa est. In hác qui confugerant, ad quinquaginta hominum millia (nam eam armis tenere stabat sententia) uel salute impetrata, seruati sunt partim: partim desperata uenia, fame, uigilijs, incendia absumpti sunt. De Scipione hoc tradunt, ubi Carthaginem penitùs excisam uidit, urbem olim florentem, quæq; tantum terræ, maris, insularum imperio tenuisset, maritimis opibus nulli urbium unquam secunda, & quæ uirtute armorumq; peritia omnes facile superasset. nunc uerò armis, auxilijs, præsidio destitutam, uix trium annorum spacio, ferro, fame, flammis occubuisset: fertur ubertim illachrymasse, memor rerum humanarum, identidem illud Homericum repetens:*

——ταχ' ἠμύσειε πόλις πριάμοιο ἄνακτ[ος]
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε, περθομένη τε.

Adstabat tum forte Polybius, eius studiorum omnium comes ac praeceptor, qui ab eo familiariter sciscitatus, quid nam illud Homericum sibi uellet: Romam, inquit, de qua, uiribus pensatis, non possum non esse sollicitus. Et Carthago quidem, urbium longè clarissima omnium quæ unquam fuerunt, post Romam, ita posteritate Aeneæ excisa fuit, anno quàm condita esset septingentesimo. Eusebius alicubi duos & triginta annos adimit: alicubi octo & quadraginta uidetur adijcere. anno urbis Romanæ cōditæ quinto supra sexcentesimū, aut circiter. cùm in Aegypto regnaret Ptolemæus Euergetes cognomento, non extremis Philometoris tēporibus, ut prodit Eusebius. Quo item anno Pseudophilippus in Macedonia est oppressus, in Syria regnum obtinebat Alexander, undecimus locos Ionathas in Iudæa summo sacerdotio & imperio fungebatur, in utroq; Machabæi fratris successor: quibus etiam temporibus Corinthus in Achaia euersa est. Decessit è rebus humanis circa hæc tempora, Pacuuius Brundusinus, Ennij poëtæ ex filia nepos, nonagenarius Troiano à sanguine.] *Ex posteritate Aeneæ Romani nascerentur, qui imperio toto Orbe parto, hoc euentu Carthaginem delerēt. Figuratè* sanguinem *dixit, pro genere. Et enallage species est,* Verteret, *pro euerteret.* Tyrias arces, *periphrasticè, pro Carthagine.* Hinc pop.] *Expositio: Ex posteritate Aeneæ proficisceretur, qui latè uniuerso orbi imperitarēt, belli & pacis artibus clari, & occidione Carthaginem deleturi. Synecdochicōs, totum usurpa-*
C *uit pro parte: Libyam, pro Carthagine.* Superbum.] *nobilem, clarum, insignem. Alioqui ferè in uitiosam partem usurpari solet.* Populum.] *Romanum pop. dicimus, & ad plebem ferre. Differentiā Pompo. l. 2. de orig. iuris disertè ponit.* Audierat duci] *Dictum, uetustate commendatum, teste Fab.* Parcas.] *Ab authoritate Parcarum: hæ tres finguntur, Clotho, Lachesis, Atropos. Penes has omnium mortalium ratio constare existimatur: ita dictæ sunt ἀντιφραστικῶς, quòd nulli parcant. Quoniam autem uita humana initium habet, progressum, & finem: prima gestare colum, secunda nere, tertia filum abrumpere creditur. Has uolunt omnium rerum ordinem & metam constituere. Græci μοῖραν, [illegible] νόμος uocant, & earum opus [illegible]. Varro author est, ueteres Rom. nomina Parcis tribus fecisse, à pariendo nono atq; decimo mense: nam Parca, inquit, cōmutata una litera, à partu nominata. Gell. Vindex in Lect. antiq. Tria, inquit, nomina Parcarum sunt: Nona, Decima, & Morta, & uersum hunc Liuij poëtæ antiquiss. citat ex Odyss. Quando dies aduenies, quem prosata Morta est? Quo loco pro Parca, Morta accipitur. Itaq; si acceperat in fatis esse. Voluuntur res humanæ, quam diu sunt in ipso cursu. cùm uerò desinunt, filum abrumpitur.* Veterisq;.] *Secunda odij caussa, memoria belli Troiani, quo statuerat uniuersam exscindere: sed consilium fefellerat. Et Hercules multo antè, unà cum Argonautis urbem ceperat, regnante Laomedonte.* Saturnia.] *Iuno, antonomasia.* Prima.] *Enallage partis: nomen pro aduerbio.* Argis.] *quod pro Græcis gesserat. Hoc nomine in Græcia plures fuerunt urbes, sed cognomentis distinctæ: Argos Achaicum, Pelasgicum, Amphilochicum fuit in Acarnania & Italia. sed Pelasgicum siue Peloponnesiacum in Thessalia fuit, longè urbs uetustissi. haud procul inde ubi postea Larissa condita est, Phoronei opus, circa tempora Abrahæ. Et Stephanus Phoroneam uocet, à Phoroneo Inachi filio. Homerus ἄργος ἱππόβοτον, ab equorum copia: uel quòd Agenor urbem eam aliquando cum magno equitatu inuaserit. Iasium, ab Iasio. & ab aquarum penuria δίψιον dictum tradunt. Et Plinius libro 7. tradit, à Phoroneo Argos conditum: Eustathius Homeri enarrator, & Higynus, ab Argo Agenoris filio positum fuisse. Hic à priscis illis mortalibus πανόπτης appellatus fuit, propter multum rerum tum usum, tum experientiam simul & prudentiam. Qua de causam fabulam concessit: Argo oculatior. Fuit autem situm loca amœnissima: nam ab oriente Asinen urbē spectabat, ab occasu Cronium montem: à meridie Mycenas Persei opus: à septentrione Cleonas. Inter Argos & Cronium, Inachus amnis decurrebat. Plinio Argos situm erat inter Inachum & Erasinum: at Stephano, Authiæ propinquum fuit. Epidaurus inde haud procul abest in littore, ubi ad Saronicum sinum deflectitur. Sed cùm Romani rerum potirentur, urbis eius ne uestigia quidem extabant. Vnde quidam suspicantur, campum tātum fuisse in Thessalia, nō urbem. Fuit hoc Argos antiquissima regum sedes, ubi omnium primus regnauit Inachus cuius filia Io à Phœnicibus nauigio in Aegyptum fuit auecta. Arcem pulcherrimam habuit Argos, quæ à Larissa Pelasgi filia nomē accepit. Liuius libro 34. duas hic collocat, aliquando à Pythagora Nabidis Lacedæmoniorum tyranni genero præsidijs firmatas. Habuit Argos templum Iunonis, uetustate uisendum, quod Chrysidis sacerdotis incuria postea deflagrauit. Argiuis persuasum erat, Iunonem sui tutelam agere, & ciuitatis custodiam, ut author est Palæphatus. Quare publicè festū eius peculiari ritu & ardine celebrabant. Ob hanc causam Poëta eam in tertio Iunonem Argiuam appellat. Argos Peloponnesiacum, laudatum pietatis exemplum edidit, Cleobim & Bitonem. quod eleganter commemorat Herodotus in Clio. Horum imagines Argiui Delphis in tēplo Apollinis erexerunt, quemadmodum apud Argos statuas de marmore prope Phoronei sepulchrum, in hanc speciem Cuerus in statuis sculptus erat: filij duo matrem currui insidentem trahentes. Genuit Argos mulierem illam, quæ Pyrrhū tegula è tecto percussit. Ad tantā claritudinem Argiuorum res paulatim deuenēre, ut authores fuerint, qui eas uoluminib. editis celebrarint. Ipsi quidam libros tres de Argiuis scripsit. Argiuorum πολιτείαν inter CL. respub. Aristoteles complexus est. Hactenus de Argis Peloponnesiacis. Restat nunc, ut de Argis Amphilochicis disseramus. Hoc Argos inter Pindum & amnem Acheloum situ fuit, uetusta urbs, quam Amphilochum, Amphiarai filium, ex Ilio re-*

uerſum condidiſſe tradunt, Ambracia finitimam, ſeu poſitis in Ambracio ſinu. Sic Strabo in ix. At in ſeptimo aliã refert originem, quam etiam Chreſtomathiæ author annotauit. Poſt Epigonorum expeditionem aduerſus Thebas, Alcmæon à Diomede acceſsitus, cum eo Aetoliam ingreſſus, hãc Amphilochiam, Aetoliam & Acarnaniam communibus auſpicijs poſſedit. Cùm utrumq; Agamemnon ad Troiam euocaſſet, Diomedes quidem eius ſigna ſequutus fuit. Alcmæon uero in Acarnania remanens, Argos condidit: quam de fratris ſui Amphilochi nomine, Amphilochiam Argos dixit. Hæc illic, ex Ephoro. Opibus diu clara fuit hæc urbs, quam Argiui & Barbari indigenæ diu tenuerunt. Poſtea Ambraciotæ, Græcis fugatis, ſoli urbe potiti ſunt. Amphilochi ad Acarnanes fugerunt: quorum opibus, perinde ut Athenienſium auxilio freti, amiſſam urbem breui receperunt. Quæ ex iniuria odium ingens eſt inter utroſq; exortum. Tradunt alij, cum bellis & cladibus diu Argiui eſſent fracti, acciuiſſe in urbem uicinos Ambraciotas, donaſſéq; eos ciuitate, in ius & ſocietatem receptos, ut ab ijs Græcorum linguam ediſcerent: quorum cõmercio manſuetiores facti ſunt. Cæterùm apud Homerum Argos non in uno tantùm ſignificato uſurpatur. Pro ipſa urbe, ἄργος, & σπάρτη τε Argos. ipſa Peloponneſus: ut, ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν ἄργεϊ. Ipſa Theſſalia: ut,

νῦν αὖ τοὺς ὅσσοι τὸ πελασγικὸν ἄργος ἔναιον.

Poſtremò tota Græcia ad eum modum Argos apud eundem appellatur: adeóq; omnes Græci, nullo diſcrimine Argiui, Danai, & Achiui dicũtur. Charum autẽ Argos dicit, quòd ibi ſingulari religione culta fuit: ſiue, pro charis Argiuis. Iudiciũ Paridis.] Tertia cauſa odij, Paridis iudicium, κρίσις θεῶν, in quo corruptus iudex, formæ palmam Veneri adiudicauit. Præmium erat, aureum malum. Hæc iniuria, præcipua odij aduerſus Troianos cauſa fuit. Exponit per epexegeſim, ecquod illud Paridis iudicium fuerit, iniuria contempta & abiudicata pulchritudinis, in qua Veneri ipſa & Pallas poſthabitæ fuerunt. Fabulantur, è Thetidis nuptijs Martem & Bellonam excluſos fuiſſe: Eridem autem aureum pomum, cui inſcriptum erat: τῇ καλῇ τὸ μῆλον (uel, ut Lucianus, ἡ καλὴ λαβέτω, pulchra accipiat) in medium conuiuium proieciſſe. Oritur iurgium & certamen de formæ præſtantia, inter Iunonem, Venerem & Palladem certatim τὸ μῆλον τὸ χρυσοῦν uindicantes. Controuerſia à Ioue ad Paridem diſceptatorem reijcitur: ad quem à Mercurio ut iudicentur, ducuntur. Certatim hic cùm magnificis promiſsis iudicem corrumpere, pomi gratia, conarentur, Venus facilè palmam & uictoriæ præmium obtinuit. Hinc odij immortalis ſeminarium Palladi & Iunoni ortum eſt in Troianos. quod Poeta dicit nondum eſſe exoletum, maximè aduerſus Veneris æmulæ ſtirpem, à qua in nobili illo certamine ſuperatæ illæ fuerunt. Porrò de hoc pomo: hoc eſt, περὶ τὸ μῆλον καὶ ἔριδος extat elegans carmen in Varia hiſtoria Ioannis Tzetzis:

οἱ μέσον τῶν οὐρανίων ὁ μῆλον κυλινδεῖτο, A
αἳ γραῖαι μοθέδραι μένειν πρῶτον τὸ λόγε. "
γάμοις πελίνειάδεσι καὶ θετιδος. πανλα "
[illegible] τῶν θεῶν. ἔριδος ἄνευ μόνης. "
ταζε γὰρ ἄντε, καὶ βρομῆ, καὶ τέχνη ἀφαιρεῖσα "
[illegible] λατρεία. "
ἡ ἔρις δ' ἀθυμήσασα ταῦτα τῇ παροράσει, "
αἱ μῆλον γράψασα χρυσοῦν, λαιεῖ καλὴ τὸ μῆλον, "
[illegible] τοῦ γαμηλίου, "
τῶν γαμηλίων συνεχεῖ τράπεζαν, καὶ τὸν οἶκον. "
καὶ μάχην ἀνερριπίσεν [illegible] "
κατὰ [illegible] ἔριδος μῆλον ἄχον. "
τί δ' ἀπεχθεία [illegible] "
[illegible] ὅμηρος [illegible] "
[illegible] ἀπαγορίας. "

Repoſtũ.] pro repoſitũ dixit, per ſyncopẽ. Cæterùm rerum naturalium & uetuſtatis periti, Paridis iudicium longè aliter, quàm uulgus interpretantur. in qua re operosè diligens eſt Fulgentius Mythologicωn II. Inuiſum genus.] Dardanum, ex Ioue & Electra prognatũ. Ganymedis.] Quarta cauſa, raptus Ganymedis pueri: & peccatum Antigones, quæ à Iunone in ciconiam conuerſa dicitur, quòd eam in formæ certamen prouocaſſet. B
Porrò Ganymedem fabulantur Trois filium fuiſſe, & ob admirandam eius pulchritudinem ab aquila Iouis armigero raptum, ac pocillatorem Iouis menſæ adhibitum: quam rem Iunonem indigniſsimè tuliſſe. Homerus eum non à Ioue, ſed à dijs raptum tradit: neque ad concubitum, ut quidam fabulantur, ſed ad pocillandum, ut dixit

τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν.

Cæterùm Ganymedem quidam Aſſaraci filium, nonnulli Erichthonij, alij Trois fuiſſe autumant: eumq; inter ſydera collocatum, & eundem eſſe quem Aquarium appellamus. Fulgentius Mythologicωn primo author eſt, eum nõ ab aquila aue, ſed bellica præda captum. Adducit Anacreontem antiquiſsimum poëtam, qui ſcripſerit, cùm Iupiter bellum aduerſus Titanas gereret, (erat autem Titanus Saturni frater) iamq; ſacrificaſſet Cœlo, uictoriæ auſpicium aquilam uolantẽ ſibi adeſſe uidiſſe: pro quo tam felici augurio, quia uictoria certa illico ſequuta eſt, in ſignis militarib. deinceps aquilã aureã uſurpaſſe. Eo prælio Ganymedẽ ſub his ſignis captũ. Porrò inuenio, tempeſtate Aioth iudicis in Iudæa Ganymedẽ Trois regis filium, adoleſcentem luculenta forma, à Tantalo Phrygiæ rege raptũ, idq; in gratiam Iouis regis Cretenſium, hominis impudiciſsimi, ad ſtuprum, καὶ ἁρπαγήν. ex qua iniuria graue bellum inter reges eſt ortum. Sed uulgatior fama eſt, ab ipſo Ioue id factũ: hoc eſt, quòd per iniuriã ſit abductus ſub aquilæ ſigno, ſiue id terreſtre fuerit, ſiue nauale. Quare pro fabula ducendum eſt, quod de aquilæ raptu prodigioſo poëtæ nugantur. Nominis etymon deductum eſt παρὰ γανοῦσθαι latari, καὶ μῆδος conſilium, ſiue cura: quòd ic quã prudentis conſilio fruitur, Ioui ſe adeſſe exiſtimet. C

NASC.

His accẽſa ſuper.] Vno uerbo cõmuniter cõplectitur, quæ pluribus ante receſuit. Eſt enim intentio. Iuno Troianis irata erat, ſ quæ ratio: nam ab eis Carthagini metuebat, ipſáq; contempta fuerat, igitur eos inſectabatur. Atqui ſatũ erat dixiſſe, id metuens, Troas arcebat Latio. uerũ inchoata ſentẽtia, cũ multa alia cõgeſsiſſet, de bello, de cauſis iracũdiæ, ideo poſt longiorẽ æquo τόνον, i. ſpiritum, nouũ quaſi aſtruit initium. Simili ferè orationis genere uſus eſt in 8. Aeneid.

His accenſa ſuper, iactatos æquore toto
Troas, relliquias Danaum atq; immitis Achillei,
Arcebat longè Latio: multosq; per annos
Errabant, acti fatis, maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

A *Non equidem extimui, Danaum quod ductor, & Arcas,*
Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Atridis:
Sed mea me uirtus, & sancta oracula Diuum
Cognatiq; patres, tua terris didita fama
Coniunxere tibi——.
deinde paulò infrà subdit:
His fretus, non legatos. & reliqua.
Ita quoq; Achilles apud Hom. Il. α, enumeratis matris in Iouem beneficijs, cùm longius orationis spiritum duxisset, nouum & ipse quasi initium astruit.
τὸν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο, καὶ λαβὲ γούνων.

Iactatos æquore toto Troas relliquias Danaum.] *Causis facti enumeratis, factū ipsum Poëta describit: unde uarios multiplicesq; mouet commiserationis affectus: à fortuna: id est, à labore, & exitio Troianorum: quorū mira paucitas, quasi reliquiæ superfuerunt: à loco, à tempore, à summo rerum discrimine. quod septem annis omnia penè maria fatis impulsi, summo cū periculo, cum labore maximo nauigando circumerrant, nunc monstris territi, nūc peste fugati, sæpè etiam fluctibus ualidis oppressi.*

B Tantæ molis erat Romanā cōdere gentē.] *Eleganti epiphonemate caussarum expositionem claudit: unde & Romani imperij magnitudinem, ex condendi difficultate ostendit: nam quæ magno negotio fiunt, ea quoq; maiora, grauioraq; uideri, & haberi solent.*

LAMB. Hort. His accensa.] *Complexio caussarum, propter quas Iuno excisa Troia, terra mariq; Troianos infestè sit persequuta, ne in Italiam peruenirent.* His super.] *Anastrophe: quemadmodū & Maria omnia circum.* Accensa.] *Metaphora, pro ira agitata.* Iactatos *item dixit, pro, sursum deorsum per omnia maria actos.* Troas.] *pro Troianos, enallage speciei.* Relliquias.] *Epenthesis, & appositio. Aeneam et eius socios Græcorum reliquias uocat à clade superstites seruatos.* Danaūm.] *Syncope. Danai Græci dicti sunt, à Danao Beli filio. Belo duo erant filij gemelli, Aegyptus & Danaus, ex Anchinoë. Danaum ad incolendam Libyam misit: Aegyptum uerò in Arabiam. Hic excisam Melampodum regionem, de suo nomine cognomen eam nuncupauit. Erant ex diuersis uxoribus Aegypto masculæ sobolis 50 filij. quod in barbaro homine (quorum proprium fuit, uel procreationis, uel uoluptatis caussa, pluribus mulieribus misceri) minimè fabulosum fuerit. Danao fratri par fuit natarum numerus. Is à fratre, natorū fiducia, quibus plus poterat, in Peloponnesum pulsus ex Aegypto, oneraria naui defertur: ubi, Gelanore (uel, ut alij, Stheleno) rege per id tempus fugato, nullo momento imperio est potitus. Tum demùm tradunt omnium primùm onerariam nauem in Græcia conspectam. Aqua item in terræ uisceribus abstrusa, ab eo altiùs effossis, deprehendi cœpta est. Non pigebit hic referre, ea quæ fabulari figmento etsi proxima sint, tamen quia à diuersis memoriæ prodita sunt, ad illustranda poëtarum commenta uehementer conducere uidentur. Dissidentibus inter se, ut dixi, fratribus de imperio, ad postremum Danaus omnes fratris sui Aegypti filios, extra unum aut alterum, per filiarum suarum artes è medio sustulit. Veritus itaq; ne ab aliquo superstitum, ut oraculo acceperat, aliquando interficeretur. Mineruæ hortatu nauē apparat, quam de numero filiarum suarum Pentecontoron appellauit. Hac, impositis puellis, fugit. Statim quàm Rhodum uenit, Mineruæ Lindiæ simulachrum erexit, dedicauitq;. Inde Argos nauigauit: ubi per id tempus Hellanor imperabat: à quo regnum precariùs accepit. Ad hunc modum imperio potitus, uniuersam gentem Danaos appellauit. Imperauit annos quinquaginta. Tradunt, Danaum Argos tenuisse anno trigesimo secundo τῆς ἐξόδου Israëlis. Huius filiæ Danaides & Belides dictæ sunt. Hæ ob sponsos necatos, has pœnas apud inferos dare dicuntur, ut situlis perstillantibus aquam hauriant, & in dolium pertusum infundant. Vnde Danaidum dolium, & doliū inexplebile, in prouerbium abijsse.* Achilleī.] *Contractus genitiuus, ab Achilleus.*

Circum.] *Pathos à loco.* Tantæ molis.] *Clausula enumerationis caussarum: constat epiphonesi, in difficultatem condendi primordia populi Romani.*

A R G V M E N T V M.

Nauigantibus ex Sicilia in Italiam Troianis, de illis aliò euertendis Iuno irata sollicitè cogitat.

Vix è conspectu Siculæ telluris, in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant:
Cum Iuno æternum seruans sub pectore uulnus,
Hæc secum: Méne incœpto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe uetor fatis. Pallas'ne exurere classem
Argiuûm, atq; ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq; rates, euertitq; æquora uentis.
Illum exspirantem transfixo pectore flammas,
Turbine corripuit, scopuloq; *infixit acuto.
Ast ego, quæ diuûm incedo Regina, Iouisq;
Et soror & coniunx, una cum gente tot annos
Bella gero: & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea, aut supplex, aris imponat honorem?

NASC. C Vix è cōspectu Siculæ telluris.] *Narratio est, haud tamē historicorū narrationibus similis: talis certè est, qualis poëtas decet: qui res nō semper ut gestæ sunt, sed sæpiùs, ut geri potuerunt, enarrāt: nec à principio, sed à medio rerum gestarū auspicātur. Hac disponēdi ratione & Homerus usus est, & iubendi Aristoteles in poët. admonet: nā epici poëtæ officiū est, unam perfectam actionem imitatione exprimere, eamq; ex personæ decoro ut omnia, quæ dicit, inter se consentanea esse uideantur: quod historici minimè faciunt: quorum munus est, multas, uariasq; actiones, seruata temporis serie scribendo complecti: non igitur à diruta Troia Poëta initium capit, sed à septimo anno: quo ex Sicilia Troiani in Italiam nauigabant, narrationem suam auspicatur: cuius initio hostile Iunonis odium in Troianos, ob idq; illius singularem in illis obseruandis diligentiam quid agerent, quóue tenderent, ostendit: qui tantum altum attigerant, nec tam longè ab insula aberant, quin è Poëta uideri possent, cùm Iuno in eos furore accenditur uiolento.* Et spumas salis ære ruebant.] *remigādi, impellendiq; remi difficultatē, uerborum, syllabarumque difficultate more suo delineat.*

* al. infixit

Cū Iuno æternū.] ad peripetiā sese accingit Poëta: id est, ad subitam, & ingentem fortunæ mutationem: nam cùm Aeneas, uentis feliciter spirantibus, Italiæ portam, quam proximam uidebat breuissima nauigatione se capturum speraret, id non modò non assequi potest, sed potiùs in grauissimum uitæ discrimē: hoc est, in horridam tempestatem incidit, & in Africam, quò minimè uolebat, ui uentorum impellitur: hoc sanè peripetiæ proprium est, subitos, atq; admirabiles casus cū subita etiam ac ingenti mutatione, in apertū proferre: cum uero ait Poëta, **æternū seruans sub pectore uulnus**, Iunonē ualde iratam, animoq; irato locuturā designat. **Vulnus.**] iniuriā illatā ex iudicio Paridis & honoribus Ganymedis. quarū rerū cum ulcisci non posset, uindictam quærebat. Locus ex lib. Odyss. quinto sumptus esse uidetur, ubi Neptunus Vlyssi iratus, de eo in mari obruendo secum deliberat:

„ [illegible] O᾽δυσσεύς.

& quæ sequuntur. notus est doctis locus. **Hæc secum.**] uerbi reticentia futuræ orationis habitum, qualitatemq; ostēdit. **Mene incœpto desistere uictam.**] antequam huiusce orationis explicationem aggrediar, admonendos lectores arbitror, Poëtam nostrum minimè ignorasse, quod Aristot. in poëtica scriptum reliquit: oportere epicum poëtam ex sua persona pauca dicere. in causa est, quoniā uerò poëtarum sit, humanas præcipuè mores, atq; actiones imitari. quatenus ipsi narrant, non eas imitantur: neq; tamen sui officij munere funguntur: itaq; præcipuè Homerum extollit, qui unus omnium, quicquid artificij in epico poëmate requiritur, præclarè, atq; optimè demonstrauit: nam ipse præfatus pauca, illicò aliam personā induit, atq; nunc Deos, Deasq; nunc uarij generis homines loquentes facit, eorumq; mores, actionesq; imitatur: ab hac præceptione, artisq; institutione Poëta noster ne unguem quidem transuersum discessisse, sed quicquid exactè est, ubiq; diligenter obseruasse uidetur, cuius rei hæc in primis Iunonis oratio indicium facit. in qua, cùm tota pathetica, affectibusq; plena sit, iræ, indignationisq; motus, & perturbationes tam bellè exprimuntur, ut non à Poëta describi, sed ab irata Dea quasi promi uideantur: hic uides Iunonem ora, uultū oculosq; uarias in partes uertere, ac impetu quodam animi huc, & illuc ferri, exclamare, secum ratiocinari, postremò ad excidium, ruinamq; Troianorum sese animi constitu accingere, quo exemplo intueri licet, iratos homines quodam modo rationi quidem parere, sed, ut inquit Arist. in Eth. seruorum more, qui præproperè dominorū suorum iussa capessunt: qui, etsi omnia rectè ac diligenter facturi uideantur, in medio tamen officiorum cursu re non intellecta deficiunt: atqui ira repentino quodā animi motu incitata, audit illa quidem rationem, sed præscripto non intellecto, ad ultionem se conuertit. Huius igitur orationis principiū tale est, quale indignantes, iraq;, ac furore percitos homines decet, abruptum uidelicet, & concitatum: huiusmodi ferè sunt apud Maronem orationes patheticæ omnes: in quibus ira, dolor, uel indignatio alicuius exprimitur. sic in 10. Aeneidos Iuno loquitur:

„ ——quid me alta silentia cogis
„ Rumpere?

& in septimo:

„ Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
„ Fata Phrygum.

& Dido in quarta Aeneid.

„ ——moriemur inultæ?
„ Sed moriamur, ait.

obseruanda est etiam ἀποσιώπησις de industria facta, quo A
efficatius iratæ personæ affectus exprimatur: quæ ualde commota plenam effundere orationem non potest. Sunt qui hic ἀπορίαν agnoscant: quibus ego facilè assentior. Sed & omnia ἐμφατικῶς, me, uictā, incepto desistere. **Nec posse Italia Teucrorum auertere regē?**] Propositum confirmat per detractionem obiecti: & unius tantùm Aeneæ mentionem facit, cùm ait, regem Teucrorum, non Troianos. ut unius personæ appellatione rem extenuare, factumq; faciliorem esse ostendat. Hic etiam obserues licet, breues sententias, frequentes interrogationes, crebras figurarum mutationes: quasi inter æstus iracundiæ Iuno fluctuare uideatur. locus est ex Homero sumptus Odyss. v.

„ [illegible]
„ [illegible]

quem Poëta noster ornauit, & comparatione Palladis amplificauit. **Quippe uetor fatis.**] persistit in ἀπορίᾳ, ut in sepe.

„ Vincor ab Aenea.

Quod si rectè: id est, absq; ironia intelligatur, & se fatis omnino prohiberi dicat, & ab Aenea uinci, tolerabilius B
hoc, quàm illud erit: nam faciliùs Dij patiuntur se à Dijs, quàm ab hominibus uinci. Neptunus apud Eurip. non erubescit palàm fateri se à Pallade, & Iunone superari.

„ ——νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ
„ Ἥρας, Ἀθάνας, αἳ συνεξεῖλον Φρύγας. id est,
„ ——uincor ab Argiua Dea

Iunone, & Pallade: quæ cōmuni opera perdiderunt Phryges: at in septimo, ubi sæuioris doloris, & iræ furijs agitatur, fata nō nominat, sed ab homine Aenea se uictam fatetur: hic uerò oratoriè fatorum necessitati assignat, quod nec sua sponte, nec alterius adminiculo facere potest, ut ab Italia Troianos auertat. **Pallas ne exurere classem.**] exaggerat exēplo Palladis per cōparationem à facultate deductam. Cicero in partit. orat. scriptū reliquit, cōparationes in naturis, & facultatibus fieri. Sed hæc duo in top. in quinq; partes distribuit. in naturā, uim, speciem, numerum, & affectionē: quæ omnia ibidem explicat. Hoc uerò argumentum est à minori formatum ex ui rerum, & personarum, & ex figura ipsius negocij. Nam argumenta, quæ uel à maiori, uel à minori, uel ex æquè magno ducuntur, huiusmodi ferè uestigijs indagari solent, igitur ex ui C
rerum hoc modo: Pallas unius Aiacis delicto omnes Græcos perdere potuit, ego, quæ sum Deorum regina, Aeneam Troianorum ducem ab Italia fugare non potero? sanè minus est fugare, quàm perdere, & necare: ex ui personarum. cùm Pallas, & Iuno nominatur, Palladē Iunone inferiorē, ob idq; etiam minus timendam designatur, ex figura uerò tantum negotij. quia ut Aiacem Pallas occiderit, Græcosq; cōfecerit, ordine describit: nam figura est, quæ tota in negocio consideratur, continetúrq; illis septem circumstātijs: quibus causæ probabiles fieri solent, quarū Rhetores abūdè meminerunt: hic igitur Iuno totum negocium, seu negocij figurā per circumstantias explicat: personam enim, factum, causam, modumq; facti ponit: hoc est, Aiacem occisum, quis eum occiderit, quamobrem occiderit, & quo pacto occiderit. locum, tempus, facultatem de industria prætermisit: nam facultas satis idonea extitisse ex numinis potestate perspicitur: quia Pallas ex illis numinibus est, quæ, cū Iouis filia sit, fulmina emittere potest: locus uerò, & tempus, quia hic nihil probant, rectè omittuntur. Id autē iuxta

Caphareum

A *Caphareum Euboiæ promontorium cõtigisse interpretes referunt, at Hom lib Odyss 4. Aiacem non Palladis fulmine necatum, sed apud Gyrum insulam opera Neptuni in mari submersum fuisse, scriptum reliquit. Sed hæc controuersia uerbis Euripidis in Troad facile soluitur, apud quem Minerua à Neptuno auxilium petit ad submergendos Græcos uersus Eurip hoc habent:*

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible] id est,
» *Mihi uerò daturum dixit ignem fulmineum*
» *Ad feriendum Græcos & naues comburendas igne.*
» *Tu uicissim tuam operam præstato, Aegæum transitum*
» *Decumano fluctu frementem, & uorticibus maris,*
» *Impleto cadaueribus cauos Eubœæ secessus.*

& alij quidam, qui sequuntur versus: *ex quibus facilè perspicitur, utrumq; idem sensisse. huic exemplo simile illud est Ciceronis in 1. inuect. contra Cat. an uerò uir amplis. P. Scipio Pont. max. Tib. Gracchũ mediocriter labefactan-*
B *tem statum reipub. priuatus interfecit. L. uerò Catilinam Orbem terrarum cæde, & incendijs uastare cupientem, nos Coss. perferemus: hic ex ui rerum perspicitur minorẽ esse statum reipub quam Orbem terrarum, & minus esse labefactare, quàm uastare. ex ui personarum, cùm Gracchus, & Catilina nominatur, Catilina magis aguosi itue perimendus. numerum addidit, duos Coss. unum Scip. figuram totius negocij non apposuit, quia apponenda non fuerat. Porrò hæc ad unum enthymema rediguntur: ego Diuûm regina, & coniunx Iouis, non possum debellare Troianos, igitur meum numen non est adorandum. ita quoq; in 7. Aeneid. queritur Iuno ipsa:*

» *——Mars perdere gentem*
» *Immanem Lapithûm ualuit: concessit in iras*
» *Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ:*
» *Quod scelus, aut Lapithis tantũ, aut Calydone merite?*
» *Ast ego magna Iouis coniux.* & quæ sequuntur.

Classem] *inuidiosè, quasi de multis, non de una Aiacis naue loquatur.* Vnius ob noxã, & furias Aiacis Oilei.] *de culpa causa cognoscitur: quà extenuat, simulq; Aiacis crimen excusat: ut honestior irascẽdi, atq; indignãdi*
C *causa sibi esse uideatur:* noxam *dicit, quod leuioris criminis nomen est: &* unius *quod facilè cõdonari potest & furentis, ut nõ crimen, sed culpa sit. Nã furioso hominis peccatum non adscribitur: quia mentis, consilijq; inops est. Causam igitur criminis furori assignat: quod ueniali statu defendi solet. qui quam hic furor, amoris furor est: nam per uim, Cassandram traxit & uiolauit in templo Palladis, qua de re ita apud Euripidem Minerua loquitur:*

» [illegible] id est,
» *Nescis læsam me, & templa mea?*

Cui Neptunus respondet:

» [illegible] id est,
» *Noui, quando Aiax traxit Cassandram per uim.*

Ipsa Iouis rapidũ.] *figuram negocij describẽdam aggreditur: remq; uerisimilem facit à persona, & mouet uel-* [illegible] *à materia, & à modo interficiendi.* Iaculata è nubibus ignẽ.] *Pallas aliud nihil est, quàm Iouis intellectus: eius enim è cerebro natam fuisse poëtæ fabulantur: quamobrem sola Deorum, ut Iuppiter, fulmina iaculari dicitur. Qua de re extat apud Callimachum in hym. quanquam Hetruscoculi litera, ut est apud Plin. lib. 2. cap. 42. nouem Deos fulmina emittere existimant: uerùm hæc ad facti Palladis exaggerationem cum indignatione dicuntur, quòd illa fulmen non suum, sed Iouis iaculata sit: idq; è nubibus, quæ regno Iunonis (quæ aër est) subiecta sunt, quod maiorem etiam indignationem facit, addit etiã tempus. namq; illicò Aiacem occidit, ipsa uerò Iuno decem annos cum Troianis bella gessit.* Illum.] [illegible] *criminis auctorem.* Ast ego, quæ Diuûm.] *exemplo causam accommodat. estq; obseruatione dignissimum, quod cùm in superioribus Palladis mentionem fecisset, nihil adiecit, quo illam seipsa minorẽ ostenderet, quasi turpe putaret, alteri detrahendo, grauitatẽ, amplitudinemq; sibi aucupari uelle, at ubi in sui mentionem incidit, non modò Palladi se opponit, inquiens:* Ast ego. *sed adiecit:* Quæ Diuûm incedo regina, *nec id satis etiã putauit, quia addit.* Et soror, & coniux Iouis. *ut suæ dignitatis, potestatisq; amplitudinẽ extollẽdo, Palladis facultatẽ extenuaret, suaq; potestate longè inferiorem esse ostẽderet. Hoc igitur Iuno conatur ostendere, quòd si Pallas hostes suos ulcisci potuit, ipsa quoq; poterit.* Incedo.] *proprio Iunonis uerbo Poëta usus est: unde in prouerbiũ abijt, ut auctor est Athenæus:* [illegible] *: hoc est, incedere Iunonium complicatum, subintellige gradũ: hic consulto prætereo, quæ de diuina hac tum uerborum, tum pedum compositione dici possent: quibus non casu (ut imperiti existimant) sed arte, & iudicio Poëta noster usus est: quando Pontanus, Trapezuntius, & Erythræus uiri doctiss. hac de re copiosissimè disputarunt.* Iouisq; Et soror, & coniux.] *cur Iuno soror, & coniux Iouis dicatur, interpretes physicè pluribus disputarunt. Sed adeat Cic in 2 de nat Deor.* Tot annos.] [illegible] *à tempore: quod mi decem annorum spatio hostes suos debellare nõ potuit.* Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea?] *conclusio per indignationem: in qua tractatur locus ab euentu: quanto enim dedecori, ac damno sibi futurum it, nisi Aeneam ex Italia depellat, ostendit. Hac locutionis forma usus est & Cic. in Orat. pro lege Man. & quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendũ sit qui ad omnia, & c&c. locus ex Homero sumptus esse uidetur Odyss 11. ubi Nept Vlysii iratus ita loquitur:*

[illegible] «

& quæ sequuntur: *notior est doctis locus, quàm hic adscribi contingat.*

ENVMERATIS *disertè odij in Troianos causis, trãsit ad narrationẽ, cuius gratia in illis hactenus uersatus est. Hanc autem ducit à catastrophe errorum Aeneæ, idq; exemplo Homeri, qui eam legẽ priuatis poëtis tulit. & Horat. in Arte eam œconomiam luculentis uerbis repetit, loquens de artificio Homeri:* LAMB. Hort.

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo, «
Semper ad euentum festinat, & in medias res «
Non secus ac notas auditorem rapit: & quæ «
Desperat tractata nitescere posse, relinquit. «

Vt narrationi lux addatur, nõ grauabor rem altiùs identidem repetere, à principio nauigationis Troianorum, usq; ad eorum in Siciliam appulsum: sed & Græcorum maximè in historica re discrepantiam: ut mirum sit, tantã posse diuersitatem inter scriptores incidere: simul ut studiosos excitem ad expendẽda ea, quæ de urbis Romæ primordijs traduntur. Author Paruæ Iliadis tradit, Aeneam captiuũ à Neoptolemo in Græciam abductum: ac statim quàm

Delphis is ab Oreste cæsus esset, libertate donatũ, primùm regiones circa Racelum & Almonam urbes Macedoniæ incoluisse, haud procul a Cisso monte sitas. Racelum ab eo nomen sortitum est, ut Aenos diceretur. Inde ex Macedonia traiecit in Italiam: consedítque circa eam regionem quæ apud priscos Argessa fuit nuncupata: deinde a Saturno, Saturnia: mox à quodam Ausone, Ausonia: paulò pòst, Tyrrhenia: postremò ab Italo, uel (ut alijs placet) ab uno taurorum Geryonis, quos Hercules in Græciam ex Hispania abegerat, Italia dicta fuit. Quo tempore Hercules tranabat è Rhegio in Siciliam, uastabatque Erycis regnum. Porrò Tyrrhenι Italum, taurum dicunt. Hic primus regnauit Picus: post quem filius eius Faunus: ex cuius uxore & Hercule Latinus prognatus, inde regnũ suscepit: à quo deinceps omnes Latini appellari cœperunt. Post Ilij euersionem, quinquagesimo quinto anno ab Hercule, ad hunc quem dixi modum, Aeneas in Italiam & Latinorum terram uenit, appulit circa Laurentum, qui locus & Troia appellatur, haud procul ab flumine Cio. In hæc fermè uerba Isacius Tzetzes historiam Aeneæ, ex Parua Iliados authore prosequitur, qui ne appulsus illius in Siciliam ullam quidem mentionem facit. Idem commentator paulo pòst, docet ex Lycophrone & alijs, Græcis Troiam populatis, solum Aeneam liberum missum factum: iussumque ex urbe secum asportare quæ uellet. Transportatis itaque liberis & uxore, cum patre & penatium simulachris, descendit in Atho: atque ibi condidit urbem, aduersus omnem iniuriam ualidè munitam, hanc de se Aeneada uocauit. Perijt hic Anchises: cuius cremati ac deplorati cineribus in aurea urna conditis, aliquandiu ibi moratus, inde se abstulit, accepitque suem triginta susculas enixam: quarum simulachrum in una ab se conditarum urbium erexit. Hæc illi. qui quantum ab illo: hoc est, à Lesche, Parua Iliados authore, uarient, τῶν στρωμάτων ποιητοῦ ἀκοῦε. qui prodidit, Andromachen & Aeneã captiuos Pyrrho donatos, ab eòque in Pharsaliam, Achillis patriam terram, auectos. Verba illius sunt:

„ Αὐτὰρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς,
„ Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγεν κοίλας ἐπὶ νῆας,
„ παῖδα δ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης,
„ ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου, τὸν δὲ πεσόντα
„ ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
„ ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην ἠΰζωνον παράκοιτιν
„ Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες Παναχαιῶν
„ δῶκαν ἔχειν ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρί,
„ αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο
„ Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν,
„ ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.

Sed ne ab his quidem ulla Aeneæ in Siciliam aduentus mentio fit. At Virgilius hos maximè (sed non per omnia) sequutus est, qui Aeneæ nauigationem in hunc ordinem digessere. Relicto Ilio, ab Antandro in Thraciam traiectis deferuntur. Inde Pallenen secundum Cherronesum prætereuecti Troiani, à Crusæis barbaris hospitio excipiuntur, ibíque hyemarunt. Quo in loco templo Veneri statuto, soluunt in Delum: ex Delo in Cythera, quæ Peloponneso adiacet: ex Cytheris in Zacynthum: hinc in Ambraciũm sinum deferuntur. Hanc oram prætereuecti, Butroti portum tandem tenent. Vnde bidui itinere Dodonem, oraculi petendi gratia, peruenêre. Ex Dodone in eam Italiæ oram emenso Ionio appulêre, quæ postea Magna Græcia fuit appellata. Hic aliquanta multitudine relicta, Aeneas cum reliqua manu Ausoniæ maris oram emensus, tam Siciliæ partem præteruehitur, dubium consilióne an casu, A quæ Drepana nominatur. Moritur hic Anchises. Itaque hinc soluto portu, cum nullo discrimine in aduersam Italiam traiecisset, Poëta cursu eum excussum fingit, ut consilium suum exequatur. Vix è conspectu.] Occasio, quam breuis narratio ad consultationem Iunonis, conspecta Troianorum classe, & in sequentem tragœdiam, fiet. Spumas salis, uocat salsum mare: Tapinosis. In Aere, pro classibus, synecdoche est. Rostra nauium in naualibus prælijs ærata erant, ad proterendas hostium classes. Sed & enallage est in Ruebant, pro peruebãt: usúsque est uerbo absoluto, pro transitiuo. Iam uerò æternũ uulnus, immortale odiũ Iunonis uocat, uicina ducta metaphora à corpore ad animum. Hæc secum.] Eclipsis. Voluit, loquuta est: commotus uehementer concitatæ. Méne incœpto] Figurata loquutio: subauditur, par est, aut simile quiddam. Oratio pathetica est, & affectuum plena, qualis conuenit concitatæ. Principium abruptum, perpetuis interrogationibus uehemens. In deliberationem, per indignationem trahit: num ipsa regina Deorum, & soror & cóniunx Iouis, Troianos ab Italia arcere non possit. Exaggeratur dolor ab exemplo minori, causis, rebus, personis B extenuatis. Vnde infert τὸ ἀνωτέρω. Incœpto.] Propositio: Non æquum est, ut uicta, à persequendis Troianis desistam. Possum Troianos ab Italia prohibere. Crebræ interrogationes uehementer affirmant: id quod in deliberationem per ironiam capit. Regem.] Ironicῶς Aeneam regem uocat, cui neque firma sedes sit, neque regnum: sed extorris ciuis, cum profuga suorum manu, locum quærat, in quo pacatus degat. Teucrorum.] Troianorum, à Teucro Scamandri Cretensis filio, quem Troiæ conditorem memorant: à quo ipsam gentem Poëta Teucriam dixit. Fuit autem alius Teucer Telamonis filius, de quo suo loco narrabitur. Quippe.] Occupatio ironica, à fatali necessitate, quam soluit ab exemplo minori. Estque pathos ab exemplo. Huius exaggerati circumstantias ita cum suo negotio componit, ut facilitatem rei, quam molitur, proponat. Palladem secum confert: Ego regina diuorum, Pallas Iouis filia: ipsa Græcorum domum patriamque repetentium classem potuit exurere: egóne possem extorres paucos obterere? Nam classium multitudinem exurere plus est, quàm reliquias profugorũ perdere. Argiuũm] pro Argiuorum dixit syncope. Submergere.] Amplificat factum: maius erat opprimere Græcos uictores fluctibus, quàm Troianus uictos ab Italia auertere. Porrò C pontus ea propriè maris pars est, quæ inter Aegæũ & Euxinum interiacet, in quo Helle casu hausta dicitur, à qua Hellespontus appellari cœpit, & mare Hellesponticum. Pontus, ἀπὸ τοῦ πόνου, quòd laborem & periculum habeat. Vnius.] Extenuatio, quæ admirabilis est, in singulis uerbis. Propter leue erroris nomen: id enim noxam dicit. deinde ob noxam unius Aiacis, propter quam cætera multitudo pœnas dare non debuerat. Et ut coarguat, ne culpam quidem in Aiace fuisse: per furorem, inquit, aliquid patrarat, quod mente capto fuerat condonandum. Nam quod per insaniam peccatur, id destinato consilio admissum dici non potest: unde & culpa item abest, nec puniri debuit. Aiacis.] Duo fuerunt Aiaces ad Troiam, Telamonius & Oileus: quorum posterioris hic meminit. Callimachus ἐν αἰτίοις narrat, Aiacem Opuntium, Locrensem genere, patre Oileo prognatum, euersa Troia Græcis exitij causam fuisse, quòd Cassandram Mineruæ sacerdotem,

A sacerdotem, in eius templo, adeóque illius adyto stuprasset: quare deam statuæ suæ oculos in tectum sustulisse. Cumque iam Græci in patriam reditum maturarent, circa Eubœam horrendam tempestatem dea concitauit, qua multi fluctibus ac naufragio perierunt. Aiax in petras, quæ Gyrades dicuntur, enatauit ieclitauitque, inuitis diuis se seruatum. Neptunus ob impietatem hominis indignatus, diuisit scopulum, atque Aiacem rursum in fluctibus præcipitauit. Thetis eiectum exanimem miserata, sepeliuit. Porrò Minerua ne adhuc quidem se satis ulta, Locrenses huc compulit, ut ad mille inde annos uirgines sortitò Ilium mitterent. Verba ipsius authoris adscribam. Αἴας ὁ λοκρὸς μὲν [illegible], ἐπὶ [illegible] ὅσιος [illegible], πάντες δὲ [illegible]. [illegible] δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν, [illegible] τοῖς [illegible] ἐγένετο. καταλαβὼν γὰρ τὴν [illegible], [illegible] τῆς ἀθηνᾶς [illegible] [illegible] τῶν ἑλλήνων [illegible] παρθένους [illegible] χίλια ἔτη [illegible]. Homerus huius naufragij [illegible] quàm elegenter selectissimis uerbis prosequitur, Odyss. 4.

ἀρχοὶ δὲ δύο μοῦνοι ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
ἐν νόστῳ ἀπόλοντο, μάχῃ δέ τε καὶ σὺ παρῆσθα.
εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρέϊ πόντῳ.
αἴας μὲν μετὰ νηυσὶ δάμη δολιχηρέτμοισι.
γυρῇσίν μιν πρῶτα ποσειδάων ἐπέλασσεν
πέτρῃσιν μεγάλῃσι, καὶ ἐξεσάωσε θαλάσσης.
καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα καὶ ἐχθόμενός περ ἀθήνῃ,
εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη.
φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.
τοῦ δὲ ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος.
αὐτίκ' ἔπειτα τρίαιναν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν,
ἤλασε γυραίην πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν.
καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μεῖνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ,
τῷ ῥ' αἴας τὸ πρῶτον ἐφεζόμενος μέγ' ἀάσθη.
τὸν δ' ἐφόρει κατὰ πόντον ἀπείρονα κυμαίνοντα.
ὣς ὁ μὲν ἔνθ' ἀπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Vaticinata hoc flagitium & classium Græcarum cladem fuerat multo antè Cassandra ipsa. Vaticinium extat apud Lycophronem in Alexandra:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ob quod eam flagitium, propter quam contumeliam lue[?] urbis tota Græcia? Propter admissum Aiacis Locrensis, lugebit pseudotaphia naufragorum Græcorum, seu potius ipsos Græcos naufragio haustos, non conditos in terra, sed in scopulis marinis disiectos: quorum cineres neque in urnulis è rogo collectos humo mandabunt, neque custodiens superstites, ut mos tenuit eorum qui in hospita terra moriuntur. Quem locum enarrator Isacius Tzetzes luculenter explicans, his uerbis historiam refert: φασὶν (inquit) ὅτι ὁ λοκρὸς αἴας ἐν τῷ ναῷ τῆς [illegible] τὴν κασάνδραν [illegible] ἐν τῷ ναῷ τῆς ἀθηνᾶς, καὶ τὸ [illegible] τῆς ἀθηνᾶς [illegible], [illegible] καὶ [illegible]. ὀργισθεῖσα δὲ [illegible] ἡ ἀθηνᾶ, ἐν τῇ θαλάσσῃ [illegible] [illegible]. οὕτω μὲν οἱ πολλοὶ φασι. Atque hanc quidem ait esse uulgi opinionem. Inde ueritatem historiæ ita enarrat: [illegible] (inquit) αὐτὴν [illegible] τοῦ ναοῦ, [illegible] αὐτὴν, [illegible]. Lycophron in eodem poëmate horrendam uindictam, de oblato stupro, in Locrenses omnes ita refert:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hos uersus ita enarrat Scholiastes: Aiace Locrensi ad Gyræos scopulos naufragio hausto, ægrè reliqui Locrenses salui domum redierunt: ipse autem in Tremonem (Deli is locus est) eiectus fuit. Post tertium inde annum, per Locridem pestis grassari cœpit, propter Cassandram, quam nefario incestu uitiarat Aiax. Itaque diuino oraculo iussi sunt Mineruam Iliensem in mille annos placare, ut binæ uirgines sortitò cò mitterentur. Iam si quas earum quæ mittebantur obuias intercepissent, & in suam redegissent potestatem Troiani, illicò interficiebant: ossa uero earum sterilibus atque è silua cæsis lignis combusta, è Trerone monte Troadis in subiectum mare abyciebant. Rursum Locrenses alteras mittebant: ac si quæ effugiebant, clam Mineruæ templum ingressæ, sacræ erant. Harum erat, uerrere, & omnia à sordibus repurgare, & aqua conspergere. Ad ipsam deam quidem neque accedebant, neque templum egrediebantur, nisi noctu. Erant autem attonsæ, una tantùm interula indutæ, non calceatæ. Locrensium uirginum primæ Peribœa & Cleopatra huc missæ fuerunt. Et primùm quidem Locrensium uirgines, mox inde infantes, & cum ipsis nutricibus amiculos mittebant. Postremò mille annis exactis, post Phocicum bellum à talibus sacrificijs supersessum est: ut author est Timæus Siculus. Huius historiæ etiam meminit Callimachus Cyrenæus.

Ipsa.] *Exaggerat cum stomacho, uim & iniuriam Mineruæ: idque ob peccatū perexiguum, ut dixi. Atrocitatem rei uerbis aptis, ac planè tragicis reddit, cùm dicit Mineruam iaculatam ignem rapidum: ita periphrastice fulmen uocat. Sed & è nubibus, quo ignis fit uiolentior, eiusque impetus. Sequuntur inde effectus: disiectas fuisse rates, uentosque æquora ex imo fundo miscuisse. Ex Euripide totus hic locus sumptus est, qui inducit Mineruam uentos contra Græcorum classes à Neptuno petentem: uolentemque illum facere, quod Iupiter fecerit, à quo in Græcos fulmen accepit. Subiicit hic hypotyposi Aiacem fulmine percussum, & efflantem animas subiicit, ut ambustus traiectusque & scopulis affixus animam euomat. Eurip. in Troad.*

» καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον
» πέμψει, δνοφώδη τ' αἰθέρ@ φυσήματα.
» ἐμοὶ δὲ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον,
» βάλλειν Ἀχαιοὺς, ναῦς τε πιμπράναι πυρί.

Rursum de Neptuno:

» ταράξω πέλαγ@ Αἰγαίας ἁλός.
» ἀκταὶ δὲ Μυκόνου, Δήλιοί τε χοιράδες,
» Σκῦρός τε Λῆμνός θ' αἱ Καφήρειοί τ' ἄκραι,
» πολλῶν θανόντων σώμαθ' ἕξουσιν νεκρῶν.

Turbine.] *Est autem turbo, uentus nubis è maiore specu depressæ, erumpens, & cū fragore proxima quæque prosternens* στρόβιλον *Græci uocant. Porrò Græcorū quibusdam quinque fulminum species traduntur.* πρηστὴρ, ὁ καὶ πυρώδης καλούμεν@, ὃς καταφερόμενος τοῦ πνεύματ@ καὶ λεπτομερείας καὶ ἀπλανωθείσης γίνεται· σκη[πτὸς] ὁ καὶ καταιβάτης, ὃς γίνεται παχυμερέστερον τὸ πυρῶδες πνεῦμα@· ἀργὴς, δς διὰ τὴν ταχυτῆτα ... φλόγα, ... φονίους, ... τῷ φαίνειν ὁμοῦ ... ἰκμάδας δὲ, ὁ στεροπὴ καὶ ... κατὰ ... διὰ μάλα ταχύτητα καὶ ὑπερβολὴν τῇ κινήσει τοῦ ἀέρ@ ἀνταπόμψ@. A Scopuloque.] *Scopulus propriè à speculando dictus est, saxum eminens in mari, forma diminutiua, à* σκοπῶ *scopus:* σκοπεύω, *contemplor.* Ast ego.] *Exaggerato minori, cætera omnia sunt lentiora. Per stemmatis iactationem infert lepôres ac ueneres quasdam, quæ plurimū præ se ferunt dignitatis Emphaticôs personam addit,* Ego: *quam à genere & maiestate illustrat. Opponuntur Palladi, filiæ Iouis: quæ multo prorsus minus ualet. Ipsa momento Aiacem fulmine Iouis confixit: ego multo illa potentior, tot annos bellum gero cum una gente: contemptim Troianorum reliquias significat, quæ decem ante annos aduersus uniuersos Troianos Græcorum res etiam tutata fuerat.* Iunonis.] *Enallage personæ, uerùm grauissima emphasi figurata. Epilogus constat affectibus. Cæterùm descriptus locus hic est ex quarto Homeri Iliad. apud quem Iuno Iouem ad hunc modum alloquitur:*

καὶ δὴ γ' ἐγὼ, ἥ φημι θεάων ἔμμεν' ἀρίστη «
ἀμφότερον, γενεῇ τε, καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις «
κέκλημαι, σὺ δὲ πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν ἀνάσσεις. «

Aris.] *pro sacrificet. Nam ara propriè erat locus, in quo Diis superis & inferis sacra fierent, cùm altaria superis tantùm erigerētur. Dictā uerò ara existimāt, quasi ansam: quia uas erat, quod tripus appellabatur. Varro author est, teste Macrobio, aras priùs ansas dictas, quòd esset necessariū à sacrificātibus eas teneri. Nam qui immolabāt, nō deos tantùm uoce precabātur, sed aras etiā manibus tenebāt, unde initio ansæ dictæ fuerūt. Pòst literarū cōmutatione, aræ dici cœptæ. ut arbos, odos, arbor, odor. Fusius, Valesius, Furius, Valerius, & similia. Hinc Poëta alibi:* Tango aras. «

B

A R G V M E N T V M.

Iuno furore accensa Aeoliam proficiscitur, ut ab Aeolo uentorum rege, cuius hic potestas, ac officium describitur, tempestatem supplex impetret ad submergendos Troianos.

Talia flammato secum dea corde uolutans,
Nimborum in patriā, loca fœta furentib. austris,
Aeoliam uenit. hic uasto rex Aeolus antro
Luctantes uentos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum claustra fremunt: celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenēs, mollitque animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, uerrantque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemque & montes insuper altos
Imposuit: regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.

NASC. Talia flammato.] *descripto Iunonis furore, ad effectū furoris describendū sese Poëta accingit, in qua descriptione, ne illa quidē quæ intermedia occurrūt, relinquit. Nam cū Iuno Troianos perdere, uel saltē immissa tempestate, in diuersas Orbis terrarū regiones dispergere uellet, nec id sua sponte facere posset, erat, quòd alienū auxilium imploraret: itaque oculatissimus Poëta cùm eam iracūdiæ fluctibus æstuantē effinxisset, antequàm furoris exitū scriberet, quid ipsa interim ageret, quò se cōferret, cuius ope, atque opera uteretur, necessariò quoque describendū putauit: huius iræ, atque odii causa dicta est superiùs, ut Carthaginenses, quos amabat, defenderet. Primùm igitur Iunonē Aeoliam uenisse scribit. quā uentorum patriā appellat: quæ insula est in mari Siculo, ubi Aeolus rex constitutus est, ea auctoritate, ac imperio in uentos, ut carcere, & uinculis eos retineat: cuius rei causam ex intimo ro-*

rum impetu, ac furore deducit. quorum tanta uis est, ut nisi cohibeatur, uerendum sit, ne omnia ferè secum elementa trahant. itaque Iouem huic periculo cōsuluisse: uentos cauernis occlusisse, mōtem imposuisse, illisque regem dedisse, qui eos summo quidem imperio retineret, sed, nisi iussus, emittere non posset. C

Corde flammato.] *primùm corde, dixit, flammato: nam iræ sedes cor est, ubi sanguinis feruor residet: hinc illud Horatianum in primo Serm.*

——*meum iecur urere bilis.* «

& Homerus passim iram in corde collocat: ibique etiam augeri ueluti fumus, docet Iliad. 18.

καὶ χόλ@, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, «
ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτ@ καταλειβομένοιο, «
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνός. «

Hic uasto rex Aeolus antro.] *Aeoli imperiū in uentos*

A uitos apis, consentaneis ipsorũ naturæ uerbis describit: itidẽ Homerus facit Odyss. x. inter initia. Sed tenerâ aliter ab Homero, quàm à Virgilio Aeoli potestas describitur.

Luctantes uentos, tẽpestatesq́ sonoras.] Solent poetæ, ac plerunq; oratores uerbis ad sonũ rerumq; naturã exquisitis uti: ut ex hoc Virgilij loco apparet. Nam quàm grandia hæc, atq; sonora uerba sunt: luctãtes uentos: tẽpestates sonoras? ita certè, ut rem suapte natura grandẽ, grandiorem quoq; reddere ualeant. ita quoq; Cic. pro Milone. Seruorũ, gladiorũ, frenorũ sparorũ, pilorumq; etiam multitudo deprehendi posse iudicabatur: uides quantus sit in uerbis strepitus, & sonoritas, quæ rem quoq; maiorem, ampliorẽq; facit. Ac uinclis, &c.] Sub hac uinculorũ & carceris metaphora, aliud dicit, & aliud designat Poëta doctissimus, nempe hoc: ni fallor, ad frenandos improborũ hominũ impetus, necessariam esse principis potestatem, atq; officium: hæc autem tralatio huic est mirũ in modum apta negocio: sanè decenter tralationibus uti maximè arduum est, ut inquit Arist. in poët. sed si aptè inductæ fuerint, orationem mirum in modũ exornant, ac uehementer extollũt.

Illi indignantes.] impetuosam uentorum naturam B scribẽdo delineat, ac penè sub oculos legentiũ ponit, hic enim obserues licet omnia per prosopopœiã uerbis tribui, quæ iratorum hominum propria, ac peculiaria sunt. Celsa sedet rex Aeolus arce.] ad Aeoli regis imperium redit, cuius etiã grauitatẽ, maiestatemq;, nec nõ prudentiã animiq; temperantiam in regendis uentis, eorumq; impetu cõpescendo depingit. Sedet igitur, non quasi ociosus, sed in celsa sede, ut cũ regis maiestate, & grauitate munere fungatur suo. Sceptra tenens.] quod est regiæ potestatis insigne. Mollitq; animos.] optimi, prudentissimiq; principis est, populi uitia mitigare, quæ penitùs tolli nõ possunt. Pontanus hic quædã refert in Antonio ad orationis suauitatẽ attinentia, quæ sub nomine Erythræi in quibusdam impressis codicibus circumferuntur. Ni faciat.] uim, potentiamq; uentorum ὑπερβολικῶς extollit, quod si ad eandem rationẽ redigatur, facilè intelligitur improborum hominũ insolentia (nisi Principis seueritate cohibeatur) iura omnia diuina atq; humana peruertit. Speluncis abdidit atris.] μετάληψις, seu ut Latini uocant, transumptio, per quã gradatim uenit ad id, quod ostẽdimus & ex eo, quod præcedit, id quod sequitur insinuamus: nam atræ speluncæ, hic nigræ intelliguntur: ex nigris obscuræ, C & per hoc demum in præceps profundæ. Sic infrà:

—— Ponto nox incubat atra.

Figura est poëtis familiaris. Et premere. & laxas.] μεταφορικῶς principis curam, & officium in populos, qualis esse debeat, ostendit, ne nimis seuerè, néue nimis clementer in eos imperium exerceant.

LAMB. Hort. TALIA.] Ad hunc modũ Iuno irato animo deliberauit. Periphrasis constans accidentibus, quibus cõcitatior ira circumscripta est. Nimborum] Concedit Aeolũ, uentorũ regnum: per appositionem. Loca sunt uentorũ referta, unde tempestates concitatæ proficisci feruntur. Est autem propriè nimbus, ὄμβρος, præceps pluuia: pro uento usurpatur, uelut hoc loco. Est & uasis genus, quo uina & alij liquores funduntur. Fœta.] fœcunda uentis. Porrò Aeolia septem insularum regio est, inter Siciliã & Italiam, quæ à nonnullis, propter perpetuum incendium, Vulcaniæ sunt appellatæ: nam perpetuo flagrãt igne, perinde ut Aetna. Mela his eas nominibus recenset: Osteodes, Lipara, Didyme, Phœnicusa, Ericusa, Hiera, & Strongyle.

At Strabo paulò diuersius eas nominat. Pro Hiera & Osteodes, Euonymum & Thermessam ponit. Harum Strongylen dixit à figura turbinata, uel rotunda nuncupatam. Etenim βία (inquit) μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ φέγγει πλεονεκτοῦσα. ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν. Phœnicusa & Ericusa à plantis nomen habent. molliter surgunt, remittunturq; in pascua. Porrò Euonymus, in interiori maris parte submota, uasta est ac deserta. Addit Chrestomathiæ author, [illegible]. His addunt quidam Prochytam & Hecesiam. Tradit Posidonius prodigiosum quiddam de his: circa solstitia æstiua sub auroram, mare inter Hieram & Euonymum in immensam altitudinem sublatum uideri, atq; ad eum modum assiduò aliquantum temporis inflatum perseuerare, ac deinde rursum desinere. nauuas, & eos qui audent adnauigare, uidisse in superficie summa mortuos pisces fluitantes, à gurgite ictos: illos autem, æstu ac graueolentia exterritos fugere: & alia quædam rerum naturæ prodigia. In his itaq; insulis Aeolum Iouis & Acestæ filiũ regnasse produnt. qui uentorum ac tempestatum rationes summa prudentia prædixerit: unde poëtæ fabulandi materiam acceperunt, Aeolum uentorũ regem, eos illic conclusos mõtium è carceribus continere, ac quoties libitum sit, nunc hos, nunc illos solutis habenis in terras ac maria emittere. Sunt qui hunc Hellenis filium, Iouis nepotẽ tradunt à quo uentorum imperium accepisset. Homerus hunc fingit Vlyssẽ hospitio excepto, folles uentorum refertos dono dedisse. Enarrator lib. Odyss. x. ad allegoriam, ex quorundã sententia, fabulam trahit: τινὲς δὲ (inquit) ἀλληγοροῦντες, Αἴολον μὲν λέγουσι τὸν ἐνιαυτόν· δώδεκα δὲ παῖδας, τοὺς μῆνας. τινὲς δὲ, ὅτι ἀστρονόμος ὤν, ἀστρολογίας ἔμπειρος ὢν ἀλλ... προεῖπε ζέφυρον πνεῦσαι. Hoc est, Nonnulli, qui allegoricè fabulam interpretantur, Aeolum annum esse ferunt, liberos autem eius, duodecim dici menses, ob id, quòd cum astrologiæ esset peritus, Zephyron, sole Taurum tenente, spirasse obseruarit. Idem enarrator statim addit, hasce insulas collocari in mari Tyrrheno. Porrò duos maximè Aeolos fuisse, scriptores memorãt: alterum Hippotæ & Menalippæ, alterũ Græcum illum Iouis nepotem. Huius meminit etiam Hesiodus. Theophrastus in historicis commentarijs prodidit, fremitũ incendij insularũ Aeolicarum ad mille inde stadia exaudiri: circa adeò Tauromenium, strepitum haud admodũ tonitruo dissimilẽ percipi. Citat authorem huius Apollonij interpres quarto Argonaut. Græcorũ cõmentarij tradũt, nõ Iouis aut filiũ, aut nepotẽ in ijs, quas dixi, insulis, sed Hippotæ filiũ in Rhegio Italiæ promontorio regnasse: hominem astrologicarũ rerum ad miraculũ usq; tum studiosum, tum doctũ. In primis autẽ id dedisse operam, ut rationes uentorũ sciret, idq; propter nauigantes: simul ut denunciaret, quando auspicatè sub Tauro sidere, & feliciter nauigarent, quamdiu Zephyrus ipsis spiraret: unum sub occasu caniculæ talis, aut in eius exortu alius oriretur. Hanc ob causam fabulati sunt, eum uentorum imperium tenere. Consimili ratione Amaclidem quendam, Protoclem & Protocreontem, ut ait Orpheus, uentorum præsides fuisse tradiderunt, ut quem uellent, utribus inclusum uincirent, alios spirare ac sæuire permitterent. Pari ratione ferunt, hunc Aeolum reliquos uentos in utre reuinctos Vlyssi, uti dixi, tradidisse: solum

se: solum autem Zephyrum missum fecisse, ut uentum illi commodissimum, & secundum maximè. Iidem authores tantum non affirmant, hunc Aeolum eximium magum fuisse, cuius filius Iocastus Rhegium condidit, & muro cinxit, ut scriptum reliquit Callimachus:

» ῥήγιον ἄστυ λιπὼν ἰοκάστου αἰολίδαο

Vlysses Homericus, cùm pugnantes uentos in utre conclusos haberet, solo Zephyro secundo ita nouem dies ac totidem noctes nauigauit, ut decimo tandem die patriam procul è fluctibus, & populatores quosdam prospectaret. Magnis laboribus ad postremum fatigatus, cùm semper manus pedem tenuisset, in profundam quietem incidit. Socij, illo stertente eum utrem reclusissent, rati eum auro plenum, undiq; effusis ac diuersis uentis præter spem mare concitantibus, retrò inuiti ac reluctantes in Aeoliam, unde soluerant, reiecti fuerunt. Aeolus eiectum hostiliter ac infestè ex insula secessere iussit, his uerbis:

» ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων.
» ἔρρ' ἀθανάτοισιν ἀπεχθόμενος, τόδ' ἱκάνεις.

Ab hoc Aeolo, quem Homerus Odyss. decimo canit uentorum promum & condum esse (ut ita dicam) & dispensatorem:

» κεῖνον (inquit) γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων.
» ἠμὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσιν.

quoniam is ingenio uario & inconstanti fuit, αἴολον Græcis nominor dicitur: ἀπὸ τοῦ αἰολλάειν, ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου αἰόλου. Vnde apud Lycophronem, αἴολον ... Loca fœta.] *à fœcunditate uentorum, in abditis earum insularum cauernis latentium.* Fœtus: *id propriè dicitur, quicquid ab animante gignitur: siue ouum id sit, siue animal. Fœtum adiectiuum, grauidum ac plenum. Cùm igitur* loca *dicit* fœta, *metaphora remota, id quod animantis est, transfulit ad non animal, nimirum ad insulas Aeolias & uentos: quemadmodum & furere, ab homine, ad non animal.* Austris.] *pro quibuslibet uentis, species pro genere. Porrò autem de uentis & eorum generibus, multa diligenter Aristoteles libro Meteorologicῶν tertio, & Seneca Q. nat. quinto, Vitruuius libro primo. Plinius perspicuè ostendit, ut fabulæ mittantur, aërem uentorum regnum esse: quippe quorum natura cùm ibi sit, reliquas fermè quoq; complectatur causas. Ibi enim fulminum, ibi tonitruum iactus sunt, qui uentorum uiolentiæ assignantur. Et tamen in confesso est, quosdam specus uentos generare, è quibus procellæ, turbinum assimiles, emicant: cuiusmodi in Dalmatia esse, idem author tradit. Aristoteles existimat, uentum esse uaporem resolutum quidem à terra, sed siccum, & cum aliquanta uirtute cœlesti compositum. Vitruuius aëris fluentem undam arbitratur, cum redundantia quadam incerta motus.* Furentibus.] *Metaphora remota. Ennianum est, Furentibus uentis.* Hic uasto.] *Dilatat narrationem ab illustri regni Aeolij descriptione. Describit aũt illum ab officio Principis, qui authoritate & legibus suos uẽtos coherceat, & in rebelles animaduertat. In Aeolo, laudatissimi Principis & Regni bene instituti legibus & ciuili disciplina, depingit imaginem: nam ciuili ordinatione cohercentur improbi, ne in flagitia dissoluti, pacem publicã turbent, atq; omnia permisceant. E diuerso, ut defendantur boni, hac tuitione conseruantur imperia, regna & urbes, gubernanturq; à Deo.* Vasto.] *Metalepsis. Doctè Maro in profundo antea eos conclusos dicit: quòd ex eiusmodi specubus uenti gignantur, & in cauernis subterraneis pressi, quoties erumpere luctentur, & motus edant, & hiatus terræ gignant.* A

Exaggerat difficultatem cõtinendi uentorum uim sub imperio, cùm eos & carceribus inclusos, & uinculis cõstrictos canat, ne impetu & uiolentia naturali molem impositã perrumpant. Respexit ad physicam rationẽ eorum, qui sua ui, perfracto terræ pondere, urbes quassant & subruunt. Premere imperio *dixit, pro regere. Referendũ ad authoritatẽ:* frenare uerò uinculis & carcere, *ad eiuslẽ animaduersionẽ. Vtrunq; in uero laudatoq; Principe requirendũ, ut authoritate summa polleat apud omnes, legibus animaduertat in eos quos authoritate regere nequeat.*

Carcere.] *φυλακῇ. Perseuerat in prosopopœia circũstantijs. Rei, maximè in causis sonticis, carceribus includũtur, ac cõpedibus impediti accuratè custodiũtur, ne qua uia illos perfringant. Carcerem à cohercendo dictum Grammatici opinantur, quòd ibi εἴργω: hoc est, septo sint clausi undiq; ne exeant. Sunt & carceres, numero multitudinis, repagula, à quibus in certaminibus cursus initium dato signo fieri consueuit: Græcè βαλβίδες. Finis spacij, meta dicebatur: unde prouerbium natum est, ἀπὸ τῆς βαλβίδος, à repagulo, siue à carceribus ad metam: quoties orsum negotij alicuius usq; ad finem significamus. Persistit in metaphora perpetua, cùm refrenẽtur: hoc est, cohibeantur, quasi iniectis frenis. Translatio ab equis ad uentos ducta est.* B

Illi indignantes.] *A' natura uentorũ, obstrepentiũ Aeoli imperio, indignẽq; ferentium libidinem ferociendi legibus sublatã. Fremunt mali aduersus magistratũ, quòd impunè peccãdi licentia sit constricta. Formidãt, per edita exempla, legum censuram: metuunt supplicium, frendent taciti ut ringuntur. Hoc sibi uult, quòd clausi intra carcerem fremant, indignenturq; nõ silentio apud se, sed palàm, sed cũ magno murmure montis. Onomatopœia, murmur: uox ficta à uasto illo sono, quẽ fluctus in littora illisi edũt, ἀπὸ τοῦ μορμύρειν, & μορμύρω, μορμύρων, ταράσσων. ἀφρὸν ἀναβάλλων. κῦμα δ' ἀλλήλοισιν, ἐπὶ ποταμῷ ῥεῦμα ἠχοῦντος. inquit Hesychius: hoc est, turbans, spumas eyciens. Propriè autem dicitur de amne, seu fluento, quod fluxum habeat. Hic ad uentos per similitudinem transtulit, quemadmodum & fremere, quod leonum est, βρέμω.*

Celsa.] *A' regia Maiestatis habitu & forma augusta, ac officio: Regũ est, prudentia, benignitate, clementia, & si fieri potest, multa blandimenta dando suos tum in officio retinere, tum ad sæuitiã propensos cõpescere.* Animos, C *pro spiritus ferocia eleganter dixit.* Ni faciat.] *A' periculo: ni clementia, authoritate & legum metu præferoces spiritus à dissoluta libidine retunderet, iam omnia perturbarent, mare cœlo permiscerent. Illud autem hoc loco annotatu dignum uidetur, & planè memorabile, quod quidam literis prodidere, ij maximè, qui de rerum natura arcanus horrenda tradunt, quod ad uentos attinet: (quia de uentis utribus inclusis, mentio habita est) si quis delphinum utrem faciat, & ipsum excoriatum penes se habeat, euocet quem uolet uentum. Vnde colligunt, ut paulò suprà annotatum est, Aeolum excellentem magum fuisse.*

Ni faciat.] *Hyperbole effectorum. Cæterùm quanta sit uentorum ac tempestatum uiolentia, cùm exempla alia, tum uita humana satis docet: quoties urbes, turres, syluas radicitus sternunt ac subruunt.* Profundum, *sursum altum uocat: & Verro, traho: cùm alioqui mundo signet.*

Sed pater.] *Diuina prouidentia auertũtur pericula: hac constringuntur, hac rursum eorũ repagula laxantur. Porrò* speluncas atras *uocat, per metalepsim: ex nigris,*

A gris, tenebrosas: & per hoc, in praeceps profundas gradatim intelli[illegible]. **Hoc metuens.** Ne mare caelo misceret, abdidit eos in terrarum [illegible] ubi [illegible] qui eas perrumpant, montes superim[posuit]. Epexegesis. Reddit, quam uocat molem. Sed & perseuerat in oeconomia regni Aeolij, cum regem uentis datum canat, cuius ciuili gubernatione regantur. **Foedus certum,** leges certas dicit, quibus illos modò remittit laxatq́, modò frenat. Metaphora ab equis ducta, qui habenis reguntur. Est enim habena lorum seu retinaculum, quo ceu freno equi retinentur, cohibenturq́. Transfertur ad imperandi facultatem: ab habendo. Graec[illegible]

ARGVMENT[V]M.

In[illegible] ab Aeolo adu[er]sus Troiano[s] [illegible] uentos concit[illegible] [illegible] in mari aut submergantur, aut, si id fieri non potest, [illegible] hinc [illegible] distrahantur, ne ad Italia[m] p[er]ueniant.

NASC. **Ad quē tum Iuno,** &c. Humilitatem describit Iunonis: quae ad Aeolū supplex accedit, non ut eū obseruet, à quo ipsa obseruari iure debet: sed ut per summi sui dominij [illegible] eum tamen moueat, ut quod ipsa sup-
B plex petit, ille optimo animo praest[et], [n]e non neget: unde colligitur

> Ad quem tum Iuno supplex his uoc[ibus] usa est.
> Aeole, namq́ tibi diuûm pater atq; hominū rex
> Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento)
> Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor,
> Ilium in Italiam portans, uictosq́ penates
> In[cut]e uim uentis, [su]bmersasq́ obrue puppes.
> Aut a[ge] †diuersas, & di[ji]ce corpora ponto.
> Sunt m[ihi] bis septem praestāti corpore nymphae,
> [Q]u[a]rum [quae] forma pulcherrima) † De[io]peiam
> C[onnubio] [iun]gam stabili, propriamq́ dicabo,
> Omnes [u]t tec[u]m meritis pro talibus annos
> Exigat, & [pu]lchra faciat te prole parentem.

qui Deorum reginam laessisse ni dubitant: nam boni Oratoris est, aduersarios deturpādo auditorum beneuolentiam sibi quas fieri potest, maximam aucupari.

† al. diuersos

† al. aut

Ilium in Italiam portans] [illegible] occupat. quam Aeolus inquirere potuisset, inimicitiarum causam.

[illegible] animos hominum non uerbis tantùm, s[ed] [illegible] etiam moueri: quam rem egregiè Cic. in Oratore tra[c]tauit. ita quoq; Venus infrà Cupidinem supplex alloquitur:

Ad te confugio, & [s]upplex tua numina posco.

Aeole.] Breuis oratio breuitati temporis accommodata: nam ibi nimium loquendi ociū esse non decet, ubi nimia parendi celeritas requiritur. Primùm igitur auditoris beneuolentiam colligit proprij nominis appellatione: quā deinde auget commendatione dignitatis illius: extollit enim eius imperium à maiori ad minus: nam si potestatem habet placandi maris, tantò magis excitandi: summamq́ illi à Ioue traditam esse potestatem indicat, qua suo arbitratu & maria concitare, [&] concitata reprimere possit. Homeri locus est, ex libro Odys[se]. κ. ad uerbum ferè sumptus. Sic enim ille ait:

[illegible]

[illegible]

Namq; tibi diuûm pater] Rhetorū praeceptū
C sequitur Poëta, Aristotelis praesertim & Ciceronis: nam Aristoteles in primo de arte Rhet. admonet uidendum esse accuratè primò num illa, quae suademus, aut dissuademus, ab ipsis, quibus suademus, fieri, aut non fieri possint. Si igitur à Ioue Deorū omnium rege hanc tollendi, & premendi maris potestatem habet, certum est, illum pro arbitrio suo posse maria concitare, & concitata reprimere: [illegible] autem occurrit obiecto, [illegible] potest ait certum securumq́ facit, ne. quod ipsa ille facere recuset.

Et mulcere dedit fluctus, & tollere uēto.] [Greek] est mulcere, & tollere, ita Homerus, loco proximè adducto. [Greek] id est, sedare, & concitare: noster autē, mulcere, dixit, aliunde metaphoram trahens. Sed obseruanda est Graeca loquendi forma: d[ed]it mulcere, cuiusmodi & aliae sunt apud Virgiliū multae, & plenus est Horatius. **Gens inimica mihi.**] Peracto procemio, causam ingreditur quam statim iustā, hones[tam] esse ostendit, ratione inimicitiae: unde occultè innuit, [illegible] aliquid contra hostes fieri, interdū & postulari posse [illegible] emphasi, quod ait: Gēs mihi & inimica, non ego [illegible] exprobrandam Troianorū superbiam:

Ilium, inquit, in Italiam portās: quod [illegible] mea opera [sc]ilicet destructū est: nec a[illegible] inuidia: quasi urbē & Troianos oculis cernat, ita etiam in 2. Aeneid. [Greek], & inuidiosè:

——ali[j] rapiunt incensa, feruntq́
Perg[am]a

apud Euripidem Chorus de Paride uerba faciens, qui Helenam abduxit, Graeciam ad Ilium duxisse ait:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

nisi mauis ita hyperbolicè dictum, ut rei turpitudo indicetur, & facti atrocitas augeri uideatur: quasi eo consilio Troiani in Italiam nauigent, ut fugatis è patrio solo dominis, ips[i] [illegible] regn[ent]: [illegible] propterea est, quod **Gens inimica mihi,** dixit, quasi dixerit, peregrina, & externa: quae ex alienis incommodis sua sibi quaerit commoda. Sed interim est haud dubiè ad historiā Poëta allusit: nam Troianis de patria [fugi]entes, urbis suae fundamenta secum in Italiam asportasse dicuntur: auctor est Aurelius August. [ni] fallor. ex Varrone. **Victosq́ penates.**] rursus quia obijcere potuisset Aeolus, se D[ijs] Penatibus, quos in Italiam secū Troianos asportare sciebat, uim inferre nolle; Iuno huic occurrens obiecto, eos uictos esse dicit, quasi nullius sint amplius potestatis, nullāq́ uel insignē illis iniuriam inferentem, nocere possint: quibus uerbis, illi & auget animum, & timorem adimit. **Incute uim uentis.**] modum praescribit, summamq́ totius petitionis exponit: ita quoq; in 7. Aeneid.

——[f]oecundum concute pectus:
Dis[ji]ce compositam pacem sere crimina belli.

Submersas obrue puppes] [Greek] iratae personae: quae intra aestus iracundiae quasi apud se nō sit, eorum ordinem narrando non seruat: nam priùs fluctibus obruuntur naues, deinde submerguntur, [Greek].

Aut age diuersas.] oratorio magna petijt, ut minora impetraret, huiusmodi ferè petitionis ratio est apud Terentium in Andr. sub Charini persona:

——nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro

Principiò

Principiò ut ne ducas, ——
Sed si id non potes
Aut tibi si nuptiæ hæ sunt cordi— Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquò, ne uideam.

igitur Iuno quod maximum fuerat, postulauit, ut perirent Troiani, quod si impetrare non posset (nam fatu erat Troianos ad Italiam nauigare, ibiq; urbem condere) hoc saltem quod minimum est, impetraret, ut dispergantur. non dissimilis formæ est illa Polyphemi ad Neptunum patrem precatio, seu petitio in 9. Odyss.

κλῦθι Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα,
εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
δὸς μὴ [illegible] οἴκαδ' ἱκέσθαι
υἱὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.
ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους,
νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ.] *Postremo pars petitionis est: quam remunerationem uocant, alij argumentum, ab ut[illegible], nonnulli à iucundo appellare consueuerunt, quàm rectè, uideant alij. hoc satis inter doctos constat, aliam ornandi, aliam argumentandi rationem esse, quod ignorantes [illegible] aperiti. ornamenta orationis sæpenumero argumenta esse putant: est ergo hæc simplex beneficij compe[n]satio, quæ in omnibus ferè petitorijs orationibus adhiberi solet: ita quoq; apud Homer. Il. xiiij. Iuno præmium Somno Deo pollicetur, si Ioui soporem induxerit, cùm ait:*

Δῶρα δέ τοι δώσω καλὸν θρόνον ἄφθιτον αἰεὶ
χρύσεον ——.

Sed & illud quæri solet, cur Nymphæ Iunoni à Virgilio tribuantur quatuordecim: quidam physicis rationibus innixi, quatuordecim Nymphas Iunoni assignari putant, propter quatuordecim effectus, qui ex aëre fiunt: nam Iuno aër est, ex aëre ista proueniunt: Iris in primis: quæ cùm aliorum Deorum, tum maximè Iunonis nuncia est. unde illud ex quinto Aeneid.

Irim de cœlo misit Saturnia Iuno.

Pluuia, ros, nix, grando, tonitrus, coruscatio, pruina, glacies, humiditas, calor, nubes, nebula, fulgor. Præstanti corpore Nymphæ.] *persistat in doctrina, & præceptis rhetorũ, præsertim Aristotelis: qui in primo de Arte rhet. libro, unum quodq; à proprijs, aptisq; illi uirtutibus laudandum præcipit: ut miles à fortitudine, dux à peritia belli, animiq; magnitudine, sacerdos à pietate, & castitate: mulieris uerò uirtutes, quas natura corpori tribuit, formam esse uult, & magnitudinem: quas duas uirtutes hic duobus uerbis complexus Poëta fuisse uidetur:* Præstanti corpore. *nam corpus præstans esse dicitur, quod magnum, & pulchrũ est, cùm pulchritudo nisi magno in corpore non sit: pulchritudo (inquit Aristot. in 3. Eth.) in magno corpore consistit, parui uerò formosi sunt quidẽ, sed nõ pulchri.* Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.] *certã proponit Nympham: cuius formã per comparationem amplificat. Sic optimè seruari præceptum Aristotelis uidetur, qui nos in rhet. admonet, demonstratiui generis propriam esse amplificationem, atq; illam maximè, quæ fit per comparationem illustrium personarum. Cùm igitur Deiopeia pulcherrima sit Nympharum, quas præstanti esse corpore dicit, facilè intelligi potest, qualis eius forma existat.* Cõnubio iungã stabili.] *haud mirum est, si Iuno coniugium pollicetur, quia ipsa* A
pronuba est, & matrimonijs præest. hinc illud ex 4. Aen.

——cui uincla iugalia curæ.

ita quoq; apud Homer. Il. 14. Somno Deo Pasitheam ex Gratijs unam in matrimonium pollicetur, cùm ait:

Ἀλλ' ἴθ' [illegible] ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
Δώσω ὀπυιέμεναι καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.

sed fortasse rectius hic ex suis Nympham, quàm illic gratiam despondet: nam sunt, qui Gratiam nunquam dormire putant oportere. Propriamq; dicabo.] *alludit ad illud matrimonij genus, quod per coëmptionem fiebat, quo genere matresfamilias uocabantur, nec in matrimonium tantùm, ut illæ, quæ usu, aut farre uxores habebantur, sed in familiam quoq; mariti, & in sui heredis locum ueniebant, quæ uxoris species omnium erat præstantissima, ut deas Boëtium in Top. Cic. Vlp. in institutionibus, & Gell. in 18 Noct. Att.* Omneis ut tecum annos exigat] *diuturnitatem matrimonij designat, per quã & illi bene auguratur.* Et pulchra faciat te prole parentem.] *præmium honestissimum, in quo nõ solùm pollicetur uoluptatem, quod bel[l]uinum est, sed & prolem, cu-* B
ius gratia matrimonium institutum est. Igitur illic, ut dictũ est, perpetuitatẽ, hic uerò felicitatem matrimonij promittit, hoc enim est, quod ex matrimonio sibi optant homines, præsertim reges, ut liberos procreent, atq; illos quidem, ut fieri potest, pulcherrimos: nam, ut est apud Plat. in sexto dialogo de leg. & legumlat. Cogitare omnino sponsus & spõsa debet, quo pacto quàm pulcherrimos, & optimos ciuitatis liberos poterunt procreare.

AD quem.] *loquuta est, periphrasis. Supplicẽ inirluu fingit, quòd genibus quodãmodo inflexis petitura sit.* LAMB. Hort.

Aeole] *Petitoria, suasorij generis. Principiò beneuolentiam captat, à persona Aeoli: cuius potentiã ita eleuat commemorando, ut Iouis beneficium regnum eius esse coarguat. cuò impetratum fecat id, quod petitura est. Deinde, ne ἀδύνατον uideatur uelle petere, docet τὸ δυνατόν, cùm amplitudinem imperij & potentiam parenthesi infert. Iam uerò periphrasis Iouis est,* Diuûm pater atq; hominũ rex. *Metaphora est in* Mulcere, *pro blandimentis sub imperio tenere. ab officio Aeoli.* Tollere, *pro extollere, & concitare. heterosis figura. Per antithesim, mulcere & tollere opponuntur.* Gens inimica.] *Narratio, quã paucis absoluit: quippe agitata, ut nauigantes mutuce occupet: hac de causa omnia sunt præcipitantiora. Narrationem ita cõparat, ut iusta & æqua appareat petitio.* Gentẽ ait nauigare: *odio nominis, Troianã supprimit: quã uelit tamen significare, satis indicat, cùm* C
[illegible] inimicam uocet, & quæ Ilium in Italiam portet. *Iam uerò, ut impetrabiliorem petitionem efficiat,* Gentem inimicam sibi, *addit: ut petenti nihil planè negare ausit: quippe cuius beneficium sit, quod regnet.*

Tyrrhenum.] *Reciprocatio Tyrrhenos quidã appellatos arbitrantur, à Tyrrheno Atyos, qui è Lydia nauigio in Italiam delatus, in has regiones colonias deduxit. Addit causam è Strabone Cl[illegible] castomathia scriptor:* λιμῷ γὰρ ὁ μεονίη [illegible] τοῦτο ὁ Ἄτυς βασιλεύων [illegible] ἐκλήρωσε [illegible] τὸν μὲν ἕτερον τῶν παίδων Λυδὸν καλούμενον, αὐτοῦ κατασχὼν [illegible] τὸν δ' ἕτερον Τυρρηνὸν, [illegible] μετὰ τοῦ πλείστου λαοῦ ἐξέπεμψε [illegible] ἀπὸ τοῦ [illegible] Τυρρηνίαν. *Hoc est: Fame Mæonia premebatur:*

A premebatur: quare Atys, qui tunc illic imperabat, Heraclides ex Omphale, alterum liberorum, Lydum, regnum obtinere iussit: de quo ipsa regio Lydia est appellata: alterum uerò Tyrrhenum, cum maxima populi multitudine exteras sedes quaerere, & colonias deducere: qui in has noras uento appulsus, eam regionem, quam incoluit, de se Tyrrheniam nuncupauit. Sunt qui à Telephi filio, qui in eas terras colonos deduxerit, Tyrrhenos nuncupatos affirment. At Dionysius à Tyrsibus, quod ædificiorum genus est, quibus Tusci uterentur, Tyrrhenorum nomen factum suspicatur: quem sequutum credunt Xanthum Lydum: qui neque Tyrrhenum ullum ex Lydorum gente nouit ducem, neque ullas colonias ex ea gente in Italiam deductas. Porrò Itali eos modò Tuscos, modò Hetruscos appellant: qui fortasiis Graecam uocem in eo uocabulo sequuti, à cultu diuino eos appellarunt. Constat Vmbros, qui intra Alpes & Apenninum habitarint, olim à Tyrrhenis fuisse eiectos: Tyrrhenos à Gallis, Gallos à Romanis, Romanos à Longobardis, à quibus ad postremum terrae nomen datum est. Caeterùm, Latini, Vmbri, Ausones, uno nomine olim à Graecis Tyrrheni apB pellati fuêre. Porrò Graeci, qui ad Tyrrhenum Atyos filium nomenclaturam referunt, aliam coloniarum causam tradunt: τυρρηνὸν καὶ λυδὸν, ἄτυος παῖδας ὄντας, τὴν λυδῶν βασιλείαν. λιμοῦ δὲ κατασχόντος τὴν λυδίαν πᾶσαν, πολλοὺς ἐκπορευομένους παραγγελθῆναι αὐτοῖς, ἐμπορείας ἐργάζεσθαι καὶ ἀποικίας ποιῆσαι. ... [illegible] ... Tyrrhenorum inuentum proditur, ἡ τυρρηνική. Stephanus, Dorica dialecto, à Tyrrheno dictum Tyrannum credit, literarum aphaeresi, & additione. Quo de extat uenustum carmen apud Ioannem Tzetzen, cap. 235. περὶ τῆς τυρσίνης, τοῦτο λέγοντα:

» ἐκ τυρρηνῶν τὸ πανοῦργον τυρσίζειν ὠνομάσθη,
» ἐκ τούτων καὶ τὸ τύραννος ὁμοίως ἐκκλήθη.
» βίαιοι γὰρ οἱ τυρρηνοὶ, καὶ ἔμπληκτοι ἄγαν,
» ὡς μέχρι καὶ ἱέρωνος ἱερουργεῖν ἀνθρώπους.
» ἐκ τούτων οὖν τὸ πανοῦργον τυρσίζειν ὠνομάσθη.
» ἢ οὖν ἐκ τοῦ γάλακτος, ὅπερ τυροποιοῦσιν,
» κινοῦντες καὶ συστρέφοντες, πηγνύντες τε πυτίαις.

C Hoc est:

» A Tyrrhenis, τυρσίζειν: hoc est, uersutè agere, nominatū (est,
» Ab his item simili ratione, & τύραννος dictus est.
» Etenim Tyrrheni uiolenti sunt, & supra modum efferi,
» Adeò ut ad Hieronis usq; tēpora homines sacrificarint.
» Ab his itaq; τυρσίζειν: hoc est, uersutè agere, nomē habuit.
» Vel à lacte, ex quo caseum conficimus,
» Miscentes, conuertentes, & densantes coagulis.

Hinc τυρρηνικὰ βδέλυγμα, ... [illegible] ... Et τυρρηνοί, ... [illegible] ... authore Hesychio. Ilium.] Synecdoche: nisi quis malit metonymiam interpretari. Reddit statim, ecquod Ilium dicat. Penates, deos tutelares Ilij. Ab Ilo conditore, ut retulimus, Ilium initio appellatum fuit. Ἴλιος Graeci, & Ἴλιον, foeminino genere & neutro usurpant. Sunt qui arcem propriè ita appellatam autument: & pro urbe ipsa inde usurpari, figuratè. Penates, dij patrij sunt, uel etiam domestici, quasi penes nos nati: qui & Lares & Genij appellantur. Hos Aeneam in Italiam secum è Troia abstulisse tradunt. Idq; Poëta & hoc loco, & in secundo testatur:

» Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates.

Qui porrò fuerint Romanorum penates, Dionysius tradit his uerbis: Templum (inquit) Romae ostenditur, haud procul à foro, in quo sunt Deorum Romanorum imagines, inscriptionem habentes, D. PENATES. Sunt autem adolescentes duo, sedentes, & pilam tenentes, ueteris artis opera. Timaeus ferreos & aeneos lituos, atque Troianum uas quoddam fictile esse prodidit: Labeo uerò, Apollinem & Neptunum, Troianorum murorum conditores. Quam opinionem sequutus est Maro, cùm diceret:

» Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Macrobius libro 3. capite 4. ubi de penatibus aliqua eruditè disseruit: Sed qui (inquit) diligentiùs eruunt ueritatem, penates esse dixerunt, per quos penitùs spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possideamus: esse autem medium aethera Iouem, Iunonem uerò imum aëra cum terra, & Mineruam summum aetheris cacumen. Et argumento utuntur, quòd Tarquinius Demarati Corinthij filius, Samothracijs religionibus mysticè imbutus, uno templo, ac sub eodem tecto, numina memorata coniunxerit. Cassius Hemina dicit, Samothracas deos, eosdemq; Romanorum penates, dici θεοὺς μεγάλους. Noster haec sciens, ait:

» Cum socijs, natoq; penatibus & magnis Dijs.

Quod exprimit θεοὺς μεγάλους. Sed & omnia haec nomina, cùm in uno de supradictis numinibus seruat, doctrinam proculdubio suam de hac omni opinione confirmat. Cùm enim ait:

» Iunonis magnae primum prece numen adorat

τὴν μεγάλην nominat.

» Adsit laetitiae Bacchus dator, & bona Iuno

τὴν χρηστήν.

» —Dominamq; potentem:

τὴν δυνατήν. Eodem nomine appellauit & Vestam, quam de numero penatium, aut certè comitem eorum esse manifestum est: adeò ut & consules, & praetores cùm ineunt magistratum, Lauinij rem diuinam faciant Penatibus pariter & Vestae. Sed & Virgil. ubi ex persona Hectoris dixit:

» Sacra suosq; tibi commendat Troia penates.

mox adiecit:

» Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem
» Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Addidit Hyginus in lib. quem de dijs penatibus scripsit, uocari eos θεοὺς πατρώους. Nec hoc Vergilius ignoratum reliquit:

» Dij patrij seruate domum, seruate nepotem. Et alibi:
» —— Patrijq; penates. Haec Macrobius.

Extenuat per contemptum, penatium dignitatem, cùm uictos dicat: ut non sit, cur eos metuat. Incute.] Propositio petitionis: ut emissis uentis, aut naues fluctibus obruat: aut, si id fieri nequeat, eas disijciat in diuersas Orbis plagas: quae mitior petitio est, ut clementior in hostes esse uideatur, cùm suo iure extrema persequi possit. Iam non uentos simpliciter postulat, sed flatum uiolentum, turbines & procellas: quorum impetu uehementi deprimuntur naues. Atrocitatem tempestatis exaggerat: non

enim contenta est, obruisse eas, nisi etiam submergantur aut uicissim, ut demersa simul operiantur fluctibus. Id enim signat Obruere καταχῶν, ὑπὸ συγκαλύπτειν. Quæ sequuntur, uti dixi, mitiora uidentur. Puppes, posterior nauis pars est: synecdochicῶs, pro naui. Diuersas.] dixit, pro in diuersum. Sunc mihi.] Remuneratio beneficij, ne gratis illud apud immemorem posuisse uideatur. Itaque filiarum longè pulcherrimam ei uxorem spondet. Sunt qui has easdem esse existiment, quæ à Poëta in quarto Georgicῶn recensentur:

—Milesia uellera nymphæ
Carpebant, hyali, saturo fucata colore:
Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Phyllodocéque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla. A
Nisæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque,
Cydippe, & flaua Lycorias: altera uirgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores.
Clióque, & Beroë soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia, & Deiopeia.

Deiopeiam quidam Grammaticorum dictā putant, fortassis ἀπὸ τοῦ δηιόειν· ὅτι περ εἰσὶν ἀσάμινθοι ὅπερ... ἐσθ' ὅτι, φυλάσσειν. Itaque hanc commendat à forma: quam illi est perpetuo connubio coniunctura. Et causam finalem ab utili infert, ut Aeolo numerosam prolem pariat: qua re nihil felicius, nihil iucundius in uita mortalibus est.

ARGVMENTVM.

Iunoni Aeolus respondet, illiusque uoluntate se præstò futurum pollicetur.

Aeolus hæc contra: Tuus, ô Regina, † quod optas,
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouemque
Concilias: tu das epulis accumbere diuûm:
Nimborumque facis, tempestatumque potentem.

NASC. † al. quid optes,

Tvvs ô regina quid optes.] breuis Aeoli responsio, breuitati Iunonis orationi respondens nam Aeolus suæ potentiæ securus: uoluntati Iunonis ab eo auxilium implorantis deesse noluit: qui perspecta etiam temporis angustia (nam Troianos ad Italiam aduentabant) non cunctatur, sed adductis breuiter causis, quamobrem id facere debeat, iussa capessit. Primùm igitur ex Iunonis persona beneuolentiam sibi comparat, quam non proprio, sed dignitatis (ut minores decet) nomine appellat: deinde à sua: qui Iunonis uotis, precibusque adeò se facilem præbet, ut ad eius animum declarandum maior benignitatis cumulus haud fieri posse uideatur: idque per distributionem: unde perelegans colligitur argumentum ex his, quæ sub eandem rationem cadunt hoc modo. Si honestum est te iubere, honestum est quoque me iussa exequi, locus ex Hom. sumptus esse uidetur Iliad. 6. ubi Vulcanus suam Thetidi operam pollicetur. Fas est.] propriè dictum: nam uis est humanum, fas Deorum: quorum numen fata condit perinde ac si dixisset: tua iussa, sunt fata.

Tu mihi quodcunque hoc regni.] Iunonis erga se beneficia cum exaggeratione recenset: pro quorum magnitudine se ei omnia debere profitetur, extenuat imperium suum inquiens, hoc regni, quo magis Iunonis dignitatem, atque potestatem extollat, utitur repetitione, & adiunctione: quarum altera grauem, altera festinam orationem reddit. Hic etiam diligenter obseruandum est, sapienter Poëtam fecisse, ut Aeolus Iunonis beneficia recenseret, quæ Iuno ipsa tacuerat: nam personæ graues atque magnanimæ, quæ in alios contulerint, libentiùs audiunt, quàm ipsæ alijs enarrent. Aristot. 4. eth. Tu sceptra Iouemque Concilias: tu das epulis accumbere Diuûm.] hæc designat per argumentum à consequentibus, se & Deum & regem uentorum esse, ubi uerò ait, Concilias: rem Physicam attingit. nam Iuno aër est, ex cuius motu uenti generantur. Iupiter uerò ignis est, qui aërem temperat.

LAMB. Hort.

Aeolvs] Ellipsis: ad hæc respondit, aut uicissim hæc reddidit. Tuus ô.] Beneuolentia à persona Iunonis, cui non solùm non negat quicquam, sed illius imperare, suum uerò iussa exequi, esse dicit. Quare imperandum, ac non petendum esse. Maiori cum gratia id signat, cùm ultrò beneficia accepta commemorando agnascit. B

Regina.] A persona dignitate, beneuolentia: indicat se inferiorem. Iam & optare minus est, quàm petere: cùm illud tacitè fieri possit. Explorare.] deliberare, σκοπεῖν. Veteres tamen, quoniam à ploro deductum est, usurparunt pro, cum fletu quodam uociferor, & exclamo. Sic Varro: Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Metaphoricè, diligenter, & quasi præsentibus oculis, auribus ac uoce inquirere, ac obseruare: ut, Explorent portas. Apud Virg. in 4. Georg. pro siccare accipi uidetur:

—explorat robora fumus.

Capessere iussa.] dixit, pro suscipere iussa exequẽda. Tu mihi quodcunque.] Grauis ac diserta enumeratio beneficiorum, ob quæ ipse Iunoni sit obnoxius, atque illius sit imperare, suum uerò exequi. Tuo beneficio mihi hoc regnum partum est: tu mihi summum Iouem cõcilias: per te mensæ diuorum accumbo: tuum munus est, quòd imperium in uentos & tempestates habeam. Proinde imperes: tantum abest ut petas. Et in particula Tu, emphasis est, & significantior quidem, propter anaphoram. C

Sceptra.] Metonymia, pro regno, Sceptrum, scipio, quo reges utuntur, auratus, aut eburatus: σκῆπτρον, ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, incumbenda: seu σκηρίπτεσθαι, innitendo unde reges σκηπτοῦχοι βασιλῆες Homerus. & alij σκηπτροφόρους appellant. Porrò, uerba Conciliare significatione elegantissima usus est, pro beneuolũ reddis: cùm alioqui parare signet, & emere: quòd antiquitus in concilijs mercatus fieri soleant. πορίζομαι, ὠνοῦμαι. Hinc conciliare odium, amicitiã, beneuolentiam. Epulis.] Veteres epulam dixêre cibos, cùm in hominum, tum brutorum etiam animantium usum paratos. Statuunt autem discrimen inter epulum & epulas: epulum, publicum & solenne conuiuiũ dici, quale populo dabatur in triumphis, ludis, funeribus, dedicationibus: epulas uerò, priuatas mensas appellari. Confunditur sæpenumero ab authoribus differentia.

Tempestatumque.] Epexegesis: Efficis, quòd imperium in uentos & tempestates obtineam.

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Hactenus Poeta, quid egerit Iuno, ut rationem iniret dispergendi Troianos, ostendit: iam verò quò labor, & iracundiæ illius furor eruperit, describendum aggreditur: & primo Aeolum iussa illius exequentem facit: itaq; ad tempestatis descriptionem se accingit: quam, cùm attingi satis fuisset, tamen ornatus gratia totam ordine, & per ὑποτύπωσιν describit.

Hæc ubi dicta, cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto,
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totumq; à sedibus imis
Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & uastos uoluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; uirûm, stridorq; rudentum.
Eripiunt subitò nubes cœlumq;, diemq;
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther:
Præsentemq; uiris intentant omnia mortem.

NASC. Hæc ubi dicta.] hic ἀποσιώπησις est: quæ cùm ad decorũ personæ, tùm ad orationis grauitatem comparandam facit: inest enim omni reticentiæ grauitas. Adde etiam quod factorum celeritatem designat: quamobrem hoc in loco etiã aptior esse uidetur, quia hoc tempore celeritate opus est.

Cauum conuersa cuspide montem Impulit in latus.]

B hactenus Iunonis consilia in Troianos, iam uerò facta Virgilius ita aggreditur describenda, ut ex facto: quid futurum sit cognosci possit: nam impulsio montis in latus, ut etiam Fabius Quinct. admonuit, sæuissimæ, atrocissimæq; tempestatis futuræ certissimum argumentum est. Quod uerò cauum montem dicit, Physicam rationem attingere uidetur: nam concaua loca uentis facilè replentur, unde & terræmotus quandoq; fiunt.

Ac uenti uelut agmine facto.] tempestatis descriptionem aggreditur, qua in re ne digitum quidem transuersum ab Aristotelis præcepto discedere uidetur, qui in poëtices libello poëtas admonet, ut in rebus describendis perfectam, absolutamq; rei formam sibi ob oculos ponant: perfecta uerò rei forma est, quæ rhetorum circunstantijs continetur, ut antea admonuimus: persons Aeoli, & Iunonis, quæ sæuissimam excitarunt tempestatem. locũ nam dicturus est:

Incubuêre mari.

modo,

Quà data porta ruunt.

causa.

C . Vna Eurus, Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus.

Et alia quæ Poëta ipse innumerat. conuersa cuspide. turbine, procellis: ex quibus causis maxima oriri solet in mari tempestas. Qua data porta.] hunc locum quidam ab accidentibus, alij ab antecedentibus, Quinctilianus ex ratiocinatione uocat: nam quanta sit in mari futura tempestas hinc facilè colligi potest: quod uenti, simulac data est illis porta, ruunt, maximoq; impetu feruntur: sed utcunque uocari contingat, priùs causæ ponuntur, de quibus proximè dictum est, deinde causarum effecta.

Insequitur clamorq; uirûm stridorq; rudentum.

Et quæ sequuntur alia.

Incubuêre mari.] recto ordine utitur, ut primùm è cauernis, quà exitus datus est, ruant, inde terras perflent, postremò mari incumbant, cumq; ad exprimendum uentorum impetum satis esset dixisse, Incubuêre mari (nam incumbere est inniti, totisq; uiribus adhærere) tamen ut eorum uim, potestatémque magis amplificaret, hoc etiam addidit: Totúmque à sedibus imis.] sanè non potest mare ab imo fundo perturbari, nisi magnus uentorum flatus illud euertat. Locus quidem Homeri est, ex Odyss. ε.

ὀράρινε πόντον:

id est, pontum conturbauit. Sed euidentiùs Poëta noster, totum ab imis sedibus ruisse dixit.

Vna Eurusq; notusq; ruunt creberq; procellis Africus.] hoc itidem Homeri est, quod etiam totum ferè repetit Iliad. ι. cùm ait:

σύν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε δυσαής.

Sed quod Homerus ἔπεσε ait, motum tantùm, hic uerò cùm ruisse dixerit, occupationem etiam significasse uidetur: hoc tamen differunt: quia ubi Homerus ait, ζέφυρός τε δυσαής: id est, Zephyrus grauiter spirans, noster inquit:

—creberq; procellis Africus—.

Qua in re non possum quorundam imprudentiam non admirari, qui Homerum tanquam rerum naturalium imperitum redarguunt: quod dixerit, ζέφυρος δυσαής, cùm Zephyrus non adeò sit uiolentus, ut δυσαής dici possit. Sed illi non aduerterunt, Zephyrum non pro Fauonio, sed pro Africo positum fuisse ab Homero: Quod ualde oculatus Virgilius animaduertens,

—creberq; procellis Africus, dixit.

Africus uerò ita uiolentus est, in mari præcipuè Ionico, & Adriatico, ut si plus octo horis spiraret, nautæ ab eius rabido impetu, ac furore tuti uix euadere possent ulli.

Et uastos uoluunt ad littora fluctus.] undarum ad littus uenientium molem, tarditatémque mole quadam, ac tarditate uerborum, & pedum demonstrat.

Insequitur clamorq; uirûm, stridorq; rudentum.] hactenus causas, & antecedentia tempestatis, iam uerò effecta, & consequentia describit cum ingenti commiserationis affectu: hic enim horror ex apparatu minacissimæ tempestatis pingitur magis, quàm dicatur: sed mirè strepitum nauticarum funium aptissimo literarum sonitu expressit: nam r, litera, quæ bis in hac dictione stridor, & semel in rudentum posita est, stridorem uenti nauticas chordas ferientis ad aures prope iam legentis afferre uidetur: atq; huiusmodi ficta & imitatione nouata uerba grandiorem quoque orationem efficere solent.

Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther.] exaggeratione rerum timorem afferentium, timoris quoq; affectum exaggerat: maior enim Troianis timor inerat, quia de cœlo etiam tonitru, fulgetrisq; terrebantur: & ex antecedentibus quantum periculi subsecuturi

rum esset, prouidebant. Existimant imperiti ὑστερολογίαν à Virgilio factam, quod primùm tonitrus, deinde fulgetrarum mentionem fecit, sed hallucinantur: nam prius reuera, aut eodem tempore tonitrua fiunt, deinde fulgetra apparent. Quod uerò aliter fieri uideatur, in causa est, quia uelocior oculorum, quàm aurium sensus est. Aristot. in lib. de cælo, & in Meteor. hinc Lucretius lib. 6.

» Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus
» Fulgere, quàm cernant oculi: quia semper ad aures
» Tardius aduentunt, quàm uisum quæ moueant res.

Et paulò post:

» ——sic fulgorem quoq; cernimus antè
» Quàm tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni,
» Et simili causa concursu natus eodem.

Illud quoq; intueri licet, quòd, cùm ait: Et crebris micat ignibus æther, fulgetra in ipsis uerbis unà cum crepitu apparere uidentur. Eripiunt subito nubes cœlumq; diemq;, Teucrorum ex oculis, pōto nox incubat atra.] aëris obscuritatem subsecutam fuisse, ex antecedentibus Poëta declarat: nam obducto nubibus cælo, tenebræ sequuntur, quamobrem subdit statim: Ponto nox incubat atra. atq; illud Homeri transtulisse uidetur ex 5. Odyss.

» ——σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε
» γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Sed in hac tota tempestatis descriptione multa quoq; de Ennnio sumpta fuisse apparent: cuius uersus à M. Tullio citantur in libro de Diuinatione hunc in modum:

» ——inhorrescit mare:
» Tenebræ cōduplicāt noctisq; & nimbū occæcat nigror:
» Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru cōtremit:
» Grando mysta imbri largifluo subita præcipitās cadit,
» Vndiq; omnes uenti erumpunt, saui existunt turbines,
» Feruet æstu pelagus.

horum etiam carminum mentio fit in 3. de Orat. sed sub auctore incerta. Præsentemq; uiris intentant omnia mortem.] cùm multa horrida, ac terribilia separatim Poëta recensuisset, quæ Troianis timorem, mortisq; periculum afferebant, ne aliquid prætermissum uideretur quod ad horrorem tempestatis indicandum faceret, ad generalia confugit: omnia, inquit, intentāt mortem: cuius quidem tempestatis magnitudinem etiam auget à tempore, cùm ait præsentem: nam quæ ualde instant, ac propè in foribus sunt, ea homines (ut inquit Aristoteles) uehementer pertimescunt. Sed ne illud quidem absq; ingenti consideratione prætereundum est. In hac tota tempestatis descriptione, omnia ferè per indicandi modum, & in instanti seu præsenti tempore enunciari: quæ scribendi ratio cùm admirabile poëma efficit, tum rem quàm maximè auget: nam quæ instant, maiora semper, quàm quæ iam præterierunt, uideri solent.

LAMB. Hort. Hæc ubi] Elleipsis. Cætera mira arte sunt composita, quæ tempestatis naturæ, dactylorum spondeorumq; compositionum inditia & obseruatione attemperauit: id quod nusquam non facit. Porrò autem tempestatis huius descriptio maximè ex 5. Odysseæ sumpta est. ubi pro Aeoli persona Neptunus, perinde Vlysii infestus, ut apud Maronem Iuno Aeneæ & Troianis, introducitur. Neptunus eo, quem dixi, libro, ubi Vlyssem ex Ogygiâ soluentem animaduertit:

» ὢ πόποι, inquit, ἦ μάλα δὴ μετεβούλευσαν θεοὶ ἄλλως,
» ἀμφ' Ὀδυσῆϊ ἐμεῖο μετ' Αἰθιόπεσσιν ἐόντος.

καὶ δὴ Φαιήκων γαίης σχεδόν, ἔνθα οἱ αἶσα A
ἐκφυγέειν μέγα πεῖραρ ὀϊζύος, ἥ μιν ἱκάνει. »
ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἅδην ἐλάαν κακότητος. »
ὣς εἰπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον, »
χερσὶ τρίαιναν ἑλών, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας »
παντοίων ἀνέμων, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε »
γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. »
σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσον, ζέφυρός τε δυσαής, »
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. »

Hic Neptunus tridente solum mare turbat, cogitq; nubes quibus terram aperit, & pontum: diuersorum uentorum procellas concitat: ad ultimum, Eurum & Notum, Zephyrum & Boream, maria miscentes caligine obducta facit. Noster non paulo sublimior & copiosior: primùm impulso monte, uenti euolant: maria, terras, & cælum permiscent: inde in pelagus illapsi, ab imo fundo omnia turbāt. Oriuntur hinc nubes: sequitur caligo, ipsa nocte densior: hinc fulmina, mox tonitrua: è quibus omnibus, amplificatis effectis, pauor & præsentis mortis imago horribilis, nauigantes exanimat. Cuspide.] A' parte totum, sceptro: nam cuspis propriè extremitas illius ferri est, quod hastæ est præfixum. αἰχμὴ ὑποδόρατιο: item gladij, claui, & similium. Hinc cuspidare deduxit Plinius, ὑποδορατίζειν. Sceptri impulsu, agminatim effunduntur. Est B autem agmen ab agendo deductum, multitudo ordinatè incedens, ut exercitus: aut secus. Transfertur ad impetum aquæ fluentis:

——leni fluit agmine Tybris. »

Ruunt.] pro irruunt, simplex pro composito: cum horribili susurra effunduntur. Primùm in terras, inde mare, consentaneo naturæ ordine, uenti deuoluuntur, (id quod prætermisit Homerus) atq; ima summis miscent: quod hic Maro uocat, totum mare à sedibus imis eruere. Rursum simplici uerbo abusus est pro cōposito. Vnà Eurusq;.] σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσον. Disertè reddidit Homericum Polysyndeton. Primùm meridionales uentos, natura tepidos quidem, sed humidos ac pluuios, inducit, ut statim septentrionalibus, his obiectis, ex uentorum inter se pugna horridior sit tempestas. Eurus, Græcè εὖρος, propriè is uentus est, qui ab ortu uerno spirat. Græci ἀπηλιώτην, quòd à sole ueniat, appellant: qua ratione Romani quoque Subsolanum eum uocant. A' latitudine, εὖρος nomen sortitus: εὖρος, πλάτος, ἄνεμος ἀπηλιώτης. Porrò C meridies certo & fixo cardine est, austrumq; emittit, Græcè νότον appellatum: humidum, ut dixi, & nebulosum νοτία, καὶ νοτίς ἰδος, humiditas: & νοτίζομαι, humecto. Africus, idem qui Græcis λίψ, ab occidente flat, contra Vulturnū, qui ab hyberno oriente oritur: ab Africa nomen habet. Hæc quia illic Oceano occidentali clauditur, uastioribus feritur, coorto Libe, fluctibus. quare Africum, in mediterranea, ab illa plaga immissum, doctè uastiores fluctus uoluisse narrat. Pro Zephyro itaque apud Homerum, hic Africum posuit. Illum autem Græcus uates simili ratione δυσαῆ appellat: hoc est, horrendùm spirantem, quem flatum fluctus plerumque decumani insequuntur cum quibus & Boream adiungit. At noster uerò, antequam ad septentrionales transeat, grauiter insurgit in exaggerandis meridionalium uentorum effectibus, ut postea pugna appareat uiolentior, & periculum atrocius. Græcus sat habet dixisse:

καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων: hoc est, »
Ædificus boreas ualens ad littora fluctus »

Ingen-

A Ingentes — Maro autem, ne ita abrupto descriptionis cursu parum robusta uideretur exaggeratio, addidit, sequutum fuisse (ut uulgò fere fieri solet) clamorem uirorum, & funium nauticorum stridorem. Inde attexit ea quæ apud Homerum in eadem descriptione præcedunt: cælum obduci cœptum nubibus, & horrorem auxisse caliginem. Clamórque.] Polysyndeton, compulsioni accommodatum. Virûm dixit, pro uirorum. Iam uero stridere putant proprium esse funium, siue num eleantium. Non desunt, qui cardinum, in quibus antennæ uertuntur, esse contendant. Rudentes Græci πρ... τον... dicunt. Sunt & funes nautici πρυμνήσια, ἀπὸ τῆς πρύμνης, hoc est, à puppi nam πρύμνα, τὰ ὀπίσω, ὅ τι τῆς νεὼς ... est & πρυμνήσια, ἀπόγεια σχοινία. Ponto nox.] ἐρέβ... Metalepsis: & in uoce Ponto synecdoche est, pro mari. Ex atra, caliginosa intelligitur. Intonuêre.] Et hoc ab Homero prætermissum est, quod alibi in exaggerandis tempestatibus alioqui obseru... solet. Aptè itaque simul & prudenter uentos caliginemque horrorem, fulmina & tonitrua statim insequuta canit. Polos uerò pro aëre usurpauit: id quod perspicuè mox arguit: aut certè, ad uulgi captum, cœlum tonuisse dicit. Cæterùm poli duo sunt cœli axes, in quibus uniuersa illa cœlestium orbium machina, tanquam cardinibus rotatur ac uoluitur. Harum alter Arcticus siue Boreus, supra nostrum uerticem: alter Antarcticus, qui & Austrinus & Meridionalis, imus & depressus, illi ex diametro contra pedes nostros appositus. Hic quidem Austrini lateris est, ille uerò nostri cœli, in qua Vrsæ extant, unde nomen circulo datum. ἄρκτος, ursa: & πόλος, cardo cœli, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, uerto, circumago. Vsurpatur sæpè à poëtis pro cœlo, quemadmodum & æther. αἰθήρ, ἀπὸ τοῦ αἴθω, ardeo, quod propriè ipsum elementum signat. A' cuius accusandi casu æthera, & æthra per syncopen, aëris splendor. Periphrasticè crebros ignes, fulmina, alia super alia ingeminata uocat. Præsens mors, certissima est, & uix euitabilis: quam Troianis omnia elementa suprà infráque minabantur.

Præsentémque.] Claudit epiphonemate Australium uentorum, atrocem tempestatem.

B

ARGVMENTVM.

Deplorat Aeneas calamitatem suam, quam ita per comparationem exaggerat, vt eos ter, & amplius præ seipso beatos, ac felices exclamet, qui apud Ilium sub mœnibus perierunt.

NASC.

Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra:
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia uoce refert: O' térque, quatérque beati,
Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere, ô Danaûm fortissime gentis
†Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra?
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector: ubi ingens
Sarpedon: ubi tot Simois correpta sub undis,
Scuta uirûm galeasque & fortia corpora uoluit?

† al. Tydide.

Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra.] frigore, & membrorum solutione, Aeneæ timor indicatur, à consequentibus. Locus ex Homeri Odyss. 5. sumptus quidem est. sed hinc profectò ex Homero ... uiri fortissimi magis elucet: nam Homerus, Vlyssem simulatque uenti ruere, & Pelagus miscere cœpissent, illicò territum facit, at noster Aeneam, non statim ut mare turbatum uidit, sed postquam mare cœlum misceri, sociosque suos ob nimium ex summo periculo timorem exclamantes audiuit, omnium nouissimum perterrefactum

C scribit. quod uerò ait, frigore, si ut alij interpretes, timore exponas, reciproca tralatio est. nam timor, ut inquit Aristot. in 2. de arte rhet. quædam frigiditas est. Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas, Talia uoce refert.] duos hic potissimum Aeneæ gestus Poëta expressit: quibus cum doloris affectus indicari, tum conquestio moueri, augerique potest: nam cùm membra Aeneæ nimio timore soluta esse dixisset, mox, ut indicaret quanto dolore premeretur, addidit, eum ingemuisse, postremò etiam manus in altum sustulisse: nam gemitus, manuumque elatio magna doloris indicia sunt. Vlysses apud Hom. loco proximè adducto, tempestate perterritus gemit:

" καὶ τότ' ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ,
" ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Et Turnus apud Virg. ab Aenea interficiendus manus in cœlum eleuat:

" Ille humilis, supplexque oculos, dextramque precantem
" Protendens, equidem merui, nec deprecor, inquit.

Et paulò post:

—uicisti, & uictum
" te tendere palmas
Ausonij uidere—.
"

Ad sydera.] ὑπερβολικῶς magnitudinem affectus ostendit eò enim elatius precandu, aut gemendo manus attollimus, quò uehementius dolore premimur, uel ad indicandam eorum beatitatem, qui pro patria perierunt, manus altè eleuat: quibus in cœlo decretas esse sedes existimat: ex Platonis epitaphio: & quoniam affectus hominum oratione magis, quàm gestu cognoscuntur, illius quoque uerba Poëta sapientiss. apponenda iudicauit. quamobrem sequitur: O' térque, quatérque beati.] oratio hæc, querelis, affectibusque plena est. exorditur Aeneas ab exclamatione, quæ maximè doloris significationem habet: quem & auget per comparationem ex communi commiserationis loco deductam. huic affinis est ille in tertio Aen. de Polyxena locus:

" ——ô felix ante alias Priameïa uirgo
" Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
" Iussa mori. Et reliqua.

Et illud Euandri in 11. Aen.

" ——tuque ô sanctissima coniux
" Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.

Sumptus est locus ex Hom. Odyss. 5.

" τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο
" Τροίῃ ἐν εὐρείῃ.

Hic consultò prætereo quæ Gellius, & Macrob. de numero septenario scripta reliquerunt, quando ad eam uel nihil, uel parum facere uideantur. Est enim precationis modus antiquis pœtis ualde familiaris, quo supremam quandam beatitatem, felicitatemque significare uolebant. Tibullus eleg. lib. 1.

 O' mihi

O' mihi felicem, ter'q; quater'q; diem.

Et Hor. 1. Carm.

Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula.

Quandoq; etiam ter, & quater, multoties significat. Virgil. 4. Aen.

Ter'q;, quater'q; manu pectus percussa decorum.

Et Hor. 1. Carm.

——quippe ter, & quater
Anno reuisens aequor Atlanticum.

Quibus ex locis colligitur, ter & quater aliquando pro maiori, quandoq; etiam pro minori numero capi solere.

Ante ora patrum.] *amplificat à personis, item à loco moenibus Troiae.* Oppetere.] *non simpliciter accipiendum est oppetere: id est, mori sed eò deductum est, quia olim strenui, ac fortes uiri moriebantur, praecipuè in bello, terram ore mordebant, ne quid turpe, aut praeter decorum uiri fortis in uictores dicerent. hinc illud Virg. ex 9. Aen.*

——terram simul ore momordit.

Et in 11. Aen.

Procumbit moriens, & humum semel ore momordit.

Erit igitur oppetere, moriendo ore terram petere.

O' Danaûm fortissime gentis Tydide] *per ἀποστροφὴν sermonem conuertit ad Diomedem, cùm eius elogio, & liberiùs exclamat, fertur'q; in dolorem plenius, ut aiunt, uelis: unde & commiserationis affectum mouet, & occultè suae fortitudinis indicium facit. qui cum hoste omnium penè fortissimo congredi cùm ausus fuisset, non ab eo tamen unquam uictus, superatus'q; fuit.*

Mène Iliacis occumbere campis Non potuisse?] *mouet commiserationem ex desperatione uitae, & ex acerbo mortis genere: neq; id praeter artem, quasi aliam ad extremum personam seruet Poëta, atq; in principio finxerit, atq; praeter decorum uiri fortis, quasi, ut uir effoeminatus, Aeneas mori timeat, ut somniant imperiti: uerùm se ipse commendat ab animi magnitudine, quòd in huiusmodi casu, mortis'q; genere nullum suae uirtutis indicium facere, aut signum ostendere potest: nam id mortis genus, quod naufragio fit, nullam gloriam, occasionem'q; declarandae fortitudinis. Quamobrem Homerus antequam Vlyssem in 5. Odyss. de immissa tempestate querentem, suam'q; calamitatem deplorantem faciat, ingemens, inquit, suum allocutus est magnanimum animum. Sed Graecè uenustius:*

ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Aristot. in 3. Eth. scriptum reliquit uiros fortes mortem eo tempore grauiter, moleste'q; ferre, cùm nullam suae fortitudinis declarandae occasionem habent: propterea & Vlysses loco superiùs adducto, queritur inglorià morte fato sibi moriendum esse, cùm ait:

Νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

Aeneas igitur, cùm odio Iunonis agitaretur, ob id'q; immissam ab ea tempestatem animaduerteret, ut & ipse, & sui uno naufragio perirent, mortem pertaesus, ingemuit, non quia periret, uerùm quia cùm inglorius: id est, inglorià morte periret, tum quia odio Iunonis sibi pereundum esse uidebat. Aristoteles enim in 2. rhet. admonet poëtas, atque oratores in his, quae timoris sunt, inuicem contendere, at dissentire, propterea quòd oratores metum condetant, qui ex hominibus est: poëtae uerò, qui ex ira Deorum prouenit unde colligi potest, quamobrem Aeneas hoc mortis genus horrescat. Quod uerò interpres ait, graue esse perire naufragio, quia anima, quae ignea est, extinguitur elemento contrario, eruditorum auribus non facit satis. A

Tuaq; animam hanc effundere dextra?] *iteratione commiserationis locum amplificat. & hanc, ὑποκοριστικῶς dicit, quae tot calamitatibus, perturbationibus'q; obnoxia est. Quod uerò* effundere *ait, ad Critiae, atque Empedoclis opinionem alludere uidetur: qui animam, sanguinem esse opinati sunt: nam effundere propriè de liquidis est. in hanc'q; sententiam Cicero dixisse uidetur in fam. Si uitam pro tua dignitate profunderem. Sed hic etiam obseruandus diligenter uocalium concursus, & hiatus: quibus quasi actum animae corpore exire nolentis, exprimere Poëta uidetur.* Saeuus ubi Aeacidae telo iacet, Hector: ubi ingens Sarpedon: ubi tot Simois correpta sub undis Scuta uirûm, galeas'q;, & fortia corpora uoluit.] *amplificat à personarum dignitate: de quarum casu etiam commiserationem mouet: congerit multa simul, rem'q; ita per congeriem amplificat, ut αὔξησις etiam fieri uideatur: nam scuta, & galeas uidere in flumine natare, horrendum est, (id enim plurimorum hominum stragis indicium est) sed uidere corpora hominum natare, fluctibus'q; fluminis agitari, horrendum magis est: propterea utitur repetitione: quae & auget, & acriorem orationem facit. Locus ex Homero sumptus est. Iliad. μ sic enim ait:* B

καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι
κάππεσον ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.

Extemplò.] *Haec apud Homerum statim iisdem planè uerbis sequuntur. Caetera uerò copiosius, quàm noster Poëta sed haud scio, an decorè. Certè Maro pro temporis ratione, è Graeco ea aptè huc accommodauit, quae ad exclamationem patheticam, & exaggerationem maioris conducerent.* Extemplò Aeneae] *Odyssea ε.* LAMB. Hort.

καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ.

Periphrasis, metu exanimati ducis Troiani: quam Homerus pari propè extulit, neque multum admodum diuersa:

Pectora, genua'q; simul iam tum soluuntur Vlyssis.
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
ὤ μοι ἐγὼ δειλός, τί νύ μοι μήκιστα γένηται,
δείδω, μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν,
ἥ μ' ἔφατ' ἐν πόντῳ, πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι, C
ἄλγε' ἀναπλήσειν· τὰ δὲ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.
οἵοισιν νεφέεσσι περιστέφει οὐρανὸν εὐρὺν
Ζεὺς, ἐτάραξε δὲ πόντον, ἐπισπέρχουσι δ' ἄελλαι
παντοίων ἀνέμων· νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.

Ingemit.] ὀχθήσας: *Ingemuit, dixit'q; haec alto pectore secum. Quanto hic Maro affectibus densior, cùm Aeneam dicit sublatis ad sydera manibus, ad hunc modum exclamasset.* Palmas.] *usurpauit pro manibus: synecdoche: est autem propriè plenum illud & ex parte concauum manus. Et palma, φοῖνιξ nobilis illa arbor, qua initio sacrorum certaminum uictores coronabantur.*

Tendens.] *pro extendens: simplex pro composito.*

Voce.] *pleonas.* εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. *Quae sequuntur apud Graecum uatem, partim ut instituto suo parùm accommoda, partim ut ociosa, studio praetermisit. Praesens periculum ociosas uerborum ambages dissuadet: quare abrupto exordio pathetico utitur, quod constat collatione à maioribus exaggeratis. unde coniectura ducitur de minoribus exaggerandis.* Terq;.] *Homerica sunt, quae sequuntur:*

A τρισμάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο,
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες.

Ter quater felices eos uocat, qui ad Troiam in gratiam Atridarum perierunt. Vtinam, inquit, tum occubuissem, cùm Troiani frequentes circa Achillem, infestas hastas in me torquerent. Tunc iusta funebria, tunc parentatum mihi fuisset, & Graeci gloriam meam uexissent, cùm nunc inglorius sim moriturus.

ὡς δὴ ἐγώ γ' ὄφελον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν
ἤματι τῷ, ὅτε μοι πλεῖστοι χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶες ἐπέρριψαν, περὶ Πηλείωνι θανόντι.
τῷ κ' ἔλαχον κτερέων, καί μευ κλέος ἦγον Ἀχαιοί.
νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

Itaque cùm dicit Terque quaterque, *comparationem sibi facit: inde à personis parentum, ac mox à loco.* Troiae sub moen. altis.] *Statim à tempore, ac mortis genere, eorum qui eo bello pugnãdo occubuerunt, addit affectus, & amplificationem ab exẽplis maioribus cum quibus collatus, se infoelicem ratiocinatur, cui haud licuit mori in ysdem campis, in quibus Hector manibus Achillis perijt: ubi Sarpedon Iouis filius Patrocli hasta percussus cecidit, &*

B *innumerabiles alij.* O terque] [illegible] *Sapit prouerbium de re omnibus suis numeris absoluta. Graeci, numeri additione, maxime ternarij, eam amplificant. fortasse quod apud priscos is sacer habebatur, & absolutus, adeò ut quicquid ter aut dictum aut factum esset, id efficax haberetur. Quare in Magorum mysterijs etiam adhibitus fuit Pharmaceut. Virgiliana:*

Terna tibi haec primùm triplici diuersa colore
Licia circundo. &c.——

Item & illa passim obuia sunt apud authores, τρὶς μάκαρες, τρὶς κατάρατος, *& similia, de uehementer absolutis. Homerus,* τρὶς μὲν ὀρέξατο. *Tibull.*

O mihi foelicem terque quaterque diem.

Ergo, ut inquit Macrob. Virgilius nullius disciplinae expers, per omnia beatos exprimere uolens, ait: O terque quaterque b. *Varro libro primo hebdomadum, septenarij numeri ait multas uariasque uirtutes esse: is facit in coelo septentriones, Vergilias siue Pleadas: totidem planetae sunt, septem sunt circuli circa axem: in septimo signo fit solstitium à bruma, in septimo bruma solstitio, in septimo aequinoctium ab aequinoctio. Caetera extant apud Gell. lib.*

C *3. cap. 10.* Queis.] *Pathos à persona & loco. Respexit ad Hectorem, & alios* φιλοπάτριδας, *quos pugnantes cadentesque, ciues è moenibus prospectabant.*

Oppetere,] *mori, quasi mortem petere.*

——οἳ τότ' ὄλοντο
πολεῖς ἐν Τροίῃ.

Quod noster Poëta disertè uertit:

——Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere.——

O Danaûm.] *Pathos ab exclamatione, per auersionem, cum amplificatione. Non enim Diomedes, sed Achilles, Graecorum facilè fortissimus ducebatur. Verùm illius uirtutis amplificatio uehementer ad gloriam Aeneae conducit: qui non cum uulgo, sed cum clarissimis ducibus, & militari gloria decantatis, ausus fuisset congredi. Homerus Iliad. 5. refert: Aeneam singulari certamine cum Diomede commissum, consectu saxi grauiter ab eo uulneratum fuisse: atque inde fusum hunc periturum, nisi Veneris matris interuentu, circumfusa nube, hostis manibus subtractus in pacatum euasisset. Verba autem Homeri, caeso Pandaro in pugna, de utriusque congressu haec sunt:*

Αἰνείας δ' ἀπόρουσε σὺν ἀσπίδι δουρί τε μακρῷ,
δείσας μή πώς οἱ ἐρυσαίατο νεκρὸν Ἀχαιοί:
ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖνε λέων ὣς ἀλκὶ πεποιθὼς,
πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε, καὶ ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
τὸν, κτάμεναι μεμαὼς, ὅς τις τοῦ γ' ἀντίος ἔλθοι,
σμερδαλέα ἰάχων. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'. ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος,
τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς
ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι.
θλάσσε δέ οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε,
ὦσε δ' ἀπὸ ῥινὸν τρηχὺς λίθος. αὐτὰρ ὅ γ' ἥρως
ἔστη γνὺξ ἐριπὼν, καὶ ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ
γαίης, ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε.
καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀνδρῶν Αἰνείας,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
μήτηρ, ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι.
ἀμφὶ δ' ἑὸν φίλον υἱὸν ἐχεύατο πήχεε λευκώ,
πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμ' ἐκάλυψεν,
ἕρκος ἔμεν βελέων, μή τις Δαναῶν ταχυπώλων
χαλκὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλὼν, ἐκ θυμὸν ἕλοιτο.
ἡ μὲν ἑὸν φίλον υἱὸν ὑπεξέφερεν πολέμοιο.

Huius manibus, in patrio solo, in suorum conspectu, optabile malè & pulcheũ duxit in armis mori, prae quàm fluctibus maris absumeretur. Tydides, *pro Diomede: estque species patronymicum pro proprio. Fuit autem hic Diomedes Tydei filius, qui antequã Graeci aduersus Troianos classem adornarent, cũ Acamante Thesei, legatus Iliũ ad repetendã Helenã missus fuit. Huius uirtus paulò post in bello inter omnes duces, praeter Achillem, summa enituit. Porrò quàm uaria fortuna hic confecto bello iactatus fuerit, etsi alio loco quoque dicetur, non grauabor hic ea annotare, quae uaria lectio Graecorũ authorũ suppeditauit. Mimnermus prodidit, Graecus scriptor, Venerem, quod ad Troiam à Diomede uulnus accepisset, ita postea Aegialeam eius uxorem se comparasse, ut à multis adulterijs adamaretur: sed in primis ab Hippolyto, & Comete Sthelenis filio stupri necessitudine iungeretur. Diomedes Argos reuersus insidijs ab illa petitus fuit: unde foeliciter ad arã Iunonis fuga dilapsus, noctè sociorũ suorũ manu comitatus in pacatũ euasit: peruenitque in Italiam ad Daunum, à quo postea fraude circumuentus, interfectus fuit. Tradunt, Daunum per id tempus ab hostibus obsessum, Diomedis auxilium his conditionibus implorasse, ut terrae partem pro strenuè nauata opera illi esset daturus. Parta iam Dauno uictoria, ibi Diomedes urbem condidit, quam Argyrippam, tanquam* ἵππιον ἄργος *dixit. Ferunt Daunum postea duas huic conditiones proposuisse, quarum utram uellet, deligeret: ut aut uniuersam praedam belli, aut omnem eam terram mancupio acciperet,* ἢ ὅλην τὴν λείαν τοῦ πολέμου, ἢ τὴν χώραν. *Horum autem iudex datur Althaenus, nothus Diomedis frater, qui Euippen Dauni filiam adamabat. Hic ita iudicauit, ut Daunus terram obtineret, & penes Diomedem praeda iure foret. Hãc ob causam indignatus Diomedes, terrã execratus est, ne aut seminari posset, aut cõsita fructus gigneret, nisi eã suorũ aut cõsanguineorũ, aut ciuiũ aliquis foueret: néue quis colũnas suas aut colossos mouere posset. Post ea à Dauno interfectus fuit. Porrò socij cùm eũ lugerent, transformati ferũtur in aues, cygnis adsimiles, quae Erodij*

(uel, ut alij, Lari) dicuntur: quæ barbaros fugiunt. Fama fertur apud Græcos, quòd inter ipsos uersentur, & ex ipsis manibus cibum capiant, atq; inde in sinus eius irrepant. Forsasis ob id, quod insulas ab eo denominatas Diomedis, tanquam urbem incolât. Diluculo matutino regionem alis irrigât, atq; ita rigando ad prædâ proficiscûtur. Porrò capta inter se æqualiter diuidunt. Sita autē Diomedea insula est circa sinum Ionium & Hadriaticum: nam Apuli & Iapyges ad Ionium habitant. Fabulantur, Diomedem capta Troia, pro saburra in nauem suam lapides ex urbis mœnibus iniecisse. Profectum Argos, atq; ægrè coniugis insidijs elapsum, cùm in Italiã delatus esset, ibi Colchicum draconem omnia uastantem circa Phæacidem inuenisse: habebat enim Glauci, ex permutatione ad Troiam, aureum scutum. Cæterùm draconē occidit, ratus aureū illud arietis Colchici uellus esse. Quo facinore clarus inter populares factus, colossos sibi ex lapidibus Ilij, quib. nauē onerarat, fecit. Hos per cāpum illum passim erexit. Postea occisum Daunus, & ipsos simul colossos, in subiectum mare præcipitauit. Ferūt hos è fluctib. reuersos, rursus in suas bases redijsse. Author huius historiæ est Timæus Siculus, & Licus in tertio. Phæacei præ cæteris mortalib. Diomedem hunc religiosè coluisse constat, eos inquã qui ad Ionium sinum habitarunt, quòd draconem è Colchis huc, quæsitum aureum uellus, ab Argonautis captum & auectum, profectum trucidasset Phæaciam ad Ionium sinum collocant. Sunt qui opinentur, hunc Draconem latronem fuisse. Porrò autem inuenio aliam historiam apud Lycophronem, & eius enarratorem, de Diomede Daunorum regionem execrato: Διομήδης καταρασάμενος τὴν τῶν Δαυνίων χώραν μὴ καρποφορῆσαι [illegible], [illegible] οἱ Δαύνιοι παραγγειλάμενοι εἰς Αἰτωλίαν, [illegible] τῆς Διομήδους [illegible]. [illegible] αὐτοὺς, [illegible], λέγοντες, [illegible] ὑμῶν [illegible] καὶ τὸν Διομήδην. Hoc est, Cùm Diomedes Daunorum regionem execratus esset, ne fructibus ferendis ferax esset unquam, nisi ab Aetolis excoleretur: Daunij profecti in Aetoliam, denunciari iusserunt, ut qui uellent, uenirent, occuparentq; Diomedeæ terræ mensuram. Porrò Aetoli adsunt, postulantq; terram. Daunij arreptos eos, uiuos terra obruerunt, illud addentes: Accepistis sortem terræ nostræ, quam à nobis poscitis neq; uerò illam solùm, sed & ipsum Diomedem. Ab hoc Diomede qui ad Troiã arma χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων cum Glauco mutârit, natum prouerbium inæqualis permutationis, ab authoribus celebratur. Sed de hoc Diomede reliqua in tertio explicabuntur. De Danao quoq; postea suo loco referetur historia. Me'ne Iliacis.] Aposiopesis: intelligitur, æquum aut par fuit. Pathos à loco: & quod sequitur, effundere animã, expolitio est præcedentis orationis. Amplificatio, Diomedis manibus mori quod pulchrius ducit, quàm in patria, aut alterius alicuius tel. mori.

Sæuus] Pathos à maiori, & personarum dignitate, quæ ad Troiam fortiter pugnando occubuerunt, quãq; gloriã uirtute sua & morte sibi pepererût. Aeaciden,] Achillem Aeaci nepotem: antonomasia. Aeacus Pelei fuit pater, auus Achillis. Historia extat apud Homerum Iliados 22. Hector, iam graui circa collum uulnere accepto, cùm humi fusus supplex multis Achillem orasset, ne se ad Græcorum naues canibus discerpendum obijceret, sed magno redemptum parentibus in urbem remitteret, tristi moribundi uaticinio & dolore exacerbatus Achilles: A

τέθναθι (inquit) κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν "
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. (δὴ "
ἦ ῥα, καὶ ἐκ νεκροῖο ἐρύσσατο χάλκεον ἔγχος. "
καὶ τό γ' ἄνευθεν ἔθηχ', ὁ δ' ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα "
αἱματόεντ'. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες ἀχαιῶν, "
οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν "
Ἕκτορος. οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη. "
ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον, "
ὢ πόποι ἦ μάλα δὴ μαλακώτερος ἀμφαφάασθαι "
Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ. "

Qua uerò ratione reddiderit Achilles Priamo Hectoris corpus, explicatur ab eodem Poëta, ultimo eiusdem operis libro. Cæterùm (ut aliquid auctarij uice hic adijciamus) sepulcrum traditur in Ophryno, seu Ophryneo, (nam utroque modo scribitur) regione Troiæ: φασὶν ὅτι λοιμοῦ [illegible] τὴν ἑλλάδα, ἔχρησεν ὁ θεὸς, τὰ τοῦ ἕκτορος ὀστᾶ [illegible] τόπου τῆς τροίας, [illegible] B [illegible]. Id est. Aiunt, cùm pestis grassaretur in Græcia, oraculo diuino iussos Hectoris ossa in Ophrynu condita, in urbem aliquam Græcam transferre, quæ in pari gloria cum exercitu Græcorum ad Troiam non fuisset. Deprehensi sunt ij qui Thebas Bœotiæ incoluere, ad Troiam non militasse. Quare herois reliquias inde ablatas, circa amnem Oedipodeum ad Thebas condiderunt. Aeacidæ.] Achillis. Hephæstion Sophoclis enarrator, in Aiace: [illegible] (inquit) [illegible]. Lycophronis enarrator paulò copiosius horum genealogiam digerit: [illegible] C [illegible]. Porro fabulantur, Aeacum ex Aegina & Ioue prognatum, ab eo in Aegina insula deserta solum relictum: Poposcisse autem Iouem, ut formicas in homines mutaret: id quod impetratum tulit, ut canit Hesiodus in Heroica Genealogia:

ἡ δ' ὑποκυσαμένη τέκεν αἰακὸν ἱππιοχάρμην, "
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον, "
μοῦνος ἐὼν ἤσχαλλε. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, "
ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου, "
τοὺς ἄνδρας ποίησε βαθυζώνους τε γυναῖκας, "
οἳ δή τοι πρῶτοι ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας. "

Missis fabulis, Theagnes historicus in lib. quem de Aegina scripsit, historiæ ueritatem ita tradit de Aeaco: [illegible] [illegible]

δ' ἄλλο

A [illegible] ἀκμῆς ὄντος. [illegible] μετὰ τοῦτον ἐκ [illegible], καὶ οἰκῆσαι τὴν νῆσον, [illegible], [illegible] τὰ περὶ τὸν νόμον, καὶ [illegible] ἄνθρωποι κέκληνται. ὅθεν μυθολογοῦσι, [illegible] χ[illegible] ὅσιος, τὰς τῶν [illegible] ἀνθρώπων κρίσεις. Regnasse hic traditur in Oenone, quæ postea Aegina appellata fuit, tanta iustitia, ut apud inferos cum Minoe & Rhadamantho ius dicere, pœnas infligere sontibus pro meritis, à poëtis fingantur. Sæuum Hectorem.] fortem hoc loco uocat, & bellicosum: cùm alioqui χαλκεόφωνον ἀτλωτ, hoc est, durum & horridum significet: & metaphoricè, crudelem, inimicum, iratum, magnum, potens. Ingens Sarpedon.] Ab exemplo Sarpedonis. Epithetωs ingentem eum uocat, ad uocis significationem alludens. Σαρπηδόνιος Græci μέγα dicunt, καὶ τὸ ἐν ὀργανικῇ καὶ ἐκτενείᾳ [illegible]. Duo enim sunt promontoria: Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis; quod Ciliciam à Pamphylia distinguit: & Anemurium. Sarpedonum littus, prouerbium, de clamosis. Est & Sarpedon Cypri promontorium, B iuxta portum Carpaliæ. Thraciæ item regio, dicta, quòd fluctibus assiduò uerberetur. Sacra inde adeò est Neptuno: eadem & Sarpedonia nuncupatur. Porrò Sarpedon, quo de hic agimus, Iouis filius fuit, & Europæ, Lyciæ rex, qui Troianis suppetias aduersus Græcos tulit, frater Minois & Rhadamanthi. Meminit huius Homerus in Catalogo:

Σαρπηδὼν δ' ἦρχεν Λυκίων καὶ Γλαῦκος ἀμύμων,
τηλόθεν ἐκ Λυκίης, Ξάνθου ἀπὸ δινήεντος.

Cæterùm ab hoc in pugna collatis pedibus depugnans Tlepolemus Rhodius, & Tereus Admeti filius, obtruncati fuêre: quem postea unà cum Deiphobo Palamedes (ut Dares tradit) in prælio occidit. At Homerus eum à Patroclo, quem prior letaliter hasta in eodem congressu percusserat, interfectum canit. Verba Poëtæ extant Iliad. 16.

ἦ δ' αὖ Σαρπηδὼν μὲν ἀνήμβροτε δουρὶ φαεινῷ.
Πάτροκλος δ' ὕστερος ὄρνυτο χαλκῷ
ἔγχει· τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός,
ἀλλ' ἔβαλ' ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἁδινὸν κῆρ.
ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς, (ἠὲ
C πίτυς βλωθρή, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι.
ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,
βεβρυχὼς κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.

Ingens.] Vel ad generis nobilitatẽ, uel ad procerita tem, epitheton referre licet: ut respexeris & ad uocis ipsius etymon, & Homericam comparationem:

ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς.

Vbi tot.] Epilogus, quo summatim omnes eos complectitur, qui ad Troiam pugnando perierunt. Et præsens tempus requirit breuem & enumerationem exemplorum, & perorationem. Simois.] Pathos à loco & re. Miserabile est, fluctibus hasta cæsorum cadauera, in proximum mare deuolui: multò uerò tristius, unà cum armis depressa in pelagus deferri. Describit locum, in quo cæsum se fuisse cum, in præcipua gloriæ parte ducit. Simois, Phrygiæ amnis, oriens ex Ida monte, præterlapsus Troiã, Xantho miscetur, & ad Sigæum Hellesponto infunditur. Hic Sigæum fuit promontorium & oppidum, hic Achiuorum bellantium statio, unde in proximum flumen cæsorum corpora in mare deferenda deturbabantur. Ab hoc eodem monte exit Xanthus, qui & Scamander. Flumina sunt fama quàm natura celebriora. Quidam arbitrantur, Simoëntem Xantho non misceri omnino: rursum qui mari iam appropinquantem, Scamandro immersum, cogi in paludes: atq; hinc rursum erumpere flatim & in Hellespontum effundi. His amnibus cæsorum cadauera ad Troiam hausta, & in Hellesponticum pelagus effusa fuisse, author est Homerus, cùm alijs aliquot locis, tum Iliad. 21. ubi de Scamandro canit ad hunc modum:

ἦ καὶ ἐπῶρτ' Ἀχιλῆϊ κυκώμενος, ὑψόσε θύων,
μορμύρων ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσι,
πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο
ἵστατ' ἀειρόμενον, κατὰ δ' ᾕρεε Πηλεΐωνα.

Et paulò suprà eodem libro, post Neptuni exhortationem ad Achillem, ne prius à cædibus Troianorum parceret, quàm eos ad muros urbis in fugam effusos compulisset:

αὐτὰρ ὁ βῆ, μάλα γάρ ῥα θεῶν ὤτρυνεν ἐφετμὴ
ἐς πεδίον, τὸ δὲ πᾶν πλῆθ' ὕδατος ἐκχυμένοιο.
πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ δαϊκταμένων αἰζηῶν
πλῶον καὶ νέκυες. τοῦ δ' ὑψόσε γούνατ' ἐπήδα
πρὸς ῥόον ἀΐσσοντος ἀν' ἰθύν, οὐδέ μιν ἴσχεν
εὐρὺ ῥέων ποταμός. μέγα γὰρ σθένος ἔμβαλ' Ἀθήνη.
οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
χώετο Πηλεΐωνι, κόρυσσε δὲ κῦμα ῥόοιο
ὑψόσ' ἀειρόμενος, Σιμόεντι δὲ κέκλετ' ἀΰσας,
φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ
σχῶμεν, —— &c.

Plura dicere parantem Vlyssem apud Homerum lib. Odyss. 5. ingens procella æstuantis maris oborta, excipit:

ὣς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης
δεινὸν ἐπεσσύμενον, περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξε.
τῆλε δ' ἀπὸ σχεδίης αὐτὸς πέσε, πηδάλιον δὲ
ἐκ χειρῶν προέηκε, μέσον δέ οἱ ἱστὸν ἔαξε
δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα,
τηλοῦ δὲ σπεῖρον, καὶ ἐπίκριον ἔμπεσε πόντῳ.
τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐδυνάσθη
αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὁρμῆς.
εἵματα γάρ ῥ' ἐβάρυνε, τά οἱ πόρε δῖα Καλυψώ.
ὀψὲ δὲ δή ῥ' ἀνέδυ, στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην
πικρήν, ἥ οἱ πολλὴ ἀπὸ κρατὸς κελάρυζεν.
ἀλλ' οὐδ' ὣς σχεδίης ἐπελήθετο, τειρόμενός περ,
ἀλλὰ μεθορμηθεὶς ἐνὶ κύμασιν, ἐλλάβετ' αὐτῆς,
ἐν μέσσῃ δὲ καθῖζε τέλος θανάτου ἀλεείνων.
τὴν δ' ἐφόρει μέγα κῦμα κατὰ ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα.

His Homerus Vlyssem inducit, abiecto clauo diffractoq; malo in medios fluctus excussum: ac procul à naui uelo antennaq; disiectis, in fundo aliquandiu luctatum: quare onere uestium humidarum grauatum, quo minus in summos fluctus emergere potuerit. Addit mox facetam hypotyposin, in summis fluctibus natantis, & salsi maris spumam, quæ undique à summo capite defluebat, euomentis. Postremò ægrè nauem assequutum impetu, ne fluctibus hauriretur. Quibus omissis noster Poëta in exaggerandis tempestatibus mira grauitate laborat: alios mari haustos, alios in summis fluctibus hærentes faciens.

ARGV-

ARGVMENTVM. A

Dum Aeneas loqueretur, orta repentè ex Aquilone tempestate, illius nauis penè mergitur, sociorum uerò aliæ in scopulos, aliæ in syrtes Numidicas uarijs uentis impelluntur: una, qua Lycij vehebantur, ante oculos Aeneæ, delapso in mare gubernatore, submergitur: omnes denique naues ita fluctibus concutiuntur, ut laxis laterum compagibus, parùm desit, quin aquis absorbeantur.

Talia iactanti, stridens Aquilone procella,
Velum aduersa ferit, fluctusque ad sydera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & undis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

NASC. TALIA iactanti.] *redit ad tempestatem, & quod antea communiter cõplexus fuerat, nunc separatim describit: & primùm quid Aeneæ, deinde quid sociorum eius, nauibus contigerit, perspicua narratione declarat: qua in re omnia illa breui oratione complexus fuisse uidetur, quæ cùm Epici, tum Tragici poëtæ ex institutione poëticæ artis uno pathetico poëmate complecti debent: commiserationem, horrorem, admirationẽ, atrocitatem: nam cùm Aeneæ uelum feriri, remos frangi, aliorumque alias in scopulos, alias in syrtes impelli dicit, conquestionem mouet: ibi uerò illos in summo fluctu pendentes, hos in imum deiectos depingit, horrorem incutit: cùm autem cumulum aquæ, quasi mõtem altissimum subsequutum, fluctusque ad sydera sublatos, & terram inter undas apertam fuisse memorat, admirationem parit: postremò dum rem totam ita describit, ut ob oculos nostros fieri uideatur, atrocitatem quandam nobis intuendam, inspiciendamque proponit.*

Stridens Aquilone procella.] *nõ ab re est, ut Aquilo reliquis uentis impetuosior, uelum principis feriat: nam, extincto duce, castra soluuntur, & milites hàc, illac aberrant.* Velum aduersa ferit.] *Homeri locus est: sed tamen hoc differunt, quod Homerus Vlyssem, ait, dum loqueretur ab unda in caput fuisse percussum, noster uerò procellam in uelum Aeneæ ferijsse. Homeri uersus hoc habent:*

» ὣς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης
» δεινὸν ἐπεσσύμενον, περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξε.

Ad sydera.] *ὑπερβολικῶς ad magnitudinem tempestatis indicandam.* Franguntur remi: tum prora auertit & undis Dat latus.] *quemadmodum Homerus in 5. Odyss. Vlyssem in mari natantem tam pulchrè effingit, ut nihil prætermissum sit eorum, quæ homini naufrago contingere solent: quinetiam tanto ea artificio descripsit, ut neque euidentiùs, neque expressiùs humanis oculis ex littore, quàm mente ex Homericis uersibus prospici possint: ita quoque Poëta noster hac longa, uberrimaque narratione classem fluctibus agitatam adeò aptè ob oculos ponit, ut eam intueri, oculisque cernere uidearis: ita copiosè rem omnem complectitur, ut nihil aut in ui undarum, aut in fractione remorum, aut in uaria nauium quasi periclitantium agitatione explicanda tacitus præterire uideatur. Hæc describendi ratio, Quinctiliano credibilius rerum imago, alijs euidentia, siue illustratio, nonnullis informatio dicitur: ex Græcis uerò Aphthonius ἔκφρασιν, Rutilius Lupus χαρακτηρισμόν, Aquila Rom. διατύπωσιν nominãt: communiter uerò Græcè ὑποτύπωσις appellatur: cuius plurima apud Virgil. exempla non desunt, quæ tibi legenti ultrò sub oculos uenient.* Præruptus aquæ mons.] *ὑπερβολικῶς ingentem fluctum appellatione montis circumscribit: hoc dicendi genus grammatici ueteres metaphoram ab inanimali, ad animale appellare consueuerunt.*

LAMB. Hort. TALIA iactanti.] *Hæc atque id genus alia fundenti uentus oboritur contrarius, à septentrione: frequentatiuum usurpatũ pro perfecto: iacienti, fundẽti frustra. Cum adiunctio, uariè uocabulo utimur: iactare pectore, uoluere, fatigare, affligere. Sic Cicero: Iactatur domi suæ uir primarius, & homo honestissimus.* Stridens.] *Opponit australibus septentrionalem, ut eius uiolentia in Africam litus disijciatur. Quare eruditè dicit, procellam ex aduerso coortam, uerberare dispulsam classem. Est autem procella, rupta, & in pronum soluta nubes, dicta καταιγὶς à Græcis. Oritur ferè ab hac mundi plaga. Supernè enim demissa, deorsum ruit uiolenter, laboratque, & in ipsa pugna sibi iter parat. Accipitur pro æstu maris. Porrò eadem deorsum pari uehementia præceps lapsa, si concipiat ignem, fulmen est. Nonnulli procellam etiam describunt, uim uenti cum pluuia, non durantem quidem, sed in mari propriè θύελλα Græcè, quòd omnia procellat, & concitet. Aut à procul, quòd ex interuallo conspicua sit.* B

Aduersa.] *pro aduersum: Hypallage, uel ex aduerso. Vbi Homerus dixit, περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξε, nauem circumegit: id quod statim noster Poëta reddit:* tum prora auertit. Aquilone.] *Aquilonem Græci ab horrendo sono, modò βορέαν, modò βορρᾶν, nũc βόῤῥαν uocãt, Latinè ab aquilæ uehementissimo uolatus similitudine, aquilonem. Huius prosopopœia elegantissima extat apud Ouidium lib. Metamorph. 6.*

Apta mihi uis est, qua tristia nubila pello, "
Et freta concutio, nodosaque robora uerto, "
Induroque niues, & terras grandine pulso. "
Idem ego, cùm fratres cælo sum nactus aperto "
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor, "
Vt medius nostris concursibus insonet æther, "
Exilientque cauis elisi nubibus ignes. "
Idem ego cùm subij conuexa foramina terræ, "
Supposuique ferox imis mea terga cauernis, "
Sollicito manes, totumque tremoribus orbem. "

Spirat à solstitio æstiuo. Sed & Etesiæ aquilones appellantur, qui statos quadraginta dies flant, octo ferè diebus ante exortũ caniculæ: unde & πρόδρομοι item dicũtur: hoc est, præcursores: & ἐτησίαι, κατ' ἔτος γινόμενοι, quòd quotannis statis diebus spirent, & ex omnibus uentis maximè stati sint. De his Plin. lib. 17. cap. 5. & Gell. lib. 2. cap. 28. Strabo tamen eos Subsolanos mauult uocare, quos Græci Euros nuncupant. Sydera.] *Hyperbole planè poëtica.* C

Franguntur.] *Apud Græcum uatem procella coorta, discusso è manibus clauo, medium malum diffringit:*

" ——— πηδάλιον δὲ
" ἐκ χειρῶν προέηκε, μέσον δέ οἱ ἱστὸν ἔαξε,
" δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα.

Porrò

A *Porrò prora propriè anterior nauis pars est, quæ rostra ferrea præfixa habere solebat, à quibus rostratæ naues dictæ fuere. Iam uerò* Auertit.] *per enallagen generis dixit, pro auertitur* Cumulo.] *Continuis ac perpetuis metaphoris rem euidenter oculis subijcit. Ductæ autem sunt à montium natura, per similitudinem, ad mare tempestatibus concitatum. Cumulus, maiorum rerum aceruus.* Præruptum, *à monte ad sublatus fluctus. Obseruat in descriptione uerisimilitudinem rei, ac naturam sapientis astus.*

NASC.

Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
Treis Notus † abreptas in saxa latentia torquet,
(Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus, aras:
Dorsum immane mari summo) treis Eurus ab alto
In breuia & syrteis urget, miserabile uisu:
Illiditque uadis, atque aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios, fidumque uehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à uertice pontus
In puppim ferit: excutitur pronusque magister,
Voluitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus uorat æquore uortex.

† al. abiectas

Hi summo in fluctu pendent.] *separatim, sigillatimque omnia describit, quæ in tempestate illa contigerunt: quod plerunque à Poëtis fieri solet, ut rei magnitudo amplior fiat: nam si uno uerbo communiter Poëta tempestatem complexus fuisset, idque tantùm dixisset, Aeneam fluctibus oppressum, ingentique procella agitatum fuisse, tempestatis magnitudo non apparuisset: ut igitur rem amplificaret,* B *singula non modò descripsit, sed ea describendo etiam auditorum oculis subiecit: utque iucundior, auribusque res gratior fieret, ἀντιθέσει ornauit, specieque annominationis uenustam reddidit.*

Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet (Saxa uocant Itali.] *Hactenus Aeneæ: nunc sociorum eius periculum aggreditur describendum. Obseruandus est autem mirè difficilis, & obscurus constructionis ordo, confusaque rerum, ac uerborum de industria collocatio, cùm ad nauium confusionem, tum ad ingentem periculorum ipsorum difficultatem indicandam.*

Aras.] *Alludit ad fœdus, quod Romani cum Carthaginiensibus, primo bello Punico, in mari ferierunt ad scopulos, qui inter Africam, & Sardiniam eminent: & quia fœdera solenniter in templis fieri solebant, aras scopulos nominauit, tanquam ad aras, non ad scopulos fœdus sancitum fuisse: unde Cersobleti Atheniensium legato (ut est apud Demosth. in orat. de falsa legatione: id est, παρὰ τῆς παραπρεσβείας) uitio datum fuit, quòd Philippo Macedonum regi non in fanu, ut par erat, sed in caupona, de obseruanda pace iusiurandum dedit.*

C Treis Eurus ab alto.] *repetitio hæc uim orationis auget, & tempestatis uiolentiam demonstrat.*

In breuia, & Syrtes.] *quidam hæc in re nimium curiosi breuia, feruentia, & æstuosa ἀπὸ τοῦ βράχω: id est, ferueo nõ uadosa, & parum profunda interpretantur, nescientes littora, aliaque in mari loca, quantò minus sunt profunda, tantò magis æstuosa esse: quamobrem in Africa, ubi sunt Syrtes in longo tractu porrectæ, nullaque aquarum profunditas, mare uel leuiter commotum uehementer feruet: ita quoque in Italia, & alibi propter uadosa littora sonitus maris auditur à longè: secus autem est in Dalmatia: ubi rupes altissimæ sunt pro littore, & mare profundum est.* Vnam, quæ Lycios, fidumque uehebat Orontem.] *signatè loquitur, qui & militum, & ducis, nomen ponit, nec non nauis magistrum, qui Leucaspis dicebatur, in mare prolapsum, & nauim ipsam submersam scribit. Lycij in auxilium Troianorum uenerant: quorum dux fuerat, & princeps Sarpedon. Homer. Iliad. β.*

Ipsius ante oculos.] *ad augendum Aeneæ dolorem: nam magis mouent, quæ uidentur, quàm quæ audiuntur. Oculi, inquit, Cicero, augent dolorem. hinc illud Horatianum:*

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelib.

Ingens à uertice pontus.] *fluctus ingens ex contorto uento, non à puppi, aut ab Aquilone, ut somniant interpretes: nam paulò infrà ait:*

—— & rapidus uorat æquore uortex.

qui aquam intortam à contorto uento significat. Sunt autem uertices propriè contorti, ac rotati uenti: qui præcipuè in mari fieri solent. Lucretius libro primo de uentis agens:

Quamlibet in partem trudunt res ante, ruuntque
Impetibus crebris: interdum uertice toto
Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant.

Antiqui uortex, Aphricanus primus omnium (ut Fabius testatur lib. 1.) uertex per e, dixit. Excutitur. pronusque magister, Voluitur in caput:] *excutitur nauis nõ magister, qua excussa, magister in caput uoluitur*

Ast illam ter fluctus.] *& hic satis fuerat dixisse nauem cum magistro perijsse, sed ut rem augeret, erupit in ipsum magistri, nauisque lapsum, & utriusque periclitantis modum κατ' ὑποτύπωσιν causas, & effectus exprimentem uenustissimè exornauit.*

Hi summo.] *A partitione nam proposita summatim tempestatis imagine, splendidiùs subijcit, quo quæque nauis casu aut perierit, aut periclitata fuerit: id quod ab Homero neglectum est. Verùm is rursum aptissima similitudine simulachrum uentorum, per mare nunc huc nunc illuc nauem impellentium ostendit: ceu boreas per campum spinas huc illuc agitatas inter se collidit:* L'AMB. Hort.

ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας
ἂμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα.
ἄλλοτε μέν τε Νότος Βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
ἄλλοτε δ' αὖτ' Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

Pendent.] *A sensu communi: nam ex interuallo spectantibus, in summis fluctib. pẽdere uidentur.* Dehiscẽs, *se deducens: propria ui, nullo externo auxilio, scindor: ab hio, deorsum aperior immũ. Intẽdit hic significatũ uerbi hisco, præpositio de. Hisco alioqui idẽ est quod submissè loquor, siue os ad loquendũ aperio: stupeo item, & miror. Hiscit (inquit Næuius) dubius est quid agat.* Aperit.] *usurpat pro ostendit & denudat: Hyperbole. Et & in uerbo* furit, *metaphora remota est, ab homine ad æstũ maris. Porrò aũt æstus (unde æstas) propriè signat tẽporis æstiui*

flagran-

flagrantiam: accipitur synecdochicôs pro æstate. Transfertur ad maris sæuientis feruorem: propterea quòd feruore quodam misceri uideatur. Vnde æstuare uerbum deducitur. Treis Notus.] Synchysis: turbatur ordo orationis per annexam parenthesin. Est autem hic sensus: Auster torquet tres naues, à reliquis disiectas, in saxa mutice sub aqua summa superficie latentia: quæ, quia sunt dorsum quoddam magnum & periculosum sub summo mari, Itali à similitudine aras uocant. Aras, dorsum immane:] appositio, coniuncta cum metaphora. Circa has insulas Aegates, Luctatius primo bello Punico cum Himilcone fœdus percussit: unde à Romanis Aræ dictæ fuêre. Notum posuit, pro uêto, species pro genere. Immane] perniciosum, exitiabile, ferum, ἄγριον, ἀνήμερον: à mane, quod tempus matutinum signat: quod ab inferioribus: hoc est, manibus emergat lucis exordium: siue, id quod uerius uidetur, ab omine boni nominis. Lanuuini enim, mane bonum dicunt: unde apud nos immane, contrarium: immanis belua, immane facinus: & aduerbialiter, horrendum: Immanis ὑπερμεγέθης, ingens Breuia.] uadosa. Reddit statim epexegesi, quæ uocat breuia, Syrtes. Sunt autem duæ in sinu Africæ, dispari quidem magnitudine, haudquaquam uerò periculo: ἀπὸ τοῦ σύρω, traho: uento enim in montem arena attrahitur, cogiturq́. unde fit, ut idem locus modò sit uadosus, modò arenis rursum depulsis in profundum præcipi. Isacius Tzetzes, enarrans in Cassandra Lycophronis hos uersus:

τοὺς δ' ἀμφὶ σύρτιν καὶ λιβυστικὰς πλάκας,
στενόν τε πορθμὸν ἐρημίαν τυρσηνικοῦ.

Circa Libyam cursu recto elapsi (inquit) errabant Ithacenses δύο δέ εἰσι σύρτεις ἐν λιβύῃ· ἡ μὲν μείζων, ἡ δὲ μικρὰ σύρτις. Distant inter se quinquaginta passuum millibus, & ducentis. Minor, à Carthagine 300. millibus passuum, maior uerò quadringêtis uiginti quinq; millibus abest. Porrò σύρτιν Græci φορὰν καὶ χῶμα quoque interpretantur. Seruius existimat, omnia loca maris, natura uadosa, uel (ut ipse ait) arenosa, Syrtes nuncupari posse. Mela tum Aphricæ minoris tractum describens: Syrtis (inquit) sinus est centum ferè millia passuum, qua mare accipit, patens: trecenta, qua cingitur. Verùm importuosus atq; atrox, & ob uadorum frequentium breuia, magisq́ etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis, infestus. Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde & Mineruæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ: faciuntq́ ei fabulæ aliquam fidem, quòd quem natalem eius putant, ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. Vltra est oppidum Oea, & Cinyps fluuius, per uberrima arua decidens. Tum Leptis, & altera, Syrtis nomine atque ingenio par priori: cæterùm altero ferè spacio, qua dehiscit, quaq́ fluxum agit, amplior. Eius promontorium est Borion, ab eoq; incipiens ora, quam Lotophagi tenuisse dicuntur, usq; ad phycunta (& id promontorium) importuoso littore pertinax. Aggere.] Syrtibus. Vrget.] Pathos à loco, & facie planè Tragica. Aggerē arenę, dicit per metaphoram, coaceruationē aggestæ arenæ. Propriè aggerem dictum existimant, extra mœnia, coaceruatum ex terra effossa. Lycios.] Socios Glauci & Sarpedonis indicat, quorum hunc ad Troiam cæsum fuisse, paulò suprà demonstrauimus:

Σαρπηδὼν δ' ἦρχε λυκίων καὶ γλαῦκος ἀμύμων
τηλόθεν ἐκ λυκίης ξάνθου ἄπο δινήεντος.

Illustrat Lyciorum nomen à laude ducis, qui in eadē naui uehebatur Lyciam à Lyco rege, Pandionis filio, qui Solymos condiderit, dictam tradunt. ὁ πανδίονος λύκος, ἐπὶ τοὺς σολύμους, ὠνόμασε λυκίαν τὴν χώραν. Herodot. ἐν κλειοῖ, scribit uetusta origine Cretenses esse: & initio Cretam sub ditione barbarorum fuisse. Dissidentib. aūt inter se Sarpedone & Minoē, cum Minois factio superior esset, Sarpedon in Asiam Myliada fugit, ubi nunc Lycia est: nā tū Solymi dicebantur. Cùm aūt Sarpedon imperaret, Termilæ uocabantur. Post hūc Lycus Athenis profectus, Lyciam de se nuncupauit. Hanc olim Chimæra ignibus infestatam ferunt. Celebre flumen habet Lymiram, & urbem nominis eiusdem. Oppida nonnulla obscura, extra Pataram, nobilitatam olim delubro Apollinis, non minus Delphico celebri, oraculi fide. Sita autem hæc fuit in ora littorali. Ab hac non procul Xanthus flu. in maris sinum effunditur, ubi eiusdem nominis oppidum est. Ibi & mons Cragus. Orontem.] Hunc à laude fidei commendat inter Lycios. Et in 6. Lyciæ ductorem classis Orontem uocat. Nomen aptè deductum est ab amne celebri uicinarum regionum. Est enim Orontes fl. qui in Mesopotamia oritur: deinde sub terram dispalescens, è conspectu medio tollitur. Rursus circa Apamenem rebullit, atq; in mare ad Seleuciam, uel (ut alij) prope Antiochiam, infunditur. Haud procul inde mons est Pieria: mox ad austrum Casius propinquus Laodiceæ, ubi Dolabella à Cassio circunsessus perijt. Huius amnis ostia in Syria sunt: nomen ei factum opinantur ab illo, à quo primùm ponte iunctus fuit. Inuenio ὀῤῥόντην scriptum. Aiunt, Herculem quondam hunc æstuantem inuenisse, circa Ossam & Cinnas, cùm Geryonis boues præ se ageret: & ad Melibœam usq; ita eum exundasse, ut cùm transitus per torrêtem impediretur, uertices montium aggressus sit suffodere: quos in subiectum amnem deturbauit, eosq; obruit: ac tum illum cum bobus amnem trāsmisisse. Ante oculos.] Pathos à tristi spectaculo rei. Cùm enim ipse in summo discrimine maximè uersaretur, etiam suos cum magno animi dolore pereuntes uidebat. Ingen. pontū, partem maris dicit, συναθροισμός. A' uertice.] Vertex, siue uortex, aqua in se contorta est: aut quicquid ita uertitur: præcipuè uenti contorti, ac rotati, ac rotatione fracti: unde nascitur τόρνος. Hinc propter capillorū flexum, summus capitis apex uertex est appellatus. Trāsfertur inde ad summitates quarumlibet rerum: ut uertex montis, cœli, πόλος ac cardo mundi. Puppim.] posteriorem nauis partem uocat. Græcè πρύμναν, ἔσχατον καὶ ὀπίσθιον μέρος τῆς νηὸς, παρὰ τὸ ὡς αἴρας καὶ τὸ τελευταῖον μέρος μένειν: quemadmodum πρῷρα, τὸ ἐμπρόσθιον, παρὰ τὸ πρῶτον τὸ ῥέον, ἤτοι τὸ ὕδατος ἀντίον. Magister.] gubernator nauis Leucaspis, non autem Palinurus. Agens circum.] circumagens. Metaphora planè tragica est in Vorat. sed apta, & rei prædictæ conueniēs: ab animali, ad nō animal: nā id quod animantiū est, transtulit ad mare. Rapidus uor] Apollonius Rhodius libro Argonauticōn secūdo:

νῆα δ' ἔπειτα κίε ... ῥόθος——.

Quod gubernatorem in caput rotatum dicit, sumptum est ex Odyss. 12. ubi Vlyssis naufragium refertur:

——ὅπλα τε πάντα
εἰς ἄντλον κατέχυνθ'· ὁ δ' ἄρα πρυμνῇ ἐνὶ νηῒ
πλῆξε κυβερνήτεω κεφαλὴν, σὺν δ' ὀστέ' ἄραξε
πάντ' ἄμυδις κεφαλῆς, ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικὼς
κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν, λίπε δ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.

ῥῖψ

A » Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν.
» ἣ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ.
» ἐν δὲ θεείου πλῆτο, πέσον δ' ἐκ νηὸς ἑταῖροι.
» οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
» κύμασιν ἐμφορέοντο. θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόστον.

His uersus quàm eleganter naufragium sociorum depingit: quid enim festiuius proponi potest, quàm quod dicit gubernatoris caput ita percussum, effusis omnibus armis naualibus in sentinam per iactationem eam, ut ossa illius dinumerarentur? Quem uenusta similitudine, è tabulatis in subiectum mare deturbatum, iam exanimem, urinatori comparat: qui ibi aliquandiu sub aqua natarit, tandem in summam eius superficiem rursum rebulliens emergit. Statim uerum in medium attollit tempestatis καταστροφήν: *Iupiter (inquit) simul intonuit, & in nauem fulmen detorsit: quæ rotata, ac undique Iouis fulmine icta, sulphure obruta fuit. Porrò socij è naui lapsi, mergorum instar circum nauem ferebantur, quibus ocius aliquis reditus spem præcidit. Clausula descriptionis constat affectibus, à miserabili in summa superficie natantium spectaculo: rerum item amissarum, quæ naufragio in summo mari fluitabant.*

Apparent rari nantes in gurgite uasto, σποράδην δ' ἐς
Arma uirûm, tabulæq́, & Troia gaza per undas. νῆα τόδ' ἅμα καὶ μετ'
Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ, ἑταίρων,
125 Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Aletes, . ὅλη τῶν ἑνὸς
Vicit hyems. Laxis laterum compagibus omnes πάσας καὶ χώρας ὑπη-
Accipiūt inimicum † hymbrem, rimisq́; fatiscunt. ἐρ. † al. imbrē,
ὑδέοι ἀπαφίνας.
καὶ δ' ἐφύγοντο κατωῖθε
ἰσοπαλαμνάδην. τόνγ' ὕπερ ὀχεύμενοι ἅμ.

NASC. APPARENT rari nātes in gurgite uasto.] *ταπείνωσις est. Porrò uersus iste prouerbium subolere uidetur, de re quapia difficili: quā nisi pauci atq; illi quidem sapientes extricare non possint: interpretes hic ταπείνωσιν agnoscunt, cùm ait Poëta,* gurgite, *licet*
B *uocem humilē, & tantæ magnitudini maris parū idoneā epitheto auxerit.* Vasto: *quidam uerò tapinosin negāt hic esse ullam: sed* Rari, *&* Vasto gurgite, *dictū fuisse ad maris impetum indicandum putant: nam γοργὸς aquæ cuiuscunq; celeritatem significat.* Et Troia gaza.] *cum pondere pronunciandum uidetur.* Troia gaza.] *ad designandum, non absq; commiseratione, rerum magnarum iacturam: nam Gaza uox Persica est, & auctore Pomp. Mela, ærarium significat. hinc Latinissimi scriptores, rem preciosam, regiamq́; supellectilem, gazam uocant. Cic. in 2. de Offic. omnem Macedonum gazam, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Iisdem Liuius lib. 5. bel. Pun. Hieronis regis supellectilem gazam uocat. Sic Poëta hoc in loco Troiam gazam, magni pretij supellectilem appellauit, quasi regum Persarum supellectili similem: quæ quia ampla, ac supra quàm credi potest, copiosa, preciosaq́; erat, ideo reges Persarum, iuxta uulgi opinionem, beati dicebantur Hor. lib. 3. Carm.*

» *Persarum uigui rege beatior.*

Vicit hyems.] *tēpestas, nisq; uēti ualida, ut in 2. Aen.*

» *——sæpè illos aspera ponti*
» *Interclusit hyems ——.*

C Omnes Accipiunt inimicum imbrem.] *in pauca cōfert, quæ pluribꝰ dixerat, & cōcludit, naues omnes in summo periculo fluctibus & tempestate agitari: nam per* imbrem *tempestatē significat, & maris procellā. Cōsuetudo (inquit Nonius) indixit, imbrem solum dici agmen cœlestium aquarum, & pluuiarum, cùm tamen auctoritas uariet, significetq; omnem humorem aquarum. Lucret.*

Ex igni, terraq́ anima nascantur & imbri.

LAMB. Hort. APPARENT.] *Conatur Homericam hypotyposin exprimere. Ille enim, ut rem ceu uiuam oculis obyciat, lepida comparatione, in summis fluctibus fluitantes mergis assimulat: Maro, omissa collatione, narrare cōtentus est, naufragos, & amissa naufragio, ob oculos in fluctibus summis apparuisse. Sed non paulò illustrior naufragantium, eodem libro, descriptio extat: qua modò naufragorum caput, modò pedes, nunc manus, Vlysis opem nominatim supremùm implorantium, maris æstu in summam aquam rotat et canit. Refert Vlysses historiam naufragij sui inter Scyllam & Charybdim:*

Ζεὺς δ' ἀθρόως ...

καὶ δ' ἐφύγοντο κατωῖθε
ἰσοπαλαμνάδην. τόνγ' ὕπερ ὀχεύμενοι ἅμ.

Rari.] *Apposité ad sensum communem: est autem rarū propriè, quod densum non est. In uasto & spacioso mari dispersa corpora rara: hoc est, ex interuallo disiecta fluitabant: & rarum, singulare, non passim obuium.* Gurgite.] *Tapinosis: non enim pro dignitate & amplitudine, rem uoce apta satis reddit. Et* uirūm, *pro uirorum, syncope. Est item in eo contextu Zeugma: & in uocabulo Gaza, barbaralexis. Persæ eo opes signant,* πλοῦτον, *& urbem apud Persas regiam,* ἢ τοὺς ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους, ἢ τὰ τέλη: *hoc est, uectigalia, quæ à uulgo conferuntur, aut præmia.* γάζας, ἰχθῦς. ποιὸς γάζης ἀποφερόμενος. *Hinc gazophylacium,* θησαυροφυλάκιον, βασιλικὸν, ταμιεῖον. Ilionei.] *Enumerat postremò ducum aliquot naues, quarum aliæ post alias nonas agere ui tempestatis, & aquam admittere coeperunt. Quòd autem Ilionei nauem* ualidam *uocat, ad tempestatis amplificationem pertinet. Ilioneum hunc eodem libro oratorem Aeneæ fingit Poëta, eruditè ducto uocabulo ab Ilio, & Ilo, de quo extat apud poëtam Græcum Iliad. ξ. hunc Phorbantis filium, à Mercurio unicè inter Troianos, summum oratorem ostendens, adamatum scribit. Hic cum Peneleo Bœotiorum duce commissus, ab eo interfectus fuit.*

——ὁ δ' οὔτασεν ἰλιονῆα, «
υἱὸν φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα «
ἑρμείας τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσε. «
τῷ δ' ἄρ ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν ἰλιονῆα. «
τὸν τόθ' ὑπ' ὀφρύος οὖτα κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα. «
ἐκ δ' ὦσε γλήνην, δόρυ δ' ὀφθαλμοῖο διαπρὸ, «
καὶ διὰ ἰνίου ἦλθεν· ὁ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας «
ἄμφω· πηνέλεως δ' ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ, «
αὐχένα μέσσον ἔλασσεν, ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε, «
αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη· ἔτι δ' ὄβριμον ἔγχος «
ἦεν ἐν ὀφθαλμῷ.—— «

Iam fortis.] *Hunc noster uates Aeneæ comitē fidissimum, adeoq; indiuiduum affingit: at profectò nō temerè: nam ingenium Achatæ gemmæ, eruditè excelsum & fortem uirum utrobiq; comitari par est. Huius descriptio cùm apud alios, tum uerò apud Orpheum & Plinium luculenta extat, apud hunc etiam diuersa eius cognomina referuntur. Putatur contra aranearum & scorpionum ictus*

uehementer conducere: habet & præsentissimum propius obtuentibus oculis remedium: & intra as conclusa, sitim sedat. Phrygia tamen uires nullas habet: cùm ea quæ in Thebis Aegyptiis reperiatur, ualidam, adeóq; præsentaneam uim habeat aduersus serpentes. Hæc, præterquam quòd sitim sedat, recreat oculos: si in annulo gestetur, id uerò maximè. Hominibus apud quoslibet gratiam conciliat. Apud Achaten fluuium repertus dicitur hic lapis. quæ si ἀπηγεσιῶν ad uerum principem detorqueantur, quis non aduertit, Achaten prudenter iuxtà ac eruditè fidũ Aeneæ comitem in rebus gerendis esse adiunctum? Et ipsius nominis etymon ductum est ἀπὸ τοῦ ἄχεσ: hoc est, dolare, seu curis animi. Principibus enim in rebus gerendis, inq; regni administratione, cura ceu comes adesse debet: nam, ut Homerus disertè ait:

" οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
" ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Porrò autem Achaten nigram gemmam ferunt, & in medio circulos nigros & albos habere, iunctos simul & uarios. Vehementer adsimilis est hæmatiti. Creditur tempestates auertere, & flumina sistere. Pyrrhus Epirotarum rex in hoc lapide nouem Musas sculptas, & Apollinem cum lyra habuisse proditur. Porrò autem aiunt, Protesilaum ad Troiam ab Achate Troiano in pugna cæsum.

Abas.] *Troianus ille. Fuit & alius Græcus: cuius ab Aenea cæsi, postea in tertio mentionem facit Poëta. Cæterùm Abantes fuêre Eubœæ populi, quorum ducem facit Homerus Elpenorem. Eubœa ipsa, Abantia, ab Abante Neptuni & Aretes filio, uocata fuit. Refertur & alius, qui Megapentheum, propter Lynceum patrem occidit. Fuit is Lyncei & Hypermestræ filius, ut tradit Hyginus: homo bellicosus & acer. Porrò Abæ, urbs Phocica fuit, ubi celebre Apollinis templum erat: Pausanias author est. Qui Abas incolunt, dicuntur esse Argiui aduenæ, haberéq; nomen à duce hoc Abante, Lyncei & Hypermestræ F.* A

Aletes.] *Pathos ab ætate. Fuit alius quidam Aletes Aegisthi filius, qui falso nuncio deceptus, ubi accepisset è genere Atridarum neminem superstitem, & Orestem cum Pylade in Taurica immolatum, Mycenæum regnum inuasit. Porrò ἀλήτης Græcis, πλανήτης, πλανώμενος, erro, errabundus: & ἀλητὴρ, ἄλευρον, farina.* Hyems.] *Clausula, in qua à partibus ad totum transit: uniuersa classis iam dissolui cœpit, & admittere aquam. Hyemem, uim atrocem tempestatis uocat. Hyems, ἀπὸ ὕω Grammatici deduci arbitrentur. χειμὼν, quarta anni pars frigidissima, quòd id tempus pluuium sit, & humidũ. adeóq; inde quoque hymbrem trahi, quasi hyember. Rursum alij ab hiando deriuant: quòd anima à nobis emissa, tum maximè appareat. Inimicum, perniciosam aquam & humorem maris, hymbrem appellat: metaphora. Est enim propriè, aquarum densum agmen, toto cœlo è nubibus concretis deiectum: cùm nimbus subitaria magis fit, & repentinior. Sunt qui citra aspirationem & y scribendum putent: arguere id compositionem, ut september, & similia.* B

Fatiscunt.] *omnes dissoluuntur & aperiuntur. Fatisco, affatim hisco. Gell. lib. 17. cap. 2. fatisco à fateor deduci ostendit. Hisco, aperio, & deficis, ἀπαυδῶμαι καὶ ἀπαγορεύω.*

ARGVMENTVM.

Neptunus mare grauiter esse commotum sentit, caput ab vndis effert, oculis lustrat mare: classem Aeneæ toto æquore dispersam videt, ventos ad se vocat: quibus etiam valdè minatur, vtque è mari discedant, imperat, & de Aeolo vehementer queritur.

NASC.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissámq; hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa † undis: grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit unda,
Disiectam Aeneæ toto uidet æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas, cœlíq; † ruina.
Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurũ ad se, Zephyrumq; uocat, dehinc talia fatur.

† al. vadis,
† al. ruinã.

Interea magno.] *Ex arte fit, ut ubi humanæ uires deficiũt, ibi Deorũ interponatur auxiliũ: huic tãto Troianorum periculo cùm nemo succurrere mortaliũ posset, Poëta ad Deorum auxilium confugit: Neptunum ab illis subuenientem inducit: locus est ex Hom. sumptus Odys. 5. ubi Leucothea Vlyssi naufraganti auxilium præbet. Cumq; hæc ex tanto periculo salus Troianis contingat præter spem, peruique in loco peripetia est: nam peripetia Aristoteli dicitur, cùm personis introductis aliquid præter animi opinionem contingit, siue bonum, siue malum. Bonum, ut hoc in loco, & infrà, ubi à matre Aeneas intelligit socios suos ex tempestatis periculo ereptos Carthaginem appulisse: & à Didone regina quàm humanissimè tractatos fuisse: malum, ut antea dictum est, cùm speraret se iam ad Italiam peruenisse, exorta repentè tempestate, in Africam, quo minimè uolebat, impellitur.* Magno misceri murmure.] *perelegans alliteratio, quam mytacismum Grammatici ueteres appellarunt: magnus maris motus non tantùm significatione dictionum, sed & literarum, syllabarúmq; so(nis) nõ ob oculos nostros pani, subijciq; uidetur.* Sensit Neptunus.] *Poëta ad illud Poëta alludit, quod Cicero in tertio de Natura Deorum ait: Neptunum esse animum cum intelligentia per mare uagantem.* Stagna refusa uadis.] *hoc illud est, quod anteà dixerat:* C

" *—totúmq; à sedibus imis*
" *Vnà Eurus, Notúsq; ruunt.*

Nam aquæ uel in ima parte maris, quæ natura non mouentur, ui uentorum refundebantur: id est, retrò effundebantur, & quasi molibus oppositis repellebantur: per quod tempestatis magnitudo designatur, ac mare usque adeò commotum; ut uel in imo fundo perinde atq; ad littora irent, redirentq; fluctus. Virgil. in 6. Aeneid.

—— & tenebrosa palus Acheronte refuso.

Grauiter commotus.] *πάθος ab indignatione: nam indignatur Neptunus uêtos suo iniussu fuisse emissos.*

Et alto prospiciens.] *& hoc ἦθος habet uiri prudentis, & prouidi, solertisq; regis.* Placidũ caput.] *cùm ad futuram maris tranquillitatem indicandam, tum ad benignitatem animi sui erga Troianas declarandam: unde colligitur lenitatem principi necessariam ad bonos contra malorum insolentiam subleuandos: & seueritatem ad improbos coercendos: quamobrem philosophi principem cum ape comparant: quæ mel, & aculeum habet.* Disie-

ctam

A ctam Aeneæ] augetur πάθος: nam erat, quod grauiter Neptunus irasceretur, cùm mare absq; suo imperio ita cõmotum esse animaduerteret, ut ne profunda quidem quiescerent: ubi uerò classem Aeneæ huc illuc disiectam uidet, crescit indignatio, atque ira. Fluctibus oppressos Troias, cœliq; ruina.] exaggerat Troianorum incommoda ad maiorem excitandũ indignationis affectũ.

Nec latuêre doli.] coniectura, seu causideratio, uel, si mauis, ratiocinatio, quod Græcè λογισμὸς dici potest, à causa: hoc est, ex odio, & ira Iunonis in Troianos: quæ causa extitêre, ut Aeolus dolo, ac fraude Iunonis deciperetur, & deceptus maria concitaret.

LAMB. Hort. INTEREA.] In rebus desperatis, ex improuiso Deus præsentem laborantibus opẽ adfert. Quod Ino Leucothea Cadmi filia apud Homerum Odyss. ε. idem hoc loco Neptunus præstat. Illa Vlyssem miserata, humana forma mutata in mergum, in naui sedentem, his uerbis alloquitur:

» κάμμορε, τίπτε τοι ὧδε ποσειδάων ἐνοσίχθων
» ὠδύσατ' ἐκπάγλως, ὅτι τοι κακὰ πολλὰ φυτεύει.
» οὐ μὲν δή σε καταφθίσει μάλα περ μενεαίνων.
» ἀλλὰ μάλ' ὧδ' ἔρξαι, δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν,
B εἵματα ταῦτ' ἀποδὺς, σχεδίην ἀνέμοισι φέρεσθαι
» κάλλιπ' ἀτὰρ χείρεσσι νέων, ἐπιμαίεο νόστου
» γαίης φαιήκων, ὅθι τοι μοῖρ' ἐστὶν ἀλύξαι.
» τῆ δὲ, τόδε κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο τανύσσαι
» ἄμβροτον. οὐδέ τι τοι παθέειν δέος, οὐδ' ἀπολέσθαι.
» αὐτὰρ ἐπὴν χείρεσσιν ἐφάψεαι ἠπείροιο,
» ἂψ ἀπολυσάμενος, βαλέειν εἰς οἴνοπα πόντον.
» πολλὸν ἀπ' ἠπείρου αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι.

Tradit Vlyssi uittam, qua indutus se in fluctus præcipitet, cuius beneficio saluus in littus Phæacum enatet: sed quam, ubi terram attigerit, rursum in mare procul à continente abijciat. Adiuuat hunc ipsum Minerua paulò pòst, uentorum procellas uinciens, pacansq;: & quæ iubeat tempestates conquiescere, dum incolumis Vlysses in Phæacum littus euadat:

» αὐτὰρ Ἀθηναίη κούρη Διὸς ἄλλ' ἐνόησεν.
» ἤτοι τῶν ἄλλων ἀνέμων κατέδησε κελεύθους,
» παύσασθαι δ' ἐκέλευσε, καὶ εὐνηθῆναι ἅπαντας.
» ὦρσε δ' ἐπὶ κραιπνὸν Βορέην, πρὸ δὲ κύματ' ἔαξεν.
» ἕως ὅ γε φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μιγείη
C διογενὴς Ὀδυσεὺς, θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξας.

Contrà Maro Neptunum molestè ferentem inducit, quamuis nuper admodum ob ueterem iniuriam Troianis infensum, quod Aeolus in alieno regno sibi imperium usurpet, tumultus exciet, & turbas serat. Et hac potissimùm duas ob causas Troianis nunc præsens adest, pacatq; regnum suum alieno uitio turbatum. Misceri.] turbari: uenusta metaphorá, authoribus frequens. Hinc, Mare cœlo, sacra prophanis miscere. Vt igitur æstus uiolentiam pro magnitudine efferat, addit Magno murmure: quo horrendum fremitum maris sæuientis simul exprimat. Hyemem.] χειμῶνα, quam Græci non solùm τὴν ὥραν: id est, eam anni partem, uerùm etiam κίνδυνον, ταραχὴν, ζάλην, καὶ ἀνωμίαν interpretantur: pro in hyemem, procellam, tempestatem, & uentorum turbinem. Stagna.] Expolitio synonymia: ima summis commixta. Sunt autem propriè stagna, aquæ stantes, à stando, λίμναι: pro maris parte hic usurpauit Poëta. Eadem ratione uadum, imum lacus, fluminis & maris appellatur, per quod itur. Quare, quia nullum ibi profundum est, sed proinde securitas, in prouerbium tuta rei abijt, In uado esse. Hinc uadosum, quod pedibus transiri potest. Commotus] propinqua metaphora à corpore ad animum. Placidum caput ob id uocat, quòd Troianis periclitantibus præsentem opem esset allaturus. Classem.] nauium multitudinem. In classes quinq; Seruius Tullius urbem Rom. diuisit, inter quas, qui primæ classis erant, Classici dicebantur, primæ classis homines: inde per translationem, classicus, primi nominis, ut classicus scriptor. Classis item equitũ: & Classicum, tuba, cuius clangore exercitus procinctus ad pugnam accenditur: & Classiarij apud Modestinum lib. de Vocabulis rei militaris, qui cornibus exercitum ad pugnam accendunt: testis classicus, qui signandis testamentis datur. Troas.] Troianas enallage speciei: primitiuũ pro deriuata. Ruinam cœli.] Hyperbole periphrastica, atrocem tempestatem uocat tonitrua, uentos & fulmina. Fratrem] Neptunum. Saturnum ex Ope tres filios suscepisse ferunt, qui ita inter se regnum paternum diuiserint, ut Pluto inferiora, Iupiter superiora, Neptunus maria obtineret. A Græcis ποσειδῶν uel ob id dictus putatur, quasi ποιῶν εἴδη, formas atq; imagines faciens: quod hoc unum elementum, inquit Fulgentius, in se formet imagines spectantium, quod nulli alij elementorum competat. Tridentem ei attribuunt, quòd aqua triplici munere fungatur: liquido, fœcundo, & potabili. Quare disertè Pindarus, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Porrò autem, quod maris imperium huic decernatur, id inde factum creditur, quòd primus ausus fuerit nauibus maria experiri, quare à patre maritimæ rei præfectus fuit. Maris imperium ad eum modum consequutus, id demum obtinuit, ut ei uana posteritas, ueluti deo maris tutelari, diuinos constituerit honores. Ad hoc meritum accessit equorum domandorum nobile inuentum: quo contigit, ut à Græcis equester Neptunus diceretur: quare in Attica Neptuno equestri templum erectum fuit. Pingitur uitulus marinis inequitare. Eadem ratione, quia Pluto funebrem apparatum inuenit, docuitq; mortales quo pacto iusta & sepulchra mortuis redderentur, id adeptus fuit, ut mortuis imperium eorum quæ sub terra sunt, obtinere sit creditus. Ergo odiũ & artes Iunonis non latuêre Neptunum. Eurum.] Prosopopœia uentorũ, cum quibus perinde atq; cum rebus animatis, de iniuria facti expostulat. Sed & species pro genere usurpatur. Ventos ad se cõuocat. Decorè hæc pars ab Homero prætermissa est iuxtà, & necessariò. Nam cũ illic Neptunus in suo regno pro libidine ferociat, misceatq; omnia, nihil est quod cuiusquã iram metuat, cur ob iniuriam acceptã secũ expostulet. Contrà hic Aeolus, omnia in alieno regno in gratiã Iunonis perturbat: quare iure de accepta iniuria actionẽ expostulationis aduersus eum intendit.

NASC. TANTA'ne uos generis.] Neptuni oratio in uentos partim cõminatoria & increpatoria simul, partim etiam expostulatoria:

Tantáne uós generis tenuit fiducia uestri?
Iam cœlum terramq; meo sine numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego, sed motos præstat componere fluctus,
140 Pòst mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regiq; hæc dicite uestro:

iminatur uentis, & de Aeoli facto conqueritur. Ab increpatione inchoat nulla exordij seruata ratione, atque lege: non enim decet

iratos

Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso uentorum carcere regnet.

iratos sermonem suum ratione exordiri, sed ex abrupto, & cum impetu quodam animi ac uocis uerba proferre. *Primùm igitur uentos grauiter increpat, deturbatq; à genere: quia ab Astreo gigante originem ducunt: deinde illis supplicium minatur. Hac uerò increpatio à causa ducta est impellente ad iniuriam: quæ est confidentia generis: unde arguit uentos natura prauos, quia pessimo genere nati sunt: cuius confidentia aliena etiam inuadere non dubitant.* Iam cœlum, terramq; meo sine numine uenti Miscere.] *ὑπερβολικῶς factum exaggerat: nam cœlo terram miscere prouerbiali hyperbole est, omnia perturbare, atque tentare. Idem paulò diuersius in quinto Aen. dixit de Iunone omnia tentante:*

——maria omnia cœlo
Miscuit.

Et tantas audetis.] *rursus exaggerat per expolitionem.* Quos ego.] *supplicium minatur, & absq; interrogatione legendum est: uerbum supprimit per ἀποσιώπησιν figuram: quæ, ut Fab. Quint. refert, semper aliquid affectus ostendit, uel iræ, uel indignationis. Iræ quidem, ut hoc in loco: talis enim affectus ex imperfecta oratione cognoscitur: ut apud Terent. in Eunucho:*

Egóne illam? quæ me? quæ non?

Illic affectus iracundiæ orationem absolui non permittit: indignationis uerò, ut in Orat. pro Mil. an huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus est mentionem facere ausus esset uiuo Milone, ne dicam Consule? Sed si hic locus ad πολιτείαν deducatur, intelligi licet, regi irascendum quidem esse, sed irascundè nihil faciendum: hinc illud Athenodori ad Augustum Cæsarem: Cùm te ira exceperit, Cæsar, nihil priùs aut dixeris, aut feceris, quàm quatuor, & uiginti literas tecum ipse percurreris: ideo sequitur: Sed motos præstat componere fluctus.] *Hic, præter illud regis decorum, qui ut proximè dictum est, in æstu iracundiæ sibi temperare debet, etiam temporis, & personarũ haberi ratio uidetur: nam nisi supplicium differatur uentorum opportunè Troianis subueniri non potest: itaq; prudenter seipse reprimit, & de placando mari tantùm cogitat, quamobrem subdit:* Maturate fugam.] *magna uoce, & iracundiam significante proferendum est, ad terrorem uentorum: utrum uerò celerem uentis fugam imperet, an cum aliquo temperamento, iuxta uerbi tralationem, consilium mihi non est pluribus differere, adeat si quis uelit, grammaticos, Gellium in primis lib. 10. cap. 11. & Macrob. lib 6. cap. ult. hoc ego tantum dicam, uideri mihi celerem imperari fugam: quod si obyciat non oportuisse tam citò, ut citiùs Troiani portum subirent: respondeo, nauibus remos non defuisse, quibus citò, & minori incommodo portum adire possent: nam infrà dicturus est:*

Defessi Aeneadæ, quæ proxima littora cursu
Contendunt petere.

& quod ait, contendunt, *festinationem designat cũ uirium, ac remorũ conatu.* Regiq; hæc dicite uestro.] *Alteram aggreditur orationis partem: quæ tota in Aeolum querelam continet, illiusq; audaciam, atq; iniustitiam reprimit: qui alieni regni fines, contra ius, fasq; transire ausus fuerit.* Non illi imperium pelagi] *imperij sui potestatem, cũ Aeoli potestate comparat: quarum alteram* *extollit, alteram uerò aduersarij uehementer deprimit: nam sibi æquoris imperium esse sorte datum, ob idq;* A *etiam se gestare sceptrum trisulcum dicit: Aeolo autem nullum esse imperium, sed saxa, neque esse regem, sed carceris custodẽ.* Sæuumq; tridentem] *hunc pro sceptro gestat, ut Iupiter trisulcum fulmẽ, Pluto Cerberum tricipitem: hæc sunt imperij illorum insignia.* Sorte datum.] *lege Homer. Iliad. 15. qui hanc rem sub Neptuni persona elegantissimis uersibus explicat:*

τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί.

& reliqua notior est doctis locus quàm hic adscribi oporteat. Tenet ille immania saxa.] *acerba irrisio.* Illa se iactet in aula.] *ἀστεϊσμός.* Et clauso uentorũ carcere regnet.] *perstat in irrisione, nulliusq; potestatis Aeolum esse ostendit: qui ne carcerem quidem uentorum nisi iussus aperire potest: nam suprà dictum est:*

Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.

TANTA.] *Expostulatoria iudicialis, stomachi plena oratio. Quoniam autẽ querela est de iniuria facti, status est iuridicialis. Exordium abruptum est, accommodatum concitato, ob inexpectatã uim, & subitam. Exaggeratur affectus perpetuis interrogationibus, amplificationibusq; iniuriarum. Tale est illud Cic. in Catilin. Quò usque tandẽ abutere Catilina patientia nostra? &c.* L A MB. Hort. B Tanta.] *A graui reprehensione falsò cõceptæ fiduciæ de generis imaginibus: id quod non obscuris conuincit argumentis. Nam nisi eam persuasionem induissent, non maria cœlo miscerent, non tempestatem in alieno imperio cierent.* Genetis.] *Venti enim finguntur Auroræ & Astræi filij. Astræus Titanum unus fuit, qui cœlum armis expugnare adorti dicuntur.* Iam cœlum.] *Propositio: in expostulationis cõtrouersiam uenit, quòd suo iniussu regnum suum populentur. Proin belli iure se res repetere posse, & ob datum damnum arma uicissim sumere. Cæterùm summatim iniuriam proponit: quam pluribus dilatare, præsens naufragantium periculum dissuadet. Suprà annotauimus, cœlum terramq; & maria cœlo miscere, & ipsum uerbum* Miscere *citra adiunctum, prouerbialia esse apud bonos authores, pro eo quod est, omnia perturbare ac confundere. Idem pollet, Sacra profanus permisceret.* Meo sine.] *Emphaticõs augustam maiestatem suam indicat, pariter & imperij amplitudinem.* C *Neque uerò illud omittendum, contemptim per extenuationem uentos eum appellare, ut propè nihili & inania nomina. Quid enim uento leuius? Et apud Homerum, ἀνεμώλια βάζεις: & Ventis loqui, & in uentos abire. ἀνεμώλια, μάταια, ἄκαιρα, ἐκ τοῦ μετὰ τῶν ἀνέμων πωλεῖσθαι καὶ φέρεσθαι τὰ τοιαῦτα.* Tantas.] *Exaggeratio iniuriarum, per expolitionẽ: quòd supra omnem modũ tumultuentur in aliena ditione, sed maximè in eum, à quo nulla iniuria sit profecta. Metaphoricè moles tantas appellat, horrendam tempestatem: cùm propriè magni ponderis rem, & proin difficultatem signet.*

Quos ego.] *Comminatio talionis pro damno dato, acceptaq; iniuria. Aposiopesis indignãti accõmodata: subauditur, malè multabo. Verùm periclitantiũ habita ratione, ne dum uindicta esset occupatus, illi perierint, ad sedandos fluctus se conuertit. Nam illud quod statim sequitur,* Sed motos, *uerba sunt reprimentis se, & rationis iudicio furorem remittentis. Porrò autem in Neptuno uidetur*

Poëta

A *Poëta id spectasse, ut optimi principis mores delinearet: cuius ex æquo sit, in malos animaduertere, & bonos defendere: iniuriam prohibere, neq; omnia pro iure suo persequi: clementer cum hostibus agere, uindictam sæpè in aliud tempus differre: remittere nonnunquam iniuriam, authoritate magis terrori hostibus esse, quàm armorum ui. Quare Neptunum inducit grauem, cordatum, pium, authoritate pollentem, qua iniuriam prohibet magis quàm ulciscatur.*

Componere.] *Aptissimo uerbo utitur, in negocio periculoso. Præstat fluctus turbatos concitatosq; tranquillare, quàm uindicando acceptam iniuriam, me ulcisci. Dicimus autem bellum componere, & pacem componere: pro constituere, comparare. Dicta cum factis componere, ornare, comere: unde compositi crines: redimere. ut componere precio, pacisci: ut, ex composito rem gerere. Est autem elleipsis, deest enim altera orationis pars: Satius est fluctus sedare, quàm ulciscendo nauigantes in præsens exitium conijcere.* Maturate.] *Clausula, qua summatim rem indicatam pronunciat. Nam comminatus uindictam, si secundùm uim faciant, eos è suo regno facessere iubet, cum mandatis ad Aeolum. In re periculosa selecto uerbo*
B Maturo *significanter utitur. Est autem maturare, quod neq; citius est, neq; tardius in motu, sed mediũ quiddam & temperatum: author est Nigidius, teste Macrobio. Et rectè quidem ille, inquit: nam & in frugibus & pomis, matura sunt, quæ neq; cruda, neq; caduca, neq; nimium cocta, sed tempore suo temperatè adulta. Hanc interpretationem Augustus Cæsar duobus uerbis Græcis eleganter exprimere solebat, non solùm in sermonibus & colloquio familiari, sed etiam in scribendis epistolis, σπεῦδε βραδέως. Quo monebat, ut in agendis rebus adhiberetur & industriæ celeritas, & tarditas diligentiæ: ex quibus duobus contrarijs, ceu antithesi quadam, fit maturitas. Prouerbium post Augustum usurpauit Vespasianus Imperator: ac postremò ad Aldum Manutium tanquam tertium heredẽ peruenit. Explicatur copiosè simul & disertè ab Erasmo. Sed maturare Grammatici ita finire solent, festinare, ut legitimum tempus non anteuertas. Itaq; Poëta Neptunum ita uentis imperantem facit, ut discedant quidem quasi fugiant, sed tamen standi mediocritatem in ambitu teneant: ut maturè hoc est, temperatè abeantes. Veretur enim, ne præcipiti fuga classi noceant. Sunt autem propemodũ contraria, maturare & properare.* Regi.] *Addit mandata ad regem Aeolum, cuius iussu huc grassatum immissos constabat. Summa autem mandatorum est, ut ille regij muneris admoneatur, cogitetq; regnorum omnium esse certos fines ac cardines, quos transire ad hostilia inferenda nemo debeat. Omnibus in suo regno perpetrare, quæ uelit, permissum. Proinde si illi tumultuari fuerit uisum, in suo regno ex libidine insolescat, atque alienos terminos infestè ne transcendat. Summatim regnorum inter se collationem facit. Vterq; imperamus: ego mari, ille uentis. Ergo in suos ipse imperium, ut libitum est, exerceat.* Sorte.] *In diuisione regni paterni, mihi sorte maris imperium cessit: cùm ille regnum suum non hæreditarium, sed Iouis beneficium solum obtineat. Est autem extenuatio potentiæ authoritatis, & dignitatis Aeoli. Augustius enim ducit mari imperare, quàm immanibus saxis: regnum per manus paternum hæreditaria successione obtinere, quàm alterius, cui semper obnoxius sit, & qui repetere, cum uidebitur, possit, beneficium possidere. Illustrat appositione, quæ dicat* Immania saxa. *Tapinosi arduos montes, quibus conclusi uenti coërcentur, ad extenuationem regni, appellat saxa. Tridentem fuscinam suam, per copiam pro imperio usurpauit: metonymia.* Iactet.] *Insolenter per imperandi impotentiam se gerat, quando omnino ingenium suum ostentare placet. Illud autem hoc loco obseruandum est, Aeolium regnum per extenuationem modò aulam, modò contemptim rursum carcerem appellari, in quo conclusos uentos constringat ac uinciat. αὐλὴ, atrium: hinc αὐλαῖα, quibus parietes uestiuntur ornamenta. Hæc & παραπετάσματα, & περιστρώματα nuncupantur: ut τάπητες & tapetia uestes dicuntur, quibus equi, mensæ & pauimenta insternuntur.* Se iactet.] *insolenter ostentet, inaniter glorietur, quod Græci dicunt μεγαλαυχεῖν. Latiùs huius uerbi significatum funditur: ut aliàs partim commemorauimus. Quæ porrò statim sequuntur, expolitio sunt: illustrius enim reddit huius uerbi dubiam significationem.*

ARGVMENTVM.

C Neptunus mare temperat, serenatq; cœlũ: Cymothoë, & Triton Dei marini naues Aeneæ è scopulis detrudunt. Neptunus ipse uolucri curru mare percurrit: cuius prospectu omnis fragor, marisq; tempestas cœcidit, non aliter ac populi furentis seditio tumultusq; ingens interuentu grauis, sapientisq; uir quiescere solet.

Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit.
Cimothoë, simul & Triton adnixus, acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrtes, & temperat æquor,
Atq; rotis summas leuibus † perlabitur undas.

† al. pellabitur

NASC. Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat.] *Peripetia est, quæ admirationem habet: mirũ est enim uel ipsis Troianis extanta procella tam repentè liberari: & æquor iam turgidum, ac tantopere concitatũ, tam subitò placari, atq; quiescere: qua ex re illud colligitur, quod rhetores præcipiunt, habendam esse ubiq; temporis, & personarum rationem: nam quia periclitantibus Troianis citò subueniendum fuerat, hic Neptunum facit celeriter maria placantem: in quinto uerò Aeneidos, ubi nullum mortis periculum Troianis impendet, hoc ociosius agit, & latiùs oratione uagatur:*

" *Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis:*
" *Vnde genus ducis: merui quoq; sæpè furores*

" *Compressi, & rabiem tantam, cœliq; marisq;*

& quæ sequuntur longo illo, ac elegãti progressu. Igitur ad designandam facti celeritatem, dixit Poëta, dicto citius: *nam ubi quis citra moram id re præstat, quod uerbis pollicitus est, Latini, non absque prouerbiali specie, dicto citiùs dicunt: id est, illicò, posteaquam dixeris: sumptumq; apparet ex Homero Iliad. A.*

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δ' ἔργον.

Collectasq; fugat nubes.] *Duo simul antè descripserat maris procellã, cœliq; tempestatẽ, ideo nunc placidũ ait factũ fuisse æquor, & serenatũ cœlum: tertium relinquebatur, ut naues, quæ in scopulos, & syrtes, ui tem-*

pestatis impulsæ fuerant, leuarentur: quamobrem Neptunus Cymothoën, & Tritonem ad eas è saxis detrudendas mittit: ipse uerò suo tridenti Syrtes aperit, & mare temperat. Adnixus.] *hoc uerbo quasi gestum detrudentis expressit.* Atq; rotis summas leuibus perlabitur undas.] *Fingitur à Platone in critia equos Neptuni fuisse alatos: eorúq; habenas, ipsum eum curru uehitur, manu tenere: huc proculdubio alludens Poëta, leuibus rotis dixit. quod & apertiùs expressit paulò inferiùs, cùm ait:*

——currúq; uolans dat lora secundo.

LAMB. Hort. Sic ait.] *In pacandis fluctibus prudenter ordinem, ut in aliis omnibus, seruat. Vt laborantibus maturè adsit, primùm fluctus componit, & æstum sedat. Inde, id quod proximum est, serenitatem, nubibus depulsis, cœlo inducit. Postremò clara Solis lux affulget. Et ne quid opis uspiam in fluctibus (omnibus naualibus amissis) luctantibus desit, ipse una opera Tritonis & Inus Leucothoës adiutus, curam nauium scopulis & Syrtibus hærentium agit: optimíq; principis munere fungens, qui afflictorum misereri norit.* Sic ait.] *ὣς ἔφατο, usitatissimum Homero: quod doctè reddidit.* Dicto citius tumida æquora placat.] *Miram celeritatem in iuuando indicat. Schema prouerbiale est, quo significare solemus, quàm ocyssimè, citra moram, re ipsa id præstari, quod uerbis pollicemur. Effertur parœmia diuersis rationibus:* Cum dicto.] *id est, statim quàm dixeris: Dictum ac factum, λεχθὲν καὶ πραχθέν, ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον. Sumptum apparet ex Homerico illo:*

αὐτίκ' ἔπειτ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δ' ἔργον.

Idem pollent hæc fermè: Citis quadrigis, nauibus atque quadrigis, uelis remisq;, eueftigio, & similia. Aequora *epithetικῶς uocat* tumida, *per similitudinem: quòd fluctibus uento concitatis, ipsa intumescere uideantur, simul atq; insurgere cœperint.* Cymothoë.] *Ino, maris nympha, è Nerei filiabus. hanc Homerus mergi similem, in naui præsentem affingit:*

τὸν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὼ
Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς.
ἥ ῥ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον ἄλγε' ἔχοντα,
αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσετο λίμνης.
ἷζε δ' ἐπὶ σχεδίης, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε.

Quo loco Poëta eam non Nerei, sed Cadmi forma honestam filiam uocat: Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνώ. Certè Hesiodus in Deorum genealogia, eam inter primas Nerei quinquaginta filias recenset:

Κυμοθόη, σπειώ τε θοή, θαλίη τ' ἐρόεσσα.

Nomen à re factum est, ἀπὸ τοῦ κύματος: id est, fluctu, καὶ θέω curro, siue θοός, celer, impetuosus. Plinius Cymothoën fontem in Achaia collocat. Triton] *Aiunt hunc Neptuni & Salatiæ filium: alij Oceani & Tethyos, tubicinem Oceani & Neptuni, atque uti concha pro buccina. Porrò Nereidum & Tritonum descriptionem haud perinde fabulosam produnt, atque persuasum uulgo habetur: nam (si Plinio credimus) Tiberio principi nunciatum fuit à quodam, uisum auditumq; esse in quodam specu concha canentem Tritonem, ea qua creditur forma. Et* A *Nereidum, inquit, falsa opinio non est, squamis modò, hispido colore etiam, in quo humanam effigiem habent. Cæterùm, ut ad Tritonem reuertamur: Triton ipse amnis est in minori Africa, super quem palus est, in qua primùm uisus sit. Fertur autem, cùm hic concham inuentam excauasset, eam secum ad Gigantes attulisse, atque ibi quendam hactenus inauditum sonitum emisisse. Tradunt, hostes tum ueritos, immanem ominosamq; beluam aduersus se adductam fuisse, à qua mugitus ille ederetur: quare illicò se in fugam abstulisse, atque hoc pacto uictos, postremò in hostium potestatem peruenisse. Ad hanc eandem paludem incolæ arbitrantur Mineruam genitam, atque inde cognomen ei inditum, ut Tritonis diceretur. Faciuntq; ei fabulæ fidem aliquam: quòd, quem natalem eius putant, ludicris uirginum inter se certantium celebrent. Et urbs Triton in Libya est, & alia item in Bœotia: ad quarum alteram alij arbitrantur Mineruam genitam: hinc Tritogenie, & τριτογένεια dicta est. Redeo ad Tritonem tubicinem. Scribunt esse δίμορφον, παρόσον τὰ μὲν ἄνω ἄχρι ἀνθρώπου, τὰ δὲ κάτω ἰχθύος: id est, biformem, quòd superiori corporis parte humana forma* B *sit, posteriori piscis. Græcorum scriptorum Scholiastæ, Κένταυρος (inquiunt) ἦν ποσειδῶνος καὶ ἀμφιτρίτης, τρίτων· τὰ μὲν ἄνω μέχρι καὶ ὀμφαλοῦ ἄνθρωπος, τὰ δ' ἐξ ὀμφαλοῦ μέχρι καὶ ἄκρων δελφίς· καὶ οἷον εἰπεῖν, ὥσπερ ἰχθυοκένταυρος. Propriè Triton Neptuni & Amphitrites filius est: suprà usque ad umbilicum homo, inde ab umbilico ad caudam usque delphis, & (ut sic dicam) ichthyocentaurus. Porrò Nilus Triton à Lycophrone in Cassandra appellatur:*

Τρίτωνος ἠλοκισμένη ἀκοαῖσι μακρῷ
ζέοντος ὑγρῶν ἀσπάθη ἐπὶ ξανθῆς σάλου,

οὗ id, quòd ter denominatus dicatur: primùm Oceanus: inde Aëtus: hoc est, aquila, propter cursus uelocitatem: postremò Aegyptus. Cæterùm Nili nomenclaturam recentiorem existimant, etymo uocis tracto ἀπὸ τοῦ νέαν ἰλὺν ἐπάγειν καὶ χρονιῶ τὸ πῖλος. τρίτω, idem aliquis quod ῥεῦμα. τρόμος, ῥόος, unda seu fluentum. tremur, metus. Nicander tamen Colophonius, teste Hesychio, φησὶ τρίτω τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμᾶνας. Sed de Tritonide in secundo plura. Ipse.] *Emphasis: Neptunus, maris imperator. Et ut summum eius cona-* C *tum ostendat, addit, cum admotu tridente: hoc est, sceptro regio, naues detrusisse: alioqui parum decorè, nisi plus salutis Troianorum, quàm maiestatis rationem haberet.* Aperit.] *ostendit, metaphoricè. Præter propriam enim significationem, usurpatur pro nudare & detegere: ut, aperire caput: quod obscurum est, luculentum reddere: quo pacto dicimus, fabulæ alicuius inuolucrum aperire. Hinc apertum, clarum, dilucidum & luculentum.*

Rotis] *Fingunt, Neptunum alioqui uitulis marinis inequitare. Hic ad authoritatem conciliandam, & maiestatem regiam augustiorem subijciendam, curru per summos fluctus uehi inducitur: Vtq; æquitatem maris assimet, leuibus rotis per summas undas uectum narrat.*

Ac ueluti magno in populo, cùm sæpè coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus:
Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, ac meritis, si fortè uirum quem
Conspexêre, silent, arrectisq; auribus astant:

NASC. Ac ueluti.] *Neptuni factum exaggerat per comparationem à populari seditione deductam: quam uir prudens, & eloquentia præditus cùm grauitate præsentiæ, tum orationis suauitate sedat, & comprimit: nam uis uentorum,*

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cūctus pelagi cecidit fragor, æquora postquā
Prospiciens genitor, cœloq́; inuectus aperto
Flectit equos, curruq́; uolans dat lora secundo.

A uentorum, ac tempestatis furenti populo, maiestas uerò Neptuni sapientis hominis grauitati cōparatur: quemadmodū igitur furens populus inspecta sapientis hominis grauitate, quiescit, arma ponit, seq́ ad illum audiendum comparat, ita quoq; uentiuiso Neptuno summæ diuinitatis numine furorem exuunt, & fugam adornant: unde & mare mitescit, tranquillumq́ efficitur. Magno in populo] rectè magno: quia magna quoq; describitur maris tempestas: utq; magno in populo magna fieri solet seditio, ita quoq; ex magna uentorum uarietate, magna oritur in mari tempestas: et mirè profectò huic rei quadrat comparatio: nam ut seditio in ciuitate oritur, cùm ciues alij in alios insurgunt: ita in mari procella fit, cùm uenti alius in alium ruit. quamobrem paulò antè dictum fuit
» Vnà Eurusq;, Notusq; ruunt, creberq; procellis
» Africus.
Sunt qui hoc de populo Rom. dictum putent, & seditionem theatralem, cuius auctor fuit L. Roscius Otho. quem
B Cic. defendit, & uirum grauem Ciceronem intelligant. Ego uerò generalem esse comparationem existimo, & de quocunq; magno populo, de quauis populi seditione, & de quolibet sapienti, grauiq; uiro intelligendum esse opinor: non tamen sperno eò Poëtam more suo allusisse. Sæuitq; animis ignobile uulgus.] plebs usq; sexest ciuitatis, ac discordiæ seminariū: multas in plebe Rom. ortas fuisse seditiones: quæ reipub. malorum causa extitêre, Romana historiæ fidem faciunt. Sed hæc quasi definitio superioris uocis, seditio, uidetur. Iamq; faces, & saxa uolant.] seditionem propriè describit, & per ὑποτύπωσιν ob oculos legētium proponit. Tum pietate grauem, ac meritis.] quanta sit uis sapientiæ, & eloquentiæ simul hic apertè designat: quæ seditiones tollit, & quod sæpè armis fieri non potest, id sola facit, sed hac de re Cic. in 1. de Orat. & alibi. & Aristot. in rhetor. ad Alex. meminerunt.
Arrectisq; auribus astant.] id est, auidè auscultant: quæ dicendi ratio à prouerbiali locutione nō abhorret: est autem à ceruis præcipuè ducta tralatio, qui ut inquit Aristot. in 9. de natur. animalium cùm aures subrexerint, nihil est illis auritius, cùm demiserint, nihil surdius. Ille re-
C git dictis animos.] Hoc ad eloquentiam, illud uerò superius ad sapientiam referri potest. & optimè sanè, regit, dictum est: nam & Aristoteles ipse ad Alexandrum eloquentiam sapientiæ iunctam humanæ uitæ gubernatricem appellat. Sic cunctus pelagi cecidit fragor.] comparationi institutum accommodat.
Genitor.] maris, id est, rector: ita quoq; Ouid. in Meta.
» Cumq; tridentigero tumidi genitore profundi.
Flectit equos.] Neptuno equi tribuuntur: nā & in 5. Aen. equis utentem facit:
» Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit
» Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas.
nec immeritò: nam Hippius dictus est: id est, equester, uel quod Pegasus ex eo natus est, uel quod tridentis ictu terra equum excierit. hinc propterea factum est ut nono quoq; anno, sicuti Sex. Pomp. Festus admonet, Illyrij quatuor equos in mare Neptuno projicerent.
LAMB. Ac ueluti.] Vt apertiùs coarguat Poëta, quid in Ne
Hort. ptuno spectet, narrationem dilatat comparatione: quā duxit à natura rerumpublicarum: quæ secessionibus, seditionibus & motibus intestinis (quales nos hoc tempore, cum memorabili & animi nostri ægritudine & oculorum dolore aliquando uidemus) omnia sacra prophanis permisceant. Neptuni regnum tempestatibus uentorum turbatum cum republica comparat, tumultibus ardente: ipsumq́ue adeò in ea, cum uiro authoritate pollente, qui blandimentis, eloquentia, & facundia sua seditiosum uulgus ab armis ut discedant, facili momento inducit. In quo illud in primis obseruandum, inutilem suis principem, inutilem urbi Reipublicæ rectorem esse, nisi authoritate, prudentia & facundia præditus sit. Quæ quoniam solæ uirum commendant, facilè fit ut populi rabiem ad arma prosilientis componat. Obseruandum est ingenium & natura tumultus, in quo per furorem arma expediuntur. Hæc nulla ui, nisi authoritate optimi principis, quiq́ue his artibus clarus habeatur, extorqueri possunt: Sola uirtus omni ferocia superior, hanc facem extinguit. Eleganti hypotyposi naturam seditionis subijcit: rursus ad concionantis uerba, uulgi arrectos animos proponit. Quo loco expendendum est, quanta uis sit eloquentiæ, cuius flexanima hominum mentes pro arbitrio dicentis finguntur, & stimulus in auditorum etiam absentium animis relinquatur: id quod de Pericle à ueteribus proditum est. Ad postremum, qualis quantusq́ue sit bonus Orator. uir cùm ingenij natura præstans, tum qui pulcherrimas artes penitùs mente complectatur: datus rebus humanis, perfectus undique, optima sentiens, optima dicens, quò innocuos tueatur, & improborum scelera puniat, quiq; in quæstionibus pecuniarijs contra improborum calumnias ueritati patrocinetur. Sed in maioribus summus hic clariùs elucet, cùm regenda sedanaue consilia erunt, & popularis error ad meliora ducendus est. Magno in populo.] in magna republica.
Animis ignobile uulgus.] spiritu ā ferocia. Faces.] Amplificatio effectorum seditionis: & ad naturam rei etiam pedes attemperat, ut non quæsiti, sed nati ita uideantur. Volant.] Metaphora, ab auibus ad non animal. Fax, fustis est, aptus ad faciendum lumen, incisus, inunctus pingui liquamine. Antiqui faces dixêre. Transfertur pro incitabulo. Pietate.] Duo potissimùm authoritatem gubernatori reipublicæ conciliant: pietas, & merita in patriam, modò ne sint omnino ἀγνώμονες καὶ ἀχάριστοι. Arrectis.] Hypotyposis aduertentium animos, ac subitò ab armis discedentium. Arrectis auribus, ὀρθίοις ὠσίν: æschrologia. Refertur prouerbij uice in eos, qui auidè auscultant: in primis uerò ad ea quæ dicuntur, & ipsorum referant, aut expectant quid dicendum sit: ductum ab animantibus, quorum nonnullis mos est, si quid eminus audiant, extemplò aures surrigere. Ceruis hoc peculiare esse, tradit Plinius libro 2. capite 32. Cùm erexêre, inquit, aures, acerrimi sunt auditus: cùm remisêre, surdi. Sic. Applicatio rei, quæ cum seditioso populo, principe bono, & uiro graui, beneq; merito de suis, confertur. Fragor.] sonitus, ex qualibet re confracta redditus, uidelicet, ut ex arboribus: neq; uerò solùm ex arboribus, aut aridis lignis fractis, sed & tectis ruentibus claro sono. Genitorem maris, deū uocat: quòd omnia flumina, omnesq; amnes è

mari gignantur: uel quòd ipsum mare ea suscipiat. unde fontium nymphæ, & marinæ, Nerei filiæ à poetis finguntur. ὁ δὲ νυμφὲ μελιαῖ μὲν δαίμων ἐστὶ θεός, οὗ καὶ δαψιλοῦς τῆς ἀκταιοῦ θυγατέρα αἱ νυμφίδες. Flectit equos.] *Compositio, præcipitantiæ rei conueniens.* A Curru, *pro currui, antiptasis: uel, ut alij placet, ἀποκοπή. Secundo curru, ac temsfiis habens, cursus uelocitatem indicat.*

ARGVMENTVM.

Troiani ualida tempestate defessi, remigantes ad proximam, quam oculis cernebãt, Libyæ regionem appellunt: ibiq; portum fortè subeunt: quo nullus in toto terrarum Orbe alius aptior, commodiorq; nauigãtibus reperiri potest: quem Poeta eleganter & scitè depingit.

NASC.

Defessi Aeneadæ, quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere, & Lybiæ uertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, in'q; sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atq; hinc uastæ rupes, gemini'q; minantur
In cœlum scopuli, quorum sub uertice latè
Aequora tuta silent: tum syluis scena coruscis
Desuper, horrẽti'q; atrũ nemus imminet umbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendẽtibus antrum:
Intus aquæ dulces, uiuo'q; sedilia saxo:
Nympharũ domus. hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.

Defessi Aeneadæ.] *Iã tãdẽ ad rem redit: quam lõga tẽpestatis descriptione omiserat. Igitur sedato mari festinant Troiani ad proximũ litts nauigare. & hoc est quod ait,* contẽdũt: *nam contendere est omni conatu, quanta'q; fieri potest celeritate, aliquid efficere.*

& Venere uiam monstrante, Carthaginem proficiscitur: quæ ciuitas in continenti terra est: intelligatur ergo locus iste, portus esse in longo tractu, seu in longitudinem porrectus, quem insula facit: cuius latera fluctib. obstant, ne portus tranquillitas perturbetur, multi sunt in mari, & præsertim in B

Est in secessu longo.] *iterum digreditur, & portus descriptione materiam locupletat: quæ, si uera est, appellari uolunt* τοπογραφίαν, *sin ficta,* τοποθεσίαν: *hunc portum quidam asserunt esse in Hispania, quem hic Virgilius poetica licentia in Africa esse describit, Homerus Ithacæ insulæ portum facit: mihi uerò probabilius est, portum hũc de industria à Virgilio, sicut ab Homero descripta fuisse: qui Troianis uehementissima tempestate uexatis omnibus in rebus aptissimus esset: nam Poeta, uti Aristoteles in poëtica scriptum reliquit, perfectam cuiusque rei formam respicere debet: hoc uerò portu neq; natura, neq; ars ulla portum absolutiorem, uel nautis procella fatigatis aptiorem, commodiorem'q; fingere potuisset. Quamobrem tota loci facies ueluti spectanda depingitur: cuius singulas partes si quis certo, maturo'q; iudicio secum cogitet, ac diligenter expendat nullas non aptissimas, aut non maximè necessarias Troianis esse reperies: nam primum tranquillus, placidus'q; est: quia propter obiectum laterũ ab omnibus undis est tutus, occultus, & amœnus, aquam tum dulcem, tum copiosam, nemus frondosum, scopulos altissimos habet: tranquillitas portus necessaria erat propter naues tempestate discissas: quod esset occultus, plurimum proderat, propter regionis solitudinem, & gentium feritatem: amœnitas uerò opaci nemoris, cùm ad Solis ardores euitandos, tum ad animos Troianorum recreandos ipsa uerò opacitas ad occultandas naues ualde opportuna fuit: aquarum dulcium copia, ad usum hominum: scopulorum altitudo ad maris latitudinem prospiciendam utilissima erat. Sanè hæc portus descriptio ex Homeri Odyss. 13. sumpta quidem esse uidetur, sed iudicio doctissimorum, noster melius quàm Homerus expressit: cuius rei ut quisquis doctus iudicium facere possit, locum indicabo:*

φόρκυνος δέ τις ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
ἐν δήμῳ Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ.

& quæ sequuntur alia. Locus.] *Hic locus non insula est, sed terra continens, ut ex his quæ sequuntur postea, intelligi potest: nam Aeneas cum Achate locum explorat,* *Dalmatia, portus ab insulis facti, earum'q; situ tranquilli. ideo Poëta subdit:* Insula portum Efficit.] *Sed quomodo efficit? docet ipse cum ait:* Obiectu laterum.] *quia duo latera loci in portum uergentia, ut inquit Homerus, mari obiecta sunt, eius'q; impetum frangunt: itaque portus ab undis tutus efficitur, quamobrem sequitur Poëta:* Quibus omnis ab alto Frangitur, in'q; sinus scindit sese unda reductos.] *rẽ oculis subiecit: nam fluctus ab alto ueniens, si in scopulum impingit, scinditur, & retrocedit, iterum'q; & sæpiùs ad scopulum redit.* Hinc atque hinc uastæ rupes, gemini'q; minantur In cœlum scopuli.] *Amplificat per expolitionem: non enim aliud esse opinor, uastæ rupes hinc, & hinc, nisi latera, de quibus proximè dixerat, obiectu laterum, quæ itidem ab Homero describuntur:*

——δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
Ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι.

Quarum quidem rupium, seu laterum hanc Homerus utilitatem ostendit, quia portus à flatu, impetu'q; uentorum fluctus concitantium, defenditur: sed noster geminos scopulos addidit, non quòd aliud essent rupes, aliud scopuli, sed rupes intelligit usque adeò eminentes, ut montium altitudinem æquent: nec id absque iudicio: nam alti scopuli uentos ab alto uenientes faciliùs, & meliùs arcere possunt, quàm prærupta rupes: non enim omnia prærupta excelsa sunt. Quorum sub uertice latè Aequora tuta silent.] *Quia ob altitudinem scopulorum portus non offenditur. commendatio est à tranquillitate.* Tum syluis scena coruscis Desuper, horrenti'q; atrum nemus imminet umbra.] *Laudat ab amœnitate, & à rerum occultandarum commoditate. & fortasse oculatius sylua atrum'q; umbra nemus ponitur, quàm (ut Homerus fecit) patula oliua, siue palma sic enim ille ait:*

αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.

nam sola oliua nec classem occultare, nec tantum opaci frigoris, quanto ad Troianos recreandos opus fuerat, præbere poterat, at opacissimi nemoris umbra, id como

A id commodissimè præstare poterat. Fronte sub aduersa.] ex apposita, seu è regione. Lucret. lib. 6.

——non tam concurrere nubes
Frontibus aduersis.

Scopulis pendentibus antrum.] hoc antrum Homerus prope oliuam ponit, noster uerò in opposita frōte portus: quanquam hoc non tollit, quin iuxta nemus contraq; frontibus existere possit sic Hom.

Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδές.

Intus aquæ dulces.] Homerus aquæ perpetuæ dixit:

ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα.

Sed quod non ab omnibus poterat intelligi, expressisse melius fuit. Viuoq; sedilia saxo.] Homerus crateras, & amphoras lapideas intus fuisse ait. Nympharum domus.] & hoc Homeri est. sed plus ille dicit, illic Nymphas linea cærulea texere: noster uerò superuacanea resecās, illa tātum attingit, quæ ad portus commodū faciūt, uerùm quia in antris, & fontibus Nymphæ habitare dicūtur, ut uno uerbo plenā loci laudem exprimeret, Nympharū domus dixit. Hic fessas non uincula naues Vlla tenēt, unco nō alligat anchora morsu.]
B quanta sit portus tranquillitas, ostenditur, cùm ibi naues absq; anchoris, & retinaculis ab impetu maris tutæ existāt. igitur Hic, non in antro, ut ego quidem existimo, sed in portu. Quod uerò ait, Anchora morsu, μεταφορικῶς est, in sexto, dentem tenacem appellauit.

——tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

additur hic etiam ornatus, & splendor, ex geminatione ulla, ullo.

LAMB. Hort. DEFESSI.] Clausula antegressæ totius narrationis unde redit ad fortunam Troianorum. Neptuni beneficio mari tranquillato, Aeneas ægrè magnus post horrendam tempestatem periculis defunctus, in Africum portum reijcitur. Aeneadæ, Troiani antonomasia. Contendunt.] certatim laborant. metaph. ab arcu ducta. Libyæ.] Africæ. Libyam dictam contendunt ἀπὸ Λιβύης τῆς Ἐπάφου καὶ Μέμφιδος θυγατρός. καθὼς σχεδὸν οἱ πολλοὶ ἱστορικοί φασιν. Ἄνδρων δ' ὁ Ἁλικαρνασσεύς, Ὠκεανόν φησι γῆμαι δύο γυναῖκας, Ὀμφαλίδην καὶ Παρθενόπην, ἐξ ὧν τέσσαρας θυγατέρας γενέσθαι, τὴν μὲν Ἀσίαν καὶ Λιβύην, ἑτέρας δὲ Εὐρώπην καὶ Θρᾴκην· ἀφ' ὧν κι-
C γῆσαι ἐκκληθῆναι τὰς χώρας. Id est, A Libya Epaphi & Memphis filia, quemadmodum omnes fermè historici produnt. Andron autem Halicarnasseus ait Oceanum duas duxisse uxores, Ompholiden & Parthenopen: è quibus quatuor filias suscepit, Asiam & Libyen, alteras uerò Europen & Thracen: à quibus ferunt regionibus nomina indita. Græci Libyam dixere omnem eam terram, quæ intra fluenta Nili & Atlanticum mare media iacet: ad septentrionem Libyca, Numidico & Balearico mari obuersa: à meridie uerò uastitatibus Aethiopiæ septa est. Hanc autem orbis partem Latini scriptores modò Africam, modò Græcos sequuti Libyam quoq; uocant. Libyes serpentum & piscium pellibus pro indumentis & stragulis utuntur. Est & hoc nomine fluuius in Mauritania. Hesychius author est. & serpentes quosdam Libyes appellari. Quoniam autem Libya portentosarum animantium ferax est, & proin uariæ ferarum species sæpè misceantur, unde subinde noua monstra prodeunt, in prouerbium abijt, λιβυκὸν θηρίον: id est, Libyca fera, in uersipellem, uafrum & callidū, ingenioq; uario. Hesychius uerò, λιβυκὸν (inquit) θηρίον. ἐπεὶ θαυμάσια ἐκεῖ γεννᾶται, καὶ ἀεὶ Λιβύη ἐκφέρει θηρία, καὶ τὸν ποικιλόμορφον. Et Libycæ orationes, cuiusmodi Libyn inuenisse Chamæleon author est. Et λίβυσσα ἀηδών. αἱ γὰρ ἐν Καρχηδόνι αἱ Λίβυσσαι γυναῖκες τὰ ἴδια τέκνα κατά τι νόμιμον ἐσφαγίαζον Κρόνῳ. τινὲς δὲ τὴν ἐρημίαν ἀπέδοσαν ἢ κακῶς: id est, Libyssa luscinia, Carthagine enim sunt mulieres, quæ secundum patrium ritum liberos suos Saturno immolabāt, nonnullæ uerò cremabant turpiter. Ex eadē Libya & hoc fluxit prouerbium. Λιβύη ἀεὶ φέρει τι κακόν, Libya semper apportat aliquid mali: in fœdifragos. uel quòd ex Libya subinde monstra alia atq; alia Romā deportarentur, quòd regio ea uenenorum ferax esset: uel quòd ea gens parum fœderis tenax esset, quare nunquam nō aliquid malū parturiret. A' quo nō admodum diuersum est, ἡ Λιβύη ἀεὶ φέρει τι καινόν, Libya semper adfert aliquid noui.

Oras.] ad fines Africæ pelluntur. Ora extremitas rei cuiuslibet est, ut sunt regionum terrarumq; fines, ἐσχατιά, uestium extremitates: Oræ maritimæ, ἀκταί. Variat hic noster Poëta ab Homero suo, quē alioqui studiosè solet imitari, sed de industria: uel, ne indecorè per omnia eius simius esse uideatur: uel, ut uerisimilia omnia appareant: uel, ne tam extremè infelicem Aeneam suum, atq; Græcus uates Vlyssem, fingat. Homerus enim suum tres perpetuò dies in summis fluctibus sursum ac deorsum iactatū canit: ac terram iā inde procul, quantū clamor exaudiri possit, uidentem. Hac iactatione secū præsens exitiū deprecatur, quod à scopuloso littore, ad quod annabat, ingruebat. Et quidē illisus scopulis ui fluctuum perierat, nisi Mineruæ monitu utraq; manu correpto saxo, impetū decumani fluctus occupasset. Inde rursus æstu maris auulsus, retrò disijcitur: ibi hauriendus, nisi iterum Mineruæ consilio in summum mare ebulliens, ægrè continentem nando tandem tenuisset. Latet hic in ulua aliquandiu, Inusq; beneficio seruatur. Est & aliud, quod ab illo noster uariat. Vlysses in Phæacum oras eiectus, in sylua delitescit: in qua somno à Pallade immisso, diuturna iactatione fractus, sopitur. Virgilius uerò nequaquam suum Aeneam extremè miserum inducere uolens, eum cum parte quassatarum nauium in portu Africo conseruat. Est in secessu.] Topothesia: hoc est, ficti loci descriptio: in ea enim Africæ ora, in qua Carthago condi tū cœpit, nullus huiusmodi portus inuenitur. Describit autē hunc à situ & forma: quæ miro splendore dilatat, & copia. Inde ab amœnitate, usu, commoditate & religione. Quæ quidem omnia non solùm ad amplificationem & splendorem orationis, uerùm etiam delectationem uehementer pertinent. Descriptus autem est hic portus de uerbo penè ad uerbum, ex 13. lib Odyss. hic ubi narrauit, qua fortuna Vlysses in Ithacensium littus delatus fuit:

φόρκυνος δέ τις (inquit) ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος,
ἐν δήμῳ Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι,
αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
ἔκτοθεν, ἔντοσθεν δέ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
νῆες ἐΰσσελμοι, ὅτ' ἂν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς
ἱρὸν νυμφάων, αἳ νηϊάδες καλέονται.
ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασι
λάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.
ἐν δ' ἱστοὶ λίθεοι περιμήκεες, ἔνθα τε νύμφαι
φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι.

ἐν δ'

ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα. δύω δέ τέ οἱ θύραι εἰσίν,
αἱ μὲν πρὸς Βορέαο καταιβαταὶ ἀνθρώποισιν,
αἱ δ' αὖ πρὸς Νότου εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέ τι κείνῃ
ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.

Hic eo augustior est, quò ob binas fores dijs hominibusque conspectior. Per eas quæ Boream spectant, mortalibus uia patet: quæ meridiem, diuis immortalibus sunt peruiæ. Hic nymphæ telas purpureas texunt: hic fontes perennes scatent, mellificant apes, crateres è uiuo saxo stant parati: ut alia mittantur, quæ maiestatis plenum hunc portum reddunt. Similis topothesia extat apud eundem Odyss. 9. ubi in Cyclopum insulam pulsus narratur:

ἐν μὲν γὰρ λειμῶνες ἁλὸς πολιοῖο παρ' ὄχθας,
ὑδρηλοὶ, μαλακοί, μάλα κ' ἄφθιτοι ἄμπελοι εἶεν.
ἐν δ' ἄροσις λείη, μάλα κεν βαθὺ λήϊον αἰεὶ
εἰς ὥρας ἀμῷεν. ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας.
ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν,
οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι.

—hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu

ἀλλ' ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων
θυμὸς ἐποτρύνῃ, καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
κρήνη ὑπὸ σπείους, περὶ δ' αἴγειροι πεφύασιν.

Ex his duobus maximè locis, in portus Libyci descriptione Maro noster decerpsit, quæ instituto suo commoda uisa fuerunt. Sed maior uerborum luxus, maior uoluptas ac splendor in Græco uate est, quàm in Latino: at pondus par omnino. Est in secessu.] *Sunt qui putant, Poëtam in hac portus descriptione ad portum Anconensem respexisse, quem ita exprimere conatus fuerit. A' situ & forma, portus descriptio: cùm dicit, locum esse in semotissimo recessu, atque duorum scopulorum utrinque obiectu insulã portum quendam, aut certè portus speciem efficere. Porrò insula propriè domus est, mœnibus undique circumducta. Festus autem dictam existimat, quæ non coniungatur communibus parietibus cum uicinis, sed circuitu publico, aut priuato cingatur: à similitudine earũ terrarum, quæ mari ac fluminib. imminent: & sunt in salo. Vsurpatur hunc ad modum in Pandectis iurisconsultorum lib. 1. tit. de officio præfect. uigilum. Budæus addit insularium Gallica uoce concierge appellari. cuiusmodi homines esse solent in domibus principum, quæ insulæ pleræque sunt: hoc est, à priuatorum hominum domibus distinctæ. Et in ea significatione uocabulo hoc usus est Pompon. l. si ita tit. de usu & habitatione. Cæterùm quid intersit inter portũ & ostia, notũ satis est.* Obiectu laterum.] *Homericũ illud expressit: sed paulò pòst significantiùs, & uocibus selectioribus:*

—προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπορρῶγες.—

Circumscribit usum & effecta utriusque scopuli: ab his maris impetũ frangi, & undam in sinum contrahi. Sinus.] *A' forma. Sinus priori contracta propriè, quantum spacij est intra pectus & brachiorum complexus. Hinc sinuare, curuare: & uestium sinus, laxitas supra cincturam: ut olim quorundam apud Romanos, & hodie nonnullorum qui se religiosos uenditant. per translationem maris partem signat. quæ intra curuata littora cõstringitur, ipsum quasi brachijs quibusdam medium complectentia: ut hic. Hinc sinuosum. quicquid laxitate sua sinum efficit. Sinus, orbiculus oculum amplectens. Priori extensa, uas rusticum est sinuosum, quo in mulgendis pecoribus utuntur: sinum* lactis. *Hinc atque hinc,* ἔνθα καὶ ἔνθα, *utrinque. Expolit, quas uocet uastas rupes. Gemini scopuli prærupti in cœlum surgunt: hyperbole,* A

—προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπορρῶγες.—

Porrò autem minari est, minas incutere, ἀπειλεῖν. *unde minitari, terrere. Hic uerò pro eminere & extare: quam quidam genuinam esse significationem arbitrantur. Vnde minæ, murorum eminentiæ, quas pinnas appellamus.*

Syluis.] *Ab amœnitate. Est autem sylua cædua: hoc est, quæ in hunc seruatur usum, ut inde materia cædatur. à Græca uoce* ὕλη, *sic dicta. Per translationem usurpatur, pro tumultuario scripti genere, quod quadam festinandi uoluptate defluit: estque uelut prima materia, autore Fabio. Diuersum (inquit) est eorum uitium, qui primò decurrere per materiam stylo quàm uelocissimo uolunt, & sequentes calorem atque impetum, ex tempore scribunt: hanc syluam uocant.* Scena.] σκηνὴ, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, *umbra quam facit. Erat in theatro id spacij, quod inter duo cornua à fronte apparebat. Hesychius grammaticus interpretatur* καταγωγὴ καὶ οἴκημα, καὶ τὸ ἀπὸ ξύλων ἢ περιβόλαιον σκιάς, σκήνωμα, οἴκημα, οἶκον, τόπον. *Appellatur ea item uoce scutris, aut duo labra.* B

Horrenti.] *Vt ex ligone nemus sacrum ostendat, umbra id horrenti fingit. Horrere, etsi propriè hispidum, pannosum & squalidum esse signet: horror tamen, præter natiuam significationem, pro ueneratione usurpatur: Arboribus suus horror inest—*

Nemoris.] *appellatione propriè censetur lucus quidã, haud procul ab Aritia, quod alio nomine Speculũ Dianæ est nuncupatum. Ad quoslibet lucos transfertur.*

Atrum.] *Ex densitate, obscurum & tenebrosum: unde atrum metalepsis. Frontem aduersam, aduersam partem uocat, metaphora ab animali ad non animal ducta: hoc est, ex aduerso.* Intus aquæ.] ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα. *Mirè luxuriatur in adiunctorum descriptione, ad exemplum Homericum, quo lectorem delectet.* Viuo.] *A' forma & materia. Viuum saxum appellat, natura, non autem ulla humana opera sedem ita formatam, aut artificis alicuius manu elaboratam.* Nympharum.] *A' religione. Nymphis hanc sedem consecratam fuisse ait, propter admirabilem loci amœnitatem. Perquàm eruditè reddit illud Homericum:* C

ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς,
ἱρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται.

Naiadum: hoc est, amnium & fontium Nympharum sedes: Amplificatio. Non uincula.] *Ab usu & religione. Neque minus disertè & hoc expressit:*

—ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν,
οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι.

Est autem uncus, fustis ab altero latere recuruus, ἀπὸ τοῦ ὄγκου, ut quidam interpretantur. Vsurpatur adiectiuè, pro incuruo. γαμψός, *aduncus. Religio prohibet portum ferro uiolare, quippe fluminum & fontium Nymphis dedicatum. Metaphoricè morsum, uncum extrema brachiorum in anchoris uocat, propterea quòd mordicus, quasi dentibus quicquid attigerint, teneant. morsus autem est dentium compressio: per translationem, pro obtrectatione, maledicentia.* & ἄγκυρα.

—ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστι,
οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι.

Sed addidit Græcus, neque funes nauticos suspendi posse.

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Troiani ad portum appulsi è nauibus excunt, ignem accendunt, fruges madidas siccāt, torrent igne, & ad eas saxo frangendas sese accingunt.

NASC.

Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero, subit: ac magno telluris amore
Egressi, optata potiuntur Troës harena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primum †silicis scintillam excudit Achates,
†Suscepitq́; ignem folijs, atq; arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq́; in fomite flammam.
†Tunc Cererem corruptā undis, Cerealiaq́; arma
Expediunt fessi rerum: frugesq́; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

† al. filicis
† al. Successitq;
† al. Tum

LAMB. Huc.

PAT.

Hvc septem Aeneas.] *hoc exor te obseruat optimus poëta, Hom. in primis atque Virgilius, quos ea in postea secuti sunt omnes, ut prius locū describant, quò aliquis peruenerit, quàm illū eò peruenisse dicant. Reddit igitur per anadosin, ad narrationem, quidq; egerint Troiani, cùm primùm terram iamdiu optatam attigerint, mira breuitate describit.* Ac magno telluris amore.] *uerisimile est, eos, qui ualida uexati tempestate fuerint, terrā exoptāt: quam cùm primùm attigerint, laetentur, eaq́ ut re preciosissima, sibiq́ gratissima perfruantur. nam sequitur:* Et sale tabentes artus in littore ponūt.] *unde nimia potiūdae telluris cupiditas declaratur: quia hic illic per terram fusi Troiani, aut sedent, aut iacent, perinde quasi prae gaudio eam tanquam matrem sibi charissimam, quam diutiùs non uiderint, complecti, ac deosculari uelle uideātur.* Ac primum silicis scintillā excudit Achates.] *totus iste locus suscipiendi, accendiq; ignis per hypotyposin tractatur. Obseruandum est Achatae studium eliciendi scintillam, & mira Poëtae amplificatio accendendi ignis, ex ipsius rei natura, atq; ordine: nam primò excutitur scintilla è uenis silicis, apponitur fomes ad suscipiendum ignem, aggeruntur nutrimenta aridorum lignorum ad illum uehementer excitandum, ideo subdit Poëta:* Suscepitq́; ignē folijs, atq; arida circū Nutrimenta dedit.] *Homeri esse uidetur ex Iliad. 9. sic enim ait:*

B

" οὐδ' ἀ. μ... ..., ... ϕῶρ.

Rapuitq́; in fomite flammam.] *Grāmatici ueteres admonent hanc esse solaecismi speciem, quia auferēdi casu positum est. Cùm enim dicendum esset in fomitē, quasi rapuit ad fomitē, in fomite dixit: quod perinde est, inquiunt, ac si diceres apud amicum eo, pro ad amicum. Interpres etiam admonet, id penè uitij genus esse, quod Graecis συνεμπτωσις appellatur: cuius generis nonnulla, ne Cicero quidem (ut Pedianus adnotat) euitauit: quidam uerò sermonem esse putant in compendium coactum: id est, raptum fecit.* Tum Cererē corruptā undis.] *accenso igne, sequebatur, ut fruges torrerent, inde frangerent ad panem conficiendum, obseruandae sunt poëticae dictiones, figurata uerba, atq; trādata.* Cererem *μετωνυμικῶς, pro frumento, arma Cerealia: & paulò antè, tabentes artus, sale, nutrimenta: quae poëmata (auctore Aristot.) mirum in modum exornant.* Fessi rerum.] *figuratè, pro rebus, & notandum fessus non de corpore tantùm, atque animo, sed & de externis quoque rebus dici.*

C

Et torrere parāt flammis, & frāgere saxo.] *nulla est hic ὑστερολογία: frumentum enim undis corruptum priùs igne siccari oportuit, quàm saxo frangi: hinc propterea est, quod opus ceptum est ab igne exsudando.*

Hvc.] *Clausula Tapothesis: cuius rei causa ea est adhibita. Sic Homer. Odyss. 9.*

" ἔνθα κατηγάγομεν.

& 13. de littore Ithacensi:

" ἔνθ' οἵγ' ... ... ἀ...

Idem Vlyssem lib. 5. in syluis errantem, & in arborem folijs quiescentem facit. At Virgilius decori in uiro laudatoq; principe memor, Aeneam de sociorum salute anxium tradit, ut corporea primum iactatione fracta, & frigore corrupta, igne, cibo, potuq; reficiantur: mox consoletur, horteturq; ad fortitudinem & laborum tolerantiam. Contra omnia diuersis locis Vlyssem suaos inducit in 13. sopitum enim sorij è nauibus in littus efferunt. In hunc igitur portum nauium reliquias sollicitè colligit. De numeri septenarij dignitate, suprà attigimus: quò haud dubiè hoc loco quoq; respexit Poëta. Harena.] *Figuratè, pro continente. Et* Troës.] *pro Troiani.*

Sale.] *Synecdoche: salsa aqua marina languentia corpora expandunt, tutum portum consequuti. Primum est, ut defuncti periculis, ad quietem in gramine se componant. Proximum, ut corpora cibo potuq; recreentur. Haec admirabili compendio perstringit ingeniosus Poëta. Neque uerò satis habet rem nudè ac simpliciter proponere, qua eatione membra post quietem refecerint: nisi priùs ad dilatandam narrationem describat, quo studio è uenis silicum ignem excusserint. Amplificatur studium eliciendi scintillas, ab ipsius rei natura & ordine. Excutitur ignis: excipiuntur scintillae foliorum aridorum fomentis: aggeruntur arida ligna: hinc structo foco, proximum est ut e frumento molaribus comminuto, panis in calido furno conficiatur, pinsaturq́. Quàm eruditè uerò hoc ordine omnia prosequitur Poëta, par est obseruare.* Tabentes.] *marcescentes, languentes, quasi tabo corruptos. hinc tabesco.* Achates.] *Quid eruditius dici potest, quàm quod ab Achate statim ignem excuscitatum, ac luculentum focum structum narrat? Habet uox ipsa suum etymon, à cura, dolore, seu aegritudine animi. Solicitudinis prima, adeoq; ferè unica ratio suorum esse bono principi debet, quò inter alia uitae humanae necessaria, ad conseruandam tum suorum incolumitatem, tum regni felicitatem, suorum animos in periculis & perplexis rebus confirmet: annonae estionem habeat: prohibeatq; omnia incommoda, quae suorum corpora & animos frangere possent.*

Nutrimēta.] *Ab animali ad nō animal: hoc est, ad ligna, quibus ignis ceu alimento nutritur. Tmesis, circumdedit.* Rapuitq; in fom. flam.] *Periphrasis. Cererē pro frumento: metonymia.* Arma cerealia.] *quibus ad triturandum conficiundumq; frumenta & panes opus est.*

Frugesq́.] *Fruges à frumēto nihil distare, uolunt Grāmatici: ac fruges, à frumine, eminente sub mento gutturis, seu gurgulione medio. hinc Frugi, adiectiuum. Caeterùm torrere, arefacere, siccare; καταφρύγω. uiera*

dum

dum ὀπτῶ, asso: unde carnes tosta: & torridum, aridum: torrens, χείμαῤῥος, aqua & amnis, qui non è fonte, sed pluuia è montibus in ualles descendit. Et si è liquatis niuibus proficiscatur, à Græcis νιφάς dicitur. Frangere.] Periphrasis uerbi Molere: nisi saxum, pilum interpretemur, in quo pinsebant. Seruius tradit, apud priscos nullum molarum usum fuisse: sed fruges torruisse tantùm, ac deinde in pila coniectas pinsuisse, id quod molendi genus A erat: cùm moli dicantur frumenta, quocunque etiam instrumento frangantur, siue id saxis fiat, siue in pilo, siue dentibus, unde molares dicti. Postea inuentæ fuêre molæ asinariæ, trusatiles, quæ uentis, quæque aquarum ui agerentur. Siue igitur pilo, siue mola fuerint fracta fruges, antequam pinserentur, molitas fuisse constat.

ARGVMENTVM.

Dum Troiani uarijs negocijs sese occupant, Aeneas scopulum ascendit, uisurus socios amissos, prospicit quacunque est prospectus in mare, neminem suorum uidet, agmen ceruorum uidet, telis persequitur, septē interficit.

Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem
Prospectum latè pelago petit: Anthea si quà
Iactatum uento uideat, Phrygiasque biremes:
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauim in conspectu nullam: treis littore ceruos
Prospicit erranteis: hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per ualles pascitur agmen.

NASC. Tal. si quem AENEAS scopulū interea cōscendit.] τὸ πρέπον regis, ac principis: quos uilibus officijs interesse nō decet, uerùm quia regem, ut inquit Aristot. in Polit. oportet omnia ad eorum commoda referre, qui sub eius imperio degunt. Aeneas, ne, alijs laborantibus, solus ipse ociosus esse uideatur, scopulum ascendit, ut & laboris particeps, & suis oculis, quæ sit fortuna rebus, speculetur. hinc est, quod & in quinto, & in decimo Aeneidos classem ducit, & clauo assidet. Sed hic magnum quoque pietatis opus, singularisque ipsius amor in suos agnoscitur: qui tametsi maritima tempestate iactatus, adeoque fatigatus erat, ut quies illi optanda esset, non priùs tamen quiescit, quàm de sociorum suorum incolumitate requirat. Anthea, si quē iactatum uento uideat.] Sunt qui legant, si quà, & fortasse meliùs, ut sensus ordoque uerborum sit solutior: Ascendit scopulum si usquam uideat. Anthea iactatum uento, attamen, si quem, legas, magis cōmune est & re uera non unius tantùm uidendi causa montem ascendisse uerisimile est. Treis littore ceruos.] Homerum imitatur Poëta in 10. Odyss. in hoc tamen ab eo diuersus, quod ille ceruum ab Vlysse unum, hic uerò tres ab Aenea, ceruos fusos, necatosque dicit. Sugillant critici Virgilium quòd ceruos finxerit ab Aenea in Africa inuentos, & stratos, cum Geographorum, ferè omnium, & Plinius in primus auctoritate lib. 8. cap. 33. Africa ceruis careat: quibus ita ex Aristotelis sententia respondemus, quædam peccata ex ignoratione artis fieri, quædam uerò accidentaria esse. hoc, si peccatum est, non ex ignoratione artis est, sed per accidens: quod facilè condonari solet: nam poëtæ uerisimilia sequuntur: nec damnandi si falsa sequantur, modò fuerint uerisimilia. Quis autem historicorum unquam dixit Aeneam in Africam delatum fuisse? & reuera non fuit: fuisse tamen probabile est, quamobrem nec Pindarus ab Aristotele damnatur, licet ceruæ cornua tribuerit, quæ omnino cornibus caret: nam hoc leuius peccatum est, quàm si rem aliquam malè descripserit. id enim ex ignoratione artis nascitur: at ceruam habere cornua, etsi uerum non est, tamen habere posse probabile est. Et longū per ualles pascitur agmē.] Δὶς τὸ αὐτό, quicquid dicat Donatus: qui in perquirenda huius syntaxeos dispositione nimiùm curiosus, ne dicam morosus, fuit: totum igitur armentum, quod longo ordine per ualles pa-

LAMB. scebatur, à tergo treis illos sequebatur duces.

Hort. AENEAS scopulū.] A' præsentiū cura, transit ad eos qui desiderantur. Est occasio ad insequutā uenationē. Vlysses Odyss. ix. egressus in Cyclopū littus cū suis, admiratur tātùm insulæ beatitudinē. At Maro optimū principē formās, Aeneā ad quærendas amissas naues inducit, si quos sociorū in tabulis fluitantes prospiciat. Verba Homeri sunt: B

« ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης,
« ἔνθα δ' ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν.
« ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
« νῆσον θαυμάζοντες ἐδινεόμεσθα κατ' αὐτήν.

At noster scopulum conscendit, ac latè per subiecta maria prospectum mittit: id quod sollicitè aliquid quærentis est. Anthea.] Unū è ducibus Troianis. Fuit & alius Antheus Antenoris filius, Paridi singulari amore coniunctus, à quo per imprudentiam occisus fuit. His autem missis, quoniam in Libyam Aeneas pulsus fuit, uidetur allusisse ad Antei Gigantis nomen, etsi literatura uariet, cuius sepulchrum Sertorius in Libya postea dirui iussit, & statim restaurari, religione forsan motus. Hunc autem (ut aliquid παρέργως adijciamus) Hercules in Libya occidit. Hic solebat hospites suos cogere ad luctandum secum: & lucta superatos interficere. Celebratur alius Antheus medicus: alius itē nobilis statuarius. Phrygias biremes] Troianas: antonomasia. Biremes dicuntur naues, quæ duos solùm habeant remorum ordines, δίκροτοι, καὶ δίκροτα. C Harum inuentores traduntur fuisse Erythræi: triremes, Amocles Corinthius: quadriremes, Carthaginenses: quinqueremes, Mnesichthon Salaminius: sex ordinum, Xenagoras Syracusanus: onerariæ, Hippus Tyrius. Capyn.] Hūc ab auo Aeneæ & nomen, & genus traxisse apparet: qui Assaraci fuit. Celsis.] Colligitur amplitudo ducis præstantissimi. Nomen factum est ab Caico amne Mysiæ, qui inter Elæam decurrit, & Pytanem illam, quæ Archesilan edidit, clarissimum Academiæ antistitem, qui planè nihil affirmare solebat. Amnis autem ille initio Astræus, ab Astræo Neptuni filio, appellatus fuit: authore Plutarcho. Strabo tradit, Caicum Pergamum præterlabi, & per felicem Caicum campum in Elaiticum sinum contra Elæam urbem fundi. Nauim.] Elleipsis: uidit, uel ut referatur ad uerbum, prospicit. Hac occasione obijciuntur ad uenatum cerui: cùm Vlysi curiotè insulam peragranti, à Nymphis capræ & id genus feræ, ut socij reficiantur, offerantur. Verba Græci uatis sunt:

« ὦρσαν δὲ νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
« αἶγας ὀρεσκῴους, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι.

Errantes.]

A Errantes.] *sparsim in solitudine pascentes Plinius tradit, ceruis natura inditum, ut gregatim pascantur, & maria tranent. Propriè maiorum animalium sunt armenta: ut ceruorum, camelorum, boum, equorum: ut minorum animantium, greges. Iam, Vallis id spatium propriè est, quod inter duos montes, aut rupes altiores medium est, propterea quòd hinc atque hinc locis eminentioribus uallata: hoc est, cincta sit: quam Græci à forma κοιλὰς uocant.*

NASC.

Constitit hic, arcumque manu, celereisque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoresque ipsos primùm capita alta ferenteis
Cornibus arboreis, sternit: tum uulgus, & omnē
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam
Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fūdat †humi, & numerū cū nauib. æquet.

†al. humo,

Constitit hic, arcumque manu, &c.] *omnes optimi iaculatoris gestus depingi uerbis nostris subijci magis, quàm describi uidentur.* Ductoresque ipsos primum.] *ab imperatoribus bellorum tractum est. nam & in 2. Aen. dictum est:*

» —— *fracti bello, fatisque repulsi*
» *Ductores Danaûm: id est, duces.*

His productis uocibus grandiorem effici orationem alibi docuimus. Capita alta ferenteis.] *ceruorum naturam egregiè describit, qui incedentes efferunt caput.*

Cornibus arboreis.] *nouè dictū est, arboreis, &* B *δενδρικοῖς, altis: nisi mauis, instar arborum ramosis.*

Tum uulgus, & omnem Miscet agens.] *allegoricè ostendit Poëta in prælio occisis belli ducibus copias facilè misceri, atque fugari.*

LAMB. Hort. Parato *pane, reliquum est ut opsonium quæratur. Itaque dum aliud agit, ceruos fortè oblatos sternit.*

Constitit.] *fortunam præter spem abiectā, uel ipso pedum cursu arguit. Expressit disertè hoc ipsum, quod eodem loco apud Homerum statim sequitur:*

» *αὐτίκα καμπύλα τόξα καὶ αἰγανέας δολιχαύλους*
» *εἱλόμεθ' ἐκ νηῶν, διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες*
» *βάλλομεν, αἶψα δ' ἔδωκε θεὸς μενοεικέα θήρην.*

Ille arcum & spicula tamulis non petit è nauibus: hic uerò præparata in incertum casum, qui fortè offerri poterat: multo antè secū attulerat. Pleonasmus, *in uoce* Manu. & Polysyndetō, *in iterata copula. Obseruādæ hoc loco sunt perpetuæ metaphoræ. ductores, arboreis, uulgus, turbam: quæ admirabiles habēt ueneres. Ab hominib. enim, ad bruta animātia sunt ductæ. Ductores ipsos uocat, tres insigni specie & habitudine corporis ceruos. Hos à præcipua corporum parte describit, unde de integris cōiectura duci potest. Arborea cornua, hyperbolicè ingentia, arborū magnitudine, dicit.* Turbā.] *Interpretatio, superioris statim orationis: quod uelit uulgo intelligi.* Ingētia corp.] *ingētes ceruos sagittis conficiat insequēdo ut ceruorū numerus nauib. respōdeat. Neque hoc quidē loco recedit Poëta ab Homero suo, etsi numero cæsorū animantiū & nauium ab illa uariet:*

νῆες μέν (inquit) *μοι ἕποντο δυώδεκα, ἐς δ' ἑκάστην*
ἐννέα λάγχανον αἶγες, ἐμοὶ δὲ δέκ' ἔξελον οἴῳ.

In singulas duodecim naues nouem capræ sortitò missæ sunt: decem uerò ipse peculiariter sibi exemit. At Maro septem nauibus totidem ceruos fundit, ac se per omnia reliquis parem facit. Illud porrò minutius est quàm ut annotetur: Vlyssem caprās, Aeneam ceruos uenari: quorum illud humilius, hoc uerò Heroicum planè est.

ARGVMENTVM.

Occisis ceruis Aeneas portum petit, singulos in singulas naues ceruos partitur. Vinum, quod ab Aceste in Sicilia dono acceperat, diuidit, & socios eleganti, amorisque plena oratione consolatur.

NASC.

Hinc portum petit, & socios partitur in omneis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O' socij (neque enim ignari sumus †ante malorum:
O' passi grauiora: dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonanteis
Accestis scopulos: uos & Cyclopea saxa
Experti) reuocate animos, mœstumque timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes †ubi fata quietas
†Ostendent: illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & uosmet rebus seruate secundis.

†al. antemalorum

†al. ibi

†al. Ostendunt

Vina bonus.] *hic ueteres grāmatici* C *διπλόην, & συνέχειαν agnoscunt.*

O' socij.] *Aeneæ oratio est ad socios suos, sumpta ex lib. Odyss. μ. sed omnino locupletior fuit interpres Maro: nam Vlysses apud Hom. unam sociis suis ærumnam commemorat, hic uerò noster Aeneas ad sperandam præsentis mali absolutionem, gemini casus hortatur euentu Scyllæ uidelicet, & Cyclopum. Cùm igitur Troiani iam diu in mari, & in terris uarijs casibus agitati, multisque calamitatibus oppressi fuissent, æquum erat, Aeneam utpote ducem, ac imperatorem, tristes eorum animos aliquo consolationis genere lenire, ut quos diuturna calamitatū perpessione uehementer commotos putabat, eos aliqua futuræ quietis promissione consolaretur: hanc igitur orationē habet, initio quidem tristem ob malorum præteritorum cōmemorationem, sed in exitu iucundam, propter futuræ quietis promissionem. In genere deliberatiuo uersatur: cuius finis (ut Aristotelis rationē sequamur) est felicitas: regnū sibi à Deo, quietasque sedes parari. Itaque summa totius orationis est, Troianis optimè sperandū argumētis illis ferè omnibus constat, quibus deliberatiuæ causæ tractari solent, ab eo quod fieri, & facilè fieri potest, à fine malorum, ab antecedentibus malis à consequentibus bonis: à causa, ab utili, & honesto: quæ omnia suis locis declarabuntur: ab extenuatiōne suæ dignitatis per commiserationem orditur: nam* socios *uocat, quibus ipse dux, & imperator præest. Vlysses apud Hom. unde hic uersus ad uerbum ferè sumptus est, milites suos amicos uocat, cùm ait:*

E ὦ φίλοι

ὦ φίλοι, οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.

At hic maiori cum energia socios nominat (nam socios intelligimus, qui in re laboriosa aliquem sequuntur) unde & beneuolentiam per commiserationem colligit.

Neque enim ignari sumus ante malorũ.] *prouerbiale hemistichium est, ubi quis ad tolerãtiam præsentium malorum animat sese præteritorum malorum recordatione. Quidam putant ante malorum, per subunionem, quam Græci ὅρον uocant, unam esse dictionem, ego uerò distinctionem magis probo ante malorum. & Græca figura est, τῶν πρὶν κακῶν, quæ antè passi sumus.* O' passi grauiora.]*amplificatio incommodorum: nam cùm dixisset,* O' socij, *quæ uox magni laboris significationem habet, mox subdit,* o' passi grauiora: *unde tum per commiserationem, tum occultè ex commendatione magnitudinis animi ipsorum beneuolentiam sociorũ aucupatur: quod forti animo multas calamitates, laboresq́ maximos tolerarunt. obijciunt nonnulli dolorem iam diu obductum ab Aenea inter initia orationis suæ præteritorum commemoratione socijs renouari non debuisse: quibus optimè ita responderi posse arbitramur, id consultò, ut ex arte factum fuisse: ut socij ex recordatione præteritorum malorum spem firmiorem conciperent bonorum consequendorum: nam consolandi ratio id sibi propemodum expetit (ut auctor est Cicero ut à commemoratione incommodorum inchoantes, in consolationem desinamus: nam quod fuit durum pati, id meminisse dulce est) Igitur optimè à perpessis laboribus auspicatus comparatiua uoce usus est,* grauiora, *ut ostẽdat quæ futura sunt fore leuiora: quasi ab eo quod fieri posuit per comparationem à maiori argumentum deducat: si grauiora fortiter tolerastis, leuiora tantò faciliùs tolerabitis. huic affine est Horatianum illud in 2. Carm.*

O' fortes, perioraq́ passi.

Dabit Deus his quoq; finem.] *consolatio à fine malorum futuro per coniecturam à maiori deductam nam sicuti grauioribus finem addit Deus, ita his quoque præsentibus coniicit daturum. uersus est fortasse ex Hom. sumptus Odyss. μ.*

—— μάν πόθι Ζεὺς

Δώῃ τέρμα [illegible], καὶ ἀλόμην.

Nisi mauis ex Helena Euripidis:

—— πόνοι δὲ δαίμονι παυσαί μοι.

Vos & Scyllæam rabiem.] *ab antecedentibus periculis, unde & cõmiserationem mouet.* Vos & Cyclopea saxa Experti.] *exaggerat à difficultate, & incommodo locorum, per repetitionem: quam Græci ἐπαναφορὰν uocant.* Reuocate animos, mœstumq́; *&c. ab honesto hortatur. ut infrà:*

Parce metu Cytherea.

Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.] *à iucundo, & utili, & hæc sunt, quæ à consequentibus paulò antè appellauimus: nam ex periculis spem proponit, & uoluptatem: unde & plurimum cõmodi percipi potest. Hanc sententiam extollit Seneca: Quod fuit durum pati, id meminisse dulce est. & est ex Hom. locus Odyss. μ.*

Κἀκεῖθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇ τε νόῳ τε

Ἐκφύγομεν, καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω.

Videtur autem ad prouerb. alludere, quod Cic. in 2. de finibus bon. & Arist. in primo de arte rhet. adducit: iucundi acti labores. persimili consolatione utitur etiam Helena apud Eurip.

τὸ δ' ἄλλο γ' ἂν ἐκ τύχης τάχ' ἀποδοθῇ: id est, A

Hæc infelicitas, felicitas forsan erit.

Per uarios casus.] *certa quasi cum spe futuræ quietis, & commodi socios à timore auocat, & consolatur: incommoda cum commodis comparat à tempore, & hoc ferè dicit: Si diuturnitatem præteritorum incommodorum cum perpetuitate futuræ quietis & commodi conferre uolitis, illam leuem, breuissimamq́ sollicitudinem fuisse iudicabitis.* Per tot discrimina rerũ] *auget difficultatem rei ex aduersa rerum euẽtu: quibus uerbis innuere uidetur, summam quietem absq; summo labore comparari non posse: quidam argumentum appellant à causa, quòd alterum alterius causa sit:* Sedes ubi fata quietas Ostendunt.] *ex Deorum promissione: quorum sententia mutari non potest, futura pro certis affirmat.* Illic fas regna resurgere Troiæ] *quales nam futuræ sint illæ sedes, ostendit: nẽpe eos in ocio cum summa imperij dignitate, & in negocio absq; periculo futuros: nam regnare nemo absq; dignitate potest, & qui in ocio, & quiete uersatur, omni periculo caret.* B Durate, & uosmet rebus seruate secundis.] *ab honesto & utili exhortatio porrò summa huius orationis hæc est, ut socij adsint animo, &, ut bonos, fortesq́ uiros decet, spe confidant: nam uir optimus (ut ait Euripides, qui spe confidit semper: contra uerò pessimus: qui in aduersis dubitat. sic ait ille.)*

οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος ὃς ἐλπίσιν

πέποιθεν ἀεί· τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

Sed illud quoq; hic animaduertendum est, quod fortitudo sit animi cõstantia in aduersis, duobus contingere modis potest: contemnendo, & durando: aut obuiam eundo, & expugnando. sic fortis habitus est Achilles, cùm pertulit Agamemnonis iniuriam, fortis Aiax, qui non est passus iudicij iniquitatem. utranq; speciem habuisse uidetur Aeneas qui etiam hic alios docet. Durate & in 5.

—— *superanda omnis fortuna ferendo est.*

Quemadmodum uerò subeat, & obeat quoq;, multis in locis ostenditur: nam tartarum inuisit, quo nihil terrius, & sibyllam ducem non timidis uadentem passibus æquat.

VINA.] *Distributis esculentis in singulas naues, partitur mox uina, ut cura ac solicitudo ideisdem perspicuè ob oculos proponatur. Synchysis: id est, confusio ordinis. Est autem hic ordo: Quæ uina Acestes bonus onerarat cadis, & Troianis è littore Trinacrio abeuntibus dederat, illa Aeneas partitur in omnes socios suos. Hypallage: Onerarat uina cadis, pro cados uino. Heros, ad Acesten referas licet, uel ad Aeneam. Homerus Odyss. 9. unde hæc descripta sunt:* LAMB. Hort. C

αὐτὰρ ἐγὼ κρίνας ἑτάρων δυοκαίδεκ' ἀρίστους

βῆν, ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο,

ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐάνθεος υἱὸς

ἱρεὺς Ἀπόλλωνος, ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει,

οὕνεκά μιν σὺν παιδὶ περισχόμεθ' ἠδὲ γυναικὶ

ἁζόμενοι. ᾤκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι

φοίβου Ἀπόλλωνος· ὁ δέ μοι πόρεν ἀγλαὰ δῶρα.

χρυσοῦ μέν μοι δῶκ' εὐεργέος ἑπτὰ τάλαντα,

δῶκε δέ μοι κρητῆρα πανάργυρον. αὐτὰρ ἔπειτα

οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας,

ἡδὺν ἀκηράσιον θεῖον ποτόν, οὐδέ τις αὐτὸν

ἠείδη δμώων, οὐδ' ἀμφιπόλων ἐνὶ οἴκῳ,

ἀλλ' αὐτὸς τ' ἄλοχός τε φίλη, ταμίη τε μί' οἴη.

τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρόν,

ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα

χεῦ'

A [illegible Greek verses]

Verbosior est, quàm noster. Nam utrem laudatissimi uini ab Apollinis sacerdote Marone se accepisse commemorat, quòd ipsum, cum liberos & uxorem seruasset. Incolebat enim Apollinis lucum. Ab hoc donatus fuit splendidis muneribus, septem auri luculenter facti talentis, cratere ex puro putóque argento: inde amphoris duodecim, uino optimo oneratis. In huius autem uini laudibus amplificandis inde copiosus est: nulli id domesticorum fuisse cognitum, praeterquàm sibi, uxori, ac promae [illegible] ab admistis aquae certis mensuris: a diuino odore, quem fundebat è cratere: itaque huius utrem plenum, & farinas pro uiatico in thylacio. hoc est, pe[illegible] eo usus, uti ad inulis, se accepisse. Virgilius nusso uerborum l[illegible] fat ducit Aeneã socijs diuisisse, quantum uini ab Aceste e Sicilia di[illegible] rediës dono accepisset, eos bem[illegible] uerbis consolatum fu[illegible]:

B id quod praesentis temporis momentum plane postulabat. Consimilis locus est apud eundem poetam, ubi Vlyssem Phaeacum littus soluturum, ampl[illegible] donis à rege cumulatum refert. Inter quae, praeter cibum, & uinum rubellum quoque recensetur:

[illegible Greek verses]

Littore Trinacrio.] soluentibus portum Siculum: antonomasia. Ita appellata fuit Sicilia, à triquetra forma. At Timaeus prodidit, sic nuncupatam, quòd tria habeat promontoria Historici tradunt, [illegible Greek] Fuit & Rhodos olim à figura ita dicta, authore Plinio Idem lib. 3. cap. 8. At Sicilia, inquit, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, aut Triquetra, à triangula specie. Porrò de hac insula, & eius uarijs

C nominibus, & incolis, plura dicentur in tertio.

Partitur.] Vsitata locutio Latinis, pro inter socios. Simili figura dixit Plautus in Aulu. Diuidere nummos argenti in uiros. Dictis.] Periphrasis: pro, consolatus externatos suorum animos praesenti fortunae. Id quod proximum certe fuit, ubi corpora eorum cibo ac potu refecisset. Homerus Odyss. 12.

[illegible Greek verses]

Ast ego per naues ibam, iuxtaque benignis
Vnumquemque uirum uerbis hortabar amicis.

Generis deliberatiui oratio consolatoria est, aptè accommodatéque adhibita: cùm alioqui Homericus ille suos in medijs rerum periculis, haud sero quàm tempestiue, ad constantiam exhortetur. Constat autem haec oratio, & suis partibus absoluitur: hoc est, exordio, in quo paucis captat beneuolentiam: narratione qua extenuat praesentem calamitatem: maximè amplificatione tractorum periculorum, [illegible]ibus defuncti sint: argumento ab utili, quo erigit fractos animos, cùm breui nouam Troiam & uitã quietam promittit: à iucundo, cum ostendit aliquando futurum, ut praeteritorum malorum iucunda sit recordatio. Epilogus exhortatione ad perseuerantiam & malorũ tolerãtiam absoluitur. Estque plane oratio, animo in hoc corporis ergastulo luctanti, & ad suum principium aspiranti conueniens. Hic enim in uarios uitiorum scopulos impingit: ad saxa admissorum saepenumerò illisus, naufragium facit: in libidinem & uoluptatis lubricum, carne dominante, ruit. Qui tamen diuini rursum spiritus afflatu sub[illegible] erigitur, atque ad se reuocatur. Recordatione Latij coelestis, ad quod tëdit, & cuius obliuiscitur, uitijs immersus, in alium hominem trans[illegible] ornatur, & magno spiritu curriculum uitae emetitur [illegible]m ad principium & originem suam reuertatur. Ita per uarios casus, per mille pericula carnis & mundi, fertur ad res laetiores aeterni regni. Descripta autem est haec oratio ex 12. Odysseae, quo loco narratur, ingentem fumum cum sonitu, praeternauigata Sirenum insula, procul è Scylla & Charybdi ad Vlyssem & eius socios peruenisse:

[illegible Greek verses] id est:

O socij, ignari nondum sumus ante malorum:
Adfuit haud usquam grauius discrimen, in antro
Quàm cùm clausisset nos ingenti robore Cyclops.
Verùm effugimus hinc nostra uirtute, doloque,
Consilióque: reor quae nos meminisse futurum.

O socij.] Beneuolentiã captat à personarum qualitate. Dum enim eas socios uocat, parem se omnibus facit dignitate, quod illis gratissimum fuit. Causam parenthesi includit, ante propositionem. Conueniet haec sententia uti, quoties ad tolerantiam praesentium incommodorum quis se animat, & quidem praeteritorum malorum recordatione. Traductum est ex Homero, apud quem hic uersus ita legitur:

[illegible Greek verse]

Dialysis: & in Antemalorũ, hyphen: coniunxit enim uoces natura diuersas. Anaphora, in repetitione, O, per continua principia. Extenuat praesenti miseriã collatione grauiorum periculorũ, quibus defuncti sint: & spe futurae quietis. Vos & Scyll.] Ab enumeratione periculorũ, quae ceu maiora summatim proposuit, Scyllaeam rabiem, ipsam Scyllam dicit. Haec loca, ex magna Graecia digressus, praeternauigarat Aeneas. Sunt aũt Scylla & Charybdis, duo loca periculorũ plena in mari Siculo. quorũ Cylla scopulus erat ingens, qui e mari uasta altitudine extãs, uiuam horrendi monstri imaginem ex interuallo adnauigantibus referebat, edebatque latratum quasi canum, fracti maris murmure. Haec naues aestu attractas in scopulos, dissipare solebat. Exaduerso Charybdis erat, immensa profunditate formidabilis, quae naues concursu fluctuum in turbinem circumactas absorbebat. In eo freto (Siculo) inquit Plin. scopulus est Sc[illegible]a: item Charybdis, mare uorticosum: ambo clara, saeuitia. Scyllam fabulantur Nisi Megarensium regis filiam fuisse, quae propter aureum patri ademptum crinem, eum[illegible]que se interemptum, in monstrum hoc marinum sit conuersa. Alij Phorci & Creteidos fuisse referunt. Hanc cùm amaret Glaucus, Circe, quae illius amore accendebatur, fontem, in quo nympha lauare consueuerat, magicis carminibus

ueneno infecit: in quem cùm lauatum Scylla descendisset, pubetenus in uarias mutata fertur formas. Erat enim Circæ peculiare, homines in ferarum species uertere. Itaque Scylla horrens suam deformitatem, se in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Sunt qui prodant, eam Typhone patre prognatam. Superior corporis pars muliebri figura fuisse dicitur: inferior ab inguine piscis. uel (ut alij) canis. & canes sex ex ea prognati. ἀπὸ τοῦ σκυλεύειν: id est, deprædando dicta. uel σκυλμῷ, τουτέστι σπαραγμῷ καὶ ἑλκυσμῷ. Negant tamen quidam eam in monstrum conuersam: sed ob impietatem in parentem, in piscem Cirim. patrem uerò Nisum, in auem Halietum: seu aquilam marinam. Quare si quando ea auis piscem hunc persequitur, ubi conspexerit natantem, demittit se in aquam, raptumque unguibus dilaniat. Porrò Isacius Tzetzes Scyllæ fabulam eruditè his uerbis enarrat: θυγάτηρ ἦν Νίσου τοῦ μεγάλου· τεμοῦσα δὲ τὴν χρυσῆν αὐτοῦ τρίχα, καὶ ἄνανδρον αὐτὸν ἐργασαμένη (ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ τριχὶ ἦν αὐτῷ τὸ κράτος τῆς δυνάμεως, καθάπερ καὶ τῷ Σαμψὼν) ἀναιρεθῆναι δὲ ἐποίησεν ὑπὸ τοῦ Μίνωος, ὃ καὶ [illegible] τὴν κατάραν, κρεμασθεῖσα τῆς πρώρας τῆς ἐκείνου νηὸς, καὶ ἑλκομένη διὰ τῆς θαλάσσης, ὅθεν καὶ ὁ τόπος οὕτω τοῦ πελάγους ἐκλήθη. ἄλλοι δέ φασι, γυναῖκα αὐτὴν οὖσαν εὐπρεπῆ, [illegible] Ποσειδῶνι [illegible], γνοῦσα Ἀμφιτρίτη, ἔβαλε φάρμακα τῇ πηγῇ, ἐφ' ᾗ ἐλούετο Σκύλλα, καὶ ἀπεθηρίωσεν αὐτὴν εἰς θηρίον. ἓξ μὲν κεφαλὰς [illegible], κάμπης, κυνὸς, λέοντος, γοργόνος, φαλαίνης, ἀνθρώπου· δώδεκα δὲ πόδας. καὶ ταῦτα μὲν λῆρος καὶ μυθικά. Id est: Filia fuit Nisi illius magni, quæ præciso aureo illius crine, cùm ignauum atque imbellem fecisset, (erat autem in eo omne robur situm, ut & Sampsoni) interficiendum Minoi tradidit: suspensa à prora illius nauis, cùm per mare traheretur, loco (ut opinor) maris nomen dedit. Alij ferunt, hanc decenti forma mulierem fuisse, quam cum Neptuno rem habuisse ubi resciuisset Amphitrite, ueneno infecit fontem, in quo Scylla lauare consueuisset, uertitque eam in formam beluinam, sex capitum: bruchi, canis, leonis, gorgonis, balenæ, & hominis. Huic duodecim item pedes fuisse. Sed hæc planè fabulosa sunt, & nugamenta. Cæterùm uerò propiora sunt, quæ Salustius scribit: saxum esse prominens, quod procul uisentibus muliebrem formam repræsentet: in quod illisi fluctus (quoniam luporum ululatum, & canum latratum imitatur) finxerunt poëtæ eam à pube huiusmodi feris succinctam esse. Ad eundem modum Charybdim fabulantur fœminam uoracissimam fuisse, quæ quod Herculis boues suos subripuisset, à Ioue fulmine icta & in mare præcipitata fuit, & in hoc monstrum uersa: quæ adhuc pristinam seruare naturā. absorbet enim uniuersa: & quæ absorbuit, in Tauromenitanum egerit littus. Hinc scortum uorax Charybdim uocat Horat. Dubij periculi prouerbium hæc loca (quia modico interuallo distant) ea de causa fecerunt. Fugiens Scyllam in Charybdim incidi. Apollonij Scholiastes li. 4. Argonaut. disertè utramque describit: σκύλλα (inquit) ἀντικρὺ κεῖται τῆς Ἰταλίας. [illegible] δὲ [illegible] σικελίας ἐς Ἰταλίαν. [illegible] αὐτῆς ἀκρωτήριον [illegible] Ἰταλίαν [illegible]. ἐκαλεῖτο δὲ χάρυβδις. ἡ δὲ σκύλλα [illegible] Ἰταλία, ἀντικρὺ ταύτης. ἀκρωτήριον δ' ἐστὶν ἡ σκύλλα [illegible] ὁμοίωμα καὶ πρόσωπον ἔχον γυναικὸς [illegible] τε [illegible] καὶ μεγάλα. ἔχουσα [illegible] σπήλαια, [illegible] θαλάσσια θηρία μένει. ὅσα μὲν [illegible] τῶν πλοίων τὰς πέτρας ἐκκλίνοντα, ὑπὸ τοῦ κλύδωνος εἰς τὴν χάρυβδιν ἐμπίπτουσιν, ἀναρροφοῦνται ὑπ' αὐτῆς συγκαταφερόμενα τῷ [illegible]. ὅσα δ' αὖ ὑπὸ τῆς ἐν χαρύβδει θαλάσσης εἰς τὰς πέτρας τῆς σκύλλης ὑφάλους καὶ τραχείας οὔσας, ἀποθνήσκειν, συγκατακλᾶσθαι καὶ διαφθείρεσθαι. [illegible] θαλάσσιοι κύνες, καὶ [illegible] τοῖς ἐκ τῶν νηῶν [illegible]. [illegible] τὸ σχῆμα, καὶ λέγεται παρὰ τοῖς [illegible], [illegible] ἐξίσχοντας ἀπὸ τῶν πλευρῶν [illegible], καὶ ἀπὸ τῶν [illegible] δι' αὐτῆς [illegible]. [illegible] ἐκ τῶν κοίλων [illegible] τῶν πετρῶν, ἐφ' ὧν [illegible], ὅταν [illegible], καὶ [illegible] τὸ σῶμα αὐτῆς [illegible], καὶ τῶν πλευρῶν. καὶ τὴν ἐν τῷ μεσοπόρῳ δὲ κατάβασιν χάρυβδιν, ὥς τινες τῶν ποιητῶν ὀνομάζουσι. Et paulò pòst: τὸ σπήλαιον τῆς σκύλλης [illegible] περὶ τὴν Ἰταλίαν, ὅ ἐστιν ἐν τῷ πορθμῷ. Ac mox: [illegible], φόρκυνος καὶ ἑκάτης τὴν σκύλλαν [illegible]. [illegible] δὲ τὴν σκύλλης μητέρα [illegible]. Porrò autem Didymus Odyss. 12. dicit: ὅτι σκύλλα [illegible] θυγάτηρ, [illegible], ἔχουσα πρὸς ταῖς πλευραῖς σκύλακας, κατέχουσα τὸν πρὸς τὴν σικελίαν πορθμόν. Et loco statim non longe inde diuerso: σκύλλα θυγάτηρ μὲν ἦν φόρκυνος καὶ ἑκάτης, τὸ μὲν μέγεθος [illegible], [illegible] πόδας μὲν [illegible], κεφαλὰς δὲ ἓξ· ἐν ἑκάστῳ δὲ [illegible] τρεῖς στίχοι ὀδόντων. ὀφθαλμοὺς δὲ [illegible]. καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα [illegible] αὐτῆς ἔν τινι σπηλαίῳ [illegible] βυθὸν [illegible], [illegible] ἔξω τῆς [illegible]. τὰς δὲ κεφαλὰς [illegible], ὅταν [illegible] τὰς [illegible] εἰς τὴν [illegible], [illegible] ἡρακλέα, ὅτι [illegible], ὡς αὐτὴν [illegible]. τὸν δὲ πατέρα, διὰ πυρὸς [illegible], πάλιν αὐτὴν [illegible]. Historia extat, ut idem author testatur, apud Dionysium. Quare Stesichorus author est, eam Lamiæ filiam esse. Quoniam autem Sicilia magna aquarum & ignium miracula semper celebrata fuerunt, qualia circa Pelorum uisuntur, nunc in abruptum barathrum abeunte freto. nunc eum impetu rursum, & collisorum fluctuum fragore supina facie resiliente mari, uiolenta illa reciprocatio reuera materiam præbuit ueteribus poëtis ementiendi, quæ de Scylla & Charybdi extant fabulis prodita. Per has terras perque has maris angustias, constat Herculem in Italiam reuersum, Lacinium latronem, à quo promontorio circa Crotonem nomen inditum est, interfecisse. Horum autem locorum luculenta descriptio extat apud Homerum Odyss. 12.

ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις
δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
ἤτοι ὅτ' ἐξεμέσειε, λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ
πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη, ὑψόσε δ' ἄχνη
ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν.
ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
πᾶσ' ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη, ἀμφὶ δὲ πέτρη
δεινὸν ἐβεβρύχει, ὑπένερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
ψάμμῳ κυανέῃ.——

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite uastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, & sydera uerberat unda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris.

Quem locum imitatus est noster in tertio Aeneid.

Ora exertantem, & naueis in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pubetenus: postrema immani corpore pistrix,

Delphia

A *Delphinum caudas utero commissa luporum.*

Sed nõ paulo plenior descriptio est apud Græcũ uatẽ, ubi Vlysses à Circe, futuræ nauigationis omnis cura fugienda discrimina edocetur. Quo loco in amplificãdis periculis, & subijciendis nostri uestigiis, mirũ in modum eminẽt est:

πέτρη γὰρ λίς ἐστι, περιξεστῇ ἐϊκυῖα.
μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐστὶ σπέος ἠεροειδές,
πρὸς ζόφον εἰς ἔρεβος τετραμμένον ᾗπερ ἂν ὑμεῖς
νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ.
οὐδέ κεν ἐκ νηὸς γλαφυρῆς αἰζήϊος ἀνὴρ
τόξῳ ὀϊστεύσας κοῖλον σπέος εἰσαφίκοιτο.
ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα,
τῆς ἦ τοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς
γίγνεται, αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακόν. οὐδέ τίς μιν
γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν.
τῆς ἦ τοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα, πάντες ἄωροι.
ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες, ἐν δὲ ἑκάστῃ
σμερδαλέη κεφαλὴ, ἐν δὲ τρίστοιχοι ὀδόντες,
πυκνοὶ καὶ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο,
μέσση μέν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν.
B ἔξω δ' ἐξίσχει κεφαλὰς δεινοῖο βερέθρου.
αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα
δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι
κῆτος, ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.
τῇ δ' οὔ πώ ποτε ναῦται ἀκήριοι εὐχετόωνται
παρφυγέειν σὺν νηΐ, φέρει δέ τε κρατὶ ἑκάστῳ
φῶτ' ἐξαρπάξασα νεὸς κυανοπρῴροιο,
τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει Ὀδυσσεῦ,
πλησίον ἀλλήλων, καί κεν διοϊστεύσειας.
τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι τεθηλώς.
τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
δεινόν. μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν.
οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ οὐδ' ἐνοσίχθων.
ἀλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος ὦκα
νῆα παρὲξ ἐλάαν. ——

Scyllæam.] *Ad eanes in Scylla abstrusas allusum est. Per interpretationem uerbis magis perspicuis eandem sententiam reddit: scopulos è mari extantes, in quos Scyl-*
C *lam transformatam fabulantur poëtæ. Est syncope est in* Acestis, *pro acceßistis: & anaphora, in iteratione pronominis* Vos. Cyclopea] *Explicatur in tertio, qua ratione euitatis suprà memoratis periculis, in Cyclopum oras fuerint delati. Sumptus locus est ex Odyss. 9. ubi refertur Vlyssis nauigatio in insulam Cyclopum:*

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων,
ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
οὔτε φυτεύουσιν χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν,
ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
πυροὶ καὶ κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι, αἵ τε φέρουσιν
οἶνον ἐριστάφυλον, καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.
τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες,
ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα,
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. id est:

Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes,
Viuentes sine lege, tenent: qui numine freti,
Non plantant, nec arant, triticũ, sed & hordea gignit
Non sata, sponte sua, tellusq́ue arata colonis.
Sponte ferunt uites mera, quas Iouis augeat imber.
Ipsi habitant alti saxosa cacumina montis,
In speculisq́ue cauis, leges uxoribus atq́ue
Pignoribus fert quisq́ue suis, neq́ue mutua curant.

Quem Homeri locum Didymus exponens: ἀθέμιστοι οὗτοι *(inquit)* καλῶς ἀκολουθεῖ. ὅτι τὸ μὲν ὑπερφίαλον, τοῦ μεγάλου τὸ δὲ ἀθέμιστον, μὴ ἔχοντες χρείαν ἀλλήλων, ἀλλὰ τὸ θεμιστεύειν ἕκαστον παίδων ἠδ' ἀλόχων. *Erat gigantum genus in Sicilia, prodigiosæ proceritatis, & uastis roboris, haud procul ab Aetna monte, & Peloro. Leontinos Cyclopes eos fuisse, multi arbitrantur. Tres illic erant scopuli, quos habitasse creduntur à poëtis. Ioui sua fulmina fabricare dicuntur: credo ob id, quòd fabricæ ferreæ inuentores fuisse existimati sint. Ab orbiculari uno oculo* Κύκλωπες *appellati. Fuit & insula circa Rhodũ, Cyclops dicta. Sed de Cyclopibus plura dicturi sumus in tertio. Itaq́ue Poëta summum periculum propositurus, Cyclopum sedem subijcit, non quòd ibi damnum aliquod acceperint, sed quòd ab Achæmenide præmoniti, maturè periculum euasissent.* Saxa] *Erant tres scopuli, ab ipsis Cyclopum dicti. Quare idem Poëta in tertio Aeneid.*

——*& altis montibus errant.*

Cyclops & Læstrygon Siculorum reges fuisse produntur.

Reuocate.] *Propositio, quam à iucundo: hoc est, recordatione grata præteritorum malorum, in posterum confirmat. Nam olim, inquit meminisse iuuabit. Respexit ad prouerbiũ: Iucũdi acti labores Cicero lib. 2. de Finib. Quid si etiam iucũda memoria præteritorũ malorũ, ut prouerbia nonnulla ueriora sint, quam uestra dogmata? uulgò enim dicitur: Iucũdi acti labores. Erasmus existimat, adagium sumptum ex ipsa natura hominũ. Est enim (inquit) hoc insitum omnibus, ut iucunda cuiq́ue sit anteactorum malorum aut periculorum secura recordatio, commemoratioq́ue, præsertim insignium fatalium'q́ue, & quæ cum turpitudine cõiuncta non sunt, ueluti naufragiorum & bellorum. Vnde scitè dictum est ab Horatio:*

——*gaudent ubi uertice raso*
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Prouerbium ortum uidetur ab Homero, seu fonte poëtæ ab alijs diuersis authoribus usurpatum, exijt in parœmiæ speciem. Sic Odyss. 5.

νῶϊ δ' ἐνὶ κλισίῃ πίνοντέ τε δαινυμένω τε
κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λευγαλέοισι
μνωομένω· μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,
ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, καὶ πόλλ' ἐπαληθῇ.

Per uarios.] *Exclamatio: à natura uirtutis, & præmij pro exhaustis periculis, sumpta. Hac autem sententia monemur, nil magnum mortalibus, citra labores, qui uirtutis sunt comites, à Deo contingere: ut quidam Græcus poëta & uerè & disertè dixit. Quid porrò uita hæc aliud est pijs, quàm malorum pelagus? quibus exercitis in Latium: hoc est, æternam fœlicitatem, tendunt, quæ post huius uitæ ærumnas, ipsis uerũ Latium est, & quieta sedes* Quietas.] *A spe futuræ tranquillitatis.* Durate.] *Epilogus, quo rursum iacentes animos spe lætioris uitæ erigit. Concludit enim, præsentia incommoda hoc æquiorẽ animo ferẽda esse, quo sit propior felicitas & quies. Quid enim consolationis magis proprium est, quàm catastrophen malorum quasi digito monstrare, quibus defuncti beati sint futuri? Prom Durate dixit, pro perseuerate, quasi duros infractosq́ue animos habete. Obseruanda est troporum ratio* Resurgere,] *ab animali ad non animal.* Sedes.] *pro loco qui inhabitatur.* Mittite,] *simplex pro composito, omittite.* Vosmet,] *parelcon.* Rebus sec.] *ad res secundas & prosperas.*

A

ARGVMENTVM.

Troiani construendis dapibus sese accingunt: alij ceruos excoriant: alij carnes secant in frusta, & uerubus affigunt assandas, alij ad elixādas, in litore ahena constituunt, edunt, bibunt, & uires penè amissas iam tandem cibo & potu reuocant.

NASC.

Talia uoce refert, curisq; ingentibus æger
Spem uultu simulat, premit † alto corde dolorem.
Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris:
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant.
Pars in frusta secant, † ueribusq; trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammasq; ministrant.
Tum uictu reuocant uires: fusiq; per herbam,
Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.

† al. altum

† al. ueribusq;

" [illegible] " [illegible] " [illegible] " [illegible]

Talia uoce refert] non est pleonasmus, ut interpretes somniant, sed hoc dicit Poeta doctissimus. hac uoce quidē proferebat Aeneas, sed aliud in corde gerebat, propterea subdit: Premit altū corde dolorē.] non enim sciri poterat quo animo esset affectus Aeneas, cùm orationē illam ad socios habuisset, nisi Poeta indicasset. Monet igitur cōmiserationem ex ingenti dolore Aeneæ: cuius etiā prudentiam occultè cōmendare uidetur ex simulatione frontis: nam sapientis est, in aduersis lætitiā simulare, uel affectibus omnibus ita moderari, ut opportunè cū uelit, cumq; opus est, aut ex animo erumpant, aut in animo cōprimantur: ergo dolore interno affectus Aeneas, prudenter, sapienterq; in uultu, qui animi est index, lætitiā simulabat. Illi se prædæ accingūt.] redit ad narrationem: accingunt uerò se prædæ dictū est, pro grauiter aggrediuntur prædā, hoc est acriter parare, & constituere cibos ex præda quam fecerat Aeneas ideo sequitur: Dapibusq; futuris: Tergora diripiūt costis.] officiorum est distributio, & à toto ad singulas partes descendit, cùm tergora, costas, uiscera, alia quæ huiusmodi nominat. Sed alterius Poëta iudiciū intuendū est: nam ceruos Aeneas in singulas naues singulos partitus est, socij uerò nūc cibos parant: quæ ex re designare uoluit doctissimus uates patris esse familiās dare penū, familiæ uerò operas: illud etiā hîc obseruatione dignum uidetur, quàm recto ordine hoc, licet uile negocium describat: unde intelligi potest, oportere poëtā nullius rei, aut artis esse expertē, nec in ulla rerū descriptione, quam ipse tentârit, uel ab arte, uel à natura, ne digitum quidē trāsuersum, esse discedendum: huius autem descriptionis multa ex Homero sumpta sunt Iliad. α. & β. & ι. Verubusq; trementia figunt.] hoc genus cibi faciliùs paratur, ideo in bellica expeditione Homerus milites eo utentes inducit. quod etiam Plato annotauit in 3. de repub. nam faciliùs est, inquit, igne uti, quàm uasa circūferre. noster tamen & elixas carnes addidit nam sequitur: Littore ahena locāt alij. Tum uictu renouant uires.] leuibus, & minutis uerbis, leue negocium explicantibus, miro quodam iudicio urbanam interseruit orationem.

LAMB. Hort.

Talia.] ut suorum animos consternatos confirmet, fortem se infractumq; dissimulata ægritudine, in aduersis fingit. Est enim leuamen quoddam doloris ac malorū, principis fortitudo, alacritas & tolerātia. haud aliter atq; gubernatoris animus præsens & alacer, ac spes in periculis maximè dubijs. Voce.] Pleonasmus, familiaris poëtis. Simulat uir fortis alacritatē, ut fractis ac iacentibus animis uirtutem addat ac robur. Illi se] Hæc œconomia descripta maximè est primo Iliad. Homeri ubi studium Apollini sacrificantium Græcorum describitur:

" αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο, καὶ [illegible] προβάλοντο,
" αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν,
" [illegible] νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.
" αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
" μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
" ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα.
" αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα,
" δαίνυντ' οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.

B

Verbosior multò Græcus est, quàm Latinus, dum singula conuenienter ordini rerum subijcere laborat: præcipuè uerò, ubi religiosi sacris inperantur. Post effusas preces, molas spargunt, mactant sub hæc, & excoriant: inde coxas excidunt: fumoq; obtexunt: duplicant omentum: crudum imponunt: in fissis accendunt. Libat senex uinum, natura calidum ac nigrum. Mox accensis coxis, (adolescentiores ueruā uertunt) ac degustatis uisceribus, reliqua minutatim secant: id quod Poëta noster uertit, Pars in frusta secant: uerubus ea affigunt, assant, ac rursum omnia detrahunt postremò his laboribus defuncti, parant dapes, atque ad ultimum epulantur. Ex his Maro maximè decerpsit, quæ suo instituto conducere arbitratus fuit.

Prædæ] ad præparādam prædā. A' partitione. Accingere,] pro parare, metaphora usitata. Ac propriè Dapibus usus est: pro epulis in sacrificijs: cùm alioqui deorum dicantur, δαῖτες. Tergora] [illegible], periphrastice, pro excoriant: id quod flatum expolit. Viscera.] Propriè dicuntur, quæcunq; sub corio sunt. Hinc uetus uerbum uiscerare: carnes populo distribuere: & uisceratio, distributio illa, quæ fieri consueuit in sacris solennibus: ut paulò

C

suprà hoc eodem loco ex Homero annotauimus, ad quem hunc suum noster effigiauit. Et in funerib. clarorum uirorū similis uisceratio exhiberi solebat apud priscos: σπλάγχνα. Frusta,] dixit carniū particulas, τεμάχη, [illegible]. Quæ trementia uocat, quasi adhuc à cæde palpitātia. Figunt] simplex pro composito: affigunt. Littore.] In littore: ellipsis, Ahenum, existimat Paulus iureconsultus uas esse, quod supra igni suspensum pendet, in quo aqua potui calesit. Ad hoc calefaciēdū, ignē subijciūt quem flammam nuncupat. Tum uictu.] [illegible] ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης. Herbam] Viride pecudum pabulum uocant, quod terræ hæreat adhuc: βοτάνη, ποία. Implentur.] Admirabili breuitate, id quod fusius amplificare poterat, uno uersu absoluit. Bacchū,] pro uino, per metonymiam posuit: inuentorem, pro re inuenta. Vsum plantandi uites, exprimendiq; liquorem, inuenisse proditur. Sed de Baccho prolixa narratio circa finem huius libri instituetur Itaq; implentur affatim ueteri, ac proinde optimo laudatissimoq; uino, & carne ferinæ ceruina uidelicet, in hunc usum parata.

ARGV-

A

ARGUMENTUM.

Troiani cibo & potu repleti, socios verbis singulos requirunt, ac de eorum vita dubitant, ob idq; misericordia adducti, [illegible]orum e[illegible]am casum lugent. & praecipue dux Aeneas fortiorum hominum casum gemit, eorumq; d[illegible]id[illegible]ium aequo animo perferre non potest.

NASC.

Postquam exempta fames epulis, mensaeq; remotae,
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemq; metumq; inter dubij: seu uiuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.
Praecipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

POSTQUAM exēpta fames epulis.] *Homeri uersus pluribus in locis repetitus, sed praecipue in 1. & in 2. Odyss.*

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Amissos longo socios sermone requirūt.] *remotis mensis communi hominum more subsequitur sermo, & quia de rebus libenter loquimur, quae nobis gratissima sunt, de socijs suis, tanquam de rebus caeteris charioribus, uerba faciunt.* Spemq; metumq; inter dubij.] *rectè sanè timoris, nō absq; spei mentione, meminit: nā (ut inquit Arist. in 2. de arte rhet.) timentes nunquā sunt sine spe, ea timeri solent, in quibus aliqua sit spes euadēdi.*

B

Seu uiuere credant, Siue extrema pati.] *Antithesi orationem illustrat: nam uiuere, & mortuum esse, contraria sunt.* Nec iam exaudire uocatos.] *Interpres bifariam hunc locum exponit, & uel Deos extrinsecus subaudiendum putat, & est (inquit) cōquestio (quasi dixerit communem esse misericordiae locum ex infelicitate sociorum: qui ne in extrema quidē calamitate Deos propitios habent) uel socios, ut sit sensus: Eos ne sepulchrum quidem habere, ad quod uocentur: ego uerò Seruij sententiam non approbo, existimoq; potius expolitionem esse, quā Graeci ταυτολογίαν uocant, Vergilio maximè familiarem: hoc est idem esse cum superiore membro, siue extrema pati id est, siue mortuos esse credant. nam mortui uocati non audiunt.* Praecipuè pius Aeneas.] *quia dux, & imperator est, ideò praecipuè casum suorum gemit: decet enim ut qui alijs dignitate praecellit, eū & pietate praestare.*

Nunc acris Oronti, Nunc Amyci casum gemit.] *singulatim socios gemendo nominabat Aeneas, qui perierant, uel quos perijsse putabat, ut quanti eos faceret, illis, qui aderant ostenderet. nam ad eos consolandos*

C

plurimum interesse putabat, ut quo ipse esset erga illos animo, non uerbis tantùm, uerumetiam affectibus declararet, ideo gemit, non lacrymatur, ut in ipso uiri fortis decorū eluceat, & sociorū obitū se grauiter, molestèq; ferre demōstret. Et crudelia secū Fata Lyci.] *auget fortasse ex nimio eius erga Lycū amore: nā cùm Amyci casum dixisset, amore uictus quasi cum exclamatione subdit:*

——& crudelia secum Fata Lyci.

Et quanquam Poëta ipse loquitur, ita tamen loquitur, ut Aeneae personam induisse uideatur. Lyci uerò pro Lycij [illegible], auctore Prisciano, positum est.

LAMB. Hort.

EXEMPLO *Vlysis Homerici, in Solis insula cicili, refectos cibo ac potu, sociorum amissorum naufragio casum [illegible]urrentes uidemus. Homerus Odyss. 12.*

[illegible] πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο
[illegible] ἔκλαιον ἑταίρους
[illegible] γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλοῦσα,
[illegible] ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος.

*Euidenter affectus à loco hic admiscet, eos socios defle*uisse, *quos Scylla nauibus extractos absorbuerat. Et fletibus ubertim somnus obrepit, quod à nostro uate est praetermissum.*

Postquam.] αὐτὰρ ἐπεί. *Erasmus in prouerbio: Non interpellandus famelicus, admonet, hunc uersiculum inter paroemias celebrari posse, quoties innuemus, non esse interpellandi ociū, nisi prius placauerimus latrantem stomachum: aut ubi significabimus aliquē, simulatq; sit assequutus quod expetebat, iam ad alia conuerti. Extat autem hic uersus apud Homerum non uno loco, αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος. Quem Virgilius alibi ita reddidit:*

Postquam exempta fames, & amor compressus edēdi.

Et Erasmus:

At postquam his potus exempta cupido, cibiq.

Spemq;.] *Anastrophe, & polysyndeton. Haec, & ea quae sequuntur, in Graeco non sunt.* Extrema pati:] *periphrasis, pro mortuos & fluctib. absumptos esse.* Praecipuè.] *Vbiq; sui memor Poëta, τὸ πρέπον seruat, ut boni principis pietatem in suos coarguat. Porrò quod addit:* nec iam exaudire uocatos: *id ita accipiendum est, deos querelis nullis posse flecti, aut precibus: in rebus conclamatis: uel eos non solùm perijsse, uerùm etiam ne sepulturam quidem habere. Paratis sepulchris, defunctorum manes ter inclamabantur. Supremùm (inquit) ter uoce ciemus. Verùm de hac conclamandi consuetudine, alibi. Significaturus itaque hic extremā desperationem, de amissorum salute, dicit eos ne uocatos quidem iam audire.*

Oronti.] *Enumerat aliquos illustres Troianos, quos inter suos desiderauit, quorumq; desiderio ob uirtutem tenebatur. Orontes, ab Orōte amne nomē accepit: unde Orontobates, & similia propria, postea dicta fuerūt. Oritur aūt hic amnis inter Libanū & Antilibanū, iuxta oppidum Heliopolim. Quidā Graecorū scribūt [illegible]: sed de hoc suprà a nobis annotatū est. Sunt & Orontes populi, iuncti Gordiaeis, authore Plinio.* Amyci.] *Fuit alius quidā Amycus, Bebryciorum rex, propter quē in pugna à Polluce interfectum, bellum inter Argonautas & Bebrycos ortum fuit. Enarrator Apollonij secundo Argonaut. Ἄμυκος, inquit, ὁ τῶν Βεβρύκων βασιλεύς, [illegible] [illegible] [illegible]. Fuit autem hic Amycus Neptuni & Meliae filius, in cuius regnum qui penetrasset, eum secum caestibus certare cogebat, superatumq; occidebat. Memoratur alius Amycus inter insignes augures celebris. Meminit prioris Amyci regis & Orpheus in Argon. Caeterùm quod Poëta inter amissos socios Troianos Amycum recenset, illustriorem enarrationem desiderat. Bebryces aliquando Troiam incoluêre: quamobrem, ipsam Bebryciam nuncupant. Vnde illud: [illegible]*

Dion Cocceianus, Bebryces Narbonenses appellat: scribit enim hunc in modum. τ ... *Lyci.*] *Ipsumq; hoc nomen à Lyco Syriæ amne sumptum est. Cæterum querela sociorum amissorum, clausula est totius antegressæ narrationis: unde ad occasionem congressus & hospitij Didonis transitionem facturus est.* A

ARGVMENTVM.

Ad Iouem de rebus humanis tunc cogitantem Carthaginemq; respicientem affecta dolore Venus accedit, & lacrymans ipsum alloquitur.

NASC. ET iam finis erat.] *pulchræ digressioni & negocio ualde apta sese accingit Poëta: nam Troianis à Iunone odio iniquo uexatis, tandem Iupiter respiciat oportet: quem cùm Poëta huius rei sollicitum fecisset, non erat quod Venus ociaretur, quæ tantopere fauebat Troianis. & Aeneam filiũ ex tantis incõmodis eripere cupiebat: itaq; oblata sibi opportuna occasione ad Iouem plorans accedit, exploratura quid de Troianis iam tandem futurum uelit. locus uidetur ex Hom. sumptus Iliad. α ubi Thetis precatura Iouem pro Achille filio suo, cœlum ascendit: notior est doctis locus, quã hic adscribi oporteat.*

Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare ueliuolum, terrasq; iacenteis,
Littoraq;, & latos populos, sic uertice cœli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis,
Atq; illum taleis iactantem pectore curas,
Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitenteis,
Alloquitur Venus: —

quàm Troiani periculis sunt defuncti. Quare eam à deorum consilio ordiatur, quorũ nutu tristia lætis cõmutãtur. Et in Tragicis dramatibus præcipitur,
Ne Deus intersit, nisi dignus uindice nodus Inciderit. —

Despiciens mare ueliuolum, terrasq; iacenteis.] *Homerus loco proximè adducto, hoc totũ uno uerbo expressit: nam Iouem* εὐρύοπα *id est, magnũ oculũ habentẽ, quo longè, lateq; prospicere potest, appellat. inquit enim.*
» ...
Porrò felicem euentũ habere dicuntur, quæ Iupiter è cœlo benignè respexerit. Obseruandus est orationis cultus, cùm singula penè uerba singulis epithetis illustrentur, mare ueliuolum, terras iacenteis, littora, & populos latos.

Sic.] *hoc benigno aspectu.* Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitenteis.] *mouet commiserationẽ ex dolore Veneris. quam tristem, propter Troianorum miserias, appellat, & à pulchritudine commendat: nam cùm ait, oculos nitenteis lacrymis, nimiam illius in lacrymis effundendis pulchritudinem, atque uenustatem ostendit. ita quoq; de Eurialo in 5. Aen.*
» *Tutatur fauor Eurialum, lacrymæq; decoræ.*
Quod uerò tristior *ait, non puto comparatiuum pro positiuo positum esse, sed ut magnum doloris illius affectum ostenderet, tristiorem esse, quàm unquam fuerit, dixit: quod si Venus tristis esse non potest, ut interpretes uoluere uidetur, malefecit Virgilius, qui hoc in loco tristem induxit: at si tristis existere, ac dolorem pati potest, dolor iste intendatur, remittaturq; oportet.*

LAMB. Hort. TRANSITIONEM *parat per speciem digressionis, occasione querimoniarum Veneris, ad oraculum Iouis de amplitudine Imperij Romani, & clara Aeneæ posteritate: quo consilio Aeneas à matre ad hospitiũ Didonis deducitur. Est autem noua narratio latiorum rerum postea*

Et iam] *Transeundi forma ad nouã narrationẽ quasi dicat: Ad hũc modũ à iactatione maris elapsi, corpora sua refecerant Troiani. cùm Deus solicitus rerum humanarũ, terras & omnia quæ cœli ambitu & complexu tenentur,* B *aspiceret. Respexit ad prouerbium,* ἀπὸ μηχανῆς θεός, *cùm in medijs malis præter expectationem salus offertur, Ex improuiso deus.* Aethere] *Differentiam statuunt Græci inter* αἰθέρα *καὶ* ἀέρα ... *Lycophron:*
... «
Differentia persæpè confunditur: hic pro cœlo usus est. Sed & summum cœlum *dixit, pro medio in meridie. Iam &* Despicere *appositè ac propriè usurpat, pro deorsum è summo, inferiora, depressa ac iacẽtia spectare. Hinc pro contemnere quod humilia despectui habeantur. Huic diuersum est, suspicere.* Veliuolum.] *Epitheton. Sic Liui in Helena: Tu qui permensus ponti maria alta ueliuola. Et crebrum est apud Ennium, in quo uidelicet naues uelis aguntur.* Iacenteis.] *humiles, & intra cœli complexum depressas. Vsus est minimum quàm eruditi. nam iacentia appellamus abiecta & contempta, ut quæ hominum pedibus proculcantur. A' partitione locus. Nam hanc uniuersam machinam in suas parteis secat. terram, maria, littora, & eos qui intra horum sinus continentur.* C Sic.] *id est, inconniuenter despectans. Solicitudinem de rebus humanis ostẽdit id quod hypotyposi* ... *regna intueatis, perspicuè expressit. Metaphora in* Vertice: *quod hominis est, ad summitatem cœli transtulit. Ellcipsis præpositionis in* Defixit: *periphrasis, pro obtutu aspexit. Consimilis est in ea, quæ sequitur, oratione: Iactantem curas. pro curantem, solicitè cogitantẽ.* Tristior.] *Enallage, comparatiuum pro positiuo.* Oculos.] *Synecdoche poetica,* ... *frequẽs Homero,* δακρύω, *lacrymo:* δάκρυμα, *lacryma.*

ARGVMENTVM.

Queritur de patre Ioue filia Venus, quod promissis non steterit, sed Troianos, quibus orbis terrarum imperium, cœliq; arcem pollicitus fuerat, grauiter sectari, in eosq; inclementius, quàm decet, agere uideatur.

NASC. O' qui res hominumq;.] *expostulatoria oratio est: nam ita queritur*

— O' qui res hominumq; deûmq;
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troës potuêre? quibus tot funera passis,

de Ioue Venus, ut illum (modestè tamen) cùm inconstantiæ, tum etiam iniustitiæ

Cunctus ob Italiam, terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim uoluentibus annis,
Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus. quae te genitor sententia uertit?
Hoc equidem occasum Troiae, tristesq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna uiros, tot casibus actos,
Insequitur: quem das finem Rex magne laborum?
Antenor potuit, medijs elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui:
Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare * praeruptum, & pelago premit arma sonanti.
Hic tamen ille urbem Pataui, sedesq; locauit
Teucrorum. & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia. nunc placida compostus pace quiescit.
Nos, tua progenies, coeli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amissis, unius ob iram
Prodimur, atq; Italis longè disiungimur oris?
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?

* al. proruptum,

A ... stitiae accusat: iniustitiae quidem, quia cùm nihil Troiani in ipsum admiserint, crudeles tamen illi poenas pendunt: uel si quid reuera commiserint, in animaduersione, supplicioq; in eos, durior quam aequitas postulet, ipse uideatur: inconstantiae uerò, quia cùm perpetuitatẽ, summumq; imperium Troianis pollicitus fuerit, non modò id eis nõ praestet, uel de eorũ uita potius, ac nomine delendo cogitare uideat.

B Mira est profectò huius orationis uarietas multiplicesq; affectus: nam modò queritur Venus, modò blandis utitur uerbis, quãdoque iracũdiae ardore flagrat & contentione disrumpitur, interdum dolet, atq; inuidia consumitur & sunt hoc orationis principium satagentis, atq; omni sollicitudine repleti animi uidetur, cùm ita exclamat:

—O' qui res hominumq; Deûmq;

Aeternis regis imperijs, & fulmine terres.] perinde ac si diceret: O' Iupiter, cuius oculis (cùm supera, atq; infera, summo, aeternoq; imperio, ac iustitia gubernes) omnia sunt aperta, cui omnia hominum uitia, uirtutesq; egregiè explorata sunt, & cognita: quae uerba ad beneuolentiam illius sibi conciliandam efficacissima sunt. huic non dissimile est orationis principium. 10. Aeneid.

O' pater, ô hominum, Diuûmq; aeterna potestas,
Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus?

Quid meus Aeneas.] ἐρώτησις est, quae & interrogationis & propositionis officio fungitur, ab eo, quod fieri nequit: id est, ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου deducta. Hoc enim ait: nullum flagitij, aut sceleris genus reperiri posse tantum, quod qui admiserit, tali supplicio, quale in Troia-

C nos exercetur, dignus esse uideatur. huic affine est illud ex 9. Aeneid.

—nihil iste, nec ausus,
Nec potuit.

In te] ἀντονομασία: quem Dij, hominesq; timent.

Quid Troes potuere?] extenuat à minori. Non modò, inquit, nõ peccauit Aeneas, sed ne Troiani quidem, q. d. facilius in Iouem peccare potuisse Troianos, quàm Aeneam diuinitatis minimè expertẽ: uerumtamen non peccarunt, igitur immeritò excluduntur. Sanè haec interrogatio uim occultae reprehensionis habet: quòd innoxij affliguntur, uel grauiori, quàm sat est, supplicio afficiuntur.

Quibus tot funera passis.] mouet cõmiserationẽ ex multitudine incommodorũ, quae Troiani passi fuerunt.

Cunctus ob Italiam.] exaggerat Troianorũ incommoda argumento à consequentibus deducto: nam quibus negatur totus terrarum orbis, hi ne ad Italiam quidem ueniendi facultas conceditur.

Certè hinc Romanos.] inconstãtiae reprehensioni ingreditur, quod Iupiter promissa nõ praestet. Est autem modesta reprehensio, ab inhonesto deducta, totiusq; hic locus ex 2. Homeri Iliados sumptus esse uidetur ubi Agamemnon ibidem de Ioue cõqueritur. qui cum & uerbis pollicitus fuisset, & capite annuisset, ab eo captum iri Ilium, quasi mutato consilio, eum Argos remittit. sic ait Hom.

[illegible]

Ζεύς με μέγα κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.
σχέτλιος, ὃς πρίν μέν μοι ὑπέσχετο, καὶ κατένευσεν
Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι.

Et quae sequuntur reliqua.

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.] quid quantaq; Iupiter pro Troianis pollicitus fuerit, enarrat, ut in maximis rebus se à patre deceptum fuisse demonstret: quae res ad impetrandum quae uelit, plurimum ualet: alludit autem ad Augusti Caesaris monarchiam. Quae te genitor sententia uertit?] modestissimè patrem arguit inconstantiae. quasi praeter regis decorum fecisse uideatur, quia promissis non steterit. [illegible] (inquit Isocrates) [illegible]. hanc eandem sententiam Poeta aliter protulit in decimo Aen. cùm ait:

Coelicolae magni, quianam sententia uobis
Versa retro?

Fingitur aliquando Iupiter aliter uel agere, uel sentire, aut uelle, quàm ab eo uel factum, uel iussum, uel praescriptum sit, quod ideo fit, non quod ipse sibi dissideat: nam à se ipso Iupiter abscedere nequit: quamobrem infrà dicit:

—neq; me sententia uertit.

Sed quia rerum euenta nequaquam ab illo solo dependẽt: sunt enim alia sydera, quae Astrologi infortunia uocant, quorum asperitate corroborantur uis fati ad impedimenta uirtutum: cuius quidem fati administra est fortuna: sed haec sunt Astrologorum nugae.

Hoc equidem occasum Troiae.] reuocat commiserationis affectum per locum communem ex his, quae praeter spem contingunt: nam id omne nunc sibi ereptum esse queritur, unde aliquam praeteritae Troianorum calamitatis consolationem sperabat, quia eadem fortuna, hisdemq; casibus Troianos adhuc uexari, perturbariq; uidet, quibus iam inde ab initio uexati fuerunt.

Fatis contraria fata rependens.] Fatum erat, ut Ilium periret, & fato Aeneas in Italiam nauigabat, unde Romani genus habituri erant: hoc est igitur quod ait Venus, se fatis fata rependens, hoc solatio consolari: nam ubi ex priore fato dolorẽ, ita ex altero consolationis fructum

fructum capiebat: si verò de Dijs rebus Troianorum propitijs, & aduersis intelligendum affirmes, non laboro. nam & Ouidius dixit:

Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo.
» *Aequa Venus Teucris. Pallas iniqua fuit.*
» Sed haec, mea quidem sententia, ad rem non faciunt.

Quem das finem Rex magne laborum?] blanda, humilisq; non sine ingenti folicitudinis affectu interrogatio: quae precationis uim habere uidetur: perinde ac si diceret: iam denique tempus est, ut, qua tua potentia est, tot, tantisq; laboribus modum facias. itaq; renouat cōmiserationis affectum, & patris, cuius potestatem uehementer extollit, iterum sibi beneuolentiam conciliat: huic similis extat locus apud Eurip. in Alceste, ubi chorus hunc in modum loquitur:

» [illegible] ὦ [illegible] λαχὼν
» [illegible]
» [illegible]

Antenor potuit, medijs elapsus Achiuis.] rursus in querelam prorumpit, adducens Antenoris exemplum unde colligit argumentum à minori: Troianis iter in Italiā cōcedi debere: nā si in Antenor (inquit) patriae proditor superatis omnibus locorū difficultatibus, ad Italiam nauigare, ibiq; Patauium urbem condere potuit, Aeneas verò filius meus nepos tuus, cui coelum pollicitus es, qui nullo scelere, sed fato nutuq; diuino nauigat, non modò in Italiam aditum ei promissum adimis, uerumetiam eum tanquam nefarium hominem, & sacrilegum, Dijsq; inimicū à Iunone uxore tua, uexari, pessimeq; tractari permittis igitur inuidiose, & cum emphasi nomen Antenoris proferendum est: nam hinc omnis ferè Veneris inuidia pendet, quod scelestius Antenor ex hostibus receptus in Italia urbem cōdidit, Aeneas uerò, cui fata sedes ibi quietas permittunt, eò adire non posit. Medijs elapsus Achiuis.] singula huius exempli partes uim habent augendi odij, atq; inuidiae concitandae, sed paulò infrà pluribus.

Illyricos penetrare sinus.] mare Adriaticum, mare unum est, sed propter diuersa promontoria, in plures distribuitur sinus: nam qui ab Epiro, unde Adriaticū mare ab oriente initium habet, inchoat, sinus Dalmaticus appellatur: à dextra parte Dalmatiam, à sinistra Apuliam alluit. per quem Iaderam, appellitur Dalmatiae urbem, inde Anconam, quae in Italia est, nauigatur: alter est sinus paruus longitudine passuum triginta millium, ab Olsaro Illyrij oppido Polam usq;, quae in Istria urbs est: unde Polaticus olim Fanaticus sinus dictus est: à Pola inter scopulos, & secus littus Rubignum & Parentiam Istriae oppida nauigatur: inde tertius sinus initium ferè capit, qui sinus Venetus, seu magnum Quernarum dicitur, per hoc mare Venetias post [illegible] centum mil. ium passuum nauigatione peruenitur, quibus uerbis fac[illegible] intel[illegible] potest, cur Poeta Illyricos penetrare sinus numero multitudinis dixerit, non autem unitatis, Illyricum sinum: haec eo libentius adscripsi, quia mihi saepenumer[illegible] haec maria contigit nauigare. Atq; intima tutus.] Paulatim exaggerat, ut plenam [illegible] faciat.

Vnde per ora nouem.] transeundi difficultatem ostendit & [illegible]: nouē dixit, cùm nisi septem sint. ut nouem non numerum, sed uehementiā significet ita etiam Strabo libro geographiae primo Homerum excusat qui ter in die scripsit Charibdim reddere quod absorbuit, terq; resorbere. cùm fatis compertū sit, illud bis in die fieri) aut eorum auctoritatem Poeta secutus est, qui Timauum nouem capitibus exurgere literis prodiderunt: quorum sententiam Mela quoq; Pomp. approbasse uidetur. Hic tamen ille urbem Pataui.] inuidiosè, sed &, urbem Pataui, Graece dixit: sicuti paulò superius, fontem Timaui, pro fontem Timauum. A

Sedesq; locauit Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit Troia, nunc placida compositus pace quiescit.] hic plena, perfectaq; αὔξησις est: quod amplificationis genus Quintiliano incrementum appellatur. nam cum quatuor potissimum generibus amplificatio constet, incremēto, comparatione, ratiocinatione, congerie: haec per incrementum est, quod pluribus fit gradibus ita enim augetur per gradus iste, quod Antenor ex medijs hostibus elapsus est. quod per populos barbaros, ac natura feros tutus pertransijt, quod urbem condidit, eaq; condita, summa pace, & tranquillitate regnauit. Sanè ex hostium manibus effugere, perq; populos feros, ab omniq; penè humanitate alienos absq; ullo capitis detrimento transire, magnum est: urbem uerò absq; aemulatione, & contentione aedificare, genti nomen imponere, maius quiddam est. Sed urbe condita, tutò, & absq; B controuersia uiuere, tranquillaq; pace regnare, maximum est. Fabius exemplum adducit ex Verrinis, facinus est uincire Rom. uincire, &c. Sed in oratione pro P. Quintio in ea conclusionis parte, quam per commiserationem agit, uaria extant huiusce exornationis exempla.

Armaq; fixit.] id est, securus uixit: tractum à militibus, seu maxime à gladiatoribus: qui deposita gladiatoria seu militari arte, arma figere dicebantur: quia ea in templis suspendebant, uel templorum parietibus affigebant. Horat. lib. epist. 1.

— *Veianius armis* «
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. «

Vnde factum est, ut figere arma, sit securum esse.

Nos, tua progenies.] Cōparationi institutū accōmodat. factū auget ab indignitate personae: mouetq; cōmiserationis affectū per locū cōmunē. ex his quae fiunt praeter spē: huic loco persimile est illud Ouidianū in 3. de Fastis:

Illa ego sum, cui tu solitus promittere coelum. «
Hei mihi pro coelo qualia dona fero? «

Annuis.] annuēdo promittis Iouis [illegible] qui nutu magis, quàm uerbis loquitur: unde illud Virg. ex Homero sumptum, ut infra dicetur: C

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. «

Nauibus (infandum) amissis, unius ob irā Prodimur.] exaggerat ex iactura, & incōmodo Troianorum facti indignitatem patri obijcit ex genere, & numero, quòd ipsa & Aeneas (nam tanquam una ex Troianis Venus loquitur) quibus fatales sedes in Italia pollicitae sunt, & in coelo, propter diuinitatem aeternae debentur. odio, & iniquitate unius Iunonis miseris modis uexentur, & quasi nubes inanes huc illuc uento circumferantur, itaque cum contemptu, & stomacho unius ob iram dicit, quod uim quoque habet concitandi Iouis in Iunonem: quo nihil optatius est Veneri, & astutè id seruauit in fine, ne si fortè hoc aegrè tulisset Iupiter, illius animū initio orationis à se alienum fecisset: uerbum autem Prodimur, pro decipimur, aut porrò damur, accipiendum est.

Hic pietatis honos?] occupato grauissimis argumētis Iouis animo, Venus apertis, quod aiūt, tibijs, in querelam prorumpit: & ira uehementer exaestuans, nimis indulgenter

A dulgenter loquitur, ac omne prorsus iracundiæ atque odij uirus effundit.

LAMB. Hort. EXPOSTVLATORIA oratio, generis iudicialis est. Expostulat enim cum Ioue, de inconstantia, quòd fidem datam de restituendo Aenea in Italiæ possessionem, non seruet. Absoluitur locis suasorijs. A facili: cùm Iupiter omnia possit, nec habeat à quo prohibeatur, quo minus præstet promissa. Ab inhonesto: cùm id quod religiosè sit pollicitus, negligat. Argumentatur ab exemplo minori ad maius. Antenorem, hominem alienum ab Iouis ipsius sanguine, in Illyricum peruenisse, ac sedem fixisse. Cōcludit obliqua reprehensione inconstantiæ. O' qui] Beneuolentia a persona Iouis, & æternæ eius potentiæ: temperat enim ac gubernat Deus suo nutu omnia quæ supra infráque cælum sunt: uegetat item atque nutrit. Polysyndeton. hæc figura è Græcanicis sumpta est, [illegible]. Syncope, deûm pro deorum. Fulmen Iouis, perinde ut tridens Neptuno, hasta Palladi, arcus & tela Cupidini, thyrsis Baccho attribuitur. Quid meus.] Propositio, per interrogationem enunciata. Nihil Teucri tam meriti sunt, quamobrem ipsis totus orbis, propter Italiam præcludatur.

B Dissimulanter inconstantiam Iouis notat, quæ in Deum cadere non debet. Et crebra interrogationes exaggerant facti turpitudinem. Quid.] Anaphora. Obseruanda est emphasis, Meus: tuus nepos. habet item affectum. Culpam, quæ Iunonis erat, in Iouem reijcit, ut querela acerbior sit. Tantum.] [illegible], tam immane flagitium. odio Iouis dignum, cur tot periculis exerceatur. Zeugma. Funera.] Auxesis: amplificat multorum annorum iactationem. Funus autem propriè est, cadauer mortui hominis, exequiæ: accipitur pro morte. Iactationem itaque terra & mari, uocat mortes meras. Cunctus.] Amplificatio. contendit à promissis ipsius Iouis antecedentibus, quibus obliquè eius inconstantiam perstringit: quod uitium negant philosophi in sapientem uirum cadere, nedum in deos, multò uerò minus in summum Iouem. Voluentibus annis.] Enallage generis: in absolutum uerbi transitiuū.

Ductores.] imperatores Romanos uocat, qui è sanguine Aeneæ nascerentur. Hinc.] Emphaticōs repetit particulam Hinc, quasi iteret, ex sanguine Troiano. Reuocato.] è Troia in possessionem Italiæ, unde Dardanus, primus Troiæ conditor, profectus fuerat.

C Quo satis defuncto, Teucer è Creta in Phrygiam delatus, ipsam urbem mœnibus cinxit. Erat autem ita in fatis, ut Dardani reliquiæ aliquando, capibus regni Troiam euersi, in Italiā reportarentur. Fuit alius Teucer, frater Aiacis Telamonij, qui capta Troia domum reuersus, à patre regno pulsus fuit. De his alibi fusius narrabitur. Cæterùm Teucer è Creta in Phrygiam delatus, cum Dardano quidem coniunctissimè uixit: sed nulla stirpe relicta, uita defunctus fuit. Dardanus ex Italia (ut dictum est) in Phrygiam uenit, quem per Teucrum inuenit. Genitor.] Clausula contentiosa, in qua colligit inconstantiam Iouis. Occasum.] excidium: à spe promissorum fatalium quibus nixa sit. Periphrasticè, Magnum regem Iouē appellat. Antenor]. Ab exemplo minori, quò iniuriam eleuat. Neque illud frigidè transeundum, Rependens, pro, quæ sibi lance Romanis fatis contraria fata Troiana uicissim pendens, dixisse: à lancibus ducta metaphora, in quibus pondera utrinque appendendo conferuntur. Fuit autem Antenor Priami [illegible]. habebat enim uxorem, Hecubæ sororem Theano. Tradunt Græcorum commentatores, hunc Troiam Græcis prodidisse, hoc præmio, ut regnum Troianum deinceps obtineret: [illegible]. Hæc Lycophronis diligens enarrator. Porrò de Antenore & Aenea à Græcis scriptoribus duplex fama celebratur. Quidam dicunt, quod cùm hi Priamo & Troianis petendæ pacis authores semper fuissent, & ob id summa ignominia à suis essent repudiarentur, pactos à Græcis suam incolumitatem per portam quæ equinam habebat speciem, hostes noctu in urbem intromisisse. Nonnulli, quod Græcos hospitio excepissent, qui ad repetendam Helenam missi erant; quodque illius reddendæ suasores ab initio extitissent: postea in suspicionem proditionis uenisse. Certè Menecrates Xanthius author est, Aeneæ causam prodendæ urbis fuisse, quòd ab Alexandro à solenni sacro reiectus esset. Dionysius author grauissimus existimat, solùm Antenoridarum proditione captam urbem. Lycophron Antenorem Troiæ proditorem fuisse memorat qui recluserit (ut inquit Variæ histor. scriptor) iuncturas compagesque uentris lignei equi, [illegible]. Liuius tradit, Achiuos omnem uim & ius belli ab utroque prohibuisse: uel quòd semper reddendæ Helenæ & pacis authores fuissent: uel uetusti iure hospitij. Antenorem cùm Henetum multitudine, qui domestica seditione pulsi, alias sedes & ducem quærebant, rege ad Troiam amisso, uenisse in intimum maris Hadriatici sinum: & populis, qui mare & alpes incolebant, pulsis, eam oram tenuisse: pagumque adhuc Troiam, ipsam uerò gentem uniuersam Venetos appellatos. Henetos constat gentem esse in Paphlagonia, iuxta oppidum Mastyam Milesiorum, & Cromnam: unde profecti ad Troiam fuerant. Inde Veneti oriundi, ut ab Aenea duce Romani. Quod si uerum est, unum esse oportet Antenorem post Troiæ excidium, in restaurata urbe, 22 annos regnasse, & postea ab Hectoris liberis, auxilium ferente Heleno, pulsum, in Venetos concessisse, & Patauinæ urbis fundamenta posuisse. Illyricos.] Illyricæ gentis descriptio extat apud Plin. lib. 3. cap. 21. Hanc autem gentem anteà Liburnos fuisse appellatos, constat: intra cuius sinum multas insulas esse scribunt. Ipsa autem regio Illyris uocatur: estque portio quædam Pannoniæ, cum qua coniungitur. Strabonis abbreuiator docet Illyriam uniuersam esse montosam, frigidam, & niuibus obsitam: lib. 7 [illegible]. Idem docet, principium Illyricæ maritimæ esse Istriam, Carnois contiguam, & Italiæ. [illegible] (inquit) [illegible]. Appianus Illyriorum originem à Polyphemo & Galatea esse tradit: ex quibus tres filij geniti, Illyrius, Celtus & Gallus, à quibus Illyrij, Celtæ

Celtae & Galatae sunt orti. Ex Illyrio natus Achilleus, Autaricus, Dardanus, Medus, Perebus & Taulantius: quorū quisq; gentem de se reliquit condità. Muliebrem item stirpem procreauit, Partham, Daortam, Dasaram: à quibus Parthenij, Daortij, & Dasaretae nominati, & ipsi inter Illyricas gentes clari. Autaricus Paeonem habuit, & Scordiscum. unde Scordisci & Paeones. Ex Paeone Triballus, Triballorū author: qui ad Istrum fluuium sedes habuère. Sed Graeci eos Illyrios arbitrati sunt, qui supra Macedoniam & Thraciam à Chaonibus & Thesprotis ad Istrum usq; fluuium sedes habuère. At Caelius Illyriam, ab Illyrio Cadmonis filia dictā autumat Liburnorum.] Liburniae initium & finis Dalmatia est, inquit Plinius. Huius regionis gentes multae ab eo recensentur lib. 3. cap. 22. Horum inuentum fuit liburnum, nauigij genus uelocissimum, Liburnicae naues dictae. Ipsa autem gens ab Amazonibus orta creditur. Superate Timaui.] trancere fluuium Timauum. Plinius scribit, contra hunc amnem insulam esse paruam, cum aquis calidis, quae pariter cum aestu maris crescunt minuunturq;. Chraestomathiae author, μετὰ τὸ τίμαυον, μυχόταλον ... Vrbium, inquit Mela, quae procul à mari habitantur, opulentissimae sunt ad sinistram, Patauium Antenoris, Mutina & Bononia Romanorum coloniae: ad dextram, Capua à Tuscis & Roma quondam à pastoribus condita: nunc, si pro materia dicatur, alterū opus. At in oris, proxima est à Tergeste, Concordia: interfluit Timauus, nouem capitibus exurgens, uno ostio emissus. Haec Mela: qui hoc cum Poëta consentit, quòd nouē ostijs in pelagus effunditur. At, qui diligenter uetustatem scrutantur, uolunt, hunc numerum priscorū consuetudine pro quauis multitudine esse usurpatum: ut in eo, „ —nouies Styx interfusa coercet. „ & apud Horatiū: —nonumq; prematur in annum. Apud Nicandrum ἐννεάδεσμοι ... hoc est, multarum colligationum: apud eundem, ἐννεάκεντρον, nouem aculeorum, cùm duos aculeos tantùm habeat. Aratus, ... ubi interpres, ... exponit. Caeterùm Martialis Timauum multifidum uocat, cùm constet, septem ostijs tantùm exonerari. Haec obseruanti, non parum subit mirari, cur tam in modicus laborat in describendo amne Timauo: ab ostijs 9. & uastitate, ad amplificandum exemplum minus. Alij, septem ostia amni tribuunt, nonnulli octo: cùm ea diuersitas fabulosum id uniuersum coarguat, quod de eo celebratur. Ioachimus Vadianus, diligens locorum perlustrator, & eruditus cosmographus, qui praesentibus oculis omnem hanc oram lustrauit, author est, nusquam ullum Timauum extare hodie praeter obscurum riuulum. & eum quidem pedibus peruiū: ut fabulosa planè esse uideantur, quae de tot huius amnis ostijs celebrata sunt. Vadiano, missis aliorum nugis, ego accedo. Sunt enim fluminibus sui ortus & interitus. A Hic tamen.] Haec urbs primùm Antenorea, mox Patauium, postremò Padua appellata fuit, quo nomine hodie nuncupatur. Haec nobis edidit clarissimum historiographum rerum Romanarum, T. Liuium. Pataui.] per aphaeresin dixit. Sedesq;.] Interpretatio. Genti.] Hoc est quod Liuius scribit: Pagum Troiam, gentem uerò uniuersam Venetos appellauit. Sed de suo nomine ipsam urbem (ut diximus) primùm Antenoream uocauit, ciues uerò Antenoridas. Armáque.] Allusum ad uetustam athletarum & ueteranorum militum consuetudinem, quibus propter legitimè exactam aetatem, & emeritae militiae laudem, missione à laboribus concessa, mos erat, arma uel Herculi uel Marti ad postem suspendere, quasi consuetis studijs iam deinceps maledicturis. Indicat hic Venus, per fixa arma, Antenorem iamdudum laboribus suis defunctum, quietem consequutum: cùm Aeneas Iouis ex filia nepos, odio Iunonis adhuc iam septimum annum in medijs periculis iactetur. Arma, insignia quidam interpretantur armorum. Meminit Messala ad Valentinianum Imperatorem armorum, quae Antenor in templis suffixit. Troia.] Troiana, trisyllabum. Compostus:] syncope, pro, compositus. B

Nos tua.] Applicatio exempli maioris, cum exaggeratione indignationis, quam emphasi item intendit, & enallage numeri. Quare reprehendit Iouem à parum pio & turpi, quòd filiam & nepotem spe potiundae Italiae defraudet, eiusq; possessione excludat, cùm Antenorem, hominem Troianū, ab eius sanguine ita alienum, ut quem alienissimum, ad quietam sedem peruenire passus sit. Locus, praeter spem. Nauibus.] Exaggerat indignitatem, collatis inter se partibus: Aeneae caelum debetur, nequaquā uerò Antenori: nos amisimus naues, ille cum integra classe secundo uento nauigauit: ille dijs hominibusq; plaudentibus, nos odio Iunonis, adeoq; unius, ob causam nullam, summa iniuria prodimur: nos Italia excludimur, ille admittitur. Admirabilis Poëta est in extenuationibus causarum. quòd filia propter odium unius Iunonis hanc contumeliam à patre accipiat, fit, cùm ipsi & filio regnum Italiae fato debeatur: plus tamen uis & iniuria ualeat, quàm aequitas. Annuis] Mutatio generis. Infandum.] turpe dictu. Atq;] Epexegesi reddit, quae in re prodantur: quòd ex Italia excludantur. Hic piet.] Epilogus C constat affectibus à parum pio, & notatione inconstantiae. Illos autem uehementius intendunt iteratae interrogationes, per ecphonesin. Sceptrum.] pro regno: metonymia. Reponis] restituis. Respicit ad id quod antea obiecerat, in fatis fuisse, ut Dardani reliquiae in Italiam aliquando reportarentur. Habet ipsa clausula ironiam: quasi dicat, nequaquam Aeneam in ius regni Italici reponis.

A R G V M E N T V M.

Iupiter risu, vultu, osculo, & verbis filiam consolatur: nam quaecunq; ei de Troianis pollicitus est, omnia se benignè praestaturum confirmat: praedicit Aeneam virum magnum futurum, bella ingentia in Italia facturum, ferocesq; populos superaturum: Ascanium quoq; eius filium Albam conditurum, ibiq; triginta annos regnaturum, alios deinde reges ei ad trecentum annos prospero euentu successuros: vnde & Romanum imperium originem habiturum praenunciat: itaq; senes rerum ac summa tonus Rom. historiae ab Aenea, vsq; ad Augustum Caesarem, in cuius gratiam hoc opus scriptum est, egregiè atq; optimè texitur.

NASC.	OLLI subridês hominum	Olli subridens hominum sator, atq; Deorum. Vultu, quo coelum, tempestatesq; serenat,	sator, atque Deorum.] quo relit

Oscula libauit gnatæ, dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea manent immota tuorum
Fata tibi: cernes urbem & promissa † Lauini
Mœnia: sublimemq́; feres ad sydera cœli
Magnanimum Aeneam: neq; me sententia uertit.
Hic tibi fabor enim, quādo hęc te cura remordet,
Longius & uoluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia, populosq́; feroces
Contundet: moresq́; uiris, & mœnia ponet:
Tertia dum, Latio regnantem uiderit æstas,
† Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis.
At puer Ascanius (cui nunc cognomen Iülo,
Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos uoluendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnumq́; à sede Lauini
Transferet, & Longam multa ui muniet Albam.
Hic iam ter centum totos regnabitur annos,
Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos
Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus, excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanosq́; suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq́; metu, cœlumq́; fatigat,
Consilia in melius referet, mecumq́; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq́; togatam.
Sic placitum. ueniet lustris labentibus ætas,
Cum domus Assaraci Phthiā, claraſq́; Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Aegis.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, à magno demissum nomen Iülo.
Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustum,
Accipies secura: uocabitur hic quoq; uotis.
Aspera tum positis mitescent secula bellis:
Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus,
Iura dabunt: diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius, intus
Sæua sedens super arma, & centū uinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

A relict filia lacessitus, nō irascitur clemēs pater: sed cū eius animi sollicitudinē, tu etiam sollicitudinis causā ex quę perpendet, miseratur, illiusq; lacrymas maximā dolorē significātibus modum quęrit, usq; eius interno dolori celeriter medicina subueniat, neq; enim oportebat filiā in angorib. tantopere uexatā diutius uerbis circuitione differri statim lætitiæ ut ad gestu: ridet, ac illam osculatur: quibus rebus filiæ dolorē mitigat, & beneuolentiā aucupa-
B tur: obseruāda autem est Iouis modestia, &, quod Græci dicunt, ἐπιείκεια, quod etiā cuiusque regis, ac sapientis hominis propriū esse debet. nā subridet Iupiter, nō risu profuso utitur: neque enim uirū grauem uti decet profuso risu: quod est (ut inquit Isocrates) hominis fatui, desipientisq;. Sed hoc uersus ex Homero est. Iliad. ε
„ —μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Vultu, quo cœlum.] hoc exēplo Iouem filiæ suæ, quàm fieri
C potuit, latissimum se præbuisse ostenditur. Parce metu Cytherea] Veneri respondet Iupiter. oratio est partim purgatoria, partim (ut ita dicam) nunciatoria: nam necone stanter accusatus, primum obiecta diluit (est enim artis) ut quoties orator, sine reus arguitur, primum purget se, deinde ad aliorum descendat. hanc artis regulam obseruat Dido in hoc primo libro, cum ait:
„ Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
„ Moliri, & latè fines custode tueri.
deinde causam ingreditur:
„ Quis genus Aeneadum, quis Troiæ nesciat urbem?
Postmodum narrationis quoddam genus aggreditur, quo posteros ab Aenea descensuros usq; ad Augustum Cæsarem breuiter percurrens complectitur, proximè igitur fugus, iam uerò uerbis etiam consolatorijs utitur, filiamq; in animo addit, hortatur. Manent immota tuorū.] Promissa confirmat obiectum inconstantia diluitq́; ad illud nempe refertur. Certè hinc Romanos, ——
& quæ sequuntur alia Cumq; satis fuisset dixisse, manēt fata, quò tamen Veneris spes certior fieret, addidit:

tuorū, & tibi. Cernes urbē.] inuentia superioris: nam fata illum in Italiam miserant, ut Troiam denuo excitaret: quā, simul eò peruenit, cōdere cœpit. Virg. in 5. Aeneid. † al. Latini
„ Interea Aeneas urbem designat aratro. † al. Terraque
quod magis consentaneum uidetur, quàm si urbem Romam intelliges. & quia Lauinium etiā Aeneas condidit, ideo sequitur: Et promissa Lauini Mœnia.] Sed tamē quę κατ' ἐξοχὴν hic agnoscunt. Cernes urbē: id est, Lauiniū, seu Lauinum: quod id circo magis approbant, quia nōnulli manu scripti codices, ex puncta copula. per appositionē legūt, cernes urbem, promissa Lauini Mœnia. quam lectionē ne Seruius quidē ignorasse uidetur. dicitur autē eam partem:
„ Cinctus ub Italiam terrarū clauditur orbis.
Sublimemq; feres.] uel est commendatio ex magnitudine nominis, quā ex rebus præclarè gestis Aeneas sibi comparaturus est, aut illi deificationem in cœlo pollicetur: & ad illud facit:
„ Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem.
Neq; me sententia uertit.] illud refellit.
Quæ te genitor sententia uertit.
illuc te referas oportet, ut intelligas cur sibi dissideat Iupiter: & quid sit, quamobrem sibi quandoq; repugnare uideatur. Hic.] hactenus obiecta purgauit: iam uerò narrationē ingreditur: quæ res memoratu dignas, quæ Aeneas in Italia facturus est, nec non illius futuram sobolem breui oratione perstringit. Fabor enim quādo hęc te cura remordet.] Parēthesis est, quæ futuræ quæstionis excusationem habet: nam bellum prædicturus Iupiter, quod Aeneas in Italia facturus est, tanquam dolorem Veneri sit ipse allaturus quasi excusationem præfatur. Lōgius & uoluens fatorū arcana mouebo.] locus attentionis, & beneuolentiæ maximus: non enim aut maiora dicere, aut maiorem sui in filiam amoris significationem facere poterat, quam arcanos fatorum sensus illi se crediturū polliceri. Populosq; feroces Contūdet.] infelix ua-

 ticinium

tacinium felici præsagio mitigat: nam quia in consolatione bellorum mentionem facere alienum uidebatur, ideo statim uictoriæ felicitatem prædicit, non absque ingenti commendatione uirtutis illius. Moresq́ue uiris, & mœnia ponet.] ad illud facere uidetur, quod de Antenore dixerat Venus. Hic tamen ille urbem Pataui, & quæ sequuntur. Ternaq́ue transierint.] expolitio rhetorica, quam elegans περίφρασις illustrat. hanc historiam quia plurimi perscripserunt, & in hac declaranda interpretes plus æquo etiam elaborarunt, ideo illius expositione supersedendum putamus, neque enim in his commentarijs cudendis, historias, aut fabulas declarare, nobis consilium fuit. At puer Ascanius.] alterū est narrationis membrum ab Ascanio Albanorum rege, usque ad Romam conditam. Cui nunc cognomē Iülo] adeas Seruium, qui Ascanij hanc uanam cognominum rationem diligentissimè prosequitur. Triginta magnos.] sapiēter tacendo Aeneæ tamen obitum innuit, cùm eius filium Ascanium postea regnaturum prædicat. Magnos orbes.] annum solarē intelligit, non illum magnum, de quo Astrologi somnia cōmiscentur, quē XII. milia quingētos LIIII. annos, & eò amplius etiam complecti, literis prodiderunt: cùm sydera, et planetæ omnes eò unde profecta sunt, reuersa fuerint nam lunaris annus, paruus dicitur.

Voluendis mensibus]Philosophorum opinionē sequitur de tempore: nam duo tantùm admittunt philosophi tempora, præteritum, & futurum: præsens uerò esse negant ullum: nam in eo quod præsens dicimus, si quid iam aliqua ex parte confectum est, præteritum est: si quid mox perficiendum, futurum est. quamobrem Poëta annis uoluentibus dixit: quod enim uoluitur, non stat: quod non stat præsens dici non potest. Oratores uerò non modò præsens tempus admittunt, sed & magis præsens admiserunt de quo pluribus, cùm opportunior inciderit scribendi locus. Regnumq́ue à sede Lauini.]Hac de re Dionysius Halicar. in 2. antiq. & Liuius in 1. ab Vrb. copiosè scripserunt. Inde lupæ fuluo.]tertia pars narrationis est, ab urbe condita usque ad Iulium Cæsarem: in qua urbis ædificationem: imperij Rom. magnitudinem, æternitatemq́ue, ac de hostibus uictoriam prædicit: hæc uerò Romuli historia notior omnibus est, quàm hic adscribi oporteat. Et Mauortia condet Mœnia]Romanorum est commendatio à fortitudine militari. nam mœnia Mauortia non ideo dici uidentur, quia Mars Romuli urbis conditoris genitor fuerit, sed quia uirorum fortium, bellique non expertiū ciuitas est. Romanosq́ue suo de nomine dicet.]peritè Romanos, non Romam Poëta dixit, alludens ad illud Priscorum Rom. decretum, ne quis nomen urbis, ne in sacris quidem, enuntiaret: quod in apertum proferre audens Valerius Soranus, cruci affixus fuit. Proinde Angeroniæ Deæ simulachrum Romæ colebatur, quod ore obligato de nomine urbis silentium imperabat. Idque factum fuisse legimus, ne Dij tutelares urbis ab hostibus euocari possent. Hac de re Plin. Macrob. Sempronius, aliiq́ue multi meminerunt: alij uerò dicunt nomen illius, cuius in tutela esset, nomen fuisse tacitum, & arcanum. His ego nec metas rerū, nec tēpora pono.]ab infinita imperij magnitudine, & ab æternitate temporis commendatio ideo sequitur: Imperiū sine fine dedi.]sine fine temporis, & absque rerum termino: alludit autem ad Augusti Cæsaris monarchiam. Quin aspera Iuno.] benignam Troianis fore Iunonem pollicetur: id autem bello Punico secundo contigit, cùm Iuno, ut Ennius apud Seruium refert, placata Romanis fauere cœpit: A
porrò ad illud respondet:

——unius ob iram Prodimur.

Quæ mare nūc, terrasq́ue metu, cœlūq́ue fatigat.]prouerbialis hyperbole, de his, qui in aliquo negocio omnia perturbant, omnemq́ue lapidem mouent, ut illud perficiant: idem est cœlum, terramq́ue miscere, ut suprà diximus. Sed Iunonis factum extenuat ex causa timoris cùm ait, metu: nam Troianos ideo persequebatur Iuno, quia Carthaginem à sobole Troianorum delendam audierat. Locus sumitur ex ratiocinatione, unde causa facti emergit, quam timor facit. Exemplum huius timoris extat in 2. Aen. de Vlysse contra Sinonem: qui Palamedis necem pallàm se ulturum promiserat sic enim ait:

Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem uictor ad Argos.
Promisi ultorem, & uerbis odia aspera moui.

Romanos rerū dominos.]commendatio à magnitudine imperij. Gentemq́ue togatā.] proprium est Romanorū epitheton: nam omnes, præter pueros, toga utebantur. Cùm domus Assaraci.]Græcos à Troianis: B
hoc est, à Romanis, delendos prædicit: quod ad Venerem consolandam plurimùm facit: nam cùm Troiani à Græcis deleti fuissent, quid Veneri iucundius afferri, nunciarique poterat, quàm Græcos itidem à Troianis esse delendos? Phthiam, clarasq́ue Mycenas,]signatè loquitur Phthiam, clarasque Mycenas, propter duos Græcorum summos principes Agamemnonem, & Achillem, Troianorum acerrimos hostes: quorum alter Phthius, alter: id est, Agamemnon, Mycenæus fuit: sed per has duas ciuitates totam Græciam intellige subigendā Seruitio premet.] existimant interpretes de L. Mummio, qui Achaiam in deditionem accepta, Corinthum (ut inquit Florus) ex S.C. diruit, itidem Thebas, & Chalcis, quia auxilio Corinthijs fuerunt esse intelligendum: ego uerò de Tyberio Nerone, & Druso Augusti Cæsaris priuigno, qui totam Græciam (ut Florus testatur libro 136. in T. Liuio) domuerunt, sentiendum arbitror: nam si sic intelligatur, maior erit uindicta, & maior Veneris consolatio. Adde etiam quod ita magis Poëta blāditur Augusto: atque ut ita intelligendū sit, Poëta ipse indicare uidetur, cùm subdit. & uictis domi- C
nabitur Argis. Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar] postrema narrationis pars est, quæ Iulij Cæsaris genus, potentiā, uictorias, triūphos, diuinitatem, nec non Augusti Cæsaris auream illam, felicemq́ue ætatem, in qua deuictis hostibus, comparataq́ue sibi per totū terrarum Orbem pace, regnauit, breuiter & summatim complectitur. Pulchra origine]propter Venerem: unde Cæsar ipse originem se ducere putabat. obidq́ue, auctore Tranquillo, Venerem impensè colebat. Imperium Oceano.]laus à potentia ob imperij latitudinem. Famā qui terminet astris.] à magnitudine gloriæ atque famæ, quam ex rebus præclarè gestis sibi comparauit. Iulius à magno.]renouat commendationem à genere, & est illius ἐπανάληψις, quod dixerat, pulchra origine: nam Iulius Ascanius Veneris ex filio nepos fuit.

Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustū, Accipies secura] Post multa præclara facinora, multasq́ue ab eo sibi, populoq́ue Rom. partas uictorias Cæsari ἀποθέωσιν pollicetur, olim strenuissimi uiri ob res præclarissimè gestas inter Deos referri solebāt: ut Hercules, Theseus,

A *Quirinus, Liber, & alij, de quibus Horat. epist. 2.*

» *Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,*
» *Post ingentia facta, deorum in templa recepti.*

De his quoq; extat lex duodecim Tab. in hunc modum: Diuos, & eos, qui cælestes semper habiti sunt, colunto: illos, quos in cœlum merita uocauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, & illa, propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentem, uirtutem, pietatem, fidem, earumq; laudum delubra sunto: nec ulla uitiorum sacra solennia, obeunto. Hactenus lex. Obseruandum tamen est, quòd, cùm multas Cæsar adeptus fuerit uictorias, multosq; egerit triumphos, illius tantum gloriosissimæ uictoriæ Iupiter meminit, quam ex deuicto Pharnace Mithridatis F. summa cum dignitate reportauit. Vocabitur hic quoq; uotis.] *& id quoq; assecutus fuit Cæsar: nam Amatius, eiusq; factionis alij columnam solidam prope uiginti pedū, lapidis Numidici, Iulio Cæsari erexerant, inscripseruntq;* PARENTI PATRIÆ. *apud quam multis annis uota, & sacrificia ei facta fuerunt. Cic. in Philip. Tranquil. in Cæsare.*

Aspera tū positis mitescent sæcula bellis.]
B *à Cæsaris, ad Augusti tempora, atq; illa quidem felicissima transit: quibus, sedatis bellis ciuilibus, compositaq; in toto Orbe terrarum pace, omnium maximus, ac felicissimus regnauit.* Mitescit.] *apta tralatio, à feris animantibus deducta, quæ posita iam tandem feritate, mitescunt, mansuescuntq;: nam post bella, tandem pax oritur.* Cana fides, & Vesta, Remo cū fratre Quirinus. Iura dabunt.] *ἀνηγορικῶς: aureæ ætatis felicitatem exaggerat, ut Augusti Cæsaris fortunam, felicitatemq; ostendat, quem ea ætate regnaturum uaticinatur, qua fides, religio, iustitia, paxq́ue coli cœperit: quas quidem in uirtutes cùm homines totis uiribus incumbunt, Orbis terrarum nisi felix, & beatus esse non potest. Sic infrà de Didone:*

» *——quæ te tam læta tulerunt*
» *Sæcula.*

Fidem ergo, quod est iustitiæ fundamentum, iustitiam intelligit, Vestam, religionem: Quirinum, pacem, concordiamq;, non qualis inter Remum, Romulumq; fuit, sed qualis inter fratres esse debet. Claudentur belli portæ.] *id est, bella cessabunt & pax ubiq; uigebit: alludit ad*
C *templum Iani, quod Numa Pomp. ad infimum Argiletum index pacis, belliq; fecit, apertum, ut in armis esse ciuitatem, clausum pacatas omnes populos significaret. Liuius ab Vrbe cond. lib. 1.* Furor impius, intus] *Furorem describit, sub cuius descriptione bellum ciuile potissimùm intelligendum est. Sed ne illud silentio prætereundum uidetur, furorem ab antiquis describi solere modò cathenis uinctum, qualem nunc effingit Poëta, modò uinculis solutum, qualis describitur à Petronio Arbitro in Satyrico, cùm ait:*

» *Quos inter furor abruptis ceu liber habenis*
» *Sanguineum latè tollit caput, oraq; mille*
» *Vulneribus confossa cruenta Casside uelat.*
» *Hæret detritus Læuæ Mauortius umbo*
» *Innumerabilibusq; telis grauis, atq; flagranti*
» *Stipite, dextra minax terris incendia portat.*

Fremet horridus ore cruento.] *de industria rē asperam uerborum, literarum asperitate expressit. Sic pluribus in locis ab Homero, & Virgilio fieri pluribus in locis intueri licet, ut:*

——stridorq; rudentum. "
& alibi:
——clangorq; tubarum. "

Hanc utilitatem afferre poëtis syllabarum consideratio uidetur, & literarum: sunt enim (ut inquit Dionys. Halicar. in libello περὶ τῆς συνθέσεως) sæpè τὰ γράμματα μιμητικά: quarum rerum natura magistra est: quæ nos cùm ad animantium uoces, tum ad aliarum rerum sonos imitandos aptos reddidit.

OLLI.] *Totus hic locus à Marone, teste Macrobio, expressus est ad primum librum belli Punici Næuiani. Queritur Venus Ioui, Troianos tempestatibus ἄνω καὶ κάτω iactari, atq; ex Italia excludi, quam uicissim Iupiter consolatur rerum futurarum spe. Reddidit Homericum ὑπομειδιῶν: ostendit Iouem non tam querelis filiæ indignatum, atq; modesta expostulatione propter futurarum rerum ignorantiam delectatum. Risus enim amicitiæ & animi hilarioris signum est.* Olli.] *illi, antistœchum. Et ut placatum animum coarguat, circumscribit uultum eius ab effectis in rebus pacatis, perinde ut iratus nutu totum tremefactat Olympum. Iam & uenusta periphrasi donauit illud, quod apud Homerum crebrum est: πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Risum porrò, amicitiæ symbolum, alio signo cōfirmat, cùm dicit:* Oscula libauit natæ:] *hoc est, leuiter dedit, à labijs deducta uoce, ut Grammatici arbitrantur: quasi labiare, primis labijs attingere. Per metaphoram, Leuiter tangere, ut hoc in loco: & sacrificare, unde libamen.* Parce metu.] *In exordio consolatoriæ orationis, beneuolentiam à persona Veneris captat. Inde à se remouet crimen inconstantiæ, à Venere obiecta. Tota inde narratio historica, ad consolandum Venerem, & celebrandum amplitudinem Imperij Rom. & familiam Cæsaris spectat.* Cytherea] *Autonomasia Venus, à Cythera aut insula, aut urbe, ubi colebatur. In hanc primùm dea delata putatur, statim quàm è mari prodijsset, aut cùm in mari concha esset concepta. Alij authores sunt, quòd in Cyprum concha sit uecta, & in Cythera urbem exierit. De concha autem ipsa testatur apud Papin. loquens de Violantilla, uxore Stellæ:* LAMB. Hort.

Hæc & cæruleis mecum consurgere digna "
Fluctibus, & nostra potuit considere concha. "

Quoniam autem id genus concha margaritas producit, ob candorem & lauorem, festiuè poëtæ inde Venerem natam finxerunt. Et quia præcipua ornamenta mulierum sunt, Cytheriaca dicuntur. Porrò autem Hesiodus:

Κυθέρειαν (inquit) ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις. "
Κυπρογενέα δ', ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. "
ἠδὲ φιλομμειδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη. "

Fata tibi] *Occupat principiò id quod obiecerat, Iouē pollicitum, è sanguine Aeneæ exorituros, qui imperium Orbis terrarum longè lateq; obtinerent.* Cernes] *Luculentioribus uerbis explicat, quæ uocet filiæ fata. Veniret in Italiam: conderet oppida: bello nomen magnum & gloriam quæreret: indiges fieret Aeneas.* Lauini.] *Apocope, pro Lauinij. Inter alios historiographos Liuius tradit, Aeneam post multorum annorum errores in Italiam delatum, & agrum Laurentem tenuisse. Cui cùm præter arma & naues nil superesset, prædatū socios iuisse. Quare infesto agmine Latinum cum Troianis congressum, ac superatum. Qua de causa cum Aenea affinitatem iunxit, & quidem his legibus, ut Lauiniam filiam illi nuptum daret. Apud quosdam proditum legimus, genio loci monitum,*

 expedire

expedire regi & Aboriginibus, Aeneam hospitio sibi adiungere. Inde Aeneas oppidum à se conditum, ad socerum & populares sibi conciliãdos, de uxoris nomine Lauinium appellauit. Haud longè pòst, Aeneas secundo cum Hetruscis & Rutulis prælio occubuit: Patri Ascanius successit. Verùm cùm Lauinij multitudo abundaret, florentissimã urbem nouercæ reliquit: ipse autem Albam longam condidit, de qua alibi uberior instituetur narratio. Græcorum quidam longè aliter historiam digerunt. Quinquagesimo (inquiunt) anno ab Herculis decessu, hic Aeneas post Troiam captam in Italiam & Latinos uenit. παρὰ λαύρεντον δὲ ποθόκατι, τὸ καὶ τροίαν καλούμενον, παρὰ θῖνα ποταμὸν, ἔχων ἐκ τῆς ἐν ἐρυθραῖς ἱερὸν αὐτῷ ἀποδο‑μενον, ὃ ἴκιον. ὅτι φανεῖσαν τὴν μετ' αὐτὸ τὰς πατρί‑δας σαλωίνας ὅσας, ὃ ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων. (ὁ γὰρ ἄγον προνίσας) ἔτι δὲ καὶ χοῖρο λευ‑κᾶς ἀπὸ τῆ πλοίο αὐτῆς ἀποσκιρτήσαντος ἐπὶ τὸ ἄν αὐτῆς ἀλξαυον ὄρ@, καὶ τριάκοντα τετοκέας, ὥσπερ ἰδίαιον, ὅτι τριακοστῷ ἔτει οἱ παῖδες αὐτῷ καὶ γλῶ καὶ ἱερὰν@ ἄμαιον ἵξουν. ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀντιλάας, ἐκ μυσμῷ τοῦτο προανεκάς, θύσας δὲ καὶ τὴν χοῖρον, παρεσκευάσατο ἐκτίσαν πόλιν. ὁ δὲ λατῖν@ τότον ἐκ ἕα. ἐπελθὼν δὲ πολέμῳ, δίδωσιν αὐτῷ τὴν γάμων λαβινίαν, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα. αὐτὰς δὲ ἔκτισε πόλιν. λαβινίαν ὀνόμασεν. λατῖνε δὲ τύρσε, τῆ ῥυτόλων βασιλέως, πολέμῳ ὑπ' ἄλλων ἀναιρεθέντων, αἰνείας ἐβα‑σίλευσεν. ἀναιρεθέντος δὲ καὶ αὐτῷ ἐν λαβρέντῳ πολέ‑μῳ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ῥυτόλων, καὶ μαζεντίῳ τῷ τυῤῥη‑νῷ, λιπόντης τὴν αὐτῷ γυναικὸς λαβινίας τὴν υἱὸν, ἀσκάνι@ ὁ ἐκ κρεούσης ἐπεὶ βασιλεῖς· ὃς καὶ τὸν μα‑ζέντιον πολέμῳ συμβαλόντα νικᾷ τελέως, μὴ δεχό‑μενον τὰς πρεσβείας, ἀλλὰ τὰ τῆ λατίνε πάντα ὡς λεῖαν δεομένη ζητοῦντα. **Lauini.**] *Epexegesis, ipsum Lauinium.* **Cernes.**] *Emphaticõs dixit, cernes: nam uidisse tantùm ea dicimus, quæ illicò è nostro conspectu fuere sublata, quibúsque haud diu frui fit datum. Cõdita enim urbe, bello cum Hetruscis è rebus humanis statim sublatus fuit, postquàm tres annos regnasset.* **Ad sydera.**] *Hyperbole: respicit, præter nominis magnitudinem, ad Aeneæ* ἀποθέωσιν. *Porrò post recentem in Italiam aduentum suum, Aeneas alias præterea condidit urbes in ora Hadriatici maris, Corcyram & Melanã, & nouam Troiam, haud procul à Laurento, ut annotauit Græcus Scholiastes. Pax inde cum Latino facta est per Euandrum regem, Nicostratæ filium. Nonnulli prodidère, uictoria ultro citróq; parta, eum ad postremum contra Turnum demum & reliquos hostes mouisse. Tertio pòst regni anno in Numicio fluuio haustus periyt. Vnde corpus extractum, apud Laurentum sepelitur, & pro indigete coli ab incolis cœpit: ubi templum illi conditum, cùm inscriptione postea inuenta,* PATRI DIVO TERRESTRI. *Scio alios esse authores, qui eum in amne illo necatum, & in inferum mare ui amnis delatum credant. At Tzetzes, & quidam alij, in Laurento bello à Rutulis & Mezentio Tyrrhenorum rege eum occisum prodiderunt.* **Neq; me.**] *Hypallage: hoc est, non muto sententiam. Reprehendit, id quod inscitè à Venere obiectum fuit, crimen inconstantiæ: Quæ te genitor sententia uertit?* **Fabor.**] *Docilem & attentum reddit ad narrationis seriem, cùm promittat se expositurum ordine, factorum Aeneæ arcana prolixiùs & altiùs quidem.* **Hic.**] *Narrationis initium à primo statim in Italiã Aeneæ accessu, quo propter abductam è Latinorum agro prædam primùm ad pugnam uentum fuit.* A

Bellum ingens.] *primùm cũ Latino, inde cũ Rutulis & Tyrrhenis, alijsq; Italiæ populis propter Lauiniam Latini filiam: quam Aeneæ in uxorẽ datam, uel ob id Turnus indignè ferebat, quia ei eadem priùs desponsa fuerat: uel quòd aduena sibi propositum iret. Cæterùm, quàm atrox bellum gesturus sit cum gentibus Italicis, uaticinatur Sibylla in sexto.* **Populosq;.**] *Latinos: inde Hetruscos, Volscos, Rutulos, qui communiter aduersus Troianos bellum parabant.* **Moresq;.**] *Lauinium oppidum condet quod legibus, institutis & armis muniet.* **Tertia dum.**] *Anaphora. Tres (ut diximus) annos regnauit tantùm. A partibus totum intelligit: per æstates & hyemes, annos, per synecdochen.* **Rutulis.**] *omnibus Italiæ populis qui aduersus eum arma induent. Abusus est numero distributiuo, pro cardinis: Tribus annis exactis.* **At puer Ascanius.**] *Trãsit ab Aenea, ad eius filiũ Ascanium, Albani imperij conditorem. Cuius potentiam & posteritatem paucis uersibus proponit, ut ad amplitudinem & originem Romani imperij festinet. Ascanius è Creusa priori uxore, Priami filia, Aeneæ filius, regnum post patris mortẽ suscepit. Troia incolumi Euryleon dictus fuerat. Quare Lauinia priuignum timens, iam partui propinqua in syluã fugit, peperitq; ibi Iulum Syluium posthumum, quem Poëta in sexto eius posthumam prolem nominat. Sed Ascanio imperium paternum usq; ad puberem ætatem per matris prudentiam incolume mansisse, author est Liuius: tum autem authoritate inter suos populares polluisse. Interea Ascanius, siue ex Creusa natus, maior ille, siue Syluius Ascanius, Albam condidit. Huc, abundante Lauinij multitudine, coloniam deduxit. Classici authores sunt, Ascanium priuignum in nouercam postea clementiorem factũ, postquam ipse Albam condidisset, ei sua sponte regnum Lauinij reliquisse: quod ipsa summa prudentia integrum ad filij usq; pubertatem tenuit. Porrò quantum Dionysius & Græci de Aenea in Italiam aduentu narient, non inutile foret annotare, nisi esset nimis operosum. Eusebius tradit, Lauiniam nupsisse Melampodi cuidam, ex quo Latinum Syluium susceptum, Syluio fratri successisse. Mira profectò scriptorum uarietas est, & discrepantia: quorum quidam scriptum reliquerũt, Aeneam in Phrygia Ascanium filium Dascilitensibus ducem reliquisse: in Pallenis urbem suo nomine condidisse: in Acarnia filiam matrimonio locasse: & in Sicilia suis hospitibus condendarum urbium authorem fuisse. Porrò Ascanium dictum credunt* ἀπὸ τῆς ἀσκανίας λίμνης φρυγίας: *quidam ab amne Troiæ. Iulus autem appellatus fuit, à prima barbæ lanugine, quæ illi per id tempus pubescebat, cùm Aeneas Rutulos & Hetruscos bello superaret. Etymologici authores,* ἴουλ@ *(inquiunt)* καλεῖται πρώτη ἐξάνθησις τῶν ἐν τῷ γενείῳ τριχῶν. *Alioqui* ἴουλ@ σημαίνει τέσσαρα· τὸν σκώληκα πολύπουν μικρὸν, περὶ τρίχες ἀπεχόμενον. ὃ παρακάζει τὰς ἀνθάνδρες ναῦς ὁ λονέρρανς τὴν ἐξάνθησιν τῶν γενείων: τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν: καὶ τὸν ὕμνον, *ut author est Eratosthenes in Mercurio. Ilus, uel, ut Tzetzes, Ilius, Troia incolumi, ab Ilo urbis conditore appellatus fuerat: quem Strabo lib. 13. tradit, primum post diluuium urbem in campo condere ausum fuisse, quam de suo nomine Ilium dixit, eumq; ibi sepultum. Porrò autem illud de Iulo adscribendum duxi, authorem Variæ historiæ quatuor illa significata uocis, facetis his uersibus complexum:* B C

A " [illegible Greek verse]
" [illegible Greek verse]
" [illegible Greek verse]
" [illegible Greek verse]
" [illegible Greek verse]
" [illegible Greek verse]

Trigenta] *Periphrasis anni solaris: nã annus lunaris paruus appellatur: qui 27. diebus & aliquot horis orbem suum lustrat. De Ascanio ita nonnulli prodiderunt: Moriens Syluio Aeneæ fratri posthumo regnum Albanũ reliquit: tametsi sint, qui eum id filio suo Syluio reddidisse affirment, pupillari adhuc ætate. Iam uerò cùm post Aeneæ mortem totius imperij summa ad Ascaniũ deuoluta esset, ueritta Lauinia dicitur, ne quid sibi apud priuignum nouercale odium efficeret. ad Tyrrhaeum regij pecoris magistrum se contulit, quem patri Latino fidissimum nouerat. Apud hunc in ipso partu, & postea aliquandiu in occulto fuit. Vnde puerum, quòd in sylua editus fuit, Syluiũ appellauit. Quam cùm Aborigines aliquandiu, non sine tumultu quæsissent, & Ascanio indies maior atq; maior inuidia apud indigenas ex illius desiderio oriretur, spectareiq; res ad defectionem, Tyrrhaeus rem omnem suis popularibus fecit palàm. Atq; inde concordes Ascanius & Lauinia, ad Albæ usq; conditionem regnum tenuerunt: fuitq; ille apud priuignum materna planè ueneratione. Dionysius author est, nihil ab Ascanio de regno in morte constitutum. Quare eo defuncto, cùm ambigeretur, cuiusne filius, an Syluius in regnum succederet, populus eam ambiguitatem suo arbitrio finiuit, ac Syluium regnare iussit: quòd non apud populares fauore paterno, sed materna auitaq; gratia & memoria ualeret. Valuitq; tantum ille fauor, ut Syluij cognomen apud posteros reges honorificum haberetur. Porrò autem, ne filius Ascanij Iulus paterno regno omnino defraudatus per iniuriam diceretur, præter regia tributa, tradita illi est sacrorum potestas: quam ab hoc Iulo deducta gens Iulia, inde ad stirpis usq; interitum gessit. Atq; hæc quidem mihi uero proxima esse uidentur. Triginta.] Dionysius & alij quidam produnt, Ascanium Albæ regnasse duodequadraginta annos. Sunt qui detrahunt annos quatuor. In uniuersum tanta est uarietas sententiarum inter historiographos de Ascanijs, altero Creusæ, fugæ paternæ comite, altero ex Lauinia, ut*

C *dicant Aeneam tres annos regnasse Albæ: cùm apud omnes ferè constet, Albam ab Ascanio conditam, ut paulò post dicetur.* Quare Poëta addit:

——Regnumq; à sede Lauini
Transferet, & Longam multa ui muniet Albam.

Longam Albam] *Hanc condidit Ascanius ille ex Creusa, in monte Albano. appellauitq; Albam, ab albæ suis augurio, de quo extat Helenj Troianis uaticinium in tertio:*

" *Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis undam,*
" *Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,*
" *Alba, solo recubans, albi circum ubera nati,*
" *Triginta capitum fœtus enixa iacebit.*
" *Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum.*

Sed hæc obscuriora uidentur, ut ab Aenea, non autẽ Ascanio Alba condita appareat. Tzetzes in Lycophronis obscurum poëma, aliquid lucis his tenebris adferre uidetur: cuius uerborum summam priùs adscribam, quàm ipsa uerba referam. In ipso inquit primo statim appulsu, circa Cumanum, haud procul à Laurento (locus nunc Troia appellatur) cùm mensas panaceas, ex durioribus panum crustis, aut apio factas (non enim habebant mensas) deuorassent, è naui sus alba exiliens in montem Albanum, qui haud procul ab eo loco aberat, peperitq; 30. sucuclas. Vnde augurium sumptum fuit, eius posteritatem in ijs regionibus trecentos annos imperium, & maius quidem, habituram. Quare multo anti uaticinio accepto, ibi sacrificato porco, cœpit urbem condere. Prohibet Latinus. in pugnam concurritur. Victus prælio Latinus, tradit Aeneæ nuptum Lauiniam filiam: Aeneas conditam à se urbem Lauiniam nominauit. Hactenus Tzetzes. Quibus uerbis oraculo obsequutum Aeneam, & paruisse liquet: ac caso oblato porco, iuxta oraculi fidem, locum urbi designasse: quam non Albam, sed Lauinium postea dixerit. Idem Scholiastes paulò pòst: Latini cùm iam multitudine abundarent, exactusq; tricesimus esset annus: relicta Lauinia, ænigma sequuti, quod eum annorum numerum portendebat, Albanum & Longam & alias urbes condiderunt: eamq; à Porco Albam longam. ipsumq; adeò montem eodem nomine similiter dixerunt. Sola simulachra deorum, quæ è Troia secum attulerant, Lauinium remiserunt. Verba ipsius authoris subscribam, si quis fortè desideret. Priorem locum paulò suprà retuli: posterioris uerò hæc uerba sunt: [illegible Greek] *Longa hæc fuit appellata à situ, porrecto in longum. Hanc in porrecto montis dorso ualidè muniuit, eoq; unà cum Latinis coloniam deduxit.* Lauini] *pro Lauinij. Ostendimus, eam urbem ab Aenea conditam fuisse: & in gratiam Latini, de uxoris suæ nomine, id nominis illi dedisse. Illud autem auxiliarij loco hic appendendum duxi, quòd Græcorum quidam prodidére, nomen Lauinium urbi, à Selorũ regis Deliorum filia Lauinia factum. Quæ cùm fatidica esset, a patre precibus impetrauit, ut cum Troianis in Italiam nauigaret. Sed ea quæ à Latinis traduntur, uero propiora sunt.* Ter centum.] *Ascanius Creusæ, 35. uel secundum alios, duo de quadraginta annos regnauit. Post hunc Syluius Posthumus, alij Syluius Ascanij filius annos 29. à quo deinceps omnes reges Syluij cognomentum accepére. Aeneas Syluius 31. Latinus Syluius annos quinquaginta: Alba Syluius, 39. Atys, seu Aepytus, uel (ut quidam) Aegyptus Syluius, annos 24. quorum duos postremos apud quosdam prætermissos uideo Capys, seu Capes, ut Tzetzes, annos 28. Capetus, uel (ut alij) Calpetus Syluius, 13. Tyberinus Syluius, annos 8. à quo in Albula traiectu submerso, Tyberi nomen datum. Agrippa Syluius, annos 40. Quidam Tyberino successorem faciunt Alladium, qui 18. annos regnauit: qui cùm Ioui tonitruum & non imitabile fulmen esset imitatus, inundatione uicini lacus unà cum regia haustus fuerit. Atq; post hunc Auentinum regnasse aiunt Romulus Syluius, 19. qui à fulmine periit. Auentinus, annos 37 à quo colli nomen inditum. Proca, annos 23. Amulius Syluius, annos 44 Sed hic tuo uariant historici. Tyberino sufficiunt quidam Amulium eius filium, cuius fuerit Auentinus: ex Auentino prognatum Numitorem & Amulium: quorum posterior, fratrum minor, maiorem regno expulit: ac Aegestæ Numitoris filio in uenatu interempto, regnum inuasit* Hectorea] *Troiana, nunc Albana. antonomasia.* Regina.] *Rheam*

Numitoris fratris filiam, per speciem honoris in Vestalem legit Amulius, ὡς ἂν παρθέν@ διαμένοι. ἐδεδίει γὰρ τινα χρησμόν. λέγοντα ὑπὸ τῶν [illegible] παίδων αὐτὸν ἀναιρεθήσεσθαι. [illegible] διαμένειν. Id est, ut in perpetua uirginitate maneret: metuebat enim oraculum quoddã, ex quo didicerat aliquando futurum ut à fratris sui liberis interimeretur. Quare casu Aegestle, hanc sacerdotem Vestæ fecit, ut omnis spes partus ei adimeretur. Marte gra.] Rhea, Ilia, Syluia, à Marte compressa, geminos peperit, Romulum & Remum, urbis Romæ postea conditores. Hos Amulius exponi iussit: quos Faustulus, regij pecoris magister, in ripa Tyberis miseratus, pro suis educandos uxori tradidit. Lupæ.] Feruntur lupæ mammis educatos, quòd Faustuli uxor ob prostitutũ omnibus corpus, Lupa nomine uulgò inter pastores celebraretur. Sed ad maturam ætatem adolescentes prouecti, ubi trucidato patruo, patrem in regnum restituerũt. Ab his postea Roma cõdita est, & mœnibus cincta.

Marte grauis.] Stuprum Rhea Vestalis ad Martẽ referebat: cùm culpam deprecabiliorem non solùm apud populares, sed etiã Italicas omnes gentes esse uellet. At ipsius rei ueræ scriptores ita tradunt: Quarto anno initiationis, cùm puella sacrarum causa Martis lucum esset ingressa, ut lota inde pura ad sacrum rediret, ferunt ibi puellæ uim oblatam, & quidem (ut multi arbitrantur) ab uno procorum. Nonnulli hoc ei euenisse autumant, cum illò aquatum profecta esset, ὑπ' ἄρε@ [illegible] @ [illegible]. Vtut habet, quicunq; ille procus fuit, certè nondum initiatæ fuerit amore captus, cùm diuitiis amocis uim ferre nequiret, puellæ incautæ & talium rerum securæ insidiatus fuit. Sunt qui crimen in Amulium ipsum conferant: qui ut puellam in præsens discrimẽ conijceret, armatus occurrens, eam nefariè compressit: incertum quo consilio, eo habitu: an ut flagitij author lateret: an ut ea specie horridior, uirginem ad uim faciendam magis sibi obnoxiã haberet. Porrò quòd Mars ab initio author stupri dictus fuit, id inde factum arbitrandum, non solùm quod paulò antè dixi, uerùm etiam ut origo Pop. Rom. hoc mendacio augustior apud omnes mortales & posteritatem redderetur. Et uerisimile mendacium fecit, quòd in Martis luco uitium oblatũ esset. Adhæc prodigio sunt Solis deliquium in fidem fabulæ adducunt: adeò ut diurna caligo toto se diffuderit cœlo: & ipsa cõmitis imago longè augustissima sit uisa, & sanctior ulla forma humana. Hunc autem aiunt, siue dæmon, siue genius fuerit, uirgini prædixisse, fore ut ex ipso conceptu gemelli nascerentur: uenisse existimare, hominis, sed dei congressu grauidam factam: & ipsos clarissimos inter mortales futuros. Inde eum nube amictum, in cœlum sublimem delatum. Variant hic sententijs authores, ut quid sequendum, & quid non, nescias. Cùm enim diuina natura sit incorrupta, impium credere est, eam ad fraudem & flagitia referre: reiectis eorum etiam opinionibus, qui arbitrantur, medium quoddam esse genus, qui Genij appellantur, unde semidei seu heroës nascuntur. Et grauis disputatio in Scholis à Theologis iactatur, utrum Genij præuaricati, cum mulieribus hominũ misceantur. Sed hæc missa faciamus. Sacerdos.] Amulius fratre Numitore in ordinem redacto, regnum occupauit. Nec hoc contentus, regni quoq; in posterum recuperandi spem Numitori atq; eius stirpi ademit, ut annotatũ est: Aegestum filium, per insidias in saltu positas ubi [illegible]tat: (exierat adolescens casu uenatum) ac cæde distinctã, ▲ lata, ad tempus subornat rumigerulos, data opera qui spargerent, Numitoris filium in latrones illapsum, contrucidatum. Mendacium omnibus Albanis, quamuis splendidè consutum, tamen satis perspicuum fuit: eò Amulij omnia consilia spectare, ut fratrem, quem regia dignitate spoliârat, orbitate conficeret. Et hæc passim apud Albanos tum mussitabantur: cùm Rheam Syluiam Numitoris filiam, ne aliquando domesticæ cladis ultorem pareret, alicui in uxorem locata, in Vestalem capit. Habebatur apud Albanos honorificum summo loco natas uirgines in id munie fieri legi. Ferunt Romuli conceptum in primum annum secundæ Olympiadis incidisse, decimotertio die mẽsis Decembris, hora tertia, qua sol defecit. natum uerò XII. Cal. Octobris. Fuit autem annus ille, quo prima Olympias in Elide celebrata fuit, ab Orbe condito supra quater millesimum ac quadringentesimum. trigesimus primus: ab euersione Troiæ, quadringentesimus ac quintus: ante urbis originem, tres annos & triginta: ante salutem humanam, septingentos septuaginta quatuor, cùm in Iudæa Azarias rerũ potiretur, Athenis Aeschylus primariũ magistratum gereret. Lupæ ful.] Libet hic paulò altiùs repetere, quid B authores de prodigiosa simul & uera educatione Romuli & Remi prodidêre. Ilia, simulatq; ex compressu se uterum gestare sensisse, consilio matris, quam ab initio secretioris conceptus participem fecerat, in priuato se simulata ægritudine tenuit: arbitrata, id non tàm ad religionem, quàm ad celandum uteri tumorem pertinere. Amulius, siue criminis conscientia, siue suspicione impulsus, per fidum medicum inquirit, cuius ui morbi conflictaretur, quamobrem tam diu à sacris abstineret. Excusantibus mulieribus secretum morbum, quem fas non esset uiris prodere: Amulius uxori negotiũ dat, ut Rheam obseruet. Cæterùm ubi comperit, eam haud solùm grauidam, uerùm etiam non procul à partu abesse, custodes addit, ne clàm pareret. Inde multitudine in concionẽ aduocata, ipsam puellam ut incestam, matremq; ut incesti cõsciam, accusat: cogitq; ibi causam dicere pro filia, ipsum patrem. Numitor exterritus re noua, & nouo crimine, respondit, se nihil habere, quod ad id dedecus, quod suæ familiæ obijceretur, impræmeditatus posset dicere, priusquam ex uxore & filia didicisset, quid probri esset. Domum reuersus, cognoscit om- C nem rem: obtestatur uxor, ut tempus partus expectetur: ac tum demum unam rem declaraturam, an uera essent, quæ de crimine authore euentura audiuisset. Nam ab initio persuasum fuisse, Genium cum ea congressum: à quo accepisset, gemellos eam edituram. Si deorum aliquis eius culpæ esset author, uiderent quam rem agerent. Mandat pater, filiam custodiri: atque inde reuersus in concionẽ, narrat quæ domi comperisset. Decernitur à concione, expectandum, dum puella partu soluta esset: ut ex puerperio cognosceretur, quid id esset, quod tantopere Regi suspectum esset, & formidolosum. Parit interim gemellos: destinat Amulius, quoquo modo perdere infantes. Numitor deprecatus filiæ culpam, affirmat Numinis opus esse, uel inde argumentum ducendum, quòd nemo mortalium sciret sobolis numerum prædicere. Amulius contrà: cùm uideret religionem multitudini iniectã, clamat: muliebrem esse fucum: alterum infantium supposititium. Quare ob pollutum corpus, lege in eam agendum, ut alijs uirginibus in posterum exemplo esset. Itaq; populi iudicio dãnatur Ilia, ut uirgis priùs cæsa necaretur, & pueri in Tybrim abijcere

re iubet-

A rentur. Sunt autem et qui tradunt, puellam à partu asseruatam precibus filiæ Amulij: quæ Iliæ æqualis erat: eam multis lacrymis supplicium deprecatam à patre: ac tam diu in custodia habitam, dum caso à filijs Amulio saluta esset: ὡς τὴν Ἀμούλιον [illegible] ἀπὸ τοῦ ἀμουλίου [illegible]. Traduntur interim infantes ministris, ut quindecim passuum millia ab Alba in profluentem Tybrim abijcerentur fortasse religione icto rege, ab ea quæ de conceptu audierat. Quare cùm non esset ausus partum necare, imperauit circa amnem exponi, ut deorum aut fortunæ arbitria mandarentur. Itaque cùm amnis hymbribus auctus pleniori alueo flueret, ita ut ripa haud facile adiri posset, satellites eos in proximâ alluuiem abijciunt. Refluens paulò pòst impetus aquæ, intra suos alueos infantes in cœno ripæ proximo reliquit. Nutricis.] Ab educatione. Lupa, quæ in proximo suū latibulum habebat, ad uagitū excita, accurrens infantibus in limo luctantibus ubera demisit: ac lambendo defœdata corpuscula detersit. Mirum profectò, & monstri simile, si uerum est: cùm id animal naturâ sit infestum hominibus Regij pecoris pastores, inter agendum, prodigio superuenientes, accersuntq; ad nouum spectaculum proximos accolas.
B Lupa clamoribus rusticorū accurrentium atq; accentiumq; subtrahens sese, placidè mammas fugit, atq; infantes pastoribus reliquit. Erat haud procul ab eo loco lucus, unde fons è cōcauo specu scaturiebat, ubi & Panos Lycæi ara uisebatur: huc se abripuit lupa. At apud Plutarchum leges non lupam, sed Martium Picum quendā pueros aluisse. Pastores infantes illicò ad Faustulum, regij pecoris magistrum deferūt: nam is paulò antè ex Alba reuersus fuerat, ubi de Iliæ partu audiuisset: & inter uias omnem rem ab ijs acceperat, quibus exponendorum puerorum negotium datū fuerat. Plutarchus affirmat, ab ipso Faustulo fuisse expositos. Verùm est, Faustulus ut omnium ignarus rerum, infantes sibi tradi postulat: ac domum reuersus, eos in uxoris sinum effudit, mœstæ adhuc ob infantem quem ipsa pepererat, nuper extinctum: consolans, geminos pro uno repertos: mandans identidem, ut summa cura eos educaret. memoratq; à se uisa, auditaq;. Porrò Liuius asserit, eos à Faustulo fuisse sublatos: & Laurentiam eius uxorem, ut antè à nobis est dictum, propter uulgatum inter pastores corpus, lupam fuisse cognominatam. Quam opinionē tenet quoq; Lycophronis Scholiastes: qui addit,
C Laurentiam acceptos ob id educasse, quòd mortuum partum eiecisset. τὰ δὲ βρέφη [illegible] ποιμένι, [illegible] [illegible], [illegible] περὶ τὸν τύβριν ποταμόν· [illegible] [illegible]. [illegible] γὰρ αὐτὴν τότε [illegible] βρέφος [illegible]. Romulus.] A' mamma, quam iacentibus fera præbuerat, eos Faustulus Romum & Remum nuncupauit. Ruma ueteribus dicebatur mamma: & gutturis ruma, eminentior pars: unde rumınare in animalibus quibusdam. Porrò rumen eminens quoq; gutturis pars sub mento, qua cibus deorsum in aluum demittitur: usurpatur pro mamma: locus in uentre, in quem recipitur cibus, & eijcitur. Partem colli Pestus uocat, per quam cibus transmittitur, & esca deuoratur. Hinc rumare dicebatur, quod nunc ruminare. Rumiam deam uocabant, quæ rumis: id est, lactentibus pueris præsidebat: cui etiam sacellū dicatum erat, ubi solebant lacte, non uino sacrificare pro lactentibus. ρ. [illegible] Mauortia.] Martia, bellicosa: epenthesis. Pro Roma, synecdoche. Romanosq;.] A' ratione nominis, seu etymologia. A Romulo enim & Remo, Roma dicta est: non ἀπὸ τῆς ῥώμης, ut quidam arbitrati sunt.

His.] Clausula, à diuturnitate imperij Romani, & spe reconciliationis cū Iunone. Metas.] Metaphora, à loco ad tēpus. Nam meta propriè est loci spaciū designatum, ad quod finis excursus est ut carceres, unde principiū. Et meta, aggestus aceruus quarumlibet rerū. In priori significato, prouerbialiter principiū & finē significaturi, ita coniungimus, ut dicamus, A' carceribus ad metam. Indicat æternum imperium Romanū, nec ullū finem unquā habiturum.
Quin aspera.] Opponit huic, quod Venus obiecerat, eandem fortunā Troianos multis casibus iactatos insequi:

> Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos "
> Insequitur: quem das finem rex magne laborum? "

Dissimulanter Iunonis odium perstrinxerat Venus: ne minor in superiorem apertis tibijs inueheretur. At Iupiter nihil dissimulat, ac coarguit satis filiæ mentem modestè intellexisse. Mare nunc, terrasq;.] Haud citra figuram prouerbialem hoc enunciatum est, Mare, terras & cœlum metu fatigare: pro, omnia perturbare. Effertur etiam hunc in modū, mare cœlo miscere, miscere sacra profanis: mare cœlo, & terram cœlo confundere. Itaq; Iuno, quæ nūc tantopere Troianis infesta est, mutabit sententiam, & mecum pari cura tuebitur Po. Ro. apud quos non minori religione regina Iuno, quàm Carthagine, conditis etiā delubris, culta fuit. id quod Aeneas diuersis oraculis facere postea admonebatur. Ita Helenus uates inter alia monita salubria:

> Vnum illud tibi nate dea, præq; omnibus unum "
> Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo: "
> Iunonis magnæ primùm prece numen adora, "
> Iunoni cane uota libens, dominamq; potentem "
> Supplicibus supera donis. —— "

Romanos.] qui longè latèq; toto Orbe terrarū imperio potirentur. Vsus fuit aliquando hoc uersu indignabundus Augustus Cæsar, ad concionem Pop. Rom. Gentemq;.] Copia, periphrastice. A' toga ueste, uiris peculiari pacis temporibus, Romanos gentem togatam uocat: perinde ut Græci à pallio, genti familiari, palliati dicuntur. Toga usus domi, ut sagi in bello, uulgus fuit: quare alterum apud authores sæpe pro pace, alterum pro bello figuratè usurpatur. Varius huius uestis usus erat, Græci τήβεννον. Tunicæ superinduebatur: quemadmodum (ut dixi,) pallium Græcorum, ita toga erat Romanorum. Hinc comœdia togata, Latina: ut palliata, Græca. Fex tamen populi aliis tunicis uti consueuit: unde ab Horatio tunicatus popellus appellatur in Epistolis:

> Vilia uendentem tunicato scruta popello. "

Mos item tenebat, ut amici togati, obsequentiores ad forū usq; potentiores, & in curiam comitarentur. Hinc toga pro officio & obsequia. Togam raram numerat Martialis, inter partes uitæ beatæ. Fuit aliquando, cùm esset uestimentum utriq; sexui cōmune. Sed & mulieres in adulterio oppressæ, togatæ in publicum prodire cogebantur. Et Gallia togata, inter Padum & Rubiconem, Apenninumq; montem. Toga pura nouæ nuptæ, & tyrones induebantur. Et toga uirilis, quam decimoseptimo ætatis anno sumebant: quæ item pura dicebatur, quod nullo purpuræ prætexitu distincta esset, ἱμάτιον ἀνδρεῖον & τήβεννος. Toga candida, quam petitores magistratuū sumebant: & inde candidati dicti. Picta toga, summi magistratus erat publica uestis. Palmata, triumphantium. Prætexta, nobilium puerorum, à prætexta purpura. Sic placitum.] Consolatur Venerem, à spe certa salutis: fore aliquando, ut posteritas Aeneæ Græciam sub imperium suum sit redactura.

Fuit autem Assaracus Trois filius, frater Ganymedis & Ili. Ex Assaraco, Capys: ex Capy: Anchises pater Aeneae prognatus fuit. Phthian] *A parte totum, synecdochicè, Graeciam dicit, à qua Troia excisa fuit, sub iugum Romanum aliquando uenturam. Sed Phthian & Mycenas emphaticè prae caeteris Graeciae urbibus perstringit, quòd inde duces exercitus profecti essent. Est autem Phthia, Thessaliae urbs maritima, ad sinum Pelasgicum, patria Achillis celebris. Atque haec Pharsala ea est, quae uictoria Caesaris dictatoris nobilitata fuit. Phthia autem appellata initio est, à Phthio Neptuni filio. Phthiae puellae mentionem facit Aelianus, quam cùm deamaret Iupiter, eam in columbam uertit: φθία (inquit Homeri enarrator) πόλις ἀπὸ Φθίας παρθένου ... Caeterùm Phthia regia sedes fuit Pelei, iuxta quam Hellada urbem regiam Hellenis fuisse produnt. Erat ille filius Deucalionis, qui in Thessalia & Phthiotide regnauit. Hanc ipse Achilles lib. Iliad. α. ... nuncupat. Ipsa regio Phthiotis nuncupatur: cuius oppida fuere, Pagasae, Demetrias, Posidonium promontorium, Larissa, Echinus, Sperchia, Thebae Phthiotides, Sperchij ostia. Eam regionem Mela Macedoniae, Plinius Doridi attribuit. Sed doctiores Straboni accedunt, qui eam in Thessalia collocat, iuxta Oetan, ad Austrum excurrentem: & ad Dolopiam usque radicesque Pindi exporrectam.*

Mycenas.] *claras uocat, quippe patria ducum illustratas, quorum auspicijs bellum susceptum & finitum fuerat. πολύχρυσον ἄργος uocat Homeri interpres, à Mycena nympha Argolica: uel, ut alijs placet, ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι, mugiendo, quòd Io in uaccam cōuersa ibi primum mugitum ediderit. Alia refertur historia. Perseus, cùm Megapenthes Argos concessisset, ipse in Tyrinthia regione urbem Mycenas condidit: ubi ensis capulo dilapso, qui μύκης Graecis dicitur, ab eo Mycenas dixit. Hanc urbem, opibus sibi parem, Argiui deleuerunt: per inuidiam gloriae belli Persici: 80. enim bellicosos ciues Lacedaemonijs auxilio miserant, cùm Argiui ad Thermopylas ab armis quiescerent. Sequitur (inquit Plinius) mutatis saepè nominibus, Aemonia, eadem Pelasgicum Argos: Hellas, eadem Thessalia: & Dryopis, à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Graecus, à quo Graecia: ibi Hellen, à quo Hellenes: hos Homerus tribus nominibus appellauit. Myrmidones, Hellenes, & Achaeos. Ex Phthia Phthiotae appellantur, Dorica accolentes. Hactenus Plin. Geminum Argos maximè celebratum est à scriptoribus: Amphilochicum, & Peloponnesiacum siue Achaicum: ad quod nostrum Argos propriè spectat, cuius hoc loco meminit uates. Ipsa autem regio Argia appellatur, propinqua Corintho. Hanc Myrtoum mare abluit, inter Cretam & Atticam mediam: extenditur toto illo tractu Straboni, usque ad Isthmum. Sinus eius ora Argolici dicuntur. Mediam Argiam intersecat Inachus fluuius, ortum ducens circa Argos e petricosis conuallibus: in sinum Argolicum effunditur, prope Prasiam. Hic Lerna palus, hydrae Lernaeae Herculanae monumento celebrata ostenditur. Argos hic circa Inacham, loco plano & amoeno uisitur: ad ortum obiectam habet Asinen: ab accasu, ultra praeterluentem amnem erigitur mons Cronius: ad septentrionem, Cleonas respicit ut à meridie, Mycenas: cuius mentio modò facta est. Non uideo qui consentiat Plinius cum al..., quod Argos inter Inachū & Erasinum collocet: cum pictura Peloponnesi huius, nusquam ne uestigium quidem huius amnis habeat. Contra Argos, ad Saronicum sinum, Epidaurus est, phano Aesculapij celebrata. Medio itinere, inter Corinthum Cleonae obuiae sunt, & Iaea, Nemea. De conditione eius uariant authores. Quidam memorant, & inter hos Plinius, Argos ante Athenas à Phoroneo Argiuorum rege conditum: alij, ab Agenoris filio Argo oculata, cuius pleni sunt poëtarum libri. Sed reuera Argus uir fuit prudentia admirabili, multo rerum usu egregiè exercitatus: ὃς ἅλλα πρόσσω καὶ ὀπίσσω ὁρᾷ ... Erat unus sua aetate, consilio publicum propè totius Graeciae oraculum, qui ex praesentibus futura colligeret: quamobrem propter singulares ingenij dotes πανόπτης cognomenta appellari coepit: quamobrem & à poëtis totus oculeus dictus fuit. A Phoroneo ueteres etiam Phoroniam uocarunt: ab Homero frequenter epitheto ἱππόβοτον nobilitatur. Triplicem eius rei adducunt rationem: uel quòd Neptuno equorum pascua indicārit: siue quòd Agenor cum numeroso equitatu urbem inuaserit: aut certè ab equorum uel copia, uel splendore. Fuit & Iasium dictum: & Δίψιον apinor ab aquarum inopia, ἀπὸ τοῦ διψᾶν, sitio, uocatam. In hac urbe, tradit Liuius lib. ab Vrbe con. 14. Pythagoram, Nabidis Lacedaemoniorum tyranni generum, duas arces collocasse, easque* B *ualidè muniuisse aduersus omnem uim. Apollonij Rhodij enarrator scribit, collem circa urbē fuisse, quae arx fuerit, Larissa dicta, à Pelasgi filia. Argos edidit Cleobin & Bitonem, quorum historia extat apud Herodot. lib. 1. memorabilis ob pietatem erga matrem. Horum fratrum ut memoria apud posteros extaret, Argiui ipsis statuas in Apollinis templo Delphis posuerunt: & Argis ex marmore, circa sepulchrum Phoronei, urbis conditoris, secundā quosdam. Imago ipsa ad speciem gesta rei expressa erat: duo fratres matrem in curru sedentem ad templum trahentes. Potentia & opibus, magnaque gloria floruere: adeò ut Aristoteles & alij iusta uolumina de eorum republica scripserint. Sed cùm Romani rerum potirentur, nusquam urbis uestigia extabant: unde quidam suspicati sunt, campum fuisse tantùm in Thessalia, cui id nomen fuerit.* Victis.] *Alludit ad Achaicum Aetolicumque bellū, & alia, quae Romani postea grauia & magna cum ijs gentibus gessêre.*

Nascetur.] *Syntomia, rem ingentem paucis uerbis reddit Caesari dictatori dicit, qué à rerum gerendarū magnitudine commendat. Adulatur Poëta Augusto principi qui haeres testamento ab illo scriptus, in imperiū successit.* C

Imperium.] *Hyperbolicè res Caesaris amplificat. Oceanus terrā omnem ambit, aquas emittens & excipiens, quaecunque terras rigāt. Quare eum patrem appellant rerū, quòd ex humiditate omnia constare arbitrentur: ideoque elementorum praestantissimum uocant: & Pindarus, ἄριστον μὲν ὕδωρ.* Oceano.] *In bello Gallico ad Britannos usque penetrauit: qui extra continentem Oceano andique cinguntur.* Iulius.] *Ab etyma nominis: nam gens Iulia ad Ascanium, qui & Iulus dictus fuit, familiae suae originem retulit. Argumento fuit summus pontificatus, & sacrorum potestas: quae ab Ascanio Albae conditore, Iulo filio Aeneae, ne paterno regno omnino defraudatus diceretur, tradita, multorum seculorum serie in gente Iulia usque ad stirpis interitum perdurauit.* Coelo.] *A percussoribus cum in senatu interfectus, uiso aliquot dies cometa, in deos relatus fuit. Indicat, eum inter alios, longè clarissimum triumphum Parthicum acturum: in quo propter singularem uictoriae celeritatem, in summa gloriae parte celebratum fuit, Veni, uidi, uici.*

Vocabitur.]

A **Vocabitur.]** *Enallage figura. In diuorum senatum relato, populus columnam Numidici lapidis uiginti propè pedum in foro statuit: in qua scriptum erat,* PARENTI PATRIAE. *Creditum autem ob id uulgo, ipsum inter deos relatum, quòd stella crinita haud multo post, quàm percussus esset, continuos septem dies fulsisset, cùm ludi uotiui ab Octauio ederentur. Qua de causa eius simulacro supra uerticem cometes adijciebatur. Quo quidem argumento nusquam terrarum, nisi Romæ, cometem cultum fuisse constat.* **Mitescent.]** *Deuictis ultrò citróque hostibus, nusquam bellum habebat, cùm paulò post in senatu interficeretur. Ob cuius cædem rursum longè atrocissimè bella ciuilia ardere cœperunt. Quapropter, ea quæ sequuntur, ad Augustum pertinent: qui pace, terra mariq; toto Orbe parta, Ianum belli pacisq; indicem clausit.* **Cana Fides.]** *antiqua, quod in amicitia perseuerans, senescat inuiolata. Templum Fidei inuenit antiquissimũ, ab Aenea, uti (ut alij) à Numa conditum in Palatio, quò cogebatur senatus, cùm de rebus ad rempub. pertinentibus consultaretur: ut Pont. Max. in atrium Vestæ, quando de religione consultatio teneret. Tatius ædem Vestæ consecrauit.* **Per**

B *Remum & Quirinum, forum Romanum accipiendum: ubi erant eorum, tanquam urbis conditorum, simulacra, mammas lupæ sugentium. Lupæ simulacrum erat ex ære, & duo ad ubera infantes, inquit Antonius Sabellicus: quali figura & materia uisitur nostra tempestate Romæ in parte Capitolij, in conseruatorum uestibulo.* **Iura da.]** *Syllepsis: hoc est, populus Rom. leges ciuiles & pontificias, quæq; ad religionem pertineant, uniuerso orbi sunt daturi: potienturq; imperio totius Orbis terrarum.* **Vesta.]** *Quid fuerit Vesta, uariant authores. Græci appellant* ἑστίαν*. Inter plurimos constat, ignem fuisse purum & perpetuum, quem Aeneas è Troia in Italiam secum attulit. Testatur id Poëta in secundo:*

» *Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.*

Quidam Palladium autumant è cœlo lapsum. Certè Græci ἑστίαν *appellant* βωμὸν*, ὁ* ἑστίαν*.* ἑστίαν *uerò τὸ πῦρ, τὴν γῆν, καὶ τὴν θεὸν: id est, ignem, terram & deam. Item focum, larem, domum, conuiuium, aram sacrificalem. Duas fingunt Vestas: quarum alteram Saturni matrem, & Palen dictam: alteram filiam fuisse aiunt. A' poëtis tamen sæpenumerò confunduntur, alteram pro altera*

C *usurpantibus. Sed quando eam terram uocant, matrem intelligunt: quando uerò uirginem, siue purum ignem, filiam. Sic Ouidius:*

» *Nec tu aliud Vestam, quàm uiuam intellige flammam,*

» *Nataq; de flamma corpora nulla uides.*

Aram sacrificalem Pollux dicit fuisse, qui in Prytaneo erat, ubi ignis inextinctus seruabatur. Verba Pollucis sunt: ἐφ᾽ ἧς δὲ ἔθεσαν, ἢ πῦρ ἀνακαίουσι, βωμόν, τεμενίτευον, ἑστίαν· ἔνιοι γὰρ οὕτως ὀνομάζουσιν. ἔστι δὲ ἣν κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ᾽ ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται. *Et apud hanc publicè excipiebantur legati. Pro ara simpliciter apud Xenophontem:* ἀπῆσαν δὲ ταῦτα ὁ θορυβηθεὶς, ἀπεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Interpres id reddit,* βωμόν. *Apud Dorienses & Aeoles* ἑστιοῦχος*, domus princeps, qui ab aliis οἰκοδεσπότης appellatur:* ἑστίοχος, ἑστιάτωρ*, dominus conuiuatorum:* ἑστιῶντες*, conuiuium:* ἑστιάδες*, Vestales uirgines,* ἀπὸ τῆς ἑστίας*. Huius simulachrum è Pessinunte Romam allatum, in æde Victoriæ in palatio positum fuerat, uirginesq; ei consecratæ, quæ perpetuum ignem cōseruarent: quare à foco, in quo ignis alitur,* ἑστία *à Græcis nominata est. Cùm uerò pro terra usurpatur, à uestitu nomen habere quidam existimant,* ἐσθὴς*, uestis: licet orthographia repugnet, ob id quòd ea herbis & floribus sit uestita. Primus Aeneas condito Lauinio ædem Vestæ dedicauit: inde Ascanius Albæ, in parte montis, cui suberat lucus, ubi Ilia mater Romuli & Remi compressa dicebatur. In huius deæ & castissimæ, & nobilissimæ uirgines ministerium legebantur. Condita Roma, sacrorum Vestalium ceremonias instituit Romulus. Adiecit quasdam Numa. Romulus item publicorum sacrorum gratia,* LX. *sacerdotes, uiros nobiles quidem, sed pios, per tribus & curias legit. Templum Vestæ erat rotunda effigie, inter Capitolium & Palatium: in eo seruabatur ille ignis inextinguibilis. Castitas his uirginibus in trigesimum ætatis annum indicta fuit. Decem primos annos sacrorum ritum discebant: totidem ijs uacabant: decem uerò postremos, rudes, ac nuper captas instituebant. Atq; his quidem annis exactis, nubendi facultas dabatur. Capiebatur à pontifice non minor annis sex, nec maior decem, ut scripsit Labeo Antistius: nō patrima, nec matrima: non lingua debili, non surda, non parte ulla corporis deformata: quæ ipsa, aut cuius pater emancipatus esset, quamuis in aui (eo uiuo) potestate uersaretur: aut cuius parentum alter ambóue in seruitute fuissent. Cætera persequi hic nimis longum foret. Si quid peccasset, à pontifice cædebatur. Incesta, uincta efferebatur in sandapila per medium forũ, usq; ad portam Collinam: ubi tumulus impudicarum Vestalium inter muros erat, in quo erat cauernula subterranea, in quam per angustũ foramen scalis descendebatur. Hic inerat stratus lectulus, & lucerna ardens: panis item, lac, oleum, ne fame interiret deponebatur soluta, & obnupto capite ad supplicium ducebatur. Vbi pontifex arcana quadam uerba pronunciasset, tergũ uertebat, unà cum reliquis sacerdotibus: ac Vestali in cauernam demissa, fossa tellure ingesta, replebatur usq; ad summum. Erat is dies funestus: totáq; urbe silentiũ agebatur. Lege Papia cautũ erat, ut arbitratu Pont. Max. è populo uiginti uirgines legerentur, ac sortitio ex hoc numero fieret in concione. Sed lex ea mox exoleuit. Atteius Capito scripsit, eius legendam filiam, qui domicilium in Italia nō haberet: eiusq; excusandam, qui tres liberos non haberet. Reliqua extant apud Gell. lib. 1 cap. 12. Sed & de Vestalibus multa Fenestella, & Pomponius. Cæterùm Vesta pars fuit sacrorũ Dionysio, quæ Dardanus in Phrygiam ex Samothracia uexit, & Aeneas inde in Latium. Cuius Vestalium incuria hic ignis extinctus fuisset, ea flagris à Pont. Max. adhibebatur.* **Quirinus.]** *Romulus. Curis enim, Sabinorum lingua hasta est: ita uel à Curibus Sabinis appellatus fuit: ac Romani Quirites. Quidam prodiderunt, Medium fidium, filium cuiusdam puellæ, quæ templo Euryali, tutelaris Sabinorum, præfecta fuit, Cures cōdidisse.*

Claudentur.] *A' signo, auream ætatem sub Augusto denunciat. Numa Pompilius Ianum, ad infimũ Argiletum, belli pacisq; indicem constituerat, ut apertus significaret ciues in armis esse, clausus pacatos omnes populos. Ter ab Urb. cond. clausus fuit: sub Numa primùm, iterum, T. Manlio Cons. post primum bellum Punicum: tertiùm, post bellum Actiacum, sub Augusto, pace terra mariq; parta: sub quo, quia totus Orbis à bellis ita quietus erat, ut nunquam antea, eamq; inter se gentes humanæ pacē agebant, qualis nunquā ulla ætate fuerat,* CHRISTVS *seruator nasci uoluit. Adulatur Poëta Augusto. Cæterùm Ianũ*

apertum

apertum & clausum, Patulcium & Clausum uocabant.

Furor. [*Prosopopœia Belli, intra conclusum carcerem furentis, ut ruptis omnibus carceris repagulis, & obicibus ui refractis, erumpat ad miscenda rursus omnia.*]

Centum.] *Amplificatio: numerus certus pro incerto.* Altenos. *ferreos uocat. Ferri præcipuus usus est in bello: Abrupto epilogo, concludit narrationem: ταράσσων ὅλως omnia.* A

ARGVMENTVM.

Mittitur à Ioue Mercurius ad molliendos Afrorum animos: ne illuc appulsi Troiani, aut de eorum finibus arceantur, aut alio aliquo incommodo afficiantur. Hoc exemplo admonentur Reges, ac Principes futura debere sibi, suisq; populis incommoda prospicere, illisq;, quoad eius fieri possit, etiam consulere.

NASC. † al. demittit: al. dimittit † al. atque

Hæc ait: & Maia genitum † demisit ab alto,
Vt terræ, † utq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido,
Finibus arceret: uolat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Et iam iussa facit, ponuntq; ferocia Pœni
Corda, uolente deo: in primis regina, quietum
Accipit in Teucros animũ, mentemq; benignam.

Et Maia genitum demittit ab alto.] *Non absq; ratione à Poëta fictũ est, Mercurium in tãta rerũ, periculorumq; difficultate Carthaginẽ à Ioue mitti: nam sub Mercurij persona Oratoris uirtus occultè designatur: qui præsidio ingenij, orationisq; facultate populum in improbos inflammare, & in bonos incitatum mitigare, deniq; omnes hominum affectus dicendo, uel concitare, uel sedare possit: hinc propterea est, quod poëtæ, fictis fabulis, memoriæ prodiderunt, Orpheum, suauissimo lyræ concentu, syluas mouisse, cursus fluminum repressisse, feras, immanesq; belluas mites, placidasq; reddidisse: quibus rebus significabant, obstinatos homines à pertinacia remoueri, lasciuos, effœminatosq; in robur uirile firmari, crudeles ferosq; ad mansuetudinem, humanitatem non nisi oratoris prudentia, & oratione posse reuocari: ergo Mercurius orationis deus mittitur, iussa facit, & conficit. nam proximè sequitur:*

—ponuntq; ferocia Pœni
Corda, uolente deo.

Vt terræ, atq; nouæ pateant Carthaginis arces.] *Nouæ terræ, Troianis, nouæ Carthaginis, nuper conditæ.* Finibus arceret.] *tanquam pyratas & prædones.* Remigio alarum.] *pulchra tralatio à triremi deducta: nam uti nauium remigia alæ, ita auium alæ remigia μεταφορικῶς dici possunt. Thucydides ἐρεσίαν τῶν πτερῶν appellat.* Citus.] *etiam Planetæ uelocitatis rationem habuit.* Volente deo.] *licet utrumq; posit, Iouem scilicet & Mercurium, tamen Mercurium potius, quàm Iouem intellige.*

LAMB. Hort. Hæc ait.] *Παράστασις ad tranquillã catastrophẽ superiorũ periculorum: hoc est, ut conciliatis Carthaginensium animis, præsentibus malis defungatur. Iam & illud obseruandum est, Mercurium mitti à Ioue & Dijs ad pacandas res turbatas, & pacem amicitiamq; conciliandam. Quare à poëtis εἰρηνοποιὸς ἑρμῆς appellatur: hoc est, πολυτροπώτατος, ἀγαθός. Et Mercurium nominabant in forma quadam casus ac ictus: quemadmodum & ἀγαθὸς δαίμων, καὶ Διὸς σωτῆρος. καὶ ἐν τοῖς ἑταίροις, ἀγαθὸς ἑρμῆς.* B *Contrà rebus humanis turbas immittunt Erinnyes, Furiæ, Ate, Eris, & consimiles pestes, per quas concordia omnis dissoluitur: quibus ab ipsis rebus nomina etiam sunt facta.* Maia genitum.] *Periphrasticè Mercurium nominat. Fabulantur, Atlantem ex Aethra Oceanitide xij filias suscepisse: quarũ una fuerit Maia, quam Iupiter compressu suo grauidam fecerit, susceperitq; Mercurium: & ex eius sorore Taygete, Lacedæmonem: ex Electra, Dardanum. Hac de causa Mercurium Horatius Atlantis nepotem uocat. Fingitur à poëtis πολύτροπος, diuorum orator, deus furum, à ministerijs: & nuncius deorum. Græci Maias alioqui dicunt πατρὸς καὶ μητρὸς μητέρα, καὶ τροφούς, καὶ περὶ τὰς τιτθὰς ἰατρούς, καὶ ὀμφαλοτόμους, καὶ προσφιλεῖς πρὸς γυναῖκας ...* Vt terræ.] *Causa missi Mercurij. Anaphora est in repetitione* Vt. *Significanter nouam Carthaginem dicit: quippe iam recens cõdi à Phœnicibus cœptam: à periculo.* Ne nescia.] *ἰδιωτισμός, ut gnara esset. Cætera quæ sequuntur, decorè celeritatem & præcipitantiam rei subitæ indicant. In obeundis legationibus decora est maturitas.* Alarum remigiũ, *metaphoricè ipsas alas uocat: à nauali instrumento sumpta translatione Enallage figura est, in Ponunt.* C Volente.] *ἐκ ἄνευ θεοῦ.* Mentemq;.] *Expolitio synonyma.*

ARGVMENTVM.

Troiani longa ac difficili nauigatione defessi, cùm cibo refecti fuissent, somno se dederunt: at Aeneas vigilantissimus imperator cum ad desertum, ignotumq; sibi locum se appulisse uideat, dubius an feris, an hominibus incolatur, unà cum Achate exit e naui, locum ipsum exploraturus, occlusa prius tamen classe, ne ab ullo cerni possit.

NASC.

At pius Aeneas per noctem plurima uoluens,
Vt primum lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas uento accesserit oras,
Qui teneãt (nã inculta uidet) hominésne, feræ ne,
Quærere constituit, socijsq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circũ, atq; horrẽtibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate.
Bina manu lato crispans hastilia ferro.

At pius Aeneas.] *redit ad narrationẽ Poëta, quã longa digressione reliquerat, & quid egerit Aeneas, planũ facit. Pium uocat, ut qui non sibi tantùm, uerùm etiam socijs suis consulat.*

Per noctẽ plurima uoluens.] *Cæteris quiescentibus, ipse uigilat, iuxta illud Homericum:*

"οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. id est,

Non decet regẽ solidam

A lidi dormire noctē. Lux alma data est.] à Dijs, ideoq́ almam: id est, diuinā appellat. Explorare.] ea diligētia inquirere, qua exploratores uti solent. Virgil. 7. Aen.

" ——fines, & litora gentis
" Explorant.

hanc eandem ferè sententiam diuersis praetulisse uerbis uidetur libro proximè adducta:

" Quare agite, & primo laeti cum lumine Solis
" Quae loca, quiue habeant homines, ubi moenia gentis
" Vestigemus, & à porta diuersa petamus.

Classem in conuexo nemorum] prudens, & pius imperator classi, & sociorum saluti cōsulit: classem in curuo. & cauato nec non arboribus opaco loco occulit, ne ab ullo cerni oculis possit. Ipse uno graditur comitatus Achate, Bina manu lato crispans hastilia ferro.] Vbiq; sapiens à Poëta Aeneas inducitur, nec saluti tantùm, sed dignitati quoq; prospiciens. Igitur è naui egreditur Aeneas, non solus, ne ꝑ inertiam: ne nimium sibi cōfidere uideatur: quod summae temeritatis uitiū est nō multitudine hominum stipatus, nec armis onustus: ne timoris argui possit. Sed cum duobus hastilibus, & solo Achate graditur. Sic enim & loci, & temporis haberi ratio
B uidetur: nam neque solitudo loci permittebat ut omnino sine armis esset: & celerrima loci inquisitio, maturusq́ reditus eum etiam quàm expeditissimum requirebat. Crispans hastilia] nō gerens dixit, sed crispans, ut rei naturam, quod poëtarum proprium est, imitaretur: nam gradiente Aenea, hastilia quoq; uibrabant & mouebantur.

AMB. Post. At pius.] A' digressione redit Poëta ad intermissam narrationem. Principium ducit, ne à scopo suo discedat, à munere laudatissimi principis in suos. Est autem occasio ad occursum matris Veneris, cuius hortatu & uocis classico ad hospitium Didonis peruenit. Per noctem.] Discretè allusit ad Homericum illud, quod extat Iliad. 10.

" ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀριστῆες Παναχαιῶν
" εὗδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,
" ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν
" ὕπνος ἔχε γλυκερὸς πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα.

Sed noster planè Laconicè. Vt primum] At Homer. Vlysses in Phaeacum oras eiectus, ubi strepitu aduenientis Nausicaae somno expergefactus esset, ita exclamat:

ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω, "
ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής, "
ὥς τέ με κουράων ἀμφήλυθε θῆλυς ἀϋτή, "
νυμφάων, αἳ ἔχουσ' ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα, "
καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. "
ἦ νύ που ἀνθρώπων εἰμὶ σχεδὸν αὐδηέντων. "
ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς πειρήσομαι, ἠδὲ ἴδωμαι. "

Et lib. 9 Odyss. ubi appulsum suum in Cyclopum insulas narrat:

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς, "
καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος μετὰ πᾶσιν ἔειπον. "
ἄλλοι μὲν νῦν μίμνετ' ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι. "
αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισιν "
ἐλθὼν, τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι, οἵ τινές εἰσιν, "
ἤ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής. "

Quorum tria postrema quia prouerbialia sunt, & à doctis celebrantur, ad hunc modum ab Erasmo uersa sunt:

Quod genus hoc hominū, experiar iam: sint ne feroces, "
Agrestes, aequiq́ rudes, an & hospitiuis "
Obseruent, animo reuerentes numina Diuūm. "
ἤ ῥ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής hoc est, "

Parcius noster: nam illa,

Num contumeliosi, agrestes, & iniusti sint, "
An hospitalitatis cultores, ipsisq́ mens pia sit: "

Maro uertit:

Qui teneāt (nam inculta uidet) hominesne feraeue.

Exacta.] Aduerbium nomine commutatum, pro exactè. Classem.] Solicitè aduersus incerta pericula classis curam agit. Et Poëta illustribus uerbis portum, in quo naues condidit, sursum obiter describit: à materia, & naturali amoenitate. Achate.] Qui omnibus principibus, omni magistratui perpetuus comes esse debet. cura uidelicet, solicitudo pro commisso populo. Hastilia.] hic, pila uidetur uelle significare, quibus oblonga ferramenta praefixa erant.

A R G V M E N T V M.

C Venus formam Spartanae uirginis ementita, in sylua obuia procedit Aeneae, prior ipsum alloquitur, & an sororum suarum aliquam uiderit, interrogat.

Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os habitumq́ gerens, & uirginis arma
Spartanae: uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, uolucremq; fuga praeuertitur Hebrum.
Namq; humeris de more habilē suspenderat arcū,
Venatrix, dederatq; † comam diffundere uentis,
Nuda genu, nodoq́; sinus collecta fluentes.
Ac prior Heus (inquit) iuuenes* monstrate, mearū
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum,
Succinctam pharetra & maculosae tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus, † at Veneris contra sic filius orsus:

NASC. Cui mater media sese tulit obuia sylua.] Locus hic ex septimo Odyss. sumptus esse uidetur: ubi Minerua puellae uirginis urnā habentis faciem induta, Vlyssi Phaeacum urbem ingredi uolenti occurrit. sic enim ait Homerus:

" ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλε πόλιν δύσεσθαι ἐραννὴν
" ἔνθα οἱ ἀντεβόλησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
" παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι, κάλπιν ἐχούσῃ.

† al. comas

* al. &

Virginis os habitumq; gerēs.] Pars cōparabilis, quod persona descriptionem habet. Graeci ἄωρα uocant. Hinc quidā, in qbus est (ni fallor) Tib. Donatus praeter rationē summā quandā deducūt Aeneae cōmendationem à cōtinentia: quod ei occurrente puella aetate integra, pulchritudine insigni, uirginitate florēte, in habitu lasciuo, quorū singula satis illū accendere poterant, libidine tamen nō excitatur. Et uirginis arma Spartanae.] arcū, pharetram, sagittas: alludit aūt ad Lycurgi institutiones: quib. uirgines officia uirilia exercere cogebātur: unde mons in Laconiā

in Laconia est Parthenias dictus, quòd in eo uirgines uenari consueuerint: nam παρθένος Græcè uirgo dicitur. Lege Plutarchum in Lycurgo. Namque humeris de more habilem.] exaggerat à specie, & quod obscurius prouiderat, apertius declarat, habitumque Spartanæ uirginis ob oculos legentium ponit. Arma sumpserat Venus & habitum quæ ad fallendum Aeneam eo in loco aptiora uidebantur: nam probabile est in Sylua, ubi feræ sunt multæ uenatores inueniri. Dederatque comas diffundere.] Græca locutio est. Ac prior: Heus, inquit, iuuenes.] breuis est Veneris interrogatio, cùm ad fallaciam tegendam, tum maximè ad præbendam Aeneæ liberè loquendi fiduciam. Oportebat eum ad fallendum Aeneã, non solùm ut humana, & apta loco specie, sed etiam sermone uteretur: ut eum denique ad interrogandi necessitatem perduceret: ne fortè [illegible]itur ex forma, & uultu, aut ex sono uocis Deam esse coniiciant, aut quia sola (quod pudicam uirginem [illegible]decet) in sylua uagatur, meretricem existiment, se sociam habere simulat: quam si fortè audierint, aut uiderint, rogat: signa uestitus, habitusque illius eis refert. Homerum imitatus est quidem Poeta, sed ordine præpostero: nam Vlysses prior inducitur Mineruam interrogans: hic Venus prior interrogat, ut Aeneæ loquendi materiam præbeat. Sed ita ait Homer. lib. paulò superiùs adducto:

» ἀγνώς, ἐπεὶ ἄρ μοι δέμας ἀνέρος ἐγγὺς
« Κλείνης

Errantem.] rem facit uerisimilem ex more uenatorum, qui feras inquir[en]do, & [ru]sando, uagari solent. Aut spumantis apri.] pulchrè irati apri naturam expressit, qui spumas ex ore fundit.

LAMB. Hort. Cui mater.] Priusquam utrumque alteri coniungit, artificiosè Veneris prosopographiam præmittit. Hanc aũt describit à specie sexus, & habitu. Et eam descriptionem illustrat collatione, ad subiciendam hypotyposin deæ.

Virginis Spar.] Quod ad Spartanarũ uirginum ἐπιτήδευσιν attinet: inter cætera Lycurgi instituta apud Lacedæmonios, illud de hoc genere sexus sancitum erat, ut mulieres ac uirgines officijs uirilibus exercerentur: uenationi operam darent: cursu, palæstra, disco, iaculis, perinde ut uirilis sexus, se exercerent: ut ocio & muliebribus delicijs sublatis, ad tolerandos partus robustiores fierent. Itaque ne indecorus fœminæ habitus uideatur, aptè eam comparat uirginibus Spartanis. Sparta, quæ & Lacedæmon, Laconicæ oppidum est. Spartam initiò appellatam credunt à Sparto, Amyclantis filio. Quidam ἀπὸ τοῦ σπάρτου: id est, semine: quòd Leleges primi sparsim Laconiam habitarunt, & ad ultimum condita urbe illic consederunt. Nomen postea mutatum est ab heroë quodam Lacedæmone. Sunt qui ita existimant, cùm Heraclidæ in Peloponnesum descenderent, ab ea diuisione, qua regionem inter se sortiebantur, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, Λαχεδαίμονα esse dictam. Pausanias Lelegem in Laconia αὐτόχθονα regnasse, author est: & Lacedæmones initiò Leleges fuisse appellatos. Lacedæmon ab hoc quintus in serie, [ex] Sparta uxore, Eurotæ filia, urbem Spartam, de se uerò Lacedæmona totam regionem dixit. Habuit hæc urbs hoc unum uisendum opus, templum, & in eo Mineruæ simulacrum, ingentis sumptus ex ære conflatum: celebre est apud scriptores templum Mineruæ πολιάδος, & χαλκιοίκου in arce: opus Tyndari (ut fama est) inchoatum. Laconum rempub. legibus sanctissimis instituit Lycurgus: quibus non solùm eorum res in tantum creuerunt, ut latissimum imperium terra marique ad postremum obtinerent, sed nomen clarissimum ob sanctissimam disciplinam consequerentur. Quam tamen gloriam partim per Thebanos, partim per Macedones amiserunt. Sed de Sparta satis. A

Threissa.] Harpalice Threissa, cuius hic fit mentio, Harpalici Thraicis, regis Amymneorum filia fuit: quam pater, matre amissa, equarum ac uaccarum uberibus aluit. Hanc autem adhuc adolescentem, à teneris ea spe ac consilio armis exercuit, ut quam in regnum aliquando successorem esset habiturus. Nec eum sua fefellit existimatio. Tantum id temporis armis profecit, ut Neoptolemum ab excidio Troiæ reuersum, cùm patri bellum inferret, pugnando fortiter fuderit, fugaritque. Harpalico postea popularium suorum insidijs interfecto, Harpalice se in syluas abripuit. Vbi cùm diu ouilia caulasque pastorum euastasset, tandem à pastoribus oppressa fuit. Cum huius Harpalices bellicosa forma ac specie, Veneris habitum confert. Fuit alia Harpalice Amazonum regina, quæ patrem Lycurgum Thraciæ regem à Getis captum, pugna liberauit. Item alia Climeni filia, quæ concubuit cum patre, [&] [fili]um nefario coitu editum patri comedendum apposuit: qua de causa ab eo interfecta fuit. Sed quod ad studi[um] Amazonum, B idem mos eam gentem tenebat, qui Laconicas uirgines. Ab ineunte enim ætate puellas in succe[s]sionem generis alebant: sagittis, cursu, equorum agit[atione] exercebant. Et quo arma commodiùs tractarent, dextram sibi mamillam urebant: unde Græca uoce ἀμ[αζόνες] dictæ sunt. Sed de his plura paulò pòst. Hebrum.] Hyperbolica comparatio uelocitatis. Hebrus Thraciæ amnis est, qui ex Pindo oriens, iuxta urbem Aenum in mare se exonerat. Plutarchus lib. περὶ ποταμῶν: Ἕβρος (inquit) ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης, προσαγορευόμενος ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος. Addit historiam suo more huiusmodi: Κάσσανδρος δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας [illegible], ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον. [illegible] δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικός, ἐπέγημεν [illegible] [illegible]. αὕτη δὲ ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ προγόνου, λόγοις αὐτὸν [illegible] ἀνέπειθεν. ὁ δὲ ὡς ἱκετεύουσαν φυγὼν τὴν μητρυιὰν, προσευναγόμενον γυναικείως. [illegible] δὲ τοῦ προσ[illegible] [illegible] καταφθέγγεσθαι τοῦ σώφρον[ος] [illegible] ὡς [illegible] [illegible]. Κάσσανδρος δὲ [illegible] συμπεριαχθεὶς, [illegible] [illegible] τὸν [illegible] [illegible] τὸ [illegible] [illegible] [illegible] εἰς τὸν [illegible]. [illegible] τὴν πατρῴαν [illegible]. ὁ δὲ [illegible] περικαταληφθεὶς [illegible], [illegible] [illegible] εἰς ποταμὸν [illegible], [illegible] [illegible] μετωνομάσθη [illegible] [illegible] [illegible] ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. C

Namque.] Ab habitu, & totius corporis ornatu. Locus à partitione: arcu referebat uenatricem Threissam: coma uentis di[ff]usa, aut quam uenti diffunderent, ad cursum comparatam. Diffundere.] quam uenti di[ff]underent: [illegible] [illegible] τοῖς ἀνέμοις τοῦ [illegible], Græca figura usitata etiam poëtis Latinis.

Nuda genu.] γυμνὴ τὰ γόνατα. synecdochicè singularis pro plurali. Ac prior.] Occasio: hæc petitoria oratiuncula est, ad colloquium cum Aenea: & proinde ad explicandam historiam de Didone, cum numerosa comitum classe, appulsum in oras Libyeas: ut edoctus locorum rationem, & simdem gentis fortunam, hortatu matris, præcipuè uerò lætiori augurio confirmatus, ad reginæ hospitium contendat. Iuuenes.] Beneuolentia, ab

Aenea

A *Aeneæ & Achatæ persona: cui simul admiscet propositionem petitionis: quam ita uerisimilem facit, ut à suo habitu eas describat, super quibus percontetur: ne uel captare colloquium, uel ludere uideatur. Insolens Troianæ genti erat, uirgines uenari, aut apros sectari.* Errantem.] *in syluæ solitudine uagantem, per uenationis speciem. Addit descriptionē, ab armorū genere, quibus uirgines id genus dignosci possent, ab habitu & studio, Pharetra, Græcè φαρέτρα, βελοθήκη.* Lyncis.] *A' uestitu Lynx de genere luporum ceruariorum est, tergore maculoso, pilo fusco, geminis mammis in pectore. hanc uulgò* sphingen *appellant. Venatoribus antiquitus mos erat, spolijs animantium se uestire, quæ ipsi sua manu confeceerant. Tradunt huius animantis mirabilem naturam: huius enim humor, ubi gignitur, glaciatur in gemmas carbunculis similes, colore igneo. Lyncurium eas uocant, à lyncis urina. Quod quia norunt lynces, per inuidiam urinam suam terra operiunt. quare eò celerius solidatur in gemmam. Inuenta, quasi planta sub terra occulitur. In siccitate rigatur aqua, & pullulant inde nascunturq́ alij post alios, plures fungi, boni saporis in cibis, sed longè utilissimi* B *frangendo calculo, & renum doloribus. Fungis abscissis, pars pediculi hærentis in ipso lapide, paulatim suo tempore lapidescit. Colore, succino similis est, apud Theophrastum. Hesychius λυγκούριον, ἤλεκτρον interpretatur. Porrò lyncem acie tam acuta esse affirmant, ut montium conuexa uisu penetret: unde lyncei oculi in prouerbium cesserunt: non autem à Lynceo illo heroē, qui cum Argonautis Colchicam illam expeditionem fecit, quem Apollonius Rhodius nullo momento aërem penetrasse sursum, deorsum inferos, oculorum acie, scribit. Verba Poetæ hæc sunt primo Argonaut.*

——Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο "
ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον "
ῥηιδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι. "

Animantis autem illius tergus ob leuitatem uenatoribus in usu fuisse illi genti apparet, perinde ut nostra tempestate lupina est nobilitati. Grammatici lyncem aiunt non solùm ζῶον, sed λυγμὸν etiam, τὸν πάθος, ἢ τόξον significare. Mitto fabulam, qua narratur Lyncus rex Scythiæ à Cerere in lyncem mutatus, quod Triptolemum à se hospitio exceptum occidere uoluisset.

Spumantis.] *Aptissimum epitheton feræ attributum Respexit ad rationem capiendi apros.*

Veneris sic.] *Periphrasis Aeneæ, cui & festiuitatem addit collusio, Venus & Veneris.*

ARGVMENTVM.

Veneri Aeneas respondet, ullam sororum eius se uidisse negat: & ex signis quibusdam, illam credens esse Deam, eius auxilium implorat, sub qua parte cœli, quibusue in regionibus uagetur, se ab ea doceri postulat, eiq; sacrificium pollicetur.

NASC.

Nulla tuarum audita mihi, neq; uisa sororum.
O' quam te memorem uirgo? namq; haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat: ô dea certè.
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una:
Sis fœlix, nostrumq; leues, quæcunq;, laborem:
Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominumq; locorumq;
Erramus, uento huc, † uastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

† al. & vastis fl.

Nulla tuarum audita mihi.] *breuis interrogatio breuem responsionem requirebat: itaque breuissimè quæsiuit respondens, sororum eius, quæ de re fuerat interrogatus, ullam se uidisse negat: sed quasi inuitatus ad loquendum, animum recipit, atq; ita prosequitur.*

O' quam te memorem uirgo?] *ἀπορία est: non* C *tamē dubitat utrum Dea sit: nam signa uidet haud obscura concurrere, uultum, atq; uocem: sed quæ Dea sit, animi pendet: uirginem nominat, quia & puellam esse, & uirginalis pudicitiæ signum in ea apparere uidet.*

Namq; haud tibi uultus Mortalis.] *ex signis diuinitatis probat eam esse Deam: argumentatur autem per negationem, siue, ut logici dicunt, negatiuè: non es mulier, non enim uox, & uultus te fœminam esse referunt, sed Deam, igitur Dea es: itaq; diuinitatis illius prope, iam certus, exclamat:* O' Dea certè.] *quæ res aucupandæ beneuolentiæ uim maximam habet. tali penè enthimematis forma utitur Vlysses apud Hom.* Odyss. 6. *unde pœculo dubio sumptus est hic locus, cùm Nausicaam supplex alloquitur, sic enim ait:*

" Γουνοῦμαί σε, ἄνασσα· θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι;
" εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
" Ἀρτέμιδί σε ἐγώ γε, Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
" εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω.

An Phœbi soror.] *religionem adiungit, ne offendat numina, & cum modestia dubitationem distribuit, siue sit Diana, siue ex genere Nympharum una: nefas enim erat Deum, Deámue alio quàm suo nomine appellari, quod qui secus fecisset, noxa non obtinebat: unde in obsidionibus urbium Dij non euocabantur, nisi nominati.* Sis felix, nostrumq; leues quæcunq; laborem.] *Deæ auxilium implorat: est autem hæc ferè totius petitionis summa, ab utili, & honesto deducta: utile enim est Aneæ, impetrare quod cupit, & honestum est, peregrinis, & egentibus subuenire.*

Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris Iactemur, doceas.] *alterū petitionis membrū: unde misericordiæ affectus elicitur, per locum communem ex deploratione, infelicitatis suæ: qui in qua cœli parte uagetur, ignorat.* Ignari hominumq; locorumq; Erramus, uento huc, uastis & fluctibus acti.] *exaggerat commiserationis affectum ex deploratione fortunæ suæ per ὑποτύπωσιν. huic persimilis est locus paulò infrà apud Virgil.*

Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro, "
Europa, atq; Asia pulsus. "

Et Homerus Odyss. 7. *sub persona Vlyssis:*

καὶ γὰρ ἐγὼ ξεῖνος ταλαπείριος ἐνθάδ' ἱκάνω "
τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης· τῶ οὔ τινα οἶδα "
ἀνθρώπων, οἳ τήνδε πόλιν καὶ γαῖαν ἔχουσιν. "

Quod uerò ait: uento huc. & fluctibus acti, *dici potest locus ex euentis præter spem, quod eis aliter accidit, ac sperabant: nam Italiam uersus nauigantes, ui tempe-*

A *statis in Africam delati fuerunt.* Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.] *locus à gratitudine animi, & hostiam tanquam Deæ pollicetur, illam ratus esse Deam. similis est locus apud Ouid in 14. Metamorph. sub persona Aeneæ ad Sibyllā, nisi quod ille pro accepto, hic pro accipiendo beneficio sacrificiū pollicetur, cùm ait:*

» *Seu Dea tu præsens, seu Dijs gratissima, dixit,*
» *Numinis instar eris semper mihi, meq́ fatebor*
» *Muneris esse tui, quæ me loca mortis adire,*
» *Quæ loca me uisa uoluisti euadere mortis.*
» *Pro quibus aërias meritis euectus ad auras,*
» *Templa tibi statuam, tribuam tibi turis honores.*

LAMB. Hort. NVLLA tua.] *respondet primùm quàm paucissimis, ad ea quæ rogatus fuerat: Nullam tuarum sororum uidi. Transit inde ad suam uicissim petitoriam orationem. Exordium prolixius in beneuolentia captanda, à personæ dignitate. Deinde petit, ut se doceat, ubi terrarum, sub quo cœli cardine uagetur: & addit obiter rationem casus sui, ut ui tẽpestatis à cœpto cursu huc sit excussus.* O' quam te.] *Vlysses in Odyss. 6. ubi ex harundineto erepit, ad cōsimilem modum Nausicaam alloquitur:*

γουνοῦμαί σε, ἄνασσα, θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι, «
εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι, «
Ἀρτέμιδί σε ἐγώ γε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο, «
εἶδός τε μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω. «

At hic puellam Artemidi comparat, modò sit diuarum aliqua, quæ cœlum habitant. O' quam.] *Beneuolentia à personæ dignitate, quã à forma & uoce planè diuina uehi: & salutatione honorifica. Ellipsis est: substantiuū enim uerbum est omissum. Et uox non sonat hominem, reciprocatio.* Phœbi soror.] *Periphrasis Dianæ, cum qua, ad imitationem Homericam, matrem confert.* Et quo.] *Petitio, quam confirmat causa, cùm se ignarum tum hominum, tum locorum, errare dicat. Hypermetrum: & à miserabili fortuna admiscet πάθος.* Multa.] *Artificiosè epilogum absoluit, à remuneratione, & actione gratiarū.*

ARGVMENTVM.

B Venus sacrificium renuit, negatq; se esse Deam, sed virginem Tyriam se esse confirmat ex patriæ suæ more: nam virginibus Tyrijs (inquit) eo indumenti genere vti mos est. vrbem Aeneæ ostendit, conditores nominat, populorum naturā edocet: quis vrbi imperet, dicit, cur in his regionibus Dido vrbem statuerit, miserabilem causam assignat, & quomodo condiderit, quoue nomine vrbem ipsam appellauerit, monet. Postremò qui sint, vnde veniant, quoue tendant rogat.

†Tum Venus: Haud equidẽ tali me dignor honore,
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoq́; altè suras uincire cothurno.
Punica regna uides, Tyrios, & Agenoris urbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens. Longa est iniuria, longæ
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus, sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omneis,
Quos inter medius uenit furor ille Sichæum.
Impius, ante aras, atq; auri cæcus amore,
Clam ferro, incautum superat, securus amorum
Germanæ: factumq; diu celauit, & ægram
Multa malus simulans uana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati uenit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudeleis aras, traiectaq́; pectora ferro
Nudauit, cæcumq; domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, † patriaq; excedere suadet,
Auxiliumq; uiæ, ueteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.
His commota fugam Dido, sociosq; parabat.
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis quæ fortè paratæ,
Corripiunt, onerantq; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenêre locos, ubi nunc ingentia †cernis
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem
Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed uos qui tandem? quibus † aut uenistis ab oris?
Quóue tenetis iter? —.

NASC. † al. Tune. HAVD equidem tali me dignor honore.] *facta sacrificij mentione, non ordine quæsitis respondet: sed illud in primis de opinione diuinitatis obiectū refellere conatur: nisi enim primum sacrificij oblationē renuisset, utiq; se Deam esse iudicium fecisset. primum igitur non primus, sed nouissi-* C *mus occurrit, cumq́ uirgo, non Dea sit, sacrificio se dignam esse negat: sicq; meo quidē iudicio, locus iste intelligendus est: non ut interpres, atq; alij multi, interpretantur.*

† al. Patriamq; Haud dignor:] *id est, dedignor tali sacrificio, quia tũc, & floribus tantùm delectetur, unde illud est infrà:*

Ture calent aræ, sertisq; recentibus halant: «

† al. cernes. † al. aduenistis. *Nam non floribus tantùm, sed eadẽ etiam animalium delectari solet Venus. Atqui in Græcorum monumentis scriptū extat, Veneri olim sue litatum fuisse: quod Athenæus Callimachi testimonio comprobauit dipnosoph. libro 3. quin etiam Zenodotus refert eius festa ὑστήρια id est, suilia appellari apud Plautū quidam, agnis mactatis, Venerem sibi placatam reddidisse memorat: quibus ex rebus facilè colligi potest, hunc locum simpliciter accipiendum, atq; ita intelligẽdum, se, cùm mortalis sit uirgo, sacrificij honore indignam esse.*

Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetrā.] *Quia ex habitu iam suspicatus fuerat Aeneas, eam esse Dianam. nam dixerat:*

An Phœbi soror, an Nympharū sanguinis una. «

Hãc opinionem refellens

A fellendam, ex cuiusq; animo penitus euellendã nititur ex more patrio nam Tyrias uirgines, refert, solitas esse pharetratas incedere, & cothurno indutas, ideo sequitur:

Purpureoq; altè suras uincire cothurno.] uenatorũ, Tragœdorumq; habitus est Cothurnus. hinc illud Maronis:

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Punica regna uides.] confutatis quæ suspicionem diuinitatis afferre poterant, quæsitis incipit respondere: nam & regionis, & regionem incolentium nomen, originemq; breui oratione declarat. ad illud autem facit:

Et quæ sub cœlo tandem.

Sed fines Lybici.] perinde ac si diceret: urbis conditores, Agenoridæ quidem sunt, sed hæc regio Libya est. Quod uerò Lybici fines, nõ Libya dixit, in causa est, quia illic accurrente pelago, Africæ termini clauduntur: uidetur autem locus iste ex persona Poëtæ emphasim habere, quod sequentia indicant: Genus intractabile bello.] nam cùm Afri fuerint hostes populi Rom. non potest Poëta de illis, nisi cum stomacho, loqui: quamobrem, quod hîc ait: genus intractabile bello, non ad laudem Afrorum dictum puto, sed ad uituperationem: qui cùm
B tributarij facti fuissent populi Rom. & inter ipsos fœdera semel atq; iterum ueniendo percussissent (de Carthaginensibus loquor) pactis non steterunt, & fidem fregerunt: hinc illud Cicer. in Som. Scip. Vidésne illam urbem, quæ parere Populo Rom. coacta, per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere: Germanũ fugiens.] [illegible] occupat, quod Aeneas quærere potuisset, quo fato impulsa Dido, relicta patria illuc commigrasset cùm feminam non nisi magnis de causis relinquere patriam deceat, turpiorisq; uitæ censeatur illa, quæ huc, illuc uagari solet: & causam assignat: quam ex auaritia, atque immanitate Pygmalionis fratris eius deducit, breuiùsque quàm res tanta dici potest, exponit. quamobrem sequuntur: Longa est iniuria, longæ Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.] locus attentionis, atq; docilitatis. longos iniuriarum circuitus breui oratione se explanaturam pollicetur, ut spe breuitatis attentiorem efficiat auditorem. Huic coniux Sichæus erat.] narratio est, quia Sichæum Herculis sacerdotem, Didonisq; coniugem à Pygmalione rege sceleC
stissimo, atque auarissimo necatum exponit: causa iudicialis est, attamen hoc in loco non tanquam in iudicio narratur, sed ad persuasionem simpliciter exponitur: quæ ut facilius credi possit, circumstantijs probabilis efficitur: cõstitutio uerò (si facti ratio habeatur) coniecturalis est, illisq; uestigijs indagatur, quibus coniecturales causæ inquiri solent: quas Hermagoras [illegible], Theodorus autem [illegible] appellat, propterea quia ex earum coniunctione quæstiones fiunt perinde, atque ex coniunctione literarum nomina atque uerba. Sunt autem septem, quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. quis personam ostendit, quid, factum, cur, causam, ubi, locum: quando, tempus: quemadmodum demonstrationem habet ex facto, uel quod fiat, furtiuéne sit. uoluit clam, palámne, ui, an dolo: adminicula uerò significationem habent earum rerum per quas factum esse aliquid dicatur. ut laqueus, uenenum litera, internuncius, & quæ sunt eiusmodi: nam in agenda coniecturali causa nisi personarum dignitates seruentur, & causæ factorum extent, & faciendi facultas fuisse uideatur, & tempus idoneum & locus opportunus ad eandem rem extitisse indicetur, probabilis causa non erit. Hic igitur ratio habetur personarum: nam & occidi potuit Sichæus, quia inferior, & occidere potuit Pygmalion, quia rex erat, in eumq; imperium habebat: adde quod affinis erat. propter quod nihil erat, quod Sichæus aut timeret, aut suspicaretur. causa patrandi sceleris apparet, Sichæi opulentia, & nimia Pygmalionis cupiditas: nam alter ditissimus, alter auarissimus describitur. Temporis nulla hic mentio fit, sed ex officio, & ministeria Sichæi, & ex Pygmalionis potestate, satis idoneum fuisse conijcitur: nam Herculis sacerdos erat Sichæus: cuius templum domi habebat: in quo solus frequenter uersabatur. itaq; & locus itidem ad maleficium patrandum ualde opportunus erat: facultas perficiendi, & spes celandi facti in rege non maxima esse potest.

Ditissimus agri.] à causa exorditur, quæ certè inter circumstantias præcipua est: nemo enim absque causa in scelus impellitur. Porrò ex opulentia Sichæi, Pygmalionis est exorta patrandi sceleris cupiditas: ita quoque de Polymnestore scribit Virgil. in 3. Aen. qui auri potiundi cupiditate affectus Polydorum Priami filium necauit, sic enim ait:

Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, uictriciáq; arma secutus
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur ——.

Et magno miseræ dilectus amore.] facinoris exaggeratio uidetur ex indignitate: & profectò hoc ad facti exaggerationem pertinet: quod nulla habita ratione sororis, uirum eius occiderit, quem illa summa obseruantia colebat, ac singulari beneuolentia & amore prosequebatur: unde ingens quoq; conquestionis affectus eliri potest ex infelicitate Didus, quæ uirum sibi charissimum tam infeliciter amiserit.

Cui pater intactam dederat,] & hoc ad augendam facti indignationem facere uidetur: nam facinus ob id etiam maius uideri debet, quod in sororis coniugem illum admissum est, cui uirgo, cui primis ominibus coniuncta fuerat: nam primæ nuptiæ uinculum nescio quid maioris coniunctionis habent.

Primisq; iugarat Ominibus.] [illegible] est: nulli eam antea nupsisse designat. Quod uerò Landinus, primis, optimis exponit, ridiculum est: porrò ad morem priscorum Rom. alludit: (ut Cicero, & Valerius memoriæ prodiderunt) omnia quidem, sed nuptias in primis auspicato gerebant.

——sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion.] à facultate perficiendi, & spe celandi facinoris rem uerisimilem facit, quia rex erat: uerùm quia Sichæum à fratre sororis absq; iusta causa interfectum fuisse parùm credibile uidebatur, & subdit:

——scelere ante alios immanior omnes.

Quos inter medius uenit furor.] locus à turpitudine uitæ, quo factum probabile efficitur: hoc enim dit: Pygmalionem omnibus scelestiorem, quos in facinus impulit furor: hoc est, qui suas cognatorum, affiniúmq; manus sanguine polluerunt: nam si Pygmalionem furore correptum cædem Sichæi fecisse diceres, excusatio esset, non criminis intentio: huiusmodi enim homines ueniali statu, defendi solent.

Ille.] [illegible], de quo nihil tale suspicabatur: quem

nulla urgebat inopia: qui uirum sorori suæ charissimum seruare debebat: qui contra patris iudicium uiolato humanitatis iure, ruptoq; affinitatis, propinquitatisq; uinculo tam inhumane facinus admisit, nulla prorsus aut religionis, aut sanguinis habita ratione.

Impius.] detrahit ab impietate: qua nullum maius in homine crimen existere potest: nam (ut est in Platone, liquet in decimo de legumlatione dialogo, sub impietate sacrilegium, cæteraq; in Deorum contemptum siue cogitata, siue dicta aut facta, nec non permissa, & prætermissa comprehenduntur, quamobrem impietatis illius rationem reddens, subdit: Ante aras.] quasi diceret, nulla Deorum, aut religionis habita ratione. & est à loco criminis amplificatio. Atq; auri cæcus amore.] rectè cæcum nã libido, aurique cupiditas oculorum eius sic aciem perstringebat, ut quid esset rectum, & honestum, non uideret: locus est à causa. Sanè duo sunt loci præcipui, in quibus coniecturalis oratio tota uersatur, uoluntas, & facultas: in tota oratione Ciceronis pro Milone disseritur partim de uoluntate Clodij, quòd uoluerit Milonem occidere: partim de facultate, quòd Clodius potuerit insidias facere, Milo non potuerit: hi loci uidentur ex natura deducti. nam in omnibus hominum factis necesse est uoluntatem, & facultatem concurrere. facultas signa, & circumstantias habet, quas paulò antè recensuimus: uoluntas uerò duas species complectitur: altera impulsio uocatur, quæ affectus continet, odium, iram, aliaq; multa, ut Vlysses oderat Palamedem, igitur cupiebat eum esse extinctum, altera ratiocinatio Ciceroni nominatur, quæ à causa, ut uocant finali sumitur, cùm ducitur argumentum à spe commodi: nam humanæ mentes plerumque mouentur opinione utilitatis, ut hoc in loco Pygmalion, qui spe auri potiundi sororis suæ uirum ad aras crudeliter necat: sanè ualidissimum illud argumentum est, quod ab utilitate sumitur: quamobrem C. Cassius iurisconsultus apud Cic. dicere solebat, cui bono fuerit, eum fecisse credendum est. Sed aliter tractatur hæc materia ab Arist. in primo de arte rhet.

Clam ferro, incautum superat.] uel & à modo, & à facultate: modus est, cùm ait, clam: facultas autem cùm dicit, ferro. Sed quæri potest cur Poëta mentionem fecerit modi, cùm in coniecturalem causam non cadat modus: nam ubi factum negatur, ibi nulla ratione modus existere potest: quia modus non attinet, nisi cùm factum reus concedit: huic obiecto ita occurri posse putamus: uel habitam fuisse personæ narrantis rationem, apud quam hæc causa coniecturalis nõ est: aut (quod magis probari potest) ad amplificationem criminis positum esse: nam modus, ut rhetores affirmant, factum auget, fidem uerò nunquam facit. Quod igitur clam fecit, id etiam factum grauat: nemo enim quicquam occultè facit, nisi quod turpe, & nefarium nouit. clam fecit, ut crimen lateret, cuius celandi spem maximam habebat: nam frater erat, & fratri soror facilè fidem præstat. propterea subdit: Factumq; diu celauit.] sororem decipiendo, cùm eum à se frumenti emendi causa aliquò ablegatum fuisse diceret.

Malus.] Grammatici ueteres hic [illegible] agnoscũt, malus pro scelesto.

Vana spe lusit amantem.] cùm diceret aliquando eum maximis negocijs impeditum, interdũ etiam breui esse uenturum, literas, aliaq; huiusmodi commenta fingeret, ut spe sororem traheret: sunt qui una spe legant. A & est sensus Didonem hac una spe delusam, quod Sichæum breui uenturum crederet: nam quæ cupimus, facilè credimus.

Ipsa sed in somnis inhumati uenit imago

Coniugis.] quoniam ulla facti suspicio ex Pygmalione duci, propter sanguinis propinquitatem, non poterat, nec ulla testium fides extabat, poëticè posita est imago per somnum, quæ detestandum illud scelesti regis facinus detegeret: attamen Appianus historicus huius insomnij meminit in Libyco, utrum uerò hæc inter agnitionis species reponi possit, alijs cogitandum relinquo. Illud tantum dicam, quod si hæc agnitio est, inter agnitionis species non infima est: nam peripetiam habet: & illam uerè agnitionem esse Aristoteles monet, cui peripetia adiuncta fuerit. Inhumati.] non est uerum, nec uerisimile, inhumatum à Pygmalione relictum fuisse cadauer Sichæi, præsertim cùm ipse hoc factum diu celari uellet: sed ad augendam illius immanitatem inhumati, pro honore sepulturæ carentis dictum arbitror. Historiam hanc Sichæi, & Pygmalionis Iustinus libro decimooctauo scriptam reliquit. B

Ora modis attollens pallida miris.] ex Lucretio hoc uersus. sic enim ille ait in primo:

Sed quædam simulachra modis pallentia miris.

Crudeles aras, traiectaq; pectora ferro

Nudauit.] quasi tragœdiam excitat, cùm id à Sichæo factum referat, quod in tragœdijs ad excitandas perturbandasq; spectatorum animos fieri soleat. Auget itidem indignationis affectum ex nefario Pygmalionis scelere, & conquestionis, ex miserando Sichæi ipsius casu: quem etsi non exprimeret uerbis, satis tamen apertè ex gestu illius, cùm ait: Nudauit, intelligi posset. Aras uerò, quæ piæ sunt, crudeles uocat: quoniam apud illas crudele facinus patratum est. Tum celerare fugam.] sapiens Sichæi consilium, procul abesse à tyranno, quod tamen nõ præcepit Dido arripuit: nam diu fratrem ob scelus aduersata, ut Iustinus inquit, ad postremum dissimulato odio, mitigatoq; interim uultu, fugam tacitè molita est: uerùm quia id sola facere non poterat, aliorum quoq; animi tentandi fuerunt: ideo paulò infrà dicetur, —fugam, sociosq; parabat. His commota.] rectè commota, quia persuasa est oratione Sichæi: nam commouere uerbum est animorum affectibus conueniens: quos excitare, & cõmouere persuadentis est. C

Fugam sociosq; parabat.] ab effectu persuasam fuisse Didonem ostenditur: nam fugam molitur, & socios parat: & quos socios uide sapiens, egregiũq; mulieris consilium in re tam difficili, ac periculosa: duo hominum genera deligit: quibus maximè confidere poterat, & qui à tyranno fuerant læsi, & qui metuebant lædi. ideo sequitur

Conueniunt quibus aut odium, &c.] hîc uidetur esse hypallage: pro, odium crudelis tyranni: id est, in tyrannum: nam de odio ciuium in Pygmalionem proculdubio intelligendum est, quod crudele dici non potest: nam tyranni in ciues odium crudele est. Sed præclarè ista duo coniunxit, odium & metus: nam ex timore odium nascitur, nec possumus non odisse quem timemus. Tyrannus unde timeri, quia non ignorat, se à nemine posse diligi, hinc illud:

Oderint dũ metuant. quò proculdubio Poëta respexit. Correpto igitur thesauro, Dido fugam parat: non enim

reclusa

A reclufo tam magno thefauro, tantíq ingenti auri, atq argenti pondere, cunctandum erat, propterea dictum eft: His commota fugam Dido, fociosq parabat. Naues, quæ forté paratæ Corripiunt.] & hoc ex hiftoria tractum: nam Dido diffimulato odio, dolo fratrem aggreditur, ut Iuftinus memorat, fingit fe ad eum uelle migrare, qua re lætus Pygmalion (nam exiftimabat cum ea, & aurum Sichæi ad fe uenturum) naues ftatim & comites ad eam mittit. Elifa acceptis comitibus à rege miffis, thefaurisq nauibus compofitis foluit è littore, prouectaq in altum, compulit eos uoere Harenæ pro pecunia uiolata in mare deijcere: reliqua uideto apud Iuftinum lib. 18. Portantur auari Pygmalionis opes pelago.] non quæ effent, fed quas ille fuas effe cupiebat, quod facilè indicat illa uox, Auari. Dux fœmina facti.] occulta eft Didus prudentiæ commendatio, non abfq admiratione: mirum enim eft, in fœmina tantam confilij uim extitiffe, ut negocium tam arduum, ac difficile aggredi aufa fuerit, ne dum tanta animi fapientia confecerit. Obferuanda eft autem claufularum breuitas, dactylorumq multitudo, ad negocij celeritatem defi-

B gnandam. Mercatiq folum, facti de nomine Byrfam Taurino quantum poffent circundare tergo.] nifi mihi & Iuftini, & Herodiani obftares hiftoria, quorum alter in 18. alter in 5 idem quod Seruius interpres refert, facilè in ea fententia effem, ut exiftimarem Virgilium hoc in loco ad emptiones antiquorum alludere uoluiffe, quæ permutationibus fiebant, nunc pellibus boum, nunc (Homero tefte) ipfis bobus: quò eò etiam libentiùs adducor, quoniam Plin. lib. 33. cap. 1. id ipfis Troianorum temporibus in ufu fuiffe his uerbis affirmat: quantum feliciore æuo, cùm res ipfæ permutabantur inter fe, ficuti & Troianorum temporibus factitatum Homero credi conuenit: ita enim (ut opinor) commercia uictus gratia inuenta, alios corijs boum, alios ferro captiuisq rebus emptitaffe tradit. uerfus Homeri funt ex 7. Iliad.

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι, τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν. id eft,
Vnde reportabant crimiti uina Pelafgi:
Aeris quidam, alij fulgentis munera ferri,
C Pellibus eft alij, pars bobus, mancipijs iste,
Mutabant paffim, & conuiuia læta parabant.

Huius rei meminit etiam Pollux lib. 9. cap. 7. extat & titulus apud iureconfultos de rerum permutationibus. Non igitur abfurdum effet, credere permutationem à Didone fuiffe factã tergoris bouis cum terra: nam & Poëta ipfe uit, arcem illam Byrfam de nomine facti nuncupatam, & βύρσα corium fignificat. Sed uos qui tandem.] fermonis conclufio eft per fimplicem interrogationem. qualis illa ex fexto Æneid.

Sed te qui uiuum cafus age fare uiciffim,
Attulerint ——

Porrò tria quæruntur, qui fint genere, & nomine, unde ueniant, quò tendãt: non diffimili ferè ratione apud Hom. Odyff. 9. Polyphemus Vlyffem, eiusq focios interrogat.

ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστὲ, πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
ἤτι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε.

Tandem.] non uacat, tandem, ut perperam fentit interpres. nihil enim in Marone ociofum eft, fed affectum loquentis indicat, quod plus fortaffe, quàm uellet temporis narrando confumpferit.

Havd.] Reiectio beneuolentiæ ab Ænea captatæ: quàm ut uerifimilem faciat, eam à loci confuetudine confirmat. Inde ordine benigniter ad interrogata refpondet. Refertur autem hæc reiectio ad id quod dixerat Æneas: LAMB. Hort.

—— ô dea certè,
Aut Phœbi foror, aut Nympharum fanguinis una.

Non negat quidem fe deam: fed deam tamen effe fe, id uerò diffimulat, ne prodatur. Virginibus.] Redditio, à gentis more uernaculo: hoc eft, ab habitu peculiari Pœnis. Eft autem cothurnus, Græcè κόθορνος, genus calciamenti. Erat id τετράγωνον ἀμφοτεροδέξιον: hoc eft, quadrangulum, & quod utriq pedi conueniebat, quo utebantur Tragœdiarum actores. Quare pro ftylo fublimi ufurpatur: ut foccus, cuius ufus erat in comœdijs, pro humili. Quoniam autem erat ἀμφοτεροδέξιον, in prouerbium inconftantiæ abijt, Cothurno uerfatilior, κοθόρνου εὐμεταβολώτερος. Hefychius exponit, præter quàm quod calciamentum fit utriq pedi aptum, ex quorundam fententia, etiam quòd uiris ex æquo & mulieribus accommodari poterat. κόθορνος, ὑπόδημα ἀμφοτέροις τοῖς ποσὶν ἁρμοζόμενον. τινὲς δὲ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἐφαρμόζειν φασὶ τὸ ὑπόδημα τὸ κόθορνον. Punica.] Refpondet ad id quod rogarat:

Et quo fub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominumq locorumq
Erramus, uento huc, uaftis & fluctibus acti.

Exponit fuccinctè: unde in hiftoricam enarrationem digreditur. Regna.] Enallage numeri pluralis pro fingulari. Expolitiones funt quæ fequuntur. Pœni, & Punicum, ἀπὸ τῆς φοινικῆς deducuntur, afpirata tenui commutata.

Tyrios.] De Tyro fuprà dictũ eft. Illud interim obiter hic adijciendum eft, inuentæ purpuræ gloriam apud Tyrios fuiffe, repertæ à cane, qui Herculem, Tyrum indigenam puellam adamantem fequebatur. Pollux, lib. 1. Onomaftic. cap. περὶ βαφῆς βυσσίνης καὶ ἁλουργοῦς τάδε λέγει, ὡς ἡρακλῆς ἐρασθεὶς νύμφης ἐπιχωρίας· τύρος δὲ ἦν τῇ νύμφῃ τοὔνομα. εἵπετο ἄρα τῷ ἡρακλεῖ καὶ κύων, κατὰ τὸ παλαιὸν νόμον. οἶδα δὲ, ὅτι τοῖς ἥρωσιν συνήθεις μέχρι τῆς ἀκολουθίας οἱ κύνες. ὁ τοίνυν ἡρακλέους κύων κατὰ πέτραν προκύψας, κόχλον τῶν πορφυρῶν ἐξερπύσαντα ἐδάκνεν, ὁ μὲν τὴν σάρκα κατέπιε ῥᾳδίως, ὁ δὲ τοῦ ζῴου αἷμα τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἐφοίνιξεν. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ὁ ἥρως παρὰ τὴν κόρην, αὕτη θεασαμένη τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἀνθοῦντα ἀπὸ τῆς βαφῆς, οὐκ ἔφη προσήσειν τὸν ἡρακλέα, εἰ μὴ αὐτῇ ἀφίκοιτο ἐσθῆτα τοῦ κυνὸς χειλῶν ἀνθηροτέραν. ὁ μὲν τοίνυν ἡρακλῆς εὑρών τι τὸ ζῷον, καὶ τὸ αἷμα ἀναλεξάμενος, καὶ τὸ δῶρον ἐκόμισε τῇ κόρῃ, πρῶτος εὑρετὴς ὢν τοῦ τυρίου λόγου τῆς φοινικικῆς βαφῆς. Agenoris.] Antonomafia, pro Didonis. Ex Ioue fuit Epaphus: unde Belus Prifcus, qui Agenorem procreauit: hinc Phœnix, à quo Phœnicia dicta eft: ex hoc Belus fecundus, pater Didonis, Pygmalionis & Annæ. Ergo Tyri colonia fuit Carthago: quæ originis fuæ non immemor, Tyrijs aduerfus Alexandrum auxilia poftea ad bellum mifit. Eiufdem coloniæ fuerunt, Vtica, Leptis, Gades, Sarra initiò dicta. Germanum.] Pygmalionem. A conditione templi primi fub Solomone, ufq ad Carthaginis originem, numerãtur anni CXLIII. & menfes aliquot. Etenim ab Hiramo, qui Solomoni fingulari amicitia iunctus erat, quiq illi materiam cedrinam ex Libano monte, centumq ac uiginti auri talenta dono mifit, regum Tyriorum catalogum, ufq ad Pygmalio-

 nem,

nem, fugamq́ Didonis, ad hunc modum digerit Menander Ephesius. Hiramus fanum Herculi dicauit: huic successit Balbazerus: illi Abdastarus: cui Metusastartes: inde Astarimus: mox Pelletes: post quem regnauit Tythobalus: successit huic Badzodus: post hunc regnauit Metenus: hinc Pygmalion: cuius regni anno 7. Dido colonias in Africam deduxit. Longa est] Attentio in digressionem historiæ, quæ fortunæ iniquitate in hanc Africæ partem uenerit Dido: à breuitate & compendio narrationis, & luce rerum gestarum, quæ alioqui prolixiorem explicationem requirant. Fastigia.] Translatio: id est, summas tantùm, & præcipua historiæ capita. Propriè fastigium, supremum ædificij est, quod absolutio imponitur. Hinc prouerbium natum est: Summũ fastigium imponere, rem omnibus suis numeris absoluere, τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι. Sunt autem ambages, anfractuosi circuitus uiarum: pro longa ac perplexa narratione accipiuntur.

Huic coniunx.] Exordium narrationis à Didonis & Sichæi siue Sicharbæ coniugio, & personæ descriptione ductum est. Describit autem Sichæum à fortuna, opibus, coniugali necessitudine. Phœnicum.] Phœnices initio accolæ fuêre maris rubri, nomenclatura gentis à palma ductâ, qua ea regio abundat. Hi terræmotu pulsi, maritimam Syriæ regionem occuparunt: ubi Sidonem à pisce cognominatam condidêre: & postea Tyrum, in mari septingentos à litore passus discretam, celebre mercatu emporium. Hanc Alexander magnus posteris temporibus, operibus magnis continentem fecit. Ominibus.] Cicero in primo Diuinationum testatur, maiores, quia omnia ualere credebant, omnibus rebus agendis præfari solere: Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatumq́ sit. Omen, quasi oremen, futuræ rei pronunciatio. Cæterùm quamuis historiam initio huius libri prosequuti sumus, non incommodum fuerit fortasse, hîc tempestiuiùs eam repetere, quòd Poëta studio in eam digressionem faciat. Pygmalioni Tyriorum regi soror erat Dido. Hæc Sichæo auunculo, Philisthenis filio, & Herculis sacerdoti, nupserat uirgo. Erat tum id sacerdotium secundus honos à rege. Et habebatur ille inter populares suos longè auri argentiq́ ditissimus. Hic omnes eas opes in terra defodit, quòd sciret, diuitias habentibus exitio esse solere apud tyrannos. Rumor itaq, etsi incertus, in ora tamen omnium peruenit: & fabula postremò ad regem dimanauit. Pygmalion auri potiundi cupidine perpulsus, auunculum incautum in templo Herculis ad aras obtrũcat. Fuit diu res ea clàm, antequàm uxori subolesceret. Tandem facinore detecto, Dido muliebriter nimiùm dolori indulgens, aliquandiu apertè fratrem auersata, pessimè ob id factum odisse cœpit. Mox ubi aduertit, se inter domesticas insidias indies alias atque alias maiores mediam uersari, arte agendum rata, fratrem pacatiùs compellat: & presso dolore, uultu blandiori alloquitur, quasi memoria cæsi coniugis magis ac magis indies obsolesceret: cùm dissimulanter omnia agens, occultam molitur fugam. Trâdunt quidam, eam in somnis à marito admonitam, hoc consilij cæpisse. Arte itaq fratrem aggreditur: dicitq́ sibi in animo esse, relicta domo, in qua mariti imagines & alia id genus monumenta sibi omnibus momentis in oculos occurrerent, & proin dolorem refricarent, in regiam eius cum omni supellectile demigrare uelle. Audijt ille sororis uerba, & eo quidem auribus attentioribus, quo speraret procl. ursus futurum, ut reconditis thesauris potiretur. Interim Dido regios ministros ad se emigrationis causa missos, in naues cum ipsis opibus imponit: ac mox ubi in altum prouecti essent, compulit eos quadam onera grandiora quasi pecuniæ inuolucra, in mare deuoluere: ac plorans precatur maritum, ut opes ipse suas, tanquam debitas inferias haberet, potius quàm ut sub ius alterius uenirent. Atq inde flebili uoce ad ministros: Vos uidete, an extrema omnia à tyranno pati uelitis, qui eius auaritiæ Sichæi opes, quarum causa nefarium commisit parricidium, subtraxistis. Metu supplicij per hæc iniecto, eos sibi fugæ comites adiungit. Aderant illi eadem nocte, ex nobilissimis, qui regis sæuitiam detestati, consilia multo antè cum ea contulerant. Cæterùm primo cursu in Cyprũ defertur, ubi Iouis sacerdos, monitu oraculi se comitem Didoni cum uxore & liberis obtulit, idq́ ea conditione, ut ea functio sibi posteritati suæ integra perpetuò maneret. Quæ quidem postulatio à Didone & eius comitibus in omen uersa, animos addidit, ad nouam sibi sedem quærendam. Inde soluturi, octoginta puellas indigenas in litore oppressas, quæ more gentis quæstum uulgo corpore faciebant, rapi iussit, atq in nauem imponi, ut condita urbe ad sobolem procreandam usui forent. Constat autẽ, eum morem Cyprios tenuisse, ut puellæ, priusquam nuberent, prostituerẽtur, ut quæstu corporis dotalem sibi pecuniam quærerent. Pygmalion Didonis fuga accepta, omni belli apparatu eam persequi statuit: sed matris precibus, & ostentis deorum oblatis, hoc consilium discussum fuit. Monitus item à uatibus est, caueret impedire originem urbis illius à sorore condendæ, quæ toto orbe celeberrima esset aliquando futura. Defertur interim in Libyam Dido: ubi cùm accolas locorum sibi commercio conciliasset, facilè impetrauit precio tantum soli, quantum tergore bubulo uno posset in urbem cingere. Illo itaq in tenuissimas partes dissecto, spaciosiorem aream cõplexa est, quàm initio poscere uisa fuerat. Byrsam locum à re: id est, corio bouis appellauit. Alij arcem ipsam Carthagini adiunctã, sic dictam uolunt: ipsam uerò Carthaginem, Damnem, Punico idiomate, quasi nouam ciuitatem, dictam, Cato scriptum reliquit. Creuit breui supra omnem fidem, ciuiũ turba: maximè quòd undiq eò lucri studio mortales confluerent. Vticenses audito Tyriæ classis appulsu, legatos ad Didonem cum muneribus mittunt, qui consanguineæ genti faustum gratularentur aduentum, & hortarẽtur ad cœptæ condi urbis opus absoluendũ. Ferunt statim inter fodiendum, omen oblatum: terra enim aperta, caput bubulũ inuenitur. Quod auspicium, quia id animal laboribus & ministerijs seruitijsq́ humanis subiectum est, cùm displicuisset, statim alio loco, haud multum inde diuerso, terrã molientibus, caput acris equi (ut inquit Poëta) fuit oblatum: quod quidem ita acceptum fuit, quasi rei militaris gloria urbs celebris aliquando esset futura: quo in loco, ut auspicatiori, fundamenta illicò ponere & incredibili studio ædificare cœperunt. Cæterùm creuit breui hominum frequentia in tantum, ut neq conditricem fugæ, neq comites fortunæ suæ pœniteret. Florebant ea tempestate in his successibus Pœnorũ & Maurusiorum opes supra modum: quorum rex Iarbas Didonem sibi uxorem deposcit: ac nisi nuptiæ impetrarentur, principibus Pœnorum ad se accitis bellum denuncias. Carthaginensium legati, quia norant reginam à morte mariti coniugium odisse, si indicare illud ueriti, arte Elisam aggrediuntur, ut dicerent, Iarbam postulare, qui se & suos mansuetiores mores doceret. Sed neminem inueniri, qui ad barbaros ferarũ more

uiuentes

A uinentes migrare nollent: ac postremò ostendunt, eam uxorem deposci: ac ei nisi satisfieret, breui futurum, ut ciuitas in magnū discrimen coniiceretur. Dido inter sacrū (quod aiunt) & saxum harens, lachrymans Sichai manes inuocat: respondetq;, se ituram, quo sua se fata uocarent. Spacium q; orat ad nuptias, quo inferias marito ob uiolandum uotum daret, & hostias cæderet. Inde conscendens pyram ad id structam, populum intuita exclamauit, se ad maritū ituram, ac mox gladio se transfixit. Atque inde à morte, quàm diu urbs stetit incolumis, pro dea à popularibus suis culta fuit. Sunt authores, qui in literas retulêre, urbem non à Didone sed à Carchedone quadā conditā fuisse: à Græcis enim καρχηδὼν appellatur: ipsi autem καρχηδόνιοι. Rursum alij extiterunt, qui affirmant, Carchedonem, Didonis comitem eò tantum uenisse. Immanior.] Enallage gradus: pro, animum immanissimus. Quos inter.] Anastrophe. Cæcus.] Quod corporis est, ad animum transtulit. Prosopographia, ab auaritia & impio: estq; pathos à loco. Vana spe.] Persuaserat sorori, maritum B superesse. Inhumati.] Pathos ab impio, & tyranni crudelitate. Pallida.] Affectus à specie, & tempore. Aras.] ad quas ipse Herculis sacerdos per insidias exceptus fuerat. Tellure.] nam thesauros in terra defoderat, propter quos sibi tyrannum insidiari norat, ne ipse potiretur. Locos.] pro, in hac loca: ellipsis. Carthaginis.] Epexegesis. Byrsam arci nomen fuisse scribunt, à corio taurino. Βύρσα, corium: ab etymologia nominis. Et Carthago urbs clarissima, atque una omnium in terris imperij Romani æmula, hunc ortum habuit circa initia regni Iudaici à Salamone suscepti: licet Trogus uideatur arbitrari, septuaginta annos originem urbis Romæ eius conditionem præcessisse. Concidit anno septingentesimo, quàm condita fuerat: etsi Eusebius alicubi 30. annos adimit: rursus alibi 40. adijcit, & octo.

Sed uos.] Epilogus abrupta narratione, constat mutua interrogatione: ut per occasionem querimoniarum, eum ad Didonis hospitium exhortetur. Quò ut alacrius se recipiat, confirmat sua uerba ab augurio præsenti.

Sed uos.] Descriptus hic locus est ex Odyss. 8. quo loco Alcinous ignotus, ignotum Vlyssem hospitio exceptum, totidem uerbis interrogat:

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.
ὅππῃ ἀπεπλάγχθης τε, καὶ ἅς τινας ἵκεο χώρας
ἀνθρώπων, αὐτούς τε πόλιάς τ' εὖ ναιεταούσας,
ἠμὲν ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι

Et libro septimo:

ξεῖνε τὸ μὲν σε πρῶτον ἐγὼν ἐρέομαι αὐτή,
τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν; τίς τοι τάδ' εἵματ' ἔδωκεν

ARGVMENTVM.

Quæsitis respondet Aeneas, quis sit, unde ueniat, & quò tendat: hoc est, se illum esse clarissimum Aeneam, qui Deos patrios ex incendio liberauit: & ex antiqua Troia profectum, per uarios casus, atque ingentia pericula terra, mariq; Italiam quærere.

NASC.

—quærenti, talibus ille
Suspirans, imoq; trahens † à pectore uocem:
O' dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et uacet annales nostrorum audire † laborum,
Ante diem clauso † componet uesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si uestras fortè per aures
Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora uectos
Fortè sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe ueho mecum, fama super æthera notus.
Italiam quæro patriā, & genus ab Ioue † summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre dea monstrante uiam, data fata sequutus.
Vix septem conuulsæ undis, Euroq; supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa, atq; Asia pulsus,—.

† al. è pect. † al. parentum. † al. componat † al. sumo.

SVSPIRANS, imoq; trahens à pectore uocem.] πάθος, quod maximi doloris indicium habet: unde qualis'nā futura sit sequens oratio planè perspici potest. Sed & doloris significationem auget Poëta cùm ait:

—imoque trahens à pectore uocē.

C Nam ex intimo cordis affectu suspirium erutum fuisse ostendit.

O' dea.] Aeneæ oratio est, tota Pathetica: id est, affectib. perturbationibusq; plena: quæ breuē laborum, calamitatumq; illius expositionem cōtinet: omnibus interrogationis partibus respondet quidē: sed ordine planè mutato: nā primò respōdet secūdæ, secundò primæ: at in exponendis ærumnarum suarū processibus, ordinem temporis ita obseruat, ut quod primum gestum est, illud etiam, ex rhetorū præceptis, primum exponere uideatur. Primum igitur Veneris beneuolentiam sibi cōciliat honorifica, ac planè diuina nominis appellatione: nam adhuc in sententia perstat, eam esse Deam: quam & attentam facit proposita ærumnarum suarum multitudine, atque magnitudine. Si prima repetens ab origine, pergā.] laborum hic perpetuitatem designat ad mouendam cōmiserationem, cùm ait: à prima origine: id est, ab auo: intelligit aūt ærumnas non solùm, quas nauigando, sed etiam quas per decennium illud passus est in bello, & excidio Troiano. Propertius eleg. lib. 3.

—ab origine dicere prima
Incipe, suspensis auribus ista bibam.

Et uacet annales nostrorum audire laborū.] auget commiserationem ex magnitudine calamitatū suarum: nam per laborum annales, labores magnos intelligit, quasi dignos, qui in annales referantur: in quibus non nisi magnæ res gestæ scribebantur: uolens igitur Aeneas laborum suorum, rerumq; gestarum magnitudinem ostendere, annalium mentionem fecit: cumq; solis pontificibus max. cura daretur scribendorum annalium, non perperam Macrob. sensisse uidetur, qui pontificiam dignitatem hic Aeneæ tribui indicauit. de Annalib. lege Cic. in 2. de orat. sed & alibi pontifex Aeneas inducitur in 2. hos capè satorum comites, & in 12. inter fœderis cōuentiones, sacra, Deosq; dabo. Itaq; ipsemet sacra facit & Phœbo, & Neptuno. Sed longum esset si omnia persequi uellem legimus: quæ lectio. si probetur. quæ ad maiores suos pertinent, per occupationem silentio se præteriturum designat: quos quidem

dem nobiles & claros fuisse ex magnitudine rerum ab illis gestarum comprobat: id enim significat annalium mentio. Sanè totum huius orationis principium, si aequè expendatur, ex duobus illis Homeri uersibus ex 7. Odyss. sumptum uidetur:

ἀργαλέον βασίλεια διηνεκέως ἀγορεῦσαι
κήδε' ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ οὐρανίωνες

Nam quod Homerus διηνεκέως, ait: hic noster, prima ab origine: quod ille πολλὰ κήδεα, hic.

—annales nostrorum audire laborum.

Et quod ille ἀργαλέον, hic luculentissimo carmine circumscripsit:

Ante diē clauso cōponet uesper Olympo.

Nos Troia antiqua.] aucupata sibi Veneris per commiserationem attentione, Aeneas quaesitis incipit respondere, & primum primo:

Sed uos qui tandem?

Qua quidem interrogatione cùm duo quaesisset Venus, nomen & genus, à genere incipit Aeneas, & cuius, id est, quae patria sit, ostendit, quam etiam ab antiquitate, hoc est, à nobilitate commendat. quod & illi parti respondet.

—quibus aut uenistis ab oris?

Vestras si fortè per aures Troiae nomen ijt.] opportuna, negocioq; apta parenthesis: nam etsi eam credebat esse Deam, non ita tamen apertè illi in opinione standum erat, quin aliquando ei concederet (praesertim ipsa dissimulante) quòd Dea non esset: itaq; quasi cum uirgine Carthaginense loquatur, si fortè, inquit, nomen Troiae audistis aliquando, & numero multitudinis utitur uestras aures, non tuas, perinde ac si diceret, si fortè in his uestris regionibus. Troiae unquā nomen auditum est, Diuersa per aequora uectos.] mouet commiserationem ex perpetuitate perpessorū laborum. Fortè sua Libycis tempestas appulit oris.] auget commiserationem ex his, quae praeter spem contingunt: nam diutiùs in mari uexati, cùm iā sedes sibi quietas inuenisse putarent, ui tempestatis in Africam deferuntur, atqui aliud significare, aliud dicere uidetur: nam illuc peruenisse molestè quidem fert, sed dissimulat, propter Africanae mulieris praesentiam, quacum loquitur: ideò ait Fortè sua. quasi diceret, bono auspicio. Sic enim εὐφημικῶς dicere solemus, si quando cum incolis eius loci uerba facimus, quò cum animi nostri molestia peruenimus. Sū pius Aeneas.] declarata patria, nomen quoq; suum dicit. cuius uerba, si aequa lance expendantur, singula cōmouendae, augendaeq; commiserationis uim habent: queritur enim non absq; occulto indignationis affectu se uirum pium, ac de Dijs Penatibus optimè meritum, pessimè tractari, cumq; ob res à se praeclarè gestas nomen suum iam antè longè, lateq; propagauerit, multisq; etiam fortunae bonis ipse abundauerit, nūc amissis nauibus, Libyae deserta peragrat omnib. ignotus, rerumq; etiam omnium egenus. Falsò hercle hic sugillant critici Virgilium, quod Aeneam tanquam temerariū, & gloriosum militem, sua facta praedicantem, induxerit: nam, ut omittā, quod probatiss. Homeri praesertim exemplo id fecerit, Hermogenes, ubi de methodo grauitatis uerba facit, tribus modis fieri posse docet, ut quis citra odiū, atq; inuidiam alterius se ipsum laudet: primùm communione orationis: deinde necessitate: postremò commutatione personae. Isocrates in exordio orationis ad Daemonicum bonorum amicorum mores cum malorum moribus conferens, se ipsum laudat: quae quidem orationis communione uult ex bonis amicis unus uideri. Demosthenes in pulcherrima oratione περὶ τοῦ στεφάνου suam prudentiam in gerenda repub. magnificè extollit, necessitate compulsus: inde suspectus adhuc temeritatis, persona utitur commutatione. Hoc igitur Aeneae meritò concedi potest, qui ad incognitum regionis locum appulsus, inopia, rerumq; penè omnium egestate impulsus suam pietatem, ac generis nobilitatem praedicare, & extollere conatur, ut quam sola obsecratione moueri diffidit, eam suarum uirtutum commemoratione ad misericordiam inclinet. Raptos qui ex hoste Penates Classe ueho mecum.] pietatem suam probat ab affectu, quod Deos Penates sua uirtute de hostium manibus liberauit. Est autem κατασκευὴ superioris propositionis: sum pius Aeneas: nā se ideo pium nominat, quia Penates ex hostium manibus eripuit. Sed & singula haec uerba magnam ἔμφασιν habent: nam ex hoste rapere, uirtutis est ingenijs: ueheres, constantiae: classe, prudentiae militaris. Haec autem omnia ad conciliandam auditricis beneuolentiam faciunt; unde & rectè intuentibus illud colligi potest, quod Cic. in oras admonuit, animos iisdem rebus conciliari posse, quibus laudes & uituperationes tractari solent. Fama super aethera notus.] Homeri hemistichium est, ex 9. Odyss. sic. n. ait: B

καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Quin etiam totus iste locus inde sumptus uidetur: nam ibi Vlysses itidem Alcinoo Phaeacum regi suos labores, aerumnasq; commemorat. Italiam quaero patriam.] ad illud respondet:

Quòue tenetis iter?

Atq; hic distinguendum esse Seruius interpres admonet: ut tria quaerere uideatur Aeneas. Italiam, Patriam: id est, Corytum, & genus suum. Quidam uerò non exiguae doctrinae, nec infimae celebritatis homines, ita quidē, ut Seruius, distinguendum indicant, sed genus non ad superius uerbum, quaero, uerùm ad inferiorē uocem, summo, quod uerbum inde esse putāt, referri malunt: ut sit sensus, sumo: id est, tribuo mihi, siue traho genus à Ioue. Nā Dardanus, unde Troiani originem ducunt, Coryti, quod Hetruriae oppidum est, ex Ioue natus est. Doctiores tamen libentiùs ἐπίθετον agnoscunt. quin etiam in Romano codice, Pyerio referente ab Ioue magno, legitur.

Bis denis Phrygium.] amplificat à fortuna: imò eō questionis affectū mouet per locum communem à commutatione fortunae: nam quibus in commodis olim fuerit, quibúsue nunc in incommodis uersetur ostendit: quin etiam numerum nauium ambitiosè extollit, cùm ait: Bis denis (nam uersus nihilo secius stetisset, si uiginti dixisset) quod uerò sequitur: Vix septem conuulsae undis, κατὰ μείωσιν uehementer extenuat, ac penè pro nihilo ponit, quò maior excitari commiserationis uideatur ex iactura nauium, atq; hominum, quae tempestate perierunt: cuius magnitudinem una uoce declarat, cū ait, vix. Matre Dea mōstrante uiā.] ne temerè aut fortè, ut pleriq; assolent, nauigasse uideatur. Porrò ad historiam allusisse uidetur, quā Seruius interpres ex Varrone refert: ex quo Aeneas Troia egressus fuerat, quotidie ei stellam Veneris apparuisse, donec in agrum Laurentum uenisset.

Data fata secutus]ad refellendā patriae proditionis suspicionē, quòd non sponte, sed Dijs ita uolentibus patria cesserit. Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro, Europa atq; Asia pulsus.] affectū commiserationis amplificat à cōmutatione fortunae p aū semp

& cum

A & cum emphasi, nam in alienis regionibus neminem noscere, uel à nemine nosci miserum est, ibidem inopia premi, rerumq; omnium egere, miserius est: at in solitudine errare, ubi nec uictus suppetat, nec quorum suggerat existat, miserrimum est: postremò etiam addit ueluti gradum, quòd est, ut ait Fabius, quodammodo supra summum, se Europa, atq; Asia pulsum: id est, omnium iam hominum auxilijs destitutum: nam Troia pulsus, Italiam capere non potest, & Libyæ deserta peragrat. Huic affinis est locus apud Eurip. in Hecuba: ubi ipsa suas itidem Agamemnoni ærumnas, atq; infortunia exponit, cum inquit:

Τύραννος οὖσα πρόσθεν, νῦν δούλη σέθεν,
Εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα,
Ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.

LAMB. Hort. ILLE.] uicissim respondit. O dea.] Interrio à magnitudine & exaggeratione periculorum, & prolixitate narrationis, si singula explicanda essent. Sic Hom. Od. γ.

ἥ τοι μὲν ὁ ἀριστεὺς μυθήσομαι, ὅσ' ἐπάθομεν,
ὅσσα ἐφ' ἡμῖν ἄλγεα ἴδομεν, ἀλλὰ τὸ ἐξῆς,
οὐ γὰρ τις κεν ὑπῆρξε τόσ' ὄντ' ἄνθρωπος.

Annales.] Festiua metaphora, rei suæ & septem annorum historiam, annales uocat. Sunt autem propriè Annales, libri, qui singulorum annorum res diligenter digestas complectuntur. Quæ res quia peculiariter ad pontifices pertinebat, existimant quidam, Aeneam pontificem ex nomine referendorum laborum à Poëta ostendi.

B Ante diem.] Hyperbolica amplificatio laborum suorum Cœlum uesperi claudi, manè rursum aperiri cum Solis exortu uidetur. Olympus mons ultra nubes prominens, inter Thessaliam & Macedoniam est, cuius uertex quia perpetuo Solis lumine adumbratur, pro cœlo usurpatur: unde nomen habet, quasi ὁλολάμπος, uel ὅλον λάμπρος: uel, ut ait Homeri enarrator, παρὰ τὸ ὁλολαμπῆ εἶναι. Περὶ οὐρανοῦ τὸν ὄλυμπον ἀπαγορεύει δι' ὁ ὄρος ἐστί. Et Hesych. ὄλυμπος, οὐρανός, καὶ οὐράνιον, καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ.

Nos Troia.] Redit ad id, quod interrogatus fuerat: Quibus aut uenistis ab oris? A patria, quam describit à uetusta nobilitate.

Si uestras.] pro audisti: Periphrasis. Habet & ipsa repetitio parenthesi inclusa emphasim: quasi dicat: si fortè urbis illius nomen audisti, quæ non solùm propter antiquitatem celebris est, uerumetiam ob recentem cladem adeò

C nota, ut uix angulus quidam sit, in quem fama eius non peruenerit. Sum pius.] Quis sis: ad id spectat quod rogabat: Sed uos qui tandem? Estq; prosopographia Aeneæ, à pio, & pietatis existimatione, ac fama. Quã confirmat à rebus præsentibus, ne arroganter eam gloriam usurpare uideatur, cùm addit, se penates secum portare. Inserit amplificationem negotij: eos raptos à se è medijs ignibus, è medijs hostibus. Eadem ratione Vlyssei Homericus:

Εἴμ' Ὀδυσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
ἀνθρώποισι μέλω, καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει,
ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον.—

Hoste,] pro hostibus: synecdoche. De penatibus uerò, suprà annotauimus. Super æthera.] Hyperbole.

Italiam.] Quodà teneris iterum ἀπὸ τίνος ἰσίου χωρίου Patrem à loco. Triste. extorrem patriam quærere. Propter Dardanum Troianæ gentis satorem, qui inde in Phrygiam profectus, prima urbis fundamenta locarat. Sed de hoc fusior narratio instituetur in tertio.

Italiam.] Etsi de Italia & de Italiæ diuersis nominibus postea dicturi sumus, illud tamen hoc loco παρέργως annotandum duxi, Italiam dictam esse ab Italo quodam: siue (ut quidam Græcorum arbitrantur) ab uno taurorum Geryonis, qui ab Hercule per eam regionem ex Hispania abacti fuerant. Qui à regia in Siciliam tranasit, in Erycis campum peruenit, & regnum filij Neptuni fadè populatus fuit: nam Italum Tyrrheni taurum uocant. Verba Ioannis Tzetzæ ascribam: ἀπὸ δὲ Ἰταλοῦ ἢ ἀπὸ τοῦ ταύρου Γηρυόνου, ὃς ἐκφυγὼν παρὰ Ἡρακλέους, καὶ ἀπὸ Ῥηγίου διανηξάμενος εἰς Σικελίαν, ἐν τοῖς Ἔρυκος πεδίοις ἐπεφάνη ... Ἰταλὸν οἱ Τυρρηνοὶ ταῦρον καλοῦσιν, ὅτε ... Genus.] Descriptio à genere. Fuit autem Dardanus Iouis & Electræ filius: & Aeneas ad postremum Iouis & Veneris. Quæ porrò sequuntur, pathetica planè sunt, & querelarum plena: in quibus cum amplificatione exaggerandis periculis, uarios concinat affectus. Phrygium.] quod cum Hellesponto Phrygiam alluit, per quod uenis in Thraciam. Eclypsis præpositionis Cum: Cum decem naualibus solui ex Antandro

Matre dea.] ἡ μήτηρ θεὰ. Eurum] posuit pro quouis uento, speciem pro genere.

Deserta.] Pathos à loco & fortuna: nam cùm Orbis in tres partes scindatur, subdit grauissimum affectum; cùm indicat se Europa & Asia pulsum, ut tertia pars uix sibi pateat. Ex Asia eiectum se fingit, propter fugam post patriæ ruinam: Europa uerò, quòd iniuria Iunonis è fatali suo solo, post tot annorum errores excludatur. Asia initiò Lydia dicta fuit, longè ditissima orbis regio: nomen sortita à quadam eius nominis, quæ antiquissimis temporibus orientis imperium tenuit. Europe, ab Europa Agenoris, quam Iupiter raptam in Cretam abduxit: unde in Libyam deportauit. Eo autem appellatur nomine hæc terræ portio, quæ hinc lineâ à Gaditano freto per internum mare, duosq; Bosphoros ad Tanaim perducta, septentrionali inde Oceano terminatur: & omnino ambigere uidentur, unde nomen fuit adepta: ab hac ne, quæ in diuersas Orbis partes & terras fuerit uecta, an ab alia. Quidam ita opinantur. Asia & Iapeti fuerunt liberi Prometheus & Epimetheus. Promethei & Hesiones, aut Axiotheæ filius fuit Deucalion. Ab hac Asia, matre Promethei, hanc orbis partem appellatam, author est Lycophron: ut Europam ab Europa, quæ ex Ioue edidit Sarpedonem, Minoa & Rhadamanthum. Nonnulli alij sunt, qui Asiam ab Asio dictam contendant, & Europen à quodam Europe, Himeri cuiusdam filio. Andron Halicarnasseus refert, Oceanum duas uxores duxisse, Pampholygen & Parthenopen. Ex Pampholyge aiunt suscepisse eum Asiam & Libyen: ex Parthenope uerò, Europen & Thracen: à quibus hæ regiones nomina sunt consequutæ, καὶ ἀπὸ τῶν χωρῶν ῥηθῶν, καὶ ἐπωνυμίαν ἔσχον. Strabo existimat propriè Asiæ nomine censeri, quantum terræ est intra Taurum & Euxinum Aegeumq; mare: est enim clausa à septentrione Bithynia: à meridie Pamphylia & Lycia: ab ortu Galatia: ab occasu (ut dixi) Aegeo pelago. Verùm hanc Asiam posteri minorem dixerunt: quantum uerò terrarum à Gaditano freto, inter mediterraneum mare & Oceanum septentrionalem usq; ad Tanaim interiacet, Europam appellarunt; ad meridiem Europam atq; Asiam disterminat Nilus.

Fuit autem Assaracus Trois filius, frater Ganymedis & Ili. Ex Assaraco, Capys: ex Capy: Anchises pater Aeneae prognatus fuit. Phthian.] *A parte totum, synecdochicè, Graeciam dicit, à qua Troia excisa fuit, sub iugum Romanum aliquando uenturam. Sed Phthian & Mycenas emphaticè prae caeteris Graeciae urbibus perstringit, quod inde duces exercitus profecti essent. Est autem Phthia, Thessaliae urbs maritima, ad sinum Pelasgicum, patria Achillis celebris. Atque haec Pharsala est, quae uictoria Caesaris dictatoris nobilitata fuit. Phthia autem appellata uoluisse Phthio Neptuni filio. Phthiae puellae mentionem facit Aelianus, quam cùm deamaret Iupiter, eam in columbam uertit: φθίη (inquit Homeri enarrator) πόλις ἐν ... ἀξίας παραδοσίμου, ... Caeterùm Phthia regia sedes fuit Peleis, iuxta quam Helladam urbem regiam Hellenis fuisse produnt. Erat ille filius Deucalionis, qui in Thessalia & Phthiotide regnauit. Hanc ipse Achilles lib. Iliad. π. ... nominat. Ipsa regio Phthiotis nuncupatur: cuius oppida sunt, Pagasae, Demetrias, Posidonium promontorium, Larissa, Echinus, Sperchia, Thebae Phthiotides, Sperchij ostia. Eam regionem Mela Macedoniae, Plinius Doridi attribuit. Sed doctiores Straboni accedunt, qui eam in Thessalia collocat, iuxta Oetam, ad Austrum excurrentem: & ad Dolopiam usque radicesque Pindi exporrectam.*

Mycenas.] *claras uocat, quippe patria ducum illustratas, quorum auspicijs bellum susceptum & finitum fuerat. πολύχρυσον uocat Homeri interpres, à Mycena nympha Argolica: uel, ut alijs placet, ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι, mugiendo, quòd Io in uaccam conuersa ibi primum mugitum ediderit. Alia refertur historia. Perseus, cùm Megapenthes Argos conuersisset, ipse in Tyrynthia regione urbem Mycenas condidit: ubi ensis capulo dilapsus, qui μύκης Graecis dicitur, ab eo Mycenas dixit. Hanc urbem, opibus sibi parem, Argiui deleuerunt: per inuidiam gloriae belli Persici 80. enim bellicosos ciues Lacedaemonijs auxilio miserant, cùm Argiui ad Thermopylas ab armis quiescerent. Sequitur (inquit Plinius) mutatis saepè nominibus, Aemonia, eadem Pelasgicum Argos: Hellas, eadem Thessalia: & Dryopis, a regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Graecus, à quo Graecia: ibi Hellen, a quo Hellenes: hos Homerus tribus nominibus appellauit: Myrmidones, Hellenes, & Achaeos. Ex Phthia Phthiotae appellantur, Dorica accolentes. Hactenus Plin. Geminum Argos maximè celebratum est à scriptoribus: Amphilochicum, & Peloponnesiacum siue Achaicum. ad quod nostrum Argos propriè spectat, cuius hoc loco meminit uates. Ipsa autem regio Argia appellatur, propinqua Corintho. Hanc Myrtoum mare abluit, inter Cretam & Atticam medium: extenditur toto illo tractu Straboni, usque ad Isthmum. Sinus eius ora Argolica dicuntur. Mediam Argiam intersecat Inachus fluuius, ortum ducens circa Argos è petricosis conuallibus: in sinum Argolicum effunditur prope Prasiam. His Lerna palus, hydra Lernaea Herculanae monumento celebrata ostenditur. Argos hic circa Inachum, loco plano & amoeno situm. ad ortum abiectam habet Asinen: ab occasu, ultra praeterluentem amnem erigitur mons Cronius: ad septentrionem, Cleonas respicit ut à meridie, Mycenas: cuius mentio modò facta est. Non uideo qui consentiat Plinius cum alijs, quod Argos inter Inachum & Erasinum collocet: cum pictura Peloponnesi huius, nusquam ne uestigium quidem huius amnis habeat. Contra Argos, ad Saronicum sinum, Epidaurus est, phano Aesculapij celebrata.* A *Medio itinere, inter Corinthum Cleonae obuiae sunt, & laeua, Nemea. De conditione eius uariant authores. Quidam memorant, & inter hos Plinius, Argos ante Athenas à Phoroneo Argiuorum rege conditum: alij, ab Agenoris filio Argo oculato, cuius pleni sunt poëtarum libri. Sed reuera Argus uir fuit prudentia admirabili, multo rerum usu egregiè exercitatus: ὃς ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, καὶ τὰ ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Erat unus suae aetatis, consilio publicum propè totius Graeciae oraculum, qui ex praesentibus futura colligeret: quamobrem propter singulares ingenij dotes πανόπτης cognomentum appellari coepit: quamobrem & à poëtis totus oculeus dictus fuit. A Phoroneo ueteres etiam Phoroniam uocarunt: ab Homero frequenter epitheto ἱππόβοτον nobilitatur. Triplicem eius rei adducunt rationem: uel quòd Neptuno equorum pascua indicârit: siue quòd Agenor cum numeroso equitatu urbem inuaserit: aut certè ab equorum uel copia, uel splendore. Fuit & sitium dictum: & Δίψιον opinor ab aquarum inopia, ἀπὸ τοῦ διψᾶν, sitio, uocatam. In hac urbe, tradit Liuius lib. ab Vrbe con. 34. Pythagoram, Nabidis Lacedaemoniorum tyranni generum, duas arces collocasse, easque* B *ualdè muniuisse aduersus omnem uim. Apollonij Rhodij enarrator scribit, collem extra urbem fuisse, qua arx fuerit, Larissa dicta, à Pelasgi filia. Argos edidit Cleobin & Bitonem, quorum historia extat apud Herodot. lib. 1. memorabilis ob pietatem erga matrem. Horum fratrum ut memoria apud posteros extaret, Argiui ipsis statuas in Apollinis templo Delphis posuerunt: & Argis ex marmore, circa sepulchrum Phoronei, urbis conditoris, statuam quosdam. Imago ipsa ad speciem gesta rei expressa erat: duo fratres matrem in curru sedentem ad templum trahentes. Potentia & opibus, magnaque gloria floruêre: adeò ut Aristoteles & alij iusta uolumina de eorum republica scripserint. Sed cùm Romani rerum potirentur, nusquam urbis uestigia extabant: unde quidam suspicati sunt, campum fuisse tantùm in Thessalia, cui id nomen fuerit.* Victis.] *Alludit ad Achaicum Aetolicumque bellũ, & alia, quae Romani postea grauia & magna cum ijs gentibus gessêre.*

Nascetur] *Syntomia, rem ingentem paucis uerbis reddit. Caesarẽ dictatorẽ dicit, quẽ à rerum gerendarũ magnitudine commendat. Adulatur Poëta Augusto principi qui haeres testamento ab illo scriptus, in imperiũ successit.* C

Imperium.] *Hyperbolicè res Caesaris amplificat. Oceanus terrã omnem ambit, aquas emittens & excipiens, quaecunque terras rigãt. Quare eum patrem appellant rerũ, quod ex humiditate omnia constare arbitrentur: ideoque elementorum praestantissimum uocant: & Pindarus, ἄριστον μὲν ὕδωρ.* Oceano.] *In bello Gallico ad Britannos usque penetrauit: qui extra continentem Oceano undique cinguntur.* Iulius.] *Ab etymo nominis: nam gens Iulia ad Ascanium, qui & Iulus dictus fuit, familiae suae originem retulit. Argumento fuit summus pontificatus, & sacrorum potestas: quae ab Ascanio Albae conditore, Iulo filio Aeneae, ne paterno regno omnino defraudatus diceretur, tradita, multorum seculorum serie in gente Iulia usque ad stirpis interitum perdurauit.* Coelo.] *A percussoribus enim in senatu interfectus, uiso aliquot dies cometa, in deos relatus fuit. Indicat, eum inter alios, longè clarissimum triumphum Parthicum acturum: in quo propter singularem uictoriae celeritatem, in summa gloriae parte celebratum fuit, Veni, uidi, uici.*

Vocabitur.]

A Vocabitur.] *Enallage figura. In diuorum senatum relato, populus columnam Numidici lapidis uiginti propè pedum in foro statuit: in qua scriptum erat,* PARENTI PATRIAE. *Creditum autem ob id uulgo, ipsum inter deos relatum, quòd stella crinita haud multo pòst, quàm percussus esset, continuos septem dies fulsisset, cùm ludi uotiui ab Octauio ederentur. Qua de causa eius simulacro supra uerticem cometes adijciebatur. Quo quidem argumento nusquam terrarum, nisi Romæ, cometem cultum fuisse constat.* Mitescent.] *Deuictis ultrò citròq́ hostibus, nusquam bellum habebas, cùm paulò pòst in senatu interficeretur. Ob cuius cædem rursum longè atrocissimè bella ciuilia ardere cœperunt. Quapropter, ea quæ sequuntur, ad Augustum pertinent: qui pace, terra mariq́ toto Orbe parta, Ianum belli pacisq́ indicem clausit.* Cana Fides] *antiqua, quod in amicitia perseuerans, senescat inuiolata. Templum Fidei inuisit antiquissimũ, ab Aenea, uti (ut alij) à Numa conditum in Palatio, quò cogebatur senatus, cùm de rebus ad rempub. pertinentibus consultaretur: ut Pont. Max. in atrium Vestæ, quando de religione consultatio teneret. Tatius ædem Vestæ consecrauit.* Per

B *Remum & Quirinum, forum Romanum accipiendum: ubi erant eorum, tanquam urbis conditorum, simulacra, mammas lupæ sugentium. Lupæ simulacrum erat ex ære, & duo ad ubera infantes, inquit Antonius Sabellicus: quali figura & materia uisitur nostra tempestate Romæ in parte Capitolij, in conseruatorum uestibulo.* Iura da.] *Syllepsis: hoc est, populus Rom. leges ciuiles & pontificias, quæq́ ad religionem pertineant, uniuerso orbi sunt daturi: potienturq́ imperio totius Orbis terrarum.* Vesta.] *Quid fuerit Vesta, uariant authores. Græci appellant* ἑστίαν. *Inter plurimos constat, ignem fuisse purum & perpetuum, quem Aeneas è Troia in Italiam secum attulit. Testatur id Poëta in secundo.*

» *Aeternumq́ adytis effert penetralibus ignem.*

Quidam Palladium autumant è cœlo lapsum. Certè Græci ἑστίαν *appellant* βωμὸν, ἢ ἑστίαν. ἑστίαν *uerò* τὸ πῦρ, τὴν γῆν, καὶ τὴν θεάν: *id est, ignem, terram & deam. Item focum, larem, domum, conuiuium, aram sacrificalem. Duas fingunt Vestas: quarum alteram Saturni matrem, & Palen dictam: alteram filiam fuisse aiunt. A poëtis tamen sæpenumerò confunduntur, alteram pro altera*

C *usurpantibus. Sed quando eam terram uocant, matrem intelligunt: quando uerò uirginem, siue purum ignem, filiam. Sic Ouidius:*

» *Nec tu aliud Vestam, quàm uiuam intellige flammam,*
» *Nataq́ de flamma corpora nulla uides.*

Aram sacrificalem Pollux dicit fuisse, qui in Prytaneo erat, ubi ignis inextinctus seruabatur. Verba Pollucis sunt: ἐφ' ἧς δὲ θύομεν, ἢ πῦρ ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία· ἑστίαν γὰρ ἂν ὀνομάζοις. ἔστι δ' ἂν κυριώτατα καλεῖν τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται. *Et apud hanc publicè excipiebantur legati. Pro ara simpliciter apud Xenophontem:* ἐνόησε δὲ ταῦτα ὁ Θηραμένης, ἀναπηδήσας ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Interpres id reddit,* βωμόν. *Apud Dorienses & Aeoles* ἑστίαρχος, *domus princeps, qui ab alijs* πρύτανις *appellatur:* ἑστιοῦχος, ἑστιάτωρ, *dominus conuiuarum:* ἑστίασις, *conuiuium:* ἑστιάδες, *Vestales uirgines,* ἀπὸ τῆς ἑστίας. *Huius simulachrum è Pessinunte Romam allatum, in æde Victoriæ in palatio positum fuerat, uirginesq́ ei consecratæ, quæ perpetuum ignem custodirent: quare à foco, in quo ignis alitur,* ἑστία *à Græcis nominata est. Cùm uerò pro terra usurpatur, à uestitu nomen habere quidam existimant.* ἐσθὴς, *uestis: licet orthographia repugnet, ob id quòd ea herbis & floribus sit uestita. Primus Aeneas condito Lauinio ædem Vestæ dedicauit: inde Ascanius Albæ, in parte montis, cui suberat lucus, ubi Ilia mater Romuli & Remi compressa dicebatur. In huius dea & castissimæ, & nobilissimæ uirgines ministerium legebantur. Condita Roma, sacrorum Vestalium ceremonias instituit Romulus. Adiecit quasdam Numa. Romulus item publicorum sacrorum gratia,* LX. *sacerdotes, uiros nobiles quidem, sed pios, per tribus & curias legit. Templum Vestæ erat rotunda effigie, inter Capitolium & Palatium: in eo seruabatur ille ignis inextinguibilis. Castitas his uirginibus in trigesimum ætatis annum indicta fuit. Decem primos annos sacrorum ritum discebant: totidem ijs uacabant: decem uerò postremos, rudes, ac nuper captas instituebant. Atq́ his quidem annis exactis, nubendi facultas dabatur. Capiebatur à pontifice non minor annis sex, nec maior decem, ut scripsit Labeo Antistius: nõ patrima, non matrima: non lingua debili, non surda, non parte ulla corporis deformata: quæ ipsa, aut cuius pater emancipatus esset, quamuis in aui (eo uiuo) potestate uersans: aut cuius parentum alter ambóue in seruitute fuissent. Cætera persequi hic nimis longum foret. Si quid peccasset, à pontifice cædebatur. Incesta, uincta efferebatur in sandapila per medium forũ, usq́ ad portam Collinam: ubi tumulus impudicarum Vestalium inter muros erat, in quo erat cauernula subterranea, in quam per angustũ foramen scalis descendebatur. Hic inerat stratus lectulus, & lucerna ardens: panis item, lac, oleum, ne fame interiret deponebatur soluta, & obnupto capite ad supplicium ducebatur. Vbi pontifex arcana quædam uerba pronuntiasset, tergũ uertebat, unà cum reliquis sacerdotibus: ac Vestali in cauernam demissa, fossa tellure ingesta, repleiatur usq́ ad summum. Erat is dies funestus: totaq́ urbe silentiũ agebatur. Lege Papia cautũ erat, ut arbitratu Pont. Max. è populo uiginti uirgines legerẽtur, ac sortitio ex hoc numero fieret in concione. Sed lex ea mox exoleuit. Atteius Capito scripsit, eius legendam filiam, qui domicilium in Italia nõ haberet: eiusq́ excusandam, qui tres liberos non haberet. Reliqua extant apud Gell. lib. 1. cap. 12. Sed & de Vestalibus multa Fenestella, & Pomponius. Cæterùm Vesta pars fuit sacrorũ Dionysio, quæ Dardanus in Phrygiam ex Samothracia uexit, & Aeneas inde in Latium. Cuius Vestalium incuria hic ignis extinctus fuisset, ea flagris à Pont. Max. adhibebatur.* Quirinus.] *Romulus. Curis enim, Sabinorum lingua hasta est: ita uel à Curibus Sabinis appellatus fuit: ac Romani Quirites. Quidam prodiderunt, Medium fidium, filium cuiusdam puellæ, quæ templo Enyali, tutelaris Sabinorum, præfecta fuit, Cures cõdidisse.*

Claudentur.] *A signo, auream ætatem sub Augusto denunciat. Numa Pompilius Ianum, ad infimũ Argiletum, belli pacisq́ indicem constituerat, ut apertus significaret ciues in armis esse, clausus pacatos omnes populos. Ter ab Vrb. cond. clausus fuit: sub Numa primùm, iterum, T. Manlio Cons. post primum bellum Punicum: tertiùm, post bellum Actiacum, sub Augusto, pace terra mariq́ parta: sub quo, quia totus Orbis à bellis ita quietus erat, ut nunquam antea, eamq́ inter se gentes humanæ paci agebant, qualis nunquã ulla ætate fuerat,* CHRISTVS *seruator nasci uoluit. Adulatur Poëta Augusto. Cæterùm Ianũ*

apertum

apertum & clausum, Patulcium & Clusium uocabant. Furor. [*Prosopopœia Belli, intra conclusum carcerem furentis, ut ruptis omnibus carceris repagulis, & obicibus ui refractis, erumpat ad miscenda rursus omnia.*

Centum.] *Amplificatio: numerus certus pro incerto.* A Ahenos. *ferreos uocat. Ferri præcipuus usus est in bello: Abrupto epilogo, concludit narrationem:* ὡνομασμένως *omnia.*

A R G V M E N T V M.

Mittitur à Ioue Mercurius ad molliendos Afrorum animos, ne illuc appulsi Troiani, aut de eorum finibus arceantur, aut alio aliquo incommodo afficiantur. Hoc exemplo admonentur Reges, ac Principes futura debere sibi, suisq; populis incommoda prospicere, illisq;, quoad eius fieri possit, etiam consulere.

NASC. † al. demittit: al. dimittit † al. atque

Hæc ait: & Maia genitum † demisit ab alto,
Vt terræ, † utq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido,
Finibus arceret: uolat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Et iam iussa facit, ponuntq; ferocia Pœni
Corda, uolente deo: in primis regina, quietum
Accipit in Teucros animũ, mentemq; benignam.

Et Maia genitum demittit ab alto.] *Non absq; ratione à Poëta fictũ est, Mercurium in tãta rerũ, periculorumq; difficultate Carthaginẽ à Ioue mitti: nam sub Mercurij persona Oratoris uirtus occultè designatur: qui præsidio ingenij, orationisq; facultate populum in improbos inflammare, & in bonos incitatum mitigare, denique omnes hominum affectus dicendo, uel concitare, uel sedare possit: hinc propterea est, quod poëtæ, fictis fabulis, memoriæ prodiderunt, Orpheum, suauissimo lyræ concentu, syluas mouisse, cursus fluminum repressisse, feras, immanesq; belluas mites, placidasq; reddidisse: quibus rebus significabant, obstinatos homines à pertinacia remoueri, lasciuos, effœminatosq; in robur uirile firmari, crudeles ferosq; ad mansuetudinem, humanitatem non nisi oratoris prudentia, & oratione posse reuocari: ergo Mercurius orationis deus mittitur, iussa facit, & conficit. nam proximè sequitur:*

——ponuntq; ferocia Pœni
Corda, uolente deo.

Vt terræ, atq; nouæ pateant Carthaginis arces.] *Nouæ terræ, Troianis, nouæ Carthaginis, nuper conditæ.* Finibus arceret.] *tanquam pyratas & prædones.* Remigio alarum.] *pulchra tralatio à triremi deducta. nam uti nauium remigia alæ, ita auium alæ remigia* μεταφορικῶς *dici possunt. Thucydides* ἐρεσίαν τῶν πτερῶν *appellat.* Citus.] *etiam Planetæ uelocitatis rationem habuit.* Volente deo.] *licet utrunq; possis, Iouem scilicet & Mercurium, tamen Mercurium potius, quàm Iouem intellige.*

LAMB. Hort. Hæc ait.] Παρασκευὴ *ad tranquillã catastrophẽ superiorũ periculorum: hoc est, ut conciliatis Carthaginensium animis, præsentibus malis defungatur. Iam & illud obseruandum est, Mercurium mitti à Ioue & Dijs ad pacandas res turbatas, & pacem amicitiamq; conciliandam. Quare à poëtis* εἰρηνοποιὸς *&* ἑρμῆς *appellatur: hoc est,* πολυχαρίτης, ἀγαθός. *Et Mercurium nominabant in forma quadam casus ac iactus: quemadmodum &* ἀγαθὸν δαίμονα, *καὶ Δία σωτῆρα.* B *καὶ ἐν τοῖς ὑπάρχουσι, ἀγαθὸς ἑρμῆς. Contrà rebus humanis turbas immittunt Erinnyes, Furiæ, Ate, Eris, & consimiles pestes, per quas concordia omnis dissuitur: quibus ab ipsis rebus nomina etiam sunt facta.* Maia genitum.] *Periphrasticè Mercurium nominat. Fabulantur, Atlantem ex Aethra Oceanitide xij filias suscepisse: quarũ una fuerit Maia, quam Iupiter compressu suo grauidam fecerit, susceperitq; Mercurium: & ex eius sorore Taygete, Lacedæmonem: ex Electra, Dardanum. Hac de causa Mercurium Horatius Atlantis nepotem uocat. Fingitur à poëtis* πολύτροπος, *diuorum orator, deus furum, à mundi* [illegible]*: & nuncius deorum. Græci Maias alioqui dicunt* πατρὸς καὶ μητρὸς μητέρα, *καὶ τροφὸς, καὶ περὶ τὰς τικτούσας ἰατρὸς, καὶ ὄμφακα τέμνε, καὶ προσφωνοῦσαι τὰς πρεσβυτέρας τιμητικῶς.* Vt terræ.] *Causa missi Mercurij. Anaphora est in repetitione* Vt. *Significanter nouam Carthaginem dicit: quippe iam recens cœdi à Phœnicibus cœptam. à periculo.* Ne nescia.] ἰδιωτισμός, *ut ignara esset. Cætera quæ sequuntur, decorè celeritatem & præcipitantiam rei subitæ indicant. In obeundis legationibus decora est maturitas.* Alarum remigiũ, *metaphoricè ipsas alas uocat: à nauali instrumento sumpta translatione Enallage figuræ est, in* Ponunt. C Volente.] ἐκ θεοῦ τινός. Mentemq;.] *Expolitio synonyma.*

A R G V M E N T V M.

Troiani longa ac difficili nauigatione defessi, cùm cibo refecti fuissent, somno se dederunt: at Aeneas uigilantissimus imperator cùm ad desertum, ignotumq; sibi locum se appulisse uideat, dubius an feris, an hominibus incolatur, unà cum Achate exit è naui, locum ipsum exploraturus, occulta prius tamen classe, ne ab ullo cerni possit.

NASC.

At pius Aeneas per noctem plurima uoluens,
Vt primum lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas uento accesserit oras,
Qui teneãt (nã inculta uidet) hominésne, feræ ne,
Quærere constituit, sociisq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circũ, atq; horrẽtibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.

At pius Aeneas.] *redit ad narrationẽ Poëta, quã longa digressione reliquerat, & quid egerit Aeneas, planũ facit. Pium uocat, ut qui non sibi tantùm, uerùm etiam socijs suis consulat.*

Per noctẽ plurima uoluens.] *Cæteris quiescentibus, ipse uigilat, iuxta illud Homericum:*

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. *id est,*

Non decet regẽ solidam

A lidi dormire nocti. Lux alma data est.] à Dijs, ideoq; almam: id est, diuinã appellat. Explorare.] ea diligẽtia inquirere, qua exploratores uti solent. Virgil. 7. Aen.

" —— fines, & littora gentis
" Explorant.

hanc eandem ferè sententiam diuersis protulisse uerbis uidetur libro proximè adducto:

" Quare agite, & primo laeti cum lumine Solis
" Quae loca, quiue habitent homines, ubi moenia gentis
" Vestigemus, & à porta diuersa petamus.

Classem in conuexo nemorum.] prudens, & pius imperator classi, & sociorum saluti cõsulit: classem in curuo, & cauato nec non arboribus opaco loco occulit, ne ab ullo cerni oculis possit. Ipse uno graditur comitatus Achate, Bina manu lato crispans hastilia ferro.] Vbiq; sapiens à Poëta Aeneas inducitur, nec saluti tantùm, sed dignitati quoq; prospiciens. Igitur è sinu egreditur Aeneas, non solus, ne plus iusto sibi cõfidere uideatur: quod summae temeritatis uitiũ est: nõ multitudine hominum stipatus, nec armis onustus: ac timoris argui possit. Sed cum duobus hastilibus, & solo Achate graditur. Sic enim & loci, & temporis haberi ratio uidetur: nam neque solitudo loci permittebat, ut omnino

B sine armis esset. & celerrima loci inquisitio, maturusq; reditus eum etiam quàm expeditissimum requirebat. Crispans hastilia,] nõ gerens dixit, sed crispans, ut eei naturam, quod poëtarum proprium est, imitaretur: nam gradiente Aenea, hastilia quoq; uibrabant & mouebantur.

LAMB. Hort. At pius.] A' digressione redit Poëta ad intermissam narrationem. Principium ducit, ne à scopo suo discedat, à munere laudatissimi principis in suos. Est autem occasio ad occursum matris Veneris, cuius hortatu & uocis classico ad hospitium Didonis peruenit. Per noctem.] Disertè allusit ad Homericum illud, quod extat Iliad. 10.

" ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀριστῆες Παναχαιῶν
" εὗδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,
" ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν
" ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα.

Sed noster planè Laconicè. Vt primum.] At Homer. Vlysses in Phaeacum oras eiectus, ubi strepitu aduenientis Nausicaae somno expergefactus esset, ita exclamat:

ὤ μοι ἐγὼ τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω, "
ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξενοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής, "
ὥς τέ με κουράων ἀμφήλυθε θῆλυς ἀϋτὴ "
νυμφάων. αἳ ἔχουσ' ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα, "
καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. "
ἦ νύ που ἀνθρώπων εἰμὶ σχεδὸν αὐδηέντων. "
ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς πειρήσομαι, ἠδὲ ἴδωμαι. "

Et lib. 9 Odyss. ubi appulsum suum in Cyclopum insulas narrat:

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς, "
καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος μετὰ πᾶσιν ἔειπον· "
ἄλλοι μὲν νῦν μίμνετ' ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι, "
αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἐμοῖς ἑτάροισιν "
ἐλθὼν, τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι, οἵ τινές εἰσιν, "
ἤ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξενοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής. "

Quorum tria postrema quia prouerbialia sunt, & à doctis celebrantur, ad hunc modum ab Erasmo uersa sunt:

Quod genus hoc hominũ, experiar iam: sint ne feroces, "
Agrestes, aequiq; rudes, an & hospitij ius "
Obseruent, animo reuerentes numina Diuûm. "
ἦ ῥ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
ἦε φιλόξενοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής hoc est, "

Parcius noster: nam illa,

Num contumeliosi, agrestes, & iniusti sint, "
An hospitalitatis cultores, ipsisq; mens pia sit: "

Maro uertit:

Qui teneãt (nam inculta uidet) hominésne feræ'ne.

Exacta.] Aduerbium nomine commutatum, pro exactè. Classem.] Solicitè aduersus incerta pericula classis suae curam agit. Et Poëta illustribus uerbis portum, in quo naues condidit, rursum obiter describit: à materia, & naturali amoenitate. Achate.] Qui omnibus principibus, omni magistratui perpetuus comes esse debet: cura uidelicet, solicitudo pro commisso populo. Hastilia.] hic, pila uidetur uelle significare, quibus oblonga ferramenta praefixa erant.

ARGVMENTVM.

C Venus formam Spartanae uirginis ementita, in sylua obuia procedit Aeneae, prior ipsum alloquitur, & an sororum suarum aliquam uiderit, interrogat.

NASC.

Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os habitumq; gerens, & uirginis arma
Spartanae: uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, uolucremq; fuga praeuertitur Hebrum.
Namq; humeris de more habilẽ suspenderat arcũ,
Venatrix, dederatq; † comam diffundere uentis,
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluenteis.
Ac prior: Heus (inquit) iuuenes, monstrate, meatũ
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum,
Succinctam pharetra & maculosae tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus, † at Veneris contra sic filius orsus:

Cum mater media sese tulit obuia sylua.] Locus hic ex septimo Odyss. sumptus esse uidetur: ubi Minerua puellae uirginis urnã habentis faciem induta, Vlyssi Phaeacum urbẽ ingredi uolenti occurrit. sic enim ait Homerus:

† al. comas

† al. &

" ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλε πόλιν δύσεσθαι ἐραννὴν,
" ἔνθα οἱ ἀντεβόλησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
" παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ.

Virginis os habitũq; gerẽs.] Pars cõparabilis, quod personae descriptionem habet. Graeci ... uocant. Hinc quidã, in qbus est (ni fallor) Tib. Donatus praeter rationẽ summã quandã deducũt Aeneae cõmendationem à cõnuenientia: quod ei occurrente puella aetate integra, pulchritudine insigni, uirginitate florẽte, in habitu lasciuo, quorũ singula satis illũ accendere poterant, libidine tamen nõ excitatur. Et uirginis arma Spartanae.] arcũ, pharetram, sagittas: alludit aũt ad Lycurgi institutiones: quib. uirgines officia uirilia exercere cogebãtur: unde mons in Laconia

in Laconia est Parthenias dictus, quòd in eo virgines venari consueuerint: nam παρθένος Græcè virgo dicitur. Lege Plutarchum in Lycurgo. Namq; humeris de more habilem.] exaggerat à specie, & quod obscurius protulerat, apertius declarat, habitúq; Spartanæ virginis ob oculos legentium ponit. Arma sumpserat Venus & habitum quæ ad fallendum Aeneam eo in loco aptiora uidebantur: nam probabile est in Sylua, ubi feræ sunt multæ uenatores inueniri. Dederatq; comas diffundere.] Græca locutio est. Ac prior: Heus, inquit, Iuuenes.] breuis est Veneris interrogatio, cùm ad fallaciam tegendam, tum maximè ad præbendam Aeneæ liberè loquendi fiduciam. Oportebat enim ad fallendum Aeneã, non solùm ut humana, & apta loco specie, sed etiam sermone uteretur: ut eum denique ad interrogandi necessitatem perduceret: ne fortè igitur ex forma, & uultu, aut ex sono uocis Deam esse conijciant, aut quia sola (quod pudicam uirginem dedecet) in sylua uagatur, meretricem existiment, se sociam habere simulat: quam si fortè audierint, aut uiderint, rogat: signa uestitus, habitusq; illius eis refert. Homerum imitatus est quidem Poëta, sed ordine præpostero: nam Vlysses prior inducitur Mineruam interrogans: hic Venus prior interrogat, ut Aeneæ loquendi materiam præbeat. Sed ita ait Homer. lib. paulò superius adducto:

" ὦ φίλ', ἐπεί σε πρῶτα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ
" Χαῖρε

Errantem.] rem facit uerisimilem ex more uenatorum, qui feras inquire[nd]o, & [quær]endo, uagari solent. Aut spumantis apri.] pulchrè irati apri naturam expressit, qui spumas ex ore fundit.

LAMB. Hort. Cui mater.] Priusquam utrumq; alteri coniungit, artificiosè Veneris prosopographiam præmittit. Hanc aũt describit à specie sexus, & habitu. Et eam descriptionem illustrat collatione, ad subijciendam hypotyposin deæ.

Virginis Spar.] Quod ad Spartanarũ uirginum ἐνδυμασίαν attinet: inter cætera Lycurgi instituta apud Lacedæmonios, illud de hoc genere sexus sancitum erat, ut mulieres ac uirgines officijs uirilibus exercerentur: uenationi operam darent: cursu, palæstra, disco, iaculis, perinde ut uirilis sexus, se exercerent: ut ocio & muliebribus delicijs sublatis, ad tolerandos partus robustiores fierent. Itaq; ne indecorus fœminæ habitus uideatur, aptè eam comparat uirginibus Spartanis. Sparta, quæ & Lacedæmon, Laconiæ oppidum est. Spartam initiò appellatam credunt à Sparto, Amyclantis filio. Quidam ἀπὸ τοῦ σπαρτοῦ id est, sparto: quòd Leleges primi sparsim Laconiam habitarint, & ad ultimum condita urbe illic consederint. Nomen postea mutatum est ab heroë quodam Lacedæmone. Sunt qui ita existimant, cùm Heraclidæ in Peloponnesum descenderent, ab ea diuisione, qua regionem inter se sortiebantur, ἀπὸ τοῦ λαχεῖν, Λακεδαίμονα esse dictam. Pausanias Lelegem in Laconia αὐτόχθονα regnasse, autor est: & Lacedæmones initiò Leleges fuisse appellatos. Lacedæmon ab hoc quintus in serie, à Sparta uxore, Eurotæ filia, urbem Spartam, de se uerò Lacedæmona totam regionem dixit. Habuit hæc urbs hoc unum uisendum opus, templum, & in eo Mineruæ simulacrum, ingenti sumptu ex ære conflatum: celebre est apud scriptores templum Mineruæ χαλκιοίκου, & χαλκίοικος in arce: opus Tyndari (ut fama est) inchoatum. Laconum rempub. legibus sanctissimis instituit Lycurgus: quibus non solùm eorum res in tantum creuerint, ut latissimum imperium A terra mariq; ad postremum obtinerent, sed nomen clarissimum ob sanctissimam disciplinam consequerentur. Quam tamen gloriam partim per Thebanos, partim per Macedones amiserunt. Sed de Sparta satis. Threissa.] Harpalice Threissa, cuius hic fit mentio, Harpalici Thracis, regis Amymneorum filia fuit: quam pater, matre amissa, equarum ac uaccarum uberibus aluit. Hanc autem adhuc adolescentem, à teneris ea spe ac consilio armis exercuit, ut quam in regnum aliquando successorem esset habiturus. Nec eum sua fefellit existimatio. Tantum id temporis armis profecit, ut Neoptolemum ab excidio Troiæ reuersum, cùm patri bellum inferret, pugnando fortiter fuderit, fugaritq;. Harpalico postea popularium suorum insidijs interfecto, Harpalice se in syluas abripuit. Vbi cùm diu ouilia caulasq; pastorum euastasset, tandem à pastoribus oppressa fuit. Cum huius Harpalices bellicosa forma ac specie, Veneris habitum confert. Fuit alia Harpalice Amazonum regina, quæ patrem Lycurgum Thraciæ regem à Getis captum, pugna liberauit. Item alia Clymeni filia, quæ concubuit cum patre, & filium nefario coitu editum patri comedendum apposuit: qua de causa B ab eo interfecta fuit. Sed quod ad studia Amazonum, idem mos eam gentem tenebat, qui Laconicas uirgines. Ab ineunte enim ætate puellas in successionem generis alebant: sagittis, cursu, equorum agitatione exercebant. Et quo arma commodiùs tractarent, dextram sibi mamillam inurebant: unde Græca uoce ἀμαζόνες dictæ sunt. Sed de his plura paulò pòst. Hebrum.] Hyperbolica comparatio uelocitatis. Hebrus Thraciæ amnis est, qui ex Pindo oriens, iuxta urbem Aenum in mare se exonerat. Plutarchus lib. περὶ ποταμῶν: Ἕβρος (inquit) ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης, προσηγορίαν ἔχων ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος. Addit historiam suo more huiusmodi: Κάσσανδρος δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κροτωνιάδα, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον. ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς ἐπέγημεν [τὴν] Δαμασίππου [θυγατέρα] Δαμασίππην ... ὅτε ὁ ... ἐπιθυμίαν ... τοῦ προγόνου, λόγους αὐτῷ περὶ συνουσίας ἀπέστειλε. ὁ δ' ὡς ἐρινὺν φεύγων τὴν μητρυιὰν ... κυνηγίαις. ἀσεβὴς δὲ ... κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος ... Κάσσανδρος δὲ ... C ... μετ' ὀργῆς ἐπὶ τὴν ... ἐδίωκε τὸν υἱόν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρῴων γάμων. ὁ δὲ ... ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἕβρος μετωνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ... περὶ ποταμῶν. Namq;.] Ab habitu, & totius corporis ornatu. Locus à partitione: arcu referebat uenatricem Threissam: coma uentis diffusa, aut quam uenti diffunderent, ad cursum compacta. Diffundere.] quam uenti diffunderent. Δοῦναι τοῖς ἀνέμοις τοῦ σκεδάζειν, Græca figura usitata etiam poëtis Latinis.

Nuda genu.] γυμνὰ τὰ γόνατα, synecdochicè, singularis pro plurali. Ac prior.] Occasio hæc petitoria oratiuncula est, ad colloquium cum Aenea: & proinde ad explicandam historiam de Didone, cum numerosa comitum classe, appulsu in oras Libycas: ut edoctus locorum rationem, & simul gentis fortunam, hortatu matris, præcipuè uerò latiori augurio confirmatus, ad reginæ hospitium contendat. Iuuenes.] Beneuolentia, ab

Aenea

A *Aeneae & Achatae persona: cui simul admiscet propositionem petitionis: quam ita uerisimilem facit, ut à suo habitu eas describat, super quibus percontetur: ne uel captare colloquium, uel ludere uideatur. Insolens Troianae genti erat, uirgines uenari, aut apros sectari.* Errantem.] *in syluae solitudine uagantem, per uenationis speciem. Addit descriptioni, ab armorum genere, quibus uirgines id genus dignosci possent, ab habitu & studio, Pharetra, Graecè φαρέτρα, βιαρδάκη.* Lyncis.] *A' uestitu Lynx de genere luporum ceruariorum est, tergore maculoso, pilo fusco, geminis mammis in pectore. hanc uulgò* sphingem *appellant. Venatoribus antiquitus mos erat, spolijs animantium se uestire, quae ipsi sua manu confecerant. Tradunt huius animantis mirabilem naturam: huius enim humor, ubi gignitur, glaciatur in gemmas carbunculis similes, colore igneo. Lyncurium eas uocant, à lyncis urina. Quod quia norunt lynces, per inuidiam urinam suam terra operiunt. quare eò celerius solidatur in gemmam. Inuenta, quasi planta sub terra occulitur. In siccitate rigatur aqua, & pullulant unde nascunturque alij post alios, plures fungi, boni saporis in cibis, sed longè utilissimi*
B *frangendo calculo, & renum doloribus. Fungis abscissis, pars pediculi haerentis in ipso lapide, paulatim suo tempore lapidescit. Colore, succino similis est, apud Theophrastum. Hesychius λυγγούριον, ἤλεκτρον interpretatur. Porrò lyncem acie tam acuta esse affirmant, ut montium conuexa uisu penetret: unde lyncei oculi in prouerbium cesserunt: non autem à Lynceo illo heroë, qui cum Argonautis Colchicam illam expeditionem fecit, quem Apollonius Rhodius nullo momento aërem penetrasse sursum, deorsum inferos, oculorum acie, scribit. Verba Poetae haec sunt primo Argonaut.*

> —Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο "
> ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον "
> ῥηιδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι. "

Animantis autem illius tergus ob leuitatem uenatoribus in usu fuisse illi genti apparet, perinde ut nostra tempestate lupina est nobilitati. Grammatici lyncem aiunt non solum ζῶον, sed λυγμὸν etiam, καὶ πόθον, καὶ νόσον signare. Mitto fabulam, qua narratur Lyncus rex Scythiae à Cerere in lyncem mutatus, quod Triptolemum à se hospitio exceptum occidere uoluisset.

Spumantis.] *Aptissimum epitheton ferae attributum Respexit ad rationem capiendi apros.*

Veneris sic.] *Periphrasis Aeneae, cui & festiuitatem addit collusio, Venus & Veneris.*

ARGVMENTVM.

Veneri Aeneas respondet, ullam sororum eius se uidisse negat: & ex signis quibusdam, illam credens esse Deam, eius auxilium implorat, sub qua parte coeli, quibusue in regionibus vagetur, se ab ea doceri postulat, eique sacrificium pollicetur.

NASC.

Nulla tuarum audita mihi, neque uisa sororum.
O' quam te memorem uirgo: namque haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat: ô dea certè.
An Phoebi soror, an Nympharum sanguinis una:
Sis foelix, nostrumque leues, quaecunque, laborem:
Et quo sub coelo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominumque locorumque
Erramus, uento huc, †uastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

†al. & vastis fl.

Nulla tuarum audita mihi.] *breuis interrogatio breuem responsionem requirebat: itaque breuissimè quaesitis respondens, sororum eius, qua de re fuerat interrogatus, ullam se uidisse negat: sed quasi inuitatus ad loquendum, animum recipit, atque ita prosequitur.*

O' quam te memorem uirgo?] *ἀπορία est: non*
C *tamen dubitat utrum Dea sit: nam signa uidet haud obscura concurrere, uultum, atque uocem: sed quae Dea sit, animi pendet: uirginem nominat, quia & puellam esse, & uirginalis pudicitiae signum in ea apparere uidet.*

Namque haud tibi uultus Mortalis.] *ex signis diuinitatis probat eam esse Deam: argumentatur autem per negationem, siue, ut logici dicunt, negatiuè. non es mulier, non enim uox, & uultus te foeminam esse referunt, sed Deam, igitur Dea es: itaque diuinitatis illius prope, iam certus, exclamat:* O' Dea certè.] *quae res aucupandae beneuolentiae uim maximam habet. tali penè enthimematis forma utitur Vlysses apud Hom. Odyss. 6. unde procul dubio sumptus est hic locus, cum Nausicaam supplex alloquitur, sic enim ait:*

> " Γουνοῦμαί σε ἄνασσα, θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι,
> " εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
> " Ἀρτέμιδί σε ἐγώ γε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
> " εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω.

An Phoebi soror.] *religionem adiungit, ne offendat numina, & cum modestia dubitationem distribuit. siue sit Diana, siue ex genere Nympharum una: nefas enim erat Deum, Deamue alio quàm suo nomine appellari, quod qui secus fecisset, nota non obtinebat: unde in obsidionibus urbium Dij non euocabantur, nisi nominati.* Sis felix, nostrumque leues quaecunque laborem.] *Deae auxilium implorat: est autem haec ferè totius petitionis summa, ab utili, & honesto deducta: utile enim est Aeneae, impetrare quod cupit, & honestum est, peregrinis, & egentibus subuenire.*

Et quo sub coelo tandem, quibus orbis in oris Iactemur, doceas.] *alterum petitionis membrum: unde misericordiae affectus elicitur, per locum communem ex deploratione, infelicitatis suae: qui in qua coeli parte uagetur, ignorat.* Ignari hominumque locorumque Erramus, uento huc, uastis & fluctibus acti.] *exaggerat commiserationis affectum ex deploratione fortunae suae per ἐπίτασιν. huic persimilis est locus paulò infrà apud Virgil.*

> *Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro,* "
> *Europa, atque Asia pulsus.* "

Et Homerus Odyss. η. sub persona Vlyssis:

> καὶ γὰρ ἐγὼ ξεῖνος ταλαπείριος ἐνθάδ' ἱκάνω, "
> τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. τῷ οὔ τινα οἶδα "
> ἀνθρώπων, οἳ τήνδε πόλιν καὶ γαῖαν ἔχουσι. "

Quod uerò ait: uento huc, & fluctibus acti, *dici potest locus ex euentis praeter spem, quod eis aliter cecidit, ac sperabant: nam Italiam uersus nauigantes, ui tempe-*

A *fellendam, ex cimiq; animo penitus euellendā mittit ex more patrio: nam Tyrias uirgines, refert, solitas esse pharetratas incedere, & cothurno indutas, ideo sequitur:*

Purpureoq; alte suras uincire cothurno.] *uenatorū, Tragœdorumq; habitus est Cothurnus. hinc illud Maronis:*

» *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

Punica regna uides.] *confutatis quæ suspicionem diuinitatis afferre poterant, quæsitis incipit respondere: nam & regiam, & regionem incolentium nomen, originemq; breui oratione declarat. ad illud autem facit:*

» *Et quo sub cœlo tandem.*

Sed fines Lybici.] *perinde ac si diceret: urbis conditores, Agenoridæ quidem sunt, sed hæc regio Libya est. Quod uerò Libyci fines, nō Libya dixit, in causa est, quia illic occurrente pelago, Africa terminū clauduntur: uidetur autem locus iste ex persona Poëtæ emphasim habere, quod sequentia indicant:* Genus intractabile bello.] *nam cùm Afri fuerint hostes populi Rom. non potest Poëta de illis, nisi cum stomacho, loqui: quamobrem, quod hic ait: genus intractabile bello, non ad laudem A-*

B *frorum dictum puto, sed ad uituperationem: qui cùm tributarij facti fuissent populi Rom. & inter ipsos fœdera semel atq; iterum uicissim renouando percussissent (de Carthaginensibus loquor) pactis non steterunt, & fidem fregerunt: hinc illud Cicer. in Som. Scip. Vidésne illam urbem, quæ parere Populo Rom. coacta, per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere:* Germanū fugiens.] *occupat, quod Aeneas quærere potuisset, quo fato impulsa Dido, relicta patria illuc commigrasset cùm fœminam nonnisi magnis de causis relinquere patriam deceat, turpiorisq; uitæ censeatur illa, quæ hac, illuc uagari solet: & causam assignat: quam ex auaritia, atque immanitate Pygmalionis fratris eius deducit, breuiùsque quàm res tanta dici potest, exponit. quamobrem sequitur:* Longa est iniuria, longæ Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.] *locus attentionis, atq; docilitatis. longos miseriarum circuitus breui oratione se explanaturam pollicetur, ut spe breuitatis attentiorem efficiat auditorem.* Huic coniux Sichæus erat.] *narratio est, quia Sichæum Herculis sa-*

C *cerdotem, Didonisq; coniugem à Pygmalione rege sceleratissimo, atque auarissimo necatum exponit: causa iudicialis est, attamen hoc in loco non tanquam in iudicio narratur, sed ad persuasionem simpliciter exponitur: quæ ut facilius credi possit, circumstantijs probabilis efficitur: cōstitutio uerò (si facti ratio habeatur) coniecturalis est, illisq; uestigijs indagatur, quibus coniecturales causæ inquiri solent: quas Hermagoras μόρια περιστάσεως, Theodorus autem στοιχεῖα appellat, propterea quia ex earum coniunctione quæstiones fiant perinde, atque ex coniunctione literarum nomina atque uerba. Sunt autem septem, quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. quis personam ostendit, quid, factum, cur, causam, ubi, locum: quando, tempus: quemadmodum demonstrationem habet ex facto, uel quod fiat, futurùmue sit. ueluti clam, palámue, ui, an dolo: adminicula uerò significationem habent earum rerum per quas factum esse aliquid dicatur. ut laqueus, uenenum litera, internuncius, & quæ sunt eiusmodi: nam in agenda coniecturali causa nisi personarum dignitates seruentur, & causæ factorum extent, & faciendi facultas fuisse uideatur, & tempus idoneum & locus opportunus ad eandem rem extitisse indicetur, probabilis causa non erit. Hic igitur ratio habetur personarum: nam & occidi potuit Sichæus, quia inferior, & occidere potuit Pygmalion, quia rex erat, ut cuiq; imperium habebat: adde quod affinis erat. propter quod nihil erat, quod Sichæus aut timeret, aut suspicaretur. causa patrandi sceleris apparet, Sichæi opulentia, & nimia Pygmalionis cupiditas: nam alter ditissimus, alter auarissimus describitur. Temporis nulla hic mentio fit, sed ex officio, & ministerio Sichæi, & ex Pygmalionis potestate, satis idoneum fuisse conijcitur: nam Herculis sacerdos erat Sichæus: cuius templum domi habebat: in quo solus frequenter uersabatur. itaq; & locus itidem ad maleficium patrandum ualde opportunus erat: facultas perficiendi, & spes celandi facti in rege non maxima esse potest.*

Ditissimus agri.] *à causa exorditur, quæ certè inter circumstantias præcipua est: nemo enim absque causa in scelus impellitur. Porrò ex opulentia Sichæi, Pygmalionis est exorta patrandi sceleris cupiditas: ita quoque de Polymnestore scribit Vergil. in 3. Aen. qui auri potiundi cupiditate affectus Polydorum Priami filium necauit, sic enim ait:*

Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit, «
Res Agamemnonias, uictriciáq; arma secutus «
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro «
Vi potitur ——. «

Et magno miseræ dilectus amore.] *facinoris exaggeratio uidetur ex indignitate: & profectò hoc ad facti exaggerationem pertinet: quod nulla habita ratione sororis, uirum eius occiderit, quem illa summa obseruantia colebat, ac singulari beneuolentia & amore prosequebatur: unde ingens quoq; conquestionis affectus elici potest ex infelicitate Didus, quæ uirum sibi charissimum tam infeliciter amiserit.*

Cui pater intactam dederat,] *& hoc ad augendam facti indignationem facere uidetur: nam facinus ob id etiam maius uideri debet, quod in sororis coniugem illum admissum est, cui uirgo, cui primis ominibus coniuncta fuerat: nam primæ nuptiæ uinculum nescio quid maioris coniunctionis habent.*

Primisq; iugarat Ominibus.] *ταυτολογία est: nulli eam antea nupsisse designat. Quod uerò Landinus, primis, optimis exponit, ridiculum est: porrò ad morem priscorum Rom. alludit: qui (ut Cicero, & Valerius memoriæ prodiderunt) omnia quidem, sed nuptias in primis auspicato gerebant.*

——sed regna Tyri germanus habebat «
Pygmalion.] *à facultate perficiendi, & spe celandi facinoris rem uerisimilem facit, quia rex erat: uerùm quia Sichæum à fratre sororis absq; iusta causa interfectum fuisse parùm credibile uidebatur, & subdit:* »

——scelere ante alios immanior omnes.

Quos inter medius uenit furor.] *locus à turpitudine uitæ, quo factum probabile efficitur: hoc enim ait: Pygmalionem omnibus sceleratiorem, quos in facinus impulit furor: hoc est, qui suas cognatorum, affiniumq; manus sanguine polluerunt: nam si Pygmalionem furore correptum cædem Sichæi fecisse diceret, excusatio esset, non criminis intentio: huiusmodi enim homines ueniali statu, defendi solent.*

Ille.] *ὑπομονήν, de quo nihil tale suspicabatur: quem*

nulla urgebat inopia: qui uirum sorori suæ charissimum seruare debebat: qui contra patris iudicium uiolata humanitatis iure, ruptoq; affinitatis, propinquitatisq; uinculo, tam immane facinus admisit, nulla prorsus aut religionis, aut sanguinis habita ratione.

Impius.] detur pat ab impietate: qua nullum maius in homine crimen existere potest: nam (ut ex Platone liquet, in decimo de legumlatione dialogo, sub impietate sacrilegium, cæteraq; in Deorum contemptum siue cogitata, siue dicta aut facta, nec non permissa, & prætermissa comprehenduntur, quamobrem impietatis illius rationem reddens, subdit: Ante aras.] quasi diceret, nulla Deorum, aut religionis habita ratione. & est à loco criminis amplificatio. Atq; auri cæcus amore.] rectè cæcus: nã libido, auriq; cupiditas oculorum eius sic aciem perstringebat, ut quid esset rectum, & honestum, non uideret: locus est à causa. Sanè duo sunt loci præcipui, in quibus coniecturalis oratio tota uersatur, uoluntas, & facultas: in tota oratione Ciceronis pro Milone disseritur partim de uoluntate Clodij, quòd uoluerit Milonem occidere: partim de facultate, quòd Clodius potuerit insidias facere, Milo non potuerit: hi loci uidentur ex natura deducti. nam in omnibus hominum factis necesse est uoluntatem, & facultatem concurrere. facultas signa, & circumstantias habet, quas paulò ante recensuimus. uoluntas uerò duas species complectitur: altera impulsio uocatur, quæ affectus continet, odium, iram, aliaq; multa, ut Vlysses oderat Palamedem, igitur cupiebat eum esse extinctum, altera ratiocinatio Ciceroni nominatur, quæ à causa, ut uocant finali sumitur, cùm ducitur argumentum à spe commodi: nam humanæ mentes plurimùm mouentur opinione utilitatis, ut hoc in loco Pygmalion, qui spe auri potiundi sororis suæ uirum ad aras crudeliter necat: sanè ualidissimum illud argumentum est, quod ab utilitate sumitur: quamobrem C. Cassius iureconsultus apud Cic. dicere solebat, cui bono fuerit, eum fecisse credendum est. Sed aliter tractatur hæc materia ab Arist. in primo de arte rhet.

Clam ferro, incautum superat.] uide & à modo, & à facultate: modus est, cùm ait, clam: facultas autem cùm dicit, ferro. Sed quæri potest cur Poëta mentionem fecerit modi, cùm in coniecturalem causam non cadat modus: nam ubi factum negatur, ibi nulla ratione modus existere potest: quia modus non exquiritur, nisi cùm factum reus concedit: huic obiectio ita occurri posse putamus: uel habitam fuisse personæ narrantis rationem, apud quam hæc causa coniecturalis nõ est: aut (quod magis probari potest) ad amplificationem criminis positum esse: nam modus, ut rhetores affirmant, factum urget, fidem uerò nunquam facit. Quod igitur clam fecit, id etiam factum grauat: nemo enim quicquam occultè facit, nisi quod turpe, & nefarium nouit. clam fecit, ut crimen lateret, cuius celandi spem maximam habebat: nam frater erat, & fratri soror facilè fidem præstat. propterea subdit: Factumq; diu celauit.] sororem decipiendo, cùm eum à se frumenti emendi causa aliquò ablegatum fuisse diceret.

Malus.] Grammatici ueteres hic tapinosin agnoscũt, malus pro scelesto.

Vana spe lusit amantem.] cùm diceret aliquando eum maximis negocijs impeditum, interdũ etiam breui esse uenturum, literas, aliaq; huiusmodi commenta fingeret; ut spe sororem traheret: sunt qui una spe legant. & est sensus Didonem hac una spe delusam, quod Sichæum breui uenturum crederet: nam quæ cupimus, facilè credimus. A

Ipsa sed in somnis inhumati uenit imago

Coniugis.] quoniam ulla facti suspicio ex Pygmalione duci, propter sanguinis propinquitatem, non poterat nec ulla testium fides extabat, poeticè posita est imago per somnum, quæ detestandum illud scelesti regis facinus detegeret: attamen Appianus historicus huius insomnij meminit in Libyca, utrum uerò hæc inter agnitionis species reponi possit, alijs cogitandum relinquo. Illud tantum dicam, quod si hæc agnitio est, inter agnitionis species non infima est: nam peripetiam habet: & illam uerè agnitionem esse Aristoteles monet, cui peripetia admista fuerit. Inhumati.] non est uerum, nec uerisimile, inhumatum à Pygmalione relictum fuisse cadauer Sichæi, præsertim cùm ipse hoc factum diu celari uellet: sed ad augendam illius immanitatem inhumati, pro honore sepulturæ carentis dictum arbitror. Historiam hanc Sichæi, & Pygmalionis Iustinus libro decimooctauo scriptam reliquit. B

Ora modis attollens pallida miris.] ex Lucretio hic uersus. sic enim ille ait in primo.

Sed quædam simulachra modis pallentia miris.

Crudeles aras, traiectaq; pectora ferro

Nudauit.] quasi tragœdiam excitat, cùm id à Sichæo factum referat, quod in tragœdijs ad excitandos perturbandosq; spectatorum animos fieri soleat. Auget itidem indignationis affectum ex nefario Pygmalionis scelere, & conquestionis, ex miserando Sichæi ipsius casu: quem etsi non exprimeret uerbis, satis tamen apertè ex gestu illius, cùm ait: Nudauit, intelligi posset. Aras uerò, quæ piæ sunt, crudeles uocat: quoniam apud illas crudele facinus patratum est. Tum celerare fugam.] sapiens Sichæi consilium, procul abesse à tyranno, quod tamen nõ præceps Dido arripuit: nam diu fratrem ob scelus aduersata, ut Iustinus inquit, ad postremum dissimulato odio, mitigatoq; interim uultu, fugam tacitè molita est: uerùm quia id sola facere non poterat, aliorum quoq; animi tentandi fuerunt: ideo paulò infrà dicetur, —fugam, sociosq; parabat. His commota.] rectè commota, quia persuasa est oratione Sichæi: nam commouere uerbum est animorum affectibus conueniens: quos excitare, & cõmouere persuadentis est. C

Fugam sociosq; parabat.] ab effectu persuasam fuisse Didonem ostenditur: nam fugam molitur, & socios parat: & quos socios? uide sapiens, egregiumq; mulieris consilium in re tam difficili, ac periculosa: duo hominum genera deligit: quibus maximè confidere poterat, & qui à tyranno fuerant læsi, & qui metuebant lædi. ideo sequitur

Conueniunt quibus aut odium, &c.] hîc uidetur esse hypallage: pro, odium crudelis tyranni: id est, in tyrannum: nam de odio ciuium in Pygmalionem proculdubio intelligendum est, quod crudele dici non potest: nam tyranno in ciues odium crudele est. Sed præclarè ista duo coniunxit, odium & metus: nam ex timore odium nascitur, nec possumus non odisse quem timemus. Tyrannus uult timeri, quia non ignorat, se à nemine posse diligi, hinc illud.

Oderint dũ metuant. quò proculdubio Poëta respexit. Correpto igitur thesauro, Dido fugam parat: non enim

A *recluso tam magno thesauro, tamq́ ingenti auri, atq; argenti pondere, cunctandum erat, propterea dictum est:* His commota fugam Dido, sociosq́; parabat. Naues, quæ sorte paratæ Corripiunt.] *& hoc ex historia tractum: nam Dido dissimulato odio, dolo fratrem aggreditur, ut Iustinus memorat, fingit se ad eum uelle migrare, qua re lætus Pygmalion (nam existimabat cum ea, & aurum Sichæi ad se uenturum) naues statim & comites ad eam mittit. Elisa acceptis comitibus à rege missis, thesaurisq́ nauibus compositis soluit è littore, prouectaq́ in altum, compulit eos onera Harenæ pro pecunia inuiolata in mare deijcere: reliqua uideto apud Iustinum lib. 18.* Portantur auari Pygmalionis opes pelago.] *non quæ essent, sed quas ille suas esse cupiebat, quod facilè indicat illa uox,* Auari. Dux fœmina facti.] *occulta est Didus prudentiæ commendatio, non absq; admiratione: mirum enim est, in fœmina tantam consilij uim extitisse, ut negocium tam arduum, ac difficile aggredi ausa fuerit, ne dum tanto animi sapientia confecerit. Obseruanda est autem clausularum breuitas, dactylorumq́ multitudo, ad negotij celeritatem designandam.*

B Mercatiq́; solum, facti de nomine Byrsam Taurino quantum possent circundare tergo.] *nisi mihi & Iustini, & Herodiani obstaret historia, quorum alter in 18. alter in 5 idem quod Seruius interpres refert, facilè in ea sententia essem, ut existimarem Virgilium hoc in loco ad emptiones antiquorum alludere uoluisse, quæ permutationibus fiebant, nunc pellibus boum, nunc (Homero teste) ipsis bobus: quò eò etiam libentiùs adducor, quoniam Plin. lib. 33. cap. 1. id ipsu Troianorum temporibus in usu fuisse his uerbis affirmat: quantum feliciore æuo, cùm res ipsæ permutabantur inter se, sicuti & Troianorum temporibus factitatum Homero credi conuenit: ita enim (ut opinor) commercia uictus gratia inuenta, alios corijs boum, alios ferro captiuisq́ rebus emptitasse tradit. uersus Homeri sunt ex 7. Iliad.*

» Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί:
» Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
» Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
» Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι, τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν. id est,
» *Vnde reportabant crinìti uina Pelasgi:*
» *Aeris quidam, alij fulgentis munera ferri,*
C *Pellibus est alij, pace bobus, mancipijs: ite,*
» *Mutabant passim, & conuiuia læta parabant.*

Huius rei meminit etiam Pollux lib. 9. cap. 7. extat & titulus apud iureconsultos de rerum permutationibus. Non igitur absurdum esset, credere permutationem à Didone fuisse factã tergoris bouis cum terra: nam & Poëta ipse ait, arcem illam Byrsam de nomine facti nuncupatam, & βύρσα corium significat. Sed uos qui tandem.] *sermonis conclusio est per simplicem interrogationem, qualis illa ex sexto Aeneid.*

» *Sed te qui uiuum casus age fare uicissim,*
» *Attulerint ——.*

Porrò tria quæruntur, qui sint genere, & nomine, unde ueniant, quò tendãt: non dissimili ferè ratione apud Hom. Odyss. 9. Polyphemus Vlyssem, eiusq́ socios interrogat.

» ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστέ, πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα,
» ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε.

Tandem.] *non uacat, tandem, ut perperam sentit interpres: nihil enim in Marone ociosum est, sed affectum loquentis indicat, quod plus fortasse, quàm uellet temporis narrando consumpserit.*

Havd.] *Reiectio beneuolentiæ ab Aenea captatæ: quàm ut uerisimilem faciat, eam à loci consuetudine confirmat. Inde ordine benigniter ad interrogata respondet. Refertur autem hæc reiectio ad id quod dixerat Aeneas:* LAMB. Hort.

—— ô dea certè, «
Aut Phœbi soror, aut Nympharum sanguinis una. «

Non negat quidem se deam: sed deam tamen esse se, id uerò dissimulat, ne prodatur. Virginibus.] *Redditio, à gentis more uernaculo: hoc est, ab habitu peculiari Pœnis. Est autem cothurnus, Græcè κόθορνος, genus calciamenti. Erat id τετράγωνον ἀμφοτεροδέξιον: hoc est, quadrangulum, & quod utriq; pedi conueniebat, quo utebantur Tragœdiarum actores. Quare pro stylo sublimi usurpatur: ut soccus, cuius usus erat in comœdijs, pro humili. Quoniam autem erat ἀμφοτεροδέξιον, in prouerbium inconstantiæ abijt, Cothurno uersatilior, κοθόρνου εὐμεταβολώτερος. Hesychius exponit, præterquàm quod calciamentum sit utriq; pedi aptum, ex quorundam sententia, etiam quòd uiris ex æquo & mulieribus accommodari poterat.* κόθορνος, ὑπόδημα ἀμφοτέροις τοῖς ποσὶ ἁρμόζον. τινὲς δὲ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόττον φασὶ τὸ ὑπόδημα τὸ κόθορνον. Punica.] *Respondet ad id quod rogarat:*

Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris «
Iactemur, doceas: ignari hominumq́ locorumq́ «
Erramus, uento huc, uastis & fluctibus acti. «

Exponit succinctè: unde in historicam enarrationem digreditur. Regna.] *Enallage numeri pluralis pro singulari. Expolitiones sunt quæ sequuntur. Pœni, & Punicum, ἀπὸ τῆς φοινίκης deducuntur, aspirata tenui commutata.*

Tyrios.] *De Tyro suprà dictũ est. Illud interim obiter hic adijciendum est, inuentæ purpuræ gloriam apud Tyrios fuisse, reperta à cane, qui Herculem, Tyrum indigenam puellam adamantem sequebatur. Pollux lib. 1.* ὀνομαστ. *cap.* περὶ βαφῆς βιβλίας καὶ ἀληθινὸν τοῦτο λέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ἐρασθεὶς νύμφης ἐπιχωρίας· Τύρος δὲ ἦν τῇ νύμφῃ τοὔνομα. εἵπετο δ' ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ κύων, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. οἶδα δὲ, ὅτι τοῖς ἥρωσιν συνοδοιπόρον μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες. ὁ τοίνυν Ἡρακλέους κύων κατὰ πέτρας ἐρπύσασαν πορφύραν ἐκκαλυψάμενος, κατεδηδοκώς αὐτῆς τὴν σάρκα, ὁ μὲν τὴν σάρκα ποιεῖται φορβὴν, ὁ δὲ ἰχῶρ ἄρα τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἀμοιβαῖος ἐφοίνιξεν. ὡς δὲ ἧκεν ὁ ἥρως παρὰ τὴν κόρην, αὕτη θεασαμένη τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἀνθοῦντα ἀπὸ τῆς βαφῆς, οὐκ ἔφη προσιέναι τῷ Ἡρακλεῖ, εἰ μὴ αὐτῇ κομίσειεν ἐσθῆτα τῶν κυνὸς χειλῶν ἀνθηροτέραν. ὁ μὲν τοίνυν Ἡρακλῆς εὑρών τι τὸ ζῷον, καὶ τὸ αἷμα ἀναλέξας, καὶ τὸ δῶρον ἀπενεγκὼν τῇ κόρῃ, πρῶτος γενόμενος εὑρετὴς τῆς τριῶν λόγων φοινίκης βαφῆς. Agenoris.] *Antonomasia, pro Didone. Ex Ioue fuit Epaphus: unde Belus Priscus, qui Agenorem procreauit: hinc Phœnix, à quo Phœnicia dicta est. ex hoc Belus secundus, pater Didonis, Pygmalionis & Annæ. Ergo Tyri colonia fuit Carthago: quæ originis suæ non immemor, Tyrijs aduersus Alexandrum auxilia postea ad bellum misit. Eiusdem coloniæ fuerunt, Vtica, Leptis, Gades, Sarra initiò dicta.* Germanum.] *Pygmalionem. A' conditione templi primi sub Solomone, usq; ad Carthaginis originem, numerãtur anni CXLIII. & menses aliquot. Etenim ab Hiramo, qui Solomoni singulari amicitia iunctus erat, quiq; illi materiam cedrinam ex Libano monte, centumq́ ac uiginti auri talenta dono misit, regum Tyriorum catalogum, usq; ad Pygmalionem,*

nem, fugam'q Didonis, ad hunc modum digerit Menander Ephesius. Hiramus fanum Herculi dicauit: huic successit Balbazerus: illi Abdastarus: cui Metusastartes: inde Astarimus: mox Pelletes: post quem regnauit Tythobalus: successit huic Badzodus: post hunc regnauit Metinus: hinc Pygmalion: cuius regni anno 7. Dido colonias in Africam deduxit. Longa est] Attentio in digressionem historiae, qua fortunae iniquitate in hanc Africae partem uenerit Dido: à breuitate & compendio narrationis, & luce rerum gestarum, quae alioqui prolixiorem explicationem requirant. Fastigia.] Translatio: id est, summas tantùm, & praecipua historiae capita. Propriè fastigium, supremum aedificij est, quod absoluto imponitur. Hinc prouerbium natum est: Summũ fastigium imponere, rem omnibus suis numeris absoluere, ἢ κολοφῶνα ἐπιτιθέναι. Sunt autem ambages, anfractuosi circuitus uiarum: pro longa ac perplexa narratione accipiuntur.

Huic coniunx.] Exordium narrationis à Didonis & Sichaei siue Sicharbae coniugio, & persona descriptione ductum est. Describit autem Sichaeum à fortuna, opibus, coniugali necessitudine. Phoenicum.] Phoenices initio accolae fuêre maris rubri, nomenclatura gentis à palma ducta, qua ea regio abundat. Hi terraemotu pulsi, maritimam Syriae regionem occuparunt: ubi Sidonem à pisce cognominatam condidêre: & postea Tyrum, in mari septingentos à littore passus discretam, celebre mercatu emporium. Hanc Alexander magnus posteris temporibus, operibus magnis continentem fecit. Ominibus.] Cicero in primo Diuinationum testatur, maiores, quia omina ualere credebant, omnibus rebus agendis praefari solere: Quod bonum, faustum, faelix, fortunatum'q sit. Omen, quasi oremen, futurae rei pronunciatiu. Caeterùm quamuis historiam initio huius libri prosequuti sumus, non incommodum fuerit fortasse, hîc tempestiuiùs eam repetere, quòd Poëta studio in eam digressionem faciat. Pygmalioni Tyriorum regi soror erat Dido. Haec Sichaeo auunculo, Philisthenis filio, & Herculis sacerdoti, nupserat uirgo. Erat tum id sacerdotium secundus honos à rege. Et habebatur ille inter populares suos longè auri argenti'q ditissimus. His omnes eas opes in terra defodit, quòd sciret, diuitias habentibus exitio esse solere apud tyrannos. Rumor itaq, etsi incertus, in ora tamen omnium peruenit: & fabula postremò ad regem dimanauit. Pygmalion auri potiundi cupidine perpulsus, auunculum incautum in templo Herculis ad aras obtrũcat. Fuit diu res ea clàm, antequàm uxori suboleret. Tandem facinore detecto, Dido muliebriter nimium dolori indulgens, aliquandiu apertè fratrem auersata, pessimè ob id factum odisse coepit. Mox ubi aduertit, se inter domesticas insidias indies alias atque alias maiores mediam uersari, arte agendum rata, fratrem pacatiùs compellat: & presso dolore, uultu blandiori alloquitur, quasi memoria casi coniugis magis ac magis indies obsolesceret: cùm dissimulanter omnia agens, occultam molitur fugam. Tràdunt quidam, eam in somnis à marito admonitam, hoc consilij cepisse. Arte itaq fratrem aggreditur: dicit'q sibi in animo esse, relicta domo, in qua mariti imagines & alia id genus monumenta sibi omnibus momentis in oculos occurrerent, & proinde dolorem refricarent, in regiam eius cum omni supellectile demigrare uelle. Audijt ille sororis uerba, & eo quidem auribus attentioribus, quo speraret proclivius futurum, ut reconditis thesauris potiretur. Interim Dido regios ministros ad se emigrationis causa missos, in naues cum ipsis opibus imponit: ac mox ubi in altum prouecti essent, compulit eos quaedam onera grandiora quasi pecunia inuolucra, in mare deuoluere: ac plorans precatur maritum, ut opes ipse suas, tanquam debitas inferias haberet, potius quàm ut sub ius alterius uenirent. Atq inde flebili uoce ad ministros: Vos uidete, an extrema omnia à tyranno pati uelitis, qui eius auaritiae Sichaei opes, quarum causa nefarium commisit parricidium, subtraxistis. Metu supplicij per haec iniectu, eos sibi fugae comites adiungit. Aderant illi eadem nocte, ex nobilissimis, qui regis saeuitiam detestati, consilia multo antè cum ea contulerant. Caeterùm primo cursu in Cyprũ defertur, ubi Iouis sacerdos, monitu oraculi se comitem Didoni cum uxore & liberis obtulit, id'q ea conditione, ut ea functio sibi posteritati suae integra perpetuò maneret. Quae quidem postulatio à Didone & eius comitibus in omen uersa, animos addidit, ad nouam sibi sedem quaerendam. Inde soluturi, octoginta puellas indigenas in littore oppressas, quae more gentis quaestum uulgo corpore faciebant, capi iussit, atq in naues imponi, ut condita urbe ad sobolem procreandam usui forent. Constat autẽ, eum morem Cyprios tenuisse, ut puellae, priusquam nuberent, prostituerẽtur, ut quaestu corporis dotalem sibi pecuniam quaererent. Pygmalion Didonis fuga accepta, omni belli apparatu eam persequi statuit: sed matris precibus, & ostentis deorum oblatis, hoc consilium discussum fuit. Monitus item à uatibus est, caueret impedire originem urbis illius à sorore condendae, quae toto orbe celeberrima esset aliquando futura. Defertur interim in Libyam Dido: ubi cùm accolas locorum sibi commercio conciliasset, facilè impetrauit precio tantum soli, quantum tergore bubulo uno posset in urbem cingere. Illo itaq in tenuissimas partes dissecto, spaciosiorem aream cõplexa est, quàm inẽtio poscere uisa fuerat: Byrsam locum à re: id est, corio bouis appellauit. Alij arcem ipsam Carthagini adiunctã, sic dictam uolunt: ipsam uerò Carthaginem, Dainnetn, Punico idiomate, quasi nouam ciuitatem, dictam, Cato scriptum reliquit. Creuit breui supra omnem fidem, ciuiũ turba: maximè quòd undiq eò lucri studio mortales confluerent. Vticenses audito Tyriae classis appulsu, legatos ad Didonem cum muneribus mittunt, qui consanguineae gentis faustum gratularentur aduentum, & hortarẽtur ad coepta condi urbis opus absoluendũ. Ferunt statim inter fodiendum, omen oblatum: terra enim aperta, caput bubulũ inuenitur. Quod auspicium, quia id animal laboribus & ministerijs seruitijs'q humanis subiectum est, cùm displicuisset, statim alio loco, haud multum inde diuerso, terrã molientibus, caput acris equi (ut inquit Poëta) fuit oblatum: quod quidem ita acceptum fuit, quasi rei militaris gloria urbs celebris aliquando esset futura: quo in loco, ut auspicatiori, fundamenta illicò ponere & incredibili studio aedificare coeperunt. Caeterùm creuit breui hominum frequentia in tantum, ut neq conditricem fugae, neq comites fortunae suae poeniteret. Florebant ea tempestate in his successibus Poenorũ & Maurusiorum opes supra modum: quorum rex Iarbas Didonem sibi uxorem deposcit: ac nisi nuptiae impetrarentur, principibus Poenorum ad se accitis bellum denunciat. Carthaginensium legati, quia norant reginam à morte mariti coniugium odisse, rem indicare illud ueriti, arte Elisam aggrediuntur, ut dicerent, Iarbam postulare, qui se & suos mansuetiores mores doceret. Sed neminem inueniri, qui ad barbaros ferarũ more uiuentes

A uincentes migrare uellent. Hic postremò ostendunt, eam uxorem deposci: ac ei nisi satisfieret, breui futurum, ut ciuitas in magnũ discrimen coniiceretur. Dido inter sacrũ (quod aiunt) & saxum harens, lachrymans Sichæi manes inuocat: respondetq́, se ituram, quo sua se fata uocarent. Spacium q́ orat ad nuptias, quo inferias marito ob uiolandum uotum daret, & hostias cæderet. Inde conscendens pyram ad id structam, populum intuita exclamauit, se ad maritũ ituram, ac mox gladio se transfixit. Atque inde à morte, quàm diu urbs stetit incolumis, pro dea à popularibus suis culta fuit. Sunt authores, qui in literas retulêre, urbem non à Didone sed à Carchedone quodã conditã fuisse: à Græcis enim καρχηδὼν appellatur: ipsi autem καρχηδόνιοι. Rursum alij extiterunt, qui affirmant, Carchedonem, Didonis comitem eò tantum uenisse. Immanior.] Enallage gradus: pro, omnium immanissimus. Quos inter.] Anastrophe. Cæcus.] Quod corporis est, ad animum transtulit. Prosopographia, ab auaritia & impio: estq́ pathos à loco. Vana spe.] Persuaserat sorori, maritum B superesse. Inhumati.] Pathos ab impio, & tyranni crudelitate. Pallida.] Affectus à specie, & tempore. Aras.] ad quas ipse Herculis sacerdos per insidias exceptus fuerat. Tellure.] nam thesauros in terra defoderat, propter quos sibi tyrannum insidiari norat, ne ijs potiretur. Locos.] pro, in hæc loca: ellipsis. Carthaginis.] Epexegesis. Byrsam arci nomen fuisse scribunt, à corio taurino. βύρσα, corium: ab etymologia nominis. Et Carthago urbs clarissima, atque una omnium in terris imperij Romani æmula, hunc ortum habuit circa initia regni Iudaici à Salomone suscepti: licet Trogus uideatur arbitrari, septuaginta annis originem urbis Romæ eius conditionem præcessisse. Concidit anno septingentesimo, quàm condita fuerat: etsi Eusebius alicubi 30. annos adimit: rursus alibi 40. adijcit, & octo.

Sed uos.] Epilogus abrupta narratione, constat mutuis interrogatione: ut per occasionem querimoniarum, eam ad Didonis hospitium exhortetur. Quò ut alacrius se recipiat, confirmat sua uerba ab augurio præsenti.

Sed uos.] Descriptus hic locus est ex Odyss. 8. quo loco Alcinous ignotus, ignotum Vlyssem hospitio exceptum, totidem uerbis interrogat:

" ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
" ὅππῃ ἀπεπλάγχθης τε, καὶ ἅς τινας ἵκεο χώρας
" ἀνθρώπων, αὐτούς τε πόλιάς τ' ἐῢ ναιετάωσας,
" ἠμὲν ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι.
" Et libro septimo:
" ξεῖνε, τὸ μέν σε πρῶτον ἐγὼν εἰρήσομαι αὐτή,
" τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν; τίς τοι τάδ' εἵματ' ἔδωκεν;

A R G V M E N T V M.

Quæsitus respondet Aeneas, quis sit, vnde veniat, & quò tendat: hoc est, se illum esse clarissimum Aeneam, qui Deos patrios ex incendio liberauit: & ex antiqua Troia profectum, per varios casus, atque ingentia pericula terra, mariq́, Italiam quærere.

NASC.

†al. è pect. †al. parentum: †al. componat †al. summo.

SVSPIRANS, —quærenti, talibus ille
Suspirans, imoq́ trahens †à pectore uocem:
O' dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et uacet annales nostrorum audire † laborum,
Ante diem clauso † componet uesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si uestras fortè per aures
Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora uectos
Fortè sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe ueho mecum, fama super æthera notus
Italiam quæro patriã, & genus ab Ioue † summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre dea monstrante uiam, data fata sequutus.
Vix septem conuulsæ undis, Euroq́ supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa, atq́ Asia pulsus, —.

imoq́ trahens à pectore uocem.] ἀνάδος, quod maximi doloris indicium habet: unde qualis nã futura sit sequens oratio planè perspici potest. Sed & doloris significationem auget Poëta cùm ait:

—imoque trahens à pectore uocẽ.

C Nam ex intimo cordis affectu suspirium erutum fuisse ostendit.

O' dea.] Aeneæ oratio est, tota Pathetica: id est, affectib. perturbationibusq́ plena: quæ breuẽ laborum, calamitatumq́ illius expositionem cõtinet: omnibus interrogationis partibus respondet quidẽ: sed ordine planè mutato: nã primò respõdet secũdæ, secundò primæ: at in exponendis ærumnarum suarũ procellis, ordinem temporis ita obseruat, ut quod primum gestum est, illud etiam, ex rhetorũ præceptis, primum exponere uideatur. Primum igitur Veneris beneuolentiam sibi cõciliat honorifica, ac planè diuina nominis appellatione: nam adhuc in sententia perstat, eam esse Deam: quam & attentam facit proposita ærumnarum suarum multitudine, atque magnitudine. Si prima repetens ab origine, pergã.] laborum hic perpetuitatem designat ad mouendam cõmiserationem, cùm ait: à prima origine: id est, ab auo: intelligit aũt ærumnas non solùm, quas nauigando, sed etiam quas per decennium illud passus est in bello, & excidio Troiano. Propertius eleg. lib. 3.

" —ab origine dicere prima
" Incipe, suspensis auribus ista bibam.

Et uacet annales nostrorum audire laborũ.] auget commiserationem ex magnitudine calamitatũ suarum: nam per laborum annales, labores magnos intelligit, quasi dignos, qui in annales referantur: in quibus non nisi magnæ res gestæ scribebantur: uolens igitur Aeneas laborum suorum, rerumq́ gestarum magnitudinem ostendere, annalium mentionem fecit: cumq́ solis pontificibus max. cura daretur scribendorum annalium, non perperam Macrob. sensisse uidetur, qui pontificiam dignitatem hîc Aeneæ tribui iudicauit. de Annalib. lege Cic. in 2. de orat. sed & alibi pontifex Aeneas inducitur in 2. hos capè fatorum comites, & in 12 inter fœderis cõuentiones, sacra, Deosq́ dabo. Itaq ipsemet sacra facit & Phœbo, & Neptuno. Sed longum esset si omnia persequi uellem legunt: quæ lectio, si probetur, quæ ad maiores suos pertinent, per occupationem silentio se præteriturum designat: quos qui-

dem nobiles & claros fuisse ex magnitudine rerum ab illis gestarum comprobat: id enim significat annalium mentio. Sanè totum huius orationis principium, si aequè expendatur, ex duobus illis Homeri uersibus ex 7. Odyss. sumptum uidetur:

Ἀργαλέον βασίλεια διηνεκέως ἀγορεῦσαι
κήδε' ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ οὐρανίωνες

Nam quod Homerus διηνεκέως, at: hic noster, prima ab origine: quod ille πολλὰ δόσαν, hic,

—annales nostrorum audire laborum.

Et quod ille ἀργαλέον, hic luculentissimo carmine circumscripsit:

Ante diē clauso cōponet uesper Olympo.

Nos Troia antiqua.] *aucupata sibi Veneris per commiserationem attentione, Aeneas quaesitis incipit respondere, & primum primo:*

Sed uos qui tandem?

Qua quidem interrogatione cùm duo quaesisset Venus, nomen & genus, à genere incipit Aeneas, & cuius, id est, quae patria sit, ostendit, quam etiam ab antiquitate, hoc est, à nobilitate commendat. quod & illi parti respondet.

—quibus aut uenistis ab oris?

Vestras si forte per aures Troiae nomen ijt.] *opportuna, negocioq; apta parenthesis: nam etsi eam credebat esse Deam, non ita tamen apertè illi in opinione standum erat, quin aliquando ei concederet (praesertim ipsa dissimulante) quòd Dea non esset: itaq; quasi cum uirgine Carthaginense loquatur, si fortè, inquit, nomen Troiae audistis aliquando, & numero multitudinis utitur uestras aures, non tuas, perinde ac si diceret, si fortè in his uestris regionibus.* Troiae unquā nomen auditum est, Diuersa per aequora uectos.] *mouet commiserationem ex perpetuitate perpessorū laborum.* Forte sua Libycis tempestas appulit oris.] *auget commiserationem ex his, quae praeter spem contingunt: nam diutius in mari uexati, cùm iā sedes sibi quietas inuenisse putarent, ui tempestatis in Africam deferuntur, atqui aliud significare, aliud dicere uidetur: nam illuc peruenisse molestè quidem fert, sed dissimulat, propter Africanae mulieris praesentiam, quacum loquitur: ideò ait* Forte sua. *quasi diceret, bono auspicio. Sic enim εὐφημικῶς dicere solemus, si quando cum incolis eius loci uerba facimus, quò cum animi nostri molestia peruenimus.* Sū pius Aeneas.] *declarata patria, nomen quoq; suum dicit. cuius uerba, si aequa lance expendantur, singula cōmouendae, augendaeq; commiserationis uim habent: queritur enim non absq; uehementi indignationis affectu se uirum pium, ac de Dijs Penatibus optimè meritum, pessimè tractari, cumq; ob res à se praeclarè gestas nomen suum iam antè longè, lateq; propagauerit, multisq; etiam fortunae bonis ipse abundauerit, nūc amissis nauibus, Libyae deserta peragrat omnib. ignotus, rerumq; etiam omnium egenus. Falsò hercle hic sugillant critici Virgilium, quod Aeneam tanquam temerariū, & gloriosum militem, sua facta praedicantem, induxerint: nam, ut omittā, quod probatiss. Homeri praesertim exemplo id fecerit, Hermogenes, ubi de methodo grauitatis uerba facit, tribus modis fieri posse docet, ut quis citra odiū, atq; inuidiam alterius se ipsum laudet: primùm communione orationis: deinde necessitate: postremò commutatione personae. Isocrates in exordio orationis ad Daemonicum bonorum amicorum mores cum malorum moribus conferens, se ipsum laudat: qua quidem orationis communione uult ex bonis amicis unus uideri. Demosthenes in pulcherrima oratione περὶ τοῦ στεφάνου suam prudentiam in gerenda repub. magnificè extollit, necessitate compulsus: inde suspectus adhuc temeritatis, personae utitur commutatione. Hoc igitur Aeneae meritò concedi potest, qui ad incognitum regionis locum appulsus, inopia, rerumq; penè omnium egestate impulsus suam pietatem, ac generis nobilitatem praedicare, & extollere conatur, ut quam sola obsecratione mouere diffidit, eam suarum uirtutum enumeratione ad misericordiam inclinet.* Raptos qui ex hoste Penates Classe ueho mecum.] *pietatem suam probat ab affectu, quod Deos Penates sua uirtute de hostium manibus liberauit. Est autem κατασκευὴ superioris propositionis:* sum pius Aeneas: *nā se ideo pium nominat, quia Penates ex hostium manibus eripuit. Sed & singula haec uerba magnam ἔμφασιν habent: nam ex hoste rapere, uirtutis est ingenijs: uehere, constantiae: classe, prudentiae militaris. Haec autem omnia ad conciliandam auditricis beneuolentiam faciunt: unde & rectè intuentibus illud colligi potest, quod Cic. in orat. admonuit, animos ijsdem rebus conciliari posse, quibus laudes & uituperationes tractari solent.* Fama super aethera notus.] *Homeri hemistichium est, ex 9. Odyss. sic. n. ait:* B

καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Quin etiam totus iste locus inde sumptus uidetur: nam ibi Vlysses itidem Alcinoo Phaeacum regi suos labores, aerumnasq; commemorat. Italiam quaero patriam.] *ad illud respondet:*

Quoue tenetis iter?

Atq; hic distinguendum esse Seruius interpres admonet: ut tria quaerere uideatur Aeneas. Italiam, Patriam: id est, Corytum, & genus suum. Quidam uerò non exiguae doctrinae, nec infimae celebritatis homines, ita quidē, ut Seruius, distinguendum indicant, sed genus non ad superius uerbum, quaero, *uerùm ad inferiorē uocem,* summo, *quod uerbum itidē esse putāt, referri malunt: ut sit sensus, sumo: id est, tribuo mihi, siue traho genus à Ioue. Nā Dardanus, unde Troiani originem ducunt, Coryti, quod Hetruriae oppidum est, ex Ioue natus est. Doctiores tamen libentius ὑψίστου agnoscunt. quin etiam in Romano codice, Pyerio referente ab Ioue magno, legitur.*

Bis denis Phrygium.] *amplificat à fortuna: ubi cōquestionis affectū mouet per locum communem à commutatione fortunae: nam quibus in commodis olim fuerit, quibusue nunc in incommodis uersetur ostendit: quin etiam numerum nauium ambitiosè extollit, cùm ait:* Bis denis *(nam uersus nihilo secius stetisset, si uiginti dixisset) quod uerò sequitur:* Vix septem conuulsae undis, *κατὰ μείωσιν uehementer extenuat, ac penè pro nihilo ponit, quò maior excitari commiseratio uideatur ex iactura nauium, atq; hominum, quae tempestate perierunt: cuius magnitudinem una uoce declarat, cū ait,* vix. Matre Dea mōstrante uiā.] *ne temerè aut fortè, ut plerique assolent, nauigasse uideatur. Porrò ad historiam allusisse uidetur, quā Seruius interpres ex Varrone refert: ex quo Aeneas Troia egressus fuerat, quotidie ei stellam Veneris apparuisse, donec in agrum Laurentum uenisset.*

Data fata secutus.] *ad refellendā patriae proditionis suspicionē, quòd non sponte, sed Dijs ita uolentibus patria cesserit.* Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro, Europa atq; Asia pulsus.] *affectū commiserationis amplificat à cōmutatione fortunae per αὔξησιν*

& com

A & tum emphasim in alienis regionibus neminem noscere, uel à nemine nosci miserum est, ibidem inopia premi, rerumq; omnium egere, miserius est: at in solitudine errare, ubi nec uictus suppetit, nec quisquam suggerat existit, miserrimum est: postremò etiam addit maximè gradum, quòd est, ut ait Fabius, quodammodo supra summum, se Europa, atq; Asia pulsum: id est, omnium iam hominum auxilio destitutum: nam Troia pulsus Italiam capere non potest, & Libyæ deserta peragrat. Huic affinis est locus apud Eurip. in Hecuba: ubi ipsa suas itidem Agamemnoni ærumnas, atq; infortunia exponit, cùm inquit:

Τύραννος [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

LAMB. Hort. ILLE.] uicissim respondit. O' dea.] Attentio à magnitudine & exaggeratione periculorum, & prolixitate narrationis, si singula explicāda esset. Sic Hom. Od. 12.

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Annales.] Festiua metaphora, rei suas & septem annorum historiam, annales uocat. Sunt autem propriè Annales, libri, qui singulorum annorum res diligenter digestas complectuntur. Quæ res quia peculiariter ad pontifices pertinebat, existimant quidam, Aeneam pontificem ex nomine referendorum laborum à Poëta ostendi.

Ante diem.] Hyperbolica amplificatio laborū suo- B rum Cœlum uesperi claudi, manè rursum aperiri cùm Solis exortu uidetur. Olympus mons ultra nubes prominens, inter Thessaliam & Macedoniam est: cuius uertex quia perpetuo Solis lumine adumbratur, pro cœlo usurpatur: unde nomen habet, quasi ὁλολάμπος, [illegible], uel, ut ait Homeri enarrator, [illegible]. Et Hesych. [illegible].

Nos Troia.] Redit ad id, quod interrogatus fuerat: Quibus aut uenistis ab oris? A patria, quam describit à uetusta nobilitate.

Si uestras.] pro audisti: Periphrasis. Habet & ipsa repetitio parenthesi inclusa emphasim: quasi dicat: si fortè urbis illius nomen audisti, quæ non solùm propter antiquitatem celebris est, uerumetiam ob recentem cladem adeò C nota, ut uix angulus quidam sit, in quem fama eius nō peruenerit. Sum pius.] Quis sit: ad id spectat quod rogarat: Sed uos qui tandem? Estq; prosopographia Aeneæ, à pio, & pietatis existimatione, ac fama. Quā confirmat à rebus præsentibus, ne arroganter eam gloriam usurpare uideatur, cùm addit, se penates secum portare. Infert amplificationē negotij eos raptos à se è medijs ignibus, i. medijs hostibus. Eadem ratione Vlysses Homericus:

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ——

Hoste,] pro hostibus: synecdoche. De penatibus uerò, supra annotauimus. Super æthera.] Hyperbole.

Italiam.] Quoniā tenetis iterum [illegible] Pathos à loco. Triste. extorrem patriam quærere. Propter Dardanum Troianæ gentis satorem, qui inde in Phrygiam profectus, prima urbis fundamenta locarat. Sed de hoc fusior narratio instituetur in tertio.

Italiam.] Etsi de Italia & de Italia diuersis nominibus postea dicturi sumus, illud tamen hoc loco [illegible] annotandum duxi, Italiam dictam esse ab Italo quodam: siue (ut quidam Græcorum arbitrantur) ab uno taurorum Geryonis, qui ab Hercule per eam regionem ex Hispanijs abacti fuerant. Qui à regio in Siciliam tranans, in Eryci campum peruenit, & regnum filij Neptuni fœdè populatus fuit: nam Italum Tyrrheni taurum uocant. Verba Ioannis Tzetzæ asscribam: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Genus.] Descriptio à genere. Fuit autem Dardanus Iouis & Electræ filius: & Aeneas ad postremum Iouis & Veneris. Quæ porrò sequuntur, pathetica planè sunt, & querelarum plena: in quibus cum amplificatione exaggerandis periculis, uarios concitat affectus. Phrygium.] quod cum Hellesponto Phrygiam abluit, per quod uenit in Thraciam. Eclypsis præpositionis Cum: Cum decem naibus solui ex Antandro.

Matre dea.] [illegible]. Eurum] posuit pro quouis uento, speciem pro genere.

Deserta.] Pathos à loco & fortuna: nam cùm Orbis in tres partes scindatur, subdit grauissimum affectum, cùm indicat se Europa & Asia pulsum, ut tertia pars uix sibi pateat. Ex Asia eiectum se fingit, propter fugam post patriæ ruinam: Europa uerò, quòd uiolentia hominis è fatali suo solo, post tot annorum errores excludatur. Asia initiò Lydia dicta fuit, longè ditissima orbis regio: nomen sortita à quadam eius nominis, quæ antiquissimis temporibus orientis imperium tenuit. Europe, ab Europa Agenoris, quam Iupiter raptam in Cretam abduxit, unde in Libyam deportauit. Eo autem appellatur nomine hæc terræ portio, quæ hinc lineā à Gaditano freto per internum mare, deinde Bosphoros ad Tanaim perducta, septentrionali uidè Oceano terminatur: & omnino ambigere uidentur, unde nomen fuit adepta: ab hac ne, quæ in diuersas Orbis partes & terras fuerit auecta, an ab alia. Quidam ita opinantur. Asia & Iapeti fuerunt liberi Prometheus & Epimetheus. Promethei & Hesiones, aut Axiotheæ filius fuit Deucalion. Ab hac Asia, matre Promethei, hanc orbis partem appellatam, author est Lycophron: ut Europam ab Europa, quæ ex Ioue edidit Sarpedonem, Minoa & Rhadamanthum. Nonnulli alij sunt, qui Asiam ab Asio dictam contendant, & Europen à quodam Europe, Himeri eiusdem filio. Andron Halicarnasseus refert, Oceanum duas uxores duxisse, Pampholygen & Parthenopen. Ex Pampholygē aiunt suscepisse eum Asiam & Libyen: ex Parthenope uerò, Europen & Thracen: à quibus hæ regiones nomina sunt consequuta, [illegible] [illegible]. Strabo existimat propriè Asiæ nomine censeri, quantum terræ est intra Taurum & Euxinum Aegeumq; mare: est enim clausa à septentrione Bithynia: à meridie Pamphylia & Lycia: ab ortu Galatia: ab occasu (ut dixi) Aegeo pelago. Verùm hanc Asiam posteri minorem dixerunt: quantum uerò terrarum à Gaditano freto, inter mediterraneum mare & Oceanum septentrionalem usq; ad Tanaim interiacet, Europam appellarunt: ad meridiem Europam atq; Asiam discernmat Nilus.

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Genetrix filium suum ingenti dolore affectum, felici nuncio recreat: nunciat enim illi naues, & socios tempestate receptos ad portum Carthaginis incolumes peruenisse: itaque eum etiam vt Carthaginem petat, hortatur.

—nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
Quisquis es (haud, credo, inuisus cœlestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem)
Perge modò, atque hinc te Reginæ ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios, classemque relatam
Nuncio, & in tutum uersis aquilonibus actam:
Ni frustra augurium uani docuêre parentes.
Aspice bis senos lætanteis agmine cygnos,
Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare uidentur,
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxêre polum, cantusque dedêre:
Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum,
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia uelo.
Perge modò: & quà te ducit uia, dirige gressum.

NASC. Nec plura querentem Passa Venus.] *clemens ac pia mater filium ærumnas suas commemorantem diutiùs audire non potest, ideo illius loquentis sermonem interrumpit.*

Quisquis es.] *quis, qualisue sit Aeneas, Venus se nescire dissimulat: uerùm eùm ipsa, qualis quantusque ille sit, non ignoret: quisquis es, inquit, siue heros, siue uir, siue spōte tua, seu fato nauigas. ut in sexto Aeneid.*

Quisquis es, armatus qui nostra ad limina tendis,
Fare age, quid uenias.

Haud, credo, inuisis cœlestibus auras Vitales carpis.] *parenthesin, quæ lipoten habet, interponit ad animum Aeneæ conciliandum, confirmandumque. His enim uerbis declarat, eum Dijs acceptum, & propterea monuit nihil esse quod timeat. sed ut diuinitatem suam dissimulet, nunc ex opinione fingit se loqui. ideo ait:* Credo: *nunc ex augurali disciplina, quæ facta sunt, scire, & quæ futura sunt prænoscere profitetur, ut paulò inferiùs patebit:*

Aspice bissenos lætanteis agmine cycnos.

Auras Vitales carpis.] *quibus uiuimus: non enim cibo tantùm, sed aëre quoque uiuimus. Aliter hunc sensum elegantissimis itidem uerbis profert inferiùs, hoc modo:*

—si uescitur aura
Aetherea

Tyriam qui adueneris urbē). Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfert.] *quia Aeneas dixerat:*

—Lybiæ deserta peragro.

Ad eius tollendam animi anxietatem (graue enim, ac molestum est homini peregrino in solitudine errare.) urbem propè esse ostendit, urbisque nomen ponit, ac ne fortè credat urbem quoque ipsam desertam esse, dictum est enim:

Nam inculta uidet.

Reginæ mentionem facit: ubi enim regina est, ibi quoque hominum multitudinem esse oportet. Sed quia Aeneas eo consilio locos illos explorabat, ut de socijs amissis aliquid intelligeret, illius animi non ignara Venus, illum felici nuncio recreat, cùm sequitur:

Namque tibi reduces socios, classemque relatā Nuncio, & in tutum uersis aquilonibus actā.] *Quasi dicat, εὐαγγέλια mihi debes: nam socios tuos saluis nauibus, in portum incolumes peruenisse tibi nuncio: & ne fortè id à se ex diuinitate nunciari credat (adhuc enim se hominem esse mentitur) auctoritatem suam augurio confirmat: cuius disciplinæ peritiam profiteri uidetur, cùm subdit:*

Ni frustra augurium uani docuêre parentes.] *nisi inquit, uana sint auguria, & mentiter ea nos docuerint nostri maiores. Porrò hæc sentire uidetur, probanda esse auguria, nō effecta sequentur: sed cùm sub dubitatione loquatur: ex persona Poëtæ intelligi, significarique potest auguria, auguralemque disciplinam uanam ab omnique ueritatis opinione alienam: nam Euripides in Phœnissis stultos augures uocat, cùm ait:*

ὅστις δ᾽ ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ
μάταιος.

B

Itidem Homerus Iliad. 12. sub Hectoris persona auguria contemnit, Deique opt. Max. consilio, qui (ut eius uerbis utar) πᾶσι θνητοῖσι, καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει. id est, immortalibus æquè ac mortalibus imperat, tantummodò parendum monet.

Aspice bis senos.] *rem confirmat à signo, siue monitis teste diuino. Cic. in partition. Orat. rebus fidē fieri docet argumentis, quorum duo sunt genera, ἔντεχνος, ἄτεχνος, ἄτεχνα argumenta: id est, artis experitia, ille remota appellat, ut testimonia: quorum duo genera facit, diuinum, & humanum. Humanum quod spectat ex auctoritate, ex uoluntate, & oratione aut libera, aut expressa, in qua sunt scripta, pacta, promissa, &c. Diuinum, ut oracula, auspicia, uaticinationes: & alia id genus aliqua. Igitur Venus, ad faciendam de sociorum incolumitate fidem Aeneæ, Diuino utitur testimonio ex cycnis lætè uolantibus: hoc est, inter se ludentibus sumpto.*

C

Iouis ales.] *huic est maximè apta loco περίφρασις hæc figura cùm semper orationi poëtarum grauitatem affert, tum hic grauissimam efficit. Seruius interpres per cycnos naues, per aquilam tempestatem intelligendam putat. quid si cycnos nautas Troianos, & aquilam Iouem intelligamus? qui etsi Troianos ipse non sollicitat, sollicitari tamen, & affligi permittit: rectè uerò nautæ cycnis comparantur, quia nautis cycni augurium faciunt.*

Vt reduces illi ludūt.] *augurium interpretatur, & quod proximè obscuriùs dixerat:* Lætanteis agmine cycnos, *uno hoc uerbo, ludunt, dilucidauit.*

Et cœtu cinxêre polum, cantusque dedêre.] *hæc*

A *hæc omnia sunt lætitiæ felicitatisq́ signa, recto ordine, longo'q ambitu uolare, atq canere: nam cygni aliâs etiam præter quàm in morte canunt, sed tamen in morte suauiùs canere dicũtur* Haud aliter.] *comparationi negocium adaptat.* Pubesq́ tuæ, pubesq́ tuorum.] *non est color rhetoricus traductio, ut Landinus ariolatur: nam in ea traductionis specie, quam simili ferè uerborum forma falsò credidit Landinus fieri, non est nisi sensus commutatio obsq literarum commutatione. Vt si dicam. Ad nos ueniam, si mihi senatus dederit ueniam: tale illud est Virgil. in 4. Aeneid.*

Quid struis aut qua spe Libycis teris ocia terris?

Sed hîc literarum fit permutatio p. in b. pupes, pubes: est autem exornatio, quam nostri rhetores annominationem, Græci παρονομασίαν, *Cic.* παράγραμμα *interdum uocat: fit cùm dictio aliqua iteratur permutata litera, aut syllaba, ut amantium, amentium: orator, arator.*

Perge modò.] *Concludit per exhortationem.* Et qua te ducit uia.] *præoccupat* κατὰ πρόληψιν, *ne quærat Aeneas qua uia iter facturus sit.*

LAMB. Hort. MEDIO] *Defectio: interpellauit in medio dolore.*

B Haud credo.] *Beneuolẽtia à persona Aeneæ: qui etsi uideatur calamitosus, ostendit tamen eum diuis & curæ esse, & charum. Periphrasticè docet, quàm diu uiuet, spem melioris fortunæ superesse: quare moderatè dolori indulgendum. Simul respicit ad eius pietatem, cuius ipse modò mentionem fecit: Sum pius Aeneas. tum autem, ut persuasionem illam ex animo eius eximat, cum propter res afflictas superis inuisum esse. Porrò, ut se hominem esse simulare pergat, addit hæsitantis uocẽ,* Credo, Tyriam.] *Præter antonomasiam, Græcorum imitatione, uerbo tribuit casum præpositionis: pro, ad urbem Tyriam: hoc est, Carthaginem: nisi quis malit eclipsim, poëtis familiarem, interpretari.*

Perge.] *Propositio exhortationis, ut rectà Didonis hospitium petat. Synecdoche est in* Limina, *pars pro toto: & antonomasia in* Reginæ, *pro Didonis*

Namq́] *Causa, ab utili: futurum, ut naues cum socijs incolumes sit offensurus in portu Carthaginensi.*

Ni frustrà.] *Vt dictis suis fidẽ & authoritatẽ conciliet, fingit se à parentibus suis augurandi artem edoctam.*

Vanos parentes] *uocat, si malè illam tradiderint.*

C Aspice.] *Cõfirmatio ab augurio præsenti. Apud ueteres tantùm augurijs tributum fuit, ut de ijs disciplinam peculiarem fecerint, redegerint'q in artem: & augurum collegium instituerint. Diuidebant autem Manticen in tria genera,* εἰς οἰωνοσκοπίαν, ἀστροσκοπίαν, καὶ τὴν διὰ τῶν ὀνειράτων μαντείαν. *Quibus additur & ignispicium, cuius inuentor extitit Amphiaraus, ut auspiciorum Tiresias Thebanus. Cæterùm auguriorum ex auibus rationem, de quibus hîc fit mẽtio, inuenit Caras quidam: unde à quibusdam Caria dicuntur.* μαντείαν δὲ διὰ τῶν ὀνειράτων, *referunt ad Amphictyonem. Aruspicium, Delphum quendam inuenisse produnt. In augurijs, aliæ aues inauspicatæ credebantur, aliæ auspicatæ. Inter inauspicatas præcipuæ habebantur, coruus læuus, cornix, bubo: quarum bubo funesta erat in domorum tectis. Numeratur & inter inauspicatas incendiaria, quam nonnulli spinturnicem appellant. Viso bubone, urbs Roma aliquando lustrata est à consulibus. Inter auspicatas præcipuus habebatur noctua uolans,* γλαὺξ ἵπταται. *Gruum in mediterranea, fuga: olorum cantus & uolatus, qui nautis uel hoc nomine gratus est, quòd nunquam merguntur: siue, quòd Iupiter in cygnum uersus, ex Leda Castorem & Pollucem, auspicata nautis signa, procreârit. Iouis alitem periphrasticè aquilam uocat: quam ob id fabulantur sacram Ioui, quòd pugnaturo cum gigantibus fulmina ministrârit: uel quòd ipse aquila pro insigni usus sit: uel quòd sola auium fulmine non percutiatur: uel quòd omnium proximè uolatu ad Iouem accedat, contraq́ Solis radios* ἀσκαρδαμυκτὶ: *hoc est, inconniuenter contendat & obtueatur. Quidam existimant, hanc ipsum esse Ganymedem. Est autem immortale odium aquilæ cum cygnis, & bellũm perpetuum: quare eruditè inde Poëta ducit augurium. In augurijs & numeri ratio habebatur: ut par obsolutus, maximè uerò duodenarius haberetur. Sic Romulus sex uultures, Remus duodecim obseruasse proditur. A' Chaldæis hæc ars ad Græcos profecta est omnium primùm: apud quos inclaruerunt, Mopsus, Calchas, & Amphiaraus A' Græcis ad Hetruscos demigrauit: ac postremò ad Latinum nomen. Apud Romanos longè omnium augurum clarissimus fuit Actius Neuius: à quo auguriorum & auspiciorum superstitio in tantum firmata fuit, tantaq́ authoritas ex discissa cultro tonsoria cote ei habita, ut nihil publicè foris'ue sit actum, nisi consultis auibus: hoc est, auspicato fieret: consilia populi, exercitus uocati, denique quicquid publici negotij inchoandum erat, nisi aues admisissent, illicò dissolueretur. Sed hæc obseruatio apud Aborigines multò antè extiterat. Apud posteros tanta authoritas huic disciplinæ fuit habita, & dignitas, ob eius utilitatem, ut collegium Augurum constituerent. Initio hoc tribus solum auguribus, è tribubus Romanis tribus constitit: postea nouem cùm è plebe, tum è patricijs accessêre. Sed principiò, ut ueneratio maior ei esset, Romulus, ob feliciter captatum à se augurium, in augures ascribi uoluit: exempla credo Ascanij, cui & ipsi auguri suum augurium feliciter cesserat.* Polum] *aërem. Aliqui* πόλος *propriè cæli axis est (suntq́ duo, articus & antarcticus) in quo mundi machina circumagitur. Hesych. ita exponit:* πόλος, οὐρανὸς, κόσμος, καὶ ὁ μεταξὺ λαμβανόμενος τῶν ἀρκτικῶν ... πόλος, καὶ τόπος κορυφῆς ..., ἢ ἄξων. *At Proclo, extremitates axis, poli mundi appellantur,* ἀπὸ τοῦ πολεῖν: *id est, uertendo.*

Cantusq́.] *A' signis lætitiæ, ob conseruatam salutẽ.*

Haud aliter.] *Applicatio earum rerum, quas cum cygnis comparat. Classem & socios Aeneæ cum cygnis componit, quippe lætas: quòd periculis defuncti, iam portum teneant. Cum aquila, Iunonem aut Aeolum infestum Troianis confert, à quo immisso tempestate, à cursu deiecti in Africæ oras fuerant. Illud interim haudquaquam prætereundum est, prouerbiale esse: portum tenere, in portu nauigare, pro, in tuto uersari, & extra periculum positum esse sumptum à nauigantibus.*

Puppesq́.] *Paranomasia. Et puppes, pro nauibus: synecdoche. Pubes pro iuuenibus: metaphora.*

Perge modò.] *Clausula, cõstat exhortationis iteratione, & itineris suscepti approbatione.*

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Venus, quæ hactenus diuinitatem mentita fuerat, nunc abeundo varijs indicijs se Deam esse ostendit. Aeneas verò illam persequens se ab ea relictum fuisse conquentur.

Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosiæq; comæ diuinum uertice odorem
Spirauêre, pedes uestis defluxit ad imos.
Et uera incessu patuit Dea. ille, ubi matrem
Agnouit, tali fugientem est uoce sequutus.
Quid natum toties, crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur, ac ueras audire, & reddere uoces?

NASC. Et auertēs rosea ceruice refulsit.] quemadmodum in hominibus quædam perspiciuntur prudentiæ, atq; imprudentiæ signa, & in humanis negocijs quædam sunt circunstantiæ, atque uestigia, quibus res occultæ indagari possunt, sic in Dijs signa quædam existunt, quibus eorum diuinitas probari solet: quæ quidem signa hic collegisse ferè omnia uidetur Poeta noster, splendorem, odorem, uestis defluxum, incessum: his quatuor indicijs Venus se Deam esse indicium facit, sed splendore imprimis ceruicis pulchritudini iuncto.

Ambrosiæq; comæ.] ambrosia unguentatæ. Homeri est illud α sic enim ait:

» Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
» κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, id est,
» Ambrosiæ fluxêre comæ de uertice regis
» Aeterni.

Diuinum uertice odorem Spirauêre.] nec odor ipse paruam diuinitatis significationem habet. unde Ouid. lib. de Fast. 4.

» Omnia finierat, tenues secesit in auras,
» Mansit odor: posses scire fuisse Deam.

Et Virg. in 5. Aeneid.

» ——diuini signa decoris,
» Ardentesq; notate oculos, qui spiritus illi.

Pedes uestis defluxit ad imos] tertiū est diuinitatis signum: nam quia Poëta dixerat:

» Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes,

Vt uenatrix fuisse uideretur: nunc ipsa, ut appareat esse Dea, uestem ad talos fluere permittit.

Et uera incessu patuit Dea.] postremū hoc est diuinitatis indiciū, incessus: est autem incessus in Dijs sublimis, & elatus gressus, quamobrem paulò pòst Poëta ipse ait:

» Ipsa Paphum sublimis abit.

Ille, ubi matrem agnouit.] agnitione illa, quæ est ex signis, cuius Aristot. etiam meminit in poëtica.

Quid natū toties, crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginibus?] Aeneæ increpatio est in matrem ab iniquo, minimè tamen contumeliosa, sed ex nimio cupientis affectu proueniens primū increpat, id ab ea factum fuisse, quod non oportebat, inde omissum quod fieri oportebat: nam illusus est falsis à matre imaginibus, quod fieri non debebat, & complexus non datus, nec dextra iuncta est dextræ, quod fieri oportebat. Simili quoq; reprehensione utitur Aeneas in Patrem Aeneid. 5.

» Aeneas, quò deinde ruis? quò proripis? inquit,
» Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?

Cur dextræ iūgere dextrā] antiquus salutandi mos fuit dextras iūgere, uti ex Callimacho, & Varrone docet interpres: quo quidem more utūtur quoque hoc tempore primo congressu, qui ab amicis diu abfuerunt.

Ac ueras audire, & reddere uoces?] ultrò citroq; uerba facere.

DIXIT.] Reddidit Homericum illud ἦ, pro ἔφη. &, ὣς φάτο, καὶ ὣς ἔφατ'. quod noster etiam uertit interdum. Sic ait: Auertens.] Pro auersa: generis & temporis heterosis. Dilatat personæ descriptionem à partibus ad totum ab habitu, ab incessu, quibus ceu signis prodit se deam filio. LAMB. Hort.

Rosea ceruice refulsit.] Mirum quàm doctè, quamq; accōmodatè hoc epitheton Veneri attribuit Poëta Rosa ueneri sacra est, tum propter Adonin, tum ob illius suaueolentiam. Libet hoc loco explicare fabulam non iniucundam ex Libanio, qua occasione in huius floris blanditias illa incidit, ijsq; sit delectata. Quo tempore tres deæ ad Paridem iudicem mittebantur: negabant duæ se pastoris iudicium subituras, nisi Venus cestum prius poneret, quem medicamentum & ueneficium appellabant. Et uos (inquit Venus) fucum geritis: tu capite diadema, tu galeam auream. Agitedum, per me illa uobis gerere licebit, dummodo liceat mihi alium ornatū cæsiui uice assumere. Annuerunt illæ. Contendit Venus ad Xanthum amnem, circa quem pratum erat amœnissimum, & perennes fontes ad lauandum apti. Vbi se lauit, quæsiuit sibi ornatum, sensitq; oestro quàm uerè gratum odorem naribus suis adblandiri. Cœpit uiolas legit lilia. pergit paulatim ire longius, ac sequi canum more, odoris naribus magis ac magis ad blandientis uestigias ac tandem in rosas incidit. Harum odore capta, aspernataq; reliquos flores humi abiectos, inde coronam sibi contexit. Atque ita coronata, rursum in Idam contendit. Tantam ibi gratiam is flos Veneri conciliauit, ut in eo certamine facilè palmam obtinuerit. Porrò autem, quo casu idem flos, alioqui albus, purpureus factus sit Aphthonius refert in Progymnasmatis. Venus Adonin adamabat, Mars Venerem: qui Zelotypia ictus, Adonin interficere uolebat, ratus eius mortem finem amori facturam Percusso à Marte, fert auxilium Venus: ac dum accurrit imprudens, in spinas incidit ac pedem sauciat. Et ut honorem aliquem mortuo haberet, rosam prius candidam, sanguine è pede mananti imbuit, infecitq;. Addit Nonnus poëta Græcus, occiso Adonide Martem se in aprum uertisse: quare Venerem perpetuò aprum detestatam fuisse. Theocrit. Idyl. κγ. canit: Adonin non à Marte, sed à sue, seu apro fuisse interfectum. Cæterùm iam inde rosa in Veneris tutela fuisse, & ei dicata, credita est. Significanter itaq; roseam ceruicem dixit, alludens ad floris illius dignitatem. Atq; hæc quidē parerga. Ambrosiæ.] immortales, diuinæ, amabiles, & suaueolentissimæ. Est ambrosia poëtis, diuorum immortaliū cibus, B C

ut nec

A ut nectar, potum: nam utrumque immortale signat. Felicium animorum immortalitas cibus & potus rectè creditur. ἄμβροτον, immortale, ἀπὸ τοῦ βροτός, βροτόν. & φωνὴ τῶν ἄεν. βροσία. καὶ ἀμβροσία, ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ πορεύονται. Sic Homerus ἀμβροσίην νύκτα uocat. ἀμβρόσια, θεῖα, ἀθάνατα. ἄμβροτα νύκτα, θεῖα ὕπνα. ἄμβροτος, ἀθάνατος, θεῖος, ἀθάνατος. & ἀμβρόσιος, θεῖος, ἀθάνατος, ἱλαρός. Spirauêre.] Quod odorem qualemcunque de se fundit, spirare dicitur: ut unguenta, flores, herba, ita coma Veneris spirant odorem: reciprocatio. Defluxit.] Metaphora ab aqua ad uestes. Hinc fluxæ uestes, laxæ & amplæ dicuntur. Coma, Græca uox est κόμη. Quid natum.] Expostulatio de facti iniuria, cum exaggeratione: à relatione mouet affectum, quòd filio non detur agnoscere matrem, quæ mortalem hominem se simulans, filium luserit, & perinde cum eo colloquatur, ut quidem aliena cum alieno, & ignota cum ignoto. Dexteram.] Collusio. Antiqui dextram consecrauerunt non solùm uirtutis, sed etiam fidei symbolo: Per dextram hanc te oro. Sic frons Genio & uerecundiæ: digiti Mineruæ & demonstrationi: aures, memoriæ & iudicio. os, impudentiæ: supercilia, fastui dicata fuerunt. Veras.] ut cum matre dea me colloqui, non cum homine, & ea quidem ignota, existimem.

ARGVMENTVM.

Venus Aeneam & Achatem nebula circumdat, ne ab ullo gradientes cerni possint: ipsa verò sublimi gradu Paphum proficiscitur, vbi magno honore, multisque sacrificijs colitur.

Talibus incusat, gressumque ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere † possit,
Moliriue moram, aut ueniendi poscere causas.
Ipsa † Paphum sublimis abit, sedesque reuisit
Læta suas, ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.

NASC. GRESSVM. que ad mœnia tendit.] pro extendit gressum: nam tendere, simpliciter pergere est. B Cicer. ad Attic. lib. 16. itaque dubito an Venusium tendam. Liuius 4. bell. Punic. Salapiam tendit. Sed & Virgil. Aeneid. 1.

—per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

† al. posset,

† al. Paphon

Sertisque recentibus halant.] Veneris floribus odorē spirantibus: hinc suo nutu interpretes locum illū interpretantur:

Haud equidem tali me dignor honore.

sed quàm longè aberrent à signo, suprà monstratum est.

INCVSAT.] querela prosequitur abeuntē. Hāc differentiam statuunt Grammatici inter accuso & incuso: ut accusare signet, quocunque modo quem apud quemlibet reum ostendere: incusare uerò, alterum querelis persequi. LAMP. Hort.

At Venus obscuro.] Locus est ex Homero sumptus Odyss. ν. ubi Vlysses à Minerua uidē nebula septus, in ædes Alcinoi regis perducitur, uersus Homer. hoc habent:

τὸν δ' ἄρα Φαίηκες ναυσικλυτοὶ οὐκ ἐνόησαν
ἐρχόμενον κατὰ ἄστυ διὰ σφέας. οὐ γὰρ Ἀθήνη
εἴα ἐυπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, ἥ ῥά οἱ ἀχλὺν
θεσπεσίην κατέχευε φίλα φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ.

Obscuro aëre.] Per definitionem nebulā designat: quæ ex terra aquarumque uaporibus densatur in aëre.

Cernere ne quis eos.] Causam facti assignat triplicem: ne quis eos cernere aut cōtingere, aut morandi causae afferre possit. Ipsa Paphum sublimis abit.] Veneris profectionem in Paphum Cypri urbem describit: C & quo incessu graderetur ostendit, cùm ait sublimis, quod est Deorum incessus: hoc est igitur, quod dixerat:

Et uera incessu patuit Dea.

locus est Hom. Odyss. θ.

ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἐς Πάφον.

& Homerica imitatio ex Odyss. η. ubi Minerua Vlyssem edocta Alcinoi regiā, regisque magnificentiam, abijt in Marathona: locus doctis notissimus est. Sedesque reuisit Læta suas.] Cyprum, seu Paphum, quæ in Cypro est, sedes Veneris idcirco appellat, quia (ut inquit Festus) ei primum illic templum structum fuit. Sed reuera ad historiam alludere uidetur: nam dicitur Venus Cypri regina fuisse.

Læta.] Propria Veneris epitheton: unde & ridens dicitur, quia risus lætitiæ signum est. Horat. 1. Carm.

Siue tu mauis Erycina ridens.

Centūque Sabęo Thure calēt arę.] Homeri est, libro proximè adducto Sed hoc differūt, qa Hom. unā duntaxat arā, hic uerò noster centū numerat: sic uerò ait Hom.

—ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυώεις.

At Venus.] Homerus Odyss. η refert, Vlyssem regiam Alcinoi ingressum, & urbem, nebula à Minerua opertum fuisse, ne à quoquam conuitijs incesseretur, aut etiam cognosceretur. Quem locum hic Maro imitatus est, cùm uellet Aeneam suum ita in urbem introducere, ne cuiquam conspicuus foret, idque matris Veneris beneficio:

καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλιν δ' ἴμεν, ἀμφὶ δ' Ἀθήνη
πολλὴν ἠέρα χεῦε, φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ,
μή τις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
κερτομέοι τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη.

Et Odyss. 13. ubi Poëta Vlyssem littus Ithacum ingressum narrat:

—περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διὸς, ὄφρα μιν αὐτὸν
ἄγνωστον τεύξειεν, ἕκαστά τε μυθήσαιτο,
μή μιν πρὶν ἄλοχος γνοίη, ἀστοί τε φίλοι τε,
πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτῖσαι.

Hos locos disertè imitatus & Apollonius libr. 3. Argonauticōn elegantissimis uersibus expressit. Apud hunc Iuno Argonautas nube uestitos in urbem misit, ne à Colchis item uiderentur:

τοῖσι δὲ νισσομένοισιν Ἥρη φίλα μητιόωσα
ἠέρα πουλὺν ἐφῆκε δι' ἄστεος, ὄφρα λάθοιεν
Κόλχων μυρίον ἔθνος ἐς Αἰήταο κιόντες.

Obscuro.] Græcam uocē retinuit, ἀήρ: estque nebulæ periphrasis, quæ planè nihil aliud est, quàm crassus & obscurior aër, ex humoribus & terra euaporationibus densatus: hoc est, ut ait Hesychius, ἀὴρ πεπυκνωμένος: item σκότος, ἀχλύς, ἄθροισμα, νέφος. Plinius existimat, nebulam nec æstate, nec in magno frigore existere: νέφος.

Nebulę.] Expolitio, dilucidius præcedentē orationē

reddit: Venerem eos nebula uestiuisse. Annectit ætiologiam, ne cuiquam essent conspicui: &, ut inquit Apollonius Rhodius, ὄφρα καί τοιν pro quo dixit Homerus: μή τις φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας κερτομέοι. Paphum.] Vrbs Cypri est Paphus, in littore orientali sita, à Cynara Paphi regis Cypriorum condita, uetus Paphus dicta, propter multo recentiorem, proximam mari, cuius Agapenor fuit conditor. Ibi celebre fanum erat, Veneri dedicatum. Accolæ affirmant, eam è proximo mari egressam, & ibi sepultam, ut tradit Mela: unde Paphia appellata fuit: ut à Cypro, Cypria & Cypris. Calent.] Zeugma, amplificatio diuinorum honorum, à numero certo pro incerto.

Sabæo.] Σαβαϊκῷ. Saba oppidum regium est interioris Arabiæ. Constat autem, Arabiam felicem, odorũ & optimi thuris solam esse feracissimam. Quorum causa ex India maximè, totoq; Orbe negotiatores eò conueniunt. Sed Arabicarum gentium ditissimi sunt Sabæi: quare eorum etiam nomen celeberrimum est, & ipsi terræ sua gloria parata. Sunt qui Sabam pagum appellent, unde ipsam regionem thuriferam Sabam cognominatam, Σαβαίων meminit Arrianus ἐν περίπλῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Cùm autem duplex sit Arabia, deserta siue petricosa, & felix, quã Græca uoce εὐδαίμονα uocant: Sabæi siti sunt in ea Arabiæ felicis parte, quæ proxima est ostio. Quare Arabicæ, Aethiopicæ & Indicæ merces, conuentus negotiatorum & emporia augent. Plin. author est lib. 12. cap. 14. ne Arabiam quidem uniuersam thuriferam esse, sed in medio solam Sabam. Ferunt trecentas familias esse, quæ ius per successiones sibi uendicent: & ob id sacras uocari, neq; fœminarum coitu pollui, cùm eas arbores incidant: quamobrem rerum & mercium precia etiam augeri. Halant.] dixit, pro eo quod est, gratissimũ odorem effundũt. A

ARGVMENTVM.

Aeneas & Achates Carthaginem versus iter carpunt: qui cùm collem ascendissent, vnde totus vrbis situs aspici poterat, miratur Aeneas nascentis vrbis magnificentiam, ædificiorumque iam institutorum, præsertim arcis, & murorum formam atque altitudinem: condebatur enim id temporis Carthago: designebantur loca tectorum: id est, domorum, portus effodiebatur, Theatri fundamenta iaciebantur, senatus, alijque ad regendam vrbem magistratus delegebantur. B

NASC.

Corripuêre uiam interea, qua semita monstrat.
Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitumq;, & strata uiarum.
Instant ardentes Tyrij. Pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa.
Pars † optare locum tecto, & concludere sulco.
Iura magistratusq; legunt, sanctumq; senatum.
Hic portus alij effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.

† al. aptare

Corripuêre uiã interea.] Redit ad rem, & Carthaginis situm, nec non totam ipsius urbis ædificationem ob oculos legentium ferè intuendam proponit. Vtitur autem locutione metaphorica, corripuêre uiam: nam qui festinant, uidentur raptim iter legere quod faciunt: utitur & Plinius Epist. 66. Subsistemus (inquit) fortasse & sequenti die: sed tanta celeritate uiam ipsam corripiemus.

Qua semita monstrat.] Quia audierat Aeneas à matre:

» —— & qua te ducit uia, dirige gressum.

Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi Imminet.] Carthaginis situm describit: quam iuxta collem conditam fuisse planum facit: hunc montẽ arbitror fuisse, in quo sepulchra extiterunt clarissimorũ uirorum: ubi & Scipio Africanus, cùm Carthag. obsideret, castra fecit, postea muro munitus triplici fuit. Miratur molem Aeneas.] Homeri est ex 7. Odyss. ita enim Vlysses, cùm ad ædes Alcinoi regis à Minerua duceretur, portus, naues, mœniaq; urbis admirabatur, ut Aeneas hoc in loco molem iam institutæ ciuitatis, portas, uias, uiarũq; strepitum admiratur. Sic autem ait Hom.

» θαύμαζεν δ' Ὀδυσσεὺς λιμένας, καὶ νῆας ἐΐσας,
» αὐτῶν θ' ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρὰ
» ὑψηλὰ, σκολόπεσσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.

Magalia quondam.] quæ ante urbẽ conditã magalia erant, & pastorum tuguria: idq; ad Poëtæ personam referri debet. Strata uiarum.] Figurata locutio: id est, stratas lapidibus uias. Instant ardentes Tyrij.] à communi ad separatam ædificiorum urbis descriptionem transitũ facit: nam quæ cùm ad publicũ, priuatumq; usum, tùm quæ ad urbis tutelã, ac regimen, nec non ad populi commodum, uoluptatemq; pertinent, ordine describit, commendatq; Tyrios, quod non inuiti laborabant, sed ardentes, atque feruidi in opere construendo esse uidebantur. Pars ducere muros.] distributio officiorum, ut:

Pars in frusta secant ueribusq; trementia figunt.

Obseruanda uerò hic est perelegans, & uaria quodammodo uerborum eiusdem ferè sensus uarietas, ducere muros, moliri arcem, subuoluere saxa manibus, optare locum tecto, concludere sulco. Pars optare locum tecto.] si aptare legas, ἁρμόζειν Græcè, nescio quid maioris habet energiæ: non enim satis est eligere locum ædificijs, nisi ad ædificandum fuerit aptus. Locum autẽ significare uidetur, in quo cùm priuata, tum etiam publica, ut templa, theatrum, & alia huiusmodi ædificia futura erant. Et concludere sulco.] non de sulco urbis ædificandæ, mea quidem sententia est intelligendum, licet interpretes id mordicùs defendant: nam arx, & mœnia urbis iam instituta erant, dictum est enim: C

Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros,
Moliriq; arcem, & manibus subuoluere saxa.

Sed de sulco ædium ædificandarum: ducitur enim sulcus ad iacienda ædificiorum fundamenta. Cùm igitur Tyrij feruidi essent in opere moliendo, non solùm eligebant aptabantq; ædificationi futuræ locum, uerùm etiam sulcos ducebant, ut iam ædificandis tectis initium daretur.

Iura magistratusq; legunt.] Hæc in ciuitate præcipua sunt, & præcipuè curanda: nam sublatis magistratibus, ut inquit Cic. nihil est, quare exploratũ cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienũ sit: nihil est quod æquabile inter omnes, atq; unũ omnibus esse possit. Porrò ad

ordinem

A ordinem Rom. reipub. alludere uidetur. Sanctumq; senatum.] qui sanctus: hoc est, omnino incorruptus esse debet. Hic portus alij effodiunt.] solerti distributio: ut in 2. Aeneid.

» *Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles.*

haec autem ad commodum reipub. pertinent. Hic alta theatri.] *prudenter Afri quae salutis, dignitatisq; sunt, primum curant, deinde quae uoluptatis: in theatris tragoediae & comoediae aguntur, uarijq; generis ludi fiunt, quibus oblectari populus solet.* Immanesq; columnas Rupibus excidunt.] *Fortasse ad theatrum alludit, quod Romae M. Scaurus aedilis struxit, opus (ut Plinius ait) maximum omnium, quae unquam fuere humana manu facta: scenam habuit triplicem: cuius ima pars è marmore fuit, media è uitro: columnas mira altitudinis: propterea ait: immanesq; columnas.*

LAMB. Hort. CORRIPVERE.] *Compendiaq; hodoeporiam absoluit, ne ociosus immoraretur. Et abuer de foribus collem editiorem, haud procul ab ipsa urbe situm: ab usu. Quoniam autem excelsus erat, & à reliqua planicie eminentior; ut ad eius propè radicem urbem ponerent: inde omnia aedificia*

B *eius uideri, & oculis praesentibus notari poterant.*

Miratur molem.] *Ad eundem modum Odyss. 7. Vlysses Phaeacum littus ingressus:*

» θαύμαζεν δ' Ὀδυσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἐίσας,
» αὐτῶν θ' ἡρώων ἀγοράς, καὶ τείχεα μακρά,
» ὑψηλά, σκολόπεσσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι: *id est,*
» *Miratur portus, classem & miratur Vlysses,*
» *Concilia ipsa adeò heroum, murosq; sub alta*
» *Sydera subductos, scopulis & moenia celsis*
» *(Mirandum uisu) imposita.——*

Anaphora est in repetitione eiusdem uerbi Miratur.

Molem, magalia.] *Appositio. Magar, lingua Punica domus rustica est, & uilla: ut casas agrestes furnorum similes mapalia uocant. At Festus à magar, magaria dicendum putat.* Instans.] *Prolepsis: occupat enim totum, quod statim in suas partes diducit. Amplificatio à toto ad partes. Circumscribit rempublicam ab omnium partium suarum numeris: à partibus aedificiorum, legum, institutorum, quibus regna & urbes conseruantur. In his autem disertè ordinem seruauit. Primùm designatur aratro locus moenibus & portis: circumscribitur arx: concluditur illa, accingitur fossa: scribuntur leges: legitur magistratus: postremò exornantur urbes diuersis aedificijs, partim ad ornatum, partim ad usum, partim ad delicias paratis.* Tyrij.] *Carthaginenses, antonomasia, Tyriorum coloni. Est autem Tyrus Phoeniciae urbs, ut loco non multùm hinc diuerso à nobis est memoratum, in ora maritima, quondam septingentorum passuum interuallo à littore distans, & insula, antequam ab Alexandro, aggere immisso continenti adiungeretur: uetustissima, id quod uel inde clarè patet, quòd Iramus Tyriorum rex cedrinam abiegnamq; materiam Solomoni in templi excitandi structuram miserit. Condita est ea gens à Phoenicibus, qua terraemotu turbata, relicta patria, primùm Assyrium stagnum, mox littus mari proximum occupauit. Post multos inde annos ab Ascaloniorum rege uariè afflicti, urbem Tyrum condidêre: ante annum (ut quidam tradunt) Troiani excidij. Fuit haec urbs nobilis & purpura, & conchylio, adeò ut nullibi terrarum gratior fuerit apparatus. Quare à regibus sui, & Romanis libertate donati fuerunt. Celebrata ea gens à ueteri maritimae rei studio, id quod tot arguunt eius coloniae: Gades, Vtica, Leptis, & haec de qua nunc agimus Carthago. Porrò Sidon à Tyro ad septentrionem sexcentum stadia, teste Strabone, & eius abbreuiatore, distabat.* Ducere.] *pro ducebant: enallage modi.* Tecto.] *pars pro toto.* Sulco.] *designare sulco domus ambitum. Solent enim sulci duci circum urbem, & domorum regiones, ubi moenia, ubi uiae circumducerentur. Allusit ad Romanorum consuetudinem, apud quos insulae à priuatorum hominum domibus distinguebantur.* Iura magistratusq; legunt.] *Condita urbe, primum est ut constituto magistratu, respub. legibus & politica disciplina ac religione instituatur. Mirum quàm eruditè sanctum uocâris magistratum: quippe incorruptum, inuiolabilem, integrum & augustum: hoc est, maiestate, tum uerò & omni ueneratione plenum.* Columnas.] *decora. per appositionem coniunxit, à materia & usu.* Scaenas.] *hoc loco figuratè ludos dicit, metonymia: Graecè σκηνὴ mutata litera η in diphthongon, scaena, umbraculum, locus unde prodibant histriones in proscaenium: item σκηνή, σκήνωμα, ἀπὸ τῆς σκιᾶς ἢ σκεπάζειν εἶναι: ut σκῆνος, σκήνωμα.*

C

ARGVMENTVM.

Tyriorum sedulitas, industria, celeritasque in aedificanda urbe, apium mellificantium, cibariaque sibi parantium industriae celeritatique comparatur. Aeneas, commendata Tyriorum fortuna, infert se per medios homines nube circumdatus, & à nemine uidetur.

Qualis apes aestate noua per florea rura
Exercet sub † Sole labor, cùm gentis adultos
Educunt foetus: aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt uenientũ, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à praesepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrãtia mella.
O fortunati, quorum iam moenia surgunt,
Aeneas ait: & fastigia suspicit urbis.
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscetq; uiris, neq; cernitur ulli.

NASC. † al. luce

QVALIS apes.] *hoc comparationis genus est, quae Graecis (auctore Rufiniano) ἰσοκῶλον dicitur: & mirè profectò quadrat huic negotio haec apiũ comparatio: nam apes industria, & labore, laborisq; aequitate in opere faciundo, & concordia, caeteris excellunt animantibus: labor Tyriorum in condenda urbe labori apium in conficiendo melle, educandisq; foetibus, custodia littorum expulsione fucorum comparatur.* Aestate noua per florea rura Exercet sub Sole labor, cũ gentis adultos Educũt foetus.] *Laborant apes non omni tempore, sed noua aestate: id est, tempore Veris: neque in omni loco, sed in pratis, uillisq; floridis: neque omni de causa, sed cùm foetus educunt suos, aut mella conficiunt: gentis autem foe-*

 tus.

tus, ad laudem apium dixiſſe uidetur. ita etiam in Georgicorum:

» *——aliæ ſpem gentis adultos*
» *Educunt fœtus.*

quod ex Homeri Iliad. β. ſumptum apparet: unde & ipſe ἔθνεα μελισσάων, id eſt, gentes apum. Sed integrum appoſuimus Homeri uerſum. ſic enim ait:

» ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων
» πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Aut cum liquentia mella Stipant.] *Rectè ſtipant: nam probatur mel, quod durum eſt.* Aut onera accipiunt uenientum.] *Apes & formicæ eadem ui naturæ, iiſdemq; moribus in cogendis cibarijs ducūtur. De apibus Maro, in Georg. de formicis Hor. in ſermonibus: de utriſq; Plinius.* Aut agmine facto.] *More militum præliantium, qui magno impetu in hoſtes feruntur.*

Ignauum fucos pecus.] *Per fucos, homines delitijs, negligentiæ, otioq; dediti deſignantur, ut Heſiodus apud Plat. teſtatur in dialogo decimo de leg. & legumlat. unde hic haud dubiè locus ſumptus eſt. Commendatur ergo maximè Afrorum induſtria, penes quos ne unus quidē eſt, qui in otio uiuat.* O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt.] *Præteriens Æneas Afrorum fœlicitatem cum ingenti affectu admiratur, & cum exclamatione extollit: quibus ſumma ædificandi poteſtas permiſſa eſt: ſe præ illis infelicem innuens, cui reluctante fortuna, urbem condere poſſe non datur. Hunc locum quidam per interruptionem, quam Græci παρασιώπησιν uocant, intelligendum putant: non enim continuauit Æneas, quæ illi animus dictabat. ut alibi:*

» *——requies ea parta laborum.* Item alibi:
» *——quibus eſt fortuna peracta Iam ſua.*

Et faſtigia ſuſpicit urbis.] *Id eſt, arcis: quæ eò altitudinis creuerat, ut iam perfecta, abſolutaq; eſſe uideretur.*

Per medios, miſcetq; uiris.] *Homeri eſt, ut ſuprà oſtendimus, Odyſ. η.*

» τὸν δ' ἄρα φαίηκες ναυσικλυτοὶ οὐκ ἐνόησαν
» ἐρχόμενον κατ' ἄστυ διὰ σφέας.

LAMB. Hort. QVALIS.] *Dilatat narrationem, comparatione ductâ à natura, induſtria & labore indefeſſo apum. Sumpta autem eſt hæc comparatio ex Hom. Iliad. 2.*

» ἠΰτε (inquit) ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων
» πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰὲ νέον ἐρχομενάων.
» βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.
» αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.

Et apud Phocylidē, ubi per collationem formicarum propoſuit, quantū momenti ad uirtutem adferat labor, & parandum uictū, attexit alterā ſtatim comparationē, tractam ab apum induſtria, atq; indole propè humana. Sed utramq; propter carminis facetam dictionem libet aſcribere:

» ——πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.
» μύρμηκες γαίης μυχάτοι προλιπόντες ἰοῦσι,
» ἔρχονται βιότου κεχρημένοι, ἠνίκ' ἄρουραι
» λήια κειράμενοι καρπῶν πλήθουσιν ἁλωάς.
» οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχουσιν,
» ἢ κριθῆς, αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα δεύτερα.
» ἐκ θέρεος περὶ χεῖμα βορῆς σφετέρης ἀνάγοντες,
» ἄτρυτοι, φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.
» κάμνει δ' ἠεροφοῖτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα,
» ἢ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν ἢ δονάκεσσιν,
» ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων
» σμήνεσι μυριότρητα κατ' ἄγγεα κηροδομοῦσα.

Non potuit Pœnos luculentius, quàm cum apum ſodalitate comparare: quarum labor & uita nihil aliud eſt, quàm exemplar Reipub. optimè legibus & ciuili diſciplina inſtitutæ. Habent regem, cuius ductum & auſpicia ſequuntur: partiuntur inter ſe labores & operas in mellificatione: nulli licet eſſe ocioſæ. In ignauos facto impetu concordes animaduertunt. Tradunt regem nullum habere aculeum: aut certè ſi habeat, non uti. In omnibus, eius imperio parent: ac cùm prodit, circumfuſus examine plebeiorum non poteſt uideri. Quando populus labori incumbit, ſolus pro regia maieſtate ab operibus immunis. diligenter ſingulorum labores circumluſtrat & explorat; hortanti caſtigantiq; ſimilis. Et quo auguſtior eius ſit maieſtas, habet circum ſe quaſi ad corporis ſui cuſtodiam, ſatellites. Cùm prodibit in publicum, aliquot diebus antè magnus intus bombus, murmurq; magnum & ſtrepitus auditur, quaſi apparantium ſe ad tempeſtiuum aliquem diem. Eo euolante, certatim quæque cupit illi eſſe proxima. Feſſum ſubleuant humeris, & laſſum uolare portant. Vbicunque ille ſedem ponit, ibi reliqua caſtra ſua faciunt. In bello, rege capto, totum agmen in hoſtium poteſtatem uenit: amiſſo uerò, dilabitur palantium ſimile copiarum, deficiuntq; ad alios: nam ſine duce eſſe nequeunt. Plures quàm unum non patiuntur. Quare mutuæ aut deficiunt, aut domos eorum demoliuntur. Quis non uidet harum inſtitutum planè eſſe diſciplinam politicam, aut regni potiùs ſimilem principatum? Quamobrem docti homines, eius inſecti admirabilem ac propè humanam indolem admirati, iuſta uolumina certatim de eo conſcripsêre. Scripſerunt autem de apibus, præter eos qui interciderunt, apud Latinos Virgilius, qui librum quartum Georgicôn peculiariter apibus dedicauit: Plinius. M. Varro, Columella. Celebrarunt apes quoque, quorum opera uetuſtate perierunt, Hyginus & Celſus: & inter Græcos præcipuè Ariſtoteles, libro 8. capite 22. & libro nono, capite 40. Gentis.] *Eleganti metaphora, honoris cauſa apum genus imitatione Homerica gentem uocat, ὡς πολιτικώτατον, ὡς ἄρχειν πῶς τὸ τῶν ἀνθρώπων ἔθνος τὸ γένος πολιτικώτατον. Conduntur hyeme, latentq; ultrà exortum Vergiliarum: nec cunctantur ante florentes fabas, ad labores: nec perit inde ſine fructu dies, ac cum media æſtate fœtui & ſoboli propagandæ operam dant: ſed priùs conſtructis fauis, factiſq; cellis domorum tectæ: ac tum demum mellificant, & ex florum ſucco ceram conficiunt, & cubilia.* Nectar.] *Per auxeſim mel dicit. Alioqui poëtis deorum potus eſt, ut τὸ νέκταρ. Graphicè per hypotypoſin, ſtudium conatumq; huius inſecti ſubijcit.* Fucos.] *Teſte Plinio & Ariſtotele, fuci apes ſunt imperfectæ, ſine aculeo quidem. at ipſis apibus maiores: fœtus ſerotinus, & quaſi ſeruitia reliquarum. Quare illarum etiam imperio parêre coguntur, & primi uapulant. Si uberior mellis prouentus oſtendatur, traduntur illis cellæ. Sed hoc unum mirum, quòd inchoantur ab emeritis. Qui ſi tardiuſculi ſunt ad opus faciendum, aluearijs expelluntur, & puniuntur inclementer. Addunt illud quoque, ubi mella cœperint matureſcere, multæ ſingulos aggreſſæ, non modò exturbant, uerùm etiam trucidant. Hi uerò regem non habent, & fures quaſi inter apes ſunt, aliæ grandioribus & nigris: unde & nomen ipſis datum, quaſi furtim mella ſubtrahant. κηφῆνας quidam exponunt τὰς ἄῤῥενας τῶν μελισσῶν, τὰς ἀμελεῖς. & κηφὴν, μῦα ἄκεντρος, ἀργὸς, ἀδηφάγος.*

A γεράνα. Cæterùm fucus alioqui herba est tingendis lanis utilis. φῦκ☉, accipitur pro colore: & fucare, colorare. Fucum facere, prouerbiali schemate, artificiosa dissimulatione deludere. Præsepia.] Hic cellas uocat metaphoricè: quæ ab alijs eadem figura cubilia dicuntur. Constat thymo delectari apes, ut idem Poëta testatur in quarto Georgic.

» Prima fauis ponunt fundamina: deinde tenaceis
» Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
» Educunt fœtus: aliæ purissima mella
» Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.

» Et in Bucol. Dum thymo pascentur apes——,

Sed de apibus, & earum Repub. apud alios copiosiùs est uidere. Describit apum collationem à sedulitate, labore circa educationem sobolis, & mellationem æstiuis horis. Diximus, thymo apes apprimè delectari. Duo maximè eius genera tradunt: album & nigrum: hinc Bithynum mel, ex utroque genere confectum: Thymites uinum, ex thymo factum. Vsurpatur utroque genere, masculino & neutro, thymus & thymum. Fragrantia.] suauem odorem spirans. O fortunati.] Exclamatio in Carthaginensium magnam fœlicitatem: quibus adeò eam non inuidet quidem, ut etiam gratuletur. Non poterat non exclamare uir pius, cum ostenso aliorum successu, qui simili propè casu extorres patria, in alienas terras delati fuerant, miserabilem suam fortunam, præsentem iactationem, & finem dubium recordaretur, & exitum incertum. Exclamatio pathetica est, à fœlicitate aliena ad suam fortunam. Suspicit.] Pathos à gestu. Porrò, mœnia suspicit eadem ratione accipiendum est, ut infert.

ARGVMENTVM.

Templum describitur, quod in media vrbe Iunoni condiderat Dido: quo in loco antea fuerat lucus vmbra
B lætissimus, cuius quidem templi dum fundamenta iaceratur, caput equi inuentum est, quod vrbem illā bello præclaram fore portenderat.

Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra,
Quò primùm iactati undis & turbine Pœni
Effodêre loco signum: quod regia Iuno
Monstrarat caput acris equi: † sic nam fore bello
Egregiam, & facilem uictu per secula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine diuæ.
† Aerea cui gradibus surgebāt limina, † nexæq;
Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

NASC. LVCVS in urbe fuit media.] Rarò fit mentio luci, quin etiā religionis, ideo sequitur templi descriptio, ad quam sibi uiam præmunit per loci, atque monstri descriptionem.

† al. signum
† al. Aenea
† al. nexæque

Lætissimus umbra.] Propria est, & peculiaris luci commendatio. Iactati undis, & turbine Pœni.] Longa nauigatione, magnisq; procellis defessi. Signum.] Monstrū, ut proximè ostendit. Quod regia Iuno Monstrārat.] Vt quæ urbem illā tuendam, totoqúe pectore fouendam statuerat: nam dictum fuit:

» ——hoc regnum Dea gentibus esse
» Si qua fata sinant, iam tum tenditq́, fouetq́.

Monstrarat autem, non monstro dederat, ut interpretes, sed simpliciter accipe, pro docuerat. Cicer. ad Tyron. Tu istic si quid librarij mea manu non intelligent, monstra-
C bis. Caput acris equi.] Interpretatio est superioris uerbi, signum: hoc illud igitur signum fuit, caput equi: & uidetur Poëta ad uetus Carthaginis nomen alludere: quod ex hoc eodem monstro emanauit: nam caccaben: id est, κακκάβην, quandoque dicta fuit: quod illorum lingua (ut auctor est Eustathius in Dionysium de situ orbis) equinum indicat caput: uerba ipsius Eustathij Græca, apponenda duximus, ea sunt eiusmodi: [illegible] Sic nam fore bello Egregiam, & facilem uictu per secula gentem.] Quidnam ostentum illud portenderet, planum facit: Carthaginem uidelicet bello præclaram fore. Sed cùm ait, facilem uictu, ad alterum prodigium alludit, quod initio inuentum fuisse Iustinus memorat. nam principiò cùm urbis fundamenta iacerentur, caput bubulum repertum est: quod auspicium fructuosæ quidem terræ, sed laboriosæ, perpetuóq; seruæ urbis fuit, propter quod in alium locum urbe translata est, in cuius fundamētis equino capite inuento, bellicosum, potentemq; populum fore indicatum est. Hic templum Iunoni ingens.] cùm omnia, quæ urbi atque Reipub. optimè institutæ conueniunt, sigillatim scribendo complexus fuisset, nulla ratione omittenda fuerat templi descriptio, ne Tyri religionis minus studiosi, quàm rebus humanis intenti fuisse uiderentur. Varijs igitur circumstantijs huius templi descriptionem exaggerat à magnitudine, à diuinitate, ab opulentia munerum à structuræ artificio, & à materia. Ingens.] quantitatem templi designat. Donis opulentum.] Sequuntur qualitates templi uariæ, & hæc prima est: opulentia munerum, quæ illic offerebantur. Et numine diuæ.] Hæc causa est, cur muneribus opulentum esset, quia ibi suo numine Iuno aderat, & oracula promebantur. Aenea cui gradibus surgebant limina.] à structura, & à materia commendat. Olim templis ferè omnibus ante ianuas scalæ fuerunt ex multis gradibus, sicuti hodie ex eorum uestigijs intueri licet. Foribus cardo stridebat ahenis.] Commendationem amplificat ex materia: quia nullum nibi erat ex ferro instrumentū, sed ex ære: & fortasse alludit ad priscorum decretum: quo, post proditum à Tarpeia Capitolium, cautum fuit, ut cardines portarum ex ære fierent: ut cùm aperirentur, striderent.

LVCVS in urbe.] Amplificatio narrationis à το ὑποθέσει, quæ occasio est non solùm ad spem melioris fortunæ, sed etiam ad congressum cum Didone. Describit autem lucum ab amœnitate, & situ: omine item memorabili, ibi oblato. Lucus, locus arboribus consitus, sed qui propter religionem aliquam cæduus non sit, τέμεν☉. Græci exponunt [illegible] Quoniam autem opacus est, & sine luce, [illegible] L. AMB: Hort:

lucum dictum existimant. Alij à crebris luminibus, quòd in sacris quibusdam nocturnis, funalibus & tædis illic uterentur. Causam ibi templi conditi tradit, omen eo loco oblatum: idq; nutu & uoluntate Iunonis. Iactatos undis.] uocat, longa nauigatione in mari periclitatos.

Signum effossum.] quod Iuno Pœnis mõstrarat, erat caput equinum. Etenim principiò statim, quàm fodere occepissent, bubulum caput oblatum ferũt: quod quidẽ omen, ob naturam animantis ad laborem nati, cùm displicuisset, augurum monitu in proximo iterum terram moliri cœperunt: ubi equinum caput repertum, omnium animos ad certam spem erexit, fore urbem bello & uictorijs nobilem. Sic nam.] Interpretatio ominis: id est, reperti capitis equini. Victu.] Ad uincendum, significatio actiuo. Templum.] A' templi descriptione, cuius causa topothesiam luci præmisit. Hoc disertè depingit à magnitudine, numine tutelari, opulentia. Inde transit ad diductionem totius in partes, quas à materia & splendore circumscribit. Iunoni.] A' religione magnæ Iunonis. Donis.] Ab opulentia & anathematis. Quoniam autem in templi, cultus & religionis, qua Iuno in eo loco colebatur, descriptione uersamur, illud ceu πάρεργον adijciendum duxi: Saturnum apud Carthaginenses postea, authore Pescennio Festo, coli cœptum, & quidem hostijs humanis. Hi cùm uicti essent ab Agathocle Siculorum tyranno, rati deum sibi iratum, ob parum ritè hostias immolatas & peracta sacra, ducentos nobilium pueros dæmoni mactarunt. Aerea.] Diducit totum templum in suas partes: quas à materia, & eius præstantia describit. Habet uerificam Venerem Anaphora. Nexæq;.] Hypermetrum. Luco.] Transitio, à descriptione ad causam. Illud obiter adijciendum est, Lucos sacros semper alicui diuo fuisse, uel mortuorum cineribus consecratos. Ideo aut circa delubra deorum, aut sepulchra, aut cenotaphia poni tantùm consueuére. A

ARGVMENTVM.

Aeneas in templo Iunonis pugnas Troianorum cum Græcis depictas inspiciens, animum recipit, confidit, & optimè sperat. B

† Hic primum in luco noua res oblata, timorem
Leniit: hic primum Aeneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens, dum quæ fortuna sit urbi,
Artificumq; manus inter se, operumq; † labores
Miratur, uidet Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq; iam fama totum uulgata per orbem,
Atridas, Priamumq;, & sæuũ ambobus Achillem.

NASC. † al. Hoc † al. laborẽ

Noua res oblata.] Admirabilis. Cic. ad Treb. fam. & nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam nouis rebus: id est, admirabilibus: imò ista duo quandoque iungit Cicero nouum, & admirabile 2. de leg. Agr. iidem nouum hospitem Poëta pro admirabili posuit:

» Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Timorem Leniit.] Quo erat affectus propter incognita sibi loca, unde aliquid sibi euenturum mali putabat. Hic primum Aeneas sperare salutem Ausus, & afflictis melius confidere rebus.] Exornat locũ antithesi: nam timor, & spes ἀντίθετα sunt: & quia spes audaciam, confidentiamq; parit (ut Aristot. in secundo de arte Rhet. auctor est) usus est Poëta his uocibus, ausus, cõfidere. & quia spes (ut ille inquit) proficiscitur ex cogitatione, imaginationeq; salutarium rerum, quas homines breui se consequuturos existimant, aut formidolosarum, quas procul à se remotas esse arbitrantur, hæc duo posuit. Sperare salutem, & afflictis cõfidere rebus.

Namq; sub ingenti.] Spei causam describit. Lustrat.] Circumeundo oculis intuetur: ideo & oculis lustrare dicimus. Liuius 1. ab Vrb. Hercules ad primam auroram excitus, cùm gregem perlustrasset oculis, &c. Reginam opperiens.] Ne manibus picturæ figuris detineri uideatur. Miratur.] Ex hac Aeneæ admiratione occulta elicitur fortunæ urbis, templi artificiũ, & picturæ commendatio: quia in illis rebus erat, quod admirationem afferret, in templo pictura, in pictura uenustas, & elegantia, in pictoribus ars, & ingenij subtilitas, in urbe mira ferè felicitas, quæ ex his quæ in ea fiunt, exercenturq; opera, facilè cognoscitur. Plinius libro nat. histor. trigesimoquinto, capite tertio, Troianorum temporibus picturam non fuisse scribit: quod si ita est, Poëta peccatum est, an uerò ex illis, uò quæ per se sunt, sed quæ κατὰ συμβεβηκός: id est, secundùm accidens, de quibus Aristoteles in Poëticis meminit an secundum neutrum uiderint alij: ego tamen dicam quid sentio: si auctoritate nitendum est, non minorem esse Maronis, quàm Plinij auctoritatem: sin autem Plinius uera scripserit, id κατὰ πρόληψιν à Poëta factum fuisse, ut pictores templum Iunonis figuris ornarent, cùm pictura adhuc in usu non esset. Non enim tam exiguo temporis interuallo à Troia capta ad Carthaginis ædificationem pictura eò excellentiæ peruenisse poterat, ut hominibus admirationem afferret. Videt Iliacas.] Hinc omne doloris lenimen, hinc omnes spes futuri commodi pendet. C Bellaq;.] ταυτολογία ad amplificationem laudis Troianorum. Et sæuum ambobus Achillem.] Aut ambobus hic pro utrisq; positum est, ut sentit Arusianus, uel, Donato auctore, comparationis est species: ut sit sensus, seuiorem fuisse Achillem Agamemnone & Menelao.

LAMB. Hort.

Hic primum.] Expolitiones sunt, ad attentionem paratæ, à rei ipsius oblatæ miraculo: quod Poëta partim ad delectandum, partim etiam ad exornandam amplificandamq; narrationem tempestiuiter inseruit: ut uerisimilius sit, Didonem obuia humanitate lætam, Troianos hospitio excepisse. Est enim magis consentaneum, fama propter uirtutem & animorum præstantiam gloriamque militarem notos, in regnum atque urbem summa cum beneuolentia non tantùm recepisse, uerumetiam tractasse quàm si obscuros, nulla re memorabili de nomine cognitos, hospitio pari benignitate associasset. Neque uerò decorum hac in parte alioqui seruasset Poëta.

Namq;.]

A Namq.] *Causam moræ explicat, quare cunctatus fuerit in templo. Operiebatur Didonem. Illustrat autem narrationem ab ornatu & pictura rerum gestarum, qua parietes & columnæ exornantur. Hac potissimùm delectantur uiri fortes & militares. Deorum itaque hac in parte quoque seruauit, præter aliam memoratam causam.* Videt.] *Proponit in uniuersum picturæ genus, & historiam in parietibus depictam, quam statim singulatim narrando dilatat.* Iliacas.] *Troianas.* Atridas.] *Agamemnonem & Menelaum: antonomasia. Fuerunt autem hi, secundùm Homerum, Atrei & Aeropes filij: Hesiodus uerò, Plisthenis eos fuisse, author est. Hi cum numerosa classe ad Troiam uenêre, iniuriam à Paride acceptam ulturi. Capta urbe post decennalem obsidionem, Agamemnon domum reuersus, ab uxore & Aegistho adultero interfectus fuit. Fuit autem Aegisthus Thyestæ filius, qui id temporis, quo ad Troiam ille aberat, absentis uxorem habebat. Tragici dicunt, Clytemnestram, ueste suprà consuta eum indutum, inuolutumq; securi percussisse. Filium habuit Oresten: filias quatuor, Laodicen, Chrysothemin, Iphigeniam, & Electram.* Sæuum.] *Enallage gradus, positiuum pro comparatiuo: sæuiorem ambobus Atridis, Agamemnone & Menelao fortiorem, magisq; strenuum. Celebratur omniũ Græcorum, qui ad Troiam in armis tum erant, longè fortissimus Achilles.*

ARGVMENTVM.

Aeneas patriæ, ciuiumq; suorum labores contemplatus in pictura, lacrymas quidẽ effundit, sed tamẽ adest animo, & socium Achatem ad spem erigit, & ad deponendum timorem hortatur.

NASC.

Cõstitit, & lacrymãs: quis iã locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi:
Sunt lacrymæ rerum, & mentẽ mortalia tangunt.
Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutẽ.

Constitit.] *Præ admiratione.* Et B lacrymans.] *Præ dolore. ideo subdit:* Quis iam locus, inquit, Achate, Quę regio in terris nostri nõ plena laboris?] *Mouet cõmiserationis affectũ ex ingenti suorũ pernicie: & sanè non poterat, non uehementer cõmoueri, cùm tam belli suorum stragem penicillo expressam uideret, ut Græcos iterum Troiam deuastantes suis propè oculis cernere uideretur. Huic persimilem conquestionis locum non inuenustè tractauit Horat. lib. Carm. 2.*

» *Quis non Latino sanguine pinguior*
» *Campus sepulchris impia prælia*
» *Testatur, auditumq; Medis*
» *Hesperiæ sonitum ruinæ?*
» *Qui gurges, aut quæ flumina lugubris*
» *Ignara belli? quod mare Daunię*
» *Non decolorauêre cædes?*
» *Quæ caret ora cruore nostro?*

En Priamus.] *Δεικτικῶς Priamum ostendendo, picturæ quoque excellentiam occultè indicat: per quam non* C *solùm imago Priami, sed penè ipse ostenditur Priamus: unde colligitur, quod Aristoteles in poetica docuit, picturam esse imitationem: nam pictor lineis, & coloribus mutum hominis simulachrum ueritate ita repræsentata, affingit, ut cuius sit hominis imitatio, planè perspici possit: existimat Tiberius Donatus, En, non tàm demonstrantis esse, quàm dolentis. quasi dixerit: Ecce ad quid redactus est Priamus: in cuius calamitate, & miserijs, tanquam in fabulis se uulgus oblectat. hæc species agnitionis est, quæ ex signis fieri uidetur. quanquàm communis Troianorum calamitas, quam Aeneas agnoscit in pictura, eam agnitionis speciem habere uidetur, quæ per memoriam: id est, (ut inquit Aristoteles in poet.) διὰ μνήμης fieri dicitur: nam Aeneas picturam contemplatus Troianarum ærumnarum recordatur. huius generis Aristoteles exemplum affert ex Dicæogene in Cyprijs extat & alterum apud Homerum Odyss. θ. ubi cantor præclarorum Græcorum facta ad citharam canit. Ob quorũ memoriam Vlysses lacrymas continere non potest.* Sunt hic etiam sua præmia laudi.] *Duo signat in Tyrijs, studium uirtutis, & pietatis affectum: hi enim, inquit, & egregia hominum facta laudibus illustrant, præmioque afficiunt, & humanas calamitates, humanosque casus misereri uidentur: ergo amouendus est metus. Aristippus Socraticus cùm facto naufragio in Rhodiensium litus eiectus fuisset, ibique figuras Geometricas descriptas animaduertisset, exclamasse ad comites suos dicitur: Viri adeste animo, ac optimè sperate: nam hic hominum uestigia adesse uideo.* Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.] *Solamẽ miserorum est mœror commiserantium.* Feret hæc aliquam tibi fama salutem.] *Coniectura à signo: nam signa uides humanitatis, ac pietatis, ideo humanos, piosq; Afros esse indicat.*

Constitit.] *Hypotyposis. re noua, adeoq; inexpectata gradum reprimentis, ut rem propiùs penitùsq; cõtempletur.* Lacrymans.] *Pathos recordatione pristinæ suæ fortunæ, Priami & aliorum, non poterat non lacrymas fundere. Et ut affectus augeat, per prosopopœiam illi patheticam affingit orationem, ad Achaten.* LAMB. Hort.

Quæ regio.] *Affectus à loco: ne angulus quidem est toto orbe, in quem nomen belli Troiani nõ penetrauit.* Laborem,] *hic notat, calamitatẽ belli & excidij, etẽ prælia & pugnas.* En Priamus.] *Patheticè atque emphaticè, monstrantis picturam Priami redimentis ab Achille filij sui corpus: aut sedentis in manibus, ac pugnam spectantis: aut adeò ad aram Iouis Hercei cæsi. Singulis fermè colis inest affectus. Etiam barbari nostra miseria plusquàm Tragica, ad commiserationem mouentur. His signis ratiocinatur apud animum suum, præsentem salutem adesse: qui in gerendis rebus ipse pars magna fuisset. Quoniam autem recordatione pristinæ & præsentis fortunæ, & multorum malorum ex aspectu oboritur & recrudescit animi dolor, breuem doctè Aeneæ accommodauit orationem.*

A

ARGVMENTVM.

Flens picturam contemplatur Aeneas, non absq; voluptate: nam hinc Græcos ab Hectore, illinc Troianos ab Achille fugatos, haud procul inde Rhessum à Diomede necatum, illiusq; equos in Græcorũ castra deductos videt: ex altera verò parte Troilum adolescentem cum Achille congressum, ab eo interfectum, & curru tractum conspicatur.

Sic ait, atq; animum pictura pascit inani,
Multa gemẽs, largoq; humectat flumine uultum.
Namq; uidebat, uti bellantes Pergama circum
Hàc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hàc Phryges: instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria uelis
Agnoscit lacrymans, primo quæ prodita somno,
†Tydides multa uastabat cæde cruentus,
Ardentesq; auertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atq; impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani,
Lora tenens tamẽ. Huic ceruixq; comæq; trahũtur
Per terram, & uersa puluis inscribitur hasta.

†al. Tiodes

NASC. ATQVE animũ pictura pascit inani, Multa gemẽs.] *Pascere animũ, et gemere mutuo repugnare uidetur, at tamẽ Aeneas suorum Troianorũ ærũnas cõtẽplatur in pictura, lætatur, & gemit. nam (Aristotele auctore in primo de arte Rhet. unde proculdubio hic sumptus est locus) in luctu & lacrymis quadã inest etiã uoluptas.*

Verba Aristotelis apponam, ut locus facilius intelligatur: & in ipso luctu (inquit) ac lacrymis inest quidam sensus uoluptatis: nam mœror in eo est, quod non adest, uoluptas in eo, quod nihilominus flendo meminimus, & quasi intuemur eum, qui abest, & res, quas gessit, & qualis, quantusq; dum uixit fuit. hinc illud Hom.

" *ὣς φάτο· τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.* Id est,
" *Sic ait, & flendi dulcedine perculit omnes.*

Sed hac de re disputat etiam Cic. in fam. ad Lucceiũ. Largoq; humectat flumine uultũ.] *Grammatici hic omnes ταπείνωσιν agnoscunt: quæ rei humilitatem uerbi magnitudine extollit. sed more suo Poëta granditatem illam uocis, flumine, alterius uocis paruitate temperauit, cùm dixit, humectat. huic contraria est ταπείνωσις illa ex primo Aeneid. modò sit ταπείνωσις:*

" *Apparent rari nantes in gurgite uasto:*

quæ rem magnam humili explicat uoce: non desunt tamen, qui hic magis ὑπερβολὴν approbent. Idipsum quoque expressit Homer. Iliad. B. de Thersite agens, absque illa tamen figura:

" *——θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.* Id est,
" *Copiosa ei excidit lacryma.*

Nãq; uidebat, uti] *τὸ αἴτιον est lacrymarum, & delectationis.* Hàc fugerẽt Graij.] *Impetũ scilicet Hectoris: nam alludit ad illud Homeri, quod Græci omnes ab Hectore, omnes Troiani ab Achille fugabãtur: quamobrem per distributionem sequitur, & cũ emphasi in Troianos.* Hàc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.] *Pugnabãt antiqui in curru, ut apud Homer. uidere est, qui Virg. imitatur, & in diuinis historijs huius rei crebra fit mentio.* Cristatus.] *ut hostibus terrorem incuteret maiorem: nam in cristis Achillis nescio quid terribile fuit. Hom.* Nec procul hinc Rhesi.] *Rex Thraciæ fuit Rhesus, qui in auxiliũ Troianorum anno decimo uenerat: hic insidijs circũuentus à Diomede & Vlysse, qua nocte uenerat, occiditur. Homer. in Iliade, & Eurip. in Tragœdia eius nominis.* Primo quę prodita somno.] *πάθος à tempore.* Multa uastabat cæde.] *Thracum scilicet unde mouet commiserationem ex ingenti, quæ facta est, strage, id quod uox indicat illa, uastabat. adeat Hom. Il. κ.*

Ardentesq; auertit equos.] *Ecquæ modo: id est, alacres fuisse scribit Eurip. in Rheso. noster uerò cùm ait ardẽtes, nõ colorẽ tãtùm, sed etiã naturã equorũ illorum designare uidetur, quos feroces, & ueloces fuisse ostẽdit.*

Priusquàm Pabula gustassent Troiæ Xanthũq; bibissent.] B *Renouat, imò auget πάθος à tẽpore: quod qui Troiæ suppetias laturi uenerant, tã citò ablati sunt, ut ne cibum quidem, aut potũ Troiæ gustare potuerint. Xanthus enim (ut alibi docuimus) Troiæ fluuius est.* Parte alia fugiens.] *cur fugiens? suggerit ipse rationem.* Amissis armis.] *quæ pugnando amiserat: sed cur amiserat? id quoq; Poëta ostendit quia,* Infelix puer.] *egregiè sanè Poëta puerum arma amittentem facit, quæ plerumq; propter ætatis imbecillitatem sustinere pugnando non potest. Est igitur duplici ratione infelix, & quia arma, quibus se tuebatur, amisit, & quia puer cum uiro fortissimo congredi ausus est: locus commiserationis ex infelici, & aduersa fortunæ cõditione.* Atq; impar cõgressus Achilli.] *auget commiserationem ex impari conditione pueri, & Achillem occultè deturpat, quòd uiri fortis decorum non seruauerit: qui suæ dignitatis nulla habita ratione, uir armatus puerum inermem occiderit.*

Lora tenens tamen.] *ἀμφιβολογία per collocutionẽ, sic eam appellat Quintilianus: nam utrũ quod tenet lora, an quamuis teneat lora, tamen trahatur, quæri potest.* C

Huic ceruix, comæq; trahũtur Per terrã.] *πάθος à genere necis, & à modo necãdi.* Et uersa puluis inscribitur hasta.] *inscribitur, Seruius laceratur exposuit: cui omnes interpretes assentiunt, præsertim quia Plauti auctoritate suam fulcire sententiam conatur:*

" *Corpus tuum uirgis ulmeis inscribam.*

ego uerò inscribitur, scalpitur, siue sulcatur interpretor: & ex antiquo more tractum arbitror: nam ueteres ferreo stylo ceratas tabulas elementorum notis sulcabant.

LAMB. Hort. SIC ait.] *Transit ad singulorum exemplorum enumerationem, quæ uario habitu picturæ expressa erant. Quid aliud est pictura, quàm rerum & personarum umbra quædam, ad uiua exempla, delineata? quæ perinde mens atq; oculi pascuntur, ut corpus alimentis. Quamobrem picturam inanem appellat quasi ad uiuũ rerum gestarum simulachrum expressam.* Multa.] *pro multum: nomen pro aduerbio: neque uerò dum recedit ab affectibus, dum gestum & habitum lacrymantis identidem reperit* Hàc fugerent.] *Hoc est, spectabat Græcorum fugam effusam, in*

A fam, in pictura repræsentatum, insequentibus Troianis. Græcos omnes solus Hector in fugam uertit, ut Achilles Troianos. Verùm non uno loco apud Homerum memoratur, quàm instantibus hostibus in castris trepidatum fuerit, & fuga facta ad naues. Fugantur ab Hectore & Aenea: post acerrimum prælium circa Patrocli cæsi corpus. Refertur Iliad lib. 17.

—ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν
οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προΐδωσιν ἰόντα
κίρκον, ὅ τε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσιν,
ὣς ἄρ᾽ ὑπ᾽ Αἰνείᾳ τε καὶ Ἕκτορι κοῦροι Ἀχαιῶν
οὖλον κεκλήγοντες ἴσαν, λήθοντο δὲ χάρμης,
πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ πέσον περί τ᾽ ἀμφί τε τάφρον
φευγόντων Δαναῶν· πολέμου δ᾽ οὐ γίγνετ᾽ ἐρωή.

Et Iliad. 18. ubi narrat Græcorum ad naues & mare fugam:

—αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
θεσπεσίῳ ἀλαλητῷ ὑφ᾽ Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Hac Phryges.] Quo loco refert Achillem inermem, Iunonis hortatu in campum egressum:

B τρὶς μὲν ὑπὲρ τάφρου μεγάλ᾽ ἴαχε δῖος Ἀχιλλεύς,
τρὶς δὲ κυκήθησαν Τρῶες, κλειτοί τ᾽ ἐπίκουροι,
ἔνθα δὲ καὶ τότ᾽ ὄλοντο δυώδεκα φῶτες ἄριστοι
ἀμφὶ σφοῖς ὀχέεσσι καὶ ἔγχεσιν.—

Instaret.] De hac Troianorum memorabili fuga luculentam narratio extat Iliad. 20. Postquàm Iupiter hoc consensit, ut dij in prælium, suis quilibet auxiliaturi, descenderent, acerrimè pugnari cœptum est. Aeneam ægrè Apollo circumfusa nube commissum cum Achille, pugnæ subtraxit: à quo in reliquo Troianorum uulgo Polydorus maior confossus perijt. Hector ubi aliquandiu Achilli restitisset, prælio excessit, maximè Apollinis beneficio seruatus. Ille reliquos in fugam uersos, ad urbis usque portas, carpendo instandóque persecutus fuit. Sed locum Homericum hic adijciam:

ὡς δ᾽ ἀναμαιμάει βαθέ᾽ ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ
οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη,
πάντῃ τε κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει,
ὣς ὅ γε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ δαίμονι ἶσος,
κτεινομένους ἐφέπων· ῥέε δ᾽ αἵματι γαῖα μέλαινα.
ὡς δ᾽ ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους,
C τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
ῥίμφα τε λέπτ᾽ ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ᾽ ἐριμύκων,
ὣς ὑπ᾽ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου μώνυχες ἵπποι
στεῖβον ὁμοῦ νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας· αἵματι δ᾽ ἄξων
νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες αἳ περὶ δίφρον,
ἃς ἄρ᾽ ἀφ᾽ ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον,
αἵ τ᾽ ἀπ᾽ ἐπισσώτρων· ὁ δὲ ἵετο κῦδος ἀρέσθαι
Πηλεΐδης, λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας ἀάπτους.

Ac mox in principio lib. 21. de Troianis palantibus ad urbem actis: quos partim flumine haustos, partim saluos ægrè euasisse, partim fuga dilapsos per campum canit:

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς,
ἔνθα διατμήξας, τοὺς μὲν πεδίονδε δίωκε
πρὸς πόλιν, ᾗπερ Ἀχαιοὶ ἀτυζόμενοι φοβέοντο
ἤματι τῷ προτέρῳ, ὅτε μαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
τῇ ῥ᾽ οἵ γε προχέοντο πεφυζότες· ἠέρα δ᾽ Ἥρη
πίτνα πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν· ἡμίσεες δὲ
ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύρροον ἀργυροδίνην,
ἐν δ᾽ ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ· βράχε δ᾽ αἰπὰ ῥέεθρα,
ὄχθαι δ᾽ ἀμφὶ περὶ μεγάλ᾽ ἴαχον· οἳ δ᾽ ἀλαλητῷ
ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα, ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας.

Quæ nos tumultuario stylo ad hunc modum reddidimus:

At simul ad Xanthi rapidi uada fluminis alta
Venêre, omnipotens genuit quem Iuppiter, illic
Diuulsos, alios per campum ad mœnia Troiæ
Insequitur, dudum per quem trepida agmina Graium
Abstulerat fuga, cùm fureret fortissimus Hector.
Hunc per, nunc trepidante fuga sperguntur ab alto
Effundit nubem cœlo Saturnia Iuno, ut
Arceret Teucros: pars auertuntur in amnem
Verticibus rapidum, & lapsi in uada fluminis alti
Cum sonitu incumbunt magno: simul alta fluenta
Insonuêre, simul ripæ circumque supráque
Ingemuêre: undis alij clamore profundis
Horrendo innabant, circum huc illúcque retorti
Vorticibus crebris, acti & uertigine tristi.

Cristatus.] A forma galeæ, cristatum Achillē uocat: certè Homerus à nutritis comis, seu crinitis capitibus, καρηκομόωντας ferè appellat, aut ἐϋκνήμιδας, aut χαλκοχίτωνας. Curru.] Ex Homerico carmine maximè, si non aliunde, liquet, priscos è curribus pugnasse, quibus duo tantùm uehebantur, auriga & miles ad pugnam instructus. Rhesi.] Ab apparatu castrensi: hoc est, à tentorijs albis. Homerus refert Iliad. 10. post expositam superiori libro legationem ad Achillem, Agamemnonem uarijs curis sollicitum, præstantissimos duces Græcorum in concilium aduocasse: inde Diomedem & Vlyssem ad explorandum hostium castra noctu emisisse. Hi in Dolonē quendā, ab hostibus exploratorem emissum, illapsi, cognito recenti Thracum aduētu, quorum dux Rhesus erat, eum interfecêre. Inde silētio progressi, cæso Rheso, equos eius ab itinere adhuc lassos, secum in Græcorum castra abduxêre.

τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ᾽ ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα,
αἶψα δ᾽ ἐπὶ Θρῃκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες.
οἳ δ᾽ εὗδον καμάτῳ ἀδδηκότες, ἔντεα δέ σφιν
καλὰ παρ᾽ αὐτοῖσι χθονὶ κέκλιτο, εὖ κατὰ κόσμον
τριστοιχεί· παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι.
Ῥῆσος δ᾽ ἐν μέσῳ εὗδε, παρ᾽ αὐτῷ δ᾽ ὠκέες ἵπποι
ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο.
τὸν δ᾽ Ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδὼν Διομήδεϊ δεῖξεν·
οὗτός τοι Διόμηδες ἀνήρ, οὗτοι δέ τοι ἵπποι,
οὓς νῶϊν πίφαυσκε Δόλων, ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς.
ἀλλ᾽ ἄγε δὴ πρόφερε κρατερὸν μένος· οὐδέ τί σε χρὴ
ἑστάμεναι μέλεον σὺν τεύχεσιν, ἀλλὰ λύ᾽ ἵππους·
ἠὲ σύ γ᾽ ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δ᾽ ἐμοὶ ἵπποι.
ὣς φάτο, τῷ δ᾽ ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.
κτεῖνε δ᾽ ἐπιστροφάδην, τῶν δὲ στόνος ὄρνυτ᾽ ἀεικὴς
ἄορι θεινομένων, ἐρυθαίνετο δ᾽ αἵματι γαῖα.
ὡς δὲ λέων μήλοισιν ἀσημάντοισιν ἐπελθὼν
αἴγεσιν ἢ ὀΐεσσι κακὰ φρονέων ἐνορούσῃ,
ὣς μὲν Θρήϊκας ἄνδρας ἐπῴχετο Τυδέος υἱός,
ὄφρα δυώδεκ᾽ ἔπεφνεν. ἀτὰρ πολύμητις Ὀδυσσεὺς
ὅν τινα Τυδεΐδης ἄορι πλήξειε παραστάς,
τὸν δ᾽ Ὀδυσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε,
τὰ φρονέων κατὰ θυμὸν, ὅπως καλλίτριχες ἵπποι
ῥεῖα διέλθοιεν, μηδὲ τρομεοίατο θυμῷ
νεκροῖς ἀμβαίνοντες· ἀήθεσσον γὰρ ἔτ᾽ αὐτῶν.
ἀλλ᾽ ὅτε δὴ βασιλῆα κιχήσατο Τυδέος υἱὸς
τὸν τρεισκαιδέκατον μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα,
ἀσθμαίνοντα· κακὸν γὰρ ὄναρ κεφαλῆφιν ἐπέστη
τὴν νύκτ᾽, Οἰνεΐδαο πάϊς, διὰ μῆτιν Ἀθήνης.

τόφρα

» τέῤῥα δ' ἄρ ὁ πύματος ὀλοῖος νέον μέτοχας ἵππους,
» οἷο δ' ἄργυρ ἱμάσι, καὶ ὑψίπυλον ὄμιλα
» τὸ ἴσο ἐπεπλάσαρ, ἐπὶ ὁ μαλιστα φαίνων
» ποικίλα ἐν δίφροισιν ἐκ̃εαῖο χρειὼ ἰδέσθαι.

Rhesum Thracum regem uocat Homerus, ἵω δὴ ορι ϐῆ-σ̃ βασιλεύς. Erat ille Thrax genere, filius Strymonis fluuij, & Euterpes unius nouem Musarum, clarus militari laude Hic Priamo auxilio uenit aduersus Graecos: de quo ita tradunt quidam. Accidit fortè, cùm insignem in eì hostes aliquando cladem edidisset, Iuno pro Graecorum salute solicita, Mineruam in eius perniciem concitauit. Itaq; hac coelo lapsa, Vlyssem & Diomedem ad exploranda Troianorum castra impulit. Hi sopito Rheso superuenientes, ipsum suosq; socios obtruncarunt. Alij, & eos sequutus Maro, tradunt illum caesum ea nocte, qua ad Troiam uenisset. Addunt quidam, eum multò ante oracula monitum, si ipse ipsiusq; equi è Scamandro aliquando aquam biberent, regionisq; huius pascua gustarent, fore eum in posterum insuperabilem. Est & Rhesus fluuius Troadis, qui Strabonis temporibus Rhetes dicebatur, ut idem testatur lib 13. & annotauit Hesychius. Xanthum.] Synecdoche, & pathos à tempore. Amnis est Troiadis, postea Scamandrus dictus, à Scamandro quodam Corybantis & Demadices filio, qui cùm inopinatò mysteria matris deorum spectauisset, furore correptus, in fluuiũ Xanthum praecipitem se dedit: à quo deinceps Scamandrus coeptus est appellari. author Plutarch. ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. Parte.] Hypotyposis fugientis in ipsa certamine, abiectis armis, Troili. Et hanc uarijs affectibus exornat. ab aetate: cùm eum infelicem puerum uocat: à specie resupini, & haerentis ponè à uacuo curru, & adhuc tenentis habenas, cùm traheretur, et telum, quo pugnarat, capite foedo sanguine deformato. Subit hoc loco mirari, cur Poëta eum puerũ appellet: cùm, teste Boccatio & Hygino, unus fuerit è maximis Priami natorum: & inter authores conueniat, nullorum uirtute, post Hectoris casum, quàm Aeneae, Troili & Alexandri, res Iliacas magis fuisse adiutas: sed praecipuè circa belli finem, Troili uirtutem in praelijs uarijs enituisse. Libet igitur hanc ab causam historiam longiùs repetere, non iniucundam mehercle quidem, sed & utilem, ad ueram eius, quae à poëtis haud rarò alijs atq; alijs figmentis abscuratur, cognitionem. Faciam autem id uel eo consilio & studio, non ut Poëtam conuellam, sed ut studiosis calcar addam, ad hunc locum diligenter expendendum Eo tempore, quo Palamedes Agamemnoni suffectus esset, iam induciae exierant. Andromache & Priamus Hectorem intra muros continuerunt, dimissis in pugnam Troilo, Alexandro & Heleno. His exire sine Hectore detrectantibus, fiebat nihil. Graecis per hanc prolibidine impotenter ferocientibus, cùm id ferre Hector nequiret diutiùs, sauciato Achille, ab eo interfectus fuit. Cuius clade territi Troiani, extemplò effusa fuga in urbem compelluntur. Facit per haec inducias cum Priamo in annum Palamedes, ut interea spacium utrisq; esset sepeliendi, curandiq; suos. Quare toto eo tempore per induciarum fidem, mutuo commercio usi sunt, Troianis in hostium castra, Graecis in urbem ultrò citroq; citra fraudem commeantibus. Exactis inducijs, cùm rursus in praelium descenderetur, à Paride Palamedes interficitur. Et in hanc sententiam pleraq; tradit Dares. Sed de Palamede in secundo fusior, quia locus ibi postulabit, instituetur narratio. Restituitur in imperium illicò, idq; Nestoris consilio, Agamemnon: sub cuius auspicijs Graecorum res antea satis feliciter gestae fuerant: ac statim quàm restitutus esset, eduxit suos in pugnam. Fit utrinq; insignis clades. Iamq; multum diei pugnando absumptum erat, cùm Troilus pugna media recens superueniret. Hic magna caede affectos Graecos in fugam agit, compellitq; in castra. Postridie iterum infestis aciebus concurritur. Quo praelio inter caeteros Troianorum duces praecipuè Troili uirtus enituit, sedecim Graecorum principibus ab eo interfectis. Pugnatum inde est per septem continuos dies: quae res stetit multo Argiuorũ sanguine. Mittuntur interim legati, Diomedes, Nestor & Vlysses, ad Achillem, ut rebus afflictis Graecorum sua auxilia conferret. Consiliuerat is paulò antè soluendam obsidionem, & faciendam fugam turpitudinis praetextu, quod propter mulierem tota Europa & Asia hac ad internecionem propè utriusque gentis conuenissent. Egerat is occultè cum Priamo de connubio Polyxenae, quam ille his legibus spoponderat Achilli, si soluta obsidione exercitum dimitteretur. Itaque negat Agamemnoni suum auxilium. Conuocantur à rege in concionem duces, eosq; consulit, quid censeant faciendum. Menelai senten- B
tia erat, exercitum in pugnam educendum: Hectore enim occiso, non magni Achillem esse faciendum. Contrà Diomedes & Vlysses clamitant, Troilum non minus ferocem, quàm Hectorem. Calchantis monitu itur in praelium. Occurrunt Troiani: pugnatur acerrimè, & quidem magna utrinsq; exercitus clade. Vulneratur à Troilo, cassis multis, Menelaus: nox superueniens, pulsis in castra Graecis, pugnam dirimit. Postridiè rursum exercitum educunt Alexander & Troilus. Occurrunt ex aduerso Graeci. Hac pugna Troilus sauciato Diomede, in Agamemnonem fertur. Quo grauiter uulnerato, Graeci rursum in castra compelluntur. Continuatur hic quoq; pugna per aliquot dies. Agamemnon ubi uidit, in dies exercitum suum tot praelijs minui, petit septem mensium inducias. Negat Troilus dandas, sed continuis irruptionibus Graecos caedibus uastandos, & naues incendendas. Vicit tamen maior pars, dataq; sunt belli feriae. Tum Agamemnon ad Achillem, ipse quasi à communi concilio missus, eum orauit, ne periclitantem exercitum desereret. Ad postremum id exorauit, ut Myrmidones suos in praelium mitteret. Existimabat Agamemnon, ipsorum clade futurũ, ut sua sponte ad pugnan- C
dum cum hostibus accenderetur. Nec fefellit Agamemnonem sua spes. Vbi inde pugnae tempus adesset, Achilles suos egregiè armatos Agamemnoni auxilio misit Ibi Troilus in prima acie uersans, Graecos grauiter afflictos, Myrmidonesq; fugat, & in castra usq; sequendo fugientes capit: ac solo Aiace frustra pugnante, ad ultimũ Troilus uictor in urbem redijt. Agamemnon acceptũ dedecus uindicaturus, postridie omnes duces secum in pugnam eduxit. Quo praelio multis utrinq; cadentibus, Troilus Myrmidones, quibus ipse obiectus fuerat, in fugam agit. Petẽti Agamemnoni inducias in 30. dies, ad humãdum caesorũ cadauera, haud grauatè dãtur. Exierũt induciae, cùm utrinq; se rursum in pugnam pararẽt. Primo die Troilus inter Graecos insignẽ cladem edidit, & cũ multa caede in castra compulit, haud citra insolentem de tot uictorijs exultationem. Tum demum Achilles, ubi aduertit suas copias deleri, & Graecorũ res manifestè periclitari, Troilũ continuis uictorijs indies ferociorem fieri: tempus adesse ratus, ut suos ulcisceretur, in praeliũ prodijt: uenientem excepit intrepidus Troilus, & grauiter etiam uulnerauit. Quare Achilles à uulnere

A *uulnere tardior, è prælio excedere coactus fuit. Inde sex perpetuos dies pugnando continuatur. Sexto die Achilles Myrmidones suos hortatur, ut fortiter in hostes impressionem facerent: eratq; medium diei, cùm Troilus recens pugnando fessis superueniret, hostesq; in fugam cogeret. Huic obijciuntur Myrmidones: oritur pugna infestissima: in qua uulnerato equo, corruit Troilus: cadentem conspicatus Achilles, accurrens sub equo iacentem trucidat. Ibi rursum fit acre prælium circa corpus: subtraxissetq; Achilles, nisi à Memnone repulsus fuisset: qui, subducto ab alijs cadauere, & ipse in uestigio ab Achille interfectus fuit. At Dictys author est, Troilum cum Lycaone captum: quos in medium protractos Achilles trucidârit. Sed utcunq; habet: dantur Priamo induciæ ad Troilum & Memnonem humandos. Atq; hæc quidem sunt, quæ authores de uirtute Troili prodiderunt. Quæ si uera sunt, diligenter hic Maronis locus expendendus est, nisi ad amplificandam Achillis uirtutem, & ipsius adeò Aeneæ, aliquando cum eo congressi, Troili audaciam & militarem spiritum extenuare uoluerit. Lycophron in Cassandra:*

B αἰ αἰ στένω σε καὶ τὸν εὔγλαγον θάλος,
» ὦ σκύμνε, τερπνὸν ἀγκάλισμα συγγόνων,
» ὅς τ' ἄγριον δράκοντα πυρφόρῳ βαλών.

Quæ uerba Isacius Tzetzes enarrat hoc pacto: φεῦ φεῦ στένω σε καὶ τὴν σὴν ἀκμαίαν καὶ ἀξιέπαινον ἡλικίαν, ὦ ἀδελφέ μου Τρωΐλε, ὦ σκύμνε καὶ βασιλικώτατον γέννημα, τερπνὸν περίπτυγμα τῶν ἀδελφῶν, ὃς τρώσας τὸν Ἀχιλλέα τῷ ἐρωτικῷ τοῦ κάλλους σου βέλει, ὅτι ἕλξας αὐτὸν ὡς ἐραστὴν σοῦ, σὺ δὲ μὴ ἐρασθεὶς αὐτοῦ, καρατομηθεὶς καὶ ἐκτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν ἐν τῷ τύμβῳ καὶ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ἐν τῇ καρατομίᾳ αἱμάξας τὸν σηκόν. *Id est, Eheu deploro tuam uirentem & bene laudatamq; institutam ætatem, ô mi frater Troile, catule leonis, stirps summis regibus prognata, delectabilis amplexus fratrum luxus & furorum: qui Achillem forma tua telo, amore uidelicet saucium, ita demulsisti, ut te efflictim adamarit. Contrà, cùm tu paria in amore illi non præstares, ab amatore ad sepulchrum in templo Apollinis obtruncatus perieris. Tu ea autem capitis cæde, ipsum sanguine maculabis templum. Quo loco refert idem interpres, Achillem adamasse Troilum, filium Hecubæ & Priami, ut ferebatur: re autem uera, Apollinis. Quem insequutus Achilles, parùm aberat quin apprehendisset. Confugientem iam in templum Apollinis Thymbræi, Achilles inde exire cogebat. Ille ubi id facere recusasset, irruens eum in ipsa ara trucidauit, ut aiunt. Quamobrem cùm Apollo uellet illum ulcisci, ita comparauit, ut Achilles in eodem loco interficeretur. Atq; hi quidem hunc in modum nugantur de Troilo. Deinde suum iudicium adscribit in hanc sententiam: Ego equidem hunc Troilum barba prolixa, colore corporis subnigro fuisse arbitror. Atq; haud scio an Thessalus hic Achilles tam magnus amator fuerit, ut uiros barbis profundioribus, & grandiores hos multo, adamârit. Etenim Troilus adolescens erat admodum forma eleganti, colore fusco, barba hirsuta, & qui ab Achille adamaretur indignus. Hic post Memnonis cædem urbe Troia egressus, collatis pedibus cum illo pugnauit, & ab eo interfectus fuit. Propter cuius cædem ingens luctus per totam Troiam, non minor quàm super Hectore, obortus fuit. Verba Tzetzis sunt:* φασὶ γὰρ, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἐρασθεὶς Τρωΐλου τοῦ παιδὸς ἐπεδίωκε καὶ ἀρπάσαι ἐν λόχοις, ἔργῳ δὲ παιδὸς Ἀπόλλωνος, ἢ διώκων αὐτὸν, ζημίαν καταλαμβάνειν αὐτόν. προσφυγόντα δὲ τῷ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ναῷ, Ἀχιλλεὺς ἐδίωξεν αὐτὸν ἐξελθεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἐπείθετο, προσελθὼν ἀνεῖλεν αὐτὸν ἐν τῷ βωμῷ. ὃ φασὶ καὶ τιμωρῶν ὁ Ἀπόλλων, αὐτόθι παρεσκεύασε καὶ τὸν Ἀχιλλέα. καὶ οὗτοι μὲν οὕτω ληροῦσι περὶ Τρωΐλου. ἐγὼ δὲ τοῦτον τὸν Τρωΐλον καὶ βαθεῖαν ἔχοντα τὴν ὑπήνην, καὶ μελάγχροον ὑπειλαμβάνω. οὐκ οἶδα δὲ, εἰ ὁ Θετταλὸς Ἀχιλλεὺς οὕτως ἐρωτικὸς ἦν, ὡς καὶ βαθυγενείων καὶ γεραιτέρων αὐτοῦ τούτων ἐρᾶν. νέος μὲν γὰρ ἦν ὁ Τρωΐλος, καὶ ὡραῖος, μελάγχρους δὲ, καὶ δασυγένειος, καὶ Ἀχιλλέως ἐραστῶν ἀνάξιος. μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν Μέμνονος, ἐξελθὼν τῆς Τροίας, συμβάλλει τῷ Ἀχιλλεῖ. καὶ ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Τροίᾳ πένθος μέγα, οἷον ἐφ' Ἕκτορι. *Hoc itaq; esse reor, cur Poëta eum puerum uocârit: ut est omnis antiquitatis & reconditæ disciplinæ omnis doctissimus.* Ceruixq;.] *Polysyndeton.* Puluis] *Diastole.* Versam,] *à uerro, non autem à uerto hoc loco ducitur.*

C

ARGVMENTVM.

Extrema picturæ pars humilitatem mulierum Troianarum, in deferẽdo, ad templum Palladis peplo: horrendum Hectoris ab Achille tracti spectaculum: Memnonem cum copijs orientalibus, & Pẽthesileam Amazonem Troianis suppetias ferentes continet.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant,
Suppliciter tristes, & *tonsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.
Tum uerò ingentem gemitũ dat pectore ab imo,
Vt spolia, ut currus, utq; ipsum corpus amici,
Tendẽtemq; manus Priamũ conspexit inermeis,
Se quoq; principib permixtũ *agnouit Achiuis,
Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisq; in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetq; uiris concurrere uirgo.

NASC. INTEREA ad tẽplũ nõ æquæ Palladis ibãt Crinib9 Iliades passis, peplũq; ferebãt, Suppliciter tristes.] *Hic factũ ponitur, tẽpus, & causa, & modus etiam facti: nã Troianæ mulieres ad Mineruæ tẽplũ proficiscebãtur, eo tempore, quo res Troianorum haud prosperè cedebãt. hoc designat uox,*

*al. tunsæ

*al. agnoscit

Ingerea, & passis crinibus, nec absq; lacrymis: quia tristes, & supplices quod est modus facti ita quoque legati cùm ad pacẽ impetrandam mittebãtur, ramũ oleaginũ uittis ornatũ deferentes, humi procũbebant, & cũ lacrymis supplices pacem petebant. Liuius octauo ab Vrb. hinc illud ex sept. Aeneid.

—*ne temne,*

—ne temne, quod ultro
Praeferimus manibus uittas, & uerba precantum.

Et peplum:] *hoc est, pallã pictã ferebant, qua Mineruae simulachrum inducerent, ad impetrandã pacem: hoc est, ad Deam sibi conciliandam: quae suprema est totius facti causa. hanc uestem uouerat Hector Palladi: ideóq; apud Homer. Iliad. ζ. Hecubam matrem suam precatur, ut congregato mulierum coetu, non absq; sacrificio eam in genibus Mineruae collocet. atq; ita ait Hom.*

ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης
ἔρχεο σὺν θυέεσσιν, ἀολλίσσασα γεραιάς.
πέπλον δ', ὅς τίς τοι χαριέστατος, ἠδὲ μέγιστος
ἔστιν ἐνὶ μεγάρῳ, καί τοι πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.

& paulò infrà: Hecubam cum coetu foeminarum in arcem Ilij proficiscentem describit. Locus est cuique docto notissimus. Diua solo fixos oculos auersa tenebat.] *πάθος. non enim Troianae mulieres poterant non commoueri, atque ingenti dolore affici, cùm Palladem, cuius placandae gratia tanta cum animi demissione ad eius simulachrum accesserant, adeo sibi iratam esse perspicerent, ut ne oculos quidem ipsa ad eas respiciendas attolleret: quamobrem arguitur etiam Pallas immanitatis: quae ne supplicum quidem misereri uelit. est autem Homeri hemistichium, loco paulò antè adducto:*

—ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη. Id est,
Abnuit autem Pallas Minerua.

Ter circũ Iliacos raptauerat Hectora muros.] *ad Hectoris spectaculũ trãsit. Porrò singula huius carminis uerba singulos habent tũ misericordiae, tũ etiã indignationis affectus: nam uir mortuus raptatur, non uehitur, nec semel tantùm, sed ter: & circum muros patrios raptatur: haec commiseratio à circumstantijs nominatur: si uerò Achillis crudelitatem species, indignatio est.*

Exanimũq; auro corpus uendebat Achilles.] *Achillis auaritiã carpit: ob quam & ipsum deturbat: ita enim auri cupiditate premebatur, ut nulla aut suae dignitatis, aut falsẽ humanitatis habita ratione, patri filium uenderet. Videtur autem prae dolore in pronunciando nomen Hectoris extollendum: Achillis uerò ob impietatem, deprimendum: nam quis mortuum unquam nisi impius uendidit? quis in regno positus, ideóq; diues aurum expetit, nisi auarus? ergo impius, & auarus Achilles.* Tum uerò ingentẽ gemitũ dat pectore ab imo.] *πάθος. Superiùs lacrymas effudit, nunc uerò multiplici rerum acerbitate perculsus, lacrymis gemitum addit: utq; ex magnitudine doloris eum gemuisse ostenderet, Poëta ab imo pectore posuit. Sed cur gemit? audi quod sequitur:* Vt spolia, ut currus, utq; ipsum corpus amici.] *Singula uerba uim augendae commiserationis habent. nam signa, facta, uestes, currus, spolia, huiusmodiq; alia (ut Aristot. in Rhet. auctor est) conquestionẽ mouere solent. Quãobrem M. Antonius uestem Iulij Caesaris pugionibus perforatam, & sanguine aspersam populo pro concione ostendit, ut illum per affectum commiserationis ad indignationem, & ad uindictã prouocaret. Dio in hist. Gemit igitur Aeneas primùm tanti uiri casum: deinde, quod detractis spolijs, de illo triumphat hostis, & quod acerbissimũ est, sub ipsis patriae moenibus: ut desolata, grauiq; moerore confecta ciuitas suum propugnatorem tanta in calamitate suis oculis cerneret, gemit, doletq; uicem Priami, grauioris aetatis, regiaeq; potestatis uiri: qui cùm diu dolore, & timore uitam traxisset, tandem senex, & capularis in* A *eam calamitatem inciderat, ut in summa orbitate regijs exutus ornamentis, supplex, flebiliq; uoce pro gnati redemptione hostem rogare cogeretur: fit igitur ex his circumstantijs pulcherrima αὔξησις: dolet enim uisis spolijs, magis curru, maximè tandem conspecto cadauere: huiusmodi affectuum exempla plura extant apud Hom. & Eurip. de quibus aliàs copiosiùs disputabimus: illud uerò diligenter obseruandum est, haec uox ut, quantum placeat Poëtae: qui eam hic, & alibi saepiùs repetit:*

Vtq; acres concussit equos, atq; impulit arma.

& in 8. Eclog.

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

orationi certè acrimoniam addit. Tendentemq; manus Priamum] *auget commiserationẽ ex infelicitate & aduersa fortuna Priami: qui cùm ab alijs rogari consueuerit, nunc rex hostem se longè inferiorem rogare cogatur. Sic ferè Horat. in Epodo:*

Luxére matres Iliae addictum feris
Alitibus, atq; canibus homicidam Hectorem:
Postquam, relictis moenibus, rex procidit
Heu peruicacis ad pedes Achillei.

Se quoq; principibus permixtum agnouit Achiuis.] *inter acies Graecorũ se quoq; admixtũ cognouit Aeneas, ea agnitionis specie, quae est (ut opinor) ex signis: nam ex dimicatione, & armorum conflictu: qui inter Troianos & Graecos fuerat, dum Iliũ incenderetur, se ipse agnouit: alioquin indicandum esset, se ex aliqua inscriptione cognouisse, unde laus emergit Aeneae ex animi magnitudine, atq; fortitudine: qui principum Graecorum telis circumdatus, & procul à suis, strenuè tamen dimicat, nec ullis terretur incommodis: quod uerò Seruius interpres proditionem Aeneae hinc latenter attingi putat, emũctae naris hominibus non facit satis.* Eoasq; acies.] *copias Memnonis: qui ex orientali plaga in auxilium Troianorũ uenerat.* Et nigri Mẽnonis arma.] *triplici ratione arma Memnonis agnoscere potuit Aeneas, uel ex forma, uel ex notis literarum, uel ex numine picto: nam in clypeis pingere Deos solebant, quos colebant. Quidã etiam signa elementorum in iaculis & scutis habuerunt, unde cuius nam gentis, ac prouinciae existerent, facilè perspici posset. Sed de hac re pleniùs in 2. tom. super eo uersu:* C

Vadimus immixti Danais, haud numine nostro.

Penthesilea furens.] *laus est: non enim sã furiosam dicit, sed animo, cordéq; praestantẽ ostẽdit, propterea subdit:* Medijsq; in millibus ardet.] *igitur de furore bellico haud dubiè intelligendũ est.* Aurea] *non est ἀμφίβολον. sed iunge, aurea cingula: nã sequitur,* bellatrix. Exertae mammae.] *praeliantis audaciam designat: quae exerta mamma: id est, pectore nudato pugnat, nec ullo armorum munimine tegitur.* Audetq; uiris cõcurrere uirgo.] *Penthesileae audacia exaggerat: quae cùm foemina sit minoris, scilicet & animi, & uirtutis, tamẽ cum uiris audet pugnare: quanquam hoc iocose dictum uideri, & ad Veneris praelium referri potest, ut foemina cum uiris congredi audeat.*

INTEREA.] *Transit à Troilo ad supplicationes mulierũ Troianarũ, circa limina deorũ, ob acceptã cladẽ. Refertur ab Homero Iliad. 6. ubi dij praelio excessissent, Troianos caesos fugatosq; à Graecis fuisse: atq; Hectorem monitu Heleni uatis pugna se abstulisse in urbem, matriq; mandasse, ut supplicationes Mineruae Iliadi cum matribus* LAMB. HORT.

Iliensibus

A Iliensibus ad templum eius haberet: 12. boues caderet, quo dijs propitijs, Diomedes ex acie submoueretur:

ὣς ἔφαθ', ἡ δὲ μολοῦσα ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισι
κέκλετο. ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γεραιάς.
αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα.
ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον,
τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν.
τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑκάβη, φέρε δῶρον Ἀθήνῃ,
ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος,
ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν, ἔκειτο δὲ νείατος ἄλλων,
βῆ δ' ἰέναι, πολλαὶ δὲ μετεσσεύοντο γεραιαί.
αἱ δ' ὅτε νηὸν ἵκανον Ἀθήνης ἐν πόλει ἄκρῃ,
τῇσι θύρας ὤϊξε Θεανὼ καλλιπάρῃος,
Κισσηΐς, ἄλοχος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο.
τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν.

Iliades.] matronae Troianae: antonomasia. Palladem iniquam non abs re uocat, quae licet à Troianis, posita etiam aede, magnis honoribus colebatur inter praecipua tu-
B telaria urbis numina, tamen toto eo bello Graecorum res tutata, & Iliensibus infesta, ob iudicium Paridis, fingitur ab Homero. Peplum.] Erat autem peplum, uestis muliebris candida, sine manicis, & ad extremos usque talos defluens. Hinc matronae Troianae ab Homero ἑλκεσίπεπλοι uocantur, ὡς ἕλκουσαι περιτεταμμένους πέπλους, καὶ σα-θαμένους ἕως ἄκρων τῶν ποδῶν. Erat & distinctis clauis aureis, quae simulacris diuorum, & primum quidem ab Atheniensibus Mineruae offerebatur. Graeci exponunt, πέπλ⊙ ἐστὶ στολὴ γυναικεία. &, ἱμάτιον ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον. Sidoniarum opus, ut ex Homero constat, ab Alexandro tum Sidone Troiam portatum, cùm Helenam è Graecia abduceret. Graeci indiscriminatim τὸν πέπλ⊙ ἢ πέπλον efferunt. Tonsae pectora] Reddit summa diligentia, ea quae apud Graecum uatem eodem libro sequuntur:

αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.
ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα Θεανὼ καλλιπάρῃος,
θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.
εὐχομένη δ', ἠρᾶτο Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.
πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων,
ἆξον δὴ ἔγχ⊙ Διομήδε⊙. ἠδὲ καὶ αὐτὸν
πρηνέα δὸς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.

C Tonsae.] Synecdoche. Auersa.] Hypallage. auersos oculos tenebat: à signo iratae Mineruae.

ὣς ἔφατ' εὐχομένη, ἀνένευε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη.

Ter circum.] Exemplum aliud, Hectoris raptati circum muros ab Achille. Conclusis Troianis intra muros, solus Hector Achillis impetum aliquandiu sustinuit. Inde in fugam se abripuit: mox recepto animo, rursus hosti obuiam processit: in qua pugna occubuit. Achilles mortuum, à pedibus perterebratis loro currui alligatum, ad nauium stationem, nimis impotenter uictoria insolescens, pertraxit. Refertur Iliad. 22. Quo loco spiritu propè diuino cladem eam, à Priami, Hecubae & aliorum Troianorum luctu, & uiso è muris tristissimo spectaculo, amplificat Poëta:

ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε.
ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,
ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε. κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν.
ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς, ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείρας,
μάστιξεν δ' ἐλάαν. τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην.
τοῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλ⊙, ἀμφὶ δὲ χαῖται
κυάνεαι πίτναντο· κάρη δ' ἅπαν ἐν κονίῃσι
κεῖτο πάρ⊙ χαρίεν· τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι
δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ.

Quem locum uarijs affectibus usque ad finem libri mirandum in modum dilatat: ab eiulatu Hecubae, quae abiecto humi flammeo diuellit comas. Priamus aegrè retinetur, quo minus amentis similis, portis erumpat, & supplicaturus Achilli ad Graecorum naustathmum se conferat. Versatur hic in quaestione enarrator Homeri, quam ob causam tantopere Achilles in mortuum saeuierit: cùm impium sit, uel mortuos incessere, uel mortuorum iura sepulchraue uiolare. Id (inquit) ab Achille perpetratum est crudelitate aliqua: nam Eetionem à se occisum non spoliauit, sed unà cum panoplia condidit, additis etiam iustis sepulturae honoribus. Sed quia Hector prior eam inhumanam saeuitiam in Patroclum exercuerat, & quemadmodum ipse de eo scribit:

—ἐκ φρενῶν δέ γε θυμὸς ἄνωγε
ἄξια δὴ σκολόπεσσι, ταμόνθ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.

Et qui suos ulciscuntur, nō possunt dici impij, sed qui priores lacessunt. Callimachus scriptum reliquit, Thessalis patria consuetudine receptum fuisse, ut necessariorum amicorum interfectores circum caesorum sepulchra raptarent. Eodem pacto Simon quidam Thessalus natione, Eurydamantem quendam fratris sui Thrasini percussorem raptauit: & primus adeò eam legem exercuit, & fratris sui percussorem à curru ponè pendentem circum caesi sepulchrum raptauit ac traxit. Qua de causa Achilles, & ipse Thessalus, è patria consuetudine idem factitauit.

Iliacos.] Troianos muros, Pathos à loco: id est, patriae muros, quos huc usque sua uirtute decem annos ab hostium iniuria seruârat. Ter, inquit Homerus, Achilles Hectorem circum amici sepulchrum traxit:

ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν,
τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντ⊙.

At Iupiter Homericus pro Hectore solicitus, Thetin ad Achillem cum huiusmodi mandatis mittit, ut herois corpus patri reddat. Eodem tempore Irim ad Priamum ire iubet, ut ex urbe in castra ad Achillem, pecunia filij corpus redēpturus, proficiscatur. Qui Duce Mercurio per uigilū stationes postquam ad Achillem uenit, supplex eius genibus aduolutus, filij corpus multo auro redemptum in urbem reportauit. Refertur historia Iliad lib. ultimo:

τὸν καὶ λισσόμεν⊙ Πρίαμ⊙ πρὸς μῦθον ἔειπε.
μνῆσαι πατρὸς σοῖο θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
τηλίκου, ὥσπερ ἐγὼν ὀλοῷ ἐπὶ γήρα⊙ οὐδῷ.
καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες
τείρουσ' οὐδέ τις ἐστὶν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι.
ἀλλ' ἤτοι κεῖνός γε σέθεν ζώοντ⊙ ἀκούων,
χαίρει τ' ἐν θυμῷ ἐπί τ' ἔλπεται ἤματα πάντα,
ὄψεσθαι φίλον υἱὸν ἀπὸ Τροίηθε μολόντα.
αὐτὰρ ἐγὼ πανάποτμ⊙, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους,
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ. τῶν δ' οὔ τινα φημὶ λελεῖφθαι.
πεντήκοντά μοι ἦσαν, ὅτ' ἤλυθον υἷες Ἀχαιῶν
ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύ⊙ ἦσαν.
τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες,
τῶν μὲν πολλῶν θοῦρ⊙ Ἄρης ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.
ὃς δέ μοι οἶ⊙ ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτοὺς,
τὸν σὺ πρῴην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης
Ἕκτορα. τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας Ἀχαιῶν,
λυσόμεν⊙ παρὰ σεῖο, φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα.

» ἀλλ' αἰδοῖο θεοὺς Ἀχιλεῦ, αὐτόν τ' ἐλέησον,
» μνησάμενος σοῦ πατρός· ἐγὼ δ' ἐλεεινότερός περ.
» ἔτλην δ' οἷ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος,
» ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.

Ad exornandam narrationem admiscet uehementes affectus, à persona & dignitate & necessitudine: ab armorum genere, quibus ille uti in prælio uti consueuerat, & bellare solitus esset. Priamum.] *Pathos à gestibus, habitu, ætate, & maiestate regia. Sed anaphora particulæ Vt, emphasim & affectus repræsentat.* Amici corpus.] *Hectoris inuuit.* Se quoq;.] *Sunt qui ita exponunt hunc locum, quasi cum Græcorum ducibus, de tradenda Troia, pactus uita incolumitatem, egisset. Sed multò rectiùs ad monomachias Aeneæ cum Diomede, Achille & alijs referendum est. Iliados 5. Mineruæ ope Diomedes, postquam rebus strenuè gestis, multos Troianorum in prælio occidisset, Aeneam saxo percussum sauciata Venere, Apollo seruauit. Idem eundem libro 20. cum Achille commissum, nube opertum è pugna abripuit.* Eoasq;.] *Asiaticas, dicit auxiliares copias. Minor, perinde ut maior Asia, mortuum excurrit: quemadmodum Africa in meridiem euagatur. Eous, Græcè ἑῷος, orientalis, ἠὼς, aurora, dies. Hesychius exponit, ἡμέρα, καὶ τὸ πρῶτον φῶς, ὄρθρος, αὐγή, φῶς, ὄρθρος, τὸ αὔριον, ἀνατολή, ἡμέρα, καὶ ἡ ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι μεσημβρίας χρόνος, καὶ ὅλη ἡμέρα, καὶ τὸ ἀνατολικὸν μέρος. Extenditur tum prior syllaba. Porrò autem ἕως ἀντὶ τοῦ, τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς, ὥρας: hoc est, pro aurora & oriente, priorem contrahit. Effertur bifariam, ἕως, & ἠὼς, ἠόος, ὄρθρος, ἡμέρα, ἀπὸ τοῦ ἕως ταύτης ἡμᾶς κινεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ ἰδεῖν ἐν αὐτῇ. Hinc Heosphoros, ἑωσφόρος, ἀνατολικὸς ἀστήρ, ὁ τὸν ὄρθρον φέρων: id est, matutina stella, quæ diluculum aduehit. Appellatur eadem stella φωσφόρος.* Memnonis.] *Fuit hic Memnon Tithoni & Auroræ filius, Priami regis ex fratre Tithono nepos. Producuntur Priamus & Tithonus ὁμοπάτορες fuisse: id est, ex eodem patre Laomedonte: matribus uerò diuersis. Priamus ex Leucippe, Tithonus uerò ex Strymo, uel (ut alij) Rhæo, quæ Scamandri credita fuit: ex Tithono & Aurora procreatus Memnon, in eo bello res Troianas sua uirtute fortiter adiuuit, atq; ab Achille cæsus fuit. Hesiodus in Theogonia:*

» Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστήν,
» Αἰθιόπων βασιλῆα.——

Quidam Græcorum authores sunt, hunc ipsum Memnonem Aethiopibus quidem imperasse: at non fuisse Aethiopem, sed ad Susa Persica & amnem Choaspen illis populis præfuisse. Et Susa à Tithono condita, aut ab ipso Memnone, Susorum arcem Memnonium uocari. Sed & Susios dici Cissios, à Cissia Memnonis matre, ut ab Aeschylo nuncupatus. Affirmat hoc ipsum Plinius, Memnonem regnasse in Aethiopia, usq; ad bellum Troianum. Huic tradunt nigram statuam dicatam Thebis Aegyptijs, in Serapis delubro, quæ quotidiano Solis exortu, eius radiorum contactu crepabat: ut eadem (ueluti à plerisque proditum est) surgente aurora matrem salutare, decedente uerò queri uideretur. Cornelius Tacitus lib. Annalium 2. loquens de Germanico, qui in Aegypto animum ad miracula intendebat, author item est, Memnonis saxeam effigiem Solis radijs ictam, uocalem sonum edere. Sed & eiusdem sepulchrum in agro Ptolemaidis prope Belum amnem ostenditur. Sepultus creditur in Ilio: quo omnibus annis eò ex Aethiopia aues conuolant, conflictuq; : quas ob id Memnonidas dixerunt. Addunt classici authores quiddam magis mirum: hoc ipsum easdem facere quinto quoq; anno, stato die, in Aethiopia, ad Memnonis regiam. Celebratur & gemma Memnonia authoribus. Fuit alius Memnon nobilis artifex, qui Cyro Persarum regi in Ecbatanis domum ex lapidibus preciosis auro compactis ædificasse proditur, quæ inter orbis miracula à quibusdam celebrata fuit. Quidam hunc Memnonem, quo de sermo est, Persarum ducem fuisse crediderũt. Verùm illis accesserim potius, qui eum Tithoni (ut dictum est) Priami fratris, filium fuisse scribunt: & ex Ida in Aethiopiam bellandi studio profectum, atq; ibi nomen & rem armis quæsiuisse: & bello Troiano, patruo auxilium tulisse, ibiq; cæsum. Memnonis in auem sui nominis mutati fabula extat apud Ouid. lib. Metamorphos. 13. Porrò ex Ioannis Tzetzæ carmine liquet, cæsum eum quidem ad Troiam, sed domi sepultum fuisse. Carmen legitur Chiliad 6. his uerbis, περὶ στήλης τοῦ ἐν ταῖς Αἰγυπτίαις Θήβαις Μέμνονος: hoc est, de columna Memnonis, quæ est Thebis Aegyptijs: A

ὁ Μέμνων ὧδε ἐν Τροίᾳ, τοῦ ἀνδρὸς τεθνηκότος «
ἐξ Αἰθιόπων ἐκεῖθεν σύμμαχος φανερωθείς, B
ἀνῄρητο τῇ μάχῃ μὲν χερσὶν ἐξ Ἀχιλλέως. «
ἐν τῇ πατρίδι δ' ἀναχθεὶς ἐτάφη τῇ οἰκίᾳ. «
καὶ στήλη τούτου γέγονε τερατοποιὸς αὕτη, «
μηχανικὴ, χαρμόσυνον δ' ἡμέρας τι μέλος «
ἄδουσα ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι μόνον τὸν παρόντα, «
τῇ δ' ἑσπέρᾳ γοερὸν θρηνῶδες ἄλλο μέλος. «

De Memnone, qui plura cognoscere desiderat, is cap. 5. lib. 12. antiq. lect. Cælij legat. Ducit Amazonidum.] *Amazonum descriptio constat ab habitu: hoc est, ab armorum genere, papillis exertis, & re uirtuteq; militari. Constat Amazonum gentem à Scythis oriundam, & ad Thermodontem amnem Cappadociæ (ubi Themiscyræ incolebant campos, teste Q. Curtio) consedisse. Apollonij interpres citat Dionysium, qui prodidit, Amazones in Libya habitasse, atq; inde in Europam migrasse, multasq; ibi condidisse urbes· αὐτὰς φασὶ δὲ Ἀμαζόνας, ἐν Λιβύῃ πρότερον οἰκούσας, ἐλθεῖν καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, καὶ πόλεις αὐτόθι πολλὰς κτίσαι. ... Zenothemis tamẽ affirmat, eas habitasse in Aethiopia: solitasq; transmittere, & cum uiris eius regionis consuescere. Si fœmellam prolem edidissent, tollere, & disciplinæ suæ & institutis assuefacere: sin uirilem, ipsis patrib. remittere. Quod autem ad Thermodontem sedem habuerint, non dissimulat Arrianus ἐν περίπλῳ Εὐξείνου πόντου· ὅπου, inquit, Θερμώδων ἐστὶν, ἵνα τὰς Ἀμαζόνας οἰκῆσαι λέγουσιν. Est autem Thermodon, amnis Scythiæ. Nomen aiunt ipsis factum, διὰ τὸ τὸν δεξιὸν μαζὸν ἐκτέμνεσθαι αὐτάς, ὡς ἐμποδίζοντα ἐν τῷ τοξεύειν: id est, quòd dextra mãma ipsis execaretur aut certè aduratur (ut ait Curtius) ut quæ impedimento esset inter iaculandũ, uibrandumq;. Erãt uirtute uiris pares, cũ quibus in pugnam congrediebantur: quare & bellicosæ. Homeri enarrator Iliad. 3 autumat eas Martis & Veneris filias fuisse, ac nutritas ad Thermodontem. Apollonius tamen secundo Argonauticũ, Martis & Harmoniæ nymphæ fuisse eas, ac campum Dœantium coluisse Verba poëtæ sunt:* C

οὐ γὰρ Ἀμαζονίδες μάλ' ἐπητέες, οὐδὲ θέμιστας «
τίουσαι, πεδίον Δοιάντιον ἀμφενέμοντο· «
ἀλλ' ὕβρις στονόεσσα καὶ Ἄρεος ἔργα μέμηλει. «
δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος, Ἁρμονίης τε «

νύμφης,

A νύμφη, ἄρει φιλοπτολέμους τέκε κούρας,
ἄλσεος ἀκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα.

Ephorus in nono tradit, Amazonas insigni contumelia à uiris affectas fuisse. Quibus in prælium profectis, accidisse ut alios relictos interfecerint, alios ex hospita terra reuersos non receperint. Verba Scholiastæ Apollonij sunt: ἔφορος δὲ ἐν ἐνάτῳ φησί, τὰς ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐπί τινα πόλεμον, τοὺς μὲν καταλειφθέντας ἀνελεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ξένης ἐλθόντας μὴ δέξασθαι. *Dixi paulò antè, ab exerta dextra mamma huic genti nomen inditum fuisse. Illud autem haud omittendum duxi, aliam ab alijs etymologiam adduci: à particula priuatiua ἀ, καὶ μάζα, offa seu pulte, dictas: quòd non pane, sed carnibus uescerentur. Siue quòd in commune uiuerent, ἀπὸ τοῦ ἅμα, καὶ ζῆν. Nec desunt, qui nomen tractum putent ab Amazonide Samornæ filia. Prodiit scriptores, Plinum & Scolopitum, duos regios adolescentes, ab optimatum factione Scythia pulsos, magnam iuuenum multitudinem secum traxisse, atq; in Cappadociæ finibus consedisse: ibiq;, postquam latrocinijs & capto diu finitimos infestassent, per insidias cæsos. Ho-*

B *rum uxores, dolore orbitatis suæ, arma amissorum coniugum ceperunt: ac submotis è finibus suis finitimis fortiter bellando, regnum suum defendere armis aggressæ fuerũt. Cura nubendi in uniuersum abiecta, propagarunt gentem suam, sexumq; sine maritis. Virorum reliquias trucidarunt primùm: ac deinde pace armis & uirtute quæsita, concubitum finitimorum, sed non nisi lectorum iuuenum, noctu, loco constituto petiuerunt. Sed prolem ex his masculam interfecerunt: fœmineam uerò (ut dictum) tollere mos erat, & quidem in successionem propagationemq; gentis suæ: quam exercere solebant, non ocio, non lanificio, sed armis & uenationibus. Et ut habiliores ad bellum essent, his dextram mammam (sicut memoraui) inurere consueuêre, à qua ἀμαζόνες sunt nũcupatæ. Inuenio, duas his tum reginas fuisse, Lampedu & Marthesiam: quæ uicissim bellum cum suis quæq; copijs gesserunt. Et ut nomen successioq; apud exteros populos formidolosior esset, ad Martem genus suum, uti annotatum est, referebant. Itaque magna Europæ parte subacta, Asiæ ciuitates aliquot bello adortæ, etiam occuparunt: condideruntq;, præter alia oppida, Ephesum, & Smyrnam. Marthesiæ bello interfe-*

C *ctæ successit filia Orithyia. huius sorores Melanippe & Antiope, ab Hercule captæ fuêre. Orithyia dum acceptam cladem ulcisci parat, ab Atheniensibus uicta fuit. In huius locum successit Penthesilea, quæ bello Troiano interfuit, & in eo perijt, & internecione (ut quidam tradunt) deleta fuit. Quod sanè haudquaquam fabulosum quidam existimant, asserentes, Amazones ex Ponto, Memnonem ex Aethiopia Priamo suppetias uenisse. Huius gentis reliquiæ admodum tenues, durauerunt usq; ad tempora Alexandri Magni, quarum regina Calestris, uel (ut alij) Minthia, 24. (uel, ut alij, 13. Trogus 30. prodidit) dies regis cõcubitu potita, impleto utero in regnum redijt. Apud Curtium, Thalestrim inuenio scriptum, quæ tum omnibus inter Caucasum & Phasim imperabat. Huius historiæ meminêre Græci, Clitarchus, Antigenes, Hystrus, Polycritus, Onesicritus. Sunt tamen qui id ceu figmentum repudiarunt: inter quos fuerunt, Chares, Aristobulus, Philon Thebanus, Ptolemæus, Duris Samius, Hecatæus, Philippus Chalcidicus. Sed & ipse Alexander ad Antipatrum, Scytharum regem filiam suam sibi despondere uoluisse ostendit. Ad rem. Breui pòst uniuersum nomen Amazonicum extinctum fuit. Homeri enarratos lib. Iliad. 2. Penthesilea Q. quendam poëtam citat referentem hæc uerba, & eius exitu:* ὅτι ἐν τῇ ἀμαζονομαχίᾳ ἀχιλλεὺς ἀνελὼν πενθεσίλειαν τὴν τῶν ἀμαζόνων βασίλισσαν, ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας, ὡς ἐρῶντα ἀλῶναι τῆς τεθνηκυίας, βαρέως τ' ἤνεγκεν ἐπὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς. *Sunt qui eam non ab Achille, sed Neoptolemo eius filio cæsam credant. Fuit alia quædam Amazon, Neptuni filia, cuius meminit in obscuro poëmate Lycoph. à qua uniuersa gens Neptunides dictæ fuerunt. Hæ in Atticam militarunt, ut ait eius interpres, ac bello deuictæ, in Italiam cessêre, consederuntq; in Volscis, quæ bello Latino; Turno contra Troianos, duce Camilla, postea auxilia miserunt. Idem Poëta easdem cum Atheniensibus propter cingulum bellasse tradit. Hellanicus Lesbius scribit, eas per Bosphorum Cimmerium congelatum in Atticam uenisse: ubi cùm quatuor menses bellum traxissent, domum reuersas: causam belli non addit. Lysias rhetor dicit, has omnium mortalium primas equum inscendere ausas fuisse. Itaq; uirtutis suæ specimen editoræ, multa loca peragrabant: ubi uerò in Atticam uenissent, ægrè bello superatas. Herodotus Ponticus ait, tum à Theseo Antiopen captam, aut certè cum eo pugnasse, atq; à Molpide Amazone fusam, uel legatam ad petendam pacem Athenas uenisse. Verba Scholiastæ sunt:* ποθεσὶς ἡ ἀμαζὼν αὕτη ἐκαλεῖτο· ἀφ' ἧς καὶ αἱ λοιπαὶ ἀμαζόνες ποθεσίδες καλοῦνται, ἐπεστράτευσαν δὲ αὗται τῇ ἀττικῇ, καὶ πλησίον ἐπεστράτευσαν ὥς ἱστορεῖ. καὶ οὗτος μέν, διὰ ζωστῆρα, φησὶν αὐτάς, ἐπὶ τὰς ἀθήνας στρατεῦσαι. ἑλλάνικος δὲ ὁ λέσβιος φησίν, ὅτι κατὰ κρυσταλλωθέντα τὸν κιμμερικὸν βόσπορον, διέβησαν αὐτόν, καὶ ἦλθον εἰς τὴν ἀττικήν, καὶ τέσσαρας μῆνας πολεμήσασαι ἐπανέστρεψαν ὀπίσω, τὴν αἰτίαν. λυσίας δὲ ὁ ῥήτωρ, πρώτας φησὶν αὐτὰς ἀναβῆναι ἀνθρώπων τολμῆσαι ἵππους, ἐπιδείξασθαι τῆς ἀνδρείας αὐτῶν πεῖραν, πολλοὺς καταστρεψαμένας τόπους. ἐλθούσας δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀττικήν, μόλις ἡττηθῆναι. ἡρόδωρος δὲ ὁ ποντικός, τότε φησὶ θησέα λαβεῖν τὴν ἀντιόπην, ἢ μαχέσασθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ μολπαδίας ἀμαζόνος ἀποκτανθῆναι, καὶ πεμφθῆναι πρεσβείαν, τὰς ἀθήνας περὶ εἰρήνης ἐλθοῦσαν. *Operæpretium est hoc loco & illud annotare, quod Homeri enarrator lib. Iliad. 2 (quoniam de Amazonibus instituta est narratio) de duabus bellicosis Amazonidum ducibus Melanippe & Hippolyte scriptum reliquit. Et ne sim æquo prolixior in Amazonicis, ipsius authoris uerba adscribam, quò dictio dilucida sit, ac perspicua ut liqueat, quàm portensa fuerit huius sexus uirtus militaris.* μελανίππη (inquit) καὶ ἱππολύτη ἐγένοντο ἀριστεύσασαι τῶν ἀμαζονίδων ἡγούμεναι τῆς στρατιᾶς. αὗται ἀνδράσι τὴν φρουρὰν ἐφ' ἑαυτὰς ποιοῦσαι. ἐπὶ τὸ τὴν χώραν ἐπιτρέπουσαν, καὶ ἀμεταβλήτως, ὥστε τῷ στρατεύματι συγκατασταθῆναι, παρ' ἑτέρων ἄλλων πεπεραμένων χώραν, καὶ στρατόπεδον ἔθεντο πρὸς τὸν σαγγάριον ποταμόν. τὴν δὲ φρουρὰν ἐπὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐγκατέλιπον μίγδην καὶ ὁ τριόδος. οἱ τινες τὴν ὁρμὴν αὐτῶν στρατιὰν προσλαβόντες, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον παραγίνονται, πρὸς τὸ κωλύειν αὐτὰς μὴ ἐπελθεῖν τοῖς αὐτῶν ὅροις, καὶ ὁ πρίαμος τῆς φρυγίας βασιλεύς, ἐστρατεύσατο κατὰ τῶν ἀμαζόνων σὺν αὐτοῖς κατ' ἐκεῖνον χρόνον. *Atque hic quidem Amazonicarum rerum finem facerem, nisi loco coronidis eruditum carmen Ioannis Tzetzæ, quod scriptũ extat Variæ historiæ Chiliade 12. de Amazonibus, & Scythicis Sauromaticisq; mulieribus, addendum duxissem.*

ὅτι τὸ γένος μάχιμον τὸ τῶν ἀμαζονίδων,
τὰς πάντας ἀρχομένο μοι θαυμάζειν ἐξ ὁμήρου.
τὸ πρῶτον ἐναντίον τῶν ἀμαζόνων ἀντιανείρας,
καὶ ὡς πανταχοῦ ἀνδράσι στρατεύουσι,
καὶ μάχας καὶ τοῖς ἔργοις συμπάσας ἐνίκησαν,
μᾶλλον τὰ ἔργα ὅμοια τοῖς ἀνδράσιν αἱ γυναῖκες,
καὶ τῶν συμφορῶν τὰς γυναῖκας,
... τῶν ἀμαζόνων ...
...
τὸ γάρ τοι φιλόπονον ἀμαζονίδων ἐγένετο,
... ἀνδράσι συμφοράς,
οἱ συμφοράς, ...

Peltis] scutis Amazonicis, quæ Lunata à forma uocat. sunt aũt folio hederæ admodum similia. Græci exponunt, ... Mellibus.] Amplificatio uirtutis Amazonicæ, ab exercitu numeroso, quem ducebat, & in conferta hostium agmina incurrebat. Cingula.] à bellantis habitu. Cingulũ, à cingendo, quod & cinctus dicitur: quorũ alterũ uiris, alterum mulieribus cõuenit. Sed & nouæ nuptæ cingulo cingebãtur, quod uir soluere in lecto cõsueuit. Bellatrix.] Ecphonesis, in uirtutẽ militarẽ reginæ: & componit inter se, emphaticẽs, uirgo & uiris. Amazonidũ] dixit, pro Amazonum species pro specie. Cõcurrere:] cum uiris manus conserere, ac pugnare: A

ARGVMENTVM.

Dum animus, atque oculi Aeneæ in vna illa picturæ contemplatione defixi essent, regina ingenti caterua iuuenum constipata ad templum incedit: quam Dianæ comparat Nympharum choro circundatæ.

Hæc dum Dardanio Aeneæ mirãda uidentur,
Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in uno,
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades: illa pharetrã
Fert humero, gradiẽsq; deas supereminet omneis:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisq; futuris.

NASC. Hæc dum Dardanio Aeneæ mirãda uidẽrur.] duos admirabatur Aeneas, picturæ excellentiam, & suorum Troianorum historiam, quod si dicas picturam tantum admiratum fuisse, occulta est picturæ commendatio: nam uir magnus, ut est Aeneas Dardanius, non nisi magna, & egregia mirari solet.

Dum stupet.] exaggeratio est: non enim miratur solùm, uerumetiam stupet. Obtutuq; hæret.] stuporis est effectus, & declaratio: id enim efficit stupor, ut homo cæterorum oblitus, ea in re animum tantummodo occupatum habeat, figatq; oculos, cuius gratia stupet.

Forma pulcherrima Dido Incessit.] Duo designat in regina, pulchritudinem, & grauitatem: hoc enim indicat uerbum, incessit nam incedere est cum grauitate ambulare, quod grauium est, & dignitate præstantium personarum proprium ut:

Ast ego quæ Diuum incedo regina.

Qualis in Eurotæ ripis.] item amplificat per comparationem ex persona Dianæ. & est locus ex Homero sumptus Odyss. ſ ubi Nausicaa, itidem Dianæ comparatur. sic enim ait Hom.

οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
B τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ.
πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quibus uersibus, cùm multa alia Virgilius ex Homero egregiè uerterit, nihil quicquam infelicius ab eo translatum fuisse Gellius libro 9. capite 9. ex Probo grammatico testatum reliquit: cæterùm in primis obseruandum est, cùm ex poëtis Græcis aliquid insigne transferendum est, non semper obtinendum esse, ut singula uerba in eum, in quem dicta sunt, modum uertamus: sed pro re aliam rem, & pro loco locum, & pro nomine aliud nomen substitui potest. quemadmodum scitè, & ingeniosè Maro noster cum B alijs in locis ex Græcis scriptoribus effingendis, tùm maximè in hac Homeri comparatione trãsferenda, fecisse uidetur: in qua alia reliquit, alia eleganter expressit, quædam addidit, nonnulla etiam prudentissimè commutauit: nam quod Homerus Τηΰγετον dixit, Virgilius in Eurotæ ripis expressit. Quod ille Ἐρύμανθον, hic per iuga Cynthi commutauit. Quod ille Dianam cum agrestibus Nymphis ludibundam facit, hic eandem cum Oreadibus choros exercentem inducit. Itaque emmentissimus Poëta quod suo poëmati conducebat, id ex Homero sumpsit: Quod uerò suæ sententiæ alienum fuit, aut omnino reliquit, aut commutando in aliud suis uersibus adaptauit. Sunt præterea, quibus hæc comparatio idcirco non placeat: quia singulis singula respondere minimè uideantur: nam Rhetores illam inter uitiosas comparationes reponere comparationem solent, C quæ ex aliqua parte dissimilis est, nec parem habet comparationis rationem, qualis hæc est, quæ ad id tantùm pertinere uidetur, quod paulò antè dixerat:

——magna iuuenum stipante caterua.

Sed poëtis dari solet hæc uenia: apud quos interdum omni parte, interdum aliqua, similitudines conueniunt, attamen si æquè huius comparationis ratio expendatur, huic non ineptè negocio quadrare uidebitur: ut enim Diana in montibus, ita Dido in urbe. illa inter Nymphas, hæc inter matronas: illa uenationi instãns, hæc operi. Porrò hæc comparatio duabus partibus constare uidetur, protasi, & antapodosi: ut qualis ad Eurotam flumen Diana, talis Dido Carthagine.

Aut per iuga Cynthi.] singulares singulis proprietatibus ornantur: in Eurotæ ripis, per iuga Cynthi: nam fluuijs ripæ, montibus autem sunt iuga.

Exercet Diana choros.] ad canendum, & saltandum: qui uerò sint hi chori, sequentia indicant uerba:

Quã mille secutæ Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades]

A Oreades.] *Quæ in orbem glomeratæ saltarent canentes, huiusmodi chori, circulares chori dicuntur: qui in orbem saltantes canunt: qui rectum ducere dicuntur. Tales fuisse choros stereos, apparet ex Luciano.*

Illa Pharetram Fert humero.] *Non temerè Virgilius Pharetram Dianæ humero appendit: nam soli Dianæ, & Apollini id conuenit. ut in quarto Aeneidos:*

» *Tela sonant humeris.*

Nymphæ ad latus gerebant. hinc illud:

» *Succinctam Pharetra, & maculosæ tegmine Lyncis.*

Gradiensq; Deas supereminet omneis.] *transtulit illud Homeri:*

» πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα: *id est,*

» *Fronte & capite omnes supereminet.*

Latonæ tacitū pertentant gaudia pectus.] *ἐπιφώνημα est: quod plerumq; comparationibus addi solet: non quòd propria comparationis pars sit, sed ut tanquam figura adiungatur figuræ. Non enim necesse est epiphonema omni ex parte conuenire comparatæ rei, uti ex decimo*

B *Aeneid. colligi potest:*

» *Ille sedens uictor flammas despectat ouanteis.*

Nam ibi sedenti pastori non sedentem Palanta comparauit: ita hoc in loco Latonæ gaudium non est cui comparetur: attamen occasione comparationis significare uoluit Poëta doctiss. quàm læti sint parentes successibus filiorum. uertit autem illud Homeri:

» γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ: *id est,*

» *Gauisa est autem mente Latona.*

Quam uersionem sugillat Probus apud Gellium, quod gaudia illius fecerit leuia, & quasi in summo pectore supernatantia. id enim significare aiebat, pertentant: Homerum uerò gaudium expressisse genuinum, & intimum, atque in ipso penetrali cordis, & animæ uigens: ego uerò gaudium non solùm magnum & intimum, uerumetiam titillationes illas, ut ita dicam, gaudij hoc uerbo à Marone expressas fuisse crediderim: quæ momento temporis in animis hominum intenduntur, & remittuntur. Nam ubi quis ex iucundissimo nuntio summam lætitiam capit, non eodem semper affectu gestit: uerùm se remittit summus ille affectus: deinde iterum, & sæpiùs intenditur: hanc lætitiæ uicissitudinem indicare uolens,

C *Poëta egregius uerbo usus est tentare, utque gaudij magnitudinem ostenderet, uerbum composuit, & pertentant dixit: nam pertentare, est ualde, & sæpiùs tentare. Itaque factum est, ut ex una uoce duas eodem tempore significationes attulerit, & (ut est in prouerbio ueteri) ex eadem fidelia duos parietes dealbarit. hac in significatione Poëta bis atque iterum hoc uerbo usus est: in quinto Aeneidos:*

» *——pertentant gaudia mentem.*

Et in 3. Georg.

» *Nonne uides ut tota tremor pertentet equorum*

» *Corpora, si tantum notas odor attulit auras?*

Igitur uoluptas & gaudium sæpiùs Latonam titillabant, cùm filiam forma, ac maiestate cæteris Nymphis superiorem uideret. Talis erat Dido.] *cōparationi negocium accommodat.* Instans operi.] *Laus reginæ: quæ non friuolis, inanibusq; rebus (ut plerunq; assolent fœminæ) sed grauibus, regiaq; maiestate dignis uacabat.*

LAMB. Hort. Haec dū.] *Redit ad intermissam narrationem, ut ad Aeneæ & Didonis colloquium perueniat.*

Dardanio Aeneæ mirāda uidentur.] *Dardano nepoti. Aeneas cum Achille congressurus apud Homer. lib. Iliados 20. his uerbis genealogiam suam refert:*

» Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς.

Et mox:

» Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα.

Paulo pòst:

» Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα.

» Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,

» Ἶλός τ', Ἀσσάρακός, τε καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης.

Ac statim:

» Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν, ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα,

» αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης. ——

Stupet, obtutuq; hæret defixus in uno.] *quasi uoluptate spectaculi extra se ac præsens absens.* Dido.] *Hanc à forma & satellitio describit. Quæ omnia ut illustret, amplificando addit collationem à Diana dea ductam, cui reginam comparat. Comparatio hæc sumpta est ex 6. Odyss. ubi de Nausicaa Homerus ita narrat:*

» οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,

» ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,

» τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.

» τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,

» ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ,

» πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα.

» ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,

» ὣς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

Quos uersus noster Poëta ad uerbum propè reddidit. Valerius Probus solebat dicere, nihil tam infeliciter à Marone ex Homero uersum, atq; hunc locum amœniss. de Nausicaa. Primùm omnium diuersum esse dicebat, quod apud Homerum quidem uirgo inter familiares puellas, in locis solis, rectè atque commodè confertur cum Diana uenante in iugis montium, inter agrestes deas: minimè conuenienter Virgil. fecisse, nam Dido in media urbe ingrediens, inter Tyrios principes, cultu atque incessu serio instans operi atque regno futuris, nihil eius similitudinis capere possit, quæ lusibus atque uenatibus Dianæ congruat. Quodq; Homerus studia atque oblectamenta Dianæ in uenando honeste tribuat: Virgil. autem, cùm de uenatu deæ nihil dixisset, pharetram tamen eam fecit ferre in humero, ut onus. Idem mirabatur, quòd Latonam animo gaudeat, intimo & penetrali cordis, γέγηθε δέ φρένα. Neque se scire, quod aliud significaret, Pertentant, quàm gaudia pigra, leuia, & cunctantia. Ac uideri etiam florem Homerici loci omisisse. Hactenus illius iudicium retulimus. Dianam aiunt perpetua uirginitate delectatam. Et quia hominum consuetudine spreta, syluis & montibus delectabatur, montibus & syluis ueteres eam præfecêre. Item propter sterilitatem, etiam uir: Apollinem & Dianam sagittas gestare, propter radios in terram deiectos gestant faces, uterq; lumen præbet. & sol insuper exurit. Sed Diana nomen habere putatur à die & nocte, quòd noctu & interdiu appareat. Extendit Poëta syllabam primam, per diastolen.

Eurotæ.] *Laconiæ fluuius est: ac Spartam Thuriumq; præterlabens, ad Thrinassum in sinum Laconicum se exonerat. In huius ripa quia laurus nascitur, eum Apollini consecrarunt. Sunt qui hunc amnem Titaresium (ut Homerus. Iliad. 2.) uocent: nec in totum inferri Peneo, sed olei modo superè tantum influere. Affirmatur id quoque ipsum à Plinio. Homeri uerba sunt:*

ὅ δ' ἐγ

ἡ δ' ὅγι πλεόνωσ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
ἀλλά τί μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥεῖ ἠΰτ' ἔλαιον.

Initio Himerum dictum fuisse authores sunt, ac postea Eurotam seu Europan, ab Eurota duce Lacedæmoniorum, qui se in hunc amnem præcipitem dedit. Hodie, ut puto, appellatur Basilopotamo. Græci ἐρατεινοῦ exponūt ἠγαπημένου, καὶ ποθεινοῦ. Sed ἀγαπώμενον in μεταφορὰς τὸν ἔρωτα, ὅταν ἄξιον ἡδονῆς καὶ χαρίεντα, ἢ τὸ χρῆ τῷ ἐλαίῳ, καὶ μὴ ξυμμίσγηται. Cynthi.] Decorè in Cyntho choros exercentem Dianam fingit. Est autem Cynthus mons in Delo insula, patria atque infantia illius & Apollinis celebris, à quo hic Cynthius, illa Cynthia à poëtis appellatur. ὄρος δίας, ὅθεν κύνθος, unde & ἄνθος καλεῖται. κύνθον Attici florem nuncupant: & unde θάλλον, κύνθιον ξόανον. Describit autem Dianam à festa consuetudine, plausu & habitu.

Mille.] Amplificatio, à numero certo pro incerto. Oreades] nymphæ montium, ἀπὸ τοῦ ὄρος, ους, mons: ut ἀμαδρυάδες, syluarum. Gradiens.] Expressit Homericum, ex Odyss. 6. πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα. Talia.] Applicatio rei comparatæ.

ὣς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

Confert Didonem cum Diana: Oreadum turbam cum Carthaginensibus. In repetitione Talis, anaphora est.

ARGVMENTVM.

Regina sedet in medio Iunonis templo: ius dicit, legesq; dat populis: operis labores partitur: interim socij Aneæ ex tempestate reduces ad eam accedunt, & auxilium implorant. Aeneas, & Achates nube circūdati, visis socijs, quos in mari submersos putabant, stupent & dextras coniungere, & qua fortuna, quibusúe auspicijs illuc peruenerint, cognoscere, vehementer optant.

NASC.

Tum foribus Diuæ, media testudine templi
Septa armis, solioq; altè subnixa, resedit.
Iura dabat, legesq; uiris, operumq; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.
Cùm subitò Aeneas concursu accedere magno
Antea, Sergestumq; uidet, fortemq; Cloanthum,
Teucrorumq; alios, ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras.
†Obstupuit, simul ipse, simul perculsus Achates
Lætitiaq; metuq;, auidi coniungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, & nube caua speculantur amicti,
Quæ fortuna uiris, classem quo littore linquant,
Quid ueniant, †(cunctis nam lecti nauibus ibant,
Orantes ueniam, & templum clamore petebant.)

† al. Obstipuit.
† al. cuncti

Tum foribus Diuæ media testudine templi Septa armis.] digladiātur inter se interpretes super huius loci expositione, conanturq; uerba ad aptam quandam suo iudicio formā redigere, ut sensus facilis, lucidusq; fiat: sed quantò ipsi lucidiorem reddere conantur, tantò magis obscurare, ac, ut ita dicam, tenebris tenebras offundere uidentur. Seruius uulgatæ distinctionis lineas transilit, cùm illic distinguendum putet. Tum foribus Diuæ, & Zeugma agnoscit à superiori, instans foribus Diuæ. Donatus uerò ordinem uerborum confundens σύγχυσιν facit: sentit enim, reginam in foribus tantam templi fuisse armis satellitum circunseptam: quibus ante ianuam expectantibus, ipsa templum ingressa solio resedit. Egò uerò longè aliter sentio, & quid sentiam, hic breuiter affero. Regina templum utique ingreditur stipata militibus ibiq; sedet, iura, legesq; dat populis: Sed illud rem subobscuram facit parum intuentibus, quòd Poëta ait, in foribus Diuæ, & postea subdit, media testudine templi: uidetur enim Poëta duo dicere, cùm tamen unum dicat. Nam animaduertendum est, Poëtam dixisse in foribus Diuæ reginam sedere, non in foribus templi, postea addit, in media testudine templi: quibus uerbis luce clarius perspici potest, de foribus adyti, ubi simulachrum Iunonis positum erat, intelligendum esse; quod in media templi parte collocatum fuisse dicit. Sedit ergo regina in foribus adyti, quod erat in media templi testudine: hoc est, cuius tectum testudineatum erat. Atque hunc esse uerum Poëtæ sensum arbitror, quidquid interpretes cùm ueteres, tum recentiores dixerint.

Solioq; altæ subnixa resedit.] ἐν θρόνῳ reginæ, ut in solio altè sedeat omnibus conspicua: præsertim cùm populum, quasi de suggestu, alloqui uelit.

Iura dabat, legesq; uiris.] cur sedet regina? ut iura, legesq; det suis, ne ociari uideatur. Hoc etiam penè modo Poëta doctissimus Turnum sedentem facit in nono Aeneidos: B

——Turnus sacrata ualle sedebat.

Non ociabatur, sed quid agendum esset in solitudine cogitabat. Sed ne illud quidem silentio prætereundum uidetur, quod ait, uiris, fœmina ius dicit, fœmina leges dat uiris: unde præcipua certè Didonis laus emergit, quod eius imperio acquiescunt uiri.

Operumq; laborem Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.] iustitiam, & æquitatem reginæ extollit in negocijs agendis, imperioq; administrando: nam quæ æstimatione iustitiæ æquari poterant, distribuebat: quæ uerò suapte natura adeò erant difficilia, ut omnino æquari non possent: fortè trahebantur: ut si fortè quis onus aliud alio grauius subiret fortunam suam, non reginæ iniustitiam accusaret. Quod uerò ait, æquabat, ad iusti naturam alludere uidetur, quod est, ut inquit Arist. lib. quinto ethicorum medium, & æquabile. C

Cùm subitò Aeneas cōcursu accedere magno.] ex ingenti dolore in summam insperatamq; lætitiā fit commutatio: nā quos putabat Aeneas in æquore submersos, eos ad reginā accessisse incolumes uidet, peripetia est.

Antea, Sergestumq; uidet.] præcipuos nominatim recenset uiros, uulgus uerò hominū sub uno genere cōplectitur, cùm ait: Teucrorūq; alios, &c. Obstupuit simul ipse.] ὠπίθ@. Lætitia metuq;.] in re noua, & dubia Poëta hos ferè duos animi affectus unà cōiungit: hic lætitiæ affectꝰ ponitur propter socios liberatos, metum uerò propter Afrorū cōcursum. Auidi coniungere dextras.] ex nimio incolumitatis sociorū gaudio ibi enim maior uiget lætitiæ affectus ubi iam maius apparet

A paret fuisse discrimen interitus. Quæ fortuna uiris. classem quo littore linquant. Quid ueniant.] triplex cōsideratio maximè necessaria: nihil profectò aliud de illis cogitandū erat, nisi quibus auspicijs uenissent, ubi naues reliquissent, & qua de causa ad regnū accessissent.

Cunctis nam lecti nauibus ibant.] τὸ αἴτιον. erat causa cur illa cogitaret Aeneas, imò etiam ut stuperet, cùm ex omnib. nauib. delectos cerneret ad regnū legatos: eoq; magis, quia eos uenā, auxiliūq; implorātes audiebat.

LAMB. Hort. Tum foribus.] Postrema præparatio ad congressum Didonis. Sumit aūt Poëta hanc ... à principis laudatæ ueræq; natura & officio: cuius est primùm, regnū legibus bonis instituere, suos religione imbuere, rempub. munire: deinde summa æquitate ius dicere: postremò officia & munera partiri, ut ... quadā cuncta gerantur. Quæ quidem omnia diligenter reginam præstitisse ait, & quidē hac consilio, ut locus tempusq; aptum detur ad colloquium, maximè uerò supplicandum Didoni. Diuæ.] Iunonis: cuius templum donarijs opulentum Didonem tum condidisse, paulò antè ostēdit Poëta: in hoc Aeneas picturam belli Troiani hactenus fuit contemplatus.

B Armis.] pro Regina maiestate. A decoro principis, cùm dictatur ius, & iura legesq; dantur. Iustis.] Ab æquitate Didonis, in partiendis laboribus. Sorte.] Respexit Poëta ad sortiendi sua tempestate Romanorum consuetudinem: quam & Reginam Carthaginensium in diuidendis operibus tum obseruasse quoq; ait. Subito.] Insinuat rem inexpectatam: sed & trepidam, ob Pœnorū iniuriā Ipsis Troianis in littore illatam. Enumerat sociorum amissorum duces, quos habebat charissimos, quorū suprà mentio habita est. Aduexerat.] pro, alijs oris, uel ad alias oras uexerat. Græca dictio, ... Simul.] Geminatum simul, uim habet copulatiuam &: Et ipse Aeneas & Achates obstupuit.

Lætitiaq;.] Polysyndeton: Lætitia perfundebantur, ob salutem sociorum, quos casus inopinatus obtulerat incolumes & saluos. Et metus rursum lætitiam contaminabat, ne per uim pulsati essent: sed & anceps euentus præsentis congressus solicitudinem inijciebat. Ardebant.] Metaphora, à re inanimata ad hominem: pro, uehementer & nimium cupiebant. Sed res.] Causa, quamobrem dissimulabant. Quæ fortuna.] quo casu huc appulerint. Et quam uerò fortunam uocant, ipse sui interpres est: Ubi reliquerint naues, quæ causa sit legationis. Lecti.] selecti è singulis nauibus, duce legati ad reginam ueniebant.

Ibant.] Rursum simplex pro composito, ueniebant.

Orantes.] Veniebant oratum publicam fidem, ne pulsarentur contrà ius gentium.

ARGVMENTVM.

Precatur reginam Ilioneus hanc sibi ueniam dari, ut tamdiu Africo in littore consistant, quandiu naues suas maritima tempestate concussas reficere, atq; resarcire possint. Suspicionem à se depopulationis agrorū amolitur, Afros immanitatis arguit: & qua causa impulsi ad Africum litus appulerint, exponit.

Postquam introgressi, & corâm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O' regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,
Iustitiaq; dedit gentes frænare superbas:
Troës te miseri, uentis maria omnia uecti,
Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes:
Parce pio generi, & propius res † aspice nostras. (al. respice)
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas.
Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere † glebæ, (al. glebæ)
Oenotrij coluêre uiri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, Ducis de nomine gentem:
Huc cursus fuit.
Cum subitò assurgens fluctu, nimbosus Orion,
In uada cæca tulit, penitusq; procacibus austris,
Perq; undas † superante salo, perq; inuia saxa (al. spumante)
Dispulit: huc pauci uestris † adnauimus oris. (al. aduenimus)
Quod genus hoc hominū, quæue hūc tā barbara mo(rē
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaq; uetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate deos, memores fandi atq; nefandi.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetherea, † neq; adhuc crudelib. occubat umbris, (al. nec)
Non metus: officio nec te certasse priorem
Pœniteat: sunt & Siculis regionibus urbes,
Armaq;, Troianoq; à sanguine clarus Acestes.

Et coram data copia fandi.] posterior locutio est, data copia: nam oratores facere copiā frequentius utuntur.

Maximus Ilioneus.] non est (ut opinor) ille Phorbantis, de quo est apud Homer. Sed alius ab eloquētiæ cōmendatione à Virgilio fictus: quē ideo maximū uocat, ut qualis futura oratio sit, indicium faciat: seruat enim τὸ πρέπον Poëta, ut homini eloquenti comptam, ornatámque orationem tribuat.

Placido sic pectore cœpit.] rectè placido pectore: nam principia orationum uoce quàmaximè sedata, & depressa dicēda sunt: ut inde animi tranquillitas agnosci possit.

O' regina.] deprecatio est, quæ ad coniecturalem controuersiam reuocari uidetur, propter suspicionem, quam ... Ilioneus occupat, fidem faciens à uoluntate, & facultate, ex ea parte, quæ τὸ ... habet, se non prædandi gratia, uti regina fortasse suspicabatur, sed tempestate impulsos ad hæc littora peruenisse. Huius autem deprecationis hæc summa est, ut antè dictum est, ut Troiani fluctibus agitati tādiu tuta statione recipiātur, quādiu naues suas resarcire, nouósque remos in syluis parare sibi possint. Oratio est perelegans, & uenusta, ac ingenti uerborum rerumq; copia, & pondere referta, ut non ab re Ilioneo tribuata esse uideatur. Causa honesta

Quassatam uentis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam socijs & rege recepto
Tendere, ut Italiam laeti Latiumq; petamus.
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrûm
Pontus habet Libyae, nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniae saltem, sedesq; paratas,
Vnde huc aduecti, regemq; petamus Acesten.

honesta quidem est, sed eam reginae, Afrorumq; suspicio ambiguam reddit: ideo à beneuolentia aucupicandum fuit, ne pars illa turpitudinis obesse posset. Quatuor igitur ex locis reginae beneuolentiam colligit: primùm à dignitate: deinde à felicitate, & iustitia illius: postremò ex calamitatibus atq; incommodis Troianorum per commiserationem.

Nouam cui condere Iuppiter urbem.] *ex felicitate, reginae sibi beneuolentiam conciliat: cui hoc summum Iupiter beneficium dedit, ut urbem cõderet: nam foeminam urbem condere, rarum, & magnae difficultatis negociū est: Duo igitur penè miracula sunt, foemina regnat, & urbem condit.*

Iustitiaq; dedit gentes fraenare superbas] *à iustitia, & prudentia simul: nam gentes superbas, immanesq; legibus retinere, nemo sine prudentia potest. Verùm quoniam prudentia in homine absq; iustitia existere potest, iustitiae potissimùm mentionem facit, ut in ea utramq; uirtutem esse ostendat: prudentiam quidem, quia tam feras, barbarasq; nationes sub legum seueritate continet: iustitiam uerò, quia illarum superbiam, immanemq; feritatem puniendo reprimit, atque mollit: qua in re id occultè significare uoluisse uidetur, se iustis de causis ad reginam accessisse, nec nisi iusta, & honesta petiturum esse: quod etiam ad suspicionem inferendae uiolentiae remouendam, ualde facere uidetur: cumq; Oratorum peculiaris sit mos, ut cum aliquid ab aliquo uel petere, uel impetrare uelint, id penes eum à quo petunt, esse ostendant. Immo, exempli gratia cùm tempestatem ab Aeolo impetrare uelit in perniciem Troianorum, summam in eo tempestatis facultatem esse declarat, cùm ait:*

Aeole (namq; tibi Diuûm pater, atq; hominum rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento)
Gens inimica mihi, &c.

Ita hoc in loco Ilioneus iusta petiturus à regina, & quae iure gentium omnibus concedi posse uidentur, illius iustitiae in primis mentionem facit: cui se plurimùm confidere iudicium facit.

Troës te miseri] *alius beneuolentiae locus per commiserationem ex magnis, diuturnisq; Troianorum aerumnis, ita enim se facilius optata laturū sperat, si suorum incommoda proferendo, reginam ad conquestionis affectum deducat. Hoc igitur affectu suam petitionem adornat, sed quid petat uideamus.*

Prohibe infandos à nauibus ignes.] *honesta petitio: sanè honestum erat, ut quibus fortuna pepercerat, illi quoq; hominum pietate integri, atq; incolumes relinquerentur. propterea subdit*

Parce pio generi.] *rhetorica praeceptio est, ut si causa uel ex re, uel ex persona offensionem contraxerit, pro persona, aut re, in qua offenditur, altera quae nihil offendat, interponatur, quamobrem Ilioneus, ubi reginam Troianorum aduentu grauiter offensam uidet, cõfugit ad genus: quod à pietate commendat: unde etiam colligitur argumentū ab honesto: nam honestum est, ut qui in alios pij fuerunt, ipsi quoq; pietatē, misericordiamq; mereantur.*

A Et propius res aspice nostras.] *ad genus speciē reuocauit: nam illud singulare est:*

Parce pio generi.

Hoc uerò generale: nã hic uerbis, quaecunque Troienis cõmodo esse possunt, includi uidētur.

Non nos aut ferro Libycos populare Penates Venimus.] *peroratio exordio, cõfutationem aggreditur: in qua κατασκευὰς purgat, quae à regina de agrorum depopulatione, aut de abigenda Afrorum praeda obijci poterant: ubi etiam obseruandum est, quod cùm duplex sit disponendi ratio, altera, quae ab institutione artis proficiscitur, (ea est, cum orationis partibus suo ordine utimur) altera quae ad casum temporis accommodatur, hic cùm Ilioneus dispositionis modū sequi uidetur, quē tempus, & ipsius causae natura praescribit. Sic enim agendum fuit, ne propter suspicionem, iratam perpetua oratione reginam haberet: eodemmet disponēdi ordine Orpheus apud Ouidiū utitur lib. Metã. x. cùm*

B *ad reuocandã uxorem Eurydicem ad inferos descendisset;*

——ô positi sub terra numina mundi,
In quem decidimus quicquid mortale creamur.

Confestim sequitur confutatio:

——non huc ut opaca uiderem,
Tartara descendi ——

Et quae sequuntur alia.

Ita quoq; in 6. Aeneid. Sibylla priùs confutat quae à Charonte obijci poterant, quàm, cur Aeneas ad inferos descenderit, causam asignet sic enim ait:

Nullae hic insidiae tales, absiste moueri,
Nec uim tela ferunt, licet ingens ianitor antro.

Et reliqua. mox sequitur causa:

Troius Aeneas pietate insignis, & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras.

Nuncius apud Eurip. in supplicibus, huic simile quidem de Theseo narrat per occupationem obiecti.

ὁ δ᾽ ἀνάγραφον πόλιν
μολὼν ἰσφαγεῖ, ἀλλ᾽ ἀναιτῶν νεκρούς. id est;
Non enim ut depopularetur ciuitatem
Venire dicebat, sed ut reposceret mortuos.

C Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.] *causam assignat τῶν ἤδη dedoctū: duplex autem locus est, unde omnis coniectura probatur, atq; refellitur: uolũtas, & facultas, qui quidem loci à natura ducti uidentur: nam in omnibus hominū factis (uti antè declarauimus) uoluntatem, & facultatem cõcurrere necesse est. Itaq; in omnibus apud Cic. coniecturalibus controuersijs partim de uoluntate, partim de facultate disseritur: id est, reum aut uoluisse aut noluisse, uel facere potuisse, uel contrà, nõ potuisse. Hos duos locos Poëta hic attigisse uidetur: locum uoluntatis, cùm ait: Non ea uis animo: locum facultatis, quod est ab impossibili, cùm subdit: Nec tanta superbia uictis. nam superbia magis ex facto, quàm ex uoluntate cognoscitur: utrumq; uno uerbo designat, quod ait, uictis; nam uictis, neq; animus, neq; facultas agendi existere potest. Quidam impressi codices, potentiam legunt, quod minimè displicet, uulgata tamen lectio magis probatur.*

Est locus.] *cùm Ilioneus planè fecisset, Troianos non esse pyratas, neq; abripiendae praedae gratia Carthaginē uenisse,*

A *nisse, reliquum erat, ut quamobrem uenissent, causam ostenderet: itaq; primum nauigationis suæ consilium breui narratione exponit, quòd in Italiam nauigarent: deinde interceptum hoc fuisse consilium declarat, quia aborta repentè procella Carthaginem, quo minimè uolebant, impulsi fuerint. illud etiam tacitus præterire non possum, quod Sulpitius uictor docet, narrationem fieri apertam magis si à recto casu incipiat. cuiusmodi sunt multæ Ciceronis narrationes ut pro Mil. P. Clodius cùm statuisset, &c. & pro Quintio. C. Quintius fuit P. Quintij huius frater, & pro Cluentio. A. Cluentius habitus fuit pater huiusce. cuius rei non ignarus Poëta noster hanc, & alias plures à casu nominandi narrationes inchoauit.*

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.] *uersus est ex Ennio sumptus. sic enim ille ait:*

» *Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.*

Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ.] *Italiam multis ex circumstãtijs præsertim à nobilitate, à uirtute bellica, ab hominum præstantia, à rerum penè omnium fertilitate commendat, Carthaginis sterilitatem immanemq; hominum naturam contrà occulta de-*
B *formatione perstringens, ut uerisimile appareat, non nisi graui aliqua necessitate, aut ui compulsos, ex tam pingui, fertiliq; prouincia ad tam horrendas Barbarorum solitudines nauigasse. Cùm igitur ait, terra antiqua, laus est à nobilitate propter uetustatem non prouinciæ, sed incolentium prouinciam: nam quæ antiqua sunt κατὰ μετάληψιν nobilia, preciosáq; esse dicuntur. Aristotel. 1. de arte rhetor. quamobrem sequitur:* Oenotrij coluêre uiri.] *quasi dixerit, populi antiquissimi. Myrsilius Lesbius, in bello de orig. Italiæ, & Tyrrhenorum, scriptum reliquit, Oenotrium Arcadem cum Peucino fratre primum fuisse, qui coloniam in Italiam transportauit. eamq; primam fuisse ex Græcis paulò minus quindecim ætatibus. Ante ruinas Troiæ. Sed fortasse melius est nobilem intelligas, potentia armorum, & frugum ubertate, ut quæ duo sequuntur, potens armis atq; ubere glebæ, superioris membri causa sint: nam cur antiqua: id est, nobilis Italia, quia potens armis, & ubere glebæ.* Potens armis.] *à bellica uirtute commendatio: quasi dicat Italos esse homines tractandis armis, bellisq; gerendis propè iam natos.*

Atq; ubere glebæ.] *à fertilitate terræ, & à copia frugum. De fertilitate Italiæ præter alios Plinius libro 3.*
C *capite 5. Liuius lib. 1. secundi belli puni meminerunt.*

Cum subitò assurgens.] *breui, concinnaq; descriptione, quam passi fuerant, tempestatem complectitur: quæ cùm ad misericordiam captandam, tum ad uiolẽtiæ suspicionem abstergendam facit.* Nimbosus Orion.] *si à Iunone fuerat immissa tempestas, quomodo ortu Orionis? nam quia hoc scire non poterat Ilioneus, quod à musa postea Poëta didicerat.* In uada cæca tulit.] *Syrtes intelligit, ut:*

» *In breuis, & Syrtes urget miserabile uisu.*

Procacibus austris.] *obstinatè urgentibus, ac sæuientibus, ne fortè existimetis nos sponte nostra huc peruenisse: ideo utitur etiam uerbo, Dispulit. at in sept. Aen. contrà se ad Latinum sponte uenisse dicit:*

» *Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus acti.*

Hoc pauci.] *rursus suspicionem amolitur uiolentiæ inferendæ: quam rem uerisimilem facit à paucitate hominum, non enim tam pauci homines rem tam arduam ac difficilem aggredi unquam ausi fuissent.*

Adnauimus.] *difficultatem, periculumq; hoc uerbo suæ nauigationis ostendit: quasi dixerit, se cum socijs perinde huc appulisse, atq; naufragi natantes ad littus peruenire solent: quæ etiam ad misericordiam excitandam plurimum faciunt.* Quod genus hoc hominum, quæue hunc tam barbara morem Permittit patria?] *Corroborata, ualidisq; argumẽtis confirmata causa, in acerbissimam querelam prorumpit: & quæ sibi ab Afris obijci iudicabat, eadem in eos per quoddam recriminationis genus, quod Græcis ἀντικατηγορία dicitur, retorqueret, perinde ac si diceret, à nobis latrones, immanesq; Pyratæ & Barbari iudicamur, quia sumus peregrini & ex longinqua regione nauigamus: sed uos barbari estis, qui hominibus aduerso uento ad uestrum littus eiectis hospitium telluris negatis.* Hospitio prohibemur arenæ.] *factum Afrorum arguit ceu immane, atque ab omni humanitate alienum, cum uehementi uoce, atque ingenti affectu, & stupore pronunciandum uidetur. ut illud Eurip. in Iphy in Tauris:*

Ἄπολλον οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τις ἄν: id est, «
Apollo neq; apud barbaros hoc quisquã ausus fuisset. «

Vnde colligitur argumentum à minori, hoc modo: negatur nobis hospitium arenæ, quod omnibus iure gentium concedi solet, quid si in urbe, aut in uestris ædibus hospitio suscipi à uobis peteremus? Bella cient, primaq; uetant consistere terra.] *exaggerat facinoris immanitatem, per quod Afros deturpat: qui nulla quæsita causa, cur uenerint, peregrinos à littore pugnando depellunt.*

Si genus humanum] *remissiore animo, atq; uoce iam agere incipit: ita quoq; præcipit Fab. Quinctilianus à contentione ad sermonem transeundum esse: nam cùm superiùs contentione, & acrimonia uocis in arguendo Barbarorum more, usus fuisset. quod fortasse reginæ, Afrorumq; animos aliquantulum irritare potuisset, nunc remissius agendum fuerat, ut per sermonis lenitatem, atq; remissionem, quoad eius fieri posset, sedarentur.* Temnitis.] *Barbarorum superbiam carpit: & astutè communiter loquitur, temnitis, ne si sola regina, cuius causa hæc fiũt, in crimen uocetur, ægrè ferat, iracundia, odioq; in Troianos iure accendatur. Hoc uerò modo Afros, & reginam complectitur.* At sperate Deos.] *saltem timete, & uindices futuros existimate ἀκυρολογία est: id est, impropria locutio: qua ter hac significatione abusus est. hic primum, iterum in 4. Aeneid.*

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. «

Tertio loco in 11. Aeneid.

Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt «
Tempore, cum ferro, &c. «

Rex erat Aeneas nobis.] *multis quidem argumentis reginæ Ilioneus fidem fecerat, se, sociosq; suos non spontè, sed procella impulsos Carthaginem peruenisse: sed illud quoq; obijciendum relinquebatur, cur absque duce nauigarent, quod minimè fieri solet ab illis militibus, qui magnis de causis aliquò proficiscuntur. Quamobrem πρόληψιν occurrit obiecto, sibi regem esse. quem ita extollit, ut omnibus, quæ in hominem ferè cadere possunt, uirtutibus cumulatissimum dicat: unde facilè perspici potest, hanc orationem eo structam artificio esse, ut nihil ab eo dictum sit, quod ad suspicionem Latrocinij, aut insidiarum auertendam facere non uideatur. Sed singula ipsa uerba perpendamus. REX erat. πάθος à communi mutatione fortunæ: erat, inquit, quasi amplius non sit ut,*

fuimus

—fuimus Troes fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Itaq; cum pondere, & doloris significatione uerba proferenda sunt, ut quantus ille fuerit, quantumq; ipsi ex eius absentia damnum ceperint, indicium facere uideatur.

Quo iustior alter, Nec pietate fuit] *regem suum à iustitia, & pietate commendat: quæ bona animi sunt, quibusq; regem in primis, atq; imperatorem ornatum esse oportet.* Nec bello maior, & armis.] *exaggerat ab animi corporisq; dotibus, & à peritia rei militaris: nam omnis ferè corporis, animiq; uirtus in armorum tractatione, belloq; gerendo cognoscitur. Illud igitur, bello maior, ad animi consilium, armis uerò, cùm ad animi, tum ad corporis fortitudinem referendum est: perinde ac si diceret, Aeneam sapientissimum imperatorem, strenuissimumq; militem fuisse: totius aut huius carminis sensus, ex eo tertij Iliados uersu desumptus esse uidetur, quem Alexander magnus tantopere extollebat, ut cæteris Homeri uersibus anteferendum esse iudicaret.*

ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Quem si fata uirum seruant.] *non fuerat omittenda remunerationis pollicitatio, ut reginæ animum ad gratiam in Troianos conferendam magis excitaret. artificiosè autem pro paruo beneficio magna pollicetur: tacitamq; obiectionem uno dilemmate diluit: nam tacitè secum cogitare posset Dido, se, si Troianis subueniat, operam, quod dicitur, atque oleum perdituram. Huic obiectæ occurrens Ilioneus, aut (inquit) mortuus est dux, & imperator noster, aut uiuit: si uiuit, nihil nobis est timendum, tibiq; (si de nobis bene merita fueris) optimè sperandum, tuum tibi beneficium perpetuæ utilitati futurum: sin mortuus est, habemus in Sicilia Acestem regem opulentiss. armis potentissimum, sanguine, & beneuolentia nobis coniunctissimum: qui debitam tibi pro hoc beneficio gratiam referre poterit. Quibus uerbis & illi spem affert, & metum inijcit: nam cùm multum nos prodesse posse ostendimus, multum quoque nocere posse tacita cogitatione firmamus. Obseruanda uerò in primis est elegans expolitio: quam tractando, ter eandem rem commutatis uerbis dicit: quem si fata uirum seruant, idem sequitur, mutata uerborum forma, si uescitur aura, tertiam subdit uerborum figuram:* nec adhuc crudelibus occubat umbris. *ita etiam paulò inferius sensu planè contrario:*

Sin absumpta salus, & reliqua.

Hic si mortuus sit, illic, si uiuat, uerbis ter uariatis dicit.

Non metus.] *nihil est nobis formidandum.*

Nec te certasse priorem Pœniteat.] *spem inijcit amplissimæ remunerationis. tale est illud in 7. Aen.*

Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.

Et ne fortè propter incertam Aeneæ incolumitatem, regina consilij sui rationem mutet, subdit:

Sunt & Siculis regionibus.] *quibus uerbis declarat, eam (utcunq; res ceciderit) magnum ex suo beneficio fructum esse laturam.*

Quassatam uentis] *summa totius petitionis.*

Si datur Italiam] *ratio petitionis mira cum honestate coniuncta: quam dilemmate (uti diximus) id est, ancipiti argumento figurat. Sensus autem à superiori pendet, ordinisq; dispositio huiusmodi est: liceat nobis per te naues nostras subducere, atq; resarcire, ut (modò id nobis fœlicibus auspicijs contingat) ad Italiam nauigare possimus.* A

Sin absumpta salus.] *altera pars dilemmatis.*

Et te pater optime Teucrûm.] *ἀποστροφὴ ad Aeneam, quæ illius probitatis commendationē, eiusdemq; sententiæ uerbis ter commutatis expolitionem habet.*

Pontus habet Libyæ.] *πάθος tùm ab aduersa Aeneæ fortuna, tùm etiam ab indignitate rei: quòd tantæ uir singulari uirtute, atq; insigni probitate perijt (nam perijsse putat) ibiq; perpetuò iaceat insepultus, & undis agitatus communi honore sepulchri careat.*

Ilioneus.] *De hoc suprà disseruimus. Describit oratorem dicturum, grauem ac sedatum, & suius oratia pro tempore placida esse debet.* LAMB. Hort.

O regina] *Petitoria generis suasorij. Huius autem principalis petitio est, hospitium littoris, ubi liceret naues tempestate quassatas citra iniuriam sarcire: trabes ad reficiendos remos è syluis excidere. Captat autem beneuolentiam à persona Didonis: hoc est, à gratulatione successus sui circa conditionem nouæ urbis quæ res non poterat non reginæ ipsum oratorem, ad benigniter audiendum conciliare. Deinde implorat illius opem.* Troës te miseri.] *Occupat statim quod obijci poterat:* Non nos aut ferro. *Confirmat à uerisimili:* Non ea uis animo. *Narrat inde nauigationis consilium, & errores. Notat modestè Pœnorum barbariem, à quibus nulla læsis iniuria littore prohibeantur. Promittit par officium, & parem uicissim humanitatem, si id quod petat, exoret. Petit ad postremum haud sine extenuatione, ut liceat naues quassatas è syluis reficere & sarcire. Promittit animum gratum: terret, si non faciat. Si Aeneas uiuit, nihil timemus: sin perijt, habemus Acesten. Peroratio habet affectus.* O regina. *Beneuolentia à persona Didonis, & gratulatione: quòd Diuorum beneficia, post fugam, mœnia nouæ urbis suæ uidere, & leges ciuibus dare sic contigerit. Neq; potuit aptius, & præsenti fortunæ accommodatius exordium ducere.* B

Troës te.] *Cùm se Troës uocet, à miserabili gentis suæ fortuna docilem eam reddit: & implorat simul opem reginæ, aduersus iniuriam.* Maria omnia] *Ellipsis, pathos à loco.* Parce.] *Pathos à pietate.* Nonnos.] *Occupatio, quam soluit à præsenti fortuna & conditione.*

Populare,] *pro populatū, ποιήσεως.* Est locus.] C *Narratio à chorographia Italiæ. Hanc describit à nominis ratione: à priscis eius terræ habitatoribus, uetustate gētis, armorum uirtute, feracitate soli, & postremò à præsentis nominis ratione.* Hesperiam.] *Ennianum est, ut fuit eius poëtæ Maro studiosus:*

Est locus, Hesperiam quem mortales perhibebant.

Atlas Italus, primus collem Auentinum habitasse traditur: qui è Sicilia aductus, fratrem suum Hesperum, in cuius tutela tum Hetruria erat, bello adortus est: Iano puero adhuc, & ad regni munera immaturo. Erat autem uterq; Iapeti filius. Porrò Italus dimicare à Iano & Hetruscis prohibitus, in Auentino consedit, ad cuius radicem illorum & ope, & consilio postea Capenam condidit: ipsam uerò regionem Iani permissu Italiam nuncupauit. Breui pòst Hespero fratre è rebus humanis sublato, ipsum Ianum & Hetruriam in tutelam suscepit, & omnem circa Tyberim regionem, extinctis alijs ultrò citroq; nominibus, de se Italiam dixit. Hæc est illa prisca Italia, cuius nomen sensim ab Alpium radicibus usq; ad fretum Siculum propagatum est. Hæc ferè Fabius Pictor. Cato

prodidit,

A prodidit, Italiam à dijs & ducibus alia atque alia nomina sortitam: à Iano Ianiculam, quem quidam Oenotrum dictum fuisse affirmant, quòd uinum & far inuenerit: Camesenam, à Camesena Saturno, Saturniam: & à gentilibus Salcumbronam. Sed Saturnia nomen durauit tot fermè annos, quot aurea ætas, usq; ad Apim deorum Italicorum ultimum: unde mons Apenninus nomen suum traxit: & Italia ipsa aliquando Apennina dicta fuit, quam Antiochus Syracusanus Taurinam interpretatur. Græci fabulantur, à bubus Herculis quas opimos (inquit Hellanicus) Italia gignit: aut à uitulo egresso, ut Herodotus: aut quòd Græcorum quidam Italos boues appellant, ut Timæus, Italiam dictam esse. Lycophronis doctissimus enarrator in hunc modum de Italia hoc ipsum scriptum reliquit: αὐτὴ δὲ ἀπὸ μακεδονίας ἕως ἐν ἰταλίᾳ, ἡ πρὶν ἀργεσσα ἐκαλεῖτο. εἶτα σατορνία, ἀπὸ τοῦ κρόνου σατόρνος γὰρ ὁ κρόνος παρὰ ῥωμαίοις. εἶτα ἀπὸ τοῦ αὔσονος, αὐσονία. εἶτα οἰνωτρία. εἶτα ἀπὸ ἰταλοῦ ἐφ' ὧν ταῦρος τῶν γηρυόνου ἀγομένων παρὰ ἡρακλέους, καὶ ἀπὸ ῥηγίου διανηξαμένου ἐς σικελίαν ἐκ πεδίον ἔρυκος ὃς ἦν ἐλυμῶν βασιλεὺς, ἰταλία ἡ χώρα ἐκλήθη. ἰταλὸν γὰρ τυῤῥηνοὶ τὸν ταῦρον καλοῦσιν. ὅθεν ἡ ἰταλία ἡ χώρα ἐκλήθη. Hæc alio sunt nobis loco latinitate donata. In Italia omnium primus Picus regnasse proditur. Post quem eius filius Faunus rexit. Cui successit Latinus, Herculis filius, ex Fauni uxore, quinquagesimo quinto anno ante aduentum Aeneæ in Italiam, ut quidam Græcorum scripserunt. Illis porrò accesserim libentius, qui à duobus memoratis fratribus Italiam & Hesperiam regionem dominatam autumant. Macrobius Hesperiam nomen habere existimat, ἀπὸ τοῦ ἑσπέρας, quòd occasui subiecta sit: ut Oenotriã, à bonitate uini, quod in Italia nascitur.

Oenotrij.] Oenotrus Sabinorum rex, in ea Italiæ parte regnauit. Plin. quoq; astruit, tertiam Italiæ regionẽ, ubi ager Lucanus & Brutius incipit, Pelasgae, Oenotrios, Italos, Morgetes & Siculos tenuisse. Dionysius author est, Arcades omnium primos transito Ionio, in Italiam colonos misisse: quare tradunt, Oenotrum Arcadem cum Peucetio fratre (quos Lycophron βορειγόνους uocat) & Aboriginum gente, decem & septem ætates ante Ilij excidium in eam terram descendisse. Fuit autem is iunioris Lycaonis filius, quintus à Phoroneo, qui primus omnium in Pe-

C loponneso regnasse dicitur. Hinc postea Dardanus in Samothraciam, atq; inde in Phrygiam fuit aduectus. Eam autem regionem, quam Oenotriam à duce suo nominabant, incoluerant Ausones, e regionè Peucetiorum. Porrò autem quod Cato scriptum reliquit, non grauabor annotare. Ad orientem, inquit, Magnæ Græciæ pars est: Oenotria Arcadum, & Calabri, prius Ausones: ad quos Græca uerbositas fere uenisse primam Græcorum classem, annis fermè quadringentis ante ruinas Troiæ, cùm Oenotrium ducem Arcadum post Troiam conditam adnauigasse in Calabriam tradat Antiochus Syracusanus, & circa oras maritimas posuisse colonias. Et ut parciùs mentiantur Græci, ab eo quondam dictam Italiam Oenotriam scribunt, cùm ab initio Italia, à uetustissimo rege Sabinorum & Hetruscorum, penes quos erat imperium, id nomen sortita fuerit. Hactenus Cato. Hic Philoctetes capta Troia habitauit. Lycophronis Scholiastes: ἔστι οὖν ἡ ῥώμη ἐξ ἧς, χωρίον ἐν ᾧ ἀρχὴν λεγόμενον οἰνωτρία, ὅπου ὁ φιλοκτήτης κατῴκησε μετὰ τὴν τῆς ἰλίου πόρθησιν, καθὰ διοδωρ... καὶ ἄλλοι, καὶ πολλοὶ τὰ ῥωμαϊκὰ γεγραφότες, ἱστοροῦσιν. Hesperia.] Ab Hespero fratre Atlantis. Hesperides filiæ illius sunt dictæ: Aegle, Arethusa, Hesperethusa. His traduntur fuisse horti arboribus pomiferis consiti, quos draco peruigil custodiebat. Hunc Hercules postea interfecit. De Hesperidibus & Brettanicis insulis annotauit Tzetzes Chiliad. 8. 218. Est & Hesperis herba, quæ noctu olet: & Hesperium promontorium Africæ. Cùm subitò.] Occasio appulsus sui fortuiti in littus Africũ, ne studio eò cursum habuisse existimetur. Describit autem tempus nauigationis ac tempestatis ab exortu signi tempestuosi, unà cum tauro exorientis, cuius exortu b... eo soluerent Siculum portum. Hesiodus fabulatur, hunc Orionem Neptuni ex Euryale filium fuisse. Hunc puerum forma insignem adamauit Diana, ut penè nupsisse ei crederetur. Quam rem Apollo indignè ferens, subinde sororem amanter obiurgabat. Accidit autem casu, ut uideret Orionis procul natantis caput: contendit ergo cum sorore, eam non tacturam sagittis, id quod procul nigrum in fluctibus appareret. Diana cùm uellet artificij sui in iaculando specimen edere, Orionis caput fixit. Porrò hac uiso amatoris sui in littus eiecti corpore, cùm factum doleret, eum inter sydera relatum cum tauro decertantem fecit. Alij fabulantur, Orionem natum è lotio, in corio tauri ab Hercule immolati, ab Ioue & Neptuno reddito: atq; cum à Diana ob id interfectum, quòd illi uitium offerre conaretur: atque inde à Ioue in sydera eum relatum. Itaque Orionem, quasi Urionem dictum putant Græci, ἀπὸ τοῦ οὔρου, ὅτι ἐκ τοῦ οὔρου ἐτέχθη. Bœoti eum Candaona uocant, & Lycophron τριπάτορα. Cuius rei interpres huiusmodi causam adducit. Hyrieus quidam uxorem habebat Coloniam, neque illi erant liberi. Fortè accidit, ut Iupiter, Neptunus & Apollo ab Hyrieo hospitio exciperentur: qui immolato boue, eos humanitate summa suscepit. οἱ δὲ θεοὶ (inquit) αἰτεῖν αὐτὸν ὅ,τι βούλοιτο. ὁ δὲ παῖδα ἐκ τῶν θεῶν ᾐτήσατο, οἱ δὲ ... τὸ ... βοὸς βύρσαν ἐνεούρησαν, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁ ὠρίων ἐγένετο, ὠρίων κληθεὶς, ὡς ἐκ τοῦ οὔρου τεχθείς. ὅθεν καὶ τριπάτορα τοῦτον καλεῖ. Orionis gladium Diomedes habuit. Porrò Homeri scholiastes paulò quidem diuersius, sed fusius: ὑριεὺς ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀλκυόνης, μιᾶς τῶν ἄτλαντος θυγατέρων, ᾤκει μὲν ἐν τανάγρᾳ τῆς βοιωτίας. φιλοξενώτατος δὲ ὤν, ὑπεδέξατό ποτε καὶ θεούς. ζεὺς δὲ καὶ ποσειδῶν καὶ ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες αὐτῷ, καὶ τὴν φιλοφροσύνην ἀποδεξάμενοι, παρῄνεσαν αἰτεῖν ὅ,τι ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ ἄτεκνος ὤν, ᾐτήσατο παῖδα. λαβόντες οὖν οἱ θεοὶ τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν, ἀπεσπερμήνασαν εἰς αὐτὴν, καὶ ἐκέλευσαν κρύψαι κατὰ γῆς, καὶ μετὰ δέκα μῆνας ἀνελέσθαι. ὧν διελθόντων, ἐγένετο ὁ ὠρίων, ὅπως ἀπὸ τοῦ οὐρήσαι τοὺς θεοὺς οὕτως ἐκλήθη ὀνομαζόμενος, ὠρίων. συγκυνηγῶν δὲ οὗτος ἀρτέμιδι, ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς, ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον. ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν ἀστράγαλον, ἀπέκτεινε. ζεὺς δὲ συμπαθήσας, κατηστέρισεν αὐτόν. διὰ τὸ σκορπίῳ ἀναιρεθῆναι, ὠρίων δύνει. Historia extat apud Euphorionem. Sunt qui aliter, quod ad scorpionem, fabulantur. Orionem artis fiducia in uenatu apud Dianam & Latonam iactitasse, sagittis se percussurum, quicquid terra gigneret. Atq; aduersus eum terram scorpium genuisse, à quo interfectus fuerit. Iupiter utriusq; ad

usq; animum admiratus, scorpionem in cœlum transtulit, & Orionem, idq; precibus Dianæ. Et quia strenuus in terris fuerat uenator, inter sydera etiamnum uenari uidetur. Quod uerò ex urina trium deorum ortus fingitur, in causa est & Physica ratio. Nam per id ferè tempus, quo oritur, mare ac terras uentis tempestatibusq; turbat. Romani Iugulam uocant, quòd armatus gladium in taurũ stringere uideatur. Est autem clarus & terribilis stellarum fulgore. Si totus fulget, serenitatem: sin obscurior appareat, tempestates promittit. De Orione, historiam quoque haud dissimilem Arionis citharœdi & delphini referunt. Sed hoc sydus cœleste insignitum est tribus claris stellis in capite, è quibus media cæteris est lucidior: in singulis humeris, singulas habet claras. in dextro cubito, obscuram unam: in eadem manu, unam: in zona tres: in gladio tres: in singulis genibus, singulas: in singulis pedibus, singulas: in mantili, tres. Diuiditur à zona & reliquo corpore, ab æquinoctiali circulo. De Orione disertè & grauiter ad hunc modum canit Aratus in Phænomenis:

» λοξὸς μὲν ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
» ὠρίων. μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐνὶ νυκτὶ
» ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται ἄλλα πεποιθὼς
» οὐρανὸν εἰσιδέειν προτέρω σκέψαιτο φαεινόν.

Vada cæca.] Metalepsis: exaggerat pericula à locorum difficultatibus, è quibus cùm multarum nauium naufragio uix elapsi sint. Quod genus.] Ex Furio hoc hemistichium sumptum, ostendit Macrobius. Contentio, qua modestè expostulat cum Didone, de inhumanitate Pœnorum: cùm palàm constet, Troianos non ad uim, sed tempestatis iniuria huc delatos. Hospitio.] Exaggeratio barbariei & inhumanitatis Carthaginensium, à loco extenuato: non urbibus, non agris, sed littore prohibemur, quo nihil sterilius, & cuius adeò propè nullus sit usus. Iam cum iure gentium nemini supplici negari debeat hospitium, cuius uiolatores Iupiter ξένιος grauiter puniat, barbariem gentis non iniuria perstringit. Ad hæc A littora, aër, maria, maximè omnibus mortalibus iure naturali sunt communia. Erasmus indicat prouerbiale esse, Ne terra quidem profuit: hoc est, ne minimo quidem: quasi dicas, ne glebam quidem impertiuit, aut ne terra quidem hospitio dignatus est.

Bella cient.] Confirmat à recenti iniuria, qua uiolati sint. Primam autem terram, littus dicit.

Deos.] Terret ab iure hospitali uiolando, ab impio. Xenius enim Iupiter, hospitum percussores punit. Sperare.] pro timere, acyrologia. Idem alibi:

Hunc ego si tantum potui sperare dolorem. «

Rex fuit.] Tuetur innocentiam suam, à Ducis iustitia, pietate & uirtute. Porrò autem, cùm dicit, fuisse: ostendit, dubium esse, sitne in rebus humanis, án non. Alioqui desperationem ea uoce significamus, quoties uolumus ostendere, iam id planè non esse, quod olim extitit.

ἦλθ᾽ ἐπὶ πάντας ἄκοιτος ὃ καί ποτε μινύθουσι. «

Quem si fata.] Tautologia: terret Didonem ad postremum bifariam: & à præsenti uindicta Aeneæ, si superstes sit: & ab auxiliis Acestæ. Contrà, par beneficium utrinque promittit. Acestes.] Crymisi hic & Segestæ Troianæ filius fuit. ἀκεστὰς alioqui ἀκεστὸς est: id est, medicabilis. καὶ ἄκεστος, ὄχημα σικελικόν, uehiculum Siculum. B καὶ ἀκεσαὶ, φρύγια ἰατρόν: μεταφορικῶς, ἰᾶται, καὶ ἀκεσάμενοι. Vehicula dicit Hesychius signare, ab urbe Siciliæ, παρὰ τὸ ἀκέομαι, καὶ ἀκέω, medeor. Commendat Acesten à uirtute rei militaris & antiqua nobilitate. Quin & illud figuratè dictum est,

——Siculis & rege recepto.

Quassatam.] Peroratio constat petitione, quàm extenuat, inserens simul affectus à personæ qualitate, & auersione: ut uidelicet reparata è syluis classe, unà cum duce incolumes Italiam petere liceat. Sin ille periit, redeundi facultas detur eò, unde soluerint.

A R G V M E N T V M.

Troiani orationem Ilionei murmure, & fremitu approbant. Dido respondet, obiecta purgat, sese excusans à necessitate, ob fratris insidias, urbisq; nouitatem, omniaq; liberalitatis officia, quanta fieri possunt maxima, Troianis benignè pollicetur.

NASC.

Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido uultum demissa profatur:
Soluite corde metum Teucri, secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines custode tueri.
Quis genus Aeneadûm, quis Troiæ nesciat urbem?
Virtutesq;, uirosq;, † aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni,
Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.
Seu uos Hesperiam magnam, Saturniaq; arua,
Siue Erycis fines, regemq; optatis Acesten,
Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo, uestra est: subducite † naues:
Tros, Tyriusq;, mihi nullo discrimine agetur.
Atq; utinam rex ipse, noto compulsus eodem,
Afforet Aeneas: equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus syluis, aut urbibus errat.

† al. &

† al. classem:

Cuncti simul ore fremebant.] alludit ad morem cùm Græcorum, tum etiam Romanorũ, apud quos res approbari publicè solebãt strepitu, plausuq; populari. Cic. in oratione pro Archia poëta: & nostri illi fortes uiri, & rustici, ac milites dulcedine quadã gloriæ cõmoti, quasi participes earũdẽ laudis magno illud clamore approbauerunt. Igitur fremebant: id est, murmurãtes approbant. & est Homeri C uersus ex Il. α.

Ἔνθ᾽ ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί. «

Tũ breuiter Dido uultũ demissa profat.] τὸ πρέπον pudicæ mulieris, & prudentiæ reginæ, uultũ demittit, & pauca loquitur. Sed occultior quoq; in his uerbis intellectus inesse, quã significare Poëta uidetur, quod Cic. in primo de Orat. ex persona L. Crassi disputat,

A despueat, ex notare maioribus pudorem in oratore omniū esse primū: cuius rei testis est ipse de fato diuin. cùm ait: Ita Deos mihi uelim propitios, ut cùm illius tēporis mihi uenit in mentem, quo die citato reo, nihil dicendum sit, non solùm commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco: ita quoque uerecundus Vlysses apud Homerum

» στάσκεν ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.

» id est, Stabat dirictō uultu, & humi fixis oculis.

Soluite corde metū Teucri.] Didonis est hæc perelegans, humanitatis, beneficētiæq; plena responsio, quæ duo, ut iam dictum est, potissimùm continet, purgationem obiectorum, & officiorum pollicitationem: nam cùm barbaram illi crudelitatem Ilioneus exprobasset, ob eamq; in ipsam rem Troiani non ab re timere uiderentur, statim regina, ut eorum animis tranquillitas adsit, timorem illis adimit, & securitatem præstat. Huic non dissimile est principium illud Veneris in primo Aeneid.

» Parce metu Cytherea, manent immota tuorum

» Fata tibi.——

& Sibylla in sexto Aeneid.

» Nulla hic insidiæ tales, absiste moueri.

« quibus rebus Troianos beneuolo. sibi, attentosq; facit.

B Secludite curas.] Non est iteratio, ut falsò quidam existimant: sed duo monet, ut timorem, & quam ex timore curam capere possent, deponant: nam ex metu dolor nascitur. itaq; Cic. in Tusculanis quæst. cùm de animi perturbationibus ageret, primùm de timore, deinde de dolore agere cœpit. Res dura, & regni nouitas me talia cogūt Moliri.] Obiecta refellit, & se purgat à necessitate, omnem facti culpam in suspicionem de fratre, & in regni nouitatem reyciens: status est iuridicialis assumptiua ex remotione criminis. ad illud uerò respondet:

» Quod genus hoc hominū, quæue hūc tā barbara morē

» Permittit patria.

Quis genus Aeneadum?] Purgatis obiectis Troianorum commendationem primùm ingreditur, quorum genus, uirtutes, res præclarè gestas, exitia, calamitatesq; per commiserationem extollit: deinde ad se, suosq; reuertens rursus inhumanitatis obiectum refellit. Ostendit igitur Troianorum genus uirtutes, resq; ab illis gestas, adeò esse illustres, ut ab omnibus cognosci possit: eorumq; miserias & ærumnas huiusmodi fuisse, ut quoduis genus hominum, modò fuerint homines, ad misericordiam inducere possint: se uerò non esse ita barbaros, aut ab humani-

C tate tam alienos, ut humanarum calamitatum misereri nesciant. Quibus ex uerbis duo præcipui eliciūtur beneuolentiæ loci, alter ex personis auditorum: & hic duos habet locos, à claritate generis, uirorumq; uirtute, & ex magnitudine calamitatum eorum per commiserationem: alter ex sua Afrorumq; persona, quos summa cum modestia benignos, humanosq; esse indicium facit. Virtutesque uiros'q;?] à magnitudine uirtutis Troianorū commendatio. Aut tanti incendia belli?] Alius beneuolentiæ locus per commiserationem ex præteritis Troianorum incommodis. Nō obtusa adeò gestamus pectora Pœni, Nec tā auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.] A' sua Afrorumq; persona beneuolētiam colligit. Quod uerò ad intelligentiam horum carminum facere uidētur, hæc sunt: se non esse pectore tam duro, atq; obtusa, ut res mortalium perpendere, eorumq; calamitates misereri nequeant: neq; tanto locorum interuallo se ab hominum consortio diuelli, uel potiùs Carthaginem non ita in extremis terrarum partibus positam esse, quin eò etiam rerum in orbe gestarum, præsertim Troianorum fama peruenire potuerit. Seruius & Donatus antiqui interpretes aliter hunc locum interpretantur: quorum quidem sententiam eò minus reycio, quia ad confutationem obiectorum facit: attamen hæc nostra opinio sententiæ Maronis quadrare magis uidetur: Seu uos Hesperiā magnam.] Dido summam hic beneficiorum suorum proponit, & cum Troianis officiorum pollicitatione, ac beneficentia certat. ad illud facit

« Si datur Italiam, &c.

Hesperiam uerò magnam dixit, ad differentiam Hispaniæ, quæ itidem Hesperia nominatur, neq; ratione quantitatis: nam maior est Hispania duabus Italijs, sed ratione dignitatis, maximè propter urbē Romā. Auxilio tutos dimittā, opibusq; iuuabo.] Duo sanè magna polliceatur, auxilium hominū, atq; opū. Vultis & his mecum pariter considere regnis?] Paulatim reginæ suum erga Troianos animi candorem amplificando ad extremam usq; liberalitatis lineam peruenit: nā quid illis maius offerre, aut polliceri potest, quàm ut regni illius ipsi quoq; participes sint? Vrbem, quā statuo, uestra est.] Plena, perfectaq; charitas (de humana loquor) hæc est, ut quod cuiusq; proprium est, commune fiat. iuxta illud Euripidis; τὰ τῶν φίλων κοινά. hic aliq; antiptosin esse uolunt, alij Zeugma à superiori, ut repetatur, uultis: sitq; sensus: uultis urbem quam statuo? uestra est. multi uerò syllepsim esse contendunt, qualis illa apud Terent. in Andr.

« Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. «

hic autem Poëta reginam uaticinantem facit, Carthaginem Romanis cessuram, qui à Troianis originem duxerūt. Subducite naues.] Ad terram trahite naues uestras, concessio est. ad illud respondet:

Quassatam uentis liceat subducere classem. «

Atq; utinam.] Amplificatio beneficiorum. & profectò ingens est reginæ pietas: quæ ubi Troianos sui regis anxios uidet, ultrò illis opem ad eum inquirendum, quam ipsi non petierant, pollicetur. iuxta illud Isocratis ad Demon. ὅτω δ' ἂν ἄριστα χρῷο τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς. Si quibus eiectus syluis.] Magnum incommodum est, ubi quis in deserto loco errat, omni spe uictus, ac uitæ destitutus sicuti de Achemenide ipse ait in 3. Aeneid.

Tertia iam lunæ se cornua lumine complent «

Cùm uitam in syluis inter deserta ferarum «

Lustra, domosq; traho.—— «

TALIBVS.] Eclipsis: perorauit. Antonomasia est & illud, Dardanidæ, pro Troiani. Fremebāt:] metaphora, à leonibus ad homines. Vultū.] Ab habitu & maiestate uerè regia dictum intelligentis, decorū. Dictum est, frontem & oculos modestè demittere, ne fastus, supercilia & impudentiæ forma authoritatē extenuent, & cōciliens inuidiā. Maximè uerò placidus uultus præsenti negotio est accommodatus, ut hac ratione propius Aeneæ postea concilietur. Soluite.] Respondet ad singulas orationis partes Ilionei, & quidem concisa breuitate. Principiò orationis excusat factum, à necessitate. Inde benigniter ad regni societatem noui inuitat: promittit materiam & omnia commoda ad reparandam classem. Confirmat animos, à tuto. Ad ultimum, ut perculsos animos magis magisq; erigat spe præsentissimæ salutis, optat ipsorum ducem adesse, quem alio

LAMB. Hort.

k quid

quo beneficio sibi demereatur. Solutæ.] *Beneuolentia à periculorum securitate, quam identidem repetit expolitione.* Res dura.] *Excusat à necessitate, propter regni sui rudimenta, cur uigilantiùs, media inter barbaros, dispositis præsidijs cardines tueatur. Pertinet'q; propriè ad id, quod Troianus orator dixerat: Quod genus hoc hominum.* Nouitas.] *Vt non solùm recens imperium, & iam primum iaci cœpta fundamenta urbis intelligas: sed etiam celebritatem, quam sua uirtute inter barbaros iam circa eius auspicia, ignoti antea, sibi pepererant. Nulla regna sine armis crescunt, præcipuè noua, quorum nouitas rectè uicinis est formidolosa, quòd nunquam illorum fines sine horum detrimento propagentur: siue quòd nouarum splendore & magnificentia inuidiæ obnoxia sit, quòd eam æquare nequeant. Nouitatis enim perinde & gloriæ comes est inuidia. Ducta metaphora ab hominibus ad regnum Punicum. Noui homines apud Romanos appellabantur, qui obscuris parentibus ac maioribus prognati, sibi sua uirtute claritudinem pariebant, quoinde posteris suis nobilitatis principium & authores essent: ut Cicero, Marius, & nonnulli alij.* Quis genus.] *Respondet ad uerba Ilionei: Troes te miseri: —Rex fuit Aeneas nobis. Rursus Aeneadum, pro Troianorum: antonomasia. aut certè, genus Aeneæ, ut species pro genere accipiatur. Est'q; uenusta anaphora, quæ totum uniuersalem complectitur. quasi dicat: nemo ferè toto Orbe est, ad quem clades Troianorum nominis & internecio non peruenit.* Virtutes'q;] *Polysyndeton Tragica metaphora est in incendiũ.*

Non obtusa.] *Occurrit reprehensioni inhumanitatis barbaræ: Si genus humanum & mortalia temnitis arma. Physici tradũt, regiones à sole remotiores, ut bellicosiores, ita natura tum stupidiores esse, tum ferociores. Sic fermè Aristoteles primo πολιτικῶν: Quæ in frigidis degunt regionibus gentes, & quæ in Europa, animis quidem abundant: at ingenij & artificij parum habent: quæ uerò Asiam colunt, ingenijs quidem & arte pollent, sed parum sunt magnanimi. Et in hanc quidem sententiam Aristoteles. Quod ad claritudinem ingeniorum attinet, inter Europæos boreàliores Germani ingenijs & eruditione Asiaticos & Aphros multis parasangis superant hac nostra tempestate: ut bellicæ rei laudem et gloriam sileamus.* A

Tyria.] *Carthagine: antonomasia.* Saturnia.] *Expolitio.* Erycis.] *Periphrasis Siciliæ. Tradunt hunc Neptuni & Veneris filium fuisse, atque in Sicilia imperauisse alijs, Veneris & Butæ fuit, qui cum Hercule congressus, in pugilatu ab eo occisus fuit: & monti, sub quo conditus creditur, nomen fecit. Apollonij interpres urbis nomen esse dicit, in qua Veneris numen impensè cultum fuit.* ἱερὸν ὄρος (inquit) πόλεως, ἐν ᾧ τιμᾶται ἡ ἀφροδίτη διαφερόντως. *Strabo non montem, sed promontorium esse, author est.* [illegible] *Verba sunt Chrestomathiæ authoris, ex Strabone. Cæterùm, Eryx pugil ex prouocatione interfectus fuit: nam postquam Hercules traiecisset ex Italia in Siciliam, omnem'q; oram à Peloro ad Erycem usque peruagatus, ab ipso Eryce in pugnam hac conditione prouocatus fuit, ut se uicto, rex Hiberica præda potiretur: uictor uerò ipse regnum uicti hospitis obtineret. Perijt in hoc cæstuum certamine Eryx, iuuenis ferox, & illi certaminis generi assuetus. Sunt qui cum palestra superatum confidant.* Regem'q;.] *Expolitio.* Vrbem.] B *Ἀττικισμὸς, Græcorum imitatione.* Subducite.] *Ex alto in littus ducite: contrarium uerbo Deduco: quod propriè signat, de littore & portu in altum ducere:*

Deducunt naues scrupulo. et

Atq;.] *Desijt optat ducem Troianum præsentem, ut eũ aliquo beneficio sibi demereatur.* Notũ,] *pro quouis uento: species pro genere.* Certos.] *Impigros, de quibus ita exploratum habeat, ut penitus nihil dubitetur. Abusus est composito pro simplici. Mittam exploratores circa littora & syluas, sicubi errat. Perorationem absoluit ab obuia effusa'q; humanitate, planè regia. Etenim non solùm optat Aeneam adesse, uerumetiam promittit se ultrò missuram circa uicinas urbes & portus conquisitores fidos, si cubi horum omnium, quæ Carthagini geruntur, ignarus, in regione ignota erret. Et expolitio habet amplificationem propensi animi in Troianos, cùm extremas Libyæ oras explorare sit iussura: quod profectò plus est, quàm in proximis littoribus & syluis hominem quærere.*

ARGVMENTVM. C

Aeneas & Achates liberalitate Didonis allecti, è nube ardent erumpere. hæc illis cogitãtibus, nubes scindit se, Aeneas apparet in conspectu reginæ forma & uultu elegãs ac uenustus: quem suo artificio Venus illustrarat: & prior reginam ipsam alloquitur.

NASC.

His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iamdudum erumpere nubem
Ardebant. prior Aenean compellat Achates:
Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta uides, classem socios'q; receptos.
Vnus abest, medio in fluctu quem uidimus ipsi
Submersum: dictis respondent cætera matris.
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repentè
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Aeneas, clara'q; in luce refulsit,
Os humeros'q; deo similis: namq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumen'q; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus: aut ubi flauo
Argentum Pariusue lapis circundatur auro,

ERVMPERE NVBẼ.] *cũ impetu exire de nube.* Prior Aeneã cõpellat Achates.] τὸ πρέπον. *minor maioris sententiam quærit.* Nate Dea.] *Verba sũt Achatæ tẽtantis animũ Aeneæ, quid hac in re agendũ putet: multa illi propon'n cu'cta, ex quibus colligere potest, quid expediat, nempe ut sese reginæ ostẽdat.* Omnia tuta uides.] *Hoc sanè prius uidendũ fuerat, nũquid tutò apud Afros existere posset, quàm se illis apertè ostẽderet.* Vnus abest.] *Cõmiseratio ex casu periclitantis hominis.* Quẽ uidimus ipsi.] *Auget cõmiserationem à signo: hoc enim fuerat illis grauior casus, quòd hominẽ, imò nauim*

Tum sic reginam alloquitur, cunctisq; repentè
Improuisus, ait: ——

A num ipsi in mari perisse suis oculis uideeant hinc illud:

Ipsius ante oc[illegible] ingens à uertice pontus
In pupp[illegible]

Vix ea fa[illegible] erat cũ circũfusa repẽtè Scindit se nubes. *Homerum imitatus Poëta, apud quẽ Vlysses itidem nebu[illegible] Pallade circumfunditur, cumq; ad Alcinoum regem Phaeacum, eiusq; uxorem Areten accessisset, nubes euanuit. uersus Homeri sunt ex Odyss. η.*

Ἀμφὶ [illegible] Ἀρήτ[illegible] [illegible]
καὶ τ[illegible] [illegible] χέεν [illegible]

Restit[illegible] Aeneas. *Hæc artificiosæ pulchritudinis Aeneæ descriptio ex Hom. sumpta est Odyss. ζ.*

Claraq; in luce refulsit. *[illegible] Aeneæ pulchritudinem extollit: nam nihil clara luce splendidius, tamẽ Aeneas in ipso lucis splendore fulgebat. Sed quo modo fulgebat, similitudinem adiungit.* Os, humerosq; Deo similis. *Hæc similitudo illius generis est, quod Græci εἰκόνα uocant. igitur facies Aeneæ humano uultu*

B *augustior esse uidebatur. illud aut Homeri imitatus est ex Odyss. ζ.*

μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα. ——

Sed uenustius, ipse, os, humerosq; Deo similis. Namq; ipsa decorã.] *Causam assignat tantæ pulchritudinis, ne quis forté naturalem tantum fuisse credat. Tria autem pulchritudinis signa recenset, Cæsariem, colorem purpureum, seu roseum: qui in iuuenibus præcipuè uigere solet, & oculorum uenustatem: in quibus ueteres amoris sedem collocarunt. unde est:*

—— longumq; bibebat amorem.

Hæc igitur pulchritudinis ornamenta eò spectant, ut placeat Didoni: nam animal quod pulchrum est, si eminus tantùm cernatur, inserit etiam aliquid (ut ait Xenophon in libro de dictis, & factis Socratis) quod insanire faciat. unde fieri ait, quod Cupido pharetratus effingitur. eius uerba ita habent. [illegible] *Locum hunc totum de pulchritudine Aeneæ Poëta sumpsit quidem ex Homeri libro superiùs adducto, sed hunc in primis uersum. nam sic ait Homerus Odyss. ζ.*

C ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

At noster fortasse meliùs: qui ne effœminata quædam in Aenea pulchritudo extitisse uideretur, Cæsariem decoram dixit, quod militare uerbum est, non [illegible] *hoc est, crispos capillos, quod pusilli, atq; effœminati animi signum est. Sed [illegible] quæ sequuntur, humanum captum superant.* Lumenq; iuu[illegible] Purpureũ, & lætos oculis adflarat honores.] *Id est, gratiã, & pulchritudinem: nam in pulchritudine uenustas etiam requiritur. ita Nonius Marcellus hunc locum explanat in dictione, Honor. Virg. in 2. Georg.*

Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.

Quale manus addũt ebori decus] *Locũ exornat similitudine ex ebore, argento, Pariouè lapide arte elaborato desumpta, locus Homeri Odyss. ψ. Hoc uerò differunt, quod Homerus ex argẽto tantùm auro circumdato atque ornato similitudinem duxit: hic autem noster ebur, Pariumq; lapidem addidit, quæ res cùm ampliorem, tum etiam uenustiorem similitudinem facit. uersus Homeri hoc habent:*

ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
[illegible] χαρίεντα δ' ἔργα τελείει.

Sed nescio quid elegantius habet manus, quam uir, seu ἀνήρ. & addunt ebori decus, quàm χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ: id est, aurum circumfundit argento. Sed non minus obseruandum est perpetuum descriptionis artificium, orationisq; genus nam cùm satis fuisset dixisse:

Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit.

Rursus tamen erupit in ipsum uultum, eamq; sententiam per [illegible] causas, effectusq; exprimentem adduit: aptissimis comparationibus uenustissimè exornauit. Id orationis genus Græci [illegible] *uocant. Cicero in part. orat. alterum perspicuum, alterum splendidum, ac illustre appellauit. Simile huic exemplum est perelegans apud Statium, ubi Achilles amore puellare [illegible] inflammatus describitur. cuius amorem cum uno ferè uerbo significare potu[illegible]:*

Non latet haustus amor.

Eandem sententiam, non minori cum uenustate, quàm fortasse Virgilius fecit, uariatis uerbis, additaq; comparatione, illustrauit. ita enim ait:

Non latet haustus amor, sed fax umbrata medullis
In uultus, atq; ora redit, lucemq; genarum
Fingit, & impulsam tenui sudore pererrat,
Lactea Massagetæ ueluti cùm pocula fuscant
Sanguine, Puniceo uel ebur corrumpitur ostro.

Exempla pulchritudinis extant in 4. Aeneid. de Aenea, & in 9. de Eurialo, sed præter comparationem nihil habent amplificationis, & ornamenti.

ARRECTI]. *Aeschrologia: metaphora à corpore ad animũ ducta. Nota alioqui propria uocis significatio est.* LAMB. Hort,

Animum.] *Pro animo synecdoche. Venustè geminatur copula.* Nate] *Periphrasis Aeneæ, quæ beneuolentiã ab ipsius persona captat.* Omnia] *A tuto. nam Aeneam confirmat à salute classis conseruatæ, & sociorum omnium extra unum. quem pereuntem uiderant.* Receptos.] *Zeugma.* Vnus.] *Leucaspis gubernator, cum Oronte, & alij qui eadem naui uehebantur:*

Vnam (inquit) quæ Lycios, fidumq; uehebat Oronten,
In puppim ferit, excutitur pronusq; magister,
Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, et rapidus uorat æquore uortex.

Claraq;] *Descriptus hic locus est partim ex Odyss. 6. partim ex 23 Odyss. 6.*

[illegible]
μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα, [illegible]
[illegible] ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
ἴδρις ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
[illegible]
[illegible]

Et lib. duodecimo:

[illegible]

Apollonius 3. Argon. de Argonautis Colchorum urbem mirantibus:

[illegible]
[illegible]

Os humerosq;.] [illegible], *cũ hyperbole coniuncta. illustrat τὴν εἰκόνα comparatione. At Homerus suũ Vlyssem descripturus, eum cum Hyacintho componit, cui co-*

 mad

mas concinnat. Mineruam cum fabro argentario perito confert, quem Vulcanus aut Minerua arte aliqua instituerit, qui argentum multo auro inuestiu & exornat. At Maro descriptum Aeneam à decora caesarie & forma iuuenili, Pario lapidi, multo auro aut argento uestiti assimilat. Est autem Parus una Cycladum, in qua nobile marmor candore spectatum nascitur, à qua Parium marmor celebrem nomenclaturam sortitur. Superat nobilitate Cyzicenum, Chium & Hispanicum. Et Parius lapis, qui & Lydius appellatur, in quo exploratur aurum. A

ARGVMENTVM.

Gratias agit Didoni de socijs receptis: quod beneficium tantopere verbis extollit, vt se ipse, ac reliquos, qui per Orbem terrarum sparsi sunt, Troianos, tantae beneficentiae respondere posse neget. verùm se operam daturum, vt hoc diuinum beneficium à se grata recordatione, & memoria excolatur.

NASC.

—coràm, quem quaeritis, adsum,
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O' sola infandos Troiae miserata labores,
Quae nos relliquias Danaûm, terraeq; marisq;
Omnibus exhaustos iam casibus, omniũ egenos,
Vrbe, domo socias. grates persoluere dignas
Non opis est nostrae, Dido: nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardaniae, magnũ quae sparsa per orbem.
Dij tibi (si qua pios respectant numina, si quid
Vsquam iustitiae est, & mens sibi conscia recti)
Praemia digna ferant. Quae te tam laeta tulerunt
Saecula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta dum fluuij current, dum mõtibus umbrae
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet:
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt,
Quae me cunq; uocant terrae.—

CORAM, quẽ quaeritis, adsũ.] *Decebat eum, qui maxime sperabatur, & improuisus apparebat, quiq; summo laetitiae affectu excitabatur, suam ex abrupto orationem inchoare: & hoc pacto (si uerum ingenue fateri licet) honestius, uenustiusque Didoni se manifestum facere uidetur Aeneas, quam Alcinoo regi apud Hom. Vlysses: quem in cinere abiectè sedentem inducit, Odyss. η. nam etsi naufragus erat, cùm ad regem accessisset uir tantus non ita abiectè se gerere debebat, ut in cinere sederet, sed τὸ πρέπον uiri magni, cum aliqua tamen modestia, seruare atq; ita sem Alcinoo uel primo aspectu, se praebere, ut beneficio regis non indignus esse uideretur: non me praeterit lege cautum fuisse, ut supplices apud Larem sederent taciti, cuius rei Apollonij interpretes, item alij Graecorum meminerunt: ad quod procul dubio respexisse quidem uidetur Homerus, sed tamen praeter legem Poëta praesertim facere poterat, ut uir tantus non ita humili animo, sed alacrius aliquando auxilium peteret.* O' sola infandos Troiae miserata labores.] *μεταβασις facit ad Didonem: cuius beneuolentiam sibi conciliat cum commiserationis affectu, tum in primis commemoratione singularis illius erga se sociosq; suos pietatis: quam per exclamationem uehementer extollit.* Quae nos relliquias Danaûm, terraeq; marisq;.] *κατ' ἐξοχὴν explicat, quod antè dixerat, labores Troiae: & reginae beneuolentiam auget per commiserationem. unde pulcherrima deducitur εὐδιατύπωσις per congeriem calamitatum, aerumnarumq;, quas Troiani passi fuerunt: labores in bello, tempestates in mari, pestilentiam in Creta, quibusdam in locis famem.*

Vrbe, domo socias.] *Reginae beneficentiam, pietatemq; amplificat: à qua non solùm benignè hospitio suscepros, uerumetiam regni, ac familiae eius socios effectos esse dicit. ad illud respondet:*

» *Vultis & his mecum pariter considere regnis?*

Grates persoluere dignas.] *Artificiose extollẽdo beneficium reginae, suam ταπεινώσει facultatẽ extenuat. Quae res cùm ad inuidiam euitandam, tum ad laudem, beneuolentiamq; sibi comparandam plurimum facit.*

Dij tibi si qua pios.] *Quod ipse praestare nõ potest, Deos precatur, ut tãto ipsi beneficio respõdeãt: quibus ex uerbis occulta deducitur Aeneae cõmendatio ab officio grati animi, qui, qua in re uires desunt, eam re propensam animi sui uoluntatem declarat.* Pios.] *ἀρχαϊσμὸς est: uerùm tamen ad reginam potius, quàm ad Aeneam referendum arbitror.* B

Quae te tam laeta tulerũt Secula?] *Reginae probitatẽ, ac mores commendat à tempore: perinde quasi seculorum sit, & aetatum, ut boni, aut praui homines nascantur. Terent. in Adelph. Hoccine saeculum.* Qui tãti talem genuêre parentes?] *Oratione liberos ex parentibus commendat, quod est argumentum à genere.* In freta dum fluuij.] *A' gratitudine animi. Sed facilè dubitari potest, utrum reginam ex loco beneficio perpetuam sibi laudem comparaturam dicat, an ad Troianos hoc referendum sit, atque ita intelligendum: memoria nominis tui semper apud nos uigebit, & per nos apud posteros nostros, & quocunq; locorum nobis peruenire contigerit: quam quidem rem congerie uerborum, ac sententiarum idem significantium, auget, & ornat: huic persimile quidem est illud in Bucolicis Ecloga 5. sed minus graue:* C

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, «
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadae, «
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. «

Aliter hanc eandem ferè sententiam in 7. Aen. protulit:

Non erimus regno indecores, nec uestra feretur «
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti. «

Aliter in 4. Aeneid.

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. «

Quamobrem facilè perspici potest, quàm ingeniosè Virgilius eadem uariè uarijs personis accommodet. Dũ mõtibus umbrae Lustrabunt, conuexa.] *Omnino eruditioribus placet, ut post dictionem, conuexa, distinguatur, sitq; sensus: dum umbrae lustrabunt ea, quae sunt conuexa in montibus, montium quippe ambitus: nam tuberositas illa conuexa in montibus umbram efficit.*

Polus dum sydera pascet.] *Notandum est de flamma uerbum pascet. sic in 2. Aeneid.*

—circum tempora pasci. «

Hoc sensit, dum sydera suis flammis uigebunt: nam cùm occiderint,

A occiderint, non amplius ali, seu pasci dicuntur. Quę me cūq; uocāt terrę.] Quocūq; terrā obibo. per τμῆσιν.

LAMB. Hort. ADSVM.] Euocatio. Exordium abruptum est, constans affectibus & exclamatione, in humanitatem & commiserationem reginæ erga Troianos periculis fractos, ut nihil extra infelicem animam reliquum habeant. Vrbe.] Asyndeton: quasi dicat, inuitas nos ultrò ad societatē non modò regni & urbis, uerumetiam hospitij. Grates.] Propositio gratiarum actionis: quam nōn solùm à personæ suæ extenuatione, sed etiam à totius gentis rebus afflictis trahit. Quare disertè ἰσορροπίαν statum attexit, ut dij ἀντάξιον uelint pro meritis dignè eam humanitatem respicere & remetiri. Mens.] νοῦς: deus, omnis æquitatis pietatisq; præsens cognitor, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει. Estq; perpetua quadam copia, & synonymia expolitio. Dij.] numina si qua iustitia, si qua mens, quæ uidet præsentem tuam humanitatem in nos, quæ curet res humanas. Illud quorumdam philosophorum doctrinæ opponit, Deum esse qui pios curet, impios puniat, denuq; res humanas gubernet. Quæ te tam.] Transit in laudes Didonis: & primùm à temporum felicitate, quibus

B talem fœminam nasci contigit: inde à parentibus. In freta.] Peroratio absoluitur à remuneratione & recordatione beneficiorum, quam hyperbolis perpetuis amplificat. Habent autem hæ eandem naturam ac uim cum argumentis ab impossibili: cuiusmodi illa sunt quæ extant in Bucolicis Ecloga prima:

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore uultus.

Fluuij.] Constat omnia flumina in mare exonerari: quamobrem à poëtis Naiades Oceani filiæ, perinde ut maris nymphæ, Nerei & Doridis finguntur. Hinc prouerbium natum est: Viam qui nescit ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi: hoc est, qui per se non sapiē satis, obtemperet alijs, qui plus sapere uideantur: qui rectè uiuendi formulam ignoret, eos sibi imitandos proponat, quorum uita ad amussim dirigitur. Lustrabunt.] Latè patent huius uerbi significata. pro recognoscere, siue recensere: ut, exercitum lustrare, apud Cæsarem lib. 7. belli Gallici, ἐξετάζειν. Circumspicere, ut Græci dicunt περιάγειν, nonnunquam inumbrare, ut hoc loco: pro, dum montes umbris lustrabuntur. Hypallage. interdum patefacere. illustrare, λαμπρύνειν, περιλάμπειν. item sequi, lustrare uestigia. peragrare, ambire, περιπολεῖν: Luna lustrat suum orbem 30 dierum spacio. expiare, ἁγνίζειν: Exercitum instructum oue, sue, tauris tribus lustrauit. aspicio, agnosco, ἐφορᾶν. Conuexa] Id est, ab omni parte declinata: qualis est globi superficies, cœli & syderum. Conuexum est oppositum concauo, quod intrinsecus quaquauersum declinatū est. Pascit cœlum sydera, metaphoricè, ab animantibus ad non animal, dum diuina prouidentia naturalem cursum retinent, conseruanturquè perpetua & inuariabili ortus occasusq; sui lege. Iam cùm polus axem cœli signet, in quo machina orbium cœlestium uersatur, figuratè pro cœlo usurpauit. Semper honos.] Zeugma. Quę me cunq;.] Sectio, pro, quæcunq; terræ me uocant.

A R G V M E N T V M.

Aeneas Ilioneū, & Sergestū, aliosq; amicos, manibus apprehēdit, regina, stupore opprimitur, tùm aspectu Aeneæ prope diuino, tùm miseratione ex tanto casu illius.

—Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, læuaq; Serestum,
Pòst alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde uiri tanto, & sic ore loquuta est:

NASC. OBSTVPVIT primo aspectu.] *Viso Aenea ob illius pulchritudinem Dido obstupescit.* Casu deinde, &c.] *Ab Ilioneo enarrato.*

LAMB. Hort. ILIONEA.] *Accusatiuus Ionicus, Ἰλιονέα. De hoc Ilioneo suprà annotatum est.* Obstupuit.] *Causam stuporis simul exprimit, formā heroïs, & uirtutem, tolerantiamquè rerum aduersarum.* Ore.] *Pleonasmus.*

A R G V M E N T V M.

C Miratur Dido Aeneam tantum alioqui virū Veneris nempe, & Anchisæ filium tanta oppressum fuisse calamitate, vt vix mortis periculum effugere potuerit: genus, patriam, parentes, facta illius, sibi nota esse planū facit: atq; vnde hoc nouerit, ostendit.

Quis te, nate dea, per tanta pericula casus
Insequitur? quæ uis immanibus applicat oris?
Tu'ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undā?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianæ, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe uolebat.
Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoq; per multos similis fortuna labores

NASC. Qvis te, nate dea.] *Per admiratione exorditur: unde & beneuolentiā, attētionemq; sibi comparat: beneuolētiam quidem ex commēdatione generis Aeneæ: unde aliis deducitur beneuolentiæ locus per commiserationē ex personæ reginæ: quæ ex eius incommodo magnum se capere dolorē ostēdit: attentionem uerò quia se illius notitiam habere indicium facit: huic loco persimile uidetur illud ex 6. Aeneid.*

Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tā crudeleis optauit sumere pœnas?

Quęuis immanib9 applicat oria.] *Auget cōmiserationem*

Iactatam, hac demum uoluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.

tionem ex aduersa, & infelici fortuna Aeneæ quasi peius cũ eo actum sit, quòd ad has regiones appulerit, quàm quòd alia propemodũ infinito in mari periculo passus fuerit. unde magis elicitur Afrorũ deturbatio, & occulta Didus ob humanitate, & pietate commẽdatio: quòd sola ex omnibus Afris illum benignè complexa fuerit. Tunc ille Aeneas?] *Quantum habeat Aeneæ cognitionem, planè ostendit: cuius nomen parentes, & genus denique totum memoria tenet, & unde acceperit, memorat. Hæc autem est illius agnitionis species, quam per memoriam fieri Aristoteles in Poët. docuit, de quo & nos alibi pluribus diximus: nam quæ olim de Aenea à Teucro audierat, nunc eo uiso in memoriam omnia reuocat.* Quem Dardanio Anchise.] *A parentibus Aeneam commendat, quæ laus à genere dicitur. Dardanio autem Anchise* [illegible] *dictum est, quasi dicat generoso, & cuius coniugium Venus non recusarit. Hom. Iliad. 20.*

» Α'υτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Α'γχίσαο
» Εὔχομαι ἐκγεγάμεν μήτηρ δέ μοί ἐστ' Α'φροδίτη.

Atque equidem Teucrum.] [illegible] *occupat, unde hoc acceperit, nempe à Teucro cùm Sidonem uenisset.* Finibus expulsum patriis.] *Teucri profectionem uerisimilem facit à causa: quod expulsus à patre, auxilio Beli potiris ipsius indigebat: historiam alij interpretes apponũt.* Ipse hostis.] *Laudis amplificatio ab hoste laudatore: nam ualde boni censentur, (ut Aristot. inquit in primo de arte Rhet.) qui inimicorum testimonio laudantur.* Quare agite.] *Delabitur ad conclusionem sermonis, hortaturque Troianos ut ipsius domum ingrediantur: itaque orationem suam liberalitatis effectu concludit.* Me quoque permultos.] *Suo exẽplo Troianos consolatur, in spemque erigit felicitatis futuræ: nam cùm sciret Dido, nihil esse tam miserabile, quàm ex beato effici miserum, eos tanto dolore, si fieri posset, leuandos esse putauit. itaque simili fortuna se quoque olim uexatam fuisse memorat, tandem uerò eò felicitatis peruenisse, ut urbem cõdiderit.* Non ignara mali.] ὁμοιοπαθεία *de affectuum deducta similitudine: quam opportunis locis eminentissimi Poëta non semel induxit: præsertim in 6. Aeneid.*

» *——& patriæ strinxit pietatis imago.*

Et in duodecimo:

» *——fuit & tibi talis*
» *Anchises genitor.——*

Hoc natura affert (inquit Cicero in orat. pro Murena) ut eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur.

LAMB. Hort. QVIS te.] *Beneuolentiam à commiseratione laborum tanti uiri captat: quæ etiam habet tacitam gratulationem, quòd saluus huc sit delatus. Geminatæ interrogationes de causis tantorum periculorum, uehementer affectus mouent. Et ne ignotum compellare uideatur, narrat unde nominis Troiani cognitio & celebritas ad se peruenerit. Clausula constat benigna inuitatione ad commune hospitium. Commendat obiter uerecundè suam humanitatem, à pari fortuna, qua aliquando iactata fuerit, ut gratior hospitalis fides oblata sit Troiano.* Tune.] *Emphaticõs, ut de cuius non modò uirtute, sed summo etiam genere & imaginibus olim audierit: qui è dea Venere, Iouis adeò summi filia, & Anchise Dardani nepote prognatus sit. itaque addit, Dardaniæ. Ostendimus loco paulò hinc diuerso genealogiã Aeneæ, A qui ad Dardanũ, et proin ad Iouẽ originem paternam referat.* Phrygũ.] *A parentibus, & loco, ubi ex Anchise Venus concepisse dicitur.* Atque equidem.] *Narratio, qua confirmat ad se famam Troianarum opum aliquando peruenisse: ut haud obscurè uideatur, quòd Aeneam Veneris & Anchisæ filium de nomine tantum norit.* Teucrum.] *Fuit hic Teucer Telamonis & Hesiones, sororis Priami, filius, qui cum Aiace fratre ex patre quidem, sed matre diuerso, postea ad Troiam proficiscebatur. Mater huic erat Eriboea, Porthaonis filia. At postquam Aiax furore correptus, sibi necem consciuit, solus ille domum reuersus, ob irato patre regno expulsus fuit, ac Sidonem & Belum patrem Didonis confugit. Belus per id tempus contracto exercitu, in Cyprum profectus, omnem insulam uastauit. Teucer relicto paterno regno, in Cyprum nauigauit, ac Salamina ibi condidit. Causam iræ paternæ addunt aliam Græci, quòd fratrem non modò ultus non fuisset, sed ne defendisset quidem. Ibi ducta uxore Eune Cypri filia, Asteriam procreauit. Scholiastæ Lycophronis uerba sunt:* φασὶ γὰρ, ὅτι τεῦκρος πρότερον B σαλαμῖνος, διωχθεὶς παρὰ τελαμῶνος τοῦ πατρὸς, ὡς μὴ ἀμύνας αἴαντι, ἐλθὼν ἐν κύπρῳ, σαλαμῖνα ἔκτισεν [illegible] *Hoc tradit Lycophron Cassandram uaticinatam multo antè fuisse: sed aliam ob causam, quasi dolo ob eo, impensius rebus Troianis fauente, quod Priami ex sorore nepos esset, peremptus fuisset. Verba Lycophronis sunt, in obscuro poëmati siue Cassandra:*

« ὁ μὲν πατρὸς μομφαῖσιν ἐλαστρούμενος,
« λοχραῖος ἄρπαξ, [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]

Quæ uerba ad hunc modum enarrat interpres: [illegible] *id est, Expelletur (inquit) Teucer à patre Telamone, è Salamine, propter Aiacem. Et paulò pòst:* [illegible] *Ac mox reprehendit Poëtam, quòd prætextu cædis fraternæ regno suo* C *Teucrum profligârit. Non enim reuera fuit fratricida: sed quòd necem fratris non fuerit ultus, eum Salamine eiecit.* [illegible] *Quo loco Cassandra Teucrum uocat* [illegible] *id est,* [illegible] *Hoc est, consanguineum, quod ex Hesione sorore Priami natus esset, quæ ab Hercule Telamoni dono data fuerat præmium, quòd secum Troiam expugnasset ac populatus fuisset. Itaque nõ uana fabula est, Hesionem ex Ilio in Græciam è Telamone fuisse abductam: quod exemplũ in causa fuit, ac materiam præbuit recentioribus ad nouam rapinam Troianis: nam Hesione è Telamone Teucrum est enixa: qui postea bello Troiano interfuit, quem & Cassandra apud Lycophronem* [illegible] *uocat: Phœnices, nulla lacessiti iniuria, Io Inachi filiam auexerunt. Exemplũ imitati Cretenses, Europam ex Phœnicia, Iason Medeam ex Colchide abduxerunt. Et quia huiusmodi rapina alqs impunè*

A penè cessarent, Paris audacior factus, Helenæ tum pulcherrimæ formæ mulierum perpulsus, uelut aliud sequutus negotium, in Peloponnesum nauigauit, eamq; secum in Phrygiam asportauit. Teucrum.] Quamobrem uerò Telamon filium Teucrum appellârit, ita produnt Græci: ἡρακλῆς πορθήσας ἴλιον, ἡσιόνην τὴν λαομέδοντος θυγατέρα, τελαμῶνι δίδωσι, ... καὶ ἔδωκεν αὐτὴν γέρας τελαμῶνι, ὡς συμπορθήσαντι αὐτῷ, ἀφ' ἧς ἔσχε τεῦκρον ἐκ τελαμῶνος. ὡς δὲ φασὶ ... τεῦκρον ἐκάλεσαν. translato tono τεῦκρος, τευκροί, Troiani, à Teucro rege Troianorum, Scamandri Cretensis filio. Historia diligenter refertur ab Apollonio grammatico in catalogo nauium. Illud autem dignum annotatu hoc loco est, quòd Græcorum Grammaticorum quidam de Telamone, Teucro & Hesione commentantur: μετὰ τὴν τοῦ ἡρακλέος γενομένην τῆς τροίας ἅλωσιν, τελαμὼν ... τὴν καὶ ἡσιόνην, γέρας ὡς ἐξαίρετον ἔλαβεν, ὡς ἴστρος ἐν συμμίκτοις φησίν. αὕτη δὲ ἐκ τελαμῶνος ἔγκυος γενομένη, ἀπέδρασε τῆς νηὸς, καὶ περάσασα εἰς μίλητον, διανηξαμένη τὴν μεταξὺ θάλασσαν. ἰδὼν δὲ, ... φασὶ παρὰ ..., βασιλεύοντος τῆς μιλήτου ..., ὃς αὐτὴν ἐν ὕλῃ κεκρυμμένην. οὓς εὑρὼν ἔγημεν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα ... ὡς ἴδιον παῖδα ... ἐπὶ ἴλιον στρατείας γενομένης, ... εἰς μίλητον παρεγένετο, καὶ τὸν ... ἀντιστάντα ἀνεῖλεν. ... τῆς ... τόπον ..., καὶ τελαμῶνι ... αὐτὸν ... ὡς συγγενῆ. Memini] Pulcherrimè hoc loco & alijs, illud Homericum reddidit: μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι. Sidona.] Hanc Phœnices ita à piscium ubertate appellarunt. Sidon Phœnicum lingua piscem signat. Traduntur Sidones inuentores syderalis scientiæ, & arithmeticæ. Iidem primi mortalium certam nauigandi rationem inuenêre. Horum inuentum item est, uitriaria conflatio. Hinc & dogma de atomis ortum est. Sidon antiquitus Sichem dicta fuisse, ab antiquarum rerum scriptoribus proditur, ab eius conditore filio Chenachabau, nepote Noach. Sita fuit in continenti, ad commodissimum portum, porrecta in longum per littus, loco plano. Et quia antiquitùs Antilibanus ei imminebat, fuit prodigiosæ magnitudinis. Eius autem nobilitatem antiquam ex ruinis etiam hodie æstimare licet, quæ omnem fidem superant.

B

C

Expulsum.] siue ob memoratam causam: siue ob crudelitatem, qua suis inuisus erat, quòd Ioui humanam hostiam immolasset, & eum sacrorum ritum posteris tradidisset: id quod uerisimilius uidetur, ut ab alijs memoriæ proditum est. Beli.] patris mei, qui & Metres dictus fuit. Suprà Didonis genealogiam reddidi. Pelasgi.] Hi primùm Samothraciam incoluerunt. Deinde cùm Athenienses agros suos omnes colere non possent, hos suos uicinos sibi adiunxerunt, & partem terræ inhabitandam impartiuerunt. Itaq; à parte, Hellenes omnes Pelasgos uocat. At Pelasgicam gentem uetustissimam fuisse inuenio, quæ sub Deucalione Phthiotidis oram in Thessalia, sub Doro ad Ossam & Olympum iacente, tenuit. Postea inde à Cadmeis eiecta, in Pindo locum habuit, quem Macedonum dixêre: hinc in Dryopem migrauit: postremò Peloponnesum ingressa, Dorica est cognominata. Consentit huc Plinius lib. 4. cap. 7. ubi Atticas regiones recenset. Aemonia (inquit) sequitur, mutatis sæpè nominibus: eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus à quo Græcia: ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eosdem tribus nominibus appellauit Homerus: Myrmidonas, Hellenes & Achæos: ex his Phthiotæ nominantur, Dorica accolentes. Apollonij scholiastes: πελασγοὶ (inquit) ἀπὸ πελασγοῦ τοῦ ἰνάχου, ἢ ἀπὸ πελασγῶν ἔθνος βαρβαρικοῦ, οἰκήσαντος θετταλίαν καὶ τὸ ἄργος. ἢ ἀπὸ πελασγοῦ τοῦ ποσειδῶνος υἱοῦ καὶ λαρίσσης. ... ὁ συμπαριστὰς, πελασγόν φασιν ἀρχαῖον τὸ γένος, μετοικῆσαι δὲ εἰς θετταλίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πελασγίαν τὴν θετταλίαν κληθῆναι. Quam ob causam & ipsi Argiui Pelasgi uocabantur. Acusilaus uult, omnem eam regionem quæ Apia dicitur, à Peloponneso usque ad Pharsaliam & Larissam, Pelasgiam dictam fuisse. Hac de causa Lycophron Achillem Pelasgicum appellauit, quasi Pharsalium:

μέρμνον τὸν ἐξάπηχυν δεξιοῦς τραπεῖν. 80
πελασγικὸν τρέφουσα γυμνάσει πατήρ. 81

Argi filius fuit Phorbas: huius Triopas, ex quo Pelasgus & Iasus, à quorum posteriori Iason Argos dictum fuit. Porrò Pausanias in Arcadicis scribit, Pelasgum, quòd corporis præstantia, & animi uirtute omnibus suis facilè præstaret, primùm in Arcadia imperio potitum. Hic primus casas aduersus frigora & æstus inuenit: adhæc, tunicas ex animalium corijs conficere reperit, quibus etiamnum Pausaniæ tempestate in Eubœa utebantur. Herbas item, alioqui pestiferas, docuit in salubrem usum ac cibum conuertere, & panis coctura huius inuentũ est, cùm ad id temporis usq; grana frumenti mortales esitassent. Ob hæc itaq; merita, & alia, omnem regionem Pelasgiam, se uerò Pelasgos nuncuparunt. Multas, adeóq; diuersas regiones peragrarunt Pelasgi. Consederunt in Asia, in Troade, Europa, Caria, & postremò in Thessalia, ut dictum est: ut nullius penè gentis nomen quàm Pelasgicæ latiùs patuerit. Illud uerò hoc loco haudquaquam prætereundum censeo, quod paulò antè annotatum oportuit & Eustathius prodit: Pelasgum non Inachi aut Neptuni, sed Eumonis & Larissæ filium fuisse: cuius fratres Achæum & Phthium terris nomina quoq; sua de se indidisse. Ipse hostis.] Laus Troianorum, ub hostium commendatione. Ferebat.] efferebat Troianos: simplex pro composito. Tempore.] Antapodosis. Teucrorum.] A gentis antiquitute: nam ex Hesione Priami sorore, filia Laomedontis, ipse prognatus erat. Quare.] Epilogus, constat benigna inuitatione ad cómune hospitium. Me quoq;.] ὁμοιοπάθεια, causa humanitatis. Solemus enim ijs fauere, qui ijsdem periculis perfuncti sunt. Simili fortuna, ait, se post longam iactationem in has Africæ oras delatam fuisse, in qua parta quiete consisteret.

ARGVMENTVM.

Dido Aeneam suas ædes introducit, socijs illius mittit munera, templis pro Troianorum aduentu honorem indicit: domus pars interior regio apparatu instruitur.

NASC. SIMVL Aenean 635 Sic memorat: simul Aenean in regia ducit Tecta, simul Diuûm templis indicit honorẽ. simul Diuûm tẽplis in regia ducit Tecta indicit honorem.]

Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suũ, pingueis centũ cum matribus agnos:
Munera, lætitiam'q; † dij.
At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, medijs'q; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ uestes, ostro'q; superbo.
Ingens argentum mensis, cælata'q; in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta uiros antiqua ab origine gentis.

† al. dei. al. die.

Totus hic locus ex Homeri Odyss. 7 sumptus esse uidetur: ubi Alcinous rex Phæacum accepto honorificè Vlysse, & in splendida sede collocato, per Panthonoum præconem Ioui libamina indixit, ita enim ait:

» Αὐτὰρ ἐπεὶ τόν γ'
ἄκουσ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο,
» χειρὸς ἑλὼν Ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλομήτην
» ὦρσεν ἀπ' ἐσχαρόφιν, καὶ ἐπὶ θρόνου εἷσε φαεινοῦ.

deinde paulò infrà Alcinous præconi suum alloquens ait:

» ποντόνοε κρητῆρα κερασσάμενος μέθυ νεῖμον
» πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῳ
» σπείσομεν, ὅς θ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

quod Poëta designare A *uidetur, reginæ genus antiquam esse, & ob rerum gestarum magnitudinem, etiam illustre.*

MEMORAT LAMB. Hort. *hic effusam Didonis humanitatem in Troianos: cuius autẽ descriptionem orditur à religione orditur: nam Troianis, in primis autem Aeneæ in regiam introductio, tota urbe hunc diem festũ esse iussit, ut religionis ergò ab operibus manuarijs per gratulationis speciem abstineretur, & ad summa deorũ solennes obsecrationes haberentur.* Indicit.] *Variè hoc uerbum ueteres usurparunt: indicere festum, bellum: & apud Liuium, Indicere dein finitimis spectaculum iubet. Indicere ad conuenendum diem: hinc indictio, XV. annorum tempus, quod indicebatur, ut singulis tribus lustris toto orbe terrarum tributa Romanæ reipub. persoluerentur.* Nec minus.] *A' liberalitate in socios Aeneæ absentes, circa* B *naues in littore occupatos.* Terga.] *Synecdoche, pro centum sues.* Horrere *enim est, præter uulgatã significationem, quicquid ipsa specie uidentibus stuporem & admirationem incutit: item ueneratio quædam persuasione religionis concepta. ut Poëta alibi: Arboribus suus horror inest.* « *Particula simul, eleganter geminatur.* Matribus.] *ouibus. Et anaphora numeri certi pro incerto, exornat narrationẽ.* Munera, lætitiam'q;.] *Periphrasim esse uini, negat Gellius: aut ita accipiendum, quasi munera ipsius Bacchi uellet innuere: sed Dij legendũ censet: ut Munera lætitiam'q; ad superiores accusandi casus referantur, per appositionẽ. Ad quẽ etiam modũ idem in Georg. dixit:*

Libra dij noctiq; pares ubi fecerit horas. «

Lætitiam'q; Dei.] *uide Gell. lib. 9 cap. 14.* Nec minus interea.] *reginæ munificentiam exaggerat: quæ non solùm præsentes comiter, & lautè accipit, sed & socios qui in nauibus erant, muneribus ornat.* At domus interior.] *cõuiuij descriptionẽ regiæ apparatus descriptione præmittit, Homerũ imitatur quidem Poëta in 7. Odyss. Sed Homerus splendorem luxum'q; regiæ domus, longo circuitu, apparatu'q; uerborũ prosequitur, noster uerò rem temperandam iudicauit: & omissa murorũ, postium, horti, totius'q; Alcinoi regis domus descriptione, quam suis uersibus Homerus complexus est, solam reginæ Didonis supellectilem describit.* Regali luxu] *proprius est regum magnorum'q; principum luxus: unde & illud est ex 6. Aen.*

» ——*epulæ'q; ante ora paratæ*
» *Regifico luxu.*

Medijs tectis.] *medijs tectis ideo dixisse uidetur, quia quædam triclinia, licet pro anni tempore mutarentur, in penitiore parte domus struebantur, unde & conclauia dicebãtur. Cic. in 6. Verr. nam ut in singula conclauia, quæ iste non modò Romæ, sed omnibus in uillis habet, tricenos lectos optimè stratos cũ cæteris ornamentis conuiuij quæreret, nimium multa comparare uideretur.* Arte laboratæ uestes.] *separatim recenset, more suo, quod uno ferè uerbo cõplexus fuerat: quæ ex re opulentia regiæ domus faciliùs perspici potest. Laudãtur uestes ab artificio, & à materia.* Ingens argentũ mensis.] *hoc ad põdus argenti, & ad numerũ uasorum referri uidetur.* Cælata'q; in auro Fortia facta patrum.] *reginæ opulentiã exaggerat: nõ enim uasa tantùm argẽtea, sed aurea etiam habebat: quæ idcirco etiam preciosiora uidebantur, quia cælata: hoc est, signis rebus gestis maiorũ illius ornata erant.* Series longissima rerũ.] *ad commendationem reginæ nobilitatis: nam quæ longo temporis tractu ducta sunt, hæc nobilia existimari solent. Hoc igitur est,*

At domus.] *Transit à publica lætitia ad gaudium priuatum: hoc est, domesticum luxum, apparatum'q; uerè regium. Proponit primùm id in uniuersum, sed potius totum, quod statim in suas partes diducit* Arte lab.] *id est, admirabili opere Phrygio, acu picta.* Ostro'q;.] *nobili purpura, à materia. Ostrum autem propriè est liquor conchylij, siue muricum: cui si artifices temperaturam adhibeant, fit purpureus, ferè tendens in colorem uiolaceum.* C *Sed authores muricem, ostrum, Tyrium colorem, conchylium, pro purpura, adeo'q; purpurea tela indiscriminatim usurpant* Ingens argen.] *Magni ponderis uasa argentea: materia pro forma.* Cælata'q;.] *exsculpta in auro res maiorum: quorum genealogiam suprà retulimus Describit uasa potoria, & alia, à materia, & materiæ adiunctis: hoc est, signis auro argento'q; cùm ad ornatum, tum memoriam rerum à reginæ maioribus gestarum, insculptis.* Gentis.] *Phœnicum.*

ARGVMENTVM.

Pater Aeneas Ascanium filium è nauibus ad se acciri, & munera uarij generis preciosa deferri iubet.

Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidũ ad naueis præmittit Achatẽ,
Ascanio ferat hæc, ipsum'q; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet: pallam signis auro'q; rigentem,
Et circumtextum croceo uelamen acantho,

NASC. AENEAS (neq; enim patrius.] *Hinc uis paterni amoris in filium, quãta sit, facilè perspici potest, cũ Aeneas filij sui absentiam perferre non possit: sed*

nactus reginam erga se benignã, ac liberalem, eum quoq; tanti cõmodi, tantæ'q; lætitiæ participem esse uult.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.]

Ornatus Argiuæ Helenæ: quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret, inconcessosq; Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami, colloq; monile
Baccatum, & duplicẽ gemmis auroq; coronam.
Hæc, celerans iter ad naueis tendebat Achates.

A parentis, uxori amoris patri filius rependet: ut enim mens patris absente filio quiescere non potest, ita filius unicam curã cogitationemq; in exequendis patris mandatis figit, atq; collocat. Non enim hoc ἐπιφώνημα est, ut quidam falsò existimauerunt: nam si epiphonema esset, superioris utique narrationis acclamatio foret, & de cura Aeneæ erga Ascanium filium intelligendum esset. Secus tamen est, & ad Ascanium referendum uidetur: nihil enim erat, si de cura Aeneæ Poeta intelligi uolebat, quod epitheton adderet, chari. Hoc igitur ait, Ascanium omnem curã adhibuisse, ut sui patris iussa faceret. Hunc locum qui recti interpretentur, paucos hucusq; uel nullos potius uidi.

Munera præterea.] Etsi Dido Troianorum uerbis fidem adhibuisse, suamq; de illorũ probitate opinionem improuiso Aeneæ aduentu, repentinoq; eius apparitione confirmasse uidebatur, tamen Aeneas, ut securitatem re-
B gina præstaret, certioriq; argumento se eum esse probaret, quem ipse & Troiani prædicarant, munera regia, quæ ex incendio Troiano ipse eripuerat, ex nauibus ferri iubet, ut reginæ offerat. Adde illud etiam, quod cùm se regẽ esse profiteretur, oportebat eum ex regia liberalitate, ac munificentia, se quoq; regem esse ostenderet. itaq; preciosissimis muneribus, quorum hic singula Poëta describit, reginam donat. Pallam signis, auroq; rigentem.] A generali munerum commemoratione ad separatam, more suo, enumerationem transit: ac imprimis Pallam: hoc est, uestem muliebrem ad uestigia usq; demissam recenset: quã etiam commẽdat: inprimis ab artificio: deinde quia signis: deinde à materia, quia auro: postremò ab opulentia auri, quia rigentem: hoc est, duram propter aurum dicit.

Et circumtextum croceo.] Alterius est muneris descriptio, nempe uelaminis: id est, Cycladis uestis muliebris tenuissimæ: quæ instar ueli, quòd tectum corpus circumdaret, facta erat. Iuuenal. Satyr. 6.

Hæ sunt, quæ tenui sudant in Cyclade.

Et Propertius:

——& longa Cyclade uerrit humum.

C Cuius etiam uestis artificium, pulchritudinemq; uehementer extollit: nam nisi luculenta, arteq; elaborata esse nõ poterat: in qua arte textoria picti, & circumducti apparebat achãti: hoc est, spinæ albæ folia cũ ipsis floribus croceis, & purpureis. Sed & in eo multo magis excellentia pulchritudinis commendatur, quod Helenam fœminarũ pulcherrimã ornaret. Postremò etiam à dignitate artificis laus emergit: nam uidetur Poëta innuere, manibus Ledæ matris Helenæ textam fuisse: cuius artificij excellentiam uno etiam uerbo designat, cùm ait: Mirabile. Solent enim opera ab excellentia, splendoreq; artificis plurimũ laudis accipere: quamobrem Vergilius nunquam ferè huiusmodi descriptiones proponit, quin artificum quoq; mentionem faciat. Andromache in 3. Aeneid. Ascanio chlamydem donans, sic ait:

Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearũ
Sint, puer, &c.

Et in 4. Aeneid. amictum Aeneæ describens artificis itidem meminit, cùm inquit:

——Tyrioq; ardebat murice Læna
Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido

Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.

Ilione quod gesserat olim.] Cõmendat à persona gestantis, quoniã filia regis, & cæteris natu maior gesserat: ita quoq; in 7. Aeneid.

Hoc Priami gestamen erat.

Colloq; monile Baccatum.] Monilis pulchritudinem extollit à materia, quia ex auro & gemmis confectum erat. Ita quoq; Cic. in Verr. act. 6. de Eriphyle uerba faciens: Eriphylen (inquit) accepimus in fabulis ea cupiditate, ut cùm uidisset monile, opinor, ex auro, & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem uiri proderet. Et duplicem gemmis, auroq; coronam.] Coronæ cõmendatio est à materia, & à pulchritudine: non enim nisi pulcherrimum existere potest, quod ex auro, & gemmis cõfectum, atque ornatum est.

AENEAS.] Transit Aeneas ad occasionem amoris inter utrunq; Hanc autem sumit à descriptione affectus paterni erga filium, & mandatis, cũ quibus mittitur Achates ad naueis. Delectatur interim narratio à iucunda descriptione earũ rerum, quas secum Didoni Achates e nauibus dono asportare iubetur. Neq; enim.] Causa euocandi Ascanij, ab affectibus paternis erga filium στοργαὶ à Græcis eiusmodi uocantur affectiones. Omnis.] Ecphonesis, ex causa collecta. Mœnia.] pro urbe usurpat: synecdochicῶς. Munera.] à diuisione. Pallam.] Erat autem palla uestis, honestis matronis peculiaris, talaris, & ad terram usq; defluens. Quanquam & hac quoq; mares utebantur, id quod liquet ex 11. lib. Metamorph. Ouidij: LAMB. Hort.

Ille caput flauum lauro Parnaside uinctus,
Verrit humum Tyrio saturata murice palla.

Varro pallam dictam putat, quòd foris sit & palam: ut intusium, quod intus sit, ac tectum. Gallica palla manicata, ad uerenda & medias usq; nates pertingentes: teste Strabone in 5. nec obscurè indicat Martialis. Sunt qui ab irrugatione & mobilitate pallam dictam uolunt, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quòd harum uestium extremitas moueatur. χλαῖναν Græci uocant, ut opinor: quam ipsi tamen exponunt chlamydem, aut uestem hybernam: à calfaciendo. χλαῖνα, ἱμάτιον χειμερινὸν, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν.

Signis.] à pictura & materia pro aureis signis, Enallage. Sunt autem propriè signa, statuæ ex fusorio metallo factæ: ut tabulæ, picturæ. Circumtextum.] in ora & fimbria. Velamen.] Apparet Poëtam uestem significare, quam encyclon uocant: aut certè cycladem, supra aectam, infrà amplam, dictam à circuli rotunditate: cui infra in fimbria, croceæ spinæ pictura intexta erat.

Acantho.] Græcè ἀκάνθῳ: hoc est, uirgulto spinoso, ad cuius imitationem uestes plumarijs operibus exornãtur: ἄκανθα, spina: unde ἄκανθος, ἀγκαθυλλον. ἀκάνθιον. θάμνος καὶ ἐχῖνος, uirgultum spinosum, & echinus. Hinc ἄκανθος, ποίκιλμα ὑφασμάτων, ζωγραφητὸν, καὶ πλοκὴν, & ἄκανθα, spinam dorso humano. Ornatus.] Appositio. Commendat à dignitate ueteris possessoris, & loco. Extendit te literam in cæsura. Argiuæ Hele.] Fuit autem Helena Persei proneptis, filia Tyndarei, qui ex Oebalo nepote Persei prognatus fuit. Acrisius Argis imperabat, in Peloponnesis. Quamobrem Helenæ hoc tribuit epitheton. Inconcessos.] Natura & legibus nu-

priæ

prias prohibitas, ut relicto marito adulterum sequeretur.

Hymenæos.] *Nuptias metonymia. Tradunt Hymenem fortem uirum quendam Atheniensem fuisse, qui uirgines in bello captas, uel ut alij, à prædonibus liberasset. Quare factum, ut nomen eius in nuptijs inuocaretur, cultusq; ipse deinceps sit nuptiarum deo, & uirginum liberatore. Sunt qui scribunt, eum Bacchi filium fuisse & Veneris, nuptiarum præsidem, Hymenæum & Hymenem uocatum. Priorem historiam refert Homeri enarrator Iliad.* 18. [illegible] *Proin receptum addit, ut nubentes eum inuocarent & hymnum in laudem ipsius canerent, quem Hymenæum dixere. Alij dictum* ἀπὸ τοῦ ὑμένος: *id est, membrana, uirginei pudoris claustro, quæ primo coitu rumpitur. Hunc non ex Venere, sed Vrania natum credunt, quòd primus certos nuptiarum ritus instituerit: ob quod meritum in nuptijs, ut boni ominis uocem, in eius laudem inclamare consueuere apud Græcos, perinde ut apud nos Thalassionis nomen. Nec desunt, qui dolentis cuiusdam nomen fuisse asserant, qui ruina in nuptijs oppressus perijt. Qua de causa institutum, ut deinceps expiationis ergò nomen eius in nuptijs exprimeretur. Nonnulli hymnum uirginum nuptijs cantari solitum, Hymenæum appellatum, ut* [illegible] *funebrem, & sacrie solennem. Etymologicis* [illegible] *quòd sponsus & sponsa unà habitent. Porrò Iulius Pollux Onomasticῶν lib. 3. cap.* [illegible] *scribit, carmen nuptiale appellari* [illegible] *ideo apud poëtas* [illegible] *significare:* [illegible] *(inquit Hesychius)* [illegible] *Idem paulò pòst:* [illegible] *ut diximus.*

Ledæ mirab.] *Tradunt hanc Ledam Thestij filiam, à Ioue in cygnum conuerso ad Eurotam amnem compressam. Quæ compressu grauida, peperit Pollucem & Helenam: ex Tyndareo uerò, Castorem & Clytemnestram, quæ postea Agamemnoni nupsit. Fabulantur eam ex Ioue ouum peperisse, unde prognatos Castorem, Pollucem & Helenam. Hyginus secus fabulam refert: Iouem à Nemesi contemptum, se in cygnum conuertisse. Qua quidem forma cùm illam uitiasset, abissetq; rursum in cœlum, illa exactis mensibus peperit ouum. Quod ablatum cùm Mercurius Spartam pertulisset ad Ledam, proiecissetq; in eius gremium, illa postea ex eo Helenam peperit. Hanc fabulam paulò diuersius Isacius Tzetzes, in commentarijs* A *quos scripsit in Cassandram Lycophronis, his uerbis refert:* [illegible] *Fulgentius Mythologicῶν secundo ita interpretatur allegoriam, ut Iupiter apicem imperij signet: & Leda,* [illegible] *quòd omnis potestas ad uim sit prona, & quidem per speciem honesti. Tzetzes autem ali-* B *ter allegoriam reddit:* [illegible]

Ilione.] *Filia Priami, Polymestoris Thracum regis uxor, cui sub belli initium pater filium suum Polydorum minorem educandum tradiderat. Tragici canunt, fortissimè hanc, una cum matre illius, ab rege propter aurum interfecti, mortem fuisse ultam.* **Maxima.**] *Nomina filiarum Priami hæc traduntur: Ilione, Cassandra, Creusa, Laodice, Lycaste, Medesicaste, Polyxena, Clymene, Aristomache, Xenodice, Deinone, Menoche, Pisis, Cleodice, & Medusa. Laus rei à personæ dignitate.*

Monile baccatum.] *Gemmis nobilibus distinctum. Bacca inter uniones, gemma prima nobilitatis recensetur. Ca*[illegible] *alioqui est minutarum arbo-* C *rum, ut lauri, oliuæ, & similium: à quorum similitudine, hæ gemmæ nomen sortitæ sunt. Hinc baccatum, baccis ornatum* [illegible] *arborum id genus fructibus, à Græcis* [illegible] *: pro unione,* [illegible]. **Hæc celer.**] [illegible] *festinanter hæc celeriter peragere: ut uerbum per ellipsim subaudias: nisi quis absoluto uerbo accusandi casum adiungere malit, cui ego non magnopere refragabor.*

A R G V M E N T V M.

Cogitat Venus pro Ascanio ad Aeneam Cupidinem mittere, vt Didonem incendat amore Aeneæ.

NASC. **At Cytherea nouas artes.**] *Cum Aeneas Carthaginem peruenisset ad populos natura barbaros* [illegible] *delis,* [illegible] *tur Iuno, non erat omni-*

At Cytherea nouas artes, noua pectore uersat
Consilia, ut faciem mutatus & ora Cupido,
Pro dulci Ascanio ueniat, donisq; furentem
Incendat Reginam, atq; ossibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguã, Tyriosq; bilin-
Vrit atrox Iuno, & sub noctẽ cura recursat. (gues.
Ergo his aligerum dictis affatur amorem:

tendũ, quum Venus de filij incolumitate sollicita induceretur, igitur callida mater secum ipsa consiliũ init, dolosq; meditatur, ut reginam fallat, accendatq;

A *dus'q; amore reginam.* Noua pectore uersat Consilia.] *Quia stratagemata, dolisq; absq; consilio non fiunt, ideo cùm artes dixisset, addidit consilia.* Vt faciem mutatus.] *Consilij explicatio, quæ causam continet aduenientis, uel potiùs accersentis Ascanij.* Donisq; furentem incendat Reginam.] *Figurata locutio: id est, incendat, & furere faciat: nondum enim accensa erat, sed aduentu Cupidinis flagrare cœpit amore Aeneæ. Quod uerò Poëta ait: Donis, naturæ muliebris rationem habuit; quæ facilè donis capitur: unde de Eriphyle legitur, quod monilis sibi oblati pulchritudine allecta, uiri sui salutem prodidit.* Atq; ossibus implicet ignem.] *Vt molestiam quàm fieri potest maximam exhibeat: nam qui ossibus inhæret dolor, grauiùs torquere solet: nouè autem dictum uidetur, implicare ignem ossibus, pro inferre, seu inijcere amorem ossibus.* Quippe domũ timet ambiguam.] *αἰτιολογία est, cur Venus reginam accendi amore uelit: nam fœminæ ingenium uarium est, atq; mutabile: hinc illud ex 4. Aeneid.*

" —— *uarium, & mutabile semper*
" *Fœmina.* ——

B Tyriosq; bilingues.] *Quia aliud in ore, aliud in pectore gerunt.* Vrit atrox Iuno.] *Hæc potior causa est: nam etsi regina mutabilis est, quia fœmina: & Afri natura sunt fallaces, eò tamen magis etiam timendi uidentur, quia à Iunone excitari possunt in Troianos: nam uritur, & quo pacto Aeneam perdere possit, cogitat.* Et sub noctem cura recursat.] *In animo Iunonis, scilicet ita quoq; in 4. Aeneid.*

" *Multa uiri uirtus animo, multusq; recursat*
" *Gentis honos.* ——

LAMB. Hort. At Cytherea.] *Digreditur Poëta à narrationis cursu, in expositionẽ noui consilij, & causarũ amoris. Duas potissimũ indicat: Punicã fidẽ, inconstantiãq;, & Iunonis in Troianos odium.* Cytherea.] *Venus: antonomasia. Hãc ab urbe Cythera ita dictam uolunt. Hesiod. in Theog.*

" αὐτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις.

At Homeri enarrator Iliad. ε. ἡ Κυθέρεια δὲ (inquit) καθ' Ὅμηρον εἴρηται, οὐχ ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις. Κυθέρεια δὲ, ἡ κεκευθμένον ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ τὸν πόθον τῶν ἐρωτικῶν φιλιῶν ἐξεργαζομένων ἡμῖν τὰ, οἷον τὸν ἔρωτα, ὃν πᾶσι τοῖς θεοῖς ἀφίησι. διὰ γὰρ τὸ κρυπτὸ πάντα παρέκειται.

" ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
" πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

In mari Myrtoo Cythera, contra Maleam promontorium cernitur, ut Thegausa contra Acritam. Ora, lacert.] *Synecdoche.* Incendat.] *A re corporea ad incorporeã.*

Quippe.] *Causa, à gentis perfidia.* Bilingues.] *Fallaces, perfidos. Respexit ad paræmiam, φοινίκων συνθῆκαι, Phœnicum pacto. Phœnices enim, qui Carthaginem condiderunt, statim quàm in Libyam appulissent, postularunt ab ijs, qui per id tempus ea loca incolebant, ut sibi liceret diem & noctem terræ hospitio uti. Quod cùm impetrassent, iamq; exacto temporis spacio iuberentur excedere finibus, recusarunt: affirmantes se pactos, ut liceret noctes diesq; ibi cõmorari: uidelicet ambiguitatẽ uocum ad suum commodum contorquentes. Prouerbium quadrat in astuta & insidiosa pacta Hæc gens ob innatam perfidiam, alijs atq; alijs prouerbijs celebrata est: Pœno Libyca, Pœno perfidior. Hanc perfidiã tertiùm experti Romani ad postremũ Carthaginem funditùs deleuerunt.* Vrit.] *Altera causa noui consilij, odium Iunonis, per quam iram & iniuriã aliò quam à Pœnis metuit.* Ergo.] *Clausula enumeratarum causarum. Quare autem ueteres Amorem alatum finxerint, paulò pòst indicabimus ex Marulli epigrammate.*

ARGVMENTVM.

Venus à Cupidine supplex petit, vt ementita vna tantùm nocte Ascanij facie, Didonem pro ipso Ascanio adeat, eamque suis ita flammis incendat amore Aeneæ, vt ille absque vllo periculo, quandiu opus fuerit, Carthagine commorari possit.

Nate, meæ uires, mea magna potentia solus:
Nate, patris summi, qui tela Typhoea temnis:
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur, odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi: & nostro doluisti sæpè dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido, blãdisq; moratur
Vocibus: & uereor, quò se Iunonia uertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere antè dolis, & cingere flamma
Reginam meditor: ne quò se numine mutet,
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
† Quã facere id possis, nostrã nũc accipe mentẽ.
Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago, & flammis restãtia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,
Aut super † Idaliæ sacrata sede recondam,
Ne qua scire dolos, mediusue occurrere possit.
Tu faciem illius, noctem non amplius unam,
Falle dolo, & notos pueri puer indue uultus:
Vt cum te gremio accipiet lætissima Dido.

NASC. Nate, meæ uires.] *Hæc Veneris oratio*
C *illis partibus cõstat, quæ ad aliquid persuadendum requiri uidentur, iusto, honesto, facili, necessario: quibus etiã subnectuntur circumstantiæ tẽporis atq; occasionis: quæ omnia suis locis indicabuntur. Primùm igitur ex*
† al. Quò *persona Cupidinis beneuolentiam colligit, quia natum appellat, uimq; potestatem extollit cum extenuatione*
† al. Idaliũ *potestatis suæ, quod eum uires suas appellat. Videtur autem ad Simonidis opinionem alludere: qui ex sola Venere natum Cupidinem esse dicebat. Sed de Cupidine, cuius filius fuerit, quotque extiterint Cupidines, Plato in conuiuio, & Cicer. in 3. de nat. Deorum literis tradiderunt. Idcirco autem Cupidinem uires, potentiamque Veneris esse ait, quia Veneri; id est, luxuriæ, absque amore, aut nulla, aut parua delectatio inest: hinc Horat.*

" *Siue tu mauis Erycina ridens:*
" *Quam iocus circumuolat, & Cupido.*

Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.] *Cupidinis potestatem*

Regales inter mensas, laticemq; Lyæum,
† Et dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasq; ueneno.

al. Cùm

potestatem exaggerat, quod Iouis filius est, & ius filius, qui patris fulmina, quæ uel gigantibus formidolosa, atq; perniciosa fuêre, facilè contemnit: unde προκατάληψις à maiori argumentum colligitur: Qui Iouis fulmina negligit, is consilia Iunonis multò magis uincere atq; superare potest: nam Iunonis potestatem obijcere et Cupido potuisset. Ad te confugio, & supplex tua numina posco.] *Filij beneuolentiam renouat mater per cōmiserationis locū ex obsecratione: cuius rhetores Latini meminerunt insuper eum attentum facit: non enim nisi de re maxima mater ad filium supplex accedit.* Frater ut Aeneas.] *Narratio est, ac totius petitionis expositio. Exorditur autem à causa, quæ persuasionem habet à iusto, & honesto: honestum enim est, ut pro fratre frater labores, in his præsertim, quæ illius salutis intersint: eoq; etiam uehementiùs, cùm indignè aliquid pati uidetur: propterea subdit:* Omnia circum Littora iactetur, odijs Iunonis iniquæ.] *Hic ea potissimùm attingit, quæ ad negocium suscipiendum incitare Cupidinē possint: duros Aeneæ labores, & in illum odium Iunonis iniustissimum, quæ tum mouendæ misericordiæ ex persona Aeneæ, tum etiam Iunonis in odium rapiendæ uim maximam habent. Sed ne maiora, quàm re uera sunt, dicere uideatur, testem ipsummet Cupidinem citat, inquiens.*

Nota tibi.] *Et quod multò maius est etiam addit:* Et nostro doluisti sæpe dolore.] *Quibus ex uerbis apparet, tantas fuisse Aeneæ calamitates, & incommoda, ut ea sæpiùs matrem, & agnatos ad dolorem excitauerint: locus est misericordiæ: quem color rhetoricus exornat deriuatio: quam Græci παρηγμένον uocant, ut:*

Aut capere, aut captas iam despectare uidentur.

Hunc Phœnissa tenet Dido.] *Ab occasione, & opportunitate temporis: quod Dido Aeneam tenet in regia, quod et, quantū in se est, blanditur, & arridet.* Blandisq; moratur Vocibus.] *Homeri hemistichium, ex Iliad. β sic enim inquit ille:*

—— σοῖς δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρήτυε.

Et uereor quò se Iunonia uertant Hospitia.] *προκατάληψις, occurrit obiectio: nam diceret Cupido, si Dido Aeneam humanissimè suscepit hospitio, iamq; etiam liberalissimè tractat, si eum magno amore complectitur, blanditijsq; retinet, quid opus est dolis, meisq; flammis? huic obiectioni ita occurrit Venus: magnum esse & capitale odium Iunonis in Aeneam, propterea Didonis amorē erga illum ita augeri oportere, ut nulla unquam Iunonis fraude mutari, aut defraudari possit.* Haud tanto cessabit cardine rerum.] *Coniecturale argumentum ex temporis occasione: quæ à Iunone ut arripiatur uehementer timet, hoc autem de prouerbio tractū uidetur, quo dici solet, res est in cardine: hoc est, in articulo, à postibus: quæ cardinibus uoluuntur, sustinentur'q.* Quocirca capere antè dolis.] *Ex antè dictis consilij sui rationem colligit: ad cuius expositionem paulatim delabitur: & profectò optimum est Veneris consilium, futura potiùs arcere mala, quàm ijs, quæ iam euenerint, remedia quærere.*

Quā facere id possis.] *Locus attentionis.* Mentem.] *Per extenuationem maluit mentē, quàm consilium dicere: ne, si quæ ipsa dixisset quæ ad fallendam Didonem minùs idonea uiderentur, uereatur ille refellere, & meliora, magisq; idonea, si habeat, in medium afferre.* Regius accitu.] *Rationem cæpti consilij exponit: deducitur autem cōsilium hoc ab occasione: quæ ad rem transigendam hoc tempore idoneam sese offert.* A Hunc ego sopitum somno.] *προκατάληψις: occurrit obiectio, ne quæratur, quid de Ascanio fiet, si ego abiero?* Tu faciem illius, noctem non amplius unam.] *Honestatem petitionis ex temporis breuitate ostendit.* Falle dolo.] *Falsam habe, simone à natura tua. Græci [illegible] dicunt.* Et notos pueri puer indue uultus.] *Persuasio est à facili: quam [illegible] figura exornat, ut in 5. Aeneid.*

—— calcemq; terit iam calce Diores.

Ut cum te gremio.] *Causa consilij, ut scilicet regina flagret amore Aeneæ. Hic uerò animaduertas expressam esse rationem mulieris puero blandientis.* Occultum inspires ignem, fallasq; ueneno.] *Per definitionem locutus fuisse uidetur: nam occultus ignis amor est, ac ueneni instar: cuius natura est sensim diffundi per uenas, indeq; præcordia petere. Hæ sunt igitur amoris proprietates duæ, quas egregiè Poëta designauit in quarto* B *Aeneid. cùm ait:*

At regina graui iamdudum saucia cura
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.

Nate.] *Petitoria suasorij generis oratio est. Captat autem beneuolentiam à persona Cupidinis, dum generis summam nobilitatem uehit, & potentiam eius amplificat. Narrat uerbis selectis, & perspicuis. Petit simpliciter, sine argumentis: quippe à puero: cui ad persuadendum planè nullis opus erat suasorijs argumentis.* LAMB. Hore. Nate patris.] *Iouis periphrasis. Beneuolentia à generis præstantia: anaphora. Amorem & Himerum, Venerem ab initio sequutos, author est Hesiod. in Theogonia:*

τῇ δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλός.

Idem docet, Amorem omnium primum post Chaos & Terram prognatum fuisse:

ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
λυσιμελής, πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων,
δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Idem tradit, Amorem natum ex Chao & Terra: Simonides, ex Venere & Marte: Acusilaus, ex nocte & æthere: Alcæus, ex Lite & Zephyro: Sapho, ex Venere & Cælo. C

Typhoea.] *Amplificatio potentiæ, ab effectis. Fabulantur hunc Titanis ac Terræ filium, qui à Ioue ad pugnam prouocato fulmine percussus, in Inarimen insulam deiectus fuerit. Huius autem Gigantis descriptio extat apud Hesiod. in Theogonia:*

αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανοῦ ἐξέλασε Ζεύς,
ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη,
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.
οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι,
καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ. ἐκ δέ οἱ ὤμων
ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος δεινοῖο δράκοντος,
γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελιχμότες. ἐκ δέ οἱ ὄσσων
θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
πασῶν δ' ἐκ κεφαλῶν πῦρ καίετο δερκομένοιο.
φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῇς κεφαλῇσι
παντοίην ὄπ' ἰεῖσαι ἀθέσφατον. ἄλλοτε μὲν γὰρ
φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε
ταύρου ἐριβρύχεω μένος ἀσχέτου ὄσσαν ἀγαύρου,
ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντος ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντος,

ἄλλοτε

A » ἄμοτε δ' οὐ σκυλάκων ὀπὶ σμιὸτα δαίμαν' ἀνῆεν.
» ἄμοτε δ' αὖ ῥοίζεσχ' ὑπὸ δ' ἤχεεν οὔρεα μακρά.

Hos uersus ita in ipso cursu reddidimus:

» Verùm ubi Titanas cœlo turbasset ab alto
» Iuppiter, hinc genuit mox alma Typhoëa Tellus,
» Postremum ex Erebo Veneris cum numine diuæ:
» Cui palmæ ad quæuis miranda negotia duro
» Robore erant, promptiq́ pedes: centum capita altis
» Ex humeris sæui surgebant torua draconis,
» Ora subin linguis lambentia cæca trisulcis.
» Igne coruscabant cilijs sub lumina tetris.
» Deniq́ quodq́ caput flammam spirabat & ignem.
» Omnibus his inerant uoces uariumq́ sonabant,
» Horrendumq́ dabant fremitum: sæpè ore tonabant,
» Numinibus magnis simul ut se emittere uisa.
» Interdum ingenti tauri mugire boatu,
» Interdum fremitum sæui dare uisa leonis,
» Interdumq́ canum latrantum iterum edere uocem.
» Rursus & horrendum sonitum à radicibus imis.
» Mittebant montes umbrosi.——

B Et quidem, Poëta inquit, nefarium facinus perpetratum foret, imperassetq́ hic diuis immortalibus, nisi Iupiter maturè impietate animaduersa, horrendùm intonuisset: terra ipsa infrà, cœlum suprà: & cum his maria, oceani fluenta, adeoq́ tartara ipsa terribilem sonitum edidissent. Idem scribit, Typhoëum, post acrem omnium elementorum cum eo conflictum, fulmine à Ioue missa ambustum, & ad inferos præcipitatum fuisse:

» ῥῖψε δέ μιν θυμῷ ἀκαχὼν ἐς τάρταρον εὐρύν: hoc est,
» Præcipitem indignans illum sub tartara misit.

At Hesychius ait, hunc deum aliquem fuisse, terra prognatum, qui cum Ioue pugnarit: τυφωεύς, θεός τις γηγενής, ἐναντιωθεὶς τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν. Cæterùm τυφὼν, τυφὼς, & τυφωεὺς à τύφειν deriuatur. quod fumū euaporare signat.

Ad te.] Attētio, à rei ipsius magnitudine. Oportet arduum quiddam esse, ubi mater opem filij implorat.

Frater.] Narratio, quæ exponit rem, cur ab eo aliquid sit petitura. Hanc autē ita tractat, ut ei subinde affectus moueat, à sanguinis coniūctione, & fraterna necessitudine Et ne uana uideatur, ipsum in testem uocat. Frater.] Affectus à generis propinquitate. Nota tibi.] A' testimo-

C nio ipsius Amoris.

Hunc.] Exponit causam consultationis, haud ablu-dens interim ab infida societate Punica & Phœnicum, de qua modò disseruimus, Phœnicum pacta.

Vereor.] A' dubio periculo, in quo uersatur: quod interim à Iunonis aduersariæ persona exaggerat.

Cardine.] occasione, siue summa rei: à loco Seruius enarrans hunc locum, admonet prouerbiali figura ualere, ac si dicas, res est in articulo. Apud Ciceronem, Rei cardo in eo uertitur: pro eo quod est, inde totum negotium pendet. Ab ostijs sumptum prouerbium est, quæ cardinibus uoluuntur. Citatur prouerbium ab Erasm. Res est in cardine. Quocirca.] Clausula, à consultatione: quam à præsenti occasione trahit. Qua.] uia, ratione. Attentio, ad facilitatem exequendi consilij. Regium puerum, periphrasticè Ascanium uocat: perinde ut Sidoniam urbem, eodem tropo, Carthaginem. Illud minutius est quàm ut annotetur, appositionem esse in hac oratione: Puer, mea maxima cura. Cythera.] Diximus, hanc unam Cycladum insularum esse, in ora Laconica Malea promontoria auersam. Porphyris initiò appellata fuit; Aristoteli Porphyrussa, à purpuræ præstantia. Veneri dedicata. Didymus hac de causa insulam Laconicam uocat, κύθηρα δὲ νῆσος τῆς λακωνικῆς. Atque ab hac ipsa Venus Cytherea nuncupata est, ut ait Homeri enarrator: κύθηρα δὲ νησίδιον τῆς λακωνικῆς, ἀφροδίτης ἱερὸν, ὅθεν καὶ κυθέρειαν ἐπιθετικῶς ὀνομάζεσθαι τὴν θεόν. Est Cytheron mons & urbs, à Venere, in cuius tutela fuit, nomen sortita. Hæc Cythera sunt, quæ Athenienses, & in ijs Scandeam urbem maritimam, Peloponnesiaco bello, duce Nicia Nicerati filio, cum 60 nauium classe inuaserunt. Porrò autem causam addunt, quamobrem hæc insula Veneri consecrata antiquitus fuerit: quòd in eam, concha marina uecta sit. Solinus tamen, non à Cytheris, sed Cythero Phœnicis filio eam uocauit: τὰ κύθηρα, numero plurali dicuntur. Idalium.] montem Cypri, Veneri dicatum, à quo & ipsa Idalia nuncupata fuit. Non desunt, qui oppidum in Cypro esse tradunt: atque Idalum eiusdem insulæ montem, in quo & oppidulum fuerit Idalium, ab huiusmodi euentu nomen accepisse, prodidit Stephanus: Cùm ea ditio Chalcenori cuidam data esset hac lege, ut in ea urbem conderet, illic ubi primùm Solem orientem uidisset: fortè ita tum accidisse, ut unus è comitibus iuxtà stans, regem admoneret, ut Solem orientem obtueretur. Chalcenor omine arrepto, Ibi ciuitatem statuit, καὶ ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν, Idalium nuncupauit oppidum. Ne qua.] A' tuta. Non amplius.] A' facili. Est & lepida uocū collusio in uocibus, Pueri puer indue uultus. Vt cum.] A' causis finalibus, cum quibus adiungit omnia opportuna: in medio luxu, in gremio. Libido enim sine potu languet ac friget. Lyæum.] Vini periphrasis Bacchus autem à poëtis Lyæus dictus est, ἀπὸ τοῦ λύειν· id est, soluendo: quòd uinum immodicè haustum, curas ac membra dissoluat & debilitet, non aliter quàm Venus: unde uterq; λυσιμελὴς appellatur:

λυσιμελὴς βάκχος, καὶ λυσιμελὴς ἀφροδίτη.

Amplexus.] Ab opportuno. Et ignem, metaphoricè amorem dicit: quem & uenenum uocat, quo animus inficitur, perinde ut corpus aconito.

ARGVMENTVM.

Capido iussa matris exequitur: nam depositis alis Ascanij faciem induit, gressumq; imitatur, & ad reginam rectà proficiscitur. Venus autem Ascanium somno sopitum gremio suscipiens, in lucos Idaliæ defert, ibique inter suaueolentem amaracum floresq; varios collocat.

NASC. Paret amor dictis.] ex hoc filij probitas, & beneuolētia erga matrem colligitur singularis: quod

Paret Amor dictis charæ genitricis, & alas
Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidā per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum

iussa illius libenter facit. ita quoq; in primo de Mercurio:

Et Iam iussa facit.

l Dixer

Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce lætus Achate.

»» *Dixerat: ille patris magni parere parabat,*
»» *Imperio.*

Sampsuchum siue Amaracum laudatissimum iuxta & odoratissimum, scorpionibus aduersari, ex aceto & sale illitum. Succum eius decoctum tormina discutere, utilem item urinis & hydropicis. Oleum quoq; inde fieri, quod sampsuchinum uocetur, aut amaricinum, quòd uehementer conducat ad calefaciendos emolliendosq; neruos & uuluas. Idem scribit eodem libro, cap. 11. amaricinum Dioclem medicum & Siculos appellare, quod Aegyptum & Syriam sampsuchum. Itaq; huius herbæ nobilis succus prouerbium fecit: Nihil cum amaricino sui: hoc est, stolidis optima putent ac displicet. Cùm enim huiusmodi sit amaricinum contrà nihil luto sui magis amicum, eruditè Poeta amaracum herbam Veneri gratissimam dicit. Inter unguenta peculiari quadam natura amaricinum inimicum est suillo generi, adeò ut illi propemodum uenenum sit. Testatur id Lucretius lib. 6. A

Charæ genitricis.] *τὸ αἴτιον est, cur matris iussa capessit: nisi enim illam amaret, charamq; haberet, illius mandatis non pareret.* Gaudens.] *quia id libēter facit.*

Incedens.] *regiæ grauitatis incessum designat in puero: hoc enim incedere significat, qua de re alibi pluribus diximus.* Ac Venus.] *præstat promissa Venus, soporem immittit Ascanio, eumq; sublimem in Idalium Cytheri montis, qui in Cypro est, Lucum defert. locus est ex Homer sumptus Iliad. 3. iuxta finem.*

Vbi mollis amaracus.] *luci commendatio, à mollicie herbarum præsertim sampsuci: quem amaracum uocat, & à suauitate, uarietateq; florum, postremò etiam ab umbræ amœnitate, atq; iucunditate.*

Iamq; ibat.] *ἀπόδοσις. redit ad cupidinem, quem hilari uultu, atque animo proficiscentem describit. unde colligitur eum non inuitò, sed libentissimè negocium suscepisse.*

LAMB. Hort. Amor.] *Huius elegans descriptio extat in quodam epigrammate Marulli: quod quia uenustum est, & huc uehementer accommodatum, libet adscribere. Sunt autem perpetuæ subiectiones:*

»» *Quis puer hic? Veneris. Plena quæ causa pharetræ?*
»» *Non bene prouisus certa quòd arma mouet.*
»» *Cur sine ueste deus? simplex puer, odit opertum.*
»» *Vnde puer? pueros quòd facit ipse senes.*
»» *Quis pennas humeris dedit? inconstantia. Quare*
»» *Nulla deo frons est? signa inimica facit?*
»» *Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.*
»» *Cur macies? uigiles cura dolorq; facit.*
»» *Quis cæcum prait? ebrietas, sopor, ocia, luxus.*
»» *Qui comites? rixæ, bella, odium, opprobrium.*
»» *Qui cælo dignati homines, quæ causa coëgit?*
»» *Mitior authore est credita culpa deo.*
»» *Heu curuum genus, & ueri caeda inscia: quò ius*
»» *Fasq; scelus miseri si scelus abluimus?*

Et gressu.] *Ab habitu, & gestibus amoris.* At Venus.] *Transitio ad fallaciam & fucum Veneris, quo luserit per Cupidinem, Didonem. Et ne geminum pro uno Ascanium inueniat Achates, maturè, uerum subtractū in Idalios lucos transfert, ut tutò doli reginæ struantur. Sed hoc Poëtæ consilio tribuendum est, ut alia.* Amaracus.] *Omnia odorifera Veneri dicata sunt. Fabulantur, Amaracum regium puerum fuisse, & unguentarium, qui cùm unguentum ferens, offenso pede casu humi lapsus alabastrum fregisset, animi dolore contabescēs, uersus fuit in sampsuchum herbam, quæ deinceps amaracus ab eo appellata est: herba gratissimi odoris, ac tota odorata, at in Cypro laudatissima σάμψυχον, Meieron. Fabulis proditum est, Amaracum Siculorum lingua herbæ genus dictum, à Cynara Cyprij regis filio eiusdem nominis, in hāc herbam conuersu. Dioscorides tradit in tertio, Amaracum alijs atque alijs nominibus appellari. Plinius in 13. capite primo: Amaricinum inter nobilia unguenta recenset, & in Coo laudatissimum olim fuisse: postea eodem loco prælatum Melinum, quemadmodum Oenanthinum in Cypro: deinde in Aegypto præpositum, postea Adramittio. Paulò mox eodem capite idem docet, uarijs unguentis admisceri Sampsuchū. Idem lib. 21. cap. 22. in Cypro*

«« *Deniq; amaracinum fugitat sus, & timet omne*
«« *Vnguentum. nam setigeris subus acre uenenum est.*

Iam inter animantia, nullum peius odit Venus quàm suē, propter Adonim ab ea interfectum Sampsuche, quam dixi à nostris Amaracum uocari, abundat Aegyptus: hanc quidam etiam Marathon dixerunt. πολὺ ἐν γένεσι ἐν αἰγύπτῳ, ἄλλοι δὲ μάραθον καλοῦσιν αὐτήν. Aspirans.] *quod florum est, unde odor gratus naribus adblanditur.* Cum uenit.] *Properat ad conuiuium Didonis, & descriptionem luxus uerè regij. Verùm priusquam ad conuiuiū perueniat mirè ornat narrationem ab apparatu domestico, ab officijs, luxu, & magnificentia. Aulæum uelamentum est parietis, uarijs picturis intextum, παραπέτασμα: quanquam id stragulam & omnem uestem signat. ut apud Ciceronem Antoniana secunda: Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. Dicitur & περιπέτασμα, ob id quòd tricliniis obtendi soleat: & παραπέτασμα, παραπέτασμα. & Attalicum, Græcè αὐλαῖον, ab aulis regum, in quibus expanduntur. Vsurpatur etiam numero singulari fœminino genere, qua ratione Græci utuntur. Sic Curtius lib. 7. Cùm post aulæam, quæ lectos obduceret, staret rex. Et Cicero actione 5. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Hesychius porrò ita circumscribit: αὐλαῖα, ἡ αὐλῇ ἀφορίζουσα, ἢ τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Pollux lib 4. cap. περὶ θεάτρου καὶ τῶν περὶ αὐτό. ἴσως δέ, inquit, καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλῶν. Latini aulæum, numero singulari, neutro uel fœminino genere indifferenter utuntur. Ab Attali maximè aula, Asianorum regum longè maximi, in qua primùm inuenta dicuntur, aulæa dicuntur appellata: à quo & Attalica uocantur: quemadmodum Tapetia, à pictura beluarum, beluata dixit Plautus.* Aurea.] *Synæresis.* B C

Sponda.] *lecto, synecdoche: latus lecti, & tabulæ, quæ lectum utrinq; sustinent totum, & fulciunt. Priscis mos erat, in thoris stratis epulari, quod accumbere ipsi dicebant. Quidam hic spondas, sedilia discumbentium interpretantur.* Ostro.] *purpureis stragulis. Ostrum propriè cruor est subruber conchylij, siue muricis, quo uestes tingi consueuère: quare conchylium, murex, ostrum, in eadem significatione usurpantur. E conchylio marino ostrum excipitur, sed non unius generis colorem: nam is uariat locis, & mundi plagis & Solis cursu temperatur. Nam quod legitur in Ponto & Gallia, liuidum*

esse

A *est: quod sub æquinoctiali, occidente & oriente, tendit in colorem uiolaceum. Quod sub austro, rubrum. Conchylia ubi sunt lecta, ferramenta circà scinduntur, è quibus plagis purpurea sanies & lacryma profluit: quæ excussa in mortarijs terendo comparatur. Et quia ex concharum marmorum testis eximitur, ostrum uocatur. Itaq; hic liquor, artificum temperatura ferè purpureus fit, tendens in uiolaceum colorem.*

ARGVMENTVM.

Didonis conuiuium, apparatus magnificentia, Tyrij & Troiani discumbentes, ministrorum numerus, sexus, ætas, stuporq; Afrorum in contemplandis Aeneæ muneribus, & splendore uultus nec non suauitate fictorum verborum Ascanij describuntur.

NASC.

Cùm uenit, aulæis iam se regina superbis
Aurea † composuit sponda, mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manib. lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt, tonsisq; ferunt mantilia uillis.
Quinquaginta intus famulæ, quib. ordine † longo
Cura penum struere, & flammis adolere Penates.
Centum aliæ, totidemq; pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Nec non & Tyrij, per limina læta frequentes
Conuenêre, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iülum,
Flagrantesq; Dei uultus, simulataq; uerba,
Pallamq;, & pictum croceo uelamen acantho.
Præcipuè infoelix, pesti deuota futuræ,
Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo
Phœnissa, & puero pariter, donisq; mouetur.

† al. cùm posuit

† al. lõgam

Cvm uenit.] *Ad cõuiuij descriptionẽ sese accingit Poëta: ubi ea utitur diligentia, ut nõ solùm magnifica, & sumptuosa illa quæ in regio conuiuio parari solent, comprehendat, uerùm etiã minima quædam consectetur:* B *quamobrem rationis, consilijq; oculos habentibus intueri licet epicos poëtas ab heroica interdum grauitate, & ab alio illo, ac florido dicendi genere, pro rerum atq; personarum ratione, ad humilem exilemq; dicendi figurã descendere: id quod non solùm locus iste ostendit, sed & ludorum in quinto Aen. amoris Didus in 4. cerui à Sylvia nutriti in sep. libro descriptio.* Aulæis iam se regina superbis.] *si aulæa in regia Attali Asiæ regis qui populũ Rom. reliquit heredem, primũ inuenta fuere, quomodo in aula Didonis extitisse potuerũt, quæ multis ante Attalum annis fuerat? Sed de tapetis haud dubiè intelligendũ, quæ sui temporis Poëta rationem habens, aulæa appellat.* Mediamq; locauit.] *τὸ μέσον regina, ut prima accumbat, & in medio conuiuarũ sedeat. Is enim locus uel apud antiquos honoratior fuit: & fœmina cum uiris cubantibus sedentes cœnabant: auctor est Valerius lib. 2. de instit. antiq.* C Iam pater Aeneas.] *reginæ proximum Aeneas locum tenet.*

Stratoq; super discumbitur ostro.] *ad luxũ, magnificentiamq; reginæ hoc pertinet: cuius regia apparatum iam antea his uersibus descripserat:*

> *At domus interior regali splendida luxu*
> *Instruitur.* Et quæ sequuntur alia.

Dant famuli manibus lymphas.] *conuiuij rationem, modumq; ordine describit: unde colligitur, ueteres priùs discubuisse, quàm manus abluerẽt: id quod etiã æuo nostro aliquot in locis fieri animaduerti: secus tamẽ in Italia. Priscianus grammaticus in libello de pond. & mens. hunc adducens Virgilij locum, nymphas non lymphas legit: sed rectè utrunq; nam Latini ex Græca uoce ν, in λ. tãtùm mutauerunt νύμφη Græcè aquã, Latinè lympha dicitur.* Cereremq; canistris.] *hinc apparet antiquos nõ priùs mensæ panem imposuisse, quàm conuiuæ discubuissent. secus tamen hoc tempore fit, præsertim in Italia.*

Tonsisq; ferunt mantilia uillis.] *quib. ablutas manus tergerent. Græci χειρόμακτρα uocant: nã quibus recumbentes inter scyphos, & epulas uehebatur. mappa dicebatur: quas pro se quisq; afferebat, dum unà cœnarent. Mart. epigr. lib. 12.*

> *Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,*
> *Mantile è mensa sustulit Hermogenes.*

Et flãmis adolere Penates.] *Idem, multumq; me torsit locus iste nec ab re profectò. Nam cùm Poëta usus fuisset uerbo sacrorũ, adolere, non alienum fuit arbitrari de sacrificijs intelligendum esse: ut diceret, multos etiam Didonis fuisse ministros, quibus curæ esset Dijs Penatibus sacra facere: cùm id de more frequẽter fieri soleret: cuius opinionis Seruium, & Donatum ueteres illos ac multi nominis uiros fuisse uideo: Quos deinde alij secuti sunt posteriores interpretes: cùm uerò de penu, & cibis Poëta loquatur, absurdum omnino mihi uidebatur, de sacrificijs Deorum Penatium esse intelligendum: nam quid sacra cum epulis, & culina? quamobrem cum id sæpiùs mecum animo uolutarem, in eam demũ cogitationem ueni, ut non de sacrificijs, sed de cibis curandis, cõdiendisq; intelligendum esset. ut per ταυτολογίαν, idem sit cum hemistichio superiore:*

> *Cura penum struere.*

Nihilq; aliud hoc in loco sit, flammis adolere Penates, *quàm coquinam facere, & cibos in foco condire atq; componere; nam turpe fuisset omnino, ac præter rationem moremq; priscorum, coquos, aut alius generis seruos Dijs Penatibus sacra fecisse: quibus supremæ dignitatis homines in familijs sacrificare solebant. Cato in lib. de re rustica cap. 2. hoc sacrificandi Laribus negocium patrifamiliâs tribuit. Aeneas apud Virg. in 3. Aen. à Penatibus admonitus, ut relicta Creta, ad Italiam nauigaret, statim leuato è stratis corpore; ipse Penatibus sacra facit, inquit enim:*

> *Corripio è stratis corpus, tendoq; supinas*
> *Ad cœlum cum uoce manus, & munera libo*
> *Intemerata focis ——.*

Et in quinto Aen. ipsemet Aeneas:

> *Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitat ignes:*
> *Pergameumq; Larem, & canæ penetralia Vestæ*
> *Farre pio, & plena supplex ueneratur acerra.*

Cur uerò epularum sub nomine Deorum Penatium mentionem facere Poëta uoluerit, id in causa fuisse arbitror; quòd cùm singulæ partes domus singulis Dijs (ut Homeri interpres, & alibi Seruius memoriæ prodiderunt) dicatæ essent, culina Dijs Penatibus consecrata fuit: nam in foco colebantur Penates: qui & Lares, & Genij dicebantur. Ex his igitur satis liquet, huius carminis sensum ad hunc usq; diem uel doctiss. hominibus occultum nostra (absit arrogantia) industria, atq; diligentia nunc primùm explicatù, atq; declaratum fuisse. Centum aliæ totidemq;] exaggerat reginæ magnificentiam à copia seruitiorum: quorum exponit numerum, ætatem, ætatis (ut ita dicam) æqualitatem. Nec non & Tyrij] nō erat prætereunda Tyriorum nobilium mentio: ne tantum reginæ luxum, tantasq; opes frustrà descripsisse Poëta uideretur: decet enim reges, præter seruos, habere etiam quibuscum familiariter loquantur, & uiuant. Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum.] Magna commēdatio cùm Ascanij, tum etiam munerum Aeneæ, quæ ea pulchritudine fuisse designat, ut inuentibus etiam admirationem pareret. Hic uerò obseruari licet alternatum illum Tyriorum aspectū appositum, elegantiq; repetitione formatū. Flagrantesq; Dei uultus.] Cupidinis pulchritudinem exaggerat, ad declarandam admirationis Tyriorum causam: nam uultus illius augustior, splēdidiorq; humana facie erat. Pallamq; & pictum croceo uelamen acantho.] rursus munera recenset, nō omnia, sed pulchriora: hoc autē uelamen quod paulò antè circuntextum dixerat, nunc pictum esse dicit, & cycladem intellige: quod genus est uestis (ut antea docuimus) muliebris, tenuissima, explicabilis, & spatiosa, qua instar ueli, quod totū corpus circundabat, facta erat. à κυκλόω: id est, circundo dicta. Præcipuè infœlix.] uoluit à cōmiseratione fortunæ, & infelicitate Didonis. Et puero pariter, donisq; mouetur.] hic occultè notat mulierum naturam: quæ non solùm amore, uerumetiam muneribus in amatorum sententiam trahuntur atq; libidinem.

LAMB. Hort. DANT.] Dilatat narrationem amplificatione magnificentiæ regiæ circa apparatum, sedulitatem ministrorū in aula reginæ & οἰκονομίαν rei familiaris. Hanc autem disertè proponit à diuisione amplificans famularum & iuuenum numerum pro rei splendore. Iam & hæc conuiuialis apparatus œconomia tenenda est, ut primùm aqua lauādis manibus fundatur: expediatur panis in mensam disponēdus: & mappæ manuaria proferātur. Lymphas.] Veteres Græci nympham, aquam uocabant, quam Latini Lympham. Hinc lymphatum uinum, nimia aqua dilutum: ut meracius, quòd minimum aquæ admistum habeat. Ab hoc lymphati, οἱ νυμφόληπτοι, nympharum spiritu correpti, οἱ καὶ χόληφοι ... id est, qui nymphis corripiuntur: uates enim sunt, & diuini. Cererem.] panem parànt: metonymia. Mantilia.] mappas manuarias uocat, & eas quæ mensis insternuntur, quas ueteres uel hinc liquet uillosas habuisse. χειρόμακτρα, à lotis manibus: perinde ut à toro, torale. Dicūtur & mantela, siue mantelia: quam uocem grammatici compositam autumant à manu & tela: ut manicium, mappa sit manib. tergendis accommodata. Vsurpatur etiam pro penula, quæ seu lorica muniuntur: μανδύα à Græcis dicitur. Metaphoricōs, quoduis tegmen signat: item pallium, latebra, & simul: ia, quibus doli teguntur.

Quinquaginta] Numerus certus pro incerto. Penum.] omne esculentum & poculentum, quæ in longum usum struuntur, reconduntur'q; : uel, ut inquit Festus, res necessaria ad uictum quotidianum. Sed hæc uox mirè uariat. Dicitur penus masculino & fœminino genere, in quarta inflexione: penus hic, secunda: penus, oris, hoc, tertia: penum, & penu, neutro genere. Ab operibus seu officijs domesticis famulas describit: simul indicat, qualis regia laudatè instituta esse debeat, in qua sua singulis munera sunt distributa. Adolere.] suffitu colere deos domesticos, seu potiùs sacris penates auctiores facere. Verbum est propriè sacra reddentium: hoc est, uotis ac precibus numen religiosè colere; & auctius reddere. cremare, Verbenas adole pingues: quasi dicat, odorem dijs præbe, θυμίασον. Quoniam autem sacrificia igne fieri consueuerunt, quem Poëta nunc flammam uocat, pro καίειν. id est, urere accipitur: ut apud Varronem, uestimenta adolere. Læta.] Hypallage dum. Est autem hic sensus: Priores hospites Troiani honoris ergò iussi sunt accumbere: inde Tyrij conuocati, ordine quiq; & loco consedere. Toris.] lectis, à similitudine intortarum herbarum. Est & Torus pulpa carnis musculosa, in qua consistit robur corporis. Metaphoricè Plinius ad uites & insulam transtulit.

Pesti.] amori: remota metaphora. Deuota.] addicta. Mentem.] pro mente: poeticè. Ardescit.] Ex uidendo nascitur amor: quod Græci lepida paronomasia ita efferunt, ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν. Idem in Georg.

——uritq; uidendo Fœmina——.

Et in Bucol.

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Citatur prouerbialiter ab Erasm. Ex aspectu nascitur amor. Oculi potissimùm conciliant amorem: non enim nonnisi dum uisum adamatur: quod quia cæco aliquando usu uenit, prodigij loco à Iuuenale refertur.

Qui nunquam uisæ flagrabat amore puellæ.

Quoniam autem oculi sunt ad amandum illices, in his amoris sedem esse putauêre. Quarè poëtæ ibi Cupidinem excubantem, inde iacula sua mittere fingunt.

ARGVMENTVM.

Aeneas & Regina, dum Cupidini, quem Ascanium esse putant, blandiuntur, illiusq; complexus alternant, accenduntur, & alter alterius amore flagrat.

NASC. ILLE ubi complexu Aeneæ.] splēdor uultus, & pulchritudo Cupidinis efficeret ut uel pater ipse Aeneas, ne dū Dido cū in ulnas suas acciperet, & cōplectendo sæpius oscularetur. Erat igitur in cōplexu Aeneæ, ex eiusq; collo pēdebat: dūmque osculis excipe-

Ille ubi complexu Aeneæ, colloq; pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem.
Reginam petit: hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet inscia Dido.
Insideat quantus miseræ Deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum.

Incipit, & uiuo tentat præuertere amore
Iam pridem resides animos, desuetaq; corda.

A *exciperetur à patre, patrem ipse amore replebat: ideo sequitur:*

Et magnum falsi impleuit genitoris amorem.] *hic mihi uidetur esse hypallage, impleuit falsum genitorem magno amore: id est, satiauit amorem Aeneæ complexu suo.* Reginam petit.] *quasi uiolenter aliquid facturus.* Hæc oculis, hæc pectore toto Hæret.] *expressio facti, & effectus mulieris puero blandientis, quam uenusta exornat repetitio.* Inscia Dido.] *renouat commiserationem ex futura Didonis calamitate.*

At memor ille.] *occultè nos admonet Poëta quanta sit uis sanguinis, quæ plerunq; ad turpe ab honesto homines auocat. non enim ignorat cupido se prauè, & turpiter agere, qui mulierculam suis decipit dolis, uerumtamen ut matris uoluntati morem gerat, honesti obliuiscitur.* Matrem Acidaliæ.] *à fonte Acidalio, qui est in Bœotia Gratijs cõsecratus. Venus Acidalia nominatur: nec ab re hoc Veneris cognomine Poëta usus est: nã gratiæ & Venus amorem conciliant.* Abolere Sichæum.] *ex animo Didonis tollere, propter illud in 4. Aeneid.*

" *Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat, &c.*

B *Arbitror autẽ ad excusationẽ utriusq; dolũ cupidinis inductũ, ne Aeneas præter decorũ sapientis hominis, & Dido, incautius, quã probã mulierẽ decet, hãc amorẽ inchoasse uideatur.* Et uiuo tentat præuertere amore Iampridem resides animos.] *magna omnino est uis amoris: qui frigidos, ac prope iacẽtes hominũ animos excitare, atq; inflammare ualeat: quod eleganti antitheto expressisse uidetur Poëta, cùm resides Aeneæ & Didonis animos, uiuo hoc est, negeto amore occupatos esse demonstret.*

Ille ubi.] *Graphicè Cupidinis præstigias in Didonem subijcit, ut eius ludibrio effascinata, erga Troianos, sed in primis in Aeneam, bene afficiatur: conuiuas exhilaret, & ad postremum duci Troiano materiam præbeat ad insequentem narrationem. Atq; hactenus quidem spiritus ad principium & originem suam forti animo & pertinaci properauit. Deinceps idem sui quasi oblitus, luxui & carnis illecebris tantisper indulgebit, donec spiritu diuino rursus illustratus resipiscat, & Didonis relicto hospitio, seriò ad Italiam capessendam aspiret.* Acidaliæ.] *Veneris: antonomasia. Acidalium fontem esse tradunt in Bœotia, Musis sacrum, & Veneri: à quo ipsa Acidalia sit nuncupata: est enim Orchomeni Bœotiæ quò Gratiæ se subinde lotum conuenire feruntur. Sunt qui Venerem Acidaliam uel ob id dictam arbitrentur, quòd curas inijciat, quas Græci ἀκηδίας uocant: uel quod ἀκίδας spicula dicatur, quæ Cupidini attribuuntur.* Abolere.] *id est, dulcissimam Sichæi memoriam ex animo eximere. Hoc enim prius necessarium erat, quàm illam nouo amore accenderet.* LAMB. Hort.

Resides.] *securos, ociosos amoris animos: quare statim addit, Desuetaq; corda: ab effectis Amoris.*

ARGVMENTVM.

Ad conuiuij descriptionem, quam longo digressionis interuallo reliquerat, Poëta reuertitur, omniaq; ordine prosequitur, quæ à prima mensa facta fuerunt. Symposia, strepitus, clamores: mox Regina accepta manibus suis patera, pro Troianorum, Tyriorumq; salute ac felicitate uinum libat.

Postquam prima quies epulis mensæq; remotæ,
Crateras magnos statuunt, & uina coronant:
Fit strepitus tectis, uocemq; per ampla uolutant
Atria, dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis, funalia uincunt.
Hic Regina grauem gemmis auroq; poposcit,
Impleuitq; mero pateram, quam Belus, & omnes
A' Belo soliti, tum facta silentia tectis:
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsq; diem, Troiaq; profectis
Esse uelis, nostrosq; huius meminisse minores.
†Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et uos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.

† al. Adsis

NASC. Postquam prima quies epulis.] *hic eandem sententiam passim uarijs uerbis cõmutauit, suprà enim sic:*

" *Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ.*

Et in tertio de Polyphemo:

C " *Nam simul expletus dapibus, uinoq; sepultus.*

Et in octauo:

" *Postquam exempta fames, & amor compressus edendi.*

Vnde colligi potest, quanta Virgilius & ingenij acumine, & dicendi ubertate polleret. Mensæq; remotæ.] *plures fuisse antiquis mensas, sicut & nobis, id certè notius est, quàm declaratione egeat. Sed duæ in primis scriptorum lucubrationibus celebrantur: altera ouorum, & carnium, altera fructuum. hinc illud est adagium: ab ouo usque ad mala: id est, à principio usq; ad finem: nam oua antiquitùs inter mittamensæ conuiuis apponebantur, sicuti & nostra tempestate nonnullis Italiæ locis unà cum acetario apponi solent.* Crateras magnos statuunt.] *ut singuli bibant, scilicet ut paulò infrà patebit. Hæc autem compotatio, seu hoc συμπόσιον propria Græcorum fuit, apud quos maiores (ut hoc tẽpore Germanis mos est) minores inuitabãt, hospites hospitio susceptos ad bibendum hortabantur. Cic. act. 3. in Verrem fit sermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberetur, hospes hortatur, poscunt maioribus poculis, celebratur omnium lætitia, atque conuiuium. ubi Asconius Ped. exponit Græcum esse morem ἀκράτου κυάθους μίγειν, cùm merum cyathis libant, salutãtes primùm Deos, deinde amicos suos nominatim.*

Et uina coronant.] *uetustatis amator Virgilius illius passim scribendo complectitur: nam ueteres pocula coronabant, coronasq; pateris infundebant hilaritatis gratia: cuius rei Iones auctores extitisse plurimi tradiderunt. Homeri tamen interpres illud ex α. Iliad. carmen explicans,*

κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. "

Ex quo hoc Maronis carmen haudubiè sumptũ est, ueteres, ait, pateras usq; ad marginem impleuisse. ἄχρι τοῦ στεφάνου ἐπλήρωσαν, ὁ δὲ, inquit, μέχρι χείλους, quod & Homerus ipse in 2. Odyss. apertiùs explicare uidetur, cùm inquit:

» ἐστήσαντο δὲ κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο.

Non desunt etiam, qui uina pro poculis μετωνυμικῶς dictũ putent, sicuti in sept. ubi idem legitur carmen. quo sensu & illud ex 9. Aen. accipiendum uidetur:

» *Inter lora rotasq; uiros, simul arma iacere,*
» *Vina simul.*

Fit strepitus tectis.] *hæc lætitiæ indicia sunt.* Dependent lychni.] *ut omnia, quæ ad conuiuij apparatũ pertinent, diligenti descriptione complexus fuisse uideatur, ne lucernarum quidem mentionẽ tacitus præterire uoluit.* Et noctem flãmis funalia uincunt.] *Luminis amplificatio non absq; conuiuij magnificentiæ significatione: pendebant enim ex aureis laquearibus accensi lychni, qui totum locum illum sua luce complere poterant, sed ut regia magis splendesceret, funalia addebantur accensa.* Hic regina.] τὸ πρέπον *decebat enim Didonẽ reginam, eorumq; qui conuiuio intererant, principem libãdi curam illam suscipere. nam apud ueteres, reges, & qui nobiliores erant, sacerdotij munere fungebantur, ut de Anio dictum est in 3. Aeneid.*

» *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos.*

Grauem gemmis, auroq;.] *pateræ commendatio cùm à precio, quia grauis, tum à materia, quia ex auro & gemmis confecta erat. ut suprà de corona, quàm Ascanius attulerat:*

» *——& duplicem gemmis, auroq; coronam.*

Quam Belus, & omnes.] *pateræ commendationem exaggerat ex regum personis, qui ea usi fuerunt.* Tũ facta silentia tectis.] *de more sacrorum: nam sacra facturi silentiũ indicebant: etenim sacerdos dicebat: FAVETE linguis: hoc est, tacete. quod ex illo Ouid. in 2. de Fast. satis liquet:*

» *Vina tenent alij, libantur singula flammis*
» *Spectant & linguis candida turba fauent.*

Iuppiter hospitibus.] *Precatio Didus ad Iouem Xenium (sic enim dicebatur, quia hospitibus præesse credebatur) qua quidem precatione Tyrijs & Troianis lætitiam, felicitatemq; auguratur: hunc enim hospites Iouem inuocabant: qui, si quando iura hospitalitatis uiolarentur, eum quippe ita uindicem fore putabant ut in Lycaonem crudelissi hospitem fuisse memorabatur: nam hospitem nõ negligere, & hominem alienum inuitare, ut inquit Dion, amicitiæ initium est. Xenij Iouis inter alios Homerus meminit Odyss. 9.*

» Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνων τε
» ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

Nostrosq; huius meminisse minores.] *eam felicitatem precatur, quæ ad posteros etiam suos peruenire possit.* Adsit lætitiæ Bacchus dator. & bona Iuno.] *Inuocato propter iura hospitalia Xenio Ioue, Bacchus, propter lætitiã, quæ ex uino oriri solet, implorandus erat non uinũ Baccho sacrũ est: nec Iunonis auxilium, quæ Carthaginem tuetur despiciendũ fuit.* Et uos ô cœtũ Tyrij celebrate fauẽtes.] ἀποστροφὴ *ad Tyrios: quos hortatur, ut cœtus frequentent, diesq; inter se festos agant.*

LAMB. Hort. POSTQVAM.] *Transitio ad hilaritatem conuiuij, quam ad imitationem Homericam à prisca consuetudine dilatat. Frequens Homero est,*

» αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Crateras.] *Disertè morem celebrium epularum reddit. Sublatis mensis secundis, solent ferè post aliquod silentium, capaciora pocula, ut somniæ metactori compotatione inhilarescant, in mensam poni: ut nouum non sit, si omnibus deinceps seculis illa consuetudo fuerit obseruata. Et apud Romanos solenne erat, sublatis epulis secundas mensas, quas Græci τραγήματα, Latini bellaria item nuncupant, inferre.* A Coronant.] *Homericum illud expressit:*

κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. «

Vina.] *Synecdochicè: pro pocula coronant uel quia ad summum usq; pocula implebantur: uel quia antiquitùs pocula coronare consueuẽre. Iam uerò, quòd Græcus dixit, κρητῆρας ποτοῖο ἐπεστέψαντο· id Maro uertit, uina coronant. Verùm propius respexit ad illud quod alibi extat apud Homerum Odyss. 2.*

στήσαντο δὲ κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο. id est, «
Craterasq; coronatos statuêre Lyæi. «

Quem locum enarrans Didymus, πλήρεις *(inquit)* μέχρι χείλους, παρὰ τὸ κρατῆρας ἐπεστέψαντο.

Lychni.] *Veterum imitatione uocẽ Græcam inseruit. Ennius. Lychnorum lumina bis sex. Lucret.* «

——quæ sunt, Lumina pendentes lychni. «

Laquearibus aureis.] *Amplificatio: synæresis. Lacum, præter uulgatam significationem, trabem planam uocant in ædificijs à quo lacunar, forma & significatu diminutiuo: & lacunarium, à quo per antistœchum laquear & laquearium. Lychni apud Homerum lampades sunt, & faces, καὶ ἰχθῦς λαμπτὴρ λύχνοι, οἱ λύχνοι· λυχνίον, ὁ λυχνοῦχος. Vnde λυχνιαῖος, καὶ λυχνίτης, ὁ διαυγὴς λίθος, lapis Pellucidus. ... ὁ φανὸς ἢ λαμπτήρ. ... λύχνον quoq; πάχυλον signat id est, calicem.* B

Hic regina.] *Hic mos tenebat Athenienses, ut primis mensis sublatis, puri uini poculũ apponeretur. quod* ἀγαθοῦ δαίμονος *dicebatur: id est, bonæ fortunæ, siue boni genij subaudito, nomine. eratq; sermo bene ominantis in re quapiam aggredienda. Athenæus libro* δειπνοσοφιστῶν *secundo, ostendit à lotione, quæ cœnati utebantur, calicem inferri solere, quæ* ἀγαθοῦ δαίμονος *dicebatur. Durat hic mos hodie apud Germanos maximè, & Britannos. Hesychius indicat,* ἀγαθοδαιμονιστὰς, τοὺς ὀλιγοποτοῦντας *dici. Pollux lib. 6 cap.* περὶ ἐκπωμάτων, ἀγαθοῦ δαίμονος *(inquit) ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος. Iam uerò, quemadmodum in sacris uinum fundebant, in precationibus & inuocationibus deorum: ita quoq; in conuiuijs semper merum, quod Græcè ἄκρατον dicitur. Sed & in fœderibus sanciendis, testibus dijs, merum fundere mos tenebat: id quod è multis locis Homericis liquet. Et hæc σπονδαὶ amicitiæ symbola erant, ac coniunctionum animorum.* C Grauem.] *A materia & quantitate.* Belus.] *Describit pateram non solùm à uetustate, uerumetiam à personarum, quæ ea olim usæ sunt, dignitate. Hac omnes Beli posteros uti solitos fuisse dicit. Porrò suprà illius genealogiam recensuimus.*

Iuppiter.] *Benè ominantis oratio, ut ie dies Troianis iuxtà & Carthaginensibus sit faustus ac fœlix Iupiter ita hospitibus iura dare credebatur, ut ius hospitale esset sanctum apud omnes mortales, & inuiolabile: à quo iure, tanquam ab Ioue lato, ξένιος ipse dictus fuit: id est, hospitalis, ut qui id ius tueretur ac curaret, quiq; eius iuris uiolatores grauiter puniret. Idem & φίλιος, ab amicitia appellatus fuit, eadem de causa.* Adsit lætit.] *Quisquis hunc calicem antiquitùs accepisset, is præbibebat alicuicuipiã. Sed bibiturus præfabatur deum quempiam, aut hominem, ominis causa, & quidem gignendi casu. Alijs magis placet,*

unde

A inde ductum non solùm prouerbium, sed morem seruatum, quod antiquitùs primus calix ἀγαθοῦ δαίμονος esset appellatus, eáq; uoce bene ominari solerent, ob Bacchum seu uernaculum ac domesticũ deum. Quæ quidem omnia diligenter obseruauit Poëta, cùm dicit:

Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

ἥρα χρηστὴ, præsens ac tutelaris dea regni Carthaginis.

Bacchus,] quoniam uini repertor creditur, οἶνος à Lycophrone, & Aeschylo appellatur. Ab illo & πρόβλαστος, quòd uitibus gemmantibus ei sacrificaretur· ἐπὶ ὅταν βλαστάνωσιν οἱ ἄμπελοι, θύουσιν αὐτῷ· ἢ ὅταν μέλλωσι κόπτειν τὰς βλάστας, ἢ ὅταν μέλλωσι ὥραν τοῦ χλασθῆναι ταῦτα: id est, aut cùm germina inciderent, aut uites putarent. Cæterùm plures fuerunt Bacchi, quàm unus hic, quem uini repertorem fuisse constat. Hic totum orbem circuiuit, & Nysam urbem in India condidit, primusq; mortalium docuit uites serere: quare omnium gentium cõsensu diuinos honores fuit adeptus. Idem Dionysius appellatur. Fuit alius, quẽ Græci coluêre, ex Ioue & Semele natus: haudquaquã æqualis illi, quẽ Aegyptij multo hoc uetustiorem habuerunt, à quibus Herodotus existimat Bacchi nomen ad Græcos emanasse. Cultus fuit alius, Iouis & Proserpinæ filius, quem Sebasim quidam nominarunt. Hic primus boues aratro iũxisse fertur: qua de causa frontem eius cornibus insignauit uetustas· διότι κερατοφόρον αὐτὸν γράφουσι: hoc est, cornutum eum pingunt: quem admodum Euripides in Bacchis. Et uidetur priori corporis parte taurus existimatus: quare eum ταυρόμορφον καὶ δίκερων uocat, quod cornutus egressus, Iouis femur uulnerârit. Poëtò Semeles filius, multo ambobus fuit iunior, uitáq; mollioris. Hic in suis expeditionibus mulierum cœtus secum traxit, choreis & saltationibus non minus celebris quàm armis, totum orbem lustrauit. Huic sua Indica expeditio, post triennium reuerso, clariss. peperit triumphum unde Trieterica sacra illi instituta. Idem Hispanias & Libyam fuit peruagatus. Sed nimis longum foret omnia annotare, quæ scholiasta Græcorum περὶ τοῦ δαίμονος & ἱεράρχου apud Aegyptios nugantur.

B

ARGVMENTVM.

Inuocatis Dijs regina uinum, quod in pateram acceptum sacrauerat, leuiter gustat, pateramq. Bitiæ porrigit: bibit ipse, & sigillatim omnes: deinde Ioppas, accepta Cithara, personat, & uaria canit.

NASC.

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem:
Primáq; libato summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit *auro.
Pòst alij proceres: cithara crinitus Iõppas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantẽ Lunã, Solisq; labores: (ignes:
Vnde hominũ genus, & pecudes: unde imber, &
Arcturũ, pluuiasq;, Hyadas, geminosq; Triones:
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet.

*al. ore.

Et in mẽsa laticũ libauit honorem] Vinum sacrauit in mensa, tanquã in ara. Sunt tamẽ qui putãt: sacrum non fuisse, sed usurpatam libationem, id eo sola libat regina. at in octaua Aeneidos.

» ——omnes
» In mẽsa læti libant.

diuosq; precantur. Quia in templo & in sacra mensa libatum fuit adiat Macrob. Sat. 3. cap. 11.

Prima] præcipua, & cui hoc libandi officium cõueniebat. Est aũt Homeri locus, 7. Odyss. ubi in cõuiuio Alcinoi regis Panthonous Græco libatum ab Alcinoo uinum distribuit omnibus, qui domi aderant: locus est doctis peruius. Summo tenus attigit ore.] Regina pateram labris admouet, modicéq;, ut uerecundiam suam ostendat, uinum degustat. Increpitans.] tarditatem illius in bibendo. Ille impiger hausit.] postquam Regina illum pigritiæ arguit. Pòst alij proceres.] tàm Troiani, quam Tyrij. Sic enim mos & ratio compotationis exigebat, quæ hilaritatis, lætitiæq; causa fiebat, ut omnes biberent. Cithara crinitus Iõppas Personat aurata.] locus iste ex Homer sumptus est Iliad. α ubi in Deorum conuiuio, Apollo lyra personat, & unà cum musis alternis uocibus canit: sanè musicen antiquis illis temporibus tanto in honore, ac ueneratione fuisse Fab. Quinctilianus affirmat, ut ijdem musici, & uates, & sapientes iudicarentur. Contrà uerò si quis musices ignarus fuisset, & inuitatus ad canendum, citharam in conuiuio (ut olim Themistocles) ut per iocum, ut Plutarch. in Symposijs auctor est, accepto ramo Laureo, ac Myrteo, ad eum canere cogebatur: unde in prouerbium abijt, canere ad myrtum: de imperitis & infacundis: qui nam possint apud eruditos loqui. apud Homer. Odyss. θ. Laudes Græcorum canuntur in conuiuio Alcinoi regis. Sed lege Cicer. in principio Tusc. disp.

Docuit quæ maxim⁹ Atlas.] quæ scilicet ad astrorũ cognitionem faciunt: nam dicitur Atlas astronomiam inuenisse, ideo eum maximum appellat.

Hic canit errantẽ Lunam.] uel Ioppã & hic proïs positum est, ut Carisius sentit: uel ut alium intelligit: ut Ioppas astronomica tantum cecinerit, alius uerò Physica quidem & ipse, sed & superiora illa, & hæc etiam inferiora. ideo sequitur: Hic canit errantẽ Lunã, Solisq; labores: Vnde hominũ genus, & pecudes: unde imber, & ignes.] hæc omnia Physicæ sunt doctrinæ superioris, & inferioris, unde homines, & belluæ trahant genus: id est, ex qua materia constet singula: unde ignes. id est, fulgura & fulmina, nec non pluuiæ fiant. hæc licet interpretes diligentiùs fortasse quàm sat est, expondat, tamen me quoq; non pigebit ea quàm paucissimis uerbis declarare, ne fortè in negligentis interpretis reprensionem incurram. Homines igitur & bruta animantia ex elementis composita sunt. Anima uerò hominis simplex est, & diuina. imber fit ex uapore denso, graui, & crasso, eleuato à calore Solis in infimam partem mediæ regionis aëris: quæ ita est frigida, ut uaporem condensare possit in aquam, quæ deinde guttatim decidit. Fulgura, quæ & Fulgetra dicuntur, ex nubium collisione nascuntur, si leuiter colliduntur. sin maiore impetu ferrantur, unde fulmina oriri solent ex Aristotel. & Seneca.

Arcturũ, pluuiasq;, Hyadas, geminosq; Triones] canit ortũ, & occasũ naturãq; arctuei. id est, ursæ maioris.

ioris, hyadum, & septentrionum: quæ tempestates grauissimas faciunt. His autem rebus Poëta docuisse indicare uidetur, musicen cum diuinarum, ac dum humanarum rerũ cognitione esse coniunctam: huic non ferè dissimilis est Sileni cantilena in Buc. Ecl. 6.

» *Namq; canebat, uti magnum per inane coacta*
» *Semina, terrarumq;, animæq;, marisq; fuissent.*

Et quæ sequuntur alia.

Properent se tingere soles.] *poëticè: nam fingũt poëtæ Solem oriri ex Oceano, & mergi in Oceanum: cur uerò dies æstate longiores, hyeme autem breuiores existant, in causa est progressus, & regressus Solis: ad cuius cursum dies, & annus institutus est.*

LAMB. Hort. Libavit.] *primoribus labijs degustauit: à labijs deducto uerbo. Vsurpatur & pro sacrificare: unde libamen.*

Pleno.] *plenum ἀντωσί. Reprehenditur hic locus apud Macrob. quòd reginam in mensa sacrificantem fecit Poëta. P. Tertius eam quæstionem non soluit, sed Papyrius lib. de iure explicat. Aræ, mensæ locum obtinent: ut in mensa Iunonis Populoniæ, inquit, augustata mensa est: nam in fanis, alia uasorum sunt, & sacræ supellectilis: alia ornamentorum. Quæ uasorum sunt, instrumenti instar habentur, quibus semper sacrificia conficiuntur: quarum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epulæ libationesq; & stipes reponuntur. Ornamenta uerò sunt clypei, coronæ, & eiusmodi donaria. Neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra sacrantur. At uerò mensæ, arulæq;, eodem die quo ædes ipsæ, dedicari solent. Vnde mensa hoc ritu dedicata, aræ usum, & religionem obtinet puluinaris. Ergo apud Euandrum iusta fit libatio, apud eam mensam, quæ cum Ara maxima more religionis fuerat dedicata in loco sacrato, inter ipsa sacra. At hic non fit religiosa, sed usurpata libatio. Quare in persona reginæ, nulla est obseruationis necessitas.* Proceres.] *Zeugma. Sunt autem propriè proceres, trabium capita, mutila illa in parietibus extantia: hinc per translationem, principes, & qui in republica eminent è cæteris proceres dicuntur.*

Cithara.] *Celebrat priscam conuiuiorum consuetudinem, in quibus solebat citharœdus aliquis, aut deorum laudes, aut illustrium uirorum facta cantu celebrare: ut apud Homerum Demodocus introducitur, & Phemius: unde apparet parœmiam illam natam: Non est laudandus, ne in cœna quidem: ἐν ἐπαινεθείης, οὐδ' ἐν συνδείπνῳ, in hominem uehementer illaudatum. Tantum honoris olim Musicæ fuit habitum, ut eius rudis, in nullo numero poneretur. Themistocles lyram recusauit in cœna, quasi eo doctior fuit habitus. Hanc omnium studiorum antiquissimam fuisse, author est Timagenes. Itaq; rectè ea cum diuinarum rerum cognitione fuit coniuncta. Sed & antiquis Atticis mos erat, laudare uita defunctos in cœnis funeralibus, quas Græci περίδειπνα uocant, etiamsi parum meruissent in uita.*

Atlas.] *Laus Iopæ, à formatore. Fuit hic Atlas Mauritaniæ rex, cœlestium & astronomicarum rerũ sagacissi. indagator. Atq; hinc fabulandi materia data fuit poëtis, Atlantem cœlum humeris sustinere. Monti in Mauritania ab eo nomen datum certè constat. qui ad tempora usque Claudij Cæsaris Romanis incognitus fuit. Eius radices densis expletæ syluis traduntur, incognitis arborum generibus proceritate prodigiosa, materiaq; enodi. Vertex media æstate niuibus candet. Sunt alij, qui medijs cum arenis squalentem & asperum prodant: & qua ad* A *Oceanum uergit, in cœlum uideri assurgere. In cæteris, opacum & nemorosum, scatebrisq; fontium irriguum. Qua uerò retro Africam spectat ad ortum, ibi fructus omnium generum nasci, & quidem sua sponte. Adhæc, neminem accolarum interdiu uideri in publico: sed locorum silentio & solitudine, tacitam quandam animos hominum propius accedentium religionem subire. Eius uertex in nubes, adeoq; in circuli lunaris uicinia attollitur. Crebris ignibus noctu micat: Aegipanum, Satyrorumq; lasciuia impletur: tibiarum ac fistulæ cantu, cymbalorumq; sonitu undiq; circumstrepit. Fuit alius Atlas Libyes filius, à quo monti nomen datum uideri potest. Sed priori astrorum cœlestiumq; rerum peritiam multi attribuunt: qui Arcas etiam fuisse perhibetur, frater Promethei, ex Iapeto & Asia nympha: & quod prodigiosum fuerit, qui monti Mauritaniæ nomen indidit. Lycophronis interpres hæc omnia ad Atlantem Libycum refert. Hic cum natione Libys, clarus esset mathematicus, ascendissetq; altum montem ut exactiùs cœlestia sydera contemplaretur, casu pede offenso lapsus, decidit ab alto in subiectum pelagus, ac periit. Vnde ab eo & pelagus & mons Atlanticum nomen adeptus fuit.* B *Porrò Polyidus Dithyrambicus poëta, Atlantem hunc pastorem fuisse ait, non autem mathematicum & à Perseo in lapidem mutatum diriguisse. Ostenderat enim ei Gorgonem, quod illi transitum negasset, & percontatus esset, ecquis foret? Huius, inquit, Atlantis eiusdem filius fuit Hesperus, secundum alios, non autem secundum Polyidum. Verba scholiastæ hæc sunt:* ἄτλας δὲ μαθηματικὸς ἐγένετο ἀνήρ, ὃς ἀστέρων ἀφυλὴν ἀνερχόμενος πρὸς ἀκριβεστέραν κατανόησιν τῶν ἀστέρων, καί ποτε παρασφαλεὶς κατέπεσεν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν, καὶ ἀπέθανεν. ὅθεν ἀπ' αὐτοῦ τό, τε ὄρος, καὶ τὸ πέλαγος ἀτλαντικὸν ἐκλήθη. πολύιδος δὲ ὁ διθυραμβοποιός, τὸν ἄτλαντα τοῦτον ποιμένα λίθον φησίν, οὐ μαθηματικόν. ἀπολιθωθῆναι δὲ ὑπὸ περσέως, δείξαντος αὐτῷ τὴν γοργόνα· ἐπεὶ τὸ μὲν ἰδεῖν αὐτὸν διελθεῖν, ἀπ' ἐρωτῶν αὐτὸν τίς ἄν. τούτου καὶ τοῦ ἄτλαντος υἱὸς ἕσπερος, κατὰ τοὺς ἄλλους, οὐ κατὰ τὸν πολύιδον. *Siue igitur Libys, siue Arcas ille fuerit, quem astrorum & cœlestium rerum peritia clarum celebrant fuisse, eius inuentum sphæra fuit: cuius species fabulæ item argumentum præbuit. Primus* C *hic naues compegisse dicitur. Sunt Atlantes gens Libyca, à duobus, ut quidam scribunt, Atlantibus montibus nomen indepta: illic Atlantes habitant, & Atarantes, qui somnia non uident, & nuncupationibus rerum carent. Sed Atlantes degeneres sunt ritu humani: Solem occidentem dira imprecatione, ut ipsis exitialem, prosequuntur. Mane cum uenerantur, ut mitiorem habeant uesperi, quia id non impetrarunt, execrantur. Fabulantur poëtæ, ubi Iuno uidisset Epapho ex pellice nato, summam regni opulentissimi potestatem traditam fuisse: curasse in uenatu, ut necaretur: hortatamq; fuisse Titanes, ut Ioue pulso, regnum Saturno restitueretur. Hi cùm iam ascensum in cœlum molirentur, fulmine percussi, ad inferos sunt præcipitati: & Atlanti duci eorum cœli fornicem Iupiter super humeros imposuit. Sunt qui Atlantem illum, Promethei fratrem, oraculo monitum ferant, ut caueret à Iouis filio. Hinc factum, cur, cùm neminem hospitio exciperet, à Perseo, cui hospitium negarat, in montem, ostenso Medusæ capite, fuerit transmutatus.*

Hunc

A Hunc montem ob immensam altitudinem, incolæ cœli columnam appellant. Eusebius author est, Enoch eundem fuisse Atlantem, de quo Diodorus prodidit. Tres in uniuersum Atlantes fuisse memorantur: primus Italus, Electræ, Coriti uxoris, pater: alter Arcas, Mercurij ex Maia matre auus: cuius septem filiæ Atlantides dictæ fuere: clarus generatione 23. quo tempore Ioseph è rebus humanis decessisset: tertius Libys, qui à quibusdam Maximus cognomento est dictus. Atlantes in architectura dicuntur, per similitudinem, simulacra columnas sustinentia, & in ædificijs, Telamones item eiusmodi dicuntur, gibbosi, ob impressum humeris onus, ad ipsam rei imaginem. Ab Atlante illo, Atlas fluuius est dictus, ex Atlante monte in Isthmum labens. Errantem.] Omnium primus Atlas Arcas, uel (ut alij) Libys, Solis ac Lunæ cursum obseruauit, eorum errorum rationem deprehendit, & de ijs apud Græcos disseruit. Cecinit itaq; Iopas doctrinam Atlantis de errore corporum cœlestium. Quanto uerecundius, ne dicam prudentius, Maro Iopam canentem inducit, errores Solis ac Lunæ, Solis defectus, originem humani generis, & cæterorum animantium, Physicas elementorum rationes, signorum ortus & occasus:
B quàm Homerus Demodocum citharœdum, in conuiuio Phæacum Odyssea 8. qui Martis & Veneris dedecora, adulterium, stupra, risus propudiosos, & iocos indecoros deorum modulatur? Lunam.] Constat septem in cœlo, sed circulis distincta, & spacijs, sydera, ab incessu uago & cursu Errantia à Latinis, à Græcis πλανήτας uocari: cùm profectò, si rem ipsam propius perpendamus, nulla errent minus, quamuis contrario motu certis interuallis cursum suum peragunt. Horum supremum est, Saturni sydus: medium, Solis: infimum, Lunæ. Sed nullum omnium æquè doctorum hominum admirationem mouit, atque Lunæ astrum, cùm propter alia, tum admirabilem eius motum, & celeritatem cursus. Quantum enim spacij Saturnus 30. annis: Iupiter id annuum 12. Mars duobus ferè: Sol trecentis sexagintaquinq; diebus & sex horis: Venus Trecentis quadragintaocto diebus, & ocyori raptu nouem Mercurius metitur: Luna id peragit uicenis septenisq; diebus, suo motu, & tertia dies parte: hoc est, octonis horis. Quòd uerò ad errorem eius attinet, quem Poëta Iopam citharœdum celebrantem inducit, is omnium aliorum uagantium naturam superat:
C nam nunc humilis, nunc excelsa est, & id quidem diuersis rationibus: nam modò cœlo admota, modò contigua montibus: nunc eleuata in aquilonem, nunc ad austrum depressa apparet. Huius admirabilis natura uerè torsit iustiò, & exercuit doctorum hominum ingenia, ob singularis eius ambages, cùm aut semper cresceret, aut senesceret: nam modò curuatur in cornua, modò æqua portione diuisa conspicitur, modò sinuatur in orbem: nunc maculosa est, nunc eadem uiret; aliàs plena, aliàs repentè nulla, aliàs pernox, aliàs sera: iam deficit, & in ipso defectu conspicua est tamen. Horum autem singulorum rationem Endymion deprehendisse traditur: quare in fabulis Lunam eius, diu cum Luna amore captum, proditum est. Extitit ante aliquot secula quidam non ineruditus qui peculiari libello de planetarum motu edito, disertè ostendit, eos non contrario motu contra cœlum hoc est, ab occasu in ortum, sed naturali motu in suo quosq; etiam orbe cum mundi raptu ab ortu in occasum incedere & agiteri. Sed de Luna hactenus. Solisq;.] id est, defectum, quem Græci λειψιν ἡλίου uocent, rem maximè miram contemplanti rerum naturam: quare & ipsa philosophorum ingenia admirabiliter torsit. Heraclitus putauit, Solis eam partem uerti, quæ splendet. Et inter reliquos, Thales, Anaximander, Aristarchus, & alij multi ex diametro inter se pugnarũt. Sed Sol reuera interuẽtu Lunæ umbram amittit, & obscuratur: perinde ut Luna terræ obiectu, suos radios.

Vnde hominum.] Creationem mũdi, qua ratione Deus hominem, & ante eum ex humo omnia animantia crearit: elementa cœlum & cœlestia corpora fecerit.

Vnde imber.] Anaphora: id est, Physicas rationes pluuiæ, tonitrui & fulminum unde proficiscantur, & quæ eorum causæ sint. Imbrem nihil aliud esse existimant, quàm crassissimum aëris collectum, quod suo pondere maturum deorsum defertur. Alijs placet, uaporem humidum esse, quem in fumidam caliginem terra exhalet. Apuleius lib. de Mundo author est, agmen aquarum ex concretis nubibus largiter effusum. Cæterum usurpatur pro omni aqueo humore. Nimbum uerò ab imbri ita distinguunt, ut sit repentinior pluuia ixtò, & uehementior: ut quò est repentinior, tantò sit præcipitantior suo casu. Ignes.] fulmina. Plinius, fulmina nihil aliud esse existimat, quàm trium supernorum syderum ignes, qui lapsi in terras, fulmen appellentur: fortassis quoniam contagium est nimij humoris ex superiori circulo, atque ardoris ex subiecto. Addit autem similitudinem. Vt è flagranti ligno carbo, inquit, cum crepitu: sic à sydere cœlestis ignis expuitur, præscita secum adferens, ne abdicata quidem sui parte in diuinis cessante operibus. Addit idem, fulmen motu maximè turbato aëre: quia humor collectus abundantiam stimulat, aut quia turbatur quodam ceu grandi syderis partu. Arcturum.] Hunc, aiunt, stellam esse claram in zona Arctophylacis: alij, Arcturum, Arctophylacem, ursam minorem, Booten, unum esse sydus: ἄρκτος ursa, οὖρος custos ἢ ἀπὸ τῆς ἄρκτου οὐρᾶς, cauda ursæ. Hesychius, ἀρκτοῦρος (inquit) ἀρκτοῦ οὖρος. ἀπὸ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι ἀστέρες ὅμοιοι καλοῦνται ἀρκτοῦροι: λέγεται καὶ ἄμαξα. ἄρκτος φύλαξ ἐκ ἀρκτοῦ, ἀρκτοφύλαξ. Est & herba species βοτάνης εἶδος, καὶ ἄστρον. Hyginus libro 3. quo loco uersatur in descriptione Arctophylacis, & eorum stellarum quibus constat in cœlo, ait: in huius zona unam lucere cæteris clariorem quæ Arcturus appelletur. Fertur esse custos plaustri, eò quòd plaustrum sequatur: hoc est, septentriones, ut inquit Cæsar Germanicus: & quasi septentrionibus sit succinctus. Idem author est, eundem & Booten appellari. Proclus nomina separat, distinguitq; Arctophylacem ab Arcturo, perinde ut Hyginus. Verba eius sunt: ἐν τῷ σφαίρᾳ ἐστὶν ὁ ἀνὰ μέσον τῶν σκελῶν τοῦ ἀρκτοφύλακος κείμενος ἀστὴρ, ἀρκτοῦρος ὀνομάζεται. Quidam hoc sydus Icarium etiam appellant, & quidem hac de causa. Aiunt Icarum à Libero patre hospitio exceptum, donatumq; utri optimi uini, ijs legibus, ut peragratis alijs regionibus, suum inuentum passim alijs mortalibus commendaret: inde Icarus in Atticam profectus, ubi id genus potus gratissimis incolis ostendisset, iamq; subulci largius hausto uino per ebrietatem in terram laberentur, rati pharmaco exitiabili dato id factum, Icarum interfecerunt fustibus. Occisum herdis canis sequutus, Erigonæ eius filiæ ululatu monstrauit: quæ cõdito patre, in Hymetũ se abripuit, ac suspendio infeliciter sibi mortem consciuit. Porrò Bacchus re comperta, Iouem exorauit, ut

utrumq;

utrumq; astris inferret. Itaque Erigonem uirginem, Icarum uerò Arcturum fecit. Huius exortu tempestas ferè exoritur. Idem testatur Plinius libro 18. capite 28. & libro 2. capite 39. Fabulam refert Germanicus in Aratum. Idem duos facit Arcturos, quorum maiorem dicit Helicen esse, minorem uerò canis caudam appellari. Minorem à multis Phœnicen, à Græcis Arctophylacem, & à nonnullis canis caudam uocari, ut dixi: Phœnicen, quòd eius obseruatione Sidones nauigent: Vrsam tenuis minorem. Didymus inquit: ὁ Βοώτης καὶ ἀρκτοφύλαξ λέγεται, καὶ ἔστιν ὄπισθεν ἑλίκης. Circum Helicen agitur Arctophylax, quem mortales Booten nominant, inquit Aratus in φαινομένοις, quòd ursæ plaustrum manibus propè tangere uideatur: Estq; tota lucida: sub cuius zona præ cæteris splendescens Arcturus circumuoluitur. Versus Arati sunt:

» Ἐξόπιθεν δ' ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
» ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι βοώτην,
» οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου,
» καὶ μάλα πᾶς ἀρίδηλος· ὑπὸ ζώνης δέ οἱ αὐτὸς
» ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.

Pluuiasq;.] cornua in fronte Tauri, in cœlo. Sūt enim septem stellæ, quarum exortu pluit. τὰ ἐπὶ τῷ μετώπῳ ἄστρα τοῦ ταύρου, τοῦ ἐν οὐρανῷ ἄστρου. οἱ δὲ ἀστέρες ἑπτά, ὧν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὑετὸς γίνεται. Vocantur & succulæ. Et Plinius testatur libro secundo, capite trigesimonono, sydera suo quæq; motu naturam suam exercere: testari id imbribus præsentibus Saturnum: eamq; uim non solùm inesse planetis, uerumetiam cœlo fixis, præcipuè quoties errantium accessu & radiorum impulsu extimulantur: qualem uim, inquit, in succulis sentimus accidere, quas Græci ob id pluuiæ nomine Hyadas appellant. Qui succulas uocant, ἀπὸ τῶν ὑῶν: id est, sue deriuant. Qui à pluendo, ἀπὸ τοῦ ὕειν, pluo. Plinius libro 18. capite 26 Latinos imperitia nominis, ob cognominis Græci similitudinem, eas Succulas dixisse, quæ ab illis Hyades uocantur, author est Tiro, Ciceronis libertus, in lib. Pand. Adeò ueteres, inquit Roman literas Græcas nesciuerunt, ut uiti des Græcæ linguæ, stellas, quæ in capite Tauri sunt, proptereà succulas appellarint, quòd eas Hyadas Græci uocant, tanquam id uerbum Latinum Græci uerbi interpretamentum sit: qui ὗες, Latinè sues dicuntur. Sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putauerunt, sed ab eo quòd ὕειν, appellantur: nam & cùm oriuntur, & cùm occidunt, tempestates, imbres largos, & pluuias cient. Pluere autem Græci lingua ὕειν dicitur. Cætera disertè prosequitur Gell. lib. 13. cap. 9. Homeri enarrator lib. Iliad. 18. putat has ita nominatas, uel à litera υ similitudine, uel quod causa imbrium sint & tempestatum. Maij, inquit Plinius, Aegypto succulæ occidunt uesperi, sydus uehemens, terra mariq; turbidum, 16. Atticæ, 15. Cæsari, &c. & ut dicit Hesychius, ὧν κατ' ἀνατολὴν ὑετὸς γίνεται. Germanicus Cæs. præterquàm quòd uocis etymon ἀπὸ τοῦ ὕειν deducat, quòd suo exortu pluuiam concitent, quinque tantùm esse arbitratur stellas, quæ hyadum nomine censentur: in cornibus singulis singulas, in fronte Tauri duas, in naribus unam. Atque has quidem solas dici Hyades:

» Et caput, & patulæ nares, & cornua Tauri,
» Fronte micant Hyades——.

Aratus eas per frontem Tauri sparsas ait:

» ——εἰδέ τι αὔτως
νείκεσσι ὑάδες, ταὶ μὲν ἐπὶ μετώπῳ A
ταύρῳ βεβλέαται——.

Et Hesiodus quinq; tantùm recensuit:
νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, φαισύλη ἠδὲ κορωνίς, ἐϋστέφανός τε κλέεια, φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ εὐδώρη τανύπεπλος, νύμφαι, ἃς ὑάδας καλέουσιν φῦλ' ἀνθρώπων. Atque hic quidem uerbis à quodam recondoiè citantur. Cæterùm fabulantur, has Hyadas Liberi patris nutrices fuisse: & antea Dodonidas nymphas nuncupatas, à Dodono Europæ filio, cognato Cadmi; quarum nomina Hyginus paulò diuersius recensuit lib. secundo: Ambrosia, Eudora, Pedile, Coronis, Polysso, Phileto, Thyene. Hæ fugatæ à Lycurgo, extra unam Ambrosiam, ad Tethyn confugêre: ac postea à Ioue in sydera relatæ sunt. Enarrator Iliad. Homer. ad istum modum fabulam refert. Iupiter Liberum è femore suo prognatum, nymphis Dodonidibus educandum tradidit, Ambrosiæ, Coronidi, Eudoræ, Dionæ, Æsilæ, & Polyxo. Hæ cùm Liberum educassent, cum eo uitem ab ipso Deo inuentam obambularunt, mortalibus gratificantes. Lycurgus Dionysium ad mare usque persequutus. Iupiter illas miseratus, cœlo fixit. Verba scholiastæ sunt Iliad. 6. φασὶν ἐκ τοῦ μηροῦ B γεννηθέντα διόνυσον, ταῖς δωδωνίσι νύμφαις φέρων ὁ ζεὺς ... ἀμβροσίᾳ, κορωνίδι, εὐδώρῃ, διώνῃ, αἰσύλῃ, πολυξοῖ. αὗται μετὰ τὸν διόνυσον, ... τὸν ὑπ' αὐτοῦ εὑρεθέντα ἄμπελον ... τοῖς ἀνθρώποις χαριζόμεναι. λυκοῦργος δὲ μέχρι τῆς θαλάσσης συνδιώξε τὸν διόνυσον. ... ὁ ζεὺς κατηστέρισε. Historiam refert Pherecydes. Hyginus ex eodem adijcit, Nymphas metu Iunonis Liberum ad Inonem pertulisse, quo tempore illæ à Lycurgo pulsæ fugatæq; essent. Alij scripserunt, Hyadas Cadmi filias fuisse. Musæus, citante Hygino, docet ex Atlante & Pleione filia Oceani quindecim filias natas, quarum quinq; Hyades fuerint nuncupatæ, ab Hya earum fratre, quem essictim adamabant. Rursum sunt authores, ex Atlante & Hya 12. filias procreatas: & filium Hyan: hunc ab apro, uel (ut alij) leone interfectum. Sorores, quæ perditè eum amabant, dolore contabescentes, partim Hyades, quæ quinque numero erant; partim Pleiades, quæ septem; postea sunt factæ. Myrtilus, citante Cæsare, has quinque Cadmi filias tradit fuisse. Sed ueteres Hyas frater Pleiadum & Hyadum: Ouid. li. 6. Fastorum, C Pleiadas sydus Hyantis uocat: nam Pleione traditur Atlantis filia fuisse, quòd Atlas tradiderit Orioni motus corporum cœlestium. Sed & Hyas Bœoticus astrologus fuit, sicut & Atlas & Orion astrologiæ studiosi. Geminosq;.] Arctos, quas Latini modò septentriones, modò ursas, modò plaustra, Græci ἁμάξας nuncupant. Varro scribit, triones rusticorum uocabulo boues uocatos, quasi teriones, hoc est, colendæ terræ idoneos. Itaq; quod antiqui Græci ἅμαξαν: id est, plaustrū: id Itali ueteres à iūctis bobus septentriones dixêre, à septem stellis, iunctorum trionum figuram repræsentantibus. Vel quòd inde triones nominarunt, quòd hæ stellæ ita locatæ sint, ut ternæ triquetram figuram referant, quam recentiores trigonon dixerunt. Etenim ueteres stellarum situm in cœlo admirati, alias atq; alias animantium & rerum effigies finxêre. Itaq; duas ex septem stellis hic, ursas siue boues uocarunt, reliquas plaustro propter similitudinem tribuerunt: unam modico interuallo proximè sequentem currum, bubulcum, Græci Booten dixerunt. Aratus de arctis:

——ἄιι

A —ἀλλὰ δὲ μὶν ἀμφὶς ἔχουσαι

» ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι· τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.

Atq; hanc figuras uerbis luculentiss. describit:

» αἱ δ' ἤτοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν.

Inde quibus artibus, & unde in cœlum peruenerunt:

» Κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι

» οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κουρίζοντα.

Harum alteram Cynosuram, alteram Helicen uocarunt:

» οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,

» τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ

» εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.

» τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.

» ἀλλήλων, ταὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται.

» ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι, εἰ ἐτεὸν δή.

» Δικτῷ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν ἰδαίοιο

» ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν

» δικταῖοι κούρητες, ὅτε κρόνον ἐψεύδοντο.

» ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη

» πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.

» ἡ δ' ἑτέρη, ὀλίγη μέν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·

» μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.

B τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

Arctos Græci plaustrum ob id dixêre, quòd ex quatuor, ac deinceps ordine tribus sequentibus tanquam rotis & temone constans, plaustri schema præ se ferat· ἀπὸ τῶν τεττάρων, καὶ τῶν ἐφεξῆς τριῶν, ὥσπερ ἐκ τροχῶν καὶ ῥυμοῦ ἁμάξης σχῆμα ἀποτελοῦσα, inquit Didymus. Sunt qui maiorem ursam tantùm ἅμαξαν uocent. Minor uerò, quòd ceu canis caudam retortam habeat, etiam Cynosura dicitur. Maior ad Orionem respicit, ac sola non mergitur. Neque uerò ursa in uniuersum unquam occidunt, cùm semper in cœlo appareant. Vtramq; intersecat Draco, manus Boota, & partes Cephei ἀπ' ἰξύος μέχρι ποδῶν. Huc referendum est & illud, quod apud Gell. disputatur à sciolo, qui triones ociosè adiectum contendere uoluit, & nihil signare, ut trus in uoce quinquatrus. Certè Romani, stellas 7. septentriones à iunctis bobus dixêre, quam antiqui Græcorum ἅμαξαν nominarunt, ut Lælius & Varro scripserunt. Triones.] *quasi teriones, boues, quasi colendæ terendæq; terræ idoneos.* Properent se tingere soles.] *causas dierum contractorum: quæ nihil aliud sunt, quàm angustia Zodiaci, propter distantiam Solis, à climate boreali depressi ac remoti.* Mora noctibus obstet.] *Contrà. quæ causa sint, cur dies sint longissimi. Reflexu Zodiaci, cùm Sol in summa rursum contendit, propter uastitatem sphæræ cœlestis ab ortu usque ad occasum, extenduntur dies, & contrahuntur noctes. Sunt autem soles propriè dies æstiui: & καταχρηστικῶς, dies quilibet. Quare addit, hybernæ.*

ARGVMENTVM.

Tyrij plaudunt, vt Reginæ iussa compleant: Regina verò Aeneæ flagrans amore varia loquendo noctem trahit: illiq; etiam loquendi occasionem præbet, vt eius præsentia diutius frui possit, imò etiam eum ad dicendum hortatur: & quibus de rebus eum loqui velit, ipsa proponit.

Ingeminant † plausum Tyrij, Troesq; sequuntur.
Necnon & uario noctem sermone trahebat
Infœlix Dido, longumq; bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Nunc quibus Auroræ uenisset filius armis,
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.
Immò age, & à prima dic hospes origine nobis,
Insidias (inquit) Danaûm, casusq; tuorum,
Erroresq; tuos: nam te iam septima portat
Omnibus errantem † terris & fluctibus æstas.

NASC. † *al.* plausu † *al.* & terris

INGEMINANT plausum Tyrij, Troesq; sequuntur.] *propter illud:*

» *Et uos ô cætû Tyrij celebrate fauentes.*

Plaudunt Tyrij, & Troiani simul, sed Tyrij primi plausum excitant, sequuntur Troiani: decebat enim ut C *communi lætitia omnes quidem lætarentur, sed Troianos tanquam peregrinos, & hospites Tyriorum uestigia sequi oportuit.* Infelix Dido.] *παθητικῶς illius longo sermone delectabatur Dido, cuius discessu infelicissima erat futura.* Longumq; bibebat amorem.] *ad conuiuium quidem alludit, cùm ait bibebat, sed reuera designat Reginam amore Aeneæ sauciam, aspectu & contemplatione illius iucundè retineri: amor enim ex aspectu concipitur, & ad animum per oculos, quasi per fenestras transfunditur: propterea Hesychius cupidinem ἐμμάτιον uocatum tradidit. Plotinus quoque Philosophus ab aspectu, & uisione ἔρωτα deduxit, quasi ὅρασιν. unde est illud Propertij:*

» *Si nescis, oculi sunt in amore duces.*

Extat & senarius ille prouerbialis apud Græcos:

» ἐκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. *id est:*

» *Amor ex aspectu concipitur mortalibus.*

Admonent oculis amorem potissimùm conciliari. Sed & apud Eurip. chorus ita loquitur in Hippolyto:

» ἔρως, ἔρως ὁ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον. *id est:*

» Ὦ *amor, amor qui per oculos instillas desiderium*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.] *protrahendi sermonis occasionem quærit, ut diutiùs præsentia Aeneæ perfrui possit. Est autem hic color rhetoricus ἐπαναληπτικός: nam uerbi in principio positi, in fine uersus est repetitio.*

Nunc quibus auroræ.] *τὸ πιθανὸν mulieris propter amorem insanientis: nam multa inaniter quærit, non quanta uirtute, aut rei militaris peritia fuerit Memnon, sed quibus armis uenerit, non qualis quantusq; fuerit Diomedes, sed quales illius extiterint equi, quos humano semine genitos, humanis carnibus uesci audierat.*

Nunc quantus Achilles.] *non animi uirtute, sed proceritate corporis: ita enim magis fœminæ ineptijs decorum elucet.* Immò age.] *non satis fuerat Reginæ ad explendam animi sui cupiditatem, de Græcis quibusdam, atq; alijs paucis cognoscere (nam breuis illi sermo fuisse uidebatur) sed, quò diutiùs Aeneam retineat, illiusq; præsentia frui possit, casus Troianorum à prima origine audire uelit, hosq; ut enarraret, illum hortatur, & monet rem illi proponit per tripertitam diuisionem, & quid prius, quidq; posterius tractari cupiat, præscribit.*

Insidias,

Insidias, inquit Danaum.] *prima pars propositionis haec est, deinde statim sequitur altera.*

Casusq; tuorum.] *naturali ordine utitur; nisi enim insidiae praecessissent, nihil incommodorum Troiani passi fuissent haec autem duo in 2 libro explicantur.*

Erroresq; tuos.] *tertia pars diuisionis, quam tertius liber complectitur: qua in re tria illa diligenter obseruasse uidetur: quae expositioni inesse oportere Cic. docuit in primo de inuentione, breuitatem, absolutionem, paucitatem: de quibus inter initia huius libri abunde meminimus. Auctor ad Herenn. partitionem plusquam trium partium numero contineri negat oportere: hoc tamen numero tanquam lege, partitionem non esse alligandam, Fabius docet, cùm causas possit plures habere: nam Cic. pluribus partibus usus est in partitione, cùm alibi, tum maximè in oratione pro P. Sestio. Dicam, inquit, ego de omni statu P. Sestij, de genere uitae, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio seruandae salutis communisq; uei, & reliqua. breuitati tamen, si res tulerit, studendum est semper.* Nam te iam septima.] *multos fuisse errores, & incommoda Aeneae coniecturam facit ex temporis longinquitate: nam septem annos errauit, unde etiam deduci potest communis misericordiae locus à magnitudine laboris, & quae passus est: neque enim quispiam tot terras circuire, aut tot maria nauigare, quod Aeneas nauigasse dicitur, absque summo labore, maximoq; periculo potest.*

LAMB. Hort. PLAVSVM.] *Sic uulgo solet fieri, ut cōuiuae post largiorem potationem, clamoribus laetitiae argumenta edant. Itaq; Poëta hac in parte à cōmuniter accidentibus non recedit.* Vario.] *In uniuersum proponit, quòd enumeratione statim amplificat. Illud porrò eleganter dictum est, noctem trahere, pro transigere. Et uenusta metaphora est in* Bibebat. Multa.] *Epanalepsis. Blandis interrogationibus animum paulatim labascentem prodit.* Aurorae.] *Memnon, periphrasi: uel qua panoplia instructus, uel quibus armatus copijs Memnon ad Troiam uenisset. De hoc suprà dictum est. Fabulantur, Tithonum filium Laomedontis, ab Aurora (uel, ut alij, Die) adamatum, ex qua Memnonem suscepit. Didymus huius concubitus allegoricam interpretationem reddit. Tithonum, noctu astronomiae uacasse, dormisse autem interdiu: perinde ac Endymion uenatui interdiu operam dedisset, quieuissetq; nocturnis horis.*

Diomedis.] *Respexit & ad alterum illum Diomedē Thracem, qui hospites suos mactatos, equis pabulum apponere solitus esset. Quae fabula hinc nata creditur, quòd hospites bene coenatos huc cogere consueuisset, ut cum filiabus formosissimis concumberent: quos statim post factum trucidabat. Eos Hercules, Diomede occiso, è Thracia Argos perduxit. De horum genere fuit equus ille Seianus. Et Homerus hunc Diomedem ducem facit eorum qui Argos, Tirynthem, Asinen, Troezenem, Epidaurum, Aeginam & Masetem habitarunt:*

» οἳ δ' ἄργος τ' εἶχον, τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
» ἑρμιόνην, ἀσίνην τε, βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας,
» τροιζῆν', ἠιόνας τε, καὶ ἀμπελόεντ' ἐπίδαυρον,
» οἵ τ' ἔχον αἴγιναν, μάσητά τε κοῦροι ἀχαιῶν,
» τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς διομήδης,
» καὶ σθένελος καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.
» τοῖσι δ' ἅμ' εὐρύαλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φὼς,
» μηκιστῆος υἱὸς ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
συμπάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς διομήδης.

A *Ab hoc in pugna Venerem uulneratam, Homerus author est. Illa se uindicare propter praesentem Mineruae opem non ausa, eius uxorem Aegialiam in amorem Cometae, marito ad Troiam adhuc bellante, extimulauit. Porrò Diomedes capta Troia Argos reuersus, offendit domum adulterio corruptam à Cometa Sthelenii filio. Caeterùm aduersus uxoris insidijs, cum suis auxilijs ad uindicandam iniuriam diffideret, in Iunonis Argiuae ara tutum asylum fugit. Inde ex Aetolia pulsus, in Italiam transmisit: atque à Dauno, qui tum in ijs oris imperabat, terrae parte ad inhabitandum accepta, cùm eius socij media ac fame conficerentur, Minerua eos in ardeolas, seu fulicas, uel (ut Suidas) in ciconias, aut eiusmodi similes aues mutauit: Graecè ἐρωδιοὺς nominãt: Latini à Diomede, etiam Diomedeas. Atq; in his locis aiunt Diomedem fato defunctum. Historia, si quis requirat, extat apud Lycophronem. Non inutile autem fuerit hic ea annotare, quae Lycophronis interpres de uario habitu, fortuna & casu huius uiri, in Italia, scripta reliquit·* ὅπερ δὲ εἰς ἰταλίαν ἦλθεν, εἰς τὸ δαύνιον, ἔθνος βάρβαρον, οὗ ἐβασίλευε δαῦνος ὁ λυκάονος ἐδεήθη διομήδους, βοηθῆσαι αὐτῷ, πολεμουμένῳ δώσειν αὐτῷ τῆς γῆς μέρος. ὁ δὲ βοηθήσας, καὶ οἰκείαν παρασχὼν δαυνίοις, ἔκτισε πόλιν ἀργυρίππας, ἥτοι ἵππιον ἄργος, ὕστερον δὲ ὁ δαῦνος ἀρνεῖν αὐτῷ ἐδίδου, ἐβούλετο γὰρ ἢ ὅλην τὴν λείαν λαβεῖν τοῦ πολέμου ἢ τὴν γῆν πᾶσαν. κριτὴς δὲ τούτων ἦν ἄλθαιμος νόθος ἀδελφὸς διομήδους, ἐρῶν δὲ ὤν τῆς δαύνου θυγατρός. ὃς ἔκρινε, τὸν δαῦνον ἔχειν τὴν γῆν, διομήδη δὲ τὴν λείαν λαβεῖν. ἐφ' ᾧ ὀργισθεὶς διομήδης, κατηράσατο μὴ ἀναδοῦναι σπόραν τὴν γῆν, μηδὲ σπειρομένην ἀποδιδόναι καρπὸν, εἰ μή τις αὐτὴν σπείρει τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, ἢ συμπολιτῶν καὶ μεταποιήσας τὰς στήλας αὐτοῦ μηδένα ἀνιᾶσθαι. ὕστερον δὲ ὁ διομήδης ὑπὸ τοῦ δαύνου ἀνῃρέθη, οἱ δὲ φίλοι αὐτοῦ θρηνοῦντές αὐτὸν, μετεβλήθησαν εἰς ὄρνεα ὅμοια κύκνοις, ἃ τοὺς βαρβάρους φεύγει φοιτᾷ δὲ παρ' ἕλλησιν, ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτῶν λαμβάνουσι τροφὰς, καὶ δύναι εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν. εἰσὶ δὲ ταῦτα ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἀπὸ τοῦ διομήδους καλουμένῃ διομηδείᾳ νήσῳ. οἰκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ ὄρνιθες, ὥσπερ πόλιν κατὰ γὰρ τὸν ὄρθρον βρέχουσι τὸν τόπον ταῖς πτέρυξι, καὶ βρέχοντες C εἰς ἄγραν πορεύονται, καὶ τὰ λοιπὰ θεῶντα ἐξ ὁμοθυμαδὸν ῥοιζηδὸν ἀπίασι. κεῖται δὲ ὁ διομήδους οὗτος περὶ τὸν ἰόνιον κόλπον καὶ τὸν ἀδρίαν. οἱ γὰρ ἰάπυγες καὶ ἄπουλοι περὶ τὸν ἰόνιον κόλπον οἰκοῦσι. ἀπελθὼν δὲ λέων, κατὰ τὸν δίαιταν, τὰ σκύτινα εὐδοκιμοῦσι, καὶ δαύνιοι, καὶ ταραντῖνοι, καὶ καλοῦσιν διομήδους πεδίον εἶναι περὶ τὴν ἄπουλον τῶν δαυνίων. ἣ δὲ μεσσαπία, καὶ ἰαπυγία, ὕστερον σαλεντία, ἔτι δὲ καλαβρία ἐκλήθη. ἡ δὲ ἀργύριππα πόλις τοῦ διομήδους μετεκλήθη ἄρπαι. *Idem statim rursus de eodem Diomede hanc fabulam, aut historiam ut ipse ait, ex Timaeo Siculo & Lyco attexit·* ἁλούσης τῆς τροίας, διομήδης ἀντὶ βάρους, λίθους ἐκ τοῦ τείχους τῆς τροίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἔθηκε. παραγενόμενος εἰς τὸ ἄργος καὶ μόλις φυγὼν τὸν ἐκ τῆς γαμετῆς θάνατον, παρεγένετο εἰς ἰταλίαν. ἰδὼν δὲ πλείονα αὐτὰ τὸν κολχικὸν δράκοντα νεμόμενον τὴν φαιακίδα, ἔκτεινε, τὴν τοῦ γλαύκου χρυσῆν ἀσπίδα κατέχων. λοίμιον γὰρ ὁ δράκων τὸ χρυσοῦν δέρας τοῦ κριοῦ. τιμηθεὶς δὲ ὁ διομήδης ἐπὶ τούτῳ σφόδρα, ἀνδριάντας κατεσκεύασεν ἑαυτοῦ ἐκ τῶν λίθων τῆς ἰλίου, οὓς ἐνεβάλετο τότε εἰς τὴν ναῦν, καὶ ἔστησεν τότε καθ' ὅλην τὴν ἰταλίαν. ὕστερον δὲ ἀνεῖλεν ὁ δαῦνος αὐτὸν, ἔρριψεν αὐτὸν καὶ τοὺς ἀνδριάντας εἰς τὴν θάλασσαν. οὗτοι δὲ ἀνερχόμενοι τῶν κυμάτων,

A κερμάτων, πάντων ἐξήλλαττο πρὸς τὰς βάσεις αὐτῶν. *Huius Diomedis & Glauci inæqualis permutatio apud Homerum, prouerbio locum fecit, quoties deteriora pro melioribus reddita uolumus significare,* χρύσεα χαλκείων. *Quidam ad hunc item Diomedem, non ad Thracium illum, paroemiam referunt, Diomedea necessitas: de ijs qui ui adacti, non sponte quid faciunt: adferuntque huiusmodi commentum. Cùm Vlysses & Diomedes communi opera furtim è Troia sublato Palladio, noctu redirent in castra, Vlysses, ut facti gloriam in se unum transferret, statuit Diomedem præcedentem ac Palladium portantem occidere. Itaque cùm gladium in caput illius à tergo uibrasset, Diomedes animaduersa ad Lunæ lumen ferri umbra, subtraxit se ictui, atque Vlyssem correptum uinctis manibus præcedere coëgit, lato gladio subinde tergum illius cædens.* Age.] *Clausula interrogationum, constat blanda exhortatione, ad narrationem excidij Iliensis. Præparatur lector ad orationem ducis Troiani. Nihil respondetur ad ea quæ præcedunt: qualis fuerit Priamus, quantus Achilles, quales Diomedis equi, quibus armis Memnon uenisset ad Troiam: uel quòd ociosæ forent narra-* B *tiones, uel quòd parum graues: uel quòd institutum sit euersionem Troiæ recensere, atque inde errores suos pertexere, quo casu in Africum littus sit delatus.*

Septima.] *Septimus annus: synecdoche. Sequutus est Poëta hoc loco Homerum, apud quem Alcinous Odyss. 8. multas interrogationes cumulat, ut Vlyssi narrandi materiam præbeat:*

> ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον, "
> ὅππῃ ἀπεπλάγχθης τε καὶ ἅς τινας ἵκεο χώρας "
> ἀνθρώπων, αὐτούς τε, πόλιάς τ' εὖ ναιεταούσας, "
> ἠμὲν ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, "
> οἵ τε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής. "

Ille solum scire auet, quas regiones Ithacus adierit, quas urbes uiderit: mores item, & hominum instituta, ad quos per tempestatem appulerit. Et qui barbari ferarũ ritu sine legibus, & ab omni humanitate alieni uiuant: contrà, qui ius & hospitalem fidem religiosè φιλανθρώπως *colant. Denique cur lachrymet, ubi audierit Græcorum laudes, ubi Ilij excidium celebrari. At Dido solum Ilij fata, à proœmio ad catastrophen usque audire cupit. Vterque rebus tamen, temporibus & personis conuenientia quærit: ille Vlyssis, hæc Aeneæ & patriæ, unde pulsus sit, fata cognoscere desiderat. Itaque eo ordine, quo res gestæ sunt, & Dido proponit, & Aeneas narrare orditur.* Omnib.] *Causa, cum errorum uiri amplificatione.*

FINIS COMMENTARIORVM
in primum Librum.

ARGVMENTVM IN LIBRVM SECVNdum Aeneidos Virgiliana, ex Macrobio.

EVersionem Troiæ, cum Sinone suo, & equo ligneo, cæterisque omnibus quę librum secundum faciunt, Poeta a Pisandro penè ad verbum transcripsit: qui inter Græcos poëtas eminet Opere, quod a nuptijs Iouis & Iunonis incipiens, vniuersas historias, quæ medijs omnibus seculis vsque ad ætatem ipsius Pisandri contigerunt, in vnam seriem coactas redegerit, & vnum ex diversis hiatibus temporum corpus effecerit. In quo opere inter historias cæteras, interitus quoque Troiæ in hunc modum relatus est. Quæ fideliter Marò interpretando, fabricatus est sibi Iliacæ vrbis ruinam. Sed hæc, & talia, vt pueris decantata, prætereo. *Hæc Macrob. libro 5. capite 2.*

ADILON.

Funera Dardaniæ narrat, fletusque, secundo

MODESTINI IVRISCONS. ARGVMENtum Libri 2.

Conticuêre omnes, tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casusque suorum,
Fallaces Graios, simulataque dona Mineruæ.
Laccontis pœnas, & laxantem claustra Sinonem.
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum.
Iam flammas cœli, Troum patriasque ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper:
Impositumque patrem collo, dextraque prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII,

ET

D. LAMBERTI HORTENSII, MONTFORTII,

EXPLANATIONES

IN

Secundum librum

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII *in secundum Aeneidos librum explanatio.*

ARGVMENTVM.

AENEAS ad commemorandas Didoni calamitates suas se accingit quidem, sed ægrè, & animo in quo & quamobrem id faciat, triplicem rationem assignat: horrorem, dolorem animi, temporisq́; breuitatem. *Conticuêre.*] Liber iste, *ἐπαγγελίαν* · id est, annunciationem iam habet, qua non Poëta ipse ex sua persona aliquid nunciet, sed altera persona inducitur, quæ res aliquot gestas, quibus ipse interfuerit, ita enarret, atq; nunciet, vt & sermonem, & actionem singularum personarum perinde referat, ac si ipse loqueretur. Nam hoc in libro Poëta ipse non loquitur, sed Aeneas Poëtæ loquenos partes suscipit, atq; illius vrbis præclarissimæ incendium, atq; excidium dolo, astuq́; Græcorum factum, nec non Priami, illiusq́; domus interitum expoonit, multarumq; personarum Sinonis, Priami, Laocoontis, Panthu, Anchisæ, Creusæ sermones, actionesq; refert: atq; hæc illa *ἐπαγγελία* est, qua tragœdia ab epopœia præcipuè distinguitur: cuius Arist. in poet. meminit: vbi de tragœdiæ, & epopœiæ differentijs sermonem habet. Homerum imitatur Poeta: apud quem Vlysses in conuiuio Alcinoi regis multa denuntiat, quæ & alij fecerint & ipse passus fuerit, cùm pugnasset cum Ciconibus, & ad Lotophagos, Cyclopasque peruenisset. Macrob. tamen in Sat. sentire videtur maiore huius libri partē ex Pisandro desumptam esse. Exordium hoc excusatoriū est, & tempori præcipue, rei, ac personis accōmodatum: in quo perpetuò conatur Aeneas reginæ, Tyriorumq; sibi beneuolentiā conciliare: qua in re eo vti artificio videtur, vt non vnam tantū idoneam, sed triplicem huius recusandi sermonis causam astruat, horroris vim, doloris magnitudinē, temporis breuitatem: nam planè fateri & meminisse dolo se victū esse, & suas, patriæq; calamitates tanta cū hominū strage recēsere vir etiam fortis absq; horrore, maximoq; dolore nō potest. Postremò maiore noctis parte transacta, tam longam rerum seriem copiosa oratione tractari posse, tam breue, angustumq; temporis spatium non permittit. Quæ cùm ita sint, tamen reginæ ita se officiosum præstat, vt illius studium suis commodis anteponendum velit. ait igitur:

NASC. CONTICVÊRE omnes.] *tanta rerum magnitudine proposita, quid mirum si conticent, & ad diligenter, attenteq́ audiendum separant omnes? nam attentos, iuxta rhetorum præcepta, facimus auditores, cùm de magnis præsertim rebus nos esse dicturos pollicemur. Sed nunquid hæc parua sunt, quæ Dido requirit? paulò enim antè dixerat:*

» *Imò age & à prima die hospes origine nobis*

» *Insidias, inquit, Danaum, casusq́ tuorum,*

» *Erroresq́ tuos.*

Inde thoro pater Aeneas.] *ab alto thoro, ubi discubuerat, quasi de suggesto, unde Græci olim & Romani orationē habere solebant, erat Aeneas: ita enim ab omnibus facilè audiri poterat.*

Infandum, Regina, iubes.] *exordij initium est ex ipsius causæ uisceribus erutum, & tempori, personisq́ ualde accommodatum: nam sæuiente tempestate, fractis propemodum nauibus Troiani nauigare non poterant: nec fœmina, & si in amorem Aeneæ uehementer incitata, satis fidendum uidebatur. nam —uarium, & mutabile semper Fœmina.—*

C

CONTICVÊRE omnes, intentiq́; ora tenebant,
Inde thoro pater Aeneas sic orsus ab alto.
Infandum, Regina, iubes renouare dolorem,
Troianas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæq́; ipse miserrima uidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando,
Myrmidonū, Dolopumue, aut † diri miles Vlyssi,
† Temperet à lacrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, suadentq́; cadentia sydera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem,

† al. duri
† al. Temperat

Huc accedebat naturalis Afrorum feritas, atq́ barbaries: quæ Troianis ualdè timēda erat: itaq́ hoc perpetuo exordio conatur Aeneas per cōmiserationis affectū, seu per cōmunem misericordiæ locū reginæ sibi beneuolētiam cōparare: eumq́ ad id dicendū inuitetur, quod absque animi molestia, & lacrymis commemo-

(Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit) Incipiam.—— Quis talia fando, Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi.

A commemorare nō [illegible] test, tria, ut pau[illegible] ante diximus, excusat, horrorem, uel si mauis, pudorem, dolorem, temporis breuitatem: pudor ex d[o]lore perspicitur, dolorem autem hic ipse exprimit nam cùm dolet Aeneas, & queritur suas, suorūque calamitat[es] [illegible] bi referendas esse, ut[ique] etiam pudore afficitur, se ex tanto uirtutis, dignitatisque fastigio deiectū, ut planè se uictū [illegible], & ad extrema penè calamitatis fortē redactum fateri co[g]atur. Sed reuera pudor Aeneæ in lacrymis est: quia hæc absque lacrymis enarrare posse diffidit. ut infrà dicetur. **Iubes.**] uis. ut apud Teren. iubeo Chremetem aut reuera iubet, imperat: quasi omnis superioris ho[m]inis [illegible] atio inferiori perinde sit atque iussum. Occult[è] igitur uult innuere Aeneas se Didonis studia suis doloribus, & incommodis antelaturum.

Renouare dolorem.] [illegible] est [illegible] omniū sententia, quod [illegible] id mem[ini]sse du[l]ce e[st]: quod uel illo Virgi[lii] [illegible] ex pr[im]o Aen. probari potest.

——fors[an] [illegible] memin[i]sse iuuabit.

Ille uerò aliter sentire ui[d]etur Ae[n]eas, qui ueretur præteriti iam doloris [illegible] i uulnera commemorando renouare ad hoc dici posse uidetur: cuique præsertim sapienti iucundam esse quidem præteritorum laborum, ærumnarumque suarū

B recordationem propterea Aeneas iam antea cùm socios suos consolari uellet, præteritas illis ipsorum calamitates in memoriam reuocauit:

Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonantes
Accestis scopulos. uos & Cyclopea saxa
Experti: reuocate animos, mæstumque timorem
Mittite.

Qui enim huiusmodi calamitatibus perfuncti sunt, iam miseri esse desinūt: tranquilliorem[que] uitā a[gunt], sut sibi degendā sperat Sed ubi rerū maximarū sibique charissi[marum] aliqu[am] iacturā fecit, quarū usu, ac iucunditate se amplius frui posse nō putet, ut patriæ, amicorū, filior[um] quoties eorū reminiscitur, aut mentionē facit, huius dolor, et[si] consen[escere] uidebatur, recrudescit. Hac de causa Vlysses apud [Alcinoum] regem lacrymatur Odyss. θ. propterea sic dix[it] Poe[ta].

Troianas ut opes, & lamentabile regnū.] propositaob oculos miseria, rationes aggreditur. Huius autem carminis singula penè uerba [illegible] habent cum ingenti conquestionis affectu. Troianas opes, magnas intelligit: ut in primo Aeneid.

——& Troia gaza per undas.

C Item lamentab[ile] regnum, nō nisi [illegible] dictū uidetur. nam præclara tantum. atque egregia mæstis. lamentatione digna sunt. **Eruerint Danai.**] cum indignatione, & contemptione, nec absque maximo c[um] [illegible] affectu: quod imbelles Danai, neque cum Tr[o]ianor[u]m uirtute cōferendi, id quod paulò pòst liqui[dò] demonstrat, cùm ait:

—fracti bello, fatisque repulsi Ductores Danaûm—.
Tam nobile, opulentumque regnum [illegible] euerterint.

Quæque ipse miserrima ui[di], Et quorū pars magna fui.] auget [commise]rationem ex [illegible] persona: nam [illegible] ore dolore afficitur [illegible], quæ sunt oculis uideras, & particip[a]rat tanti re[gni] calamitati, homin[is] [illegible] [illegible] fieri uidetur ex [illegible]. Nam tam no[bile] [illegible] regnum periisse graue [illegible] excidium suis oculis uidisse grauius [illegible] oculi enim ([illegible] ero) augit dolorem i pe[r]iculorī uero calamitatum pene omnium participem fuisse, grauissimū est.

aut duri miles Vlyssi.] altera pars ex[or]dij est, ubi per interrogationē [illegible] explicat, [quo] occultè pudorē suū excusat: nam cùm turpe sit uiro forti lacrymari, [illegible] in tam misero dolore, acerboque orationis genere lacrymas continere posse diffidit: præsertim cùm tantus sit casus, ut ne hostis quidē, si hæc audiret, lacrymis pareeret. Est aūt hæc prouerbialis hyperbole: cuius etiā Suidas ex auctore quopiam meminit: [illegible]: id est, etiā miseratus fuerit hostis, si præsentē uidisset hominis casum. nam hostis nō facilè cōmouetur misericordia. Si uerò hoc exordium duas in partes distribuere uolueris, hæc tota pars superioris partis amplificatio erit. **Duri miles Vlyssi.**] sæuitiā militis carpit ex crudelitate Imperatoris: quasi dixerit Vlyssis militē non suapte natura crudelē, sed ex Imperatoris immanitate durū, atque inhumanū. ergo inhumanior Vlysses. Hoc tamē cùm ita sit, hæc si audiret, uel narraret, lacrymaretur.

Et iam nox humida cœlo.] tertia pars exordij est: in qua se excusat à tempore, nō quia eum laboris pigeat in dicēdo, aut quia sit corpore la[ss]us diutiùs uigil[an]do, sed uel propter doloris magnitudinem suas calamitates [illegible] cōmemorando, uel reuera, quia Reginæ in ferret, cùm [illegible] dia iam noctis parte transacta, dormiendi quoque tēpus propè iam præterierit. Locus est ex Homero sumptus Iliad. κ. ubi Vlysses Diomeden hunc in modum alloquitur:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Nisi mauis in ijs, quæ sequuntur, uerbis:

——suadentque cadentia sydera somnos.

Illud expres[si]sse ex 11. Odyss.

[illegible]

Sed si tantus amor.] exordij conclusio est, qua suē in Reginā animi propensionē declarat, atque adeò se illi studiosum præstat, ut eius studium suis doloribus anteponendum uelu[t] [illegible] ud est in 6. Aen. ex persona Sibyllæ

Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est:
Bis stygios innare lacus. bis [ni]gra uidere
Tartara: & insano iuuat indulgere labori:
Accipe quæ peragenda prius.

Et breuiter Troiæ.] ita sanè temporis ratio postulabat, ut breuiter enarraret: locus est docilitatis, pariter & attentionis. **Quanquam animus.**] parenthesim interponit: per quam renouat commiserationem ex iniucunda Troianorum sorte, quæ qualis, quant[a] fuerit, & quantum ex ea ipse molestiæ, [illegible] ceperi[t], [illegible] oc planum facit, quod eam non mo[dò] exponere, sed ne memin[i]sse quidem sine horrore, [illegible] e potest

NARRATIO. [illegible] excidium, artificio[se] in ipso statim narrati[one] [illegible] temporis & personarum [illegible] nit. Initi[o] [illegible] auditores reddit dociles, [re]ddit & attentos, & [illegible] peculiariter captat à persona reginæ. Adm[illegible] à [illegible] uili, & inopportuno. **Conticuêre.**] [illegible] cum [illegible] d ex [Ody]ss. 11. LAMB: Hort.

[illegible]

Reg[ina].] Beneuolentia à persona [illegible] quæ eùm iussi[sse] dicat, ostendit se nō posse non, hospitem illius imperio hac in parte parere. Et ut obsequium suū cōmendatius

 faciat,

f[illegible] persona sua affectus mouet. Porrò hypallage est, [illegible] pro, tene. aut ora attenta. Etenim, cu malû bene positum nō sit mouendû, iuxta prouerbium. recordatione & memoria anteactorum malorû, præsertim recentium, recrudescit dolor. cum in alijs soleat alioqui esse iucunda præteritorum malorum recordatio. Quare Vlysses Homericus ad carmen musicû Demodoci, de equo Durateo, cû omnium Phæacum admiratione ubertim lacrymas fundit. Troianas] Pathos à loco & fortuna, quondam amplissima, quæq; inter Asiaticas opes longè fuerat florentissima. Vidi.] Vt narratur & fides, & authoritas conciliétur, promittit se nō audita fando, sed cōperta, sed uisa memoraturû. Propius creditur referentibus uisa, quam ijs qui narrant audita. Solet enim fieri, ut narratio ab alijs accepta, nonnihil subinde aliquid admentiantur mortales. ut ad postremû res ipsa multis mendacijs uestita, planè in fabulosam narrationem abeat, n[illegible] alijs a ueris narrationibus Lucianicis discrepet. Quapropter rectè mihi Plautus dixisse uidetur, pluris esse testem oculatû unum, quàm auritos decem. Fui.] Pathos à seipso. Quis talia fando] A difficili & maiori, attentio. Nam si ne hostes quidem ista narrantes, aut ab alijs narrari audientes, lacrymas continere possent: multo minus Tyrij, minimè uero Troiani. Et [illegible] paræmias refertur, Vel hostis miserandus: nam hostis haud facilè misericordia commouetur.

Myrmidonum.] Enumerat infestissimos Troianis nominis hostes aliquot: Achillê, Pyrrh[um], Vlyssem. Fuerunt aût Myrmidones, Thessali, ab Aeginetis profecti, qui cum Peleo, ea loca tenuerunt: ad Troiam Achillis socij, quorû quinquaginta naues plenas duxit. Eosdem, qui fuerint, haud obscurè indicat Homerus in Catalogo ducum:

« νῦν δ' αὖ τοὺς, ὅσσοι τὸ πελασγικὸν ἄργος ἔναιον,
« οἵ τ' ἄλον, οἵ τ' ἀλόπην, οἵ τε τρηχῖν' ἐνέμοντο,
« οἵ τ' εἶχον φθίην, ἠδ' ἑλλάδα καλλιγύναικα,
« μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ ἕλληνες, καὶ ἀχαιοί
« τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν [illegible] ἀρχὸς [illegible]

Hunc Homeri locum citat Plin. lib. 4. cap. 7. atq; eosdem tribus nominibus a Poëta ait appellari, Myrmidones, Hellenas, [illegible] Achæos. [illegible] quas Græci μ[illegible] uoc[illegible] Eustath. [illegible] Iliad. ab heroë quodam Myrmidone eos [illegible] appellatos existimat. [illegible] huiusmodi fabulam de eo[illegible] morti[illegible] me referunt. In [illegible] sinus Saronici, inter Atticam [illegible] [Pel]oponnesum, sita fuit Aegina insula contra A[illegible] Hic regnasse [illegible] Aeacus. Quam rem Iuno indig[illegible] ferens, totam insulam ita [illegible] peste infecit, ut breui omnibus mortalibus fuerit exhausta. Aeacus so[li]tudine perturbatus, Iouem precatus est, ut aliqua [illegible] damnum resarciret. Ita q; Iupiter formicarum numerum, [illegible] in quercu proxima, [i]n homines [illegible] filio in ho[illegible] pe[illegible] Strabo lib. 8 affirmat, Aeginetas non [illegible] ci natos, uerum inde fabulæ l[illegible] quo [illegible] formica[illegible] rum more in specubus subterraneis hab[illegible]. Cæterum fabula uer[illegible] aliquanto diuer[illegible] ut ab a[illegible] m[illegible] Iupiter [illegible] abd[illegible] Phliunt[illegible] quo loco [illegible] tu [illegible] dam [illegible] hac paulò [illegible] Port[illegible] idicit, a quo rapta, & [illegible] Ita [illegible] ter aduertens fore, ut in [illegible] alter[illegible] hen[illegible] [illegible] transformauit in [illegible] uer[illegible] Venit Asopus sed [illegible]

deret, redijt in suos alueos. Iupiter iratus, cùm uellet indi- A cem pessimè mulctari, cum apud inferos tanti ponderis saxum sursum deorsum uersare coëgit, in quantum ipse se paulo ante mutarat. Aeaci item misertus, qui solus insulam incoleret, formicas eius regionis omnes mutauit in homines. Hinc ἀπὸ τῶν μυρμήκων, μυρμι[illegible] Atq; locû non Phliuntem, sed Phliuntem nuncupant. Sunt qui aliam fabulam adducunt de formicis. Peleum interfecto à se fratre suo, fugit: atq; in Thessaliam delato quum exercitu opus esset, Iouem precatur: ac formicæ regionis mutatæ exemplò sunt in uiros: qua de causa Myrmidones dicuntur. [illegible] B [illegible] Fabulam hanc, & eius allegoriam festiuis uersibus complexus est Ioannes Tzetzes, Variæ historiæ chiliade [illegible] his uerbis:

« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]

V[illegible] Myrm[idonum] [illegible] fuere, fabula O- G uid[illegible] uitur Dolopum. Dolopes Aet[illegible] ut Athamanes, Perrhæbi, Tymphæi. Ep[illegible] Megares, Atraces. Sed Dolopes in Thessalia prox[illegible] dum habitant: unde Achelous amnis ad E[illegible] cursum. Dolopiæ ciuitas celebratissima [illegible] obtinuit, & po[illegible] tradidiq; A[illegible] teste [illegible] author est, ad Troiam [illegible] Dolopum [illegible] Pyrrhum nam[illegible] populi, uarijs [illegible] commigrarûs. [illegible] Dolopes [illegible] uocant. Feruntur autem Dolopes [illegible] Centauros Lapi[illegible] nec doche, ex [illegible] oportuno Noxenim ad [illegible] um laborem. [illegible]

« [illegible]
« [illegible]

[illegible]

Nox humida [illegible] chiliadas recensetur ab Eras[illegible] de [illegible] de La[illegible] [illegible] no[illegible].

Præcipit [illegible] præcipitatur.

Cadentia [illegible] occidentia [illegible] pro compofito: uel cadere apparentia [illegible] occi[illegible].

Breuiter [illegible] compendio Priuato dolore postposito, se [illegible] narraturum pro[illegible].

Refugit. [illegible] hallage temporis.

ARGVMENTVM.

Græc[illegible] e fra[illegible] magni[illegible] peciem [illegible]

NASC. [illegible]

—Fracti bello, fatisq; repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis.
[illegible] m. diuina Palladis arte
Aed[illegible] [illegible] textunt [illegible]
Vo[illegible] pro [illegible] ulant [illegible]
[illegible] rititi corpori [illegible]
Includunt cæco lateri penitusq; cauernas
In[illegible] ls, ut[illegible] rum & armato milite co[illegible]

[illegible] lo. Non ab ouo, [illegible] dicitur [illegible] fuerat, [illegible] tione [illegible] reditur [illegible] orum aut [illegible] rum, [illegible] A[illegible] do [illegible] erant [illegible] p[illegible] decem [illegible] respondendo eui[illegible] corum [illegible] quæ tria [illegible] liber duo, [illegible] Troianorum [illegible] propositum inesse uidetur [illegible] non [illegible] nec Aeneam de T[illegible] alterum in [illegible] Græcorum, [illegible] Deorum [illegible] Quam re occult[illegible] nisi Deorum [illegible] non, [illegible] rat di[illegible] quæ ubi [illegible] quamo[illegible]

[illegible] mma di[illegible]
Dardanus

C Duct[illegible] gis milites. [illegible] rei inanimatæ ad rem animatam [illegible] quam [illegible] huiusmodi uoces [illegible] mai[illegible] quadr[illegible] mitem an[illegible] rando [illegible] te rhetor [illegible] ta: ut [illegible] est, terra in cœlum [illegible] uocet Aeneas igitur [illegible] calamit[illegible] nenter [illegible] etiam [illegible] patum [illegible] odiu[illegible] non [illegible] ut amorem trahere cup[illegible] nal[illegible] ianorum [illegible] ne[illegible] irrita [illegible] d[illegible] te, [illegible] exceptum, [illegible] que [illegible]

Diuina Palladis arte [illegible] fides [illegible] Dea T[illegible] Homeri loc[illegible], hoc tamen [illegible] runt quod [illegible] res ait equi lignei fabricatores ex[illegible]: id est, [illegible] cum con[illegible] Epeum duntaxat fabricat[illegible] esse [illegible] Minerua uersus [illegible]

A[illegible]
[illegible] ap[illegible]

Vo[illegible] ro reditu [illegible] elusi energia Græcorum [illegible] per speciem religio[illegible] hinc in prouerbium ab[illegible] de [illegible] libet occulte.

H[illegible] corpora.] horum [illegible] erat [illegible]

[illegible]
Re[illegible]
[illegible] darus [illegible]
[illegible]
Pe[illegible]
E[illegible]

Id d[illegible] ex multis fuere, deinde [illegible] inclusi sunt. Veterumque armato milite [illegible] ab imo plura intelliguntur, intel[illegible] dicit et A[illegible] 24. h[illegible] po[illegible] numerus u[illegible] [illegible] Græce [illegible]

FRACTI bello, fa[illegible] narratio, [illegible] gr[illegible] exercit[illegible] de[illegible] [illegible] r[illegible] du[illegible] [illegible] uitum [illegible] LAMB. Horr.

[illegible] æcorum [illegible] A[illegible] m [illegible] ea qua [illegible] frat[illegible]:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] eras,
[illegible]

m 3 [illegible]

[illegible Greek verses]

Quo[illegible] autem Aegyptus na[illegible]ia plus potes rat, [illegible] regno [illegible]. His onerari[illegible] in Peloponnesum de[illegible] quia Gelanor [illegible] fuer[illegible] Strabo lib[illegible] ex [illegible]

[illegible]

[illegible] At[illegible] primum onerariam nauim in Graecia conspectam. [illegible] terra[illegible] ribus abst[illegible] puteis [illegible] prehendi[illegible] Ab hoc, [illegible] Graeci Danai fuerunt appellati.

Toti m[illegible] dec[illegible] annos, mens[illegible] d[illegible] ut tradit Dares [illegible] iam pu[illegible] In[illegible] Ref[illegible] ad men[illegible] nem, non a[illegible]

[illegible]

[illegible] D A N [illegible] Graeci, [illegible] bem equo, [illegible] mouerunt hic Epeus P[illegible] ad A[illegible] ferebat, Ioui [illegible]

[illegible]

Quem [illegible]

[illegible]

Verum de[illegible] pro huius eq[illegible] dis ctius sum[illegible] Homerus [illegible] equum [illegible] tum e[illegible] cat.

[illegible Greek verses]

Quidam no[illegible] equ[illegible] f[illegible] equina forma, haud procul [illegible] dum[illegible] pone quem exercitus in [illegible] eam de [illegible] se adort[illegible] oppressit N[illegible] tradunt, [illegible], per quam [illegible] fuit, [illegible] abs[illegible] in materia [illegible] P[illegible] aritem cum[illegible] [illegible] cus. [illegible] celebr[illegible] D[illegible] aut[illegible] ribus, sed no[illegible] ab [illegible] Demodo cum [illegible] B

[illegible]

Quos uersus [illegible] I ras[illegible]

F[illegible] enim erat per[illegible] redderetur

Durate [illegible] erat [illegible]

Pri[illegible] Dana[illegible] ferentes

[illegible]

Locus [illegible] in primo [illegible] rum:

[illegible] cum [illegible] partes

[illegible] ingruerunt.

Signo[illegible] quo nomine non uno loc[illegible]

[illegible]

Et[illegible] hunc equum

[illegible]

[illegible]. Porrò [illegible] de C [illegible] parrent, [illegible] in quo [illegible] Tro[illegible]

[illegible]

[illegible] *esperaret,* [illegible] *uenerent.* [illegible]

A Pallade, Palladium [illegible]

Abiete [illegible] *materia hoc* [illegible] *biegenas* [illegible] *quia* [illegible] *Troiam,* [illegible] *quae inde* [illegible] *latebant,* [illegible] *Troiam somn-* [illegible] *equum, pro salute prospera nauigatione in Graeciam.*

Caeco] *Metalepsis, tenebroso* [illegible] *proin uasto & ingenti.*

Vterumque. [illegible] *ribus praecedentem orationem.*

Milite. *Synecdoche, ex uno plures*

A R G V M E N T V M

[illegible] *am* [illegible] *iciunt*

E T incons[illegible] in [illegible] Tenedos notissima fama [illegible] Priami dum regna manebant [illegible] & [illegible] in [illegible]

hanc [illegible] *ae, sicut quia* [illegible] *per* [illegible] *ufa* [illegible] *cum* [illegible]

[illegible] *qui* [illegible] *Locus praeterea* [illegible] *occultanda idoneus, quia insula est,* [illegible] *non* [illegible] *datur transitus,* [illegible] *interiectum* [illegible] *insidiae.* [illegible] *describitur eius* [illegible] *D* [illegible] Priami dum regna m[illegible]

N[illegible] *de-duci* [illegible] *quem* [illegible]

No[illegible] *loci dedu-* [illegible] *unde* [illegible] *in com̃unem* [illegible]

LAMB. Hort.

[illegible] *adorirentur* [illegible]

[illegible] *rerum* [illegible] *qui* [illegible] *Tenne* [illegible] *quia autem* [illegible] *Tenne* [illegible] *per-petrati* [illegible] *Graece huius* [illegible] *post* [illegible]

Philonome occisa ad filium commigrauit. Iam cùm ad Troiam pugnaretur, uterq; ab [illegible] fuit. Tenedus [illegible] fuit [illegible] Hellespon[illegible] tibus iaceat, [illegible] Quoniam autem inter [illegible] ita est. a nonnullis [illegible]. [illegible] est Triuium [illegible]. Hæc insula uarijs prouerbijs locum fec[illegible] Tenedius [illegible] triuium & aspectu formida[illegible] qui Tenedi regnarit, quem ferunt hanc consuetud[illegible], ut tergo iudicis staret [illegible] securim tenens [illegible] paratus, ut si quis [illegible] mendacium, ue[illegible] monium dixi[illegible] eum ex [illegible] aextete etiam Tenedia secu[illegible] quidam tamen ad [illegible] trah[illegible] patro[illegible], qui compendio[illegible] apud Tenedios duæ bipennes [illegible] [illegible] tamen eis [illegible] uiolasset, in [illegible] testis [illegible] uice utebantur, [illegible] ut forte pec[illegible] præ se ferrent. S[illegible] in L[illegible] catalogo addit, prouerbium dici *de aduocato rigido ac duro propterea quòd [illegible] non esset [illegible] garrire Tenedius [illegible] falsus a Philonome [illegible] nata par[illegible]. [illegible] subornarat qui [illegible] apud [illegible] de stupro [illegible] nobile te[illegible] qui sub Dei mulacro, eius [illegible] circa Tenedum [illegible] Priami [illegible] toribus fui[illegible] præda [illegible] [illegible] one sederunt. Malesfid[illegible] aut piraticam. Statio [illegible] naues stant. ut portus, in quibus [illegible] tempestatum iniuria. In hanc [illegible] bripuerant. Græci.* [illegible] *fi, faciam.* Longo [illegible] *onestum pub[illegible], sed breui m[illegible] dum.*

A[illegible] V M[illegible]

[illegible] s aperiun[illegible] & o[illegible] ue [illegible] B

NASC. PANDVNTVR portæ] *Ita facere solent ciues loca tandem obsidione liberati [illegible] tas aperiunt, exe[illegible] de* Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica castra, Desertosq; uidere locos, littusq; relictum. Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Classibus hic locus, hic acies certare solebant. *prodidit Doriéses tres urbes centum habuisse, [illegible] & [illegible]ynum, unde [illegible] dicti fuere: &* *statione aspic[illegible] ur uidere, & adire, digitoq; muic[illegible] ue l[illegible] ca ubi duces, ubi [illegible] tum esset tentoria habuerunt.*

Hic Dolopum manus [illegible] *alter digito loca monstrabat, ubi fuerant hostes. [illegible] per detractionem Sic eam uocat [illegible] detractum [illegible], quis diceret, uel [illegible] iactam ab [illegible] personis sermonem [illegible] non dissimile fere [illegible] est apud Ouid. in [illegible] Penelopes ad [illegible] lyssem, cùm ait:*

» [illegible]
» [illegible] regn[illegible]
» [illegible]
[illegible]

LAMB. Hort. DO[illegible] *castra [illegible] orum [illegible] autem med[illegible] Aeo[illegible] qua totius [illegible] ad mont[illegible] ut tradit Strabo & Staphylus author [illegible] de T[illegible].*

Lo[illegible] ius statio nautum fuit Græcorû. [illegible] singula loca in re præsenti [illegible] exuberanti lætitia, ubi eastra, ub[illegible] fui[illegible] in quo acies concurrere[illegible] Achilles. *hic Græcorum fo[illegible] fuerat [illegible] & Pelei filius [illegible] quidem [illegible] alterius [illegible] author [illegible] scribit, filia [illegible] eroas formarat. [illegible] iaculandi artem ab [illegible] quasdam artes:*

« [illegible]
« [illegible]
C « [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]

A R[illegible]

[illegible]

NASC. P[illegible] *[illegible]* Primusq[illegible] [illegible] *moetes Duci[illegible] ros hortatu ad excusationem Troianorum fingit Virgilius propter Aenea.*

A *Aeneæ loquentis personam, antequam in urbem recepta fu[illegible]ret machinam consultatione positum fuisse, utrũ recipi deberet: quod primus omnium suasit Tymœtes: sed aliter sensit H[illegible]eru[illegible] uti ex o[illegible]. Odyss. facile uidere est, qui ita [illegible] Troianis in arcem equo, ait inconsulte a multis su[illegible] perre[illegible] concionatum fuisse. uersus Homeri ita habent:*

» [illegible] ἔπος [illegible]

» [illegible] ἀγο[illegible],

» ἥμενοι ἀμφ' αὐτόν.

Hinc adagio locũ factum fuisse crediderim, Ser[illegible] sapiunt Phryges: quod eos fr[illegible] temeritatis suæ pœnituit: alij uerò ad tardam ipsorum de restituenda Helena cõsultationem referri malunt Siue dolo, seu iam [illegible] roiæ sic fata ferebant.]*causam sententiæ Tymœtæ duplicem, eamq; dubiam assignat. nam dubium est, utrũ dolo malo, an fatis Troiæ ita uolentibus hoc ab eo factum sit. idq; mihi magis, [illegible] si exponas dolo, quo sunt omnes decepti. Quod autem ait,* se[illegible] m[illegible] roiæ si[illegible] fata [illegible]ebant, *de Homero sumptum est Odyss[illegible]. sic enim ille inquit:*

» Αἶσα [illegible] ἀμφικαλύψῃ

» Δουρά[illegible] ἄριστοι

» Ἀ[illegible] φέροντες.

B Ac C[illegible]s, & [illegible]quorũ melior sentẽtia mẽti.] *sapientes, a[illegible] optimi uiri in deliberando nisi quod iustum, ut[illegible] honestumq; est, proponunt secus uerò faciunt imperiti, ac praui homines, qui quid utile, honestum [illegible] ignorãtes, uel [illegible]ulantes, turpia pro honestis, inutilia pro utilibus sæpe in medium afferunt, at[illegible] approbant.*

A[illegible]t p[illegible]lag[illegible] [illegible]ana[illegible] m inl[illegible]sas.] *causa coniuncta est è tribus unum fieri Capys hortatur. ut machina uel in mare proijciatur, uel comburatur, uel terebretur, ut quid in ea lateat sciri possit. Tria quoque apud Homer. proponuntur, sed paul[illegible] diuersa. primum est ut equus aut ferro scindatur, aut ex arce præcipitetur, au[illegible] lasus relinquatur, tanquam [illegible]eorum [illegible] est, o[illegible]lectisternium uel, ut interpres exponit, [illegible] est, expiatio. uersus Homeri [illegible] habent Odyss[illegible].*

» —— [illegible] ἤνδανε βουλή,

» ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον [illegible] χαλκῷ,

» ἢ κατὰ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας ἐπ' ἄκρης,

» ἢ ἐάαν μέγ' ἄγαλμα θεῶν [illegible] θελκτήριον εἶναι.

Quod igitur Virgilius ait, consultum fuisse, ut equus pro-
C *ijceretur in mare, Homerus ait disputatum fuisse utrum ex saxis deijceretur: causam iam antea assignauimus: quia reuera Troiani priùs equum in urbem receperunt, quàm qui[illegible] de eo agendum e[illegible]et, consultarent. Virgilius uerò, ut Troianos ab omni leuitatis crimine uindicet, eo[illegible] fingit. quia Aeneas [illegible]se loquitur, extra urbem dum staret equus, deliberatum fuisse [illegible]ribit.* [illegible]tar[illegible] lat[illegible]bras.] *significatissimo uerbo usus e[illegible] intre[illegible]ia, at[illegible] occulta.*

Scinditur incertum.]*in[illegible] apicibus rar[illegible] sentit uulgus, in quo non est consilium, non prudentia, neq; iudiciũ, ideoq; incertum appellat. cuius infinito numero plerunq; sapientes cedere coguntur quamobrem Seneca dicere solebat, se nunquam uoluisse populo placere: nam quod probat, inquit, populus, ego nescio, & quæ ego s[illegible]io, non probat populus. & Democritus dixisse fertur sibi populum esse pro uno.*

Par stupet.] *Tractus hic locus est ex 8. Odyss.* LAMB. Hort.

—— τοὶ δ' ἄκρ[illegible] ἀγορῶον »

ἥμενοι ἀμφ' αὐτὸν [illegible] »

ἢ διατμῆξαι [illegible] χαλκῷ, »

ἢ κατὰ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας ἐπ' ἄκρης, »

ἢ ἐάαν μέγ' ἄγαλμα θεῶν [illegible] θελκτήριον εἶναι.

Exitiale.]*exitiũ urbi allaturum.* Innuptæ Mineruæ] *uocat, propter perpetuam uirginitatẽ, quæ perinde ut Diana mortalibus cõmẽdata fuit, quòd omnis pecuda & uenatio sterilis sit.* Thymœtes.]*Meminit huius Homerus Iliad. 3. quem inter senes cũ Priamo in Scæis portis sedentes, & pugnã spectãtes, numerat. Fuit Thymœtæ uxor Cilla, Hecubæ soror. Hanc tradũt clandestino coitu ex Priamo filium suscepisse, quem Munippũ appellauit Porrò fortè accidit, ut Priamus de regni statu in [illegible]lia oraculũ consuleret, responsum illi fuit ut parentem: id est, matrem & filium interficeret. Casu uerò tum euenit, ut Hecuba Alexandrum enixa esset, & Cilla Menippum. Pepererit Hecubæ & Alexandro Priamus: Cillam uerò, eiusq; filium, Munippum interfecit. Annotauit Lycophronis scholiastes historiam.* Siue dolo.] *Causam hortationis ponit in ambiguo: & uerisimiliter rem narrat. Nam cùm à Priamo hominis uxor per speciem tyrannidis, nulla de causa (ut apparebat, unà cum fœtu esset occisa, non dubium est, quin cum Antenore & Aenea consilia sua ad unũ eundum se & s[illegible]orum necem contulerit. Dolis itaq; hortationis partes Thymœtæ tribuuntur, ut doli conscio, ad stirpem Priami delendam [illegible]tendit, quam effusa lætitia uulgum in diuersas pa[illegible]tes scindebat, de equo in urbem inuehendo, ut esset æternu[illegible] liberatæ o[illegible]sidione patriæ monumentum, dum hic præci[illegible]tandum, alius igne corrumpendum, multi in arcem portandum consulerent, ad artes [illegible]ræcorum detegendas.*

Suspecta.] *Respexit ad paræmiam, [illegible] δῶρα. Ab ho[illegible]bus profecta munera, non sunt munera, sed perniciẽ adferunt: qualia in Tragœdijs Medea, nuptæ nouæ, missa: & ea item, quæ Herculi ab uxore profecta fuerant. Capys aũt hic unus principum Troianorũ fuit, cui ita nomen datum fuit ab auo Aeneæ paterno. Ab hoc Capua in Italia dicta fuit, & Campania [illegible]corè[illegible] ue Aeneas sanius consilium tribuit uel ut ea[illegible] glorians ad suam gentem transferret, uel ut à se [illegible] sua familia omnem doli suspitionem auerteret.*

Sc[illegible]di[illegible]r. *Concludit narrationem ecphonesi, quam co[illegible] ex uariantibus uulgi sententijs.*

ARGVMENTVM.

[illegible] im[illegible] uert[illegible] re[illegible] nãs pi[illegible] trahe[illegible] la in urbe m[illegible] h na plau[illegible] [illegible] curret [illegible] in lũ[illegible] uũ, [illegible] ducit [illegible] & [illegible] uo[illegible] mini [illegible] tat[illegible] mi[illegible] qua[illegible] mac[illegible] à ta[illegible] a Græ[illegible] co[illegible] ua[illegible] petu[illegible] ur[illegible] quet

NASC. PR[illegible]ce omn[illegible] Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, — *Serui interpre[illegible] su[illegible]*

Laocoon ardens summa decurrit ab arce, — *tili quada[illegible] distinctio[illegible] ne huius*

Et procul: ô miseri, quæ tanta insania, ciues?
Creditis auectos hostes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, uenturaq́; desuper urbi.
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.
Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

ne hunc locum conatur exponere, cùm dicat, ante omnes, aut perissologia est, quia dixit primus: aut ante omnes: id est, uidẽtibus omnibus. res profectò indigna tãti nominis uiro. Ergo primus tanquã dux, & imperator: ante omnes, anteriori omnibus, quibus associatus erat. Huic rei fidem faciũt antiqui codices nonnulli, in quibus legere est ante alios. alterũ igitur dignitatis est, alterum ordinis. Summa decurrit ab arce.] *ab arce currit, cui ualdè timebat: nam equũ audierat Mineruæ uotum, & in arcem, ubi eius simulachrum erat, ducendum.* Et procul.] *non ab arce, sed à ciuibus: nam simul atq; ab arce exijt, conspicatus Troianos, à longè exclamare cœpit eo enim animi, iraq; impetu auferebatur, ut ne tãti per quidem orationẽ differre posset, dum ad hominum cœtum perueniret.* O' miseri quæ tanta insania?] *Inuectio est Laocoontis in ciues Troianos, minimè tamen (ut etiam sentit Tib. Donatus) contumeliosa, sed ex singulari erga patriam charitate proficiscens: initium habet abruptum, quale omnes ferè oratorum animoq; concitatorum orationes habere solent: ubi & ciuiũ suorum imprudentiam, ne dicam temeritatem carpit, & imminentem ex ea calamitatem prænunciat, cùm ait:* MISERI, *q.d. miseri estis, qui hostes in urbem uestram, in domos uestras introducitis: pronunciandum autem est uno spiritu celerrimè, ut magnus dicentis ardor exprimatur: talis ferè est Ascanij increpatio in Troianas mulieres, quæ naues combusserant, in 5. Aen. cùm ait:*

» *Quis furor iste nouus? quò nunc, quò tenditis, inquit,*
» *Heu miseræ ciues? non hostem, inimicaq́; castra*
» *Argiuũm, uestras spes uritis.*

Creditis auectos hostes?] *cũ irrisione: quia minimè putandũ erat eos abijsse: id enim nec temporis longinquitas, nec auita Græcorũ in re militari uirtus credere ijs, qui aliquid sapere uidebantur, non permittebat, ut qui decem annos strenuè dimicando urbem obsessam tenuerat, nec inde, nisi adepta uictoria, se abituros iure iurando firmarant, momento temporis occultè, ac turpiter aufugissent: deinde suspectæ habendæ erant omnes Græcorum actiones, quibus dolo, ac insidijs uti peculiare est. propterea subdit:* Aut ulla putatis Dona carere dolis Danaũm?] *omnes Græcos, eorumq; munera fraudis suspecta esse designat.* Sic notus Vlysses.] *rem confirmat exemplo Vlyssis, qui per speciem mendici Troiam ingressus uniuersa explor[illegible]t. Eurip. in Hecuba:*

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible] id est,
» [illegible] Ilij explorator
» [illegible] ab oculis
» *Mortis [illegible] bant genas?*

Huius quoq; rei m[illegible] notior est Homeri locus ex [illegible] describitur, quin[illegible] o ex uno notissima fraude om[illegible] inferre uelit, quod pau[illegible]
» [illegible] *ab uno.*
» *Disce omnes* —

Huic loco nõ dissimilis pene locus est in septim. Aen. ex persona Amatæ Latini regis uxoris: A

» *At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor?*
» *Ledæamq; Helenã Troianas uexit ad urbes?*

Aut hoc inclusi ligno occultãtur Achiui.] *rem asseueranter cõfirmat per distributionem tripertitam: quæ ex affectibus causæ sumpta esse uidetur. nam quia nouit Græcos uafros, ac dolosos, ideo ex eis insidias, atq; dolos suspicatur: quæ quoniam per speciem religionis manifestò fieri uidet, ligno ait non simulachro, ut facilior sit persuasio.* Aut aliquis latet error.] *Tib. Donatus suspẽdit particulam aut. [illegible] asserit Laocoonta cum primo, & secundo loco dixisset, quod sentiret, tertium quoq; dictum inferre uoluisse: quod cùm non suppeteret, confugisse ad generalem suspicionem, dixisseq; aut [illegible] latet error equo: punctumq; ibi adhibuit Sed potior est apud me communis & uulgata doctiorum sententia, ut error distinguatur: & ne, quæ sequitur, prohibitionis, non intensionis particula sit.* Equo ne credite Teucr[illegible].] *elatiori uoce, cum maiore asseueratione proferendum est. E[illegible] autem asseueratio quoties non solùm uerbis, sed etiam ipsa actione, & gestu rem affirmamus, & inter dicendum adnscimus [illegible]um, motumq; animorum.* Quid[illegible]uid id est, timeo Danaos.] *enumeratis quibusdam suspicionibus c[illegible] uniuersaliter omnia col[illegible] Græcorum munera, etiam religiosa: id est, religioni dicata, esse timenda.* B

PRIMVS ibi.] *Vt urbis excidiũ planè fatale f[illegible]isse ostendat, fingit Laoco[illegible]ntem, quippe cæteris p[illegible]u[illegible] sapientem, dissuadẽtem, ne suspectum [illegible]ostium donum introducatur. Pertinet & hoc ad gloriam familiæ suæ. Tradunt, hunc Aceetis [illegible]lium fuiss[illegible] Anchis[illegible] fratrem, uatem [illegible] sacerdotem Apollinis. Hic, cum uetante Apolline uxorem duxisset, & iam ex ea liberos [illegible], forte ductus fuit ad sacrificandum Neptuno in litt[illegible]re. Apollo oblata hac occasione, e Tenedo in sacrificantem duos dracones immisit, qui filios eius duos [illegible] necarunt. Inde Laocoontem ipsum, cum suis auxiliari uel[illegible] inuaserunt, & in uestigio interfecerunt. Quod factum [illegible] Troiani in religionem uerterunt, ut putarint ob id illud ei meritò accidisse, quòd ferro equum sacrum Palladi uio[illegible]asset. Fuit alius Laocoon Calydonius, Porthaonis f[illegible]us, Oenei frater, qui expeditioni Argonautarum interfuit.* Ardens.] *animo concitato uehemens, seu ira percitus: quòd monstrosam & fatalem machinam in urbem portare uellent.* IVAMB. Hort. C

Et procul.] *Aposiopesis. ex interuallo, adhuc in ipso cursu exclamat. Arguit concitati animi uehementem impetum.* O' mi[illegible]eri.] *Exordium abruptum, ab exclamatione, indignantis conueniens. [illegible]hortatur populum Troianum, ne [illegible]achinam in urbem trahant: à [illegible] suspicione doli, quam confirmat, ab exemplis fraudis antecedentibus, à præsentissimo excidij periculo, ab hostium genere, à quibus equus erect[illegible]us, & in fra[illegible]dem rel[illegible]ctus esset.*

Sic notu[illegible] [illegible] *exemplo V[illegible]y[illegible], es enim mendici habitu Ilium ingre[illegible]us [illegible] [illegible]randum urbis situm & statum, tum aute[illegible] ad surr[illegible]endum Palladium, Helenæ indicio proditus, in præsentissimum periculum inciderat, nisi Hecubæ*

A turba beneficio seruatus, in pacatum euasisset. Obijcit hoc ipsum Vlyssi Hecuba apud Euripidem:

> οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
> δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
> φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;
> ὀδ. οἶδ'· οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.
> ἑκ. ἔγνω δέ σ' Ἑλένη, καὶ μόνῃ κατεῖπ' ἐμοί.
> ὀδ. μεμνήμεθ' ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.
> ἑκ. ἥψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν;
> ὀδ. ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.
> ἑκ. ἔσωσα δῆτ' ἐξέπεμψά τε χθονός.

Creditis.] *Propositio, quam ab exemplo Vlyssis confirmat.* Ligno.] *Tapinosis: in equo fatali, qui nõ secus situm urbis explorabit ad eius euersionem, quàm Vlysses dudum, cum mendici habitu Helenæ indicio intra muros deprehenderetur.* Equo.] *Ecphonesis, loco complexionis.* Dona.] *Respexit rursum ad parœmiam, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.*

ARGVMENTVM.

Non minori in re, quàm in oratione vehementia vsus est Laocoon, qui hastam magnis viribus in equum torquens, eius cauernas resonare facit.

NASC.

Sic fatus, ualidis ingentem uiribus hastam
In latus, inque feri curuam compagibus aluum
Contorsit: stetit illa tremens, utero que recusso
Insonuère cauæ, gemitumque dedêre cauernæ.
Et si fata deûm, si mens non læua fuisset,
Impulerat, ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaque nunc stares, Priamique arx alta † maneres.

al. maneret.

IN QVE feri.] *Ferus merdũ pro equo tàm uero, quàm fictio accipi, testis est Nonius Marcell. exemplumque citat ex Accij Medea: Peritè in stabulis frenos immittit*

B *feris. Sed & pro alijs quoque brutis animantibus accipi posse uidetur, quãdo Seruius interpres etymon feri docet ab eo, quod toto corpore feratur. Virg. ferum pro ceruo posuit in illo sept. Aen. uersu:*

Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.

Stetit illa tremens.] *exaggeratio, quæ ἐνάργειαν habet.* Cauæ cauernæ.] *Græca figura quam Diomedes Grammaticus παρονομασίαν appellat, ut pugnare pugnam Plauto, gaudere gaudium Terentio, ut χαρὰν χαίρειν, & μίμημα μιμεῖσθαι Aristophani.* Gemitumque dedêre.] *abusio hæc πάθος habet: hoc enim uerbo præsagium futuri ciuitatis excidij innuitur.* Et si fata Deûm si mẽs nõ læua fuisset.] *placet quod Seruius interpres ait, fata participiũ esse, id est quæ Dij locuti sunt: adde etiã uates, ut Cassandra, quæ Deoru iussu Ilij excidium sæpiùs cecinit: ubi ingens est conquestionis affectus ex aduersa Troianorum fortuna. nam ingẽs commiseratio moueri solet, cùm Deos nobis uel iratos, uel aduersos esse*

C *dicimus. Itaque cum magno doloris affectu pronunciandum uidetur.* Fœdare latebras.] *grauius, & minus plebeiũ, adde etiam crudele nescio quid maius habet fœdare, quàm lacerare: nam fœdare à fœderibus deriuat, quæ nunquam sine sanguine fierent. ita in 3. Aen.*

Obscœnas pelagi ferro fœdare uolucres.

Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.] *ita habent multi antiqui codices, quanquã Seruius timens τὸ ὁμοιοτέλευτον, maneret legendum mauult. Sed siue alterum tantum, siue utrunque persona secunda legeris, ἀποστροφὴ est cum ingenti dolore animi sic flatalis ferè extat apud Euripid. in Troadibus ex Neptuni persona:*

> ἀλλ' ὦ ποτ' εὐτυχοῦσα, χαῖρέ μοι, πόλις,
> ξεστόν τε πύργωμ'. εἴ σε μὴ διώλεσεν
> Παλλὰς Διὸς παῖς, ἦσθ' ἂν ἐν βάθροις ἔτι.

LAMB. Hort.

VALIDIS in.] *Grauiter uehementis animi impetum amplificat. Ingentem hastam, ualidis uiribus. Ira mentem addit, & uires auget. Admirabilis Poetæ copia hoc loco obseruanda est, in re alijs atque alijs uerbis explicanda.*

Feri.] *fortasse certè, consistit tamen lectio. Non desunt interim, qui certè legunt.*

Et si fata.] *Transfert culpam in fatalem necessitatem, quòd bene monenti non sit obtemperatum. Cæterùm, mens læua, à doctis prouerbij loco usurpatur, in eos qui pessima pro optimis & sectantur, & diligunt, optima rursum ut pessima repudiant. Ad hanc parœmiam pertinet illud ex Homeri Iliad. 6.*

> [illegible]
> [illegible]

Impulerat.] *impulisset: Enallage modi. Induxisset Troianos ad equum armis grauidum aut comminuendum, aut ignis subiectio corrumpendum.*

Troiaque.] *Per auersionem claudit hunc locum affectibus à loco & persona.*

ARGVMENTVM.

Sinonem vinctum ad Priamum pastores adducunt: cuius etiam natura, & mores egregiè depinguntur.

NASC.

Ecce manus iuuenẽ interea post terga reuinctũ,
Pastores, magno ad Regem clamore, trahebant
Dardanidæ, qui se ignotum uenientibus ultrò,
Hoc ipsum ut strueret, Troiamque aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atque in utrunque paratus,
Seu uersare † dolos, seu † certæ occumbere morti.
Vndique uisendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit, certantque illudere capto.
Accipe nũc Danaûm insidias, & † crimine ab uno

al. dolo. al. certè. al. crimina.

ECCE manus.] *explicaturus causam excidij urbis, ceu rem magnam, & insperatã, inter initia signum ponit repentini mali, Ecce. Pedianus Asconius in 2. act. contra Verrem, propriũ, ait, fuisse Ciceronis in rebus improuisis ponere hãc uocem, ecce: idque Maronem cum cura & legisse, & transtulisse ut hoc in loco, & paulò infrà:*

Ecce autẽ gemini à Tenedo trãquilla p alta.

Magno

Magno ad regē clamore trahebāt.] *magnā lætitiā cautā prabebat, ut insidiatorem festinanter ad regē adduceret.* Qui se ignotū.] *consilium certè Simonis callidū fuit, qui in manus pastorum Troianorum ultrò inciderat ut Ilium adductus eo, hortaretur Troianos ad suscipiendum in urbem equum: unde occultè colligi potest à minori. Si unus Simon dolis perdere potuit Troianos, quid multi, uel omnes Græci?*

Disce omneis.
Namq; ut conspectu in medio turbatus inermis
Cōstitit, atq; oculis Phrygia agmina circunspexit:

Fidens animi.] *quia parum credibile uidebatur hominem noxium, & insidias molientem consultò in hostium manus incidere uoluisse, rem probabilem facit à confidentia, & temeritate Simonis: unde ipsum quoq; in odium rapit: qui ne mortis quidem periculum timet, modò scelus, quod patrare decreuerat, conficere possit: imò ita confidit, ut qualecunq; peccatum admiserit, id impunitum futurum existimet. Non dissimili ferè ratione Cicero in orat. pro Sex. Roscio, aduersarios in odium adducere uidetur ex animi confidentia, cùm ait:* Qui omnia diuina, & humana uiolarunt, uexarunt, perturbarunt, euerterint, non solùm alacres, *Lætiq́; uolitare, sed etiam uoluntarios fortiss. atq; optimis ciuibus periculum moliri, de se autem nihil timere.* Seu uersare dolos, seu certæ occūbere morti.] *id prouerbium uidetur alludere: aut in sucris incendū, aut morien lū, quod dici solet, ubi certa stat sententia, aut negocium aliquod absoluere, aut mori, translatum itunt ab instituto Lacedæmoniorum: qui hoc animo prælium inibant, ut aut uictores redirent domum, aut uicti occūberent. Qui iam antiqui codices dolo legūt, quod non displicet & subaudiendum est, Troianos. ut sit Troianos exercere dolo, aut certæ: hoc est, firmæ, ac destinatæ morti occumbere: id magis approbant docti, quam certè aduerbium.* Vndiq; uisendi studio.] *quoniā fama iam increbuerat, hominem Græcum in latibulis repertum fuisse, & ad regem adduci, ex omni parte populus confluebat, tum ut eum uiderent, tum etiam ut contumelijs afficerent, ideóq; sequitur:* Certātq; illudere capto.] *tāquam insidiatori: id ego uidi fieri proditoribus, & in personas principū exitii machinātibus.* Accipe nūc Danaum [illegible]dias, & cri[mine] ab uno Disce omneis.] *rē magnā, ac penè incredibilē dicturus, attentionem sibi comparat auditorū, & beneuolentiam colligit ex personis aduersariorum: quos omnes ex uno deturpat, & in odium rapit, quo d in gerēdis rebus fraude, ac insidijs, adde etiam speciem simulatæ religionis, non aliqua uirtute nituntur: ergo omnes dolosi sunt, ac insidiatores Græci.* ,, *Ita quoq; Terent. in Phorm. de seruis ait: unum cognoris, omnes noris. hinc illud adagium est à Suida relatum:* ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα ὅρα: *id est, uno omnia specta. Quidam ex Donati sententia crimen legūt, ut sit* Accipe nūc Danaūm Insidias, & crimen. *quæ lectio etsi minimè inuenusta est, uulgata tamen receptior est,* & crimine ab uno Namq; ut cōspectu in medio.] *astutus, ac dolis malitiosus Simon non uoce, atq; oratione tantùm, sed uultu quoq;, atq; oculis, totiusq́; fere corporis gestu hostes mouere, & ad sui misericordiam deflectere conatur.*

LAMB. Hort. Ecce.] *Transitio ad occasionem erroris, & doli prodendæ urbis. Habet ipsa particula Ecce, attentionis uim: qua ferè utitur Poëta quoties singulare quiddam est subiecturus.* Manus.] *Synecdoche poëtica.* Terga.] *E*nallage numeri. Dardanidæq́;.] *Patronymicum pro primitiuo: ab euentu, quo in pastores Iliēses inciderit.* Hoc ipsum.] *A' causa finali. Dicta est metaphora à cæmentarijs & fabris.* Troiāq;.] *Interpretatio.* Fidens.] θαῤῥαλέος. *Descriptio personæ, à confidentia, temeritate & inconstantia hominis.* In utrumq;.] *A' uarietate ingenij. Vsurpatur hic uersus prouerbij loco ab authorib. Quadrat in hominem ad utrunq; fortunā instructū, ludicris pariter ac serijs accōmodatum: aut qui nouit cum bonis pariter ac malis conuenire. Hanc parœmiam extulit Homerus alia allegoria:*

> οἶδ' ἐπὶ δεξιά, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι †βῶν
> ἀζαλέην· τό μοι ἐστὶ ταλαύρινον πολεμίζειν.
> οἶδα δ' ἐπαΐξαι μόθον ἵππων ὠκειάων,
> οἶδα δ' ἐνὶ *σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ.

†βῶν ac *stadia, in pugna stataria.

Fuit autem hic Simon ἀνεψιὸς, [illegible] *hoc est, nepos ex auunculo, Vlysses. Erat enim Aesimi filius. Aesimus & Anticlea soror & frater, filij Autolyci. Hic Simon, ut scribunt Græcorū scholiastæ, ubi contumeliosè seipsum uerberasset, propè equum dureum consedit. Græci, ut inquit Tryphiodorus, igne in tentoria iniecto, in Tenedum retrò mouerunt, & in eas insulas circa Troiam, quæ Calydnæ dicuntur: è quibus duo dracones Porces & Charibœa transantes, filios Laocoontis peremerunt, mediis omnis populi, quòd is hasta durenum equum uiolare fuisset ausus. Verùm hæc paulò pòst. Egressis tum Troiam, dolis Simonis decepti fuerunt. Tracto circa urbem equo, crapula, gaudio & somno sepulti, ipse Simon, ut ex composito cum illo pactum erat, ostensa procul Græcis appropinquantibus face, ut ait Lesches (nam non erat media, & luna lucens oriebatur) eos ad Troiam aduocauit: atque ita urbem occuparunt. Verba Græca Tzetzis sunt in Lycophronis Cassandram:* [illegible] *Accipe.] Attentionis deintegratio, ab uniuersæ gentis ingenio ex uno Simone, ad confutatæ fraudis exordium.* Vno.] *Refertur hic uersus inter schemata prouerbia.ia, citaturq; hunc in modum, Ex uno specta omnia.* ἐξ ἑνὸς πάντ' ὅρα. *quo monemur, ex unius euentus experimento, reliquorum similium coniecturam facere oportere. Suidas diuersum eius usum indicat: in eos dici, qui perperam ex uno quopiam æstimant omnia.*

Oculis.] *Pleonasm[illegible] [ven]uste hypotyposin ficit turbati hominis subijcit spondaicus uersus.*

A
B
C

A

ARGVMENTVM.

D[illegible] Sinon, se omnibus ferè destitutum elementis, nec vsquam amplius consistere posse: quē & [illegible]tur, vt maestent, & in præsentia sui hostes vinctum teneant.

NASC. †al. quid iā †al. & super

Heu, quæ nūc tellus, inquit, quæ me æquora possūt
Accipere? aut † quid'nā misero mihi deniq; restat?
Cui neq; apud Danaos usquā locus, † insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

HEV, quæ nūc] Simonis querela est, quam dolorē per commiserationem ab exclamatione orditur & amplificat per cōgeriem: sic enim efficacior oratio est cùm ad suspicionem fraudis remouendam, tùm ad misericordiam auditorum comparandam: est enim ingens commiserationis affectus, ubi nostra incommoda sic amplificamus, ut ex duobus maximè necessarijs ad diuersandum elementis, terra, mariq; nos exclusos esse ostendimus: ut in primo Aeneid.

Europa, atq; Asia pulsus. Et quæ sequuntur, & quæ præcedunt. Fab. Quintilianus libro nono hunc locum adducens interrogationem gratia miserationis appellat.

B Aut quid iam misero mihi deniq; restat] cum affectu maiore, nec absq; lacrymis pronūciandum est, id quod planè indicat in his tribus uocibus perelegans notacismus, quarum prima in m. desinit, reliquæ duæ ab eodem m. inchoant elemento. iam misero mihi: est enim m. litera lugentibus ualde accommodata.

Cui neq; apud Dan.] exaggerat incōmoda sua. Ipsi Dardanidæ infensi. ἐμφατικῶς. q.d. quibus salutē allaturus sum querela quoq; persimilis extat apud Sophoclem in Aiace flagellifero: ubi Aiax hūc in modum queritur:

καὶ νῦν τί χρὴ δρᾶν; ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς
ἐχθαίρομαι, μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός,
ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε.

Cū sanguine poscunt.] pœnarū exaggeratio est.

HEV.] Orditur fundamenta doli sui, ò ficta querela, ut affectus Troianis, odiū uerò Græcis rōciliet. Cui neq;.] Beneuolentia à misericordia auditorū, apud quos causam dicit & aduersariorū odio, quib. auditorū seu iudicū animos sibi conciliat. Poscunt.] deposcunt me ad pœnam. LAMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Commoti Sinonis oratione Troiani, v[t] intrepidè, ac liberè quis sit, dicat, hortantur.

NASC.

Quo gemitu conuersi animi, cōpressus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quid'ue ferat, memoret quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur.

QVO gemitu.] quantum oratione, actioneq; simulata efficere Simon potuerit, ex ea re colligi potest, quod homines sibi infensos solo gemitu, uel lacrymula ad commiserationem perduxit, nisi id bonitati animi Troianorum tribuendum mauis: ex qua eos occultè commendare uidetur, tribuit ubiq; Virgilius Troianis pietatem, simplicitatemq; animi: Græcis uerò impietatem, fraudulentiamq; mendacium: ut maior in circumuenientibus, quàm

C in circumuentis turpitudo appareat. Hortamur fari.] quatuor proponunt, quæ ab eo scire uolunt: genus ipsius, quid aliunde ferat, quid ipse dicat, quam uiuendi spem habeat, cū in hostiū manus inciderit. Quid'ue ferat, memoret.] nō una, sed duæ sunt petitiones: querūt.n. quid aliunde ferat, (nā exploratorē adhuc esse suspicantur) & quid ex seipso dicat: uel fortasse uerius. ecquid habeat, quid de alijs, & de se ipso dicat. Ille hæc, deposita.] reuocatis animi uiribus confidentiùs loquitur

QVO.] Redditio causæ beneuolentiæ Gemitu hominis, Troiani cōmoti fuerunt. Hortamur.] Paucis uerbis uberrima materia ad dolū contexendum præbetur. Quæ patria, genus, fortuna, quo casu post fugam suorum ibi sit relictus, quæ causa fugæ fuit fuerit, unde hæc prodigiosa equi moles, & quid sibi uelit. Hæc miro artificio mox Sinon narrando amplificat. LAMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Quæsitis respond[et] [S]inon: qui[s] [s]u[i]s [...] [...]amq; suam enarran[s] & vera fal[sis] m[i]scen[s], negocium suum artificiosè pertractat, ut probab[i]l[i]a [...] p[...] f[a]cilè auditoribus fidem f[a]c[iat].

NASC. †al. fuerit quodcūq. †al. aliquod

Cūcta equidē tibi Rex, † fuerint quæcūq;, fatebor
Vera, inquit: neq; me Argolica de gente negabo.
Hoc primum. nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, uanū etiam, mendacemq; improba finget.
Fando † ali[q]uid si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella uetabat,
Demisêre neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & cōsanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.

CVNCTA equidē tibi Rex.] initiò beneuolentiam, attentionemq; sibi rēparat, & do[ci]litatem. nam se uera [d]icturum, nulla uerum, periculorumq; habita ratione pollicetur. Arist. in 3. de arte rhet. dociles potissimùm ab eo effutiendis tores ait, qui præstare potest, ut uir æquus, ac bonus esse uideatur: quid ergo aliud conatur Simon, nisi ut uera pollicendo uir bonus esse iudicetur? tale extat ferè orationis initium apud Sophoclem in Antig. ubi nuntius antequàm Creōti rem aperiat,

Dum stabat regno incolumis, regnumque uigebat
Consiliis, & nos aliquod nomenque decusque
Gessimus. inuidia postquam † Pellacis Vlyssis
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris,
Afflictus uitam in tenebris, luctuque trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me, fors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem uictor ad Argos,
Promisi ultorem, & uerbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere uoces
In uulgum ambiguas, & quaerere conscius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue moror? si omnes uno ordine habetis Achiuos,
Idque audire sat est: iamdudum sumite poenas. (uos?)
Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridae.

Val. fallacis Vlyssi

aperiat, longo sermone utitur, ut metu se liberet, atque ita ait:

ἐγὼ εἰμι ἀ... τα, καὶ πα... ἐκ ... παρόντων ... αγ... ἐκ...

Neque me Argolica] planè fatetur, quod dissimulare non potest: & astutè à uero inchoat, ut reliqua sine fraude dictus uideatur. haud secus in tertio Aeneid. Achaemenides nomen profitetur suum:

—scio me Danais è classibus unum. Et est primae petitionis responsio, quo sanguine cretus. Nec iam miserum.] conciliat sibi auditores tum per commiserationem ex sua calamitate, tum etiam per simulatam quandam simplicitatem: nam & uultu, & uerbis, necnon & gemitu id efficit, ut simplex, syncerus, apertus, & uerus esse uideatur: qui locus ad animorum conciliationem efficacissimus est: est enim natura comparatum (ut inquit Arist. in 1. de arte rhet.) ut probis, & honestis uiris uehementius, celeriusque credamus non solùm in his rebus, quae certa, exploratàque sunt, sed etiam omnino in his, quae in utranque partem asseruntur opinionis arbitrio: occultè etiam Troianorum leuitati insultare uidetur, cùm se mendacem, fallacemque esse neget, qui mendacij, fallaciaeque gratia Troianis ultrò sese obtulerat: ex Accio sumptum putat Macrob. in Telephoe sic enim ait:

Nam si à me regnum fortuna, atque opes
Eripere quiuit, & uirtutem nequiuit.

Fando aliquid] narrationem aggreditur: quam auspicatur à causa: primùm rem omnibus notam & magna ex parte ueram narrat: mox falsam subnectit, sed uerisimilem. Sic enim in fictis narrationib. faciliùs fides fieri potest, si ueritati probabile mendacium implicetur: neque enim quae aut de casu suo, aut de fabricatione equi Simon confinxerat, Troianis facere fidem poterant, ideo alia subnectit, quibus plena fides haberi possit, & quae Troianos libenti animo audituros esse iudicet hostes ipsorum abijsse: se Graecis infensum: Palamedem, quia bella uetabat, pacemque persuadebat, ab Vlysse proditum. Palladium à Diomede, & Vlysse asportatum, aliàque etiam, quae suo loco ordine narrantur: ergo alia credebantur: quia haec magna ex parte uera fuisse constabat, inter omnes admonent rhetores, praesertim Cicero, narrationes seu ueras seu falsas ita tractandas esse, ut in illis uestigia probabilitatis appareant: quod enim alibi, tùm hoc maximè in loco Virgilius obseruasse uidetur: nam & personarum rationem habet, & temporum locorumque opportunitates, consiliorumque rationes seruat: etenim pati Simon potuit & facere potuit Vlysses adhaec temporis opportunitas adfuit, nox qua fugeret, & locus idoneus in quo lateret, ulua, & limosus lacus: causa non defuit probabilis, cur de eius pernicie cogitaret Vlysses, metuit scilicet quem [illegible] Simon minitando incusserat: nam [illegible] Palamedis se ultorem [illegible] fore promiserat, odiumque in se [illegible] maximum concitarat. Belidae nomen Palamedis, & inclyta fama.] Palamedem ab antiquitate generis,

A utpote qui à Belo originem duceret, & à rerum gestarum gloria commendat. De Palamede multa scruius interpres, & Philostratus in Heroicis. Quem falsa sub proditione Pelasgi. Insontem.] mouet commiserationem ex infelici Palamedis sorte: quem & ab integritate uitae commendat: Graecos autem occultè iniustitiae, temeritatisque arguit: qui uirum insontem, & ab omni proditionis culpa alienum, belli osorem, pacis studiosum occiderint: atque omnia haec ad sui commendationem Simon exaggerare uidetur, quasi ex optima animi conscientia, & honestate uitae Palamedis, quo cum diu uixerat propinquus, & comes, uitam, ac mores suos spectandos uelit. Quia bella uetabat.] B τὸ αἴτιον. Macrob. in 4. Sat. Hunc Virgilij locum πάθος à causa uocat: nam & si misericordia iam dignus uidebatur, quia Poëta dixerat, insontem, infando indicio: tamen, ut factum amplificaret, causam admouit: quia bella uetabat. Nunc casum] reuera Graeci (ut inquit Philostratus) Palamedis necem luxerunt. Illi me comitem.] tribus ex locis, quae personis attributa uocantur deducere argumenta ad fidem suae probitatis faciendam uidetur, ab aetate, ex uictu, ex fortuna: haec enim praecipuè in coniecturalibus causis considerari solent, quemadmodum, & apud quos, & à quibus eruditus fuerit, quibuscum uixerit, an puer sit, an adolescens, diues, an pauper: nobilis, an ignobilis: ut ex ijs utrum aliquid factum sit nec ne, trahi suspicio possit. Igitur ex communione uitae, & ex frequenti, longàque consuetudine iam inde à puero cum Palamede uiro tùm optimo, tùm uitae integerrimo, atque nobilissimo, sibique consanguinitate coniunctissimo instituta, conatur ex Troianorum animis omnem uel prauitatis, uel suae fraudis suspicionem auertere: nam probabile non est, qui optimi, integerrimique uiri longa, atque intima consuetudine sit usus, eum esse pessimum hominem, praesertim si ab adolescentia coeperit consuetudo. C Pauper in arma pater.] remouet odij suspicionem, quod paupertate ductus militatum abierit: ita quoque fecisse uidetur in 3. Aen. Achemenides, cùm ait:

—Troiam genitore Adamasto
Paupere (mansissetque utinam fortuna) profectus.

Hinc apparet militiam à nullis nisi paupertatis gratia antiquitus susceptam fuisse. Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.] haec non tam ad eius commendationem, quàm ad fidem faciendam pertinent. Non enim probabile est, ut qui aliqua rerum gestarum gloria claruerit, is fraude, aut scelerum turpitudine nomen suum obscurare uelit, rem, personamque extenuat ad arrogantiam euitandam, quod & numero multitudinis utitur, nos, & quod ait, aliquod nomen. Optima sanè laus illa est, quam quisque sibi meritò, & absque arrogantia tribuit. Hinc etiam magnus conquestionis affectus per locum communem deduci potest à commutatione fortunae: nam quibus incommodis fuerit, dum Palamedis gloria, & fortuna floruit, quibus in incommo-

A *dis ob eius obitum uersetur, comparatione ostendit. ideo sequitur:* Inuidia postquam.] *altera pars comparationis, quæ quibus in miserijs exstat, planè facit, culpamq́ omnem in Vlyssis inuidiam reijcit: nam inuidia ductus Vlysses Palamedem, propter aduectum ab eo frumentum, nefariè prodidit. Sic solent praui homines cũ iure nequeũt, iniuria quauis hostibus suis exitium machinari.* Pellacis Vlyxis] *ex Lucretio sumpta uidetur uox pellacis. ita enim ille ait:*

" *Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.*

Afflictus uitam in tenebris, luctuq́ trahebam.] *mouet commiserationem ex acerbitate uitæ suæ, quasi inuitus uiuat. quidam hoc πάθος ex habitu uocant, quale illud in 3. Aeneid.*

" *——aut ægra trahebant Corpora——. Et in quinto:*
" *——genua ægra trahentem.*

Et casum insontis.] *renouat commiserationem, eiq́ indignationem adnectit, quod uir innocens proditus, necìq́ traditus fuerit: hæc tacitus quandoq́ secum meditabatur, interdũ dolore exuperante Vlyssi non absq́ ingenti uitæ suæ periculo minabatur: propterea se dementem uocat, quòd non tacuerit.* Promisi ultorẽ.] *uerisimilem narrationẽ*

B *facit à causa: nam cùm cædis Palamedis se ultorem fore constituisset, idq́ illi sæpè uultu, & uerbis significasset, causa extabat Vlyssi idonea, ut se tanta ex suspicione, ac metu quacunq́ ratione liberaret: hæc igitur illius infortunij origo fuit, ideo subdit:* Hinc mihi prima mali labes.] *mouet commiserationem ex sua calamitate: hinc enim secutum est oraculum, & chalcantis deliberatio: de quibus paulo infrà dicetur. Sed antequam Vlysses uoti sui compos fieret, se ab eo sæpiùs territum fuisse ait multis causis, quas ille dolo abstruebat, ut ipse occideretur: nam sequitur:* Hinc semper Vlysses Criminibus terrere nouis, hinc spargere uoces.] *ea uoce, acrimonia, impetuq́ animi proferenda sunt uerba hæc, ut anxietas quoq́, & solertia Vlyssis effingatur se in uarias formas transferentis, ut Sinoni noceat. Id enim planũ facit repetitio, quæ procuddubio à Poëta huic loco de industria adhibita fuisse uidetur. Porrò hæc Sinonis oratio ex eo probabilis esse apparebat, quod homines plerunq́ nõ spe solum adipiscendi commodi, uerumetiam euitandi incommodi gratia ad scelera compelluntur: nam cùm Pala-*

C *medis amicus, comes, consanguineusq́ extitisset Sinon, sæpiusq́ eius necem se uindicaturũ dixisset, erat Vlyssi quod caueret, Sinonisq́ minas uereretur, ac omnes uias persequeretur, quibus illum perderet.* Ambiguas] *dubiè, ac perplexè loquebatur uafer Vlysses, ne, si apertè ageret, accusator esse uideretur: quod nomen seu pessimum uehementer fugiendum est, id etiam ad Sinonis cõmendationem deduci potest: quasi diceret, ideò ambiguè loquebatur, quia in me quæ uerè obloqueretur, non habebat.* Et quærere conscius arma.] *uires suas experiebatur, nunquid me dolo perdere posset: nam arma sunt uniuscuiusq́ rei facultas. unde illud Virgil. ex 12. Aeneid.*

Tum demum mouet arma leo——.

D Nec requieuit enim, donec Chalcante ministro.] *paulò altiùs efferẽda uox est, maioreq́ animi impetu proferenda sunt uerba, id quod indicat ἀποσιώπησις: id est, semiplena oratio: quæ ira, odio, atq́ indignatione cõcitatis aptissima est: tacuit enim uerba, destinat me aræ: nã etsi contentione, & acrimonia nocte dolos, fraudesq́ Vlyssis proferre cœperat, tamen cùm ad finem peruenisset, ut eius impietatem ostẽderet, tanta indignationis ardore deflagrauit, ut perficere orationem non ualeret: id causa fuit reticentiæ, nõ quod Seruius ait, ut interrogare, & audiendi Troianos audire cogat.* Sed quid ego.] *κατ' ἐπανόρθωσιν orationis suæ longitudinẽ accusat, eoq́ magis, quia tum sibi, tum etiam Troianis ingrata dixit. Id autem facit, ut à Troianis aliquid expiscetur, occultumq́ eorum animum teneat.* Vno ordine.] *id ex consuetudine agendarum causarum Seruius tractũ esse autumat, quæ ordine agebantur: idq́ probat ex Iuuenale Sat. 16.* Iamdudũ sumite pœnas.] *ubiq́ spergit commiserationis affectus, ut Troianos moueat. Porro ad illud iam peruenerat, ut falsa relaturus esset: itaq́ ne omnia referendo (ut ait Donatus) daret suspicionem falsitatis, concludit orationem: quasi dicat, quorsum Achiuos meos proderẽ: cùm tamen sim moriturus, etiã cùm omnia dixerim.* Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ.] *astutè, ut uitam impetret, factum uituperat per communem indignationis locum ex uoluntate aduersariorũ. Sumptus est hic uersus ex illo primi Iliad uersu:*

" *ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες. id est,*
" *Scilicet hoc Priamus gaudet, Priamiq́ iuuentus.*

Tale est illud Ouid. ex 2. de Fast. de Sexto Tarquinij filio:

" *Nudarunt gladios, occidite, dixit, inermem:*
" *Hoc cupiunt fratres, Tarquiniusq́ pater.*

Et in epist. Deianiræ:

" *Hoc uelit Eurystheus, uelit hoc germana Tonantis,*
" *Lætaq́ sit uita labe nouerca tua.*

CVNCTA equidem.] *Mirabili artificio contexta ad persuadendum uerisimilia omnia, oratio. Obseruauit, quantum præceptorum de hoc orationis genere apud artis scriptores extat. Narrat enim omnia accommodatè ad mores, persuasionem, & gratiam Troianorum: id quod natura rei expostulat. Habet præterea rationem non modò circumstantiarum: id est, personarum, rerum, causarum, antecedentium & insequentium: uerumetiam opportunitatis circa res, tempora, occasiones & loca. Itaq́ falsa dicturus, dat operam, ut uerisimilia appareãt: & ueritati historicæ, quam subinde prudenter miscuit, uana conueniant: ne unquam ficta conuincantur. Quare iuxta prouerbium, mendacem memorem esse oportet, ne in mendacio usquam deprehendatur.* LAMB. Hort. Cuncta equidem.] *Beneuolẽtia à Priami persona: ut benignè ac cum silentio à circumfusa multitudine audiatur.* Fatebor.] *quasi coactus, alioqui nõ dicturus.* Neq; me.] *Quis sit, & qua natione. Cõfitetur uerũ: quo non solùm misericordiam concitat, uerumetiam fidẽ ob rei statum ueritatem conciliat: quo sequentia eandem mereantur.* Fortuna.] *A conditione affectus.* Sinonem.] *Pathos à proprio nomine. ἐπ᾽ ὀνόματος tertia persona, hoc figuræ usurpatur, quàm prima.* Vanũ.] *Deprecatur id maximè, cuius opinio in auditorum animis in primis sedere posset: ut maiori cum fide mendacia consuat. Vanum quid appellet, ipse mox epexegesi reddit, mendacem: Si fortuna fecerit Sinonem miserum, at non perinde finget mendacem. Prius in speciem uerum est, alterum uerò uanum. Principium narrationis aptè ductum à Palamedis historia, quæ Sinoni ad præsens consilium uehementer conducit. Nomen enim illius cædis ad Troianos quidem permanarat, causa uerò latuerat, aut certè uariarat, ut solent multa de hostibus apud hostes uulgi sermonibus ferè iactari. Quamobrẽ haud difficile est Sinoni, nouũ commentum rei affingere, idq́ hostibus ita persuadere:*

quippe qui ex iisdem castris id proficisceretur. Quamobrē haud dubiam fidem merebatur. Fando.] Rhetores inter alia narrationis decora præcipiunt, ut ea quæ uerisimilia finguntur, ueris interferantur, ne ficta omnia esse appareant. Obseruauit id Poëta cùm toto opere, tum hoc maximè loco, ut dixi. Itaq; à ueris narrare auspicatur: Fando aliquid. At mendacium illicò affingit: Quia bella uetabat.

Belidæ.] à Belo orti. Belus pater Danai fuit, & Aegypti. Danai 50. filiæ, Belides dictæ fuère: ex quarum una Amymone, & Neptuno, Nauplius (uel, ut alij, Nauplus) pater Palamedis, prognatus fuit. Quo loco Neptunus eam compressit, fertur terram fuscina sua uerberasse, unde aqua ebullierit: quem fontem posteri Lernæum dixerunt, siue Amymonium, à matre Amymone uel, ut nonnulli autumant, ab Amymone Sileno. Palamedis.] Cum uniuersa Græcia ad bellum Troianum conuocaretur. Vlysses uerè λαμπρὸς, ut dixit Lycophron, furorem finxit. Quem, ut uerum coargueret, uarij generis animalibus iunctis cœpit arare. Palamedes Nauplij filius, fucum illum detecturus, aranti filium Telemachum opposuit: à quo cùm prohibuisset aratrum, facilè simulatam dementiam prodidit. Cùm iam ad Troiam bellaretur, & Vlysses frumentatum missus nihil adferret, Palamedes eòdem profectus, magnum frumenti numerum in castra aduexit. Vlysses aduertens Palamedem muneribus suis consilijs infestum magnam auri uim cum literis adulterinis clàm in eius absentis tentoria abstrudi iussit. Hinc eum palàm proditionis accusare adortus, prolata pecunia, nullo momento apud exercitum rerum ignarum conuicit. Hac calumnia uictus, à multitudine uniuersa Græcorum lapidibus obruitur. At quàm impunè, res Græcorum statim arguerunt. Nauplius enim pater, ubi ex nocturna imploratione deorum accepit, ad Caphareos scopulos adesse Græcos, facem ardentem eo loco, ceu amicis adnauigantibus, extulit: signum, ad quod tanquam in portum cursum dirigerent. Erant illic saxa latentia sub summa maris superficie. Huc Græci ubi cursum uertissent, naufragium omnes, paucis exceptis, fecerunt. Atq; hunc in modum Nauplius filij mortem ultus fuit. Posteris temporibus templū huic Palamedi in Lepetymno monte Metymnes extitit. Græci scholiastæ annotarunt, patrem Nauplium, accepta filij morte, ad Græcos nauigasse, ac uindictam de filij nece poposcisse. Verùm cùm nihil obtestando obtineret, re infecta reuersus fuit. Gratulabantur enim omnes Agamemnoni, cuius auxilio fretus Vlysses, Palamedem è rebus humanis sustulerat. Nauigauit circa Græcorum urbes, & loca: concitauitq; hic absentium ducum uxores, ut cum alijs: procis adulterarent: Clytemnestram Agamemnonis, Aegistho, Aegialeam Diomedis, Sthelenо: uel (ut alij) Cometæ, Sthelenі filio: Medeam Idomenej Leuconi, quam postea unà cum filia eius Clisithyra ipse Leucon interfecit, in templum fugientem, Penelopen, ut à procorum grege adamaretur: & ad consimilem modum, aliorum uxores. Decem urbes Cretenses post bellum Troianum inde alienatas, imperio occupauit. Ipsum uerò Idomenea in Cretam adnauigātem, regno expulit. Postea accepto Græcorum in patriam reditu, memorata fraude circa Caphareum, περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας, in præsentissimum naufragium per noctem eos attraxit. Nunc is locus Xylophagos nuncupatur, ubi Græci appulsu suo, quia littus esse uidebatur, facto naufragio hausti fuerunt. Euripides in Palamede:

ἐκτάνετ' ἐκτάνετε τὰν πάνσοφον ὦ Δαναοί, A

τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσᾶν. «

Hanc ob uindictam, Lycophron hunc Nauplium, Palamedis patrem, & propter uersutum ingenium, ἐχῖνον uocat: est enim echinus, uersutus & callidus: id quod parœmia testatur:

πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. «

Porrò Dares tradit, Palamedem à Paride telo collo traiecto interfectum. At Dictys illius historiæ author est, quam Maro est hoc loco sequutus, eum per Vlyssis & Menelai literas suppositias perijsse, ut qui grandem à Troianis pactus pecuniam, exercitū hostibus prodidisset. Itaq; Nauplio patre hic, & matre Clymena, Agamemnonis sorore prognatus, illustris poëta fuit. Scripsit pulcherrima poëmata, quæ posterorum Agamemnonis inuidia perierunt. Sunt, qui eius rei culpam in Homerū conijciunt. Elegantissimarum rerum repertor fuisse perhibetur. Inuenit sua industria & philosophiæ beneficio, ad Iliū, rationem trahendi diuturnam obsidionem in castris. Pleraq; quæ rebus gerendis conducerent: quorum partim huc spectabant, ne tempus per otium dilabens militum corpora inertia frangeret: partim, ut animorum ægritudines tollerent: fritillum eius inuentum fuit. B Reperit numeros ad censendum exercitum: item suffragia, quibus in iudicando deliberandoq; utimur. Ad hæc, mensuras, pondera, & literas aliquot, (etsi multo ante bellum Troianum, Moses Hebræis, Cecrops Atheniensibus sua scripta reliquerant) θ, φ, χ, Hyginus 11. literas ab eo repertas ait. Nonnulli ad has tres, ξ tantùm adijciunt. Huius inuentum est, castra instruendi exercitus, datio signi, uigiliæ in castrorū stationibus, quemadmodum Sinonis eodem bello, specularis significatio. Extat ἀπόδειξις in uaria historia Ioannis Tzetzæ, ὅτι οἱ πρὸ παλαμήδους οἱ ἑλλήνες ἄνευ γραμμάτων. Quæ narratio, quia prolixior est quàm quæ hic asscribatur, omittenda est. Illud tamen operæpretium est, quod annotetur ex eiusdem Variæ historiæ authore, communem hominum opinionem tenere, sedecim literas à Palamede, reliquas uerò octo ab Epicharmo, Cadmo, & Simonide inuentas. In Lepetymno monte Methymnes sepultus fuit. Insontem.] Verum hoc, per aurū dolo inimici in tentorio abstrusum: & literas suppositias, quibus proditionis conuictus fuit. Quem falsa.] Pathos à causa: Quia bella uetabat. Cassum lu.] mortuum: periphrasis. C Quòd infantem lapidibus obruissent, uerum: quòd mortuum uerò lugerent, falsum. Demisère.] Pathos, ab innocentia. Itaq; hæc ita merentur fidem, ut quæ inter duo uera collocentur. Constat enim Palamedem Vlyssis fraude interfectum, & Græcis profectis, Sinonem relictum ad urbem, in confessa est. Hæc artificiosè connectit, unde fraudis fundamento sumpto, quòd Palamedis consanguineus esset. Quod cùm uideatur nihil summæ rerum allaturum, & ueluti extra rem & nihil ad rem pertinens, pro uero accipitur, & fidem præbet omnibus illis quæ postea dicuntur. Illi me.] Fictum hæc est, & uanum: cùm Sinon non Palamedi, sed Vlyssi, ut paulò suprà est annotatum, sanguine iunctus esset: quorum Vlysses Anticliæ, Sinon uerò Aesimi erat. Fuerunt ergo Sinon & Vlysses ἀνεψιοὶ, ὅτε ἐξάδελφοι ex fratre & sorore geniti: hoc est, amitini. Sed hæc uanitas huc spectat, ut ea quæ sequūtur, uerisimilia sint auditoribus. Haud ignota.] Liptote. Pauper.] Pathos à fortuna. Nec aliquod.] Et hoc falsum: sed ne ab improbato uerba profecta uideantur.

A deceriter. pathos à fortuna. Regnum.] *Nam regno Agamemnone abrogato, Palamedes aliquandiu suffectus fuerat.* Inuidia.] *Verum hoc: Quare etiam significanter addit, se omnibus comperta dicere. Et creduntur ista uelut in uulneratio, ut nulla sit ratio, cur uana esse credantur. Iam uerò odium dicendo Vlyssi apud hostes conciliat: cuius nomen etiam antè Troianis, ob proditionis & alias insidiarum artes iamdudum inuisum fuerat.*

Afflictus.] *Falsum uerùm additum ad concitandos affectus, à misera insequuta uitæ suæ ratione.* Mecum.] *apud animum meum: nam palàm in eas aduersus Vlyssem supplicij metu non audebam.* Amici.] *Palamedis.*

Nec tacui.] *Falsū: sed causæ suæ opportunū.* Fors] *quæ fortuna.* Odia] *Emphasis. concitaui mihi Vlyssis odium, acerrimi hostis uestri, quo infestiorem rebus Troianis castra Græcorum non habuerunt, uel uobis iudicibus.*

Hinc mihi.] *Epiphonema, ex uerisimili per omnia narratione collectū, quæ sequuta minas uindicta inducit.*

Criminibus.] *A consequentibus: ea uana sunt; sed circumstantijs apta: hoc est, loco, personæ, & causæ quam agit.* Ambiguas.] *hic periculosas dicit, & capitales.* Arma.] *fraudem & dolos; quibus mihi insidiaretur, ut erat*
B
ἀνομῖτε. Donec.] *Aposiopesis. Suppressit artificiosè uerbum Destinarer, ut abrupto narrationis filo, attentos noua ab integro postea historia, in præconcissimum errorem tanquam in nassam pertrahat: & in primis cognoscendi catastrophen cœptæ fabulæ desiderio accensos, ulteriùs ad percontandum urgeat.*

Calchante] *Fuit hic Thestoris Mycenæi filius, uates & augur clarus, qui cum Græcorum ducibus ad Troiam uenit. Huic oraculum redditum aiunt, tum demum eum fatis concessurum, ubi in uatem se præstantiorē incidisset. Porrò post Troiæ excidium ipse unà cum Amphilocho, Leonteo, Podalirio, Polypete, relictis circa Ilium nauibus, pedestri itinere Colophonem proficiscitur: quo loco sepelierunt Calchantem. Etenim cùm apud Mopsum uatem hospitio hi essent excepti (erat hic Apollinis filius, & Mantus) inter Calchantem & Mopsum certamen incidit de agresti ficu. Rogasse itaq; fertur Mopsum Calchas, quot grossos arborem ferre crederet: respondit, decem millia, & super modium, unum. Atq; ita inuentum tradunt. Percontatur uicissim Calchantem Mopsus, de scrofa instante partu, quot surculas grauida gestaret, & quando pareret. Cùm porrò Calchanti nihil esset quod responderet: Decem, inquit ipse, porcellas gestat, & inter eos marem unum, pariet cras. Quæ cùm ita euenissent, dolore contabuit Calchas. Sunt qui tradunt, eum sibi mortem consciuisse. Refertur ab alijs multò diuersius. Cæterùm Homerus huic absolutam uaticinandi peritiam attribuit, ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Hic fuit ille Calchas, qui (ut refert Homer. Iliad. 2.) ex passerum numero Troiani belli annos fuit auguratus, & Ilij excidium.* Sed quid ego.] *Miro artificio narrationem rei expectata abrumpit: idq; ficta salutis desperatione. quo audiendi auidos, magis ad reliquum fucum cognoscēdum accendat.* Ordine.] *Vanos & perfidos ex uno Vlysse omnes iudicatis. Occupatio, qua suspicionem doli dissimulanter deprecatur.* Achiuos.] *Græcos. Achæorum ueteri appellatione dicti fuêre Argiuæ urbis & Spartanæ incolæ, ab Archandro & Architele filijs Achæi, qui fuit Xuthi.* Sumite.] *Fictè hortatur hostes, ad sui pœnam. Nam cùm constet, Vlyssis & Atridarum nomen uehementer apud Troianos fuisse inuisum, nouit nulla eos in re illis gratificaturos: sed ne in sceleratissimum quenquam, in illorum gratiam animaduersuros, nedū in insontem. Quare addit id illos petere; imò magno ære redimere, si sit opus.* Ithacus.] *Vlyssez: antonomasia, ut in Atrida.*

A R G V M E N T V M.

Quærunt Troiani à Sinone causam audire tanti Græcorum sceleris in ipsum.

Tum uerò ardemus scitari & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artisq; Pelasgæ.
Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur:

NASC. Tum uerò.] *nactus est Sinon, quod potissimum quærebat, ut*
C
interrogaretur à Troianis, cur tantopere ipsius interitum optarent Græci: ita necessariò occurrebat, ut causam redderet, quamobrem Græci non abijssent, quos tamen Troiani nauigasse putabant: quæ quidem causa totum ipsius Sinonis commentum uerisimile faciebat. Ardemus scitari.] *cur tātopere gratus sit Græcis illius interitus.* Tantorū.] *amplificatio est.* Artisq; Pelasgæ.] *inuidiosè, & cū felle, ita etiā infrà:*
——ille dolis instructus, & arte Pelasga.

LAMB. Hort. Tum.] *Graphicè naturam ingenij humani depingit. Quæ negantur, scire auet, ut sæpenumerò sibi exitij sui hoc errore sit author. Reddit Sinon particula Donec attentos, ad id, cuius causa cœpta fuit narrationis series, cùm illos hiantes arte luderet. Cæterùm noua hæc, sed planè fabulosa narratio, huc spectat, ut ad confirmandum errorem, exemplo probet, quod narrare cœperat, ut insequuta antecedentibus connectant: id est, Vlyssem non antè quieuisse, quàm ab eo in capitis periculum adductus esset.*

Pauitans.] *Vt doli suspicio excludatur: simul, quo fingat animum perturbatum ad concitandos affectus coarguat. Emphasim habet metaphorica uox* Ardemus: *quæ admirabile studium in sciscitando ostendit.*

A R G V M E N T V M.

Comparata sibi apud Troianos fide Sinon proditionem aggreditur: quam auspicatur ex Græcorum uoluntate nauigandi in Græciam: quod nec facere possent, & uentis sæpenumerò reiectos, & oraculo prohibitos fuisse memorat.

Sæpè fugam Danai, Troia cupiêre relicta,
Moliri, & longo fessi discedere bello:

NASC. Sæpe fugam Danai.] *narratio hæc à quibusdam expositio argumētosa appellatur,*

 quia

Fecissentque utinam: sæpè illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit auster euntes
Præcipuè, cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt † æthere nimbi.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isque adytis hæc tristia dicta reportat:

quia causam sibi adnexam habet: quæ statim sequitur.

† al. æquore

Et longo fessi discedere bello.] *rem falsam uerisimilem facit à temporis longitudine: nam probabile uidebatur, ut Græci consilium cepissent abeundi, qui per decennium Troiam frustrà expugnare tentauerãt. Conciliat autem sibi Troianos: quorum uirtute Græcos fractos fuisse ostendit.* Sæpè illos.] *κατ' ἀνθυποφορὰν obiectionem occupat, cur Græci non abierint, cum tanto nauigandi desiderio tenerentur, rationemque assignat ex euentu deductam, quod tempestate impediti soluere nequiuerint.* Et terruit Auster.] *causam tempestatis ponit, quæ Austro orta est meridionali uento, nisi mauis μετωνυμικῶς speciem pro genere positam.*

Toto sonuerunt æthere nimbi] *exaggeratio tempestatis: sed uelle fidem facere uidetur testimonio diuino equum illũ ligneum munus esse religiosum, ac Mineruæ dicatum. ideo dixerat:*

Præcipuè, cùm iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus.

Suspensi Eurypylum.] *in dubijs rebus ad diuinũ confugiendum est auxilium: mittunt ergo Eurypylum Euæmonis filium uirum fortiss. qui, ut scribit Homer. in 2 Il. cum quadraginta nauibus in expeditionem Troianam Agamemnonem est secutus.* Scitatum.] *alij scitantem, pro sciscitaturum legunt: at Sosipater Carisius scitatum agnoscit: proque sciscitatum positũ ait.* Tristia dicta.] *minantia. Nonius Marcell.*

LAMB. Hort.

Saep' à fugam.] *Narratio altiùs ab integro repetita, quàm finiri paulò suprà cœpta fuerat. Orditur à fuga consilio non semel concepto, & causis moræ, ob quas hucusque illam distulerint: quas ait fuisse, tempestatem, uentum aduersum ostenta diuorum.* Auster.] *Species pro genere: quanquam is uentus planè nauigaturis aduersus erat.* Præcipuè.] *A recenti causa.* Suspensi] *dubij: metaphora, à corpore ad animum.*

Eurypylum.] *uatem & augurem celebrem. Quidam tradunt, & inter eos Homerus, Eurypylum quendam Euæmonis & Opis filium, Orchomenio, seu Ormeno profectum, cum 40. nauibus ad Troiam uenisse, & à Phlegeo Alphæi filio postea interfectum. Alij eum à Neoptolemo casum scribunt.* A

Ormenũ scribũt duos habuisse filios, Amyntorem & Euæmonem: quorum Amyntor Phœnicem, Euæmon Eurypylum genuerit: atque Phœnice absente, Eurypylum patrii regnum adeptum. Homerus lib. Iliad. secundo: Eurypylum in Ormeno regnasse author est: quem interpres tradit Herculis & Chalciopis filium fuisse. Huius nunc meminit noster Poëta. Vates & augur hic consultum oraculum Apollinis missus fuit: qua ratione dijs placatis, uentum secundum Græci consequerentur. Citatur de Eurypylo quædam huiusmodi historia à Didymo, Odyss. 11. Eurypylus Astyoches & Telephi, Herculis, filius, nactus paternum regnum, Mysiæ præsidere cœpit. Priamus audita hominis potentia, legationes ad eum misit, ut ad bellũ sibi auxilia mitteret. Ille per matrem id sibi integrum non esse respondit. Priamus extemplò matri eius Astyochæ auream uitem dono misit. Qua corrupta, filium illicò ad exercitum extrusit. Verùm à Neoptolemo Achillis filio interfectus fuit. B *Εὐρύπυλος ὁ Ἀστυόχης καὶ Τηλέφου, τοῦ Ἡρακλέους, παῖς, λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, τῆς Μυσίας ἀρχῆς προΐσταται. πυθόμενος δὲ Πρίαμος τῆς περὶ τοῦτον δυνάμεως, ἔπεμψεν ὡς αὐτὸν, ἵνα παραγένηται σύμμαχος. ἀπόντος, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτῷ διὰ τὴν μητέρα, ἔπεμψεν ὁ Πρίαμος τῇ μητρὶ αὐτοῦ δῶρον ἀντὶ χρυσῆν ἄμπελον. ἡ δὲ λαβοῦσα τὴν ἄμπελον, ἔπεμψε τὸν υἱὸν ἐπὶ στρατείαν. Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Ἀχιλλέως παῖς ἀνεῖλεν. Idem enarrator existimat, Priamum Eurypylo unam filiarum suarum nuptum se daturum spopondisse: quare eum se facilè lactaturum sperabat..* Adytis.] *sacris templi penetralibus, quæ præter uatem ingredi nulli fas erat. ἄδυτον, παρὰ τὸ δύω subeo, ingredior: & ἀπροσιτόν. Est autem ἄδυτον, σηκὸς, ἢ τὸ ἐσώτερον μέρος τοῦ ἱεροῦ. Et adiectiuè, τὰ ἄδυτα, ἄβατα, ἀπόρρητα. Adytos seu adyton, utroque genere usurpatur.* Tristia.] *horrenda & immania oracula, Delphis ab Apolline reddita.*

C

ARGVMENTVM.

Respondit oraculum, nullam esse Græcis spem fugæ, nisi itidem Græca anima litarent, uti in Aulide fecerant, cùm ad Troiam nauigarent. Hæc optima Vlyssi occasio fuit tollendi de medio Sinonis: quod ut faciliùs assequi posset, cum Calchante sacerdote conuenit, ut magna uoce pronunciaret Sinonem, ab Apolline posci sacrificandum.

Sanguine placastis uentos, & uirgine cæsa,
Cùm primùm Iliacas Danai uenistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaque litandum
Argolica. Vulgi quæ uox ut uenit ad aures,
Obstupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quẽ poscat Apollo.
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios, quæ sint ea numina diuûm
Flagitat: & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti uentura uidebant.
Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
Prodere uoce sua quẽquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,

NASC.

Et uirgine cæsa.] *ἐμφατικῶς superioris uerbi sanguine. Iphigeniã designat: cuius fabulam copiosè describit Seruius interpres, sed ad eas Euripidem: à quo tragœdia Iphigenia in Aulide eleganter, & scitè describitur.*

Sanguine quærẽdi reditus.] *hoc uerisimile uidebatur, quia simile superioris est, sanguine placastis uẽtos, quod certũ est.*

Animaque litandũ Argolica.] *κατ' ἀνθυποφορὰν occurrit obiectio, captiuum occidi potuisse: itaque sibi uiã sternit ad occasionem suæ cædis ostendendam. Porrò allusisse uidetur ad sacrificium animale:*

Composito rumpit uocem, & me destinat arae;
Assensêre omnes: & quae sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulêre.

A animale: in quo sola a- nime offerebatur (ut in quinta Aen. Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persoluo.

Obstupuêre animi, gelidusq; per imâ cucurrit Ossa tremor] ὑποτύπωσις subitiq; pauoris descriptio: & callidè sanè ait omnes timuisse, ne si solus ipse timuisse diceret, solus inter caeteros dignus uideretur, qui propter scelera aliqua sacrificio traderetur: itaq; Troianos enarrat, uera esse indicentur. Cui fata parent, quem poscat Apollo.] quidam hic ταυτολογίαν esse uolunt: id est, eandem per diuersa uerba sententiam: at tamen non longè (ut opinor) à uero aberrabit, qui alterum ad fatum Sinonis: alterum ad Apollinis uoluntatem referret: igitur cui fata Sinonis uidelicet, parent mortem: quasi fatum esset Sinoni, ut hoc mortis genere periret. Protrahit in medios.] ne quis fraudem suspicaretur. Et mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus.] dolos, ac fraudes Vlyssis multorum testimonio comprobat per locum pronunciatorum: nemo erat, qui nō
B facilè indicaret, ac palàm diceret, ubi ad Vlyssem res delata esset, Sinonem futurum, qui morti traderetur: quae quidem coniectura cùm ex capitali odio, mutuaq; inter eos simultate trahebatur tum ex periculo, quod uiuo Sinone imminebat Vlyssi. Nam inter omnes constabat, ita cōparatam Vlyssis naturam, ut, si iure non posset, iniuria quauis inimico exitium machinari uellet, à quo non minus summum periculum metuebat: hoc in causis coniecturalibus ex ratiocinatione petuntur: sub qua spes reijciendi, diminuendiue incommodi ponitur: quibus de rebus Cicero in secundo de inuentione copiosè tractauit. Vt uerò falsitatis suspicionem abdicat, quae ex hoc trahi facilè poterat, quòd non quem uellet Vlysses, sed quem fortes, seu oraculum peteret, arae destinandus esset, argumentatur, remq; uerisimilem facit ex persona Vlyssis, quem ad fingendas fallacias aptissimum, adq; dolos moliendos perspicacissimum esse ait.

Bis quinos silet ille dies.] oratione quantum potest, Calchantis crimen extenuat: quo magis scelus Vlyssis amplificet. nam sequitur: Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus.] nō sponte, neq; ex animi sui sententia, sed molestia, & contētione Vlyssis impulsus,
C id egisse Calchanta dicit: haud tamen illum ab hac culpa uindicat, quem cum Vlysse proditionem pepigisse memorat: translatio criminis est: fecit quidem Calchas, sed criminis causa fuit Vlysses. Assensêre omnes.] faciem habet argumentosa expositionis: nam sequitur quasi ratio quaedā. Et quae sibi quisq; timebat.] quare assenserint: quia, quod quisq; sibi timebat, id in unius exitium conuersum esse uidebant.

Vnius in miseri exitium] oratoriè de se in tertia persona loquitur, & commiserationem mouet ex infelici, calamitosoq; uita sua exitu.

LAMB. Hort. SANGVINE.] Oraculum Apollinis ut undiq; omnia uerisimilia appareant, ac destinatio insequuta praecedentibus causis conueniat. Sanguine placastis.] Agamemnon & Menelaus Troiam ad repetendam Helenam cum uniuersa propè Graecia petituri, in Aulide Boeotiae portu ui tempestatis, propter sacram ceruam Dianae in nemore à rege uiolatam retinebantur. Ob quam rem à fratre castigatus, superbius etiam in deam respondit. Sunt qui prodant, Graecos ob id ibi retentos, quòd Agamemnon prouocasset deos arte sagittandi. Hac de causa ducum impulsu conuocatis aruspicibus, Calchas facinus nulla ratione expiari posse respondit, nisi uiua & animali hostia: sed ne qualibet quidem, uerùm deposci uictimam Iphigeniam Agamemnonis, cuius admissam impietatem alioqui uniuersus exercitus lueret filiam. Perculsus rex crudeli responsa, negat se lamena daturum filiam. Rege ad postremum multis ducum consilijs uicto, Vlysses & Diomedes ad Clytemnestrā proficiscuntur, Iphigeniam per speciem nuptiarum Achillis in Aulidem accersitum. Mater praetextu nuptiarum persuasa, lectis insuper in eandem sententiam mariti literis, haud grauatè filiam dimisit, & quidem ducum fidei creditam. Sed & ipsa unà cum illis in Aulidem profecta est. Cùm iam arae admota hostia, farre tosto & sale aspersa staret, Diana eius miserta, caligine circumfusa sublatam, supposita cerua, in Tauricam transtulit, atq; eam suam ibi sacerdotem fecit. Addunt quidam, propter impietatem regis grauem pestem sequutam, qua exercitus miserè fuit afflictus: eiusq; commenti solos conscios Agamemnonem, Menelaum, Calchantem atq; Vlyssem: ac postea prodito consilio Achillem indignatum, praecipuè cùm à Clytemnestra futurus gener salutaretur, quod suo nomine ad caedē puellae abusi essent, uamq; summa ui defendisse ne mactaretur. Verùm cum ducum suffragijs se uictum uideret, inclinaretq; res ad summum tumultū, postulante exercitu puellam contrà negante Achille id futurum sine sanguine, constat eum paratum fuisse cum uniuerso exercitu dimicare. Et hauddubiè ingens eo die clades accepta erat, nisi ipsa matri suasisset, satiùs sibi & florentissimo exercitui futurum, se pro salute Graecorum mori, quàm ob suam unius salutē tot principes, tot fortia corpora in praesens pugnae & anceps discrimen trahi. Itaq; peracto (ut dixi) sacro, conscensis nauibus, secundo Zephyro in Asiam traiecerunt. Phanodemus historicus tradit, Iphigeniam in ursam mutatam: Nicander, in taurum: alij, in anum: tertium alij, in ceruā. Verùm haec fabulosa sunt, ac nugae merae. Caeterùm historiae ueritas ita se habere existimatur. Cùm iam Iphigenia arae admota esset, ut hostia sacrificaretur, fortè ita accidit, ut ursa, aut taurus, aut anus, aut cerua per medium Graecorum exercitum cursitaret: quod animal ipsum uatis iussu fuit caesum. Iphigenia ita seruata fugit in Scythiam, & Dianae sacerdos facta est: occiditq; omnes Graecos, qui illuc uenissent. Quidam hanc Iphigeniam, inter quos Duris est, non Agamemnonis, sed Thesei filiam fuisse contendunt, ex Helena, & à Clytemnestra ἐκτεθραμμένην. Rursum sunt, qui eam neque Helenes neque Clytemnestrae fuisse affirment. Ferunt autem ex Chryseide Astynome & Agamemnone liberos extitisse, Chrysen & Iphigeniam. Post euersionem Ilij, cùm Graeci diuersis itineribus domum rursum nauigarent, Chrysen in Chrysopoli urbe Euxini uita defunctum: Iphigeniam uerò eius sororem à Tauroscythis captam, Dianae sacerdotem, aut Lunae factam. Porrò non absurdum illud existimant, Iphigenia subtracta, ceruam per exercitum currentem, uictimam à Graecis fuisse immolatam: ipsamq; adeò puellam eos in exteras terras ablegasse, cùm Iuliam Lupercam consimili ratione aquila seruarit:

& in historia sacrâ, Isaacum cædi, suffecto ariete, subtractum constet. Hæc fermè Lycophronis diligens enarrator. Sanguine.] *Diana hæc peculiariter humanis hostijs delectata fuit. Hinc eidem in Taurica hospites immolari mos erat: perinde ut Heso & Teutati apud Gallos, & Latiali Ioui apud Italos, & eidem dæmoni apud Pœnos. Sic apud Cyprios, Teucro: quem ritum Hadrianum Imperatorem sustulisse, proditum est. Saturnus in Latio eodem genere cultus fuit, ut homines uiui de Miluio ponte in Tybrim præcipitarentur: quod Hercules ita sustulit, ut imagines deijcerentur. Pluribus item alijs ad eundem modum apud ethnicos, carnibus humanis litatum constat.* Sanguine.] *Iphigeniæ. Et ne bruti animantis sanguine deam placatam quis existimet, addit interpretationem illustrem,* Virgine cæsa: *ut perspicuè coarguat humanam hostiam.* Animaq.] *hostia non animali modò, aut humana etiam quælibet, sed Græca.*

Animam] *hoc est, hostiæ nomen posuit. Et litare dixit significanter, quod propriè significat sacrificio facto placare numen, authore Macrobio.* Gelidus.] *Periphrasis timoris, ab accidentibus.* Protrahit.] *inuitum, adeoq; restitantem Calchantem. Conciliat Vlyssi, abundè Troianis inuiso, maius odium.* Flagitat.] *Improbitatem in petendo signat.* Canebant.] *Diuinatio uulgi, ab antecedente odio & simultate.* A

Ille.] *Calchas. Exaggerat improbitatem Vlyssis. Habet & ipsa oratio gradationem. Silet decem dies: totidem latet: negat se quenquam proditurum, qui est destinetur ad cædem.* Sua.] *Emphasis. Creditur hoc quoq; summatim: quia nulla causa est, cur falsum pateretur, tametsi planè confictum sit.* Opponere morti,] *dixit, pro destinare ad cædem.* Vix tandem.] *Summam difficultatem in prodendo ostendit, qui ægrè improbis Vlyssis clamoribus perpulsus, sed ex composito se depoposcit.*

Composito.] *non iussu oraculi, sed ex Vlyssis libidine & compacto. Causas retulit: Palamedis propinquitatem consanguineam, & uindictæ comminationem.*

Arx.] *ad uictimam. id est, hostiam, cuius capite secundus uentus in patriam soluturis redimeretur.* Vnius.] *Pathos à sua persona.*

ARGVMENTVM.

Declarata oraculi uoluntate, Sinonis non erat differenda cædes: ergo paratis frugibus: id est, mola salsa, reliquisq; rebus sacrificio necessarijs, ubi ad aram constitutus est, effugisse limoso in lacu latuisse ac se nece illa eripuisse ait. B

NASC. † al. Ergo

† Iamq; dies infanda aderat, mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora uittæ:
Eripui (fateor) letho me, & uincula rupi,
Limosoq; lacu, per noctem obscurus in ulua
Delitui, dum uela darent, si fortè dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi,
Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum † cæde piabunt.
Quod te per superos, & conscia numina ueri,
Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

† al. morte

IAMQVE dies infanda.] *mihi scilicet propter id, quod sequitur.* Mihi sacra parari.] *quæ ad ornandam, ad explorandã, & ad mactandam uictimã in sacris adhiberi solebãt.* Et salsæ fruges.] *à communi ad separatã factorum enumerationem transijt: in quibus recensendis mores Romanorũ, ut passim facere solet, attingit: hac de re Ouid. in primo Fast. Diony. in sept. & in primo non pauca meminerunt.*

Eripui (fateor) letho me.] *confessio criminis: piaculum enim dederat, quia cùm morti addictus fuisset, ab aris profugerat, sed hoc criminis genus ipse defendit uoluntati statu, aufugi, ut uiuerē.* Et uincula rupi] *ἀνθυποφορά: obiectionem occupat. Occurrebat enim, quo modo aufugerat uinculis ligatus: nam uictimæ ad aras in uinculis ducebantur, deinde solutæ mactabantur: quæ si uel aufugissent, uel, cum uectè ferirentur, reluctassent, aut angissent, piaculum erat.* Limosoq; lacu, per noctem obscurus in ulua Delitui.] *à loco, & à tempore fugam uerisimilem facit: nam locus illi ad latendum idoneus fuit lacus limosus, uluaq; obtectus: nec tempus opportunũ defuit, noctis uidelicet obscuritas.* Si fortè dedissent.] *astutè, & oratoriè nec negat, nec planè confirmat Græcos nauigasse: ne, aut Troianis demat securitatem, aut quæ suprà dixerat, non posse Græcos, nisi homine litato, nauigare, falsa esse uideantur: etiam artis est (uti rhetores admonent) in angustia argumentorum nihil affirmare, sed incertis uti sermonibus.* Nec mihi iam patriam antiquã spes ulla uidẽdi. Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem.] *cõfirmata iam circũstãtijs causa sua, locum communem inducit conquestionis, ut auditorũ animos magis exsuscitet, & ad misericordiam uehementer inclinet: si quidem naturale est, ut fidem sequatur motus: nemo enim ea de re mouetur, de qua sit, ne ita dubitet: præterea loci communes, qui aut per indignationem, aut per conquestionem inducuntur, suscipere debent (ut inquit Cicero in partit.) omnia elocutionum ornamenta, in quibus suauitatis, & grauitatis plurimùm consistat. Cuius rei non ignarus Virgil. omnia, quæ artis sunt, quæq; affectibus conueniunt, in hunc contulisse locum uidetur. Singula enim singulis epithetis exornat, atq; illis quidem epithetis, quæ mouendæ commiserationis uim maximam habent:* patriam antiquam: *id est, charam:* dulceis natos: exoptatumq; parentẽ. C Quos illi fors ad pœnas.] *commiserationem exaggerat ex parentis, liberorumq; supplicio. Non dissimili ferè ratione conqueritur apud Euripidem Medea, uerita ne sui filij aut à noua Iasonis uxore occidantur, aut in exilium agantur.* Quod te, per superos.] *deprecatio est à pietate: qua sæpenumerò uti solent: qui in extremis uitæ periculis uersantur. Turnus apud Virg. in 12. Aen. moriturus obsecratione utitur:*

"——miseri te si qua parentis
"Tangere cura potest, oro: fuit & tibi talis
"Anchises genitor, Dauni miserere senectæ.

Et

A *Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,*
Redde meis.

Miserere laborum Tantorum.] *odiosus Troianis, quia Graecus est, astuti ex suis calamitatibus misericordiam mouet per quam auditorũ quoq; beneuolentiam colligit ex persona sua. Etenim ex nostra persona auditorum quoq; beneuolentiam contrahemus (ut inquit Cicero) si prece, & obsecratione humili, ac supplici utimur.*

Miserere animi non digna ferentis.] *auget commiserationis affectum per locum communem ex innocentia animi sui: per quam indignum esse ostendit, ut neci tradatur.*

LAMB. Hort. SACRA.] *far tostum sale conspersum, quo hostia aspergebatur. Describit ceremoniarum partem in id genus sacrificijs.* Salsae.] *Interpretatio: uidelicet quae sacra parabantur. Periphrasis est molae, quae ex hordeo, sale admisto, conficiebatur. Haec uiuis capitibus hostiarum animalium, antequàm mactarentur, inspergebatur, infundebaturq́. hinc uerbum immolare, pro sacrificare, Graeci ὀλὰς & ὀλοχύτας appellant. Homeri enarrator Iliad. 2. duas potissimum causas ex Theophra-*
B *sto de inuentionibus adducit: ὅτι πολυτελεῖς χρόνου, [illegible] ἀρχαίας βρώσεως. ὡς γὰρ φασὶ [illegible] [illegible], πρὶν [illegible] ἀλέτας [illegible], ὅτι οὕτως αὐτοὺς ἤσθιον, [illegible]. Vel propagationis, inquit, gratia, uel ob memoriam prisci uictus: etenim antequàm mortales usum molendi frumenti didicissent, hordeo ita integro ac nondum confecto uesci consueuere. Quare eas fruges Homerus ὀλὰς etiam uocat, ἀπὸ τ' ὀλῶν, hordeo. Et Latini à molendo, molam dixere.* Vittae.] *ornamẽto capitis, quibus uictima cadenda obnubebãtur: à Graecis ταινίας dictas opinor: id est, fibras, [illegible], [illegible]. Quare explicantes addit,* Circum tempora.

Fateor.] *Callida confessio culpa nullius apud hostes, quibus ἀτίμως [illegible] longè erat gratissimum, ut constet ratio, quae euaserit.* Vincula.] *Simile uerò hoc nequaquam est: sed hostes effusa laetitia demulcti, & uerisimili per omnia narratione capti, leuiusculam uanitatem in clausula non obseruarunt.* Obscurus.] *Hypallage, per obscuram noctem. Existimant Poëtam ad Marij casum hic respexisse, ut postea ad Pompeij, cùm de Priamo canit:*

——iacet ingens littore truncus.

Darent.] *Collusio. Caeterùm nulla causa est, cur ista uel secus, uel non facta esse existimemus.* Nec mihi.] *Narrationem excipiunt affectus [illegible] primùm à loco, cùm reditũ in patriam sibi praeclusum dicat. & addit amplificationem,* Antiquam. Natos.] *Pathos à pio, erga liberos & parentem: quos charissimos in uita mortales habent.* Poenas.] *Pathos à tormentis praeter meritũ. Quod tamen callidè in ambiguo ponit, ne id quod incertum est, ridiculè ac stultè affirmare dicatur.*

Miserorum.] *Pathos ab innocentia fuerũ, qui nihil sint commeriti.* Quod te.] *Peroratio constat obtestatione, qua affectus regi & misericordiam supplex mouet.*

Veri.] *Amphibolum hoc. nõ ut coarguat se per omnia uero narrasse, atq; huc deos testes inuocare, id quod Priamus & circumfusa multitudo existimat: sed obtestatur regem per deos, quos nihil latet, conscios omnis ueritatis, qui bonos respiciunt & curant, malos uicissim puniunt. Iam & copia est: per superos, per numina. Et anaphora* Per, *et* Miserere, *affectus complectuntur: tametsi singulis propè uerbis insit pathos.*

ARGVMENTVM.

Sinoni uitam dant Troiani, ac de machina, quae, aut cuius rei gratia structa sit, ipsum interrogant.

His lacrymis uitam damus, & miserescimus ultro.
Ipse uiro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictisq́; ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios:
Noster eris: mihiq; haec edissere uera roganti.
Quò molẽ hãc immanis equi statuere? quis author?
Quidue petũt? quę religio, aut quę machina belli?
Dixerat ——.

NASC. His lacrymis.] *Troianos à clementia, & pietate commẽdat: quos uel hostium lacrymae, & calamitates mouent. Occultè tamen (ut mihi quidem*
C *uidetur) ex persona Poëtae Troianorũ leuitas, ac imprudentia notatur: quod hosti, praesertim Graeco, tam citò, tamq́; facilè crediderint.*

Miserescimus.] *tragicum uerbum.*

Quisquis es, amissos.] *requisiturus à Simone Priamus, quidnam petant, quidue moliantur Graeci primùm, ut par est, eum securum reddit, omniaq́; ei beneuolentiae, humanitatisq́ signa ostendit, quò liberius, quod nouit, eloqui possit. Nullum ferè maius beneuolentiae signum ostendere poterat Simoni Priamus, quàm deposita penè regia maiestate, cum hoste, & captiuo perinde loqui, atq; cum amico amicus, aut cum fratre frater.*

Mihiq; haec edissere uera roganti.] *hoc uerbum edissero etsi Donato in Terent. hominis est sermo pulosè aliquid interrogantis quale illud est Vergilianum 3. Eclog.*

Dic mihi Damoeta cuium pecus? ——.

Tamen hic (ut mihi quidem uidetur) amoni est simpliciter interrogantis, ut ordine, quod scire uelit, intelligat: non enim edisserere est simpliciter docere, sed ordine aliquid alicui explanare. Cicero Bruto Quis in docendo, edisserendoq́ (id est, ordine explicando) subtilior?

Quò molem hanc immanis equi?] *id est, cur, ad quid. Propositio distributa per enumerationem ex arte petita. nam hic tria quaeruntur, quae in causis coniecturalibus argumentãdi materiam suggerunt causam, personam, rem. causam quaerit, cùm ait:* Quò molem hanc immanis equi? *personam,* quis auctor? *rem,* quae machina belli? *sunt alia duo,* quidue petũt? quae religio? *quae ad causam referri uidentur.*

PRIMVM *fuit, ut mendacijs, sed uerisimilibus confusa oratione, motum Priamum hominis misereret: proximum, ut miseretus, uirum solueret: postremum, ut eum in sua gẽtis album & numerum reciperet, & quae reliqua superessent, ne qua doli pars deesset, percontaretur.* LAMB. Hort. Manicas.] *Epexegesis interpretatur, quid uocet manicas, arcta uincula*

uincula. Alioqui uestis pars, quæ manus in tunicis contegunt, manicæ dicuntur. Vincla.] *pro uincula: syncope.* Noster.] *Verba hæc postea fuerunt Imperatoris Romani, transfugã in gratiã recipientis, quæ Poeta uetustate donat.* Quó molem.] *Ne quid ad errorẽ desideretur, pergit Priamus hominẽ ad nouã uanæ historiæ telam contexendam, materiam suppeditare: ad quorum singula hic architectus respondeat. Sunt autem hæc interrogationum capita: Quo consilio hic equus erectus est? quis fecit? qua occasione? cui diuo constitutus est?* A

ARGVMENTVM.

Lex cùm Græcorum, tum etiam Rom. militaris fuit, ne quis militari sacramento obstrictus, à militia priùs recederet, quàm legitimũ militiæ tempus compleuisset (fuit autem spatium quinq; & uiginti annorum) neu patriam turbaret, nec proderet, sed pro aris, & focis strenue dimicaret: uaferrimus igitur Simon perfecutus, ut ipse ait, à Græcis, receptus verò humanissime à Troianis, cùm audiat se a rege Priamo interrogari de ijs, quæ ad machinam illam pertinẽt, responso se accingit. & quasi magna nec euulganda dicturus, sublatis in altum manibus Deos protestatur, se nullis amplius teneri Græcorum legibus, ideoq; licere sibi omnia palàm proferre, omnia retegere, quæ Troianorum de se ipso optimè meritorum interesse videantur.

NASC.

—ille dolis instructus, & arte Pelasga,
Sustulit exutas uinclis ad sydera palmas.
Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum
Testor numen, ait, uos aræ, ensesq; nefandi,
Quos fugi, † uittæq; Deûm, quas hostia gessi.
Fas mihi Graiorum sacrata † reuoluere iura,
Fas odisse uiros, atq; omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus ullis.
Tu modo promissis maneas, seruataq; serues
Troia fidem, si uera feram, si magna rependam.

† al. uittæq; Deûm.
† al. resoluere

Ille dolis instructus, & arte Pelasga.] *ex unius Græci persona omnes communiter Græcos deturpare, tacitẽ antea fecisse uidetur eo uersu:*

» *Tum uerò ardemus scitari, & quærere causas,*
» *Ignari scelerũ tantorum, artisq; Pelasgæ.* Sustulit exutas uinclis.] *uafer, ac dolis plenus homo, ne suorum proditor, sed uir planè bonus esse uideatur, probitatis, innocentiæq; suæ Deos testes citat.* Vos æterni ignes.] *exorditur per insinuationem ab obtestatione, ut maiorem sibi fidem aucupetur. Enumerat partim quæ fugit, partim nominat, quæ gessit.* Deos: *id est, Solem & Lunam (ita enim mihi potius intelligendum uidetur, quàm de ignibus ararum) aras, uittasq; per ἀποστροφὴν testes citat: in hac autem tota obtestatione attentos reddit auditores ex inuocationis magnitudine, tanquam ex ea re, quæ magni aliquid significare uideatur: & beneuolos ex demonstratione sui periculi: ex quo ingens commiseratio excitatur per locum communem: ualde enim auditoris animus commouetur, inquit Cicero, ubi oratio ad mutas animiq; expertes res refertur. Cicero pro Milone: Vos Albani tumuli, atq; luci, uos, inquam, imploro, atq; obtestor, uos Albanorum obrutæ aræ, & quæ sequuntur.* Vitrixq; Deûm, quas hostia gessi.] *nõ displicet, quod in antiquis aliquot libris punctũ animaduerti ante Deum, ut sit: quas hostia Deûm gessi: aliter tamen ferè sentiunt interpretes.*

Fas mihi Graiorum] *excusat proditionẽ suam, siue desertionem à uiolentia Græcorum, in quam ipse fraude Vlyssis inciderat. Alludit autem ad sacramentum militare, quod Græci ὅρκον στρατικὸν appellant, de quo paucis hîc Seruius. Tu uerò adeat Iulium Pollucem, qui libro 8. capite 30. copiosiùs hac de re disserit.*

Fas odisse uiros.] *exaggeratio indignationis: quam elegans exornat ἀναφορὰ atq; dissolutio, quæ Græcis ἀσύνδετον appellatur. ambiguè tamen loquitur: nã & ad Græcos, & ad Troianos referri potest.*

Atq; omnia ferre sub auras, Si qua tegũt.] *omnia euulgare, si qua sunt occulta: propter ea, quæ latent in equo.* Tu modo promissis maneas.] *fraudulentus fraudem timet: ideo sub conditione loquitur, se omnia dicturum, quæ nouit, modò fidem seruent, promissisq; maneant.*

Seruataq; serues.] *pulchra, atq; elegans deriuatio.* B

Troia fidem.] *prudenter, quod rex pollicitus est, id ab urbe tota sibi præstari uult: nam quod rex promittit, respub. polliceri uidetur.* Si uera feram, si magna rependam.] *beneficium suũ extollit, magnaq; rependere pollicetur, qui uitæ, ac libertatis præmia est consecutus.*

Pelasga.] *fraude planè Græca. Pelasgi, à Pelasgo rege, qui primus in Arcadia propter corporis & robur & pulchritudinem imperio præfectus fuit, dicti sunt, ut Pausanias in Arcadicis author est. Primus is tuguria aduersus æstum & frigus inuenisse creditur: primus tunicas ex coriis animantium conficere docuit. Ob hæc & alia utilissima inuenta herbarum & radicum, tota ea regio Pelasgia, ipsi uerò Pelasgi appellari cœperunt. Alij Pelasgum Argiuum fuisse credunt, qui cùm in Thessalia consedisset, ipsam de suo nomine Pelasgiam nuncupasse. Eustathius autumat, Pelasgum Eumonis fuisse filium & Larissæ: fratres habuisse Phthium & Achæum: atque ita à Pelasgo Pelasgiam, ut à Phthio Phthiam, & ab Achæo Achaiam nominatam. De Pelasgia aliàs à nobis est annotatum.* C

LAMB. Hort.

Vos æterni.] *Attentio à religioso iureiurãdo, seu cõtestatione deorum, quòd uera sit dicturus. Deprecatur notam, quod Græcorum: hoc est, gentis suæ sic de se meritæ religionem, hostibus, in quorum ius uenit, sit proditurus. Captat & beneuolentiam, à periculi sui iteratione.*

Aeterni ignes, & non uiolabile uestrum.] *Vesta: uel, ô Sol, Luna, & sydera cœlestia, quæ propter perpetuam lucem, per similitudinẽ, ignes cœlestes dicuntur. Est autem quædam coacervatio eorum, quæ testes citat.*

Sacrata.] *execrabilia & abominanda hic uocat.*

Ferre.] *propalare ac detegere citra ullum crimen.*

Tegunt.] *Heterosis generis, pro teguntur.* Fas odisse uiros.] *Ad figurandam narrationem hæc pertinent, ut & illud:*

—quod dij prius omen in ipsos Conuertant—. &c.

Teneor.] *Causa, ab honesto: Patrijs legibus absolutus, sum,*

A *sum, quod in hostium ditionem belli iure ueni: non sponte quidem, sed inuitus, sed coactus, meorũ mysteria prodam.*

Magna.] *ceu beneficij compensationem, &, ut sic dicam, hostimentum.*

ARGVMENTVM.

Palladem, quæ Græcis semper fauerat, illis iratam fuisse conatur ost[...]cie, ex quo eius simulachrum Vlysses, ac Diomede de arce sustulerunt quod etiam signis non obscuris declarauit.

Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli,
Palladis † auxilijs semper stetit, impius ex quo
† Tydides sed enim scelerumq; inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuêre sacram effigiem, manibusq; cruentis,
Virgineas ausi diuæ contingere uittas,
Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri
Spes Danaûm, fractæ uires, auersa Deæ mens,
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis: salsusq; per artus
Sudor ijt, terq; ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, hastamq; trementem.
Extemplò tentanda fuga canit æquora Calchas,
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
† Omnia ni repetant Argis, numenq; reducant,
Quod pelago & † curuis secum aduexêre carinis.
Et nunc, quod patrias uento petiêre Mycenas,
Arma, deosq; parant comites, pelagoq; remenso
Improuisi aderunt. ita digerit † omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœloq; educere iussit,
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiqua sub relligione tueri.
Nam si uestra manus uiolasset dona Mineruæ,
Tum magnũ exitiũ (quod dij prius omen in ipsum
Conuertant) Priami imperio, Phrygi[bus]q; futurũ.
Sin manibus uestris uestram ascen[di]sset in urbem,
Vltrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.

NASC. † al. auxilio † al. Tydides, [...] Omina tant [...] al. currus [...] omina

Omnis spes.] *narrationem aggreditur: in qua falsis uera cõfundit. Exorditur à ueris, ut falsa facilius persuadeat. Nam uerũ est, quod fauit semper Minerua Græcis, & ab Vlysse, et Diomede constat sublatũ fuisse Palladium: atque primo non primit, sed nouissimus occurrit: quæ religio quò* B *fallendi (ut ait Tib. Donatus) promptior pateret occasio, sanè graue, ac detestãdum facinus in Palladio surripiendo ab Vlysse, & Diomede admissum fuisse ordine describit: cuius etiam atrocitatem ex circumstantijs uehemẽter exaggerat. Nã templum Mineruæ sacratũ aggressi sunt, cuius adytum occupare sine ueneratione nefas est. Templi custodes cæsi, & usq; ad Deæ simulachrũ gradatim uentum est: quod quidem tum nefariorum hominum oculis uisum, tum manibus humano sanguine pollutis contrectatum: eiusq; uultus, ac* C *uittæ, quibus ornatũ erat, totum deniq; corpus incestatum, atq; pollutum est.* Scelerumq; inuentor.] *ob proditum inprimis Palamedem.* Impius ex quo Tydides.] *Diomedem impietatis arguit: Vlyssem uerò ex unius criminis inuidia pluribus criminibus maculat.*

Fatale aggressi] *Vlyssis, & Diomedis temeritatem in ipsa criminis amplificatione triplici ratione detestatur: quod rem fatalem, ac numinis, diuinitatisq; plenam, quod de loco sacro, quod confidenter surripuerunt. ergo in singulis singula sunt sacrilegij genera.* Auellere. *aũt [...] rae [...] à plantis pro uiolenter surripere positum est: ut [...]eret Poëta simulachrum inuita Dea fuisse sublatum. De Palladio præter cæteros Iulius Pollux lib. oct. ca. [...] multa docet non aspernanda.* Cæsis summæ cust[odibus] arcis.] *crimẽ amplificat per locum communem. Ad sacrilegium accessisse homicidium dicit: hæc autem cum [indi]gnatione, & acrimonia pronuncianda esse uidentur, quòd custodes templi, quod in templo, ac in ipso penè templi adyto ante ora Palladis occisi sunt.* Sacram effigiẽ.] *expolitione cõ[...] uariat, ornatq; orationem: nam modò Palladium, modò sacram effigiem, interdum etiam simulachrũ dicit.*

Manibusq; cruentis.] *alius communis locus indignationis ad sceleris atrocitatem amplificandam: quo eorum temeritatem, ac impietatem notat: qui quasi Deos nõ crederent, aut certè negligerent, cæde, ac impietatis crimine polluti, eius sacra manibus contrectare non dubitarint, quæ solis sacerdotibus, atq; illis quidem omni peccatorũ labe expiatis contrectare licet.*

Ex illo fluere, ac retrò.] *[...] cato d[...] sibi mouẽt[...]que commi[...] ex desperatione Græcorum uictoria: ex illo autem Græcè dictũ est. sicut ex quo. Virgil. 2. Aeneid.*

—ex quo me diuûm pater, atq; hominum rex
Fulminis afflauit uentis. Græci ἐξ οὗ dicunt.

Hom. Iliad primo:

ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.

Auersa Deæ mens.] *ad commiserationem amplificandam causam addit desperationis rerum Græcarũ, quia irata illis Dea est: est autem ingens misericordiæ affectus dicere Deos alicui esse aduersos.* Nec dubijs ea signa dedit.] *Deam Græcis iratam esse confirmat à signis: & est occupatio obiectionis, quam Græci πρόληψιν uocant: nam occurrebat qui sciri poterat Deam Græcis iratam esse? respondet id signis non obscuris declaratum fuisse: & si absq; signis probabile uideri poterat ob nimiam Græcorũ impietatem erga illam. nam Palladium ab Vlysse, & Diomede sublatum fuisse, Troiani non ignorabant: & tantum sceleris conatum, tantamq; animi (ut ita dicam) ingratitudinem non ira Palladis tantùm, sed graui quoq; supplicio dignam fuisse facilè indicabant*

Vix

Vix positum castris.] *signa recenset, quæ ex simulachro Palladis apparuerunt: quibus planè indicabatur Deam Græcis iratam: unde ingens deduci potest commiserationis affectus per locum communē ab infelicitate, & à commutatione Græcorum fortunæ.* Arsêre coruscæ] *primū signum ualde portentosum, atq; aspectu horridum. quid enim horridius, quàm mutis simulachri oculos flagrantes uidere?* Salsusq; per artus.] *alterum signū primo non minus prodigiosum: non enim potest ex muto simulachro sudor emanare, nisi malum aliquod portendat immensum. Olim Apollinis simulachrum Cumis, Romæ initio belli Marsici Deorum statuæ sudarunt. auctor Cic. in primo de Diuinat. hîc uerò additur salsus, quod futurum laborem, ut ait Seruius, portendit.*

Terq; ipsa solo.] *tertium signum cæterorum maximum quò planè Græcis inimicam se Dea profiteri uidebatur: hastam enim mouebat, & clypeum: quasi eos ad præliū ciere uellet.* Extemplò tentanda fuga.] *amplificat ab auctoritate Calchantis sacerdotis: qui prodigiorum peritiss. quid illa portenderent signa, optimè nouerat.*

Omina ni repetant Argis.] *rem uerisimilem facit ex augurali disciplina, & ex more cùm Græcorū, tùm etiam Romanorū: qui, si forte aliquid parùm prosperè cessisset, auguria repetebāt. Nam sublato Palladio cùm multa futurorum malorum signa apparuissent, Græci Argis repetenda esse indicarunt auguria, ut Deam placarent, propterea subdit:* Numenq; reducāt.] *id est, sibi reconcilient.* Arma, Deosq; parant comites.] *callidè Troianos de futuro sollicitos reddit admonens, quod illis contrarium erat, reuersuros Græcos, ut præsertim securitatem firmet.* Hanc pro Palladio moniti.] *causam effictæ machinæ exponit, quam totā religioni tribuit: sic enim faciliùs fidē facere poterat, quia cum uis sublatum Palladium fuisset, non obscura coniectura ab omnibus firmari poterat, Deam Græcis iratam esse: respondet autem illi parti quæ religio c* Hanc tamen immensam.] *declarat auctorem facti: quem Calchanta fuisse dicit, ut negocio fidem augeat ex auctoritate uatis: quasi omnia diuino consilio facta esse uideantur: & est illius partis responsio. Quis auctor.* Cœloq; educere.] *ὑπερβολικῶς equi magnitudinē extollit.* Ne recipi portis.] *ad illud respondet, Quo molem hanc & est principalis causa: ad quam alia referuntur, ut antea documus. Duplicem uerò facti rationem assignat: sed altera ex altera pendet, quam uerisimilem reddit ex inimicitiis Græcorū cum Troianis. Nam si in urbem receptus equus fuisset, dicebat Calchas, Palladem rursus Troianorum causam esse suscepturā. ne igitur Deæ beneficio aliquo potiri, aut cultu antiquæ religionis subleuari possent, equum tanta magnitudine fabricandum iussit, ne portis ciuitatis recipi posset.* Neu populum antiqua] *hæc causa est, quæ à superiori pendet, sed hæc principalior est: quare uolebat Calchas equum intra urbem duci posse ne fortè Dea pristino religionis cultu, ac pietate Troianorum adducta, hoc etiam nouo pietatis affectu, quod equum sibi uotum in urbem recepissent, illis denuò fauere inciperet. Antiqua uerò religione ideo dixisse uidetur, quia Troiani, ut alibi Seruius admonuit, ab Atheniensibus propter Dardanum, & Teucrum originem ducentes, Mineruam iam inde ab initio coluerunt* Nam si uestra manus.] *ex superioribus rationibus conclusionem ancipitem colligit, & bimembrem: cuius artificium, atque adeò totum Sinonis consilium eò tendit, ut Troianos perterrefaciat, territosq; in suam sententiam trahat: quos iam reliquis in rebus persuasos esse animaduertit.* Quod Dij prius omen.] *reiectio est cum detestatione. Græcus Græco imprecatur, tanquam ipse non sit amplius Græcus: quia audierat, noster eris. idq; ad Troianorum beneuolentiam sibi conciliandam facit. tale illud ferè est Virgilianum:* A

——dij capiti ipsius, generiq; reseruent. "

Et fortasse ad illud Theocriti alludit in Bucoliastis:

Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τηλέμος [illegible] "

[illegible] *id est,* "

Telemus at uates, mihi qui canit omnia dira, "

Dira domum referat, quo natis illa reseruet. "

Hinc ortum adagium uidetur: Vates omen secum auferat.

Sin manibus uestris.] *alterum est conclusionis membrum superiori contrarium: ubi occultè adhortari uidetur Troianos ab uili, ut equum illæsum in urbem recipiāt. Quod ut faciliùs persuadeat, eos in spem adducit futuræ ultionis in Græcos.* Et nostros.] *quasi unus ex Troianis loquitur.* B

Omnis spes.] *Narrationis principium, à salutis Troianorum ratione, quam Palladij beneficio fatalē credebant, quod penes ipsos seruabatur. Palladium hoc, quidam Apollinis simulachrum fuisse existimarunt: alij breue scutum è cœlo lapsum, quod in medio arcis collocatum erat, seruabaturq; diligenti custodia: & quidem huiusmodi fati opinione, quamdiu intra urbem esset, nunquam fore, ut ea ab hostibus caperetur. Huius oraculi Vlysses & Diomedes gnari ac memores, per cloacas & aquæductus in urbem peruenerunt, & Palladium cæsis uigilibus sustulerunt: id quod Poeta perspicuè indicat, cùm dicit, cæsis custodibus arcis. Redijt tamen postea uiro cæso rursum, iussu oraculi, in Troianorum ius: seruatumq; à uirginibus Vestalibus magna religione Romæ multis seculis fuit. Verisimilius tamen mihi uidetur, id quod alij produnt, fuisse Palladis signum, à qua nomen habet, è ligno compactum, oculos toruè mouens, & hastam manu uibrans. Pherecydes dicit, omnia simulacra humana manu non facta, & quicquid è cœlo in terrā deuoluitur, Palladia uocari. Tale fuit mineruæ Palladiū, trium cubitorū lōgitudine, ligneū, in Pessinunte Phrygiæ cœlo delapsum: unde Diodorus & Dion locū nuncupatum authores sunt,* [illegible] *Alius quidā historicus prodidit locum ita uocari,* [illegible] *Ioannes Antiochenus tradit, non è cœlo cecidisse Palladium, sed Asiū quendam mathematicum id admirabilis horoscopia fecisse, ut scilicet ea urbs foret inexpugnabilis, neq; unquā caperetur, in qua custodiretur. Hoc donasse Tros, Apollodorus scribit, Ilū, condito Ilio: sequutū enim bouem, ac precatū fuisse, ut prodigium uideret: iamq; tum decidisse Palladium, longū tres cubitos, pedibus incedens, dextera hastam tenens, sinistra uerò fusum & colum. Refertur in Græcorum commentarijs de Pallade & Palladio huiusmodi fabula:* [illegible] C

LAMB. Horc.

A σασα, περιῆλθε τοῖς κέρασι, ὀλίγην τὴν αἰγίδα, καὶ ἐνίπα- θήσασθαι παρὰ τῷ Διί. ὕστερον δὲ ἠλέκτρα τοῦτο [illegible] ἐγίνετο, ἔρριψεν εἰς τὴν Ἴλιον. De Palladio ita uaticinatur Cassandra apud Lycophronem:

» ἡ δ' ἐς τέραμνον δουρατογλύφου στέγης
» γλήνας ἄνω στρέψασα χώσεται στρατῷ,
» ἡ ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς,
» ἄνακτι πατρὶ δῶμα τιμαλφέστατον.

Fabulæ occasionem de Palladio è cœlo lapso, præbuit Asius quidam mathematicus, quod ex horoscopo & astrologicatatione Troiam inexpugnabilem fore denunciasset. Sunt qui duo Palladia cœlo delapsa tradant. hoc Troicum, & Atheniense alterum: & illud multis seculis intra parietes absconditum fuisse. ac bello Mithridatico inuentum, Pollux lib. 7. cap. περὶ τῶν ἐν ἀθήναις δικαστηρίων, ὅθεν ἐπωνομάσθησαν. τὸ, inquit, ἐπὶ παλλαδίῳ ἐν τούτῳ λαγχάνουσι περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων. μετὰ γὰρ τροίας ἅλωσιν, ἀργείων τινὰς τὸ παλλάδιον ἔχοντας φαλήρῳ προσβαλεῖν. ἀγνοίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας ἀποῤῥιφθῆναι. καὶ τὴν μὲν ὅλην προσέπταιον ζῷον. ἀκάμας δὲ ἐμήνυσεν, ὅτι
B ἂν ἀργεῖοι τὸ παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν ταφέντες, ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. αὐτόθι δὴ ἱδρύθη τὸ παλλάδιον, καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων ἐν αὐτῷ δικάζουσι. Suidas: παλλάδιον ἦν ζώδιον μικρὸν ξύλινον, ὃ ἔλεγον ἄνω τετελεσμένον, φυλάττον τὴν βασιλείαν τῆς τροίας. ἐδόθη τρωὶ τῷ βασιλεῖ, κτίσαντι τὴν πόλιν, ὑπό τινος φιλοσόφου καὶ τελεστοῦ. διὸ ἐς τιμὴν ἀσίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένην χώραν, πρότερον ἕτερον λεγομένην, ἀσίαν ἐκάλεσεν. οἱ δὲ ποιητικῶς γράφοντες, ὡς τὸ δίπετὸν ὄντα τὸ παλλάδιον τοῦτο κατενεχθῆναι τῷ τρωὶ βασιλεύοντι φρυγῶν. Meminit Herodianus lib. 1. Palladij, quod Commodi temporibus templo Vestæ ardente, uirgines Vestales in regiam per uiam sacram transtulerant. Arcis.] Hanc modò templum, modò summam arcem nuncupat, unde sublatum fuit. Quare Vlysses à Lycoph. λαύφ uocatur, ὅτι τὸ παλλάδιον τῆς ἀθηνᾶς, ἀνελὼν μετὰ διομήδους, ἐν τῇ τροίᾳ ἔκλεψε. δῖος νόθος αὐτὸ τοῦ ἀντικλείας. ἐκείνῃ γὰρ ἀντίκλεια γυνὴ, τῆς ἰδίας θυγατρὸς ὑπῆρχεν ἑταίρα. Sunt qui scribunt, Antenorem id sustulisse, ac Theano ab eo acceptum tradidisse Græcis.
C Cæterùm de Palladio, diuersis historijs missis, reliqua in tertio explicabuntur. Pallad.] Appositio: pathos ab impio. Illud uerò hoc loco obseruandum, Palladium nunc simulachrum, modò sacram effigiem & uittas etiam appellari. Scelerum.] Allusum est ad paramiam, Vlysseum commentum: quod de callido, astuto & uafro dicebatur, ὀδυσσέως μηχανή. Quare ab Homero nunc πολυμήχανος, nunc δολομήτης nuncupatur: & à Lycophrone λαμπουρὶς, διά τι πανοῦργον εἶναι. Ex illo.] A consequentibus sacrilegium ducum continuat narrationem. Fluere] Metaphora, à re corporea ad incorpoream: dilabi. Nec dub.] Confirmat à manifestis iræ diuinæ signis, quibus ipsi impietatis suæ admoniti, & de dea placanda, & ineunda fuga consultare occœperunt.

Tritonia.] Pallas: antonomasia hæc à Græcis & τριτογένεια dicitur, & τριτογενής, ὅτι ἐν τῷ τρίτωνι ποταμῷ λιβύης ἐγεννήθη: quòd in Tritone amne Libyæ sit nata. Secundum Callisthenem. ὅτι τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη. quòd tertia mensis die in lucem edita sit: quamobrem apud Athenienses tertius dies sacer Mineruæ est. ἢ ὅτι ἐκ τῆς τριτοῦς τῆς κεφαλῆς τοῦ διὸς ἐγεννήθη, quòd è Iouis cerebro prodierit: nam Bœotia τριτὼ caput uocant. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ τῇ σελήνῃ ἐστί· ἡ δὲ σελήνη ἀπὸ τριτάδος τελεία φαίνεται. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ τῇ ψυχῇ ἐστι· τριμερὴς δὲ ἡ ψυχή· ἔχει γὰρ θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, καὶ λογικόν. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τῷ ἀέρι· τρέπεται δὲ ὁ ἀὴρ γινόμενος, καὶ μεταβάλλεται ἔαρι, θέρει, χειμῶνι. τὸ γὰρ παλαιὸν τριμερὴς ἦν ὁ χρόνος. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τῇ φρονήσει. γεννᾶται δὲ ἐκ τοῦ τρίτου καὶ ἐκ τῆς [illegible] φαλῆς, τρία χαρίζεται τοῖς ἐχουσιν. εὖ βουλεύεσθαι, κρίνειν καλῶς, πράττειν δικαίως. Qui antiquitates diligenter digesserunt, produnt, anno LVIII. Isaaci, uirginem ad lacum Tritonidem apparuisse. quam Latini Mineruam uocarunt: à qua palude, Tritoniæ nomen accepit: ut Pallas dicta est à Pallante, uel Pallene Thraciæ insula, in qua nutrita creditur: uel à Pallante gigante, ab ea interfecto. Scribunt amnem Tritonem esse in Libya, ad quem natam eam arbitrantur. τὴν παρὰ τῷ τρίτωνι ποταμῷ γεννηθεῖσαν, ὅς ἐστι τῆς λιβύης. ἢ περὶ τρίτωνα τὸν ποταμὸν λιβύης ἐμφανισθεῖσαν. ἢ ἀπὸ τοῦ τρεῖν. ἐμφοβεῖν τοὺς πολεμίους. Tritonem aiunt esse in extrema ora Africæ, circa Syrtes. uel, ut alij, inter utramq. alij circa minorem Syrtim: ubi in uastam paludem Tritonidem funditur. Circa Tritonidem habitant Machlyes & Auses, quorum puellæ sacro Mineruali in turmas diuisæ, fustibus sese & lapidibus incessunt, fatentes se morem patrium seruare. Tum si quæ acceptis uulneribus ceciderint, eas negant uirgines fuisse. Quæ uerò omnium fortissima iudicetur, eam Græco armorum apparatu, & crista Corinthia in currum sublatam, circa paludem magno suarum applausu circumferunt. Sic scribit Herodot. & item Mela. non solùm omnem Tritonem ab ingenti palude Tritonide, supra sinum Syrtis recipi, unde Mineruæ cognomen inditum sit, ibi genitæ, ut incolæ arbitrantur: uerumetiam fabulam ei rei fidem aliquam facere: quòd eum, quem natalem illius putant diem, ludicris uirginum inter se decertantium celebrent. Tres Tritones fuisse produntur: Bœotiæ unum, Thessaliæ alterum, tertium Libyæ. ἐν δὲ τῷ κατὰ λιβύην ἐτέχθη ἡ ἀθηνᾶ. Hinc Pallantias, teste Plinio, à Callimacho appellata est. Luminib.] Lycoph. γλήνας ἄνω στρέψασα. Solo.] Soli appellatione omne id continetur, quicquid aliquid dorso suo sustinet. Salsus.] Salsus is sudor est, qui per tertiam digestionem seuocatur: salsus ob id, quòd dulcissima alimentorum pars ad totum corpus nutriendum sumatur: inconcocta partim in urinam, partim in sudorem uertitur. Hic salsus ob id erumpit, quòd aqueæ portiones terreis admixtæ, salsedinem faciant. Arsere.] A signis, seu accidentibus iræ. Exemplo.] Consilium ab antecedentibus collectum. Argolicis.] Græcis. Omnia.] Non potest Troia exscindi, ni omina è Græcia repetant. Quæ omina dicat, mox reddit: ni Palladium restituant, quod in Græciam ablegarant. Respexit Poëta ad id, quod è ueteri Rom. disciplina erat, ut si res parùm fœliciter cecidissent, auspicia ad urbem repeterentur. Hanc pro.] Redditio ad id quod rogarat Priamus, cur molem hanc statuissent. Nefas.] sacrilegium Vlyssis ac Diomedis, qui Palladium è templo Mineruæ sustulerant per furtum.

Calchas.] author cõsilij, ut hæc prodigiosa moles equi erigeretur. Hunc à materia describit, & addit hyperbolen. Ne recipi.] A causa finali, ad id quod rex percon-

catus fuerat: Quidúe petunt, quæ religio? Hæc ancora & cardo doli est, ut scilicet dirutis muris, uasta machina in urbem portetur, eáq; Græcis agminibus patefieret. Nam si.] Antithesi persuadet, deiectis muris in urbem introducendum, & à uiolando terret, inieciа religione à metu incommodorum: id est, euersione urbis Troianæ. Quod dij.] Ficta imprecatio, ne iam hostium factus, suis fauere uideatur. Ipsum.] Calchantem, huius consilij authorem. Sin manibus.] Altera antitheseos pars, qua à spe futuræ non solùm uindictæ, sed uictoriæ de hostibus, equum intra muros trahendum persuadet. Asiam.] Metonymia, Asiaticos: & synecdoche est, Asia pro Phrygia, totum pro parte. Pelopeia.] Græcorum, antonomasia. Pelops & Atreus fratres fuerunt. Ex Pelope Tantalus, ex Atreo Agamemnon & Menelaus prognati sunt. Sunt qui Pelopem Atrei patrem fuisse contendant. Tantali certè filius fuit, & Diones Atlantis. Hic cùm esset conuiuio deorum exceptus, à Tantalo cæsus, & in lebete percoctus, dijs comedendus appositus fuit. Ceres, absumpto brachio, cùm cætera membra rursum diuorum beneficio coiuissent, eburneum restituit. Secundum quosdam Lydus, alios item Paphlagon fuit. Cæterùm longum nimis foret, & odiosum, hic ea referre, quæ de Pelope fabulantur. Pelopeia.] Achaicum bellum indicat, quod Romani postea cum Achais gesserunt. Achaia enim in Peloponneso est, uidem ut Mycenæ, & Lacedæmon, patria ducum Græcorum. Peloponnesum, nomen à Pelope nactam ferunt. Pelops Hippodamia suis artibus potitus, cùm fortè illa sitiret, secessit in locum quendam quà iter A
erat. Dum it haustum ille uxori aquam, Myrtilus mulieri uitium afferre uoluisse perhibetur. Pelope reuerso, Hippodamia hominem accusauit, ut à quo uis sibi illata esset: aut certè, ut nonnulli narrant, dedecus propositum tantum foret. Quare à Pelope stomachi pleno circa Geræstum promontorium præcipitatus fuit. Ille iam moriens, horrendum diris Pelopidas deuouit. A Myrtilo Myrtoum mare inde denominatum fuit. Pelops sub hæc pœnitens in mediterraneum profectus, Vulcano expiatus, suscepta Pissa Oenomai regno, et Apia, Pelasgia tum dicta, totam eam peninsulam Peloponnesum de suo nomine nuncupauit. Itaque Pelopeia mœnia, (ut dixi.) Achaiam, Peloponnesumq; adeò totam, in qua Mycenæ sunt, Agamemnonis regnum: Argos item & Lacedæmonem, unde Menelaus & Helena profecti erant, bello à Phrygibus petendam, & de ijs Troianos triumphum acturos dicit, si monstrum equi portis recipiatur. Digeritur & ad istum modum historia. Pelops iniustum imperium patris fugiens, in Græciam uenit, ubi uirtute pariter & diuitijs instructus, regnum obtinuit. Oenomaum Alxionis filium, uel (ut poëtæ fabulantur) Martis & Harpinnæ regno Pi- B
sæ exuit, potentissimos totius Græciæ affinitate sibi adiunxit. Nioben sororem Amphioni dedit in Bœotia: filiam Lysidicen Alcæo: Astydamian, uel Nicippen, siue Antibiam Sthenelo. Atque ita numerosa sobole auctus, cùm peninsulam totam occupasset, de se eam Peloponnesum, quasi Pelopis insulam, appellauit. Nepotes.] posteros.

ARGVMENTVM.

Concludit, dolo atque insidijs Sinonis captam fuisse Troiam, quæ nullis antea Græcorum uiribus capi potuerat.

NASC. Tal. coactis,

Talibus insidijs, periurīq; arte Sinonis,
Credita res: captiq; dolis, lachrymisq; coacti,
Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuêre decem, non mille carinæ.

TALIBVS insidijs.] Epilogũ facit, quo uno ferè uerbo superiora complectitur: Troianorũq; leuitatẽ excusare conatur: quibus cùm uerti uitio posset, quod plus nimio faciles, creduliq; in suis periculis fuissent, eóq; magis, quòd fraudulentes, mendacesq; Græcos esse cognoscerent, causam tantæ leuitatis integritati animi eorum ac pietati erga Deos assignare conatur, qui cùm semper religiosissimi, omnibusq; in rebus uirtute, non sceleribus innixi fuissent, alios quoque ex suo animo, suisq; moribus spectandos putabant: neq; animum inducere unquam poterant, ut crederent Græcos, etsi dolosos, ita tamen temeritatis fastibus, impietatisq; stimulis agitatos, ut nulla Deorum habita ratione, per speciem religionis in quenquam intendere fallaciam auderẽt. Lachrymisq; coacti.] ita habent omnes peruetusti codices, quanquã Seruius interpres coactis legit: hoc est, arte expressis, non sponte fluentibus. suamq; sententiam Terentij auctoritate fulcire conatur. mihi quoq; magis arridet coacti: ita enim occultè significare uidetur Poëta eminentiss. quanta sit uis affectuum: ut quamuis orator luctum arte fingat, & lachrymas, eius tamen artis tantam efficaciã esse, ut sæpenumerò uel rebus fictitijs auditores moueat, ac in suam sententiam trahat. Quos neq; Tydides.] rei indignitatem exaggerat per comparationem à personis Diomedis inprimus, & Vlyssis: per quod colligitur indignissimum fuisse capi unius fraude, & artibus eos, quos nulla unquã uires superare poterant. Non anni domuêre decẽ, non mille carinæ.] exaggerat à tempore, & à numero nauium, atq; militum, qui in nauibus erant: unde Troianorum laus non absque Græcorum dedecore emergit à fortitudine, & à potentia: quia quos nec temporis longinquitas, nec peritia belli, nec ducum fortitudo, nec copiarum multitudo, numerusq; nauium unquã C
uincere potuit: eos fraus, dolusq; Græcorum deuicit. Perinde ac si diceret, Græcos, nec scire, nec posse nisi dolo, & fraude uincere. Porrò occultè ad illud Lysandri Lacedæmonij dictum, de quo Plutarchus in eius uita meminit alludere uidetur: ubi leonina pellis non attingeret, eò contendendum assuta uulpina: id est, cum uiribus res obtineri non posset, dolum esse adhibendum: huic loco affine est Ouidianum illud ex epist. Deianiræ:

Quem non mille feræ, quem non Stenelius hostis,
Non potuit Iuno uincere, uincit amor.

nec illud dissimile est Horatianum in Epodo:

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma uiribus ruit:
Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus:
Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisq; rebus infidelis Allobrox.

naues, quibus ad Troiam nauigatũ est, nauiumq; duces recenset Hom. Il. 2, earũq; Eurip meminit in Iph. in Tauris.

Talibus.]

LAMB. Hort. TALIBVS.] *Ecphonesis in summā narrationis Simonis: cuius artes & dolum collationibus à maiori amplificat, ut affectus moueat ab indignitate rei.* Quos neq;.] *Amplificatio indigni, non solùm ab exemplis maioribus exaggeratis: seu potius collatione maiorum, uerùmetiam à ratione diuturni temporis, quòd urbs ab hostibus circumsessa fuisset. Quid porrò indignius, quàm eos unius dolis capi, quos totius Graeciae uires decennali bello fractae, tot amissis ducibus, debellare non poterant?* Coacti.] *Translatio culpae.* Tydides.] *Diomedes, Tydei filius: antonomasia.* Larissaeus.] *Epitheticōs. Larissa Thessaliae oppidum est, non longè à mari, aliquando Iolcos appellata. Quare ob locorum uicinitatem Achillis patria dicta fuit: etenim haud procul à Phthia, patria Achillis, & totius Thessalici regni capite, distabat. Sunt & Larissaei Asiae Scythicae populi. Est & alia Larissa Arabiae oppidum, authore Plinio. Hesychius, λάρισσα (inquit) πᾶσαι ὀρεινὰς πόλεις, αἱ ὑψηλαί. Est & nobilis uicus in Trallibus: Larissa in Italia, Pelasgorum κτίσμα. Thessalicam Larissam Acrisius condidisse existimatur, quam à Larissa Pelasgi filia nominauit. Alij à Pelasgo conditam affirmant, inter quos Homeri enarrator est. Sed Pausanias in Thessalia duas Larissas fuisse affirmat, ambas à Pelasgi filia Larissa nuncupatas: quarum altera ad Peneum, altera in littore maris cōdita fuit. Porrò autem Apollonij enarrator lib. 4. Argonaut. Larissam ab Acrisio, qui à Perseo disco interfectus fuit: conditam ostruit, ex Pherecyde. Fuit & Larissa, quae Cremaste cognomento dicebatur, quam L. Apustius bello Macedonico subito aduentu occupauit.* Decem.] *decennale bellum, hos Simon consutis dolis uicit.* Mille carinae.] *Numerus certus pro incerto. Vehementer intendit amplificationem gradatio. Non Diomedes, non Achilles, non decennale bellum, non innumerae hostium naues domuerant.*

ARGVMENTVM.

Monstrum horrendum, ac valde Troianis timendum describitur. Laocoontis, qui forte delectus fuerat, vt B Neptuno sacrum solenne faceret, duos filios paruulos, ipsumq; Laocoonta liberis suis auxilium ferentem à duobus serpentibus è mari venientibus deuoratos.

NASC.

Hic aliud maius miseris, multoq; tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos,
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubaeq;
Sanguineae †exuperāt undas: pars caetera pontum   †al. superāt
Pone legit, †sinuatq; immensa uolumine terga.   †al. sinuant
Fit sonitus, spumante salo: iamq; arua tenebant,
Ardentesq; oculos suffecti sanguine, & igni,
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Diffugimus uisu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterq;,
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum, auxilio subeuntem, ac tela ferentem,
Corripiunt, spirisq; ligant ingentibus: & iam
C Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite, & ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos,
Perfusus sanie uittas, atroq; ueneno:
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
†Quales mugitus, fugit cùm saucius †aram   †al. Qualis   †al. aras
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.

Hic aliud maius.] *Rē per cōmiserationis affectū amplificat ex portēto, quod idcirco positū esse uidetur, ut Troiani ab omni leuitatis suspicione uindicētur: quò ut appareat non eorū insipientia, sed Deorū uoluntate urbis iacturā factā fuisse. Miro igitur artificio omnia pertractat Aeneas, quę Troianos principes usque ad poenitentiā, cętera uerò insipientiam clementes inducit. obseruāda autem est hic perelegās alliteratio: quā motacismū Grāmatici uocāt, ad mouendum cōquestionis affectum: plures enim uoces ab M inchoantes simul positae, ut hoc in loco, lachrymis, cōmiserationiq; mouendae aptissimae sunt.* Sorte sacerdos.] *Ad morem sacrorum alludit. nam ubi certus deerat sacerdos, alius sorte trahebatur. Sed legito Seruij commētaria.* Taurum ingentem.] *Altera est allusio ad morem sacrorum: nam diuersae aetatis, generisq; diuersi hostiae Dijs uarijs mactabantur: taurus Neptuno, & Apollini ingens: hoc est, iam adultae aetatis mactari solebat. unum illud est ex 3. Aeneid.*

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Ecce autē gemini.] *Tale, ac tātum est huius descriptionis artificium, ut non modò partes singulae, uerùmetiam singula penè illius uerba diligenter sint obseruanda: cuius generis usus talis est, ut rē ipsam non intelligamus solùm, sed etiam uidere uideamur: haec ὑποτύπωσις, & ἐνάργεια, & repraesētatio, & euidentia nominari aliàs à nobis dictū fuit. Hoc orationis genus Cicero, & Aristoteles illustre, ac splēdidum appellatur: in quo uerba grauitate delecta ponuntur, ut tranquilla per alta immensis orbibus angues, incumbūt pelago, immēsa uolumine terga: neq; enim significantoria, neque meliora inueniri possunt: ponūtur superlata: ut, Clamores simul horrēdos ad sydera tollit. Sūt ad nomē adiuncta, quae dicūtur adiectiua: sonitus autem ab imitatione rerū non abest, uel hoc maximè: Fit sonitus spumāte salo. &, Sibila lambebant linguis. quid multis moror? omnia sic sunt illustria, ut res non scribi, sed ante oculos legentium fieri uideatur.* Ecce.] *Vox est apta ijs, quae noua & improuisa animo contingunt, atq; oculis: de qua etiam anteà ex Pediano nonnulla diximus.* Horresco referēs.] *μύθ@ ab horrore: quod & horridis uerbis, ac literis exprimitur.* Pectora quorū inter fluctus arrecta, — Pars caetera pontū Pone legit.] *Serpentū natantium morem, naturamq;*

depingit, qui arrecto collo, parte corporis posteriore natant. Sinuatq; immensa uolumine terga.] Serpentiũ magnitudinem ostendit, cùm ait, immẽsa uolumine: nam posteriorem corporis sui partem in aquis relinquebant admodum longam, quam natando curuarent in magnumq; uolumen plicarent: id enim significat uerbum illud insinuat. unde Ouid. lib. 3. Metamor. de serpente & ipse uerba faciens sinuari in arcus dixit:

» Ille uolubilibus squamosos nexibus orbes
» Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus.

Ardẽteisq; oculos.] Tales sunt quidem natura serpentes, sed eò etiam ardentiores, cruoreq; pleniores oculos habent, quò sunt iratiores. Ouid. loco superiùs adducto:

» Igne micant oculi, corpus tumet omne ueneno.

Diffugimus uisu exangues] Renouat πάθος à timore, uel ab horrore potiùs: nã insit serpentibus ita territos fuisse Troianos dicit, ut exangues: id est, sine sanguine penè effecti fuerint: hoc enim affert timor cùm aduenit, ut homines pallidos, ac propè exangues reddat. Illi agmine certo.] Vim, impetũq; anguium in Laocoonta, eiusq; filios κατ' ὑποτύπωσιν describit: unde uarius, multiplexq; commiserationis affectus ex circumstãtijs moueri uidetur, primùm à sanguinis coniunctione: deinde à numero, ab aetate, à modo: uidet enim oculis pater liberos ex sese genitos duos, aetate paruulos, certo: id est, ueloci agmine impeti nodis, nexibusq; anguium implicitos ab ipsis anguibus miseris modis dilaniari, atq; consumi. Bis medium amplexi, bis collo] Repetitio haec uim augendae commiserationis habere uidetur: estq; locus ex Arato sumptus: cuius carmina Cicero ita uertit in 2. de nat. Deor.

» Hic pressu duplici palmarum continet anguem:
» Atq; suo ipse monet religatus corpore toto.
» Nanq; uirum medium serpens sub pectore cingit:
» Atq; oculos urget pedibus, pectusq; nepai.

Si uerò rem diligenter expendamus, multo etiam ex 2. Il. Homeri, ubi memorat à serpente è coelo delapso passeris pullos cum matre deuoratos, in hunc locum translato iudicabimus: locus notior est, quàm indicari oporteat. Romae olim simulacrum Laocoontis antiquissimum fuit ex solido marmore, adhucq; extat, non tamen integrum, quod Plinius, ut ipse refert, in Titi palatio uidit, opus omnibus picturis, & signis meritò anteponendum: ex quo quidem simulacro non difficilis coniectura trahi potest, totam hanc Maronis descriptionem sumptam fuisse. Clamores simul horrendos.] πάθος à clamore: quì τὴν δείνωσιν per comparationem extollit à boue ad aram percusso. Incertam securim.] Quae certam tauro mortem non attulit. A

Hic aliud] Cõfirmatio erroris, & narrationis uerisimilis, à sequuto statim prodigio, ex antecedentibus causis aptè accõmodato. Hoc excusat errorẽ, quòd stultè aliòqui impostoris unius uerbis credidisse uisi fuissent. Hic aliud.] Attentio à re noua, ad sequẽtem narrationẽ. Laocoon.] Narratio. Erat hic Laocoon Neptuni sacerdos, filius Antenoris, ut Graeci authores prodiderunt. Verùm huius affatim suprà meminimus. Diuersa à diuersis huius calamitatis causa producuntur: quòd sacrificijs Graecorũ ad Troiam aduentum non prohibuerit: uel quòd Neptuni arã coitu prophanasset Tranquilla]per aequor, à tempestatum iniuria tranquillum. Angues.] Hos à forma, qualitate & quantitate describit. Et ipsam descriptionem hypotyposi conuestit, qua horrorem & animalium saeuitiam oculis subijcit. Agmine.] Tractu. Anaphora est, in repetitione Bis. Circum.] Sectio. Spiris.] Spira basis est columnae uel aut duarum & funis nauticus in orbem circumuolutus. Transfertur longiùs per metaphoram, ad quamcunque rem plures circulos efficientem. Qualis mugitus.] Pathos, à parabola. Sumpta comparatio est ex Homeri Iliade: LAMB. Hort. B

αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος »
ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα »
κούρων ἑλκόντων, γάνυται δέ τε τοῖσ' ἐνοσίχθων. »

ARGVMENTVM.

Deuorato Laocoonte, liberisq; eius, dracones effugiunt in arcem Mineruae, subq; clypeo simulacri illius teguntur, pauent Troiani, & equum in arcem ducendum statuunt. C

At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, saeuaeq; petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibusq; Deae, clypeiq; sub orbe teguntur.
Tum uerò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor, & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Laeserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaq; diuae
Numina, conclamant.

NASC. At gemini lapsu.] Effectus causã declarat: nã cùm dracones petierint arcẽ, subq; pedibus, & clypeo Mineruae latuerint, apertè satis intelligi potuit, Laocoontem ob illis fuisse deuoratum: quia in machinam illam Palladi dicatam hastam intorserat. Saeuaeq; petũt Tritonidis arcẽ.] Coniectura à signo deducta firmari poterat, Mineruam tam horrẽdae necis cõsciam, adiutricemq; fuisse: quam crudelitatis arguens saeuã uocat. Tum uerò tremefacta.] πάθος à timore Signo horrendo ualde terrentur Troiani: quò fit, ut uelint, nolint, uerbis Sinonis fidem habeant: quamobrem facinorum crudelitas excusabatur. Sacrum qui cuspide robur.] Ex uaria scriptorum opinione equi illius lignei appellationem uariat: nam modò equum, modò machinam, aliàs ferum, nunc robur etiam uocat. Sceleratam intorserit hastã] Quae excidij urbis causa fuit, ideo sceleratam uocat, ut porta scelerata Romae: unde Fabij infelici omnes exierunt: & est allusio (ni fallor) ad hastam sceleratam, quae ante urbium expugnationem ab Imperatoribus olim in hostium conspectu poni solebat, quae illius excidium significaret. Seruius hic meras nugas effutit, & somnia comminiscitur. Ducendum ad sedes.] qui antea in alia omnes iuerunt, ubi res in consultationem posita fuit, nunc certatim summa deliberatione consentiunt omnes, ducendum esse in arcem equum.

DELVBRA.] Sũt qui tradũt, non Laocoonta, sed filiũ eius solùm, à serpentibus afflato ueneno interemptum: neque LAMB. Hort.

A *neque verò littore, sed in Apollinis Thymbræi templo: atque id præsentissimum capiendæ urbis omen fuisse. Sed neque è Tenedo quidem, verùm proximis Calydnis insulis delapsos enatasse. Has ea de causa* τέρμνας *vocat Lycophron.*

Delubra.] *Varro lib. 8. rerum diuinarum, teste Macrobio, ait, delubrum quosdam existimare, in quo præter ædem sit area, assumpta deûm causa. Alios, in quo Dei simulachrum sit dedicatum: ut locum, in quo figatur candela, candelabrum appellatum: ita eum locum, in quo diuum statuerent, delubrum nominatum. Festus autumat, antiquitùs fustem dictum delibratum. hoc est, decorticatum, quem prisci mortales, vera religionis rudes, venerabantur pro deo.* Tritonidis.] *Mineruæ: antonomasia.* Sub pedibus.] *Huius clypei cælaturam morè expressit in 8 Aeneid.*

» *Aegidáque horrificam, turbatæ Palladis arma*
» *Certatim squamis serpentum, auróque polibant.*
» *Connexósque angues, ipsamque in pectore Diuæ*
» *Gorgona desecto vertentem lumina collo.*

Angelus Politianus scribit, Romæ se vidisse cõsimile Palladis simulachrum, gestans ægida squamoso draconum corio contectam, sic ut extremum ipsum ambitum draconculi ad limbi aut fimbriæ vicem circumcluderent.

Tum.] *Ab euentu coniectura.* Sacrũ.] *Ab antecedente causa.* Robur.] *Antonomasia materiæ pro re confecta.* Tergo.] *Interpretatio. Cæterùm, sacrum Grammatici vocare videntur, authore Trebatio apud Macrobium, quicquid deorum habetur. Quare Poëta eius functionis memor, ubi sacrum nominatur, ferè mẽtionem deorum adijcit.* Sedes.] *ad templum Mineruæ.* Conclamant.] *Concordes atque uno ore clamant: non sententijs variantes, ut suprà. Est & alia huius verbi significatio metaphorica, & planè prouerbialis,* Conclamatum est: *cùm extremam desperationem volumus indicare, aut nihil amplius spei superesse. Sumptum à prisca funerandi consuetudine, qua mortuo rogo imposito, ter Vale conclamare solebant, ipsumque adeò iam vita defunctum proprio nomine inuocare. Quod si ne tum quidem vitalis spiritus ullum signum edidisset, conclamatum esse dicebatur.*

B

ARGVMENTVM.

*Diuisio vrbis muro (nam recipi portis non poterat) in vrbem cum cantu, & hymnis machina trahitur.

Diuidimus muros, & mœnia pandimus urbis.
Accingunt omnes operi, pedibúsque rotarum
Subijciunt lapsus, & stupea uincula collo
Intendunt: scandit fatalis machina muros,
Fœta armis, circum pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt, funémque manu contingere gaudẽt.
Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.

NASC. DIVIDIMVS muros.] *Præcipitĩ hoc in loco ocalitè designat Poëta Troianorum amentiã: qui quo tempore bellũ nec positum, nec sopitũ esse certò sciebant, muros aperiunt. Sed prodigij descriptione ita excusantur, ut misericordia potius, quàm irrisione digni esse videantur.*

Et mœnia pãdimus urbis.] *Tib. Donatus, & Seruius interpretes hic esse iterationem, siue* ταυτολογίαν *negant: ego verò ei haud multum aduersarer, qui contrà sentiret.* Accingunt omnes operi.] *quomodo, quáue reuerentia in urbem tracta fuerit machina paucis scribendo complectitur, unde ingens commiserationis affectus deduci posse videtur ex Troianorum infelicitate: qui quasi omnes fato sibi exitium pararent, omnes etiam operi sese accingebant, ut sua sponte hymnos canendo perirent.*

C Scandit fatalis machina muros.] *Cũ pondere, nec absque conquestionis affectu.* Mediæque minans illabitur urbi.] *Mira, inquit Donatus admodum descriptio ingredientis equi: cùm enim traheretur tanta moles, cum quodam tremore mouebatur: hunc tremorem Virgilius ratione temporis dictante vertit in comminationem: ut non tàm moueri machina videretur magnitudine sua, quàm minari.*

LAMB. Hort. DIVIDIMVS.] *Splendida hypotyposi ardens Troianorũ studiũ, & nimis luxuriosam lætitiam in subducenda in urbem machina, describit: & ordinem in rei descriptione seruat. Etenim ut in urbem introduceretur, cõueniebat aut portam aperiri, aut dirui, fossas obrui, id quod Poëta elegantissima serie exponit factum.* Pandimus.] *Luculentis verbis priorem orationem explicat, videlicet quo pacto diuiserint muros: patefecerint mœnia.* Machina.] *Periphrastica equi descriptio. Apparet, ab hoc equo postea superstitiosum omnem de equo Seiano manasse, quod fatalem interitum Troianæ attulerit.* Stupea.] *Funes canabeos: à stuppa, stuppea uincula eleganter dixit.* Fœta.] *Metaphora ab animali, ad non animal: in illa autem persistit, respiciens ad id quod in sextò dixit:*

—— *uterumque armato milite complent.* «

Minans.] *Mirum quàm propriè et aptè minans dixit: nam minari malum, uim & vindictam dicimus: & minari ruinam, quæ inclinantur, & prona sunt ad casum. Itaque minans quasi exitium & pestem extremam urbi, nutans, & caput motans, hucque illucque quassans intrò trahebatur. Et minari, eminere, exstare: quam arbitrantur natiuam esse vocis significationem: unde minæ, eminentia murorum, quas alio nomine pinnas etiam dicimus.*

ARGVMENTVM.

Aeneas exclamãdo patriæ suæ calamitatem, atque excidium deplorat, equum in arcem deductum, & Cassandram aliàs irrisam, vrbis ruinam vaticinando prædixisse narrat.

O' patria, ô diuûm domus Iliũ, & inclyta bello
Mœnia Dardanidũ: quater ipso in limine portæ
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monstrum infœlix sacrata sistimus arce.

NASC. O' PATRIA, ô diuũ.] *per apostrophẽ exclamat in patriam: quã vehemẽter extollit primùm à pulchritudine, siue ab alia quadã excellẽtiore prærogatiua, quod eã Deorũ patriã vocat: deinde etiã à virtute militari, & à*

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu, non unquam credita Teucris.
Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa, uelamus fronde per urbem.

liari, & à claritate famæ: pathetica autẽ exclamatio est, gratia mouẽdi cõmiserationis affectus interposita. Etenim æquo animo perferre nõ potest Aeneas, urbẽ tã celebrẽ, tã inclytã, ut Deorũ pot' quã hominũ sedes esse uideretur, funditùs dirutã prostratãq́ iacere. Loc' est ex Ennio sumptus, quem Cic. in 3. Tusc. adducit. sic enim inquit:

» *O' pater, ô patria, ô Priami domus,*
» *Septum altisono cardine templum:*
» *Vidi ego te, astante ope barbarica,*
» *Tectis cælatis, laqueatis,*
» *Auro, ebore instructum regificè.*

Persimilis extat cum pathetica exclamatione cõquestionis affectus apud Eurip. in Medea, ubi hunc in modũ ipsa loquitur:

» [illegible]
» [illegible] *Et infrà:*
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Quater, &c.] *Descriptionẽ prodigiorũ, quæ futurũ urbis excidiũ præmõstrabant, exornat colore rhetorico, quæ Latinis cõplexio. Græcè uerò* [illegible] *dicitur.* Instamus, &c.] *Renouat cõmiserationem, simulq́ suorum imprudentiã excusat à dementia, & à furore quodã quasi diuinitùs illis immisso: quo ualde oppressi ueluti talpæ oculis capti in ipsa luce caligabant.* Et monstrũ infelix.] *Ab effectu* [illegible], *quod eos reddidit infelices.* Tunc etiã fatis.] *Amplificat rẽ à uaticinio Cassandræ idq́ inuelit, quæ fata casura sunt, ne Deorũ qdẽ admonitione euitari posse.*

Nos delubra, &c.] *Auget cõmiserationem ex nimia Troianorũ cæcitate, uel poti' infelicitate: qui cùm ex omni bellorũ periculo sẽ ereptos esse putarẽt, ideoq́ lætitiæ signa ostenderẽt, tũc seruitutis iugũ, mortisq́ discrimẽ subierunt: genus peripetiæ est: cuius Arist. copiosè meminit in Poët. & nos inter initia 1. libri plurib. diximus, ut sæpè diximus.*

LAMB. O' PATRIA] *Abrupta narrationis cursu exclamatione pathetica exornat orationẽ à loco, cùm appellet patriã: amplificat à religione, cùm Diuûm domũ uocet, eius arx, ipsaq́ adeò mœnia à diuis cõdita fuerũt. Hemistichiũ Ennianũ est.* Quater.] *Pathos à re, quod non parũ intendit anaphora: ut arguat, præsens planè fuisse fatũ. Quamobrẽ cæcos furore fuisse omnes dicit, cùm quater subsisteret in porta Scæa.* Monstrũ] *Rectè mõstrũ, propter prodigiosæ magnitudinis molẽ: uel quòd ligneus equus armatos uiros utero gestaret, quos ad uiui animantis similitudinem, ceu maturum fœtum suũ, mox esset in lucẽ editurus.* Tũc etiã.] *Cõfirmatio excidij fatalis, à contemptu uaticinij Cassandræ. Hanc fabulãtur ab Apolline pro concubitu uaticinandi artẽ pactam: quam consequuta, cùm falleret, Apollinẽ iurasse, nullum ullo seculo mortalium illius fidem uaticinijs habiturũ. Accidit hoc illi postea, cùm frustra omnia aduersa et internecionẽ popularib. suis uaticinaretur. Alij ferunt, Helenum & Cassandrã uno partu geminos fuisse editos, qui natalitijs aliquãdo peractis, in Apollinis Thymbræi tẽpla ludẽdo lassi, somno correpti fuere, domũ digressis ijs quib. cõmissi erãt. Hi cũ postero die in templum redissent, uiderunt puerorũ poros serpẽtum linguis correptos. Mulieres re inopinata atq. admirabili perculsæ, cùm clarũm inclamarent, serpentes dilabebantur: & in laurũ proximam, haud procul ab eo loco, subibant. Atq. hoc pacto aiunt pueros fatidico spiritu donatos fuisse. Historiam scriptã reliquit Anticlides. Paulò diuersius refert historiam Isacius Tzetzes, quã nõ grauabor hic ascribere:*

[illegible] B

[illegible] C

[illegible] *Cassandræ templum postea in Italia cognitum à Daunorum principibus fuit.* Dei.] *Apollinis.* Delubra.] *Pathos à loco & tempore.*

ARGVMENTVM.

Troianis dormiẽtibus noctu, Græci in equo ligneo inclusi exeunt, datoq; nauibus signo, vt legiones à Tenedo properarent, vrbem inuadunt, portarum custodes occidunt, & portis patentib. socios in vrbẽ recipiũt.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq; polumq;,
Myrmidonumq; dolos, fusi per mœnia Teucri
Conticuêre: sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A' Tenedo, tacitæ per amica silentia lunæ,
Littora nota petens: flammas cùm regia puppis
Extulerat: fatisq; deum defensus iniquis,
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætiq; cauo se robore promunt,

NASC. VERTITVR interea cœlum.] *Ad Troiani excidij descriptionẽ sese accingit, in qua ad unguẽ ea obseruare uidetur, quæ probabilẽ reddere narrationẽ solẽt. Nã personarũ dignitatib. cautã accõmodat: cauxã facti producit, loci assignat, tẽpo ris, cæterorũq; rationẽ habet: quibus eum utẽ oportet, qui rẽ quampiã uerisimilẽ facere uelit. Nã & facere poterãt Græci, quia uafri, & dolosi, et pati poterãt Troiani, quia creduli, & propter ostẽtorũ apparationẽ nimiũ erãt incauti: erat causa*

† Thersandrus Sthenelusque duces, & † dirus Ulysses,
Demissum lapsi per funem Athamasque Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus:
Inuadunt urbem somno, uinoque sepultam:
Cæduntur uigiles, portisque patentibus omneis
Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt.

† al. Tisandrus
† al. diuus
al. durus

A causa insidiarum, quod per decennium nec uirtute, nec armis Græcorum unquam uinci potuerant: facultas non defuit, equus ligneus armatis hominib. repletus. Cicer. in 1. de Inuent. facultatem eam esse dicit, qua facilius fit, aut sine qua aliquid cõfici non potest: remota hac belli machina, quã illi Mineruæ uotã pro suo reditu simularunt, nulla apparet in Græcis capiendæ Troiæ facultas extitisse: occasio prauabant: quia Troiani bene poti somno grauiter premebantur. Locus fuit opportunus, quòd in arce loco urbis munitiore, & ad urbẽ occupandã aptiore equus fuerat collocatus: tẽpus sese idoneũ offerebat, obscura nox, spatiũ tẽporis tota penè nox. Inuoluens umbra magna.] noctis definitionẽ expressit: quã aiunt esse umbrã terræ: nec ab re epitheton addidit: nam ita magna est (ut Astrologi perhibẽt) ut etiã cœli cõuexa prohibeat illustrari. Sopor fessos.] τὸ αἴτιον est cur tacerẽt: quia dormiebãt: & est probatio ab
B occasione: quæ Græcis sese obtulerat inuadendæ urbis idonea. Tacitæ, &c.] à tẽporis opportunitate iterũ rem uerisimilẽ facit. Sed illud cõmune fuit, quod dixerat, & ruit Oceano nox: hoc uerò separatũ, quanquã utrisque opportunũ fuisse uidetur, & ijs, qui ligno inclusi erant, & ijs qui à Tenedo ueniebant: nam silente Luna & cõmodiùs ex equo prodire, occisisque custodib. portas socijs aperire, & illi à Tenedo occultiùs uenire, urbẽque ingredi faciliùs poterant: aut dicendũ est, illã fuisse probationẽ à tẽpore, quia nox erat. hãc uerò ab occasione tẽporis, quia luna silebat: id est, lumẽ nõ dabat. Flãmas, &c.] rẽ probabilẽ facit à signo, quod more militiæ fieri solet. Inclusos, &c.] accepto signo claustra equi Sinõ aperuit, ut prodirẽt Græci: id enim priùs faciendũ nõ fuit, quàm subsidiũ aduentare cognouissent: quo admisi proceres equo inclusi, animosiùs Troianos inuaderẽt. Hic uerò obseruãdus est trop9, qui Græcis [illegible] dicitur: nã duab. diuersis sententijs datur uerbũ mutuum utrisque conueniens: non enim ut ad claustra, sic ad Danaos referri potest. ita quoque in 8. Aen. Optime Graiugenũm, cui me fortuna precari

» Et uitta comptos uoluit prætendere ramos.

Non enim sicut cui prætẽdere ramos, ita & cui precari potest
C ratione esse connexũ: hic tropus à Rufin. rhetore correptio appellat̃. Reddit equ9.] quos s. acceperat: sic paulò põst: Pandit equum. Tisandrus, &c.] à cõmuni ad separatã eorũ trãsit enumerationẽ, qui in equo inclusi fuerãt: nec tamẽ omnes recẽset, sed præcipuos, & qui bellica uirtute, atque animo cæteris præstabãt: alij Thersandrus legunt. Et dirus Ulysses.] in codicib. aliquot manuscriptis, legere est diuus: nã & Hom. sæpè ait δῖος Ὀδυσσεύς, id est, diuus: alij uerò durus legũt, ut ad laborẽ Ulyssis referatur: multi approbãt dirus: nec abre quidẽ: nam Aeneas de hoste loquit̃.

Demissum, &c.] exornatio est: satis quidẽ fuerat dixisse Græcos ex equo demissos, sed ut rem exornaret, modũ egressionis descripsit. Quinctil. lib. 8. hãc speciẽ esse ait ἔμφασιν, per quã altitudo machinæ demõstratur: huius figuræ (ut ille ait) duæ sunt species, altera, quæ plus significat, quàm dicit: altera, quæ id, quod non exprimit, demonstrat: prior est, qua hic utitur Maro, Homerũ imitatus: nam cùm Græcos ex equo per funem lapsos ait, uno uerbo illius magnitudinem ostendit. ita quoque in 3. Aen. cũ Cyclopa iacuisse dicit per antrũ, prodigiosum illud corpus spacio loci metitur, altera posita est in uoce, aut omnino suppressa, aut ex

tiam abscissa supprimitur uox, ut apud Cicer. in Orat. pro Ligario: Quòd si in fortuna bonitas tãta nõ esset, quanta tu per te inquã obtinet, intelligo quid loquar: tacuit enim illud, quod nihilominus intelligitur, non deesse hõmines, qui ad crudelitatem eum impellerent. abscinditur quoque per ἀποσιώπησιν ut in primum Aeneid.

» Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Et ipse doli fabricator Epeus.] Hom. in 8 Od. Epeũ adiutrice Minerua equũ illũ ligneũ fabricasse docet:

« Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
« Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.

Inuadunt urbem.] Ab occasione: ferè nulla maior sese offerre poterat Græcis capiendæ urbis occasio, quàm ut Troiani benè poti, & somno graui ita iacerent omnes, ut nec pedum strepitu, nec armorum sonitu facilè excitarentur. uersus est Ennij:

« Nunc hostes uino domiti, somnoque sepulti.

Vertitur.] Ex Ennio, Vertitur interea cœlũ cũ ingentibus signis. Temporis nocturni periphrastica descriptio, non delectandi perinde gratia est adhibita, atque ut aliud quiddã maius significet: hoc est, dormientibus profundum Troianis, Græcorũ uigilantiam & curã in capienda urbe. Grauiter & mirabiliter, festiuè hoc à Poëta dictum, tenebras nocturnas terrã & cœlũ texisse: & cũ his, hostium insidias, ne à Troianis deprehenderentur. Itaque Ilionis prima fax noctis fuit, ut postea dicetur. Oceano.] Cœlum intorquetur, cùm diei succedit nox, & diurnũ hemisphærium nocturno & imo mutatur. Iam occidente Sole, sensus cõmunis uulgi tenebras ex Oceano terras ambiente oriri iudicat. Lapsu enim Solis in occasum, ab ea plaga nox surgere uidetur. Locus ab opportuno. Sopor.] Periphrasis. LAMB. Hort.

Phalanx.] Macedonica uox, peditum stabile agmen.

Ibat.] ueniebat nauigio. Tacitæ.] Seruius quæ hoc loco nugatur, nõ operæ est persequi. Versum hunc explicauit eruditè Angelus Politianus Miscell. cap. C docuitque grauibus testimonijs, longè aliud per amica silentia tacitæ lunæ signari, quàm ille subtiliter cõmentatur. Itaque Lunæ silentia, hic silentem lunam, quã uocant, appellat: hoc est, minimè tum quidem lucentem, ut latère insidiæ magis possent, eleganti translatione ab auribus ad oculos. Nam ut silentio nihil auditur, ita in tenebris nihil cernitur. Testatur idipsum Plin. lib. 16. diem coitus lunæ, ab alijs silentis lunæ, ab alijs interlunium appellari. Et lib. 18. Hoc silente luna fieri iubent. Et apud Catonem de re rustica: Nunc stercus euehi silenti luna: nunc item silente luna, ficos, oleas, mala, pyros inseri. Postremò, etiam prata primo Vere stercorari eadem luna silente iubet. Itaque luna silens hic est accipienda, pro ea quæ tum minimè lucebat: quod tempus Græcis, ut opportunum insidijs, tum fuit obseruandum. Quod quidem non ita est accipiendum, quasi per lunæ coitum nox tota illunis fuisset, ac tenebrosa: id quod refellitur ex ijs quæ loco hinc non multum diuerso sequuntur: Oblati per lunam. Atque hoc ipsum confirmat cum Leschis Græci scriptoris uerbis: Νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη. Nondum luna lucebat, cùm illi à Tenedo sub uesperam nauigabant: quæ statim, captã urbe, lucere cœpit. Ergo neque sera luna fuit, neque pernox, neque interlunũ: sed tempus, quod sub exortum non lucebat.

Iam uerò silens luna, prima uocatur, quarta, septima, undecima, decimaquinta, decimanona, uicesimatertia, uicesimaseptima, & interlunium, ut quibusdam placet. Ad istum modum Catul. tacitam noctem uocat, illunem:

Aut quàm sydera multa, cùm tacet nox
Furtiuos hominum uident amores.

Et Galen. author est, lunam silentem nihil in corporibus humanis agere. Nota.] in quibus decem annos stationem & castra habuerant. Flammas.] faces, signum solutarum è Tenedo nauium, & sociarum aduentantium copiarum: huiusmodi facem Græci φρυκτὸν uocant. Græci scriptores tradunt, Sinonem funalibus ardentibus è muris aduentantibus copijs signum dedisse, ut ei imperatum fuerat: atque ita captam fuisse Troiam: καὶ ὕπνου συσχεθέντων, αὐτὸς ὁ σίνων, ὡς ἦν αὐτῷ συντεταγμένον, φρυκτὸν ὑποδείξας τοῖς ἕλλησιν, ὡς ὁ λέσχης φησὶν, ἡνίκα νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη. πλεύσαντες αὐτοὺς διὰ τοῦ φρυκτοῦ εἰς τὴν τροίαν, καὶ εἷλον αὐτήν. Deûm] Deorum: syncope. Iniquis.] Infestis urbi, benignis rebus Græcorum. Pinea.] Materia pro re. Laxat.] Hoc quidam Græcorum attribuunt Antenori, quem corruptum spe regni deinceps potiundi, huc perpulsum credunt. Historiam porrò ita referunt: φασὶ τὸν ἀντήνορα προδοῦναι τὴν τροίαν τοῖς ἕλλησιν, ἐπὶ μισθῷ τῆς μετὰ ταῦτα βασιλείας. οἱ γὰρ καὶ τὸν δούρειον ἵππον κατασκευάσαντες, καὶ τοὺς ἀρίστους αὐτῶν ἐμβαλόντες, προσποιούμενοι φυγὴν, ἦλθον ἐπὶ τὴν τένεδον. τῶν δὲ τρώων ἄλλοι μὲν προδοσίαν ὑποπτεύσαντες δόλον ἔφασαν εἶναι, ἄλλοι δὲ παρὰ τῶν ἑλλήνων ἀνάθημα αὐτὸν ἐξετίθεσαν. καὶ πεισθέντες αὐτὸν ἄγουσιν ἔνδον τῆς τροίας. ἀντήνωρ δὲ φανὸν ἀνάψας τοῖς ἕλλησι, καὶ τὰ ἐγκλεισθέντα τοῦ ἵππου ἀνοίξας· καὶ οἱ ἀριστεῖς οἱ ἐν τῷ ἵππῳ, ἐν νυκτὶ ἀνοίξαντες τὰς τῆς τροίας πύλας, ἔνδον ἀνάγουσι τοὺς ἕλληνας, καὶ τοιοῦτον τρόπον ἡ τροία κρατεῖται. Antenorem Durei equi claustra reserasse prodidit Lycophron, cuius uerba hæc sunt:

ὅταν χέλυδρος στρεβλὸν ἀμόλξῃ βάρος
ἀπαμπολητὴς τῆς φυταλμίας χθονὸς
φλέξας τ' ὠδίνουσαν μορμωτὸν λόχον
ἀναψαλάξῃ γαστρὸς ἐκλύσας ζύγα·

Quorum quidem uerborum hic sensus est. Cùm Antenor patriæ suæ depopulator, accensa face in signum Græcis, Dureum equum aperuerit, terribiles insidias parturientem, aut Græcos inclusos potius. Quo loco Antenorem chelydrum uocat, ut γυρεύοντα καὶ τὰ καὶ τὰ ποιοῦντα: id est, senem hoc & illud patrantem. Est autem chelydrus concha, seu potius testudo marina, crassa pelle: cui propter senium Antenor comparatur. Robore.] materia pro re.

Thersandrus.] Enumerat duces equo inclusos. Quidam Tisandrus, nonnulli Thessandrus, alij Thersandrus legunt. Fuit hic Polynicis filius, qui cùm per ætatem arma ferre non posset, cũ Græcorum ducibus ad Troiam profectus fuit. Sthenelus.] Capanei hic & Euadnes filius. Hunc Homerus in catalogo, unà cum Diomede & Euryalo, multarum ciuitatum ducem facit:

οἳ δ' ἄργος τ' εἶχον, τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
ἑρμιόνην, ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας,
τροιζῆν' ἠιόνας τε καὶ ἀμπελόεντ' ἐπίδαυρον,
οἵ τ' ἔχον αἴγιναν, μάσητά τε κοῦροι ἀχαιῶν,
τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς διομήδης,
καὶ σθένελος καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.
τοῖσι δ' ἅμ' εὐρύαλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φὼς,
μηκιστῆος υἱὸς ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
συμπάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς διομήδης.

Meminit Homerus alterius cuiusdam Stheneli, ex Perseo & Andromeda orti. Athamasq.] Huius usquam, quod sciam, Homerus mentionem facit. Neque uerò quisquam est uel mediocriter literatus, quin norit, Athamantẽ fuisse Æoli illius Græci filium, qui regnarit Thebis: qui ex Ino uxore Cadmi filia, Clearchum & Melicertam sustulit. Hic ex Iunonis præcepto repudiata uxore, Nephelen duxit, ex qua Phryxum & Hellen procreauit. Ita historiam refert Homeri scholiastes. Alij authores sunt, prius ex Nephele suscepta sobole, duxisse inde Ino: ex qua Clearchus, siue Learchus & Palæmon nati fuerunt. Sed ista mittantur, quia ad hunc locum nihil pertinent. Homerus inter Thracum duces, qui Troianis auxilio uenerant, eiusdem Acamantis meminit, lib. Iliad. 2. Fuit & alius Acamas, Antenoris filius, qui ijsdem temporibus propter cœlibem uitam, tanquam numen inter populares suos cultus fuit. Verùm cum uterq; partium Troianarum fuerit, neuter huc accommodari potest. Porrò Acamas Thesei filius, & Diomedes produntur, antequam Græcorum classis ad Troiam nauigaret, legati propter Helenen profecti fuisse. B
Laodice Priami filia ibi Acamantem adamare cœpit, ac grauida ex eo facta est, filiumq; suscepit, quem Munitum appellauit. Infantem ergo, metu ne interficeretur, Æthræ matri Thesei, auiæ Acamantis, educandum tradidit. Conuersabatur enim Æthra, Athenis à Castore & Polluce rapta, in Troia, cum Helena. Itaq; Æthra studiosè infantem, ut si suus fuisset filius, educauit. Capta enim Troia, Æthra Acamanti agnita, cum eo inde profecta, puerum Munitum secum abduxit: qui, cùm iam in Thraciam peruenissent, in uenatione morsu serpentis ictus perijt, ut prodidit Euphorion:

ἣ οἱ μούνῳ τίκτε πλοκαμῖδ' ἐπὶ ὕρῳ,
ἀλλ' ἐπεὶ ἐνθάδ' ἔθηκε, καὶ ἐν κοίρανον ὤπασε
ἀγρώσσοντ' ἅμα πατρὶ πελώριος ἔκτανεν ὄφις.

Thoasq;] Ætolorum dux fuit Thoas.

αἰτώλων δ' ἡγεῖτο θόας ἀνδραίμονος υἱός.

Fuit Thoas alius Tauricæ regionis rex, cuius mentio extat apud Ouid in 3. epist. Ponticarũ. Neoptolemus.] Pyrrhus Achillis filius, quem, ut quidam opinantur, ex Iphigenia sustulit: quidam ex Deidamia Lycomedis: ita uariant inter se rerum gestarum scriptores. Hunc Lyco- C
phron σκύλακα δράκοντα nuncupat, quòd per inhumanam crudelitatem sanguine nimium gauderet: & in Scyro, ut nonnulli arbitrantur, educatus esset. Machaon.] Machaonem Æsculapij filium, & Podalirium, illustres medicos è Creta accitos, annotauit Homer. in Catalogo:

οἳ δ' ἔχον τρίκκην καὶ ἰθώμην κλωμακόεσσαν,
οἵ τ' ἔχον οἰχαλίην πόλιν εὐρύτου οἰχαλιῆος,
τῶν αὖθ' ἡγείσθην ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε,
ἰητῆρ' ἀγαθὼ ποδαλείριος, ἠδὲ μαχάων.
τοῖς δὲ τριάκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο.

Quamuis Poëta Machaonem inter duces equo inclusos enumerat: Græci tamen, sequuti Quintum quendam, eum ab Eurypylo Telephi in bello interfectum astruunt. Hunc Orpheus post Eurypyli mortem, redimitum, & Philoctetem medicantem rursum introducit. Epeus.] De hoc suprà eodem libro disseruimus: primus equum in muralibus machinis inuenisse fertur, idq; Mineruæ monitu: id quod Poëta non obscuris uerbis suprà innuit, cùm diceret:

Instar

» *Instar montis equum, diuina Palladis arte*
» *Aedificant* ——.

Fuit hic Panopei filius, Aeaci pronepos: cuius genealogia ita digeritur. Aeaci & Endeidis fuerunt Peleus & Telamon. Ex Psamathe uerò Nereide, Phocus: Pelei & Thetidis, Achilles: Achillis ex Deidamia filia Lycomedis, Pyrrhus Neoptolemus. Iam uerò Telamonis & Periboea, Aiax fuit. Ex Hesione uerò, Teucer. Aiacis & Lysidices Corone filiæ, Philæus. Ex Tecmesa uerò captiua, Eurysaces. Porrò Phoci & Asteriæ, Crissus & Panopeus. Ex Panopeo ortus fuit Epeus, author equi Durattei. Atque hunc in modum hic genus suum ab Aeaco trahit. Hunc Lycophron imbellem, timidum, & parum uirum nuncupat, ἀνάνδρον καὶ ἄναλκιν, propter patris eius Panopei periurium, quo is Mineruam & Martem ludificatus fuerat eo bello, quod Amphitryo aduersus Teleboas gessit. M. Varro, Epeum coquum fuisse Græcorum tradit, atque iis edulia administrasse: ob eamque causam sumicum à Plauto dictum. Hunc Homer. Iliad. 23. cum Euryalo cæstuum pugna certantem, egregium pugilem introducit.

« *ἄριστο δὲ αὐτίκ' ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,*
« *εἰδὼς πυγμαχίης, υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειός.*

Fuit hic alioqui clarus pugil, nec minus celeber lignarius faber ἱπποτέκτων. Hunc uaticinatur Cassandra in Obscuro poëmate, Laugariam urbem Italicam, prope Cylisternum fluuium habitaturum: atque fabrilia arma Italicæ Mineruæ templo dedicaturum, quæ Troianis aliquando exitium attulissent. Inuadunt.] *Addam & illud, ex penitissimis Græcorum commentariis erutum, in hoc equo conclusos fuisse ter mille, uel (ut alii) quinquaginta armatos: etsi Obscuri poëmatis illustrator existimat, 23. tantùm in eo latitasse. Hi noctu egressi, sublata face signo reliquis Græcis, qui in Tenedo erant, & iam appropinquantibus, urbem populati sunt. Ennius in 8.*

Nunc hostes uino domiti, somnoque sepulti. «

Sepultam.] *Metaphora: nam Somnus Mortis germanus à poëtis fingitur.* Cæduntur.] *Opportuni ad cædem, quippe somno & crapula grauati.* Agmina conscia.] *Socios Græcos, reliquas copias è Tenedo profectas in urbem recipiunt.*

B

ARGVMENTVM.

Occupata à Græcis urbe, Hector deflens patriæ suæ excidium in somnis apparet Aeneæ ea forma, qua, cum ab Achille occisus, circumque urbis mœnia raptatus fuerat, uisus est.

NASC. TEMPVS erat, quo prima quies.] *non est hæc prima partis noctis descriptio, sed concubii: quam ad sui excusationem Aeneas posuisse uidetur: ne torporis, aut ignauiæ accusari posset, quod ipso dormiente Troia capta fuerit: nam illi iure ignoscendum uidetur, qui ea noctis parte somno se dedit, qua semotis omnium rerum curis, cogitationibusque eo beneficio fruitur,*

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.
Heu mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit, exuuias indutus † Achillei,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppib. ignes!
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: ultrò flens ipse uidebar
Compellare uirum, & † mœstas expromere uoces.

† al. Achillis.
† al. mœstua

Felicem igitur illius uictoria statum cum infelici, miserandoque necis illius casu comparat: hunc rhetores (ut iam sæpè dictum est) locum misericordiæ appellant à commutatione fortunæ. Qui redit, exuuias indutus Achillis.] *Ad maiorem Hectoris gloriam non Patrocli, sed Achillis exuuias nominauit: quas tamen Patroclo à se interfecto detraxerat. Homer. Iliad 16. & 17.* Squalentem barbam.] *Renouat πάθος à circumstantiis.* Vulneraque illa gerens.] *Ex Homero Iliad. 22. ubi in Hectorem extinctum omnes Græcos tela coniecisse ait: locus est doctis notissimus.* Vltrò flens ipse uidebar Compellare uirum.] *Videbar mihi non requisitus id facere, quod ille, qui ad me uenerat, facere debebat. Sic Cicer. pro P. Quinctio. Tunc appellat ultrò Næuium: ut quoniam & reliqua.*

C *quod à Deo opt. max. omnibus æquè datum est: nam somnus diuinum munus est: proinde subdit:*

» ——*& dono diuûm gratissima serpit.* In somnis ecce ante oculos mœstiss. Hector.] *πάθος: nemo enim mœstus est, aut lacrymas fundit, nisi qui acerbo dolore premitur: aut qui, uel de suis, uel de alienis rebus ad se tamen pertinentibus, sollicitus est: mœstitia igitur, & lacrymæ Hectoris, etiamsi uerba secuta fuissent nulla, nihil nisi malum significare poterant.* Raptatus bigis, ut quondam.] *Auget pathos à circumstantiis per similitudinem. talis enim apparuerat, qualis olim fuit cum ab Achille raptaretur. Hom. Iliad 22.* Hei mihi, qualis erat.] *Rursus πάθος amplificat per exclamationem, quæ comparationem habet à dissimili: nam Hectoris formam usque adeò immutatam fuisse memorat ab illa, quam olim habuit, cum Patroclum occidit, Græcorumque naues incendio delet, ut alius omnino esse uideretur. tale illud est Ouid. in 6. Metam.*

» *Heu quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa,*
» *Quæ modò Latois populum summouerat aris,*
» *Et mediam tulerat gressus resupina per urbem:*
» *Inuidiosa suis* ——:

TEMPVS.] *Prima facis nocturnæ descriptio periphrastica, ab eius officio seu effectis. Gignit enim mortalibus profundam à diuturno statim labore quietem.* Prima.] *Facem primam indicat. Ita enim ea noctis pars appellatur, quæ suscipit crepusculum.* In somnis.] *Prosopographia Hectoris, se per somnum Aeneæ offerentis. Hæc autem eò spectat, ut ostendat etiam mortuo patriam non minus quàm uiuo curæ fuisse tum, cum omnes Troiani securi ἀναβάδην, partæ pacis falsa persuasione, in extremo discrimine, in utramuis aurem dormirent.* Raptatus.] *Multifariam affectus mouet in hac prosopographia, ab habitu, forma, specie, & partibus denique quibusdam corporis miserabiliter affectis. Cæterum locus de caso raptatoque Hectore ab Achille, extat. Il. 22.* LAMB. Hort.

explicatusque

explicatumq́ à nobis est in primo, haud scio, an erudite satis, certè diligenter: ubi causam raptationis quoq; adduximus. Pathos à debilitate. Hei mihi.] *Ab exclamatione pathetica, in formæ dissimilitudinem, de hostibus castis triumphantis, & crudeliter ab Achille rapti. Pathos à forma & specie inhumaniter lacerati.* Exuuias.] *Exuuiæ, ab exuendo, spolia hostibus detracta. Eodem nomine & animalium tegmina dicuntur. Quæ si dux duci detrahat, opima dicuntur. Armis Achillis indutum Patroclum, & occisum spoliauit. Homer. Iliad. 17. his uerbis ferociter interfecto Patroclo, Hectorem exultantem fingit:*

> ὣς εἰπὼν, πάντεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας·
> Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
> ἀνέρες ἔστε φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς,
> ὄφρ' ἂν ἐγὼν Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἔντεα δύω,
> καλὰ τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξα κατακτάς.
> ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κορυθαίολος Ἕκτωρ
> δηΐου ἐκ πολέμοιο, θέων δ' ἐκίχανεν ἑταίρους.
> ὦκα μάλ', οὔπω τῆλε, ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπών,
> οἳ προτὶ ἄστυ φέρον κλυτὰ τεύχεα Πηλεΐωνος.
> στὰς δ' ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύου ἔντε' ἄμειβεν,
> ἤτοι ὁ μὲν τὰ ἃ δῶκε φέρειν προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
> Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ὁ δ' ἄμβροτα τεύχε' ἔδυνε
> Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος, ἅ οἱ θεοὶ Οὐρανίωνες
> πατρὶ φίλῳ ἔπορον. ὁ δ' ἄρα ᾧ παιδὶ ὄπασσε
> γηράς· ἀλλ' οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα.

Achilleſ.] *pro Achillei: diæresis, ab Achilleus: Has non Achilli, sed Patroclo, amici sui panoplia, ceu alienis plumis uestito, & in pugnam ad terrendum se armorum facie prodeunti, detraxerat. His ipse indutus, in urbem triumphans redierat.* Danaûm.] *Inde cùm Hector Merionem fusum spoliare esset adortus, à Mnesitheo graui etiam accepto uulnere prohibitus fuit. Qui tamen non adeò fuit retardatus, ut ad naues inde Græcos praeterea fugârit: ijsq́ intulisset ignem, nisi Aiax Telamonius ferociter grassantis cædibus impetum retudisset. Idem Hector Græcis primùm appellentibus circa litus, obuiam factus, nauem Protesilai igne corrupit.* Igneis.] *Refertur ab Homero Iliados 16. Post horribilem stragem inter hostes editam, incendium in classes intulit,*

ipsosq́ socios ad corrumpendam stationem hortatus fuit. A
Verba Poetæ sunt:

> Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει
> ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων, Τρωσὶν δ' ἐκέλευεν·
> οἴσετε πῦρ, ἅμα δ' αὐτοὶ ἀολλέες ὄρνυτ' ἀϋτήν.
> νῦν ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκε
> νῆας ἑλεῖν, αἳ δεῦρο θεῶν ἀέκητι μολοῦσαι
> ἡμῖν πήματα πολλὰ θέσαν κακότητι γερόντων.
> οἵ μ' ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρυμνῇσι νέεσσιν
> αὐτόν τ' ἰσχανάασκον, ἐρητύοντό τε λαόν·
> ἀλλ' εἰ δή ῥα τότε βλάπτε φρένας εὐρύοπα Ζεὺς
> ἡμετέρας, νῦν αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.

Quæ circum.] *Locus recensetur Iliad. 22. Clausis Troianis intra muros, solus Hector aliquandiu Achillis impetum sustinuit. Inde in fugam compulsus, Mineruæ suasu repressit gradum, & Achilli rursum occurrit: qua pugna ab Achille occisus fuit. Ibi perterebratis pedibus loro currui uictoris alligatus, per medium æquor ad nautum usque stationem ab Achille raptatus fuit. Huius casu ingens luctus ijs ortus est, qui è manibus pugnantem cadentemq́ conspexerant.* Squalentem.] *Pathos à forma. Homerus eodem libro:* B

> ἦ ῥα, καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα,
> ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε
> ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας.
> ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε, κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν.
> ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείρας,
> μάστιξεν δ' ἐλάαν, τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην.
> τοῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλος, ἀμφὶ δὲ χαῖται
> κυάνεαι πίτναντο, κάρη δ' ἅπαν ἐν κονίῃσι
> κεῖτο πάρος χαρίεν. τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι
> δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ.

Hectoris ossa in Ophryno postea condita fuerunt. Aiunt peste per Græciam grassante, oraculo Græcos admonitos, ut Hectoris ossa effossa in eam Græciæ ciuitatem transferrentur, quæ ad Troiam non militasset. Inuenti sunt soli illi qui Thebas Bœotiæ incolerent, ad Troiam in armis non fuisse. Ita illuc translatas Hectoris reliquias, circa fontem Oedipodeam humarunt: ac desiit morbus sæuire.. Mœstas.] *Expolitio.*

ARGVMENTVM.

C

Hectorem Aeneas prior interrogat, ac tarditatis amicè incusat, vtpote qui diutius abfuerit, ac vbi patriæ nihil prodesse possit, tandem redierit.

> O' lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm,
> Quæ tātæ tenuêre moræ? quibus Hector ab oris
> Expectate uenis? ut te post multa tuorum
> Funera, post uarios hominumq́, urbisq́; labores
> Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
> Fœdauit uultus? aut cur hæc uulnera cerno?

NASC. O' lux Dardaniæ, spes ô fidiss. Teucrûm.] *Beneuolentiā colligit ex cōmendatione uirtutis Hectoris: quē lucem, & spem: hoc est, splendorem, & salutem Troianorū appellat: tantā enim ex effectu uirtutis existimationem sibi comparauerat Hector, ut in eo uno omnis spes ciuitatis niteretur.* Quæ tantæ tenuêre moræ.] *Interrogatio minimè aspera, neq; obiurgatoria, sed quæ beneuolentiss. animi significationē habet: nam ingenti affectu illum interrogat, cur tandiu abfuerit, & unde tandem profectus fuerit tandiu à suis expectatus.* Quibus Hector ab oris.] *Ita loquitur, quasi cum eo, qui de longinquis regionibus tandem redierit:*

orationemq́ exornat annominationis specie illa, quæ ex uarijs eiusdem nominis casibus fieri solet: quæ quibus. autor ad Heren. lib. 4. Vt te post multa tuorū Funera.] *Serū fuisse dicit reditū Hectoris: qui capta penè ab hostib. urbe, occisisq́ suis eò tandē tempore redierit, cùm eius opera nihil amplius opus esset: re uera aūt illud innuit, quod etiam Homerus scribit, Troiam non potuisse capi quandiu Hector uixit. Id quod cùm ad ipsius Hectoris commendationē, tum etiam ad mouendam commiserationē plurimùm facit.* Quæ causa indigna serenos.] *αὔξησις ab indignitate: indignū enim est uidere eius faciem sanguine, ac puluere deturpatā, qui gloriæ, uirtutis,*

A uirtutis, honorisq́ue in tuenda patria resplenduerat: sermos igitur magis ad animum, quàm ad corpus referri uidetur: quanquam Hectorem corpore pulcherrimum fuisse, uel Homeri testimonio comprobari potest. Aut cur hęc uulnera cerno?] auget πάθος à signo: magis enim mouent, quæ uidentur, quàm quæ audiuntur. Cic. in Fam. affinis est huic loco locus ille ex 6. Aeneid. ubi Aeneas Deiphobum alloquitur:

Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?

& apud Homer. Odyss. 11.

Ἀτρείδη κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον
τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο

LAMB. Hort. GRATVLATORIA, sed intempestiua. Nam cùm omnia ab hostibus pacata credat, multa ociosa percontatur, quæ periculorum securum in medijs malis arguunt. Quare ea nullo responso uicissim dignatur Hector. Quę tantæ.] Pathos à ratione temporis, quod circumstantijs amplificat. Congerit hæc ἐναργείας ex occasione præsentis imaginis, ut Hectori orationem hortatoriam ad fugam ineundam prębeat. O' lux.] Beneuolentia à persona Hectoris. Quæ tantæ.] Perpetua interrogationes uice gratulationis: Quid te remoratum est? unde uenis? ubi tam diu, dum tui magnis cladibus delentur, peregrinatus es? Qui corpus tuum tam fœdè laceratum est? Cur hæc.] Expolitio. Hunc locum effigiauit ad illum Ennianum in Alexand.

O' lux Troiæ germane Hector
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?
Aut qui te sic respectantibus tractauêre modis?

ARGVMENTVM.

Hector vt sapiens non ad quæsita Aeneæ respondet, quæ vana sunt, sed quæ instant vrbi periculosa, ac letalia, paucis illum monet, vt fugiat, Deos penates sibi comites accipiat, illisq; vrbem requirat, hortatur: quid- B que illi euenturum sit, prædicit.

Ille nihil, nec me quærentem uana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate Dea, teq; his (ait) eripe flammis.
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia,
Sat patriæ Priamoq; datum: si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra suosq; tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia † quære,
† Magna pererrato statues quæ deniq; ponto.
Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

NASC. SED grauiter gemitus.] ἦθος: quod habitum, formamq; orationis futuræ præmonstrat. Heu fuge nate Dea.] ἀναπόφασις est: id est, † al. quęres, simulachri effictio: Hectori enim mortuo ser- † al. Magno monē tribuit: ubi præcipuè habetur ratio temporis: nam breuitati temporis breuitatem orationis accommodat: non erat enim in tanto, tanquam imminenti periculo longiore opus oratione: ijs tamen partibus constare uidetur: quæ ad persuadendum facere solent, utilitate, honestate, necessitate, facultate. Initiò signum doloris habet heu, quod ad excitandum, & terrendum Aeneam plurimùm ualet: in reliquis etiam partibus tota pathetica est. Teq; his, ait, eripe flammis.] Admonitus est Aeneas, ut fugiat: uerum quia uir fortis ad fugam non facilè persuadetur, C nisi honestam fugiendi causam uideat, ideo fugæ honestam, utilemq; causam ostendit. Eripe, inquit, te, quasi ἀναγκαστικῶς, his flammis. ac ne fortè casu aliquo alio, non hostili flamma urbem incensam esse credat, subdit: Hostis habet muros, &c.] Difficilè primùm, quia hostes ingressi sunt: deinde etiã desperatã esse urbis defensionẽ indicat, quia à culmine iam ruit. Sat patriæ, Priamoq; datũ.] fato innuit Troiam perire, ideoq; eius salutem desperatam esse: unde colligitur honesta fugiendi necessitas: nam aduersus fata satis constat neminè posse. Si Pergama dextra.] amplificat ab impossibili per comparationem à maiori quasi dixerit: si ego urbẽ tueri nõ potui, tantò minus tu. Innuitq; necem suam fatalem quoq; fuisse: alij ad dextram Aeneæ ἀναλογικῶς referri malunt, ut illius quoq; fortitudo ab Hectore commendetur, & Hector ipse arrogantiam uitet: nam hoc nimis arrogãter quibusdam dictũ uidetur, ut quod omnes Troiani simul nequiuerunt, id sibi Hector solus uẽdicet: sed ueritas illũ excusat, quare melior est, probatiorq; prior expositio. Sacra, suosq; tibi cõmẽdat Troia penates.] Serui interp. hinc necessariũ colligit ob id, quia ille in sacrilegij crimen incurrit, qui Deos penates sibi cõmendatos non liberat. Hos cape fatorũ comites.] occurrebat quomodo posset effugere, urbe iam ab hostibus occupata. Hector uerò προληπτικῶς obiectionem occupans: Deos, inquit, comites habebis: igitur abeundi facultas non deerit. His mœnia quære.] errores Aneæ prænunciat, laboresq; diuturnos, deniq; etiam quietem, ac tranquillitatem. Magna pererrato.] quod ait magna, Romã innuere uidetur: quãuis multi memoriæ prodiderunt, à Troianis Aenea duce cõdita fuit, & fortasse ad magnitudinẽ Rom. imperij: hoc est, ad Augusti Cæs. monarchiam alludit. Deniq;.] ἐμφατικῶς errorum, laborumq; longitudinem designat.

Sic ait, &c.] ut re ipsa Hector ostenderet extremum uenisse Troianorũ diem, nec nisi fugæ confidendũ esse, ipse uittas simulachri Vestæ, ipsumq; simulachrũ, & ignem uigilẽ Vestæ dicatũ ex adytis profert: nam Vesta ex magnis Dijs, qui & Penates dicti sunt, una fuit, ut alibi ostendimus.

Vestamq; potentem.] ferunt Vestam, eiusq; sacra ab Aenea in Italiã translata fuisse: quod uel Ouidij testimonio cõprobari potest, qui in 3. lib. de Fast. ita cecinit:

Ignibus æternis æterni numina præsunt
Cæsaris, imperij pignora iuncta uides.
Dij ueteris Troiæ, dignissima præda ferenti,
Qua grauis Aeneas tutus ab hoste fuit.

Adytis penetralib9.] ex Adytis tẽpli, quod erat in arce, ideò penetralib9 dixit: Arx enim trib. præcipuè dijs, ut inquit Plato in 5. dial. de legib. Legũq; lat. Ioui, Mineruæ, Vestæ cõsecratur. rationẽ assignant Platonis ipsius interpretes esse, uiuere, intelligere. adeas Marsil. in Procem.

NIHIL.] Defectio: ad hæc mea ociosa respondit. LAMB. Hort. Rei præcipiti attemperauit orationis figuram, & fluxum carminis. Porrò autem, quamobrem nihil ad Aeneæ interrogationes responderit Hector, causam addit: uanæ erant,

erant, & ad praesentis temporis rationem ociosa, cùm patriae fatale excidium immineret. Heu fuge.] Cùm Aeneam natum dea appellat, beneuolentiam captat ab eius persona. Hortatur simul ad fugam capessendam. Hostis.] Amplificat periculum breui gradatione. Synecdoche, ex uno plures. Muros.] pars pro toto. Concinna compositio rebus attemperata. Sat patriae.] Dehortatur à labore superuacaneo, qui putabat patriam in ultimo discrimine positam, post tot praeclara uirtutis exempla ab ipso Hectore edita, à se defendi posse. Si Pergama.] A maiori. Si ego urbem uirtute ab hostibus tueri nō ualuerim, multò minus tu poteris defendere. Sacra.] Clausula constat commendatione sacrorum. Qua in re Aeneae pietas & pectus religiosum arguitur, cui prae caeteris omnibus sacrorum cura demandatur: id quod non fuerat futurum, nisi pietatis nomine in deos, patriam & suos uirum ubique celebrare uellet. Penates.] Epexegesis. Qui autem penates fuisse credantur, suprà in primo ostensum est. Macrob. lib. 4. cap. 3. addit, ex Nigidio Figulo, Troianorum deos penates fuisse Apollinem & Neptunum, qui muros eis condidisse putantur. Affirmatum & quaesitum est, num Aeneas eos in Italiam secum aduexerit: Cornelium Nepotem id existimasse: atq; eam opinionem Maronem sequutum, cùm caneret, in tertio Aeneid.

» Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Varro lib. 2. rerum Humanarum refert Dardanum deos penates ex Samothrace in Phrygiam, & Aeneam ex Phrygia in Italiam detulisse. Quidam penates esse dixerunt, per quos penitùs spiramus, per quos habemus corpus, & rationem animi possidemus. Medium aetherem esse Iouem: Iunonem imum aërem cum terra: Mineruam summum aetheris cacumen. Argumento nituntur, quòd Tarquinius Demarati Corinthij filius, Samothracijs religionibus imbutus, uno tecto memorata numina coniunxit. Nigidius Samothracas deos dixit, quorum argumentum sit nefas commemorare, propter eos qui mysterijs praesunt. Cassius Hemina dixit Samothracas deos, eosdemq; Roman. penates propriè appellare θεοὺς μεγάλους. Quare Maro eruditè dixit:

» Cum socijs, natoq;, penatibus, & Magnis Dijs.

Quo expressit, θεοὺς μεγάλους. Etenim cùm haec nomina de uno aliquo suprà dictorum numinum usurpat, doctrinam suam haud dubiè de hac opinione confirmat. Nam cùm ait:

» Iunonis Magnae primùm prece numen adora, τὴν
» μεγάλην dicit. Adsit laetitiae Bacchus dator, & bo-
» na Iuno, τὴν χρηστήν. ——Dominamq; potentem, τὴν
» δυνατήν. Eodem nomine appellauit & Vestam: quam de numero penatium, aut certè comitem eorum fuisse arbitrantur: adeò, ut Consules, praetores, & dictatores, cùm magistratum ineunt, Lauinij rem diuinam facerent Penatibus & Vestae. Itaque cùm Virgilius ex persona Hectoris dicit: A

Sacra suosq; tibi commendat Troia penates:

Mox adijcit:

Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Addidit Higinus, in libro quem peculiariter de dijs Penatibus edidit, eos uocari θεοὺς πατρῴους. Sed ne hoc quidem Poëta silentio praeterijt:

» Dij patrij (inquit) seruate domum, seruate nepotem.

» Idem alibi: ——Patrijq; penates. Et in hanc quidem sententiam multa Macrobius. Moenia.] Lauinium, quod parta quiete & pace conderet in Italia. Synecdoche.

Deniq;] post septem annorum errorem, post atrox bellum cum Italicis hostibus gerendum. Et Ponto dixit, pro mari: synecdochicῶς. Vittas.] Quid Latini uittam appellarint, paulò suprà declaratum est. Hoc loco uittas, pepla Palladis uidetur significare. Nam ipsum Palladium paulò antè à Diomede & Vlysse, per cloacas in urbem illapsis, sublatum fuisse, initio huius libri demonstrauimus. Vestamq;.] Ἑστίαν δυνατήν, perinde ut Iunonem uocat Dominamq; potentem, Ἥραν τὴν δυνατήν. Verùm de Vesta prolixè in primo disputaui. Aeternum.] Epexegesis. reddit, quid Vesta fuerit: nihil aliud, quàm perpetuus ignis, qui postea in templo à conditoribus urbis aedificato, consecratis ad eam uirginibus, religiosè curatus fuit. Neque uerò tantùm hic ἄσβεστος ignis publicè asseruabatur, fouebaturq;: hoc est, in templis deorum: uerum etiam intra domos priuatas focus erat penatibus sacer, adeoq; ipsi penates. Testatur id Homer in hymno: B

« Ἑστίη ἣ πάντων ἐν δώμασιν ὑψηλοῖσιν
« ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων
« ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχε πρεσβηΐδα τιμήν.

Idem in hymno Veneris canit, Vestam per patris Iouis caput iurasse, se perpetua uirginitate castè usuram, atq; ob id à Ioue illi hunc honorem habitum, ut in aede media collocata, & dijs & hominibus ueneranda esset.

Adytis.] Adiectiua uoce hoc loco adytum usurpatum est: alioqui loca domus secretiora, penetralia dicuntur. ἄδυτον, ἀπὸ τοῦ δύω, & particula priuatiua α. Pollux libro 1. capite 1. περὶ ἀδύτου, ὅτι τόπος ἀμύητος καί τι χωρίον ἄβατον ὂν τοῦ ἱεροῦ, τοῦτο καὶ ἄδυτον εἴποις ἄν, καὶ ἄψαυστον, καὶ ἀψαυστόμενον, καὶ ἄβατον, καὶ ἀναλλόγητον. C

A R G V M E N T V M.

Incendium vrbis Troiae, & quae eius causa horrenda, atque luctuosa contigerunt, aptissimis, elegantissimisq; comparationibus describuntur.

Diuerso interea miscentur moenia luctu,
Et magis atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisae domus, arboribusq; obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atq; arrectis auribus adsto.
In segetem ueluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens

NASC. MISCENTVR.] Vrbis captae, & direptae confusionem, diuersi sexus, ac uariae aetatis hominū luctus non potuit significantiùs exprimi, quàm hoc uerbo, miscentur. Pathetica sunt haec omnia, atque tragica: utrum uerò rectè, aut perperam hic tragoediā excitet Poëta urbis Troiae excidiū describens, meum quidem non est in praesentia iudicare: etsi

Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores,
Præcipitesq; trahit syluas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.
Tum uerò manifesta fides, Danaumq; patescunt
Insidiæ. iam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Vulcano superante, domus: iam proximus ardet
Vcalegon. Sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.

A etsi non me fugit, Hermogenem, ubi de methodo grauitatis uerba facit, scriptum reliquisse, Homerû, quem Plato Tragœdiæ patrê appellauit, Ilij direptionê & incendium non retulisse, sed ex arte reliquisse: quoniam unius ciuitatis depopulationem ad constituendam in tanto poëmate tragœdiam non satis idoneam fuisse iudicauit: sed tamen Homeri, atq; Virgilij diuersa ratio scribendiq; consilium fuit: illud ex Aristotelis poëtica perspicuum est, ex una epopœia duas confici tragœdias posse. Et magis, atq; magis.] αὔξησιν sonitus, terrorisq; magnitudinem designat.

Quanquam secreta parentis.] ad sui excusationem Aeneas hanc parenthesim interponit, ut illud de proditione patriæ purget obiectum: quantus etiam esset in urbe clamor, ex hoc facilè intelligi potest, quod licet domus Aeneæ tam longè remota, arboribusq; occlusa esset, strepitus tamen tantopere diffusus est, ut ipsum Aeneam à somno

B excitauerit. Recessit.] μεταφορικῶς. & est pulchra translatio, ut etiã Seruius admonet, quoties rei immobilis ad mobilem, & è contrario transfertur officium. Atque arrectis.] ita quoq; in prima:

» —— arrectisq; auribus astant.

Tractum à belluis: quarum nonnullæ ubi aures arrigunt, acerrimi sunt auditus, ut lepores, cerui: cùm demittunt, obtusissimi. In segetem ueluti.] incendium urbis Troiæ incendio segetis, uento perflante, illiusq; excidium & ruinam agrorum satorum, syluarumq; ruinæ comparat, quæ ex montani fluminis rapacitate fieri solet: & sanè huic negocio mirè hæc duplex quadrat comparatio: nam Ilium non solùm cremabatur, uerumetiam sternebatur, indéq; omnia præsertim optima, auferebantur: propterea Aeneas ipse in 3. Aen. dicturus est:

» Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem
» Immeritam uisum superis, ceciditq; superbum
» Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

Qua quidem comparatione duo uidetur designare, incendium magnum fuisse, & urbem celerrimè conflagrasse: locus est ex Homer. sumptus Iliad. β. hæc tamen differunt, quod Homerus Zephyri tantùm meminit: Virgi-

C lius autem flammam ignis addidit. ita enim scribit Homerus:

» ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθὼν
» λάβρος ἐπαιγίζων, ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν, id est,
» Sicut ubi in segetem uehemens, & flatibus asper
» Incubuit Zephyrus, tenuesq; excussit aristas.

Aut rapidus montano flumine torrens.] altera comparatio à torrente montano, cùm magno cum impetu ruens syluas, domosq; sternit: cui Troianum excidium, ruinamq; similem facit: & est Homeri, ni fallor, cõparatio ex 11. Iliados, ubi ait:

» ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
» χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ,
» πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας
» ἐσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει.
id est,
» Non secus ac flumine præceps de montibus altis,
» Imbribus aërijs auctus, plana omnia inundat

Per cãpos, secumq; rapit, quæcunq; per agros. «
Obuia sunt, quercus multas, & plurima tecta. «
Robora tum piceas, pinusq;, & rudera passim «
Iacta solo secum uiolentus in æquora defert. «

Sed in his duobus comparationibus præcipuè obseruandum est, quemadmodum Poëta doctiss. res ipso uocis exprimat sonitu: nam cùm furentem flammam, aut irruentem aquam describit, uerba ita deligit, ita singula collocat, ut quod uelit, quantum latinitas ferre potest, consequatur: hîc profectò uides dictiones, quæ magnum quoddam intonant, condensari: nam flamma & furere, & austri, torrentes, & stupere, & sternere, & uertices, & pastores, & alia ita sunt constructa, ut in se uox furibunda furorem rerum imitetur. Stupet inscius alto.] ὑπόδειγμα est, quod per comparationem quandam ad Aeneam refertur: nam uti pastor in uertice montis sonitum fluminis ignarus quid rerum sit, accipit: sic Aeneas ex culmine domus suæ flammam quidem ignis uidet, & clamorem uirorum, strepitumq; rerum cadentium audit, sed unde hoc sit, ignorat. sumptus est locus ex 4. Iliad. sic enim ait Homer.

τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν. «

Tum uerò manifesta.] non coniecturis amplius, quibus Laocoon utebatur, sed signis manifestissimis, imò re ipsa insidiæ Græcorum perspiciuntur. nam subdit:

Iam Deiphobi dedit ampla ruinam.] probabile est in eam priùs domum impetum factum fuisse, ubi causa bellorum extabat. Nam Deiphobus Priami filius à morte Paridis Helenam uxorem duxerat, ut ex sexta Aen. colligi potest. Vulcano superante.] μετωνυμικῶς. Iam proximus ardet Vcalegon.] μετωνυμικῶς. nisi mauis intelligi à possessore, quod possidetur ut hominẽ deuorari cuius bona consumuntur. Terent. in Eunucho:

At ego pro istoc, Phædria, & tu Chærea «
Hunc comedendum & deridendum propina. «

Ita hoc in loco, ardet Vcalegon, pro domus Vcalegontis: quod genus tropi non satis probare uidetur Quinctilianus in octaua. & est τὸ αἴτιον, ut etiam Seruius admonet, ardet domus Vcalegontis, quia Deiphobo proxima est; unde non ab re dixit Horat.

Res tua tunc agitur, paries cùm proximus ardet. «

Sigæa igni.] incendij magnitudo significatur. Exoritur clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.] rem ordine describit: & si clamor Græcorum est (ut mihi quidem uidetur, quia subdit, clangorq; tubarum) allusio est ad militarem cùm Græcorum, tum etiam Romanorum consuetudinem, qui ut magis hostem terrerent, clamores horrendos attollebant, quod æuo nostro Turcæ faciunt, & Pyratæ. si uerò Troianorum πάθος est: quod exornationem habet ὀνοματοποιΐαν. clamor, clangor: adde etiam, quod ficta, ac imitatione nouata uerba rem horribilem, horroremq; incutientem faciunt: quando à syllabis rigidioribus inchoantes in horridas desinunt: huic simile est illud ex primo Aeneid.

Insequitur clamorq; uirûm, stridorq; rudentum. «

DIVERSO interea.] A' uisu nocturno ad publicũ LAMB.

p capta Hort

capta urbis luctum transit: narratq́ summatim horribilem armorum faciem & sonitum in noctis conticinio, quo excitus, in summum domus fastigiū se receperit, ut inclarescentem fremitum tota urbe propius hauriret. Et hanc quidem narrationem aptissimis comparationibus, Homerum suum imitatus, amplificat, ut imaginē auram auribus captantis, oculis subijciat. Miscentur.] Tragica metaphora, cùm aelit omnia confundi & perturbari, indicare. Qua figura, sacra prophanis misceri dicuntur, & mare cœlo. Recessit.] in secesso urbis posita fuit: à loco. Arrectis.] Hypotyposis subita inopinatáq́ re perculsi, intentéq́ auscultantis. Aeschrologia. Nota uerbi arrigere significatio est. [illegible] Refertur à Diogeniano prouerbij loco, & annotauit Erasmus: quadratq́ in eos, qui strictèr atq́ auidè auscultant ad ea quæ dicontur, aut expectant quid dicendum sit. Ducta metaphora est ab animantibus, quorum plerisque mos est, si quando quid eminus audierint, aures surrigere: id quod ceruis peculiare esse, tradit Plinius, ut cùm aures subrexerint, nihil sit illis auritius: rursum, ubi demiserint, nihil surdius. Aristot. idem affirmat: adeóq́ nullas eos insidias latére posse, quoties arrectis sint auribus: demissis uerò, facilè capi. Consimili figura Terentius dixit: Arrige aures Pamphile. Diuersum huic est illud quod est apud Horat. lib. primo Sermonum:

» Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
» Cùm grauius dorso subijt onus ——.

In segetem] Traducta comparatio est ex secūdo lib. Iliad Homeri:

» ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
» οὔρεος ἐν κορυφῇς, ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.

Et Iliad. quarto:

» ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
» ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ
» κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοσθε χαράδρης,
» τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.

Grauissima mehercle compositione cum uerborum delectu, perinde ut Homerus, aquam irrumpentem impetu quodam facit: Flamma inciderit, furentibus austris, torrentes sternunt, stupet pastor, & reliqua admirabili grauitate & compositione contexuntur: sed non paulò ad sensum communem & rei ipsius imaginem accommodatius. Homerus enim pastorem solum procul sonitum audientem facit: at noster uerò præter amplificationem effectuum euidentem, addit hypotyposin stupentis, & de uertice montis strepitum sonumq́ audientis pastoris. Hac comparatione ob oculos ponit, omnia diripientium Græcorum studia. Sternit ag.] Metonymia.

Sata.] Expolitio per copiam reddita, & relationem.

Saxi.] Tapinosis, montis. Et in uertice, metaphora reciproca est: quod hominis est, ad summitatem montis transtulit. Syluas] Amplificatio. Stupet.] admiratur ad stuporem usque. Est autem stupor, refrigeratio, qua corporibus sensuum ac motuum obrepit difficultas. Ita frigore pili surriguntur, cùm uis caloris ad interiora resilit, qua caro destituta pilorū radicibus tactis constipatur.

Tum uerò.] Cùm nō tantùm armorū strepitus fidem rei faceret, quem de tecto accipiebant, uerumetiam incendium clarum passim tota urbe, adeóq́ uicinarum ædium ruina, id quod res ipsa erat, coargueret. Fides.] ab hostibus occupatā urbem, & dirui à fundamentis cœptā. Ductū argumentum à signis. Deiphobi.] Enumerat aliquot illustrium Troianorum exempla, quorum ædes nō fortuito incendio, sed hostili conflagrabant. Erat Deiphobus Priami filius, cui post Paridis casum Helena nupserat. Hæc, capta iam Troia, ut beneficio aliquo Menelao ueteri marito reconciliaretur in gratiam, subtracto ferro, quod in incertum euentum uir fortis capiti supposuerat, illum huic in thalamum clàm intromissa trucidandum obiecit. Historia refertur ab Higino, cap. de ijs qui ab uxoribus occisi fuerunt. Meminit eius quoq́ noster uates in sexto. Causam Helenæ Deiphobo nuptæ, post Alexandri necem, quidam addunt. Cùm fortissimi quiq́ in bello occubuissent, hanc præmium strenuè res gerenti Priamus proposuit. Deiphobus, cum uirtute & gloria militari reliquos facilè anteiret, illius nuptijs, frustra reliquis Phrygibus refragantibus, est potitus. Vulcano superante.] Metonymia. A

Vcalegō.] Metonymia, dominus pro re possessa. Potest hic uersus inter parœmias recenseri: tum demum nobis esse cauendum, nosq́ periclitari, cùm proximi negotium agitur, ut maturè nobis consulamus. Scitus est uersiculus uolgaris: B

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. "
Hunc Vcalegontem Homerus Iliad. tertio, in Scæis portis sedentem, & pugnam cum Priamo & Antenore spectantem inducit:

Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ, πεπνυμένω ἄμφω. "
ἥατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι. "

Sigæa igni.] Epithetice à Sigæo promontorio, freta Sigæa dixit. Duo erant promontoria, Sigæum & Rhœteum, quorum illud à silentio appellatum fuisse credunt: hoc est, ἀπὸ τῆς σιγῆς etenim cùm Hercules negato terræ hospitio discessum simulasset, pone Sigæum latuit, ac noctu silentia Troiam occupauit. Hic Achilles, à Paride cæsus, sepultus fuit. Idem casus & oppido Sigæo nomenclaturam dedit. A signo magnitudinem incendij ostendit. Freta lata relucent.] Hellesponticū mare. Exoritur clamorq́ uirûm.] Ordine cōmuniter accidentia narrat: nā captis ad hunc modū urbibus, primùm ad prohibenda indicia excubias trucidant: inde ad turbandos oppidanorum animos, incendium miscent: postremò, ut omnia amentia plena reddant, multis simul locis clamoribus & tubarum cantu oppidanos percellūt, ne tota urbe in globum collecti, ignaros uiarum adorientur. C

Clangor.] Onomatopœia: nam κλαγγὴ, sonus est tractus & crepitans, qualis est tubarum. Homerus Iliad. tertio, ad grues & ad Troianorum in prælium cuntiū dissonos clamores transtulit:

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς "
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει. —— Et mox: "
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων. "

A R G V M E N T V M.

Exponit temeritatem suam Aeneas: occultè tamen ab animi magnitudine se ipsum commendat: qui in tanto discrimine, in tanta rerum desperatione cum hostibus congredi ausus fuerit.

NASC. AMENS.] qui Arma amens capio, nec sat rationis in armis: mentis nō peruenerant: uel

Sed glomerare manũ bello, & concurrere in arcem
Cum socijs ardent animi, furor iraq́ue mentem
Præcipitant, pulchrumq́ue mori succurrit in armis.

A *uel quũ alij fugientibus ipse solus pugnare uolebam: quod est hominis planè ratione abutentis: ideoq́ue sequitur:*

Vis, inquit, furoris, & iræ homines præcipites agit, ut multa sæpè præter rationem admittant, tandem concludit:

Nec sat rationis in armis.] *planè igitur amentiam, temeritatemq́ue suam accusat: quam tamen extenuare uidetur, cùm subdit:* Sed glomerare manum bello.] *nam proponit hic factum uiri fortis: qui tanquam dux ciues ad pugnam cõgregare uelit: unde occulta emergit Aeneæ commendatio ab animi magnitudine: qui audito tubarum clangore repentino, non timore corripitur, sed arma capessit, & congregare milites in pugnam audet.* Et concurrere in arcem.] *consiliũ apponit.* Furor, iraq́ue mentem Præcipitant.] *ferociam adiungit quasi stimulum uirorum fortium: excusatio facti.*

Pulchrumq́ue mori succurrit in armis.] *hinc etiam occulta elicitur Aeneæ commendatio à uirtute: quòd non temeritate ductus, sed æternitate laudis, & gloriæ pro patria mori pugnando uelit. alludit autem ad illud Hom. ex Iliad. 15.*

—ὅ οἱ ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
τεθνάμεν: id est,
—res est pulcherrima mortem
Pro patria oppetere.

GLOMERARE.] *pugnam lacessere.* Ardent.] *Metaphora.* L'AMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Panthus Phœbi sacerdos imminentem sibi necem fugiens, sacra, Deos, nepotemq́ue suum secum trahens ad mare cursu contendit.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuûm,
Panthus Otriades, arcis Phœbiq́ue sacerdos,
Sacra manu, uictosq́ue Deos, paruumq́ue nepotem
Ipse trahit, cursuq́ue amens ad † limina tendit.
Quo res summa loco Panthu? quã prendimus arcẽ?

† al. littora

NASC. ECCE autem.] *signo quàm manifestius perspici poterat desperatam esse urbis salutem, quando Panthus sacerdos fugiens Deos secum asportat, ut indiciũ alijs faciat aduersus illam iam humano auxilio non opus esse: quæ omnia ad mouẽdam conquestionem plurimùm faciunt. Vox autem ecce πάθ⊗ habet: nam malum designatur insperatum.*

Panthus Otriades.] *ἀναδίπλωσιν facit designandam hominis dignitatem: quam etiam describit.* Arcis, Phœbiq́ue.] *si arcis, in qua Minerua colebatur, quomodo Phœbi sacerdos, dicendum uidetur, non Palladem tantùm, sed & Phœbum, alioq́ue Deos in arce coli solitos fuisse, sicuti Romæ in Capitolio, quod Iouis templum erat, omnes Dij colebãtur.* Victosq́ue Deos.] *nullius amplius potestatis, ut alibi:*

—uictosq́ue Penates.

Ipse trahit.] *quia puer ambulando passus aui, uel patrui sui æquare non poterat: tamen non ad nepotem duntaxat, sed ad superiora quoq́ue referri debet: & est (ut etiam Seruius admonet) septima syllepsis.* Quo res summa loco Panthu?] *admiratio est, quæ πάθ⊗ habet à desperatione salutis urbis: uidet enim sacerdotem fugientem Deos secum asportare, ideo admiratus uehementer, eò redactum esse urbis statum, ut peiore in loco esse non possit, cum dolore:* Quo res, inquit, summa loco Panthu? *id est, ad quid redacti sumus? mira uerò breuitas est pro ratione temporis, & personæ fugientis.*

C L'AMB. Hort. ECCE.] *Attentio, ad sequentem narrationem.* Panthus.] *Anaphora Describit obiter personam, à sacerdotum functione. Fuit autem Panthus Priami propinquus, qui consentibus Troianis, ut ad ulciscendam iniuriam sororis Priami per Telamonem acceptam, Paris in Græciam mitteretur, dissuasor fuerat, ne fieret. Addidit se à patre suo Euphorbo audiuisse, si Alexander unquam uxorem è Græcia abduceret, tum demum fore, ut Troianos exitium inuolueret. Verùm ea frustra dissuadente, adeoq́ue ipsa reclamante Cassandra, quæ hoc ipsum uaticinabatur, è Priami sententia & aliorum consilio Paris in Græciam profectus fuit. Homerus Iliad. 15. indicat, Panthũ Apollinis sacerdotẽ fuisse:*

—ἀλλ' Ἀπόλλων
οὐκ εἴασε Πάνθου υἱὸν ἐνὶ προμάχοισι δαμῆναι.

Loquitur autem de Polydamante, Panthi filio, quem noluit Apollo inter propugnatores in prælia cadere. Homeri enarrator Iliad. 15. annotauit, Panthum Delphis Troiam abductum, ut Priamo de fatis rerum Troianarum uaticinaretur. [Greek text illegible]

Otriades.] *Otrei filius. Ergo alius hic fuit, & diuersus ab illo quem ostendimus Delphis accitum Troiam uenisse, & docuisse ibi manticen: qui ex uxore Pronome Clytij filia Polydamantem susceperit, quem & Hectorem una nocte natum affirmant.* Otriades.] *Otreus & Mygdon Dimantis filij fratres Hecubæ, Phrygiæ reges fuêre. Ergo Hecubæ nepos fuit, cuius hic mentionem facit Poëta: quem propter nominis similitudinem fatidico spiritu donatum, & Apollinis sacerdotem fuisse finxit. Meminit huius Homerus Iliad. 3. inter δημογέροντας, qui in Scæis portis pugnam spectasse narrantur. Otrei item statim eodem libro, & Mygdonis, Phrygiæ regum, qui cum Amazonibus aliquando bellum gessissent:*

ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν,
ἔνθα ἴδον πλείστους Φρύγας ἀνέρας αἰολοπώλους,
λαοὺς Ὀτρῆος καὶ Μυγδόνος ἀντιθέοιο,
οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο.
καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην,
ἤματι τῷ, ὅτ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι.

Historiam eo loco recenset interpres: Otreus & Mygdon regnabant ijs temporibus in Phrygia, uel (ut alij) in Thra-

tea, cum Hippolyte & Melanippe Amazonū duces castris ad Sangarium amnē positis, in suam ditionem populabunda iter facere meditarentur. Illi collatis castris, Priamo præterea in subsidium aduocato, hostes infestas prohibebant, ne cardines regni sui transcēderēt. Verba Scholiastæ sunt hæc: [illegible Greek text]

[illegible Greek text] Limina.] ædes: synecdoche. Sacerdos.] Descriptio personæ, à functione sacerdotali. Nam arcem hic, templum Palladis, ea qua suprà ratione uocat: A

Et monstrum infœlix sacrata sistimus arce. Quo res.] In re trepida decorè pauca de statu publico loquitur. Et in præsentem trepidationem [illegible] proponit, quo in loco summa rei sita est. Neq; uerò addit, se hoc aut illo pacto interrogasse, quo scilicet perturbationem, pauorem, metum, consternationem animi augeat narrando: cuiusmodi in tali negotio accidere solēt: sed admiratur, capta urbe ita subitò Troianos spem omnē amisisse. Panthu.] Contractus uocatiuus, Πάνθοος, Πάνθο, Panthu: ut ab Orpheus, Orpheu. Prendimus.] quam defendimus arcem.

ARGVMENTVM.

Respondet Panthus, & Troianorum infortunium narrat, totumq; ciuitatis statum pessimo loco redactum esse ostendit.

Vix ea fatus eram, gemitu cùm talia reddit:
Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ. fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit, incensa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit equus, uictorq; Sinon incendia miscet,
Insultans: portis alij bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis nunquam uenêre Mycenis.
Obsedêre alij telis angusta uiarum,
†Oppositi: stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci: uix primi prælia tentant
Portarum uigiles, & cæco Marte resistunt.

NASC. Gemitv cùm talis reddit.] ex signo doloris qualē habiturus esset orationē indiciū fecit. Est autē hæc oratio commiserationum affectibus plenissima.

Venit summa dies.] breuibus quidem egit Aeneas, sed breuioribus agit Panthus: nā etsi longior illius oratio esse uideī,

† al. Oppositis:

—sæua memorem Iunonis ob iram.

Nam Iupiter, & Iuno à iuuando nomen habens, ita etiam Agamemnon apud Homer. Iliad. nono, Iouem inuidiosè impium uocat: B

» Ζεὺς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ
» Σχέτλιος.

Vnde duplex elici potest conquestionis affectus ex Troianorum infelicitate: alter quod Deos præsertim Iouem iratum habent: alter quod ipsorum bona, imò ipsimet iam hostium imperium subierunt.

ijs tamē paucis totius responsionis summam complectitur: nam quæ sequuntur, à Poëta, ut rē exornaret, addita fuisse iudicantur. Et ineluctabile tempus Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium.] eandem sententiā uerborum uarietate per expolitionem exornat: quæ tamē hoc in loco uim amplificandæ commiserationis habet. Macrobius in quinto lib. Sat. hunc locum ita extollit, ut Maronis eloquentiam planè admirari uideatur. & profectò in hoc urbis Troiæ explicando excidio, ea uerborum copia, eáq; orationis ubertate utitur, ut nihil amplius, copiosiúsq; desiderari posit. Fuimus Troës.] πάθος à fortunæ commutatione, quasi ampliùs non sint, omnisq; Troianorum sit extincta salus. alludit ad tres illos Lacedæmoniorum choros, puerorum, iuuenum, & senum: de quibus Plutarchus agit in Lycurgo, & alibi etiam meminit: mouetq; commiserationem per locum communem à commutatione fortunæ: queritur enim Troianos à sublimi fortuna ad extremā calamitatē esse redactos. Complures eiusmodi commiserationis affectus apud Euripidem inuenies, in primis in Hecuba, ubi sic ipsa queritur:

» ὁ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεὼν,
» οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί,
» κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ' ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι.
» τὸν πάντα δ' ὄλβον, ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο. Et infrà:
» [illegible]

Et ingens Gloria Teucrorum.] Troianos extollit ad maiorē commiserationis affectū excitandum. Ferus omnia Iuppiter Argos.] inuidiosè dictum. ut:

Incensa Danai dominantur in urbe.] rem confirmat per locum effectorum.

Arduus armatos.] hactenus quid gestum sit, iam uerò ut gestum fuerit, narrat: & profectò eum ita facere oportuit, ut non summatim, aut uno uerbo tantùm ciuitatis statum significaret; sed & quid ipse uiderit, & quid rerum in urbe gerebatur, exponeret: quo id uerum esse monstraret, quod initio orationis dixerat: Venit summa dies. C

Millia quot magnis.] numerum extollit, cùm ad timorem Aeneæ incutiendum, ut fugiat, ac solus ipse fugere uideatur, tum etiam ad salutis desperationem indicandam perinde ac si diceret, tantum esse hostium numerum, uim, atq; impetum, ut illis resistere posse uanum sit cogitare, aut sperare.

Obsedêre telis.] distributio est: per quam omnia in eum desperationis locum redacta esse significat, ut nec stando, nec fugiendo saluti suæ quisq; satis consulere posit.

Parata neci.] actiuè ad necem alijs parandam. Vix primi prælia tentant.] ex contrario per comparationem desolutæ urbis actum esse planum facit: nam multa Græcorum millia urbem occupant: aduersus quos, qui pugnent, aut illis resistant, nulli sunt, præter primas portarum uigilias: hæc tum apertam commiserationem habent, tum occultam etiam Aeneæ commendationem retinent à magnitudine animi; cui licet horrenda, ac

urbe-

A uehementer fugienda referentur; tamen intrepidus, ut fortem uirum decet, prælium ciet, ac fortiter, firmiterq; dimicat.

Cæco Marte.] ancipiti prælio ad Troianorum laudem: quorum etsi rara paucitas aduersus plurimos pugnabat, ita tamẽ egregiè, atq; audacter dimicabat, ut prælium sæpè dubium, ancepsq; uictoria esset.

LAMB. Hort. VENIT summa dies, & ineluctabile tempus.] Responsum patheticum, quo mirìs affectibus extremam desperationem & patriæ excidium subijcit: ea dicendo & expoliendo exaggerat. Venit.] Pathos à tempore & necessitate fatali, quo attentionem captat. Principio statum orationis caussam captæ urbis in fato transfert, ut ostendat, à Troianis patriæ satisfactum: frustraq; cum dijs pugnatum, à quibus res Troianæ deletæ essent. Quare statim disertè addit: —& ineluctabile tempus. Etenim diuina decreta non commutantur, cùm leges humanæ ad temporum locorumq; rationes mutari soleant, ut mores uicissitudinibus temporum, & uoluntates item mortalium. Porrò ad fatum inevitabile pertinet illud Homericum, ab Erasmo inter schemata prouerbialia annotatum:

B [illegible]

Dardaniæ.] Phrygiæ, aut Ilij: nam Dardania & Rhetæum clarissimæ fuere urbes in Phrygia, in littoribus Rhetæis Aiacis sepulchro illustribus sita extra sinum.

Fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens.] [illegible]: perditas Troianorum res indicat. Hic loquendi color in Græcis tragœdijs passim obuius est, à Troianæ urbis excidio sumptus. Quare in adagium abijt, ubi perijsse quempiam significamus. Simile huic est illud è choro Lacedæmoniorum, ἄμμες μὲν ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. Itaque significaturus opes Troianas funditus deletas, uariè pathos à loco mouet, & per interpretationem effert: Fuimus Troës: fuit Ilium: fuit ingens gloria Dardaniæ. Quæ quidem omnia, extremam desperationem signant. Ilium alij urbem, nonnulli arcem & regiam urbis uocauère. Quidam [illegible]. Troiam certè Ilium, ab Ilo fratre Assaraci, filio Trois, dictam, in confesso est. Homerus fœminino genere ferè, ut Ἴλιος ἱρή: alij neutro efferunt. Ouid. quoq; Ilios fœminino genere

C usurpauit:

—postquam olea cremata est Ilios—.

D Ilus in Phrygiam profectus, in Priapo oraculum consuluit. Responsum illi est ab Apolline Priapisæo, ne collem ad condendum occuparet: addens, cum Ates esse. Quare Dardanus eum occupauit: sed & Dardaniam ad radices Idæ condidit, initio Scamandri collem nuncupatam. Itaque Ilus cùm in Phrygia certamen institutum à rege offendisset, in eo iterum uicit: accepto præmio à rege quinquaginta puellis, ac totidem adolescentibus ex oraculi fide bouem ex Mysia errabundam secutus fuit. Hæc cùm uenisset in locum qui uocatur τῆς Φρυγίας ἄτης, ibi se in herbam composuit. Quo statim loco Ilus Ilium condidit. Hanc ob caussam hæc loca λόφοι βουπλανόκτιστοι ἄτης appellantur à Lycophrone:

ἄτης ἐπ' ἄκρον βουπλανοκτίστων λόφων

Troiam βουπλανόκτιστον uocat.

Ab Ilio, Ilias Homeri, opus nobile, nomen inuenit. Quod quia plenum calamitatum bellicarum est, prouerbium miseriarum infinitarum inde natum est, Ἰλιὰς κακῶν. Locum hic confirmatio somnij est, à testimonio Panthi, ut uanum coarguatur, quod ab Hectore per usum accepisset. Anaphora, affectus habet. Argos.] in Græciam. Argi, [illegible]. Condita existimatur ab Argo rege. Homerus non uno loco Argos ipsum Peloponnesum appellat, ab nobili urbe proxima Cleonis & Mycenis, patria Agamemnonis & Menelai: ita hoc loco Poëta quoque usurpauit. Plinius tradit, ante Athenas Argos à rege Phoroneo conditum. Nonnulli ab Argo, custode peruigili Ius, multa rerum experientia exercitato, ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. A Phoroneo, aliquando Phoronea dicta fuit. Ab Homero ἱππόβοτον dicitur: uel quòd Neptunus ibi pascua indicarit: uel ab equorum copia: uel quòd Agenor urbem aliquando cum numeroso equitatu inuaserit. Iasum aliquando præterea, ab Iaso: & ab aquarum penuria, Dipsium dictum fuit. Innuit, res Troianas uictas à Peloponnesi regibus Agamemnone & Menelao. Illic Mycenæ erant, ubi imperabat Agamemnon. Fuit & Argos in Thessalia, in Achaia aliud, aliud in Acarnania: in Italia item, Diomedis opus, Argyrippa, & ad postremum Arpi dictum. Sed cognominibus distincta fuerunt, ut Achaicum Argos, Peloponnesium: Amphilochicum Argos, Pelasgicum Argos, Thessaliæ. Sed de Argis satis, quod ad nostrum institutum. Transtulit.] Regni mutationem innuit, quæ opes Troianæ bello deuictæ, ad Græcos fuerunt translatæ. Danai.] Græci urbem ceperunt. Fuit autẽ Danaus Aegypti frater, qui Sthenelo rege pulso, Argos occupauit: regnauitq; annos, ut quidam tradunt, quinquaginta, ijs fermè temporibus, cum ductu Mosche Israëliticus populus egrederetur Aegyptum: hoc est, ut tempora quidam supputant, trigesimo secundo egressus anno. Huic quinquaginta filiæ fuêre, Belides, à Belo auo paterno dictæ: quæ extra unam, maritos suos stata nocte interfecêre. Libet eam historiam, quoniam utilis est ad aliarum rerum cognitionem, ex Apollodoro adscribere: [illegible] Plinius libro 7. capite 56. auctor est, hunc Danaum putei repertorem fuisse.

Transtulit.] Capta urbe, cùm dicit Iouem omnia Argos transtulisse, uim deuotionis præter euocationem indicat. Hac præcipuè Iupiter euocabatur, quem in Græciã se abstulisse ait.

Fundit.] *Persistit in metaphora uteri armatis gravidi, & iam parientis. Narratio constat breui ac summaria, per incisa cola, enumeratione earum rerum, quæ tota passim urbe gerebantur, apto ordine ducto ab equo, principio omnis tragicæ calamitatis. Inde Sinonis studium, circa rem incendiariam subijcit: quæ res solet populationem ad perturbandos hostium animos præcedere.*

Insultans.] *ut lætitiam exuberantem ex successu doli prodat.* Bipatentibus.] *Quod uideo sic aliquos interpretari, quasi duas diuersas portas Poëta uelit innuere, ut altera ad ingressum & egressum parata fuerit, altera portæ loco sit habita ruina muri, per quam urbs patefacta equi molem intrò receperat. Mihi uerò simpliciter accipiendum hoc uidetur, ut intelligamus ianuam portæ, quæ binis foribus discludi potuerit. Neq; uerò una urbis porta in ciuitatem, sed diuersis Græcos infusos fuisse uerisimile est. Atqui hunc sensum simplicem Poëta esse introduco. Est enim propriè bipatens, quod utrinq; ita aperitur, ut dextra læuaq; fores, cùm clauduntur, in medium coëant. quod Græci non paulò significantius δίθυρον dicunt.* A

Millia.] *Amplificatio copiarum hostilium. Est & synecdoche partis ad totum. Dilatat hanc partitione.*

Ferri.] *ferrata acies: Endyadis.* Mucrone.] *strictis gladijs, singulare pro plurali: synecdoche.*

Primi.] *Amplificatio terroris, & uis hostilis, cùm uigiles cæsos & oppressos dicat.*

Cæco.] *Metalepsis.* Marte.] *Pugna: metonymia, synonymiæ expolitio.*

ARGVMENTVM.

Aeneas his rebus adductus, quæ in vrbe fiebant, non deterritus, sed glomeratis sibi quibusdam, qui sese ei per lunam obtulerant, pugnaturus, & moriturus in hostes ruit.

Talibus Othryadæ dictis & numine diuûm
In flammas & in arma feror, quò tristis Erinnys,
Quò fremitus uocat, & sublatus ad æthera clamor. B
Addunt se socios Rhipheus, & maximus † annis
Iphitus, oblati per lunam, Hypanisq; Dymasq;.
Et lateri agglomerant nostro, iuuenisq; Corœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusq; ferebat
Infœlix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.
Quos ubi † confertos audere in prælia uidi,
Incipio super his —

† al. armis

† al. confertos

NASC. Et numine diuûm.] *ad excusandam Aeneæ temeritatem nonnulli autumant id à Poëta additum fuisse: quasi non sua sponte, sed Deorum afflatus numine in periculum necis, ac penè in ipsam necem, cùm patria nihil præstare posset, irruerit: mihi uerò nõ ad excusationẽ, sed ad commendationẽ potius Aeneæ positũ esse uidetur: qui licet amicorũ uerbis, Deorumq; etiam, propter Hectorem (ut opinor) numine admonitus fuerit, iam patriæ salutem extinctam esse, experiri tamen uoluit, num illi opis aliquid sua uirtute afferre posset: Nam uir fortis non omnibus uisis, aut portentis, nec sæpe augurijs, Deorumq; monitis fidem habet (nam Hector apud Homerum, Papyrius, Cæsar, alij etiam non pauci apud historicos pugnaturi cum hostibus auguria, & uisa contemnunt) uel quamuis habeat, strenuè tamen dimicat, ut ubi salutem non sperat, ibi etiam uires suas promat, & uirtutem ostendat.*

In flammas, & in arma feror.] *ingens commiserationis locus: nam ciuitas in peiorem locum redigi non potest, quàm cum armis, flammisq; subiecta est: olim cùm bellum exitiale nostri maiores significabant, ferro, flammaq; rem geri dicebant. Cicer. in orat. pro L. Flacco O' Dij immortales quid hoc miserius? nos qui P. Lentulo ferrum, & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus?*

Quò tristis Erinnys.] *singula uerba, singulas habent commiserationis affectus ex afflictione Troianorum non absque commendatione Aeneæ cùm à fortitudine animi, tum etiam à pietate: qui afflictis præcipuè, & auxilio destitutis suo periculo subuenire conatur. Tristis autem Erinnys furorem bellicum significat, non animi impatientiam, ut perperam sentiunt interpretes: sic Lucanus in 4. furorem ciuilis belli Erynnim ciuilem appellat.*

Et maximus armis Iphitus.] *cõmendatio à fortitudine, & à peritia tractandorum armorum.*

Oblati per lunam.] *non pugnat cũ superiore: —tacitæ ea per amica silentia lunæ. nam cùm, dato signo, phalanges Græcorũ à Tenedo uenerunt, & uiri ex equo prodierunt, tunc luna silebat, sed interiecto non modico temporis interuallo, cùm iam ciuitas diripi, ac inflammari cœpisset, planeq; Græcorum insidiæ patefactæ essent, tunc luna surgens adulta noctẽ uiros ostendebat.* Iuuenisq; Chorœbus.] *plenior oratione agit de Chorœbo tanquam de nobiliore: nam quis fuerit, qua tempore, & quamobrem ad Troiam uenerit, planum facit. hunc Homerus Iliad. 13. Othryoneum appellat: quem ait ex urbe Cabysa uenisse amore Cassandræ incensum, Priamoq; pollicitum fuisse se sua uirtute Græcos à Troia, pulsurum: eaq; propè omnia refert, quæ hic noster de Chorœbo narrat: quem ab Idomeneo Cretensium rege occisum etiam fuisse memorat. locus est uel semidoctis notus.* C

Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat: Infœlix.] *multi hic distinguunt, nec ineptè: ueruntamẽ si infelix iunctim legas, uenustior erit lectio, & Vergilianæ maiestati conueniens magis: ut sit exclamatio ad commiserationem excitandam per locum communem, ut cum se uxore potiturum, uel potius, cum se fugaturum Græcos, uti socero pollicitus fuerat, speraret, non modò id adeptus non fuerit, uerùm in illud potius, quod neque uolebat, neque unquam cogitauerat, hoc est in necis discrimen, imò in necem ipsam inciderit. hæc uera peripetia est.* Quos ubi confertos.] *socios commendat ab animi magnitudine, & à uoluntate pugnandi.*

LAMB. Hort. Talibus.] *Ardens Aeneæ studium & pietatẽ in patriam incipit commemorare, ut in rebus desperatis in præsentem*

A *fratrem mortē se coniicere paratus esset, uindicta exatiatus.*

Erinnys] *quo me furia ad uindicandam patriam trahebant. Hæc ab Homero* [illegible] *dicitur: hoc est,* [illegible]. *Sic dictæ sunt,* [illegible] : *quòd sæua sit, habiteþ in terra; siue, quasi* [illegible] *quòd fatum adferat, & præsentem pestem. Callimachus, Cererem Erinnyn uocat,* [illegible]. *Porrò fabulantur, Erinnyes tres esse dæmones* [illegible] *quarum nomina recēsentur ab Hesiodo & alijs, Tisiphone, Megæra, Alecto, natæ è guttis sanguinis uerendorū Saturni. Allegoricè ostendimus has dictas, potentias* [illegible], [illegible]. *Tisiphonē nomē habere existimant* [illegible], *quòd homicidas ulciscatur & puniat.* [illegible] *uerò,* [illegible] : *hoc est, quòd malis inuideat, oderit sontes: Alecto, quòd non desinat mortales id genus grauiter punire. Saturni autem & Noctis filiæ dicuntur,* [illegible], *quòd in obscuro, quòd inuisibiliter hæ ultrices potentiæ*
B *eant. Addunt quidam has* [illegible] : *conspectu atras esse, quamobrem Erinnyum uestes nigras esse dicimus. Megæram porrò esse inuidiam, atq; inuidentiam, facetō disticho canit Variæ historiæ author:*

> [illegible]
> [illegible]

Idem author sequenti statim capite, non etymon tantùm uocis diligenter uerè & copiosè explicat, uerumetiam earum naturas, opera & officia circumscribit. Versus quoniam lectu digni sunt, non grauabor asscribere:

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
C > [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]

Fremitus.] *Metaphora remota, ab irrationali ad rationale: quod leonum est, transtulit ad homines,* [illegible], *fremo.* Agglomerant.] *Enallage generis. pro, agglomerantur nostro lateri, undiq; se adiungunt.*

Coroebus.] *Alibi Corybus, per y legitur. Seruius annotauit, hoc loco poëtam Vergilium Euphorionem sequutum, ex quo Coroebum istum sumpserit, apud illum enim stultum introductū. Quare Poëta ei hanc sententiam parum honestam tribuit.*

> *——dolus, an uirtus, quis in hoste requirat?*

Cùm planè turpis sit uictoria, dolo ac fraude, non uirtute parta. Coroebus hic, quicunq; is fuerit, abijt in stupiditatis ac uecordiæ prouerbium, [illegible]. *Addunt causam stupiditatis, quòd undas maris aliquando conatus fuerit numerare, cùm non potuerit numerum ultra quinq; prosequi. Fit autem hic Coroebus Hecubæ ex fratre Mygdone nepos, qui per eam tempestatem cum Otreo in Phrygia regnabat, qui ob affinitatis iura, tum spe Cassandræ potiundæ, quam adamabat, Priamo suppetias uenerat, & res Troianas fortiter defenderat. Homerus author est, eum Priamo promisisse, se Græcos ob absidione pulsurum: & inter alios, Otryneum quendā in prælio cecidisse, & Cassandræ amoris causa ad Troiam profectum. Verba poëtæ sunt:*

> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]

Fuit autem alius Choerebus Atheniensis, qui primus figulinæ repertor fuisse proditur.

Mygdonides.] *Mygdonis filius, de quo suprà narratum est. Porrò Mygdones & Doliones, perinde ac Bithyni, ad Olympum septentrionales sunt, è Thracia in Asiam profecti. Reliquum occupant Mysi & Epicteti. Sunt autem Doliones, qui circa Cyzicum, ab Aesepo amne usq; ad Rhyndacum fluuium colunt, & stagnum Dascylitidem. Deinde Mygdones, usque ad regionem Myrleanorum & Apameorum, authore Strab. lib. 13.*

Per lunam.] *Occupata & capta iam urbe, luna oriebatur, quæ Græcis è Tenedo castra mouentibus nondum exorta silebat. Itaque neq; peruux fuit, neque in conu.*

Gener.] *futurus uidelicet, si fata siuissent.*

Infoelix.] *Exclamatio in uecordiam Coroebi, quem benè præmonitum, sed non audientem, neque parentem sponsæ uerbis, sua fata in exitium traxēre.* Furentis.] *uaticinantis in* [illegible]. Præcepta.] *ut sibi maturè inde facesseret, cum ut Troia peritura.*

Consertos.] *Vbi hos coniunctos paratosq; uidi ad præsentem mortem, paucis exhortatus sum.*

A R G V M E N T V M.

Socios hortatur Aeneas ad pugnam: præmiumq; illis (nam omnem salutis spem extinctam uidet) mortem proponit.

NASC.

> ——Iuuenes, fortissima frustra
> Pectora, si uobis audentem extrema cupido est
> Certa sequi, quæ sit rebus fortuna uidetis:
> (Excessēre omnes adytis, arisq; relictis
> Dij, quibus imperiū hoc steterat) succurritis urbi

IVVENES, fortissima.] *à beneuolētia auspicatur: quam sibi bifariam conciliat, primùm ex commendatione uirtutis sociorū: deinde per commiserationem ex calamitate urbis: cuius salutem desperatem esse demon-*

Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus:
Vna salus uictis, nullam sperare salutem.

monstratcum ait: frustra succurritis urbi: eò enim refertur uox frustrà, perinde ac si diceret: uos quidem fortissimi estis iuuenes, sed robur illud uestrum hoc tempore nobi quid prodest? porrò oratio hæc qualitati animi Aeneæ satis respondere uidetur: nam uerborum structuram confusè digestam habet, ita de industria à Poëta compositam ad imitandam mentis perturbationem: quæ iratis, ac dolore aliquo affectis esse solet. Est enim non modica ars argumentis aptare uerba: quod cùm poëtæ, tum oratores in primis facere solent: huiusmodi igitur dicendi figura Græcis σύγχυσις dicitur: quam ualde commendat Hermogenes. Si uobis audentem] conditionalis adhortatio, quæ occultum laboris præmium habet, mortem uidelicet gloriosam unde singularis etiam emergit laus Aeneæ ab animi magnitudine. qui tam difficilis pugnæ ducem se exhibet, & quam tueri fugiendo uitam potest, acriter, strenueq́ dimicando eam in mortis discrimen uocare non dubitat. Quæ sit rebus.] ab occulto auditorum testimonio, quæ à signo probatio dici potest.

Excessêre omnes adytis.] urbis excidium confirmat à repugnantibus, hoc nempe modo, excessêre ex adytis Dij, in quibus omnis nostra spes erat, sublata omni spe, sola igitur relinquitur desperatio: hoc argumentum appellatur à repugnantibus: nam repugnantia est dissimilis rerum affectio, uel, ut Logici posteriores appellant, habitudo: ut amicitia est, ergo inimicitia non est: ita hoc in loco salus, & desperatio: non est spes salutis, igitur sola desperatio est, unde ingens deducitur commiserationis affectus: nam ubi Dij tutelares ex adyto euocati abierunt, nihil est spei amplius reliquum. Est autem allusio ad inuocationem: qua utebantur prisci illi ueteres ante urbium expugnationes: qua in re adeò religiosi fuerunt, ut urbes minimè expugnari posse crederent, nisi Dij tutelares euocarentur: hinc est, quod Romam nomen urbis ignotū esse uoluerunt. Liuius, Macrobius, atq; alij multi.

Moriamur, & in media arma ruamus.] ab honesto hortatur, utiturq́ hysterologia: quæ iræ, & furoris significationem habet: sic enim perturbatæ personæ, ac furore percitæ τὸ πρέπον seruatur. Allusit autem hauddubiè ad illud P. Decij, & Calpurnij Flammæ dictum: cuius meminit Liuius libro secundo, belli pun. 2. Moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circumuentas legiones.

Vna salus uictis.] epiphonemate concludit, nisi mauis τὸ αἴτιον esse superioris uerbi, moriamur: nam uictis hoc unum remedium est, ut nullam sperēt salutem: sanè pulcherrima sententia est: quam elegant exornat ἀντιμοι: nam eadem dictio diuersa significatione repetitur, ut in Bucol. Eclog 7.

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

LAMB. Hort. IVVENES fortissima frustrà.] Breui oratione, id quod temporis ratio postulat, suorum animos confirmat, à pio. Scopus orationis est, honestam mortem pro salute patriæ cadentis, fugæ turpi anteponendam.

Incipio.] loqui, & paucis concionari.

Iuuenes] Synchysis. Est autem hic ordo: O`iuuenes, frustra fortissima corpora si uobis cupido est certa, sequi me audentem extrema: uidetis quæ rerum sit fortuna. Omnes dij excessere urbe & adytis, per quos imperium hoc stetit. Quare frustrà succurritis urbi, quæ incensa est Itaque moriamur. A

Iuuenes.] Beneuolentia à commendatione uirtutis. Videtis.] Attentio à rebus desperatis.

Moriamur.] Propositio consilij. Excessêre.] Aetiologia. Vna salus.] Epilogus, sententia à contrarijs cōstat. Excessêre.] Donat antiquitate rationem deuouendi urbes & exercitus: tum autem & euocandi deos tutelares. Carmen, quo dij euocabātur, cùm oppugnaretur ciuitas, erat huiusmodi, teste Macrobio: Si deus, si dea est, cui populus ciuitasq́ hæc in tutela est, teq́ maximè, qui urbis huius tutelam recepisti, precor ueneror q́, ueniamq́ à uobis peto, ut uos populum ciuitatemq́ hāc deseratis: loca, templa, sacra, urbemq́ eorū relinquatis, absq; his abeatis, eiq́ populo, ciuitatiq́, metum, formidini iniciatis, proditique Romam ad me meosq́ ueniatis: nostraq́ uobis loca, templa, sacra urbs acceptior probatiorq́ sit: mihi quoq́ Poq́. R. militibusq́ meis prepositi sitis: ut sciamus, intelligamusq́. Si ita feceritis, uoueo uobis templa, ludosq́ me facturum. In eadem uerba hostias fieri oportet, autoritatemq́ uideri extorum, ut ea promittant futura. Deuouebantur urbes & exercitus quidam ad hunc modum numinibus iam euo- B catis. Dictatores & Imperatores soli poterant deuouere in hæc maximè uerba: Dis pater, siue Iouis manes, siue quo alio nomine fas est nominare, ut omnes illam urbem Carthaginem exercitumq́, quem ego me sentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quiq́ aduersus legiones exercitumq́ nostrum, arma teláq́ ferent, uti uos eos exercitus, eos hostes, easq́ homines, urbes agrosq́ eorum; &, qui in his locis regionibusq́, agris urbibusq́ habitant, abducatis: lumine supero priuetis: exercitumq́ hostium, urbes agrosq́ eorum, quos me sentio dicere, uti uos eas urbes agrosq́, capita ætatesq́ eorum deuotas consecratasq́ habeatis, illis legibus, quibus quandoq; sunt maximè hostes deuoti: eosq́ ego uicarios, pro mea fide, magistratuque meo, & pro P. R. exercitibus legionibusq́ nostris do, deuoueo, ut me meamq́ fidem, imperiumq́ legiones exercitumq́ nostrum, qui in his rebus gerundis sunt, bene saluos sinatis esse. Si hæc ita faxitis, ut ego sciam intelligamq́: tunc quisquis uotum hoc faxit, ubi faxit, rectè factum est, ouibus atris tribus. Tellus mater, teq́ Iupiter obtestor. Cùm Tellurem dicit, manibus terram tangit: cùm Iouem dicit, manus ad cœlum tollit: cùm uotum recipere dicit, mani- C bus pectus tangit. Itaq́ Poëta uolens numina euocata iam indicare:

Excessêre, inquit, omnes adytis arisq; relictis,
Dij, quibus imperium hoc steterat.——

Et ut tutelares conuincat Troiam deseruisse: significanter addit:

——quibus imperium hoc steterat.

Iam ut præter euocationem, etiam deuotionis uim antecessisse ostendat, suprà dixit:

——ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit.—— D

Plinius quoq; lib. 28. cap. 2 scribit, Verrium Flaccum autores ponere, quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis euocari deum, in cuius tutela id oppidum esset: promittiq́ illi eundem aut ampliorem locum apud Romanos, cultumue. Addit, id adhuc durare sacrum in pontificum disciplina. Occultabatur is deus, in cuius tutela Roma esset, ne quis hostium simili modo ageret. Sumptus autem hic locus uidetur ex Troadib. Euripidis. uerba sunt Neptuni προλογίζοντος.

ἰδὰ

A [illegible Greek verses]

Dij quibus.] *Qui autem fuerint Dij tutelares, siue penates Troianorum, Nigidius libro decimonono, de Dijs, authore Macrobio, & Cornelius Labeo libro, de Penatibus, annotarunt: Apollo & Neptunus, qui muros urbis condidisse existimantur: hos secum Aeneas in Italiam aduexit. Quam opinionem confirmat Maro in tertio, cùm dicit:*

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Vna salus.] *Rebus desperatis, morituris, uictis, pars solatij est, supplicium aliquod de hostibus uictoribus sumpsisse, ac se ultos esse.*

A R G V M E N T V M.

Aeneas se, sociosq; suos pro patria dimicantes lupis comparat famelicis, qui densa, atraq; nebula sibi, catulisq; suis cibos quærunt.

NASC. Sic animis iuuenum furor additus: inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti
Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes
al. dubiũ Vadimus: haud dubiã in mortẽ, mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
B Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perq; uias sternuntur inertia passim
Corpora, perq; domos, & relligiosa deorum
Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri.
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus,
Victoresq; cadunt Danai, crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

Lupi ceu.] *Sumptus est locus ex Homer. Iliad. 16. & sanè hæc comparatio huic mirè apta negocio esse uidetur: nam lupus ferox animal est, ideóq; rectè cũ hominis ferocitate cõparari potest.* Atra in neb.] *obscuræ noctis similitudinẽ habet:* catuli.] *ad liberos Troianorũ referũtur. Rabidi ex fame lupi ex lustris exeunt cibos inquisituri, ut se, catulosq; suos alant, Troiani ex dolore rabidi è domibus exeunt pugnaturi, ut se, liberosq; suos ex seruitute, si fieri potest, & morte liberent.* Raptores.] *efficaciùs fortasse, quàm Homerus: qui ὠμοφάγοι dixit.* Improba rabies uẽtris.] *Hæc etiã periphrasis efficacior est, quàm si fames dixisset, improba nulli probanda. ut in Georg.*

» *——nihil improbus anser,*
» *Strimoniæq; grues.*

Catuliq; relicti.] *pulchrum epiphonema: liberorum recordatione parentum rabies acuitur.* Caua umbra.] *omne concauum umbrosum, igitur obscurum.* Quis cladem illius noctis.] *exclamatio est expolitione ornata*
C *ad conquestionem excitandam: quam elegans repetitio, & adiunctio acriorem reddunt.* Vrbs antiqua ruit.] *reuocata thesi ad hypothesim urbis incommoda separatim enumerat: ruinam urbis: id est ædificiorũ, occisiones hominum: unde elegans αὔξησις elicitur à re, & à loco. Nam præclara antiqua urbis ædificia uidere ab hostibus demoliri, ac dirui horrendum est, & complures, imò plurimos uidere homines cùm domi suæ, publicisq; in uijs, tum etiã in templis Deorum, nulla religionis habita ratione, occidi horrendum magis est.*

Perq; uias sternuntur inertia passim Corpora, perq; domos, & relligiosa Deorum Limina.] *auget commiserationem indignationi admixtam à loco: ita alibi:*

» *Manibus in patrijs atq; intra tecta domorũ. Et infrà:*
» *——hæc dicens altaria ad ipsa trementem*
» *Traxit.*

Obseruandum est hoc in loco tragœdiam Homerica breuitate excitari: nam Tragicam orationem Homerus (ut inquit Arist. in poëtica, & Hermog. in rhet.) docuit, Demosthenesq; imitatus est: quo modo uerò Homerus in suo poëmate, inquit Hermogenes, tragœdiam excitauit, considerandum est: nam Troia captam, excidiumq; non retulit, sed ijs paucis uerbis omnem ciuitatis ruinam absoluit. uiros interficiunt, urbem incendio delent: filios alij, alij ornatas mulieres abducunt. Hæc ille: cui loco iste Virgilianus locus, & alij in hoc secundo libro complures ualdè similes existunt. Nec soli pœnas.] *ad laudem Troianorum: quibus propter salutis desperationem tanta uirtus inerat, ut sæpiùs uincerent, quàm uincerentur.*

Quondam etiam uictis.] ἐπιφώνημα. Crudelis ubiq; Luctus.] *tragœdiam renouat, & commiserationis affectum ex calamitate Troianorum.* Plurima mortis imago.] *uaria mortis genera designat.*

LAMB: Hort. Lupi.] *A comparatione, ducta à luporum famescentium natura. Sumpta comparatio est ex Hom. Iliad. 16.*

——οἱ δὲ, λύκοι ὣς
[illegible Greek verses]

Græcus copiosius, & ad rem præsentem accommodatius. At noster suos lupis comparat, qui relictis catulis, extenuante fame & uentris rabie, per tenebras eunt quæsitum prædam. Nox atra.] *Metalepsis: tenebrosam dicit.*

Exegit.] *expulit ad prædam. Sitis maximè ieiunos infestat, quod calor in corporibus præcipuum elementum, humorem expostulet. Etenim non quærit aërem ori obiectum, non terram, in qua consistit. Iam postquam agitatione corporis caloris uim excitauit, stomachi orexis irritatur. Proinde cùm calor excitet appetitum, & humor, proprium eius sit pabulum, certum est, corpus eo accepto refici.* Per hostes.] *per tela hostilia: Endyadis.*

Quis cladem.] *Amplificatio cladis, quam Græci eã nocte acciperent. Hanc splendidè exornat affectibus, quos uarios admiscet à circumstantijs.*

Noctis.]

Noctis.] A nocturni temporis ratione quo significã ter horribilem per tenebras cladem declarat, iam sublucescente luna. Funera.] cæsos hostes. Funus mortui hominis cadauer est. Effertur funus. Pópa funebris: & pro morte ipsa usurpatur. Pathos à re tragica. Lacrymis.] Amplificatio, ἀπὸ τοῦ δακρύω, lacrymo, δάκρυ, & δάκρυμα: lacryma. Antiqua.] Pathos ab antiquitate urbis, & celebritate. Conditam fuisse tradunt annos sex & quadringentos ante primam Olympiadem. Religiosa.] Pathos à loco. Est autem propriè religio, authore Seruio Sulpitio, dicta, quòd propter sanctitatem aliquam remota ac seposita à nobis sit, quasi à relinquendo dicta. ut à carendo ceremonia. Religiosum inde, contrarium prophano. Limina.] synecdoche: pars pro toto.

Quondam.] Interdum pro olim usurpatur: qua significatione usitatissimum est: nonnunquam pro semper. Idem Poëta alibi: A

Vt quondam in stipulis, magnus sine uiribus ignis.

Modò pro aliquando: ut hoc loco. Precordia.] Præcordia propriè sunt membranæ, quæ exta separans ab inferiore uiscerum parte: ita dicta, quòd cordi prætendantur. Quoniam autẽ in extis affectus sui sunt uirtutem in præcordia redisse dixit. In corde audacia & prudentia esse existimantur, ut in splene risus, & in bile ira. Crudelis.] Ecphonesi concludit amplificationem. Capta Troia, omnes fermè qui in Ilio erant, nocturna cæde cõsumpti sunt: reliqui noctis beneficio urbe elapsi, in pacatum euasêre.

Pauor.] Extensio syllabæ breuis in cæsura.

ARGVMENTVM.

Androgeum magno cum Græcorum comitatu sibi fortè oblatum narrat: qui ratus Troianos esse Græcos, eos ad pugnandum alacriter hortatur. deinde se errore deceptum, & in hostes delapsum sentiens, illicò pedem refert.

Primus se Danaûm, magna comitante caterua,
Androgeos offert nobis, socia agmina credens:
Inscius atq; ultrò uerbis compellat amicis.
Festinate uiri, nam quæ tam sera moratur.
Segnities? alij rapiunt incensa, feruntq;
Pergama: uos celsis nunc primũ à nauibus itis?
Dixit, & extemplò (neq; enim responsa dabantur
Fida satis) sensit medios † delapsus in hostes,
Obstupuit, retroq; pedem cum uoce repressit.
Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq; repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos uisu tremefactus abibat.

† al. illapsus

NASC. FESTINATE uiri] exhortatio ab honesto: quæ nimiam Græcorũ segnitiẽ indicat: proinde statim sequitur increpatio:

Quæ tã sera moratur Segnities?] μετωνυμικῶς serã dixit segnitiẽ ab effectu: ut pallida mors.

Alij rapiũt incensa.] causa increpationis est ab exẽplo aliorum deducta: quasi diceret, serò nimiùm uenistis, cùm iam omnia igne consumpta, mœniaq; prostrata, ac diruta iaceant. Feruntq; Pergama.] μεταφορικῶς, pro hostili more diripiunt, ac populantur: tractum ex illo Græcorum prouerbio, ἄγειν, καὶ φέρειν. tale est etiam illud ex primo Aeneid.

Ilium in Italiam portant, uictosq; Penates.

Sensit medios delapsus in hostes.] πάθος. hoc infortunij genus Arist. in poët. peripetiam appellat: nã inopinato ex prospera & felici, in aduersam, tristemq; fortunam incidit: quidam illapsus legunt, pro se illapsum esse, alij delapsus, & solœcismum agnoscunt transmutatione per casum in participijs: ita enim sentit Carisius, nominatiuum pro accusatiuo positum esse. Improuisum asperis.] pulcherrima similitudo, negocioq; ualde apposita: quam nonnulli collationem per affectum appellant. Iulius uerò Ruffinianus Græca uoce ἐπαγωγὴν nominat. ex Hom. sumpta est Iliad 3.

ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη.

Et quæ sequuntur. Pressit.] plus est quàm uidit.

Trepidus repentè.] uox addita repentè resilientem animum demonstrat. Attollentem iras.] præclarè non solùm irati serpentis, uel irasci incipientis naturam expressit, uerumetiam pauoris splendida cum elocutione, & numero rationem reddit. Haud secus.] rei comparationem accommodat.

LAMB. Hort. PRIMVS se.] Redit ab amplificatione ad institutã nocturni prælij narrationẽ. Vult aũt Poëta innuere, oẽm conatũ humanũ irritũ esse, ac frustrà, ubi fata reluctãt. B

Danaûm.] Syncope. Androgeos.] Hũc multi credunt sub Mnestheo Athenarum duce stipendium fecisse. Atticus nominandi casus est, quarti ordinis apud Græcos, τῶν περιττοσυλλάβων (?) περισπωμένων. Fuit alius Androgeos ab hoc diuersus, Minois Cretensiũ regis filius, qui per insidias & dolũ à Megarensibus cæsus perijt: quãobrem Minos illis libellum intulit, & Megaram uastauit. Athenienses his legibus uectigales fecit, ut quotannis in Cretã septenos adolescentes & totidem puellas Minotauro pabulum mitterent. Durauit Atheniensibus ea seruitus & misera conditio, donec per Theseum, cæso monstro, in pristinam libertatem assererentur. Agmina.] ab agendo dicta: transfertur ad fluminis cursum: ut, C

——lenis fluit agmine Tybris. Compellat.] alloquitur Festinate.] Hortatoria ad cædem & direptionem, breuis, & tempori accommodata. Viri] Beneuolentia à personarum, quas populares suas arbitratur, uirtute. Fortitudinis hic uox est, non sexus. Quo pacto etiam Homerus dixit, ἀνέρες ἔστε. Festinate.] Exhortatio ad direptionẽ & cædem. Segnities.] Increpatio militaris, ob speciem moræ, quam itẽ acuit spe commodorum, quibus alij fruuntur. Rapiunt.] pro diripiunt: simplex pro composito. Trita uulgo & prouerbiali figura ab authoribus usurpatur. ἄγουσι καὶ φέρουσι, aguntq; feruntq;: pro eo quod est, hostili more populantur. Erasmus admonet, non paulò uenustius esse, si ad animum referatur. Neq; uerò dubium est, quin tractum sit à more militari, ubi iumenta aguntur, & sarcinæ portantur. Indicat, Græcos totos esse in populanda Troia. Apparet Poëtam ad Androgeum illum Cretensem, cuius paulò antè memini, allusisse, qui in bello Atheniensi occisus fuit. Itaq; rapiunt incensa Pergama, dixit,

A *dixit, pro diripiunt.* Pergama, *pro Troia: pars pro toto. Homerus: μοῦνον τὴν Ἰλίου ἀκρόπολιν πέργαμον καλεῖ, οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλεις: id est, solam Ilij arcem Pergamon vocat: recentiores verò, omnes arces. Testatur aūt hoc ipsum Hesychius grammaticus. πέργαμος, ἡ ἀκρόπολις τῆς Ἰλίου. Vsurpatur neutro plurali, & fœminino genere singulari.* Itis.] *Enallage figuræ, simplex pro composito.* Fida.] *Argumentum, unde aduertit se non in socias copias, sed in hostes incidisse: quòd familiariter increpanti nihil benignè responderetur.*

Sensit.] *Metaphora propinqua, Græca figura dixit, Sensit delapsus, participio usus pro infinito verbo, ἔλαθεν ἐμπεσών: pro, sensit se delapsum esse in medios hostes, ἔλαθεν ἐμπεσὼν εἰς μέσους πολεμίους. Porrò cùm per tenebras hostes ab amicis dinosci nequirent, & lingua dissona, tessera militari & hostili responsu discernebantur.*

Retroq;.] *Descriptio subiti stuporis, à signo: retrò ad insidum responsum pedem mouit.* Improuisum.] *Amplificatio, à comparatione, quam ex tertio Iliad. ad suum institutum accommodauit:*

ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη,
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
ἄψ τ' ἀνεχώρησεν, ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειάς.
ὣς αὖτις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων.

De Paride, qui viso in monomachiam occurrēte Menelao, retrò in aciem suorum fuga se coniecit. Expolitio, id est periphrasis, accidentibus & signis descripta. Est & synecdoche in casu & numero. Aspris.] *pro asperis syncope.* Sētibus.] *In sentibus, defectio:* Haud secus.] *Applicatio: sic ad Troianorum conspectum fugit:*

ὣς αὖτις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων
δείσας Ἀτρέος υἱὸν Ἀλέξανδρος θεοειδής.

ARGVMENTVM.

Felices pugnæ successus, & stratagema in Græcos auctore Chorœbo, effectusq; ipsius stratagematis narrando complectitur.

B

NASC.

Atque hic exultans successus.
Irruimus, densis & circumfundimur armis,
Ignarosq; loci passim & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori,
Atq; hic successu exultans animisq; Chorœbus:
O' socij, quæ prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quaq; ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaûmq; insignia nobis
Aptemus: dolus, an uirtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi: sic fatus deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum
Induitur, laterîq; Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisq; iuuentus
Læta facit, spolijs se quisq; recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine nostro.
Multaq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus: multos Danaûm demittimus Orco.
Diffugiunt alij ad naueis, & littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandūt rursus equum, & nota condūtur in aluo.

Atque hic exultans successus.] *Chorœbus iuuenis bellorū, & pugnæ exitum incertum esse nō cogitat, verū præsenti successu lætus, nec futura prouidens, iuueniliter exultat.* O' socij.] *Chorœbus socios hortatur ad insidias, & dolos cōtra Græcos: idq; honestum esse persuadet: occasionem opportunam, facultatem idoneam esse ostendit: ab occasione orditur per quam utile quoq; hoc stratagema sibi ipsis futurum indicat: q.d.*

C *hoc ualde nobis profuturum est, si occasionem istam tam idoneam, tam opportunā, quàm modò nobis fortuna obtulit, arripiamus.* Mutemus clypeos.] *exponit rationem sui consilij.* Dolus, an uirtus.] *ab honesto per occupationem obiectionis: nam quia fraudis turpitudo obijci poterat, ipse προκατάληψιν occupat, & honestum esse persuadet: quia in hostes sit, innuens fas esse quo iure, quáue iniuria quemlibet hostes suos ulcisci: hoc etiam alibi significasse Vergilius uidetur, præsertim ex Iunonis petitione in primo Aen. cùm ait:*

Incute uim uentis, submersasq; obrue puppes.

Huius petitionis ratio fuit:

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Vbi Seruius ait (missas nunc facio philosophorum disputationes) honestum esse quidquid contra hostes petimus. Igitur si, quidquid contra hostes petitur, honestum est, pari ratione quidquid in hostes machinamur, honestum sit oportet. Hinc illud Lysandri apophthegma de uulpina pelle exuuia leonis assuenda: si uerò eorum sententiam probare uolumus, qui uiro forti quidquam agendum negant, nisi quod ex uirtute proficiscatur, hoc datum fuisse dicemus Chorœbo tū iuueni, tum etiam, ut ait Euphorion, stulto.

Arma dabunt ipsi.] *à facili persuadet.* Sic fatus deinde comātem.] *Chorœbus consilium suum primus exequitur: ut non solùm uerbis, sed re ipsa etiam socios adhortari uideatur: nam in huiusmodi negocijs facta magis, quàm oratio mouere solent id effectus cōprobauit: nam sequitur.* Hoc Ripheus.] *omnes adducti exemplo Chorœbi ad dolos insidiasq; sese accingunt.*

Haud numine nostro.] *non habitu, neq; ornatu nostro, ita Non. Marcell. quod uerò Seruius ait de Neptuno, & Pallade in scutis Græcorum, & Troianorum pictis non displicet: nam ex historia Græcorum satis constat, milites in clypeis elementorum signa habuisse, ex quibus præliantes cognosci possent: exēpli gratia Lacedæmonij λ. Peloponnesiaci π. atque ita de singulis. Romani milites in iaculis literas habuerunt, quæ sui Imperatoris nomen indicarent: bello Cimbrico cùm inter Marij, & Q. Catulli milites contentio de uictoria orta esset, disceptatores super hac controuersia delecti fuêre qui rem cognoscerent: hi lustratis cadaueribus inspexerunt qui iaculis militum Catullianorum barbari fuissent confixi: id autem cognitum est ex inscriptis literis: quæ nomen Catulli indicabant. Fieri etiam posset, ut singuli populi, suos haberent in clypeis pictos deos: attamen id me nusquam apud probatos auctores legisse memini, nisi quod apud Euripid. in Phœniss. sub persona pædagogi hoc legitur:*

ὁρμᾶ

» σημῆα ἰδὼν τόν ἀοιδὸν ἐρωτικά.

» Quæ uerò fuerint illa σημεῖα: id est, signa, siue insignia, alijs iudicandum relinquo. Multosq; Danaûm demittimus Orco.] πολὺ à numero: unde occulta deducitur consilij commendatio Chorœbi ab utili: quod eius persuasione multi Troianorum hostes necantur.

Diffugiunt alij ad naueis.] diuisio: & perterritorum Græcorũ breuis & accurata descriptio. Pars ingentem formidine turpi.] Græcos deturbat ab inhonesta, & turpi formidine: cuius causa ibi temerè, & absque consilio sese abdunt, ubi sine ulla defensione, si hostes animaduertissent, mori cogerentur.

LAMB. Hort. Irruimus.] Ab opportuno: non enim erat difficile Troianis, hostes in tenebris palantes, per ignotam urbem, insidiarũ securos, ignaros uiarũ, rebus dubijs & formidine periculosos passim cædere. Circumfundimur.] Metaphora, à non animali ad animal: indicat se in medios hostes incurrisse, & undiq; armatis hostibus septũ, & suos. Et translatio item est, in uerbo Aspirat, pro fauet: à floribus, ad fortunam. O' socij.] Hortatoria recenti uictoria ferocientis, ad grassandum ulterius. O' socij.] Beneuolentia à persona auditorum, dum eos socios uocat. Porrò oratio parùm cordata decore attribuitur Corœbo: quippe stulto ac uecordi, & insolescenti nimium uno successu. Quare in prouerbium uecordiæ abijt, Corœbo stultior.

Quà prima.] Propositio. Ex uno successu, sequuturã fortunæ aleam metitur. Dolus.] Sententia in speciem honesta, consilium suum de mutandis clypeis confirmat. Figura prouerbialis qua admonemur, ut cum uiribus res obtineri non possit, dolus adhibeatur. Valet autem idem cum illo: Si leonina pellis non satis est, uulpina superinducenda: ἄρμοι ὁ λεοντὴ ἐφίκηται, τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον. Duplex dolus alioqui est: Dolus malus, quem Seruius machinationem quandam definit, alterius decipiendi causa, cùm aliud simulatur, aliud agitur. Labeo posse A sine simulatione agi, ut quis circumueniatur. Veteres etiam bonum dolum dixerunt, pro solertia maximè aduersus hostem, latronemúe, ut hic. Digest. libro 4. titul. 3. de dolo. mal. Fides tamen hosti seruanda est, ut Cicer. disputat libro 1. & 3. Offic.

Arma.] A' facili. Potest & hoc hemistichium parœmiæ loco usurpari, in eos qui suis ipsorum dictis conuincuntur, quiq; suo ipsorum inuento & artibus capiuntur, uelut Perillus, qui primus in æneo boue à se facto pœnas dedit. Nihil ab Adagio diuersum, Suo hũc sibi iugulo gladio.

Comantem.] comas & cristas habentem: Enallage, siue heterosis generis. Atq; haud scio, an ad Homericum illud respexerit, καρηκομόωντες Ἀχαιοί, τοῖσι, τὰς λόφον δεινὸν ...

Argiuum.] Græcum. Argiuos dictos credunt ab Argo, Apidis & Niobes filio.

Iuuentus.] iuuenes læti: Enallage speciei, Zeugma.

Immixti.] Troiani Græcis, diuersi diuersis coniuncti.

Numine.] nostra uirtute. Quicquid porrò diuino fit auxilio, feliciter euenit: cum industria humana sæpenumero fallat, unde in prouerbium abijt, ὁ θεῶν ἀνήρ, & ἐν ἀνὴρ θεῶν. Quo respexit hoc loco Poëta. Nam cùm primum conatum auspicatè cecidisse innuat, non humanis B uiribus: sed diuino auxilio id tribuit.

Cæcam.] Metalepsis, tenebrosam. Demittimus.] significanter dixit, Demittimus nam, demittere neci dicimus, & demittere Orco. Allusum est ad Homericum illud Iliad. primo:

πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν. id est, «

Heroum multas animas demiserit Orco. «

Porrò Orcum amnem apud inferos esse crediderunt, eundem cum Styge, sic appellatum ἀπὸ τοῦ ὅρκου, quòd per eum iurare dij soleant. Alij ab urgendo deductum uolunt.

Alij.] Prolepsis.

ARGVMENTVM.

Spectaculum Cassandræ à Græcis crinibus tractæ, Troianorum insidias detegit, initumq; pugnandi consilium infringit.

NASC.

Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.
Ecce trahebatur passis Priameia uirgo
Crinibus, à templo, Cassandra, adytisq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina: nam teneras arcebant uincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus,
Et sese medium iniecit † moriturus in agmen. (*al. periur*)
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes,
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.

Heu mihi inuitia.] quia dixerat, eo ultimo successu, exclamatione pathetica utitur, quæ signum, & significationem doloris habet: itẽ sententia generalis quidem, & ex illis, quæ uera sententiæ dicuntur (nam id uerum est, nihil inuitis Dijs fieri posse: unde probatur Deos esse, & mortalia curare) sed huic etiam loco ualde apposita: nam antea dixerat Troianos successu lætos, fortunamq; eorum laboribus inter initia aspirasse: nunc uerò Dijs ita nolentibus ait reflare cœpisse: sumpta uidetur sententia hæc ex illo Eurip. in suppl.

» ἀρετὴ δ' οὐδὲν φέρει

» βροτοῖσιν, ἃ μὴ τῶν θεῶν ἕξουσ' ἔχει.

Vel illam Demosthenis sententiam ex funebri oratione expressit: τὸ μὲν γὰρ κρατεῖν, ἐν τοῖς ζῶσιν, ὡς ἂν ὁ δαίμων παραδῷ, συμβαίνει. tale est illud ex quarto Apollonij Argon. qui ait nulli mortaliũ contingere lætitiam toto C pede, sed aliqua semper amara tristitia admixtam esse: uersus Apollonij hoc habent:

« Ἀλλὰ γὰρ οὔ ποτε φῦλον ἀνθρώπων τερπωλῆς ἐμπέδον οὐδέν ... « Πικρὰ παρέμβλήναι εὐφροσύνῃσιν ἀνίη.

Ecce trahebatur.] hac illud est, cuius causa exclamauit Aeneas. Heu nihil inuitia.] casus repentinus, & insperatus exoritur, Cassandra regis Priami filia capillis ab hostibus tracta: quæ res efficit, ut Troiani agnoscantur & pœnas luant: porrò singula penè huius descriptionis uerba ex uarijs circunstantijs singulos habent tum commiserationis, tum etiam indignationis affectus: præsertim à genere, à sexu, ab ætate, à loco, à modo.

Trahe-

A Trahebatur.] πάθος à modo, ut in 1. Aeneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Non enim ducebatur, sed trahebatur: id est, raptabatur, nec collectis, sed passis crinibus trahebatur. Priameia uirgo.] *à genere, & à sexu, nec non ab ætate commiserationem mouet indignationi admixtam: nam dum Cassandram iuuenilis indignè affectam consideramus, dolemus: ubi uerò Græcos tanta crudelitate laborare intelligimus, ut uirginem regis filiam, ætate integram à loco sacro nulla uel dignitatis, uel generis, uel religionis habita ratione trahant, atq; lacerent, grauiter indignamur.* A templo.] *à loco indignationē mouet.* Adytisq; Mineruæ.] *Auget à loco: nam plus est adytum, quàm templum: est enim secretior templi locus, ubi olim Deorum simulachra quiescebant, & responsa dabantur.* Ad coelum tendens.] *Locus est misericordia efficacissimus, cū preces nostras ad Deos maniter fusas ostendimus.* Ardentia lumina.] *Laus oculorum: quam aptissima exornat ἐνάργεια.* Nam teneras.] *Quia in precibus effundendis antiqui manus attollere solebant. unde [illegible] est:*

——& duplices tendens ad sydera palmas.

B Arcebant uincula.] *Obseruandus est huius uocis arcere significatus: nam arcere primū fuit continere: unde arx, & arca. Sed quæ continent, eos, qui accedunt, separāt ab ijs, quæ continentur: unde secundus arcendi: id est, admouendi significatus: eius'q; origo Græca uidetur ἀρκεῖν. cùm manus deuinctas haberet, oculos tantummodo attollebat.* Non tulit hanc speciem.] *Hinc colligi potest quanta sit uis amoris, uel coniugij potius: quod ut neglecta morte, ut sponsam suam ex Græcorum seruitute eripiat, in confertiss. hostes periturus ruit: unde ingens elicitur commiserationis affectus tum ex aduersa Chorœbi fortuna, tum ex insperato ipsius dolore, quem ex repentino, & miserando Cassandræ sponsæ suæ casu contraxerat.* Hanc speciem.] *Ita Sallustius prælij faciem dixit.* Et sese mediū iniecit moriturus in agmē.] *Alludere uidetur ad militarem Rom. morem: quorum Imperatores inclinata iam acie interdum Dijs, manibusq; pro totius exercitus, Populiq; Rom. salute se deuouentes, in hostium copias ruebant morituri. Liuius ab Vrbe cond. lib. 8. Quod uerò ait iniecit, difficultatem designat penetrandi in confertiss. hostes. Idem ferè scribitur in 9. Aen. de Helenore ijs uerbis:*

Hanc aliter iuuenis medios moriturus in hostes "

Irruit, &, quà tela uidet densissima, tendit. "

Hic primum ex alto.] *Aliud exoritur incommodi genus ad commiserationē amplificandā ex insilibus Troianorū armis: quibus propter ereptā Cassandram, contigit, non solùm ut ab hostibus agnoscerentur, uerumetiam propter armorum hostilium errorem, à suis occiderentur.*

Ecce.] *Occasio insequutæ cladis, & casus Chorœbi. Splendida huius rei narratio est, ut singula penè uerba habeant affectus.* Trahebatur.] *Pathos ab indignitate rei, & actionis, ab habitu corporis.* Priameia.] *A genere, Priami filia.* Cassandra.] *Vates Apollinis, numinis plena.* Virgo.] *Nondum nupta, regia filia trahebatur: quæ res atrocior est, quàm si dixisset, ducebatur captiua. Et ut amplificet atrocitatē facti, addit crinibus eam raptatam: cuius rei spectaculum uel hostibus commiserationem concitare posset.* Templo.] *à loco: ut ne à sacris locis quidem abstineretur. Amplificat affectus, ex penitissimis Mineruæ adytis: id quod plus est, quàm è templo arreptam trahere.* Tendens.] *Pathos à gestibus uirginis.* Lumina.] *oculos, ira dolore'q; agitatos: anaphora, ad causam attexendam.* Palmas.] *manus. Teneras addit, ut à qualitate affectus moueat.* Obruimur.] *Metaphora. Fossa propriè iniecta terra obruuntur: diastole in cæsura, πάθος à commiseratione.* Iubarum.] *cristatarum galearum: nam iubæ propriè χαῖται dicuntur, crines animalium, ut leonum & equorum, à collo dependentes. Itaque Græcas iubas uocat, galeas iubatas, ut cristatas; ἱππουρίδας, κομώσας.* LAMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Græci ægreferētes Cassandram vi de suis manibus ablatam fuisse, Aiax præsertim, Agamemnon, & Menelaus, eo impetu aduersus Troianos pugnāt, quo Zephyrus, Notus, Eurusq; flantes inuicem cōfligere solent.

NASC. C Tum Danai gemitu.] *πάθος est, quod reticentiam, siue præcisionē habet: intelligendum enim, ut etiam Seruius admonet, à Troianis ereptam fuisse Cassandram.*

Tum Danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira
Vndiq; collecti inuadunt, acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis:
Aduersi rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt, Zephyrusq; Notusq;, & lætus eois
Eurus equis, stridunt syluæ, sæuitq; tridenti,
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.

sumptus Iliad. 16. hoc tamen differunt, quod Homerus duorum tantummodo uentorum meminit: hic uerò Zephyrum addidit: nec omnino totam ad uerbum Homeri comparationem transtulit: sed quædam tantùm attigit, quæ copiosius ille descripsit. ut stridunt syluæ (hæc enim in re latinis, fusius'q; Homerus peruagatus est) quædam etiam de suo addidit, nempe illud totum, quod de maris commotione perscriptum est. Sed adscribenda uidentur Homeri carmina, ut quid inter utrumque differat, facilius perspici possit. sic igitur ait:

ὡς δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιιν "
οὔρεος ἐν βήσσῃς βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην, "
φηγόν τε μελίην τε τανύφλοιόν τε κρανείην, "
αἵ τε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους "
ἠχῇ θεσπεσίῃ, πάταγος δέ τε ἀγνυμενάων. "

Acerrimus Aiax.] *Quia ingens militum multitudo conuenire non poterat absque ducibus, ideo tres nominat, Aiacem, Agamemnonem, Menelaum.* Dolopumq; exercitus omnis.] *Nam maius tribus ducibus, etsi non paucos milites conuenisse iudicari poterat, tamen ut copias multas fuisse, expressiùs indicaret, addidit, Dolopumq; exercitus omnis. unde fit πάθος à numero, ut paulo antè:*

Millia quot magnis nunquam uenêre Mycenis.

Aduersi rupto ceu quondā.] *Pugnā Græcorū, & Troianorum similitudine, seu comparatione uentorum ex aduerso una præliantium depingit: & est locus ex Hom.*

ὣς τῶν, ὡς Κλαμολίω' ἀπάλοιοι ἐοφόρτε.
Δαίφρ.

Hoc uersus ita transtulit Helius Obanus:

——sicut cum flamina uenti
Obuia conferuere, ingentis ad ardua sylua
Vnà Eurusq;, Notusq; eunnt, & culmina certant
Emere hinc, atq; hinc, ornos, fagosq; comantes,
Aesculeasq; ruunt frondes: fragor intonat ingens
Alterno sonitu, stridentibus undiq; ramis:
Arboribus fractis crepitantibus, obuia tota
Ventorum arbitrio uolitant folia eruta syluæ:
Sic Danai, Trocsq; in mutua funera dextris,
Infestiq; ruunt animis.

Atq; imo Nereus ciet æquora fundo.] *Nereus est marinus Deus: quem Orpheus in Argonaut. omnium antiquissimum esse dixit. Sed hoc in loco positus esse uidetur pro Neptuno. propter illud,* —sæuitq; tridenti. *nam tridens nulli, quod legerim, datur Deo, nisi Neptuno. unde illud est Virgilianum:*

Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum.

LAMB. Hort. DANAI.] *Prolepsis: nam distributione uim ducum & roboris amplificat.* Aiax]*Aiacem Oileum dicit: nam Telamonius ante captam urbem perierat.* Dolopum.] *Horum dux erat Pyrrhus, ut initio huius libri dictum est.*

Atridæ.] *Duo fratres, Agamemnon & Menelaus antonomasia,* Aduersi.] *Amplificatio à comparatione ducta, à uentorum inter se pugnantium ex diametro natura. Horum effecta & atrocitatem ita gradibus quasi quibusdam exaggerat, ut paulatim ad id perueniat, quod summum est.* Quondam.] *Aliquando. quemadmodum paulò ante usus est:*

Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.

Aduersi.] *Aduersos uentos dicit, inter se ex diametro pugnantes, Zephyrum & Eurum, Ennius lib. 17.*

Concurrunt ueluti uenti cùm spiritus austri
Imbricitor, aquiloq; suo cum flamine contrà
Inde mari magno fluctus extollere certant.

Turbine.] *Eruditè: est autē turbo uentus, qui uehementi & quasi profundiore specu depressæ nubis erumpit, sed haud perinde alto atq; procella: uerùm cū fragore maiori, quo proxima quæq; secum abripit. Idem, ut ait Plinius, cùm ardentior & accensus fuerit, πρηστὴρ uocatur: ἀπὸ τοῦ πρήθω amburo: nam contacta pariter amburit, & proterit. Aptissimè confertur cū Græcorū, obuios quosq; fundentium, magnisq; clamoribus omnia perturbantium impetu. Zephyrum opposuit Euro. Ab occasu æquinoctiali fauonius spirat, quem Græci ζέφυρον appellant, quasi uitā ferentem. propter teporem, ut quidā exponunt. Ab occasu solstitiali Corus Zephyrū etiam Argesten dicunt. Contrà ab ortu æquinoctiali Subsolanus: ab ortu brumali, Vulturnus: illū* [illegible]*ci Apeliotem, hunc Eurum nuncupant. Qua* B *de causa addit,* Eois equis eum gaudentem Stridūt.] *Translatio, & enallage coniugationis. Cæterùm stridere propriè dicuntur ianuarum agitatarum cardines. Transfertur longiùs.* Nereus.] *Hyperbole. Porrò autem Nereus à Poëtis fingitur marinus deus: cuius & Doridis Oceani filiæ sunt nymphæ, Nereides appellatæ. ἀπὸ τοῦ νεῖν [illegible], ὁ θαλάσσιος, παρὰ τὸ νήχω. Cæterùm hæc comparatio ex Homeri Iliad. 9. descripta est:*

ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα,
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον,
ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν.

ARGVMENTVM.

Concurrunt alij, acerrimè dimicatur vtrinque, sed, vt fit, maior numerus vincit minorem.

Illi etiam (si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidijs, totaq; agitauimus urbe)
Apparent primi, clypeos mentitaq; tela
Agnoscunt, atq; ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero: primusq; Corœbus
Penelei dextra, Diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & † Ripheus, iustissimus unus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui:
Dijs aliter uisum est, pereūt Hypanisq;, Dymasq;,
Confixi à socijs: nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.

NASC. MENTITAque tela.] *Quæ nos Græcos esse mentiebātur, cùm essemus Troiani. hoc agnitionis est genus, quod ex signis fieri quidem solet, uerùm ex illis signis, quorum usus (ut inquit Aristot. in Poët.) βελτίων: id est, melior, & probatior est: nam cū signorum alia sint deteriora, meliora alia peiora sunt, quæ fidei faciendæ gratia tantùm inducuntur, ut in Vlysse, qui cicatricem ostendit subulcis, ut ab eis agnosceretur: præstantiora uerò, quæ peripetiam habent, qualis hæc est de Troianis agmini.* Atq; ora sono.] *Non idem sermo, neq; eadem phrasis erat Troianorum, & Græcorum, ideo facilè cognoscebantur.* Ilicet obruimur numero.] *Cum gemitu, ac dolore: id quod indicat uox ilicet, quæ hoc in loco interiectio est grauiter dolentis, & gementis, qualis est apud Terent. in Eunucho. actum est, ilicet perijsti. hoc igitur loco ait, nō uirtute, sed numero obruimur: unde elicitur occulta Græcorum deturpatio: qui nisi insidijs, & edito numero uincere nesciunt.* Primusq; Chorœbus.] *eos recisset, qui in ipso, ut ita dicam, pugnæ uestibulo occubuerunt: ingentisq;* C *mouet commiserationis affectum ex persona Chorœbi propter ualde aduersum rei euentum: Nam qui primus insidiarū auctor fuit, primus etiā occiditur, & ad aram Palladis occiditur: cuius sacerdotem tanto cum uitæ suæ discrimine nuper de manibus hostium liberarat: unde apparet hoc inuidiosè, & cum felle dictum esse in Palladem: occultè tamen. Palàm uerò aduersarios in odium rapit, excitatq; indignationem à loco: quod neq; templi sanctitas, nec diuinitas numinis eos unquam repressit, quo minus hoc scelus impium admitterent, quod alibi etiam, si uoluissent, patrare potuerant: hinc quoq; elici potest occultus commiserationis locus à desperatione salutis: quam ex ira, & odio Deorum, præsertim Mineruæ non obscura coniectura suspicari poterant: quæ Cassandram sacerdotem suam abduci, ac uiolenter rapi, & eius sponsum in suo templo, imò in adyto ad aram, ante ipsius simulachrum ab hostibus*

† al. Rhipheus

A *ab hostibus occidi permiserat.* Cadit & Ripheus, iustissimus unus.] *Ripheum ualde cõmendat à iustitia, & ab æquitate ad misericordiam ex eius persona commouendam, & ad odium in aduersarios amplificandum: qui hominem Troianorum omnium iustissimum, æquitatis obseruantissimum crudeliter occiderunt.* Dijs aliter uisum.] *Aut inuidiosè hoc dictum est in deos, ut etiam sentire uidetur Tib. Donatus, qui non omnia usquequaq; recto iudicio metiuntur: unde illud est Didonis ex 4. Aeneid.*

» *——Iam iam nec maxima Iuno,*
» *Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.*

Vel re uera significare uidetur, uanum esse de hominibus hominum iudicium, Deos uerò eorum mentes, & arcana scrutari. Pereunt Hypanisq;, Dymasq; Confixi à socijs.] *Ingens sanè cõmiseratio ex acerbitate casus, quod non ab hostibus, sed à suis per errorem pugnãdo occisi fuerunt.* Nec te tua plurima Panthu.] *per ἀποστροφὴν commiserationem mouet ex nece Panthi sacerdotis, non absq; graui indignatione, & odio in Græcos: qui ne à cæde quidem sacerdotũ pollutas abstinent manus: eoq; etiam acerbior indignatio uidetur, quia facinus eorũ*
B *per errorem excusari non potest: nam Panthus infula uelatus erat, quæ illum sacerdotem afferebat.*

LAMB. MENTITAQVE.] *quæ hostibus detracta, nos induerамus. Zeugma.* Ora.] *Lingua prodita fuerũt in fremitu de illa nocturna.* Discordia.] *uel in tesseris militaribus, uel in diuersitate & uarietate linguarum.* Ilicet.] *Ostensurus quàm uaria sit Martis alea, primo successui subijcit horrendã suorum cladem. Festus Pompeius* Ilicet *exponit, sine dubio. alij à iudicio sumptum uolunt: ut, actum est, à iure: & peristi, à supplicio: quibus gradatim extrema desperatio significatur. Atq; haud scio, an eò hic respexerit Poëta, cùm uellet res desperatas narrare.* Ilicet *porrò deductum uolunt ab ire & licet.*

Hort. Numero.] *hostium multitudine, qui tota urbe comperto dolo se collegerant.*

Corœbus.] *In authorem consilij de texendo dolo, primam conuertit cladem. memor prouerbij:*

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Solet ferè fieri, ut prauum consilium, in consultoris caput recidat, & faba in eius caput cudatur. Penelei.] *Miserabilem iuuenis casum gloriæ aliqua portione pensat, dum eum non gregarij alicuius è plebe, manu fingit cæsum, sed Penelei. Homerus in Catalogo, hunc principem quinq; ducum Bœotiorum facit:*

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον.

Quo quidem loco enarrator addit, multos ueterum nomenclaturas à rebus, liberis suis indidisse, quarum fuissent studiosi futuri: idq; πολλαχοῦ. Et disciplinam militarem mirum in modum eis curæ fuisse. Quamobrem Peneleum dictum, ἀπὸ τοῦ πηνίσασθαι περὶ τὴν λαὸν. ὅ ἐστι, πονεῖν καὶ ἐργάζεσθαι κατὰ τὸν ὄχλον: perinde ut Λήϊτος, ἀπὸ τοῦ λαὸν ἄξειν. Refertur alius Peneleus ab Eurypylo Antenoris trucidatus. Diuæ armipotentis.] *Palladis, belli præsidis.* Aram.] *Pathos à loco.* Iustissimus.] *Pathos à iustitia & æquitate Rhiphei. Indicat, Martem pios pariter & impios indiscriminatim absumere.* Dijs aliter.] *Cum Deo quisque flet & ridet, σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται. Rerum humanarum subita est mutatio. Neque in nobis situm est, ut res sint uel secundæ, uel aduersæ: sed ut Deo uisum est, ita prosperis attollimur, uel aduersis deijcimur.* Nec te.] *Pathos per auersionem, à pio & religioso habitu. Est autem propriè infula, fascia in diadematis formam ita concinnata, ut utrinque uittæ dependeant. Græci λημνίσκον uocant. Alij autumant, candida esse filamenta, quibus diuorum templa exornabantur. Festo, sacerdotum filamenta. Apud antiquos moris fuit, ut nouæ nuptæ, antequam mariti domum ingrederentur, postes & limina infulis adornarent.* Apollinis.] *ἐπεκάλυψε, Texit, pro protexit.*

ARGVMENTVM.

Paulùm à causa digreditur per obtestationem commendationis suæ gratia, deinde oppugnationem regiæ Priami describendam aggreditur.

C

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, in occasu uestro, nec tela, nec ullas
Vitauisse uices Danaûm: & si fata fuissent
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad † sedem Priami clamore uocati.
Hic uerò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe.
Sic Martẽ indomitũ, Danaosq; † ad tecta ruentes
Cernimus, obsessumq; acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ, postesq; sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosq; ad tela sinistris
Protecti obijciunt, prensant fastigia dextris.

† al. sedes
† al. in

NASC. ILIACI cineres.] *Exclamatio est: qua paululum à causa digrediens, qualis erga patriam fuerit, planum facit: utq; uera ipse dixisse uideatur, patriam ipsam iam in cinerem conuersam testimonium per ἀποστροφὴν citat: nam huiusmodi sermonis ad res mutas cõuersio auditorum animos uehementer excitare solet: talis etiam fuit illa ex hoc secundo libro Sinonis obtestatio:*

» *Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum*
» *Testor numen. ait: uos aræ, ensesq; nefandi,*
» *Quos fugi, uittæq; Deum, quas hostia gessi.*

Vitauisse uices.] *uel pugnas, ut Seruius interpres sentire uidetur, quia antiqui per uices pugnabãt: uel re uera pericula, & incõmoda. Cic. ad Brut. Velim deinceps meliore sint: sin aliter fuerint (quod Dij omẽ auertãt) reipub. uicẽ dolebo: id est, incommodũ. Sunt etiam, qui uices uulnera, & cædes significari dicant, ut quẽadmodũ uel percusserat, uel interfecerat, ita etiã pateretur.* Meruisse manu.] *Repetendũ est uerbũ, testor, hoc sensu: si fatũ mihi fuisset in hoc bello perire, testor uos cineres meruisse: id est, cõparasse mihi mortem manu mea, cùm in tanto periculo tam obstinatè cõtenderem, strenuèq; dimicauerim.* Diuellimur inde.] *ad integrum redit. Quinct. lib. 9. hoc ait genus esse repetitionis: quam Latini regressionem, Græci ἐπάνοδον uocant:*

quæ semel posita iterat, & diuidit. Hic uerò ingentem pugnam, ceu cætera nusquam Bella forent.] ingens profectò commiserationis affectus hinc deducitur ex acerbitate pugnæ: quem etiam auget per cōparationem: nō enim dicit nullibi pugnatū fuisse, nisi ad regiā Priami: sed, cùm ubiq; pugnaretur in urbe, nusquam tamen acriùs dimicatū fuisse, quam ad ædes Priami. Sic Martem indomitum.] auget commiserationem à signo, quod excidium parari uidebant tum regiæ, tum etiam regi: obseruandum est autem quàm diligenter, quàm oppositè, euidenterq; ædium oppugnationem describat: profectò rem tam bellè depingit, ut ante oculos legentium geri uideatur. Acta testudine.] militarem testudinem intelligit: cùm milites clypeis obiectis muros ciuitatis occupabant. Polybius, Vegetius, & alij. Clypeosq; ad tela sinistris Protecti obiiciunt.] κατ' ὑποτύπωσιν militum oppida expugnātium conatus expressit: nam dum scalarum gradus ascendunt, sinistra manu ad tela oppidanorum clypeum obiectant, dextra uerò utuntur ad apprehendendum. propterea subdit:

—— prensant fastigia dextris.

LAMB. Hort. ILIACI.] Clausula huius narrationis constat graui amplificatione, à contestatione patriæ, per auersionē: quòd abundè, quantum ualuit, pugnando illi fecerit satis. Complectitur autem hæc contestatio uehementes affectus, à loco, personis, & rebus. Iliaci.] Troiani: antonomasia. Non solùm urbem incendio in cineres redactam contestatur, sed ciues etiam suos ferro & igne absumptos. Cineres enim figuratè pro funere usurpari à Poëtis, uix est qui ignoret. Vt caderem.] Verecundè uirtutem suam tollit, id quod personæ decoro conuenit. Manu.] pugnando, seu uirtute metaphoricῶς, quod corporis est, transtulit ad animum: aut simpliciter. Antiquitùs enim pleraq; corporis partes rebus consecratæ fuerunt: ut nasus subdolæ irrisioni, frons uerecundiæ, nares & aures iudicio, os impudentiæ, dextra fidei, supercilia arrogantiæ & fastui, pectus prudētiæ, manus uirtuti & facultati, &c. Diuellimur.] Syllepsis: Fuga inde in alium locum abripimur, metaphora. Iphitus.] Hunc suprà maximum armis dixit: deducta fortasis uoce ab ἴφθιμος, quod fortem & potentem signat, & ἶφι fortiter. Fuit alius quidam postea Iphitus Praxonidis, uel (ut alij) Hæmonis filius, qui cum gymnico certamine primam Olympiadem, secundo Aeschyli Athenensium iudicis anno, instituisse fertur. Meminit Homerus quoq; lib. Iliad. 8. cuiusdam Iphitidæ. Pelias.] Allusisse uidetur ad hastam Peliadem, de qua est apud Homerum: id quod mox luculenter testatur, cùm dicit, eum à uulnere, quod Vlysis manu acceperat, incessu fractum fuisse. etsi non ignorem, πηλιάδα primam extendere. Tradunt alium quendam Peliam Neptuni filium, ex nympha Tyro, Salmonei filia. Et Iasonis patruo Peliæ nomen fuit. Itaq; Iphitum ab ætate, Peliam uerò à uirtutis argumento describit. Vlyssi.] pro Vlyssis: figuratè. Est autem continuatio intermissæ narrationis. Protinus ad, &c.] Transitio à publica calamitate, ad Priami regiæ expugnationem. Hanc diserta descriptione ita tractat, ut uidere, non legere tantùm putes. Inserit & affectus, & uerborum pondere rei sublimitatem æquat. Sedem.] Periphrasis regiæ. Clamore uocari.] expugnantium defendentiumq; arcem. Cætera.] A' minore exaggeratio. Martem.] pugnam: metonymia. Testudine.] Milites hostium mœnia disiecturi, ita accedunt, ut ex ligno tegumentum sibi parent, quo saxa & tela deorsum deuoluta deuitent: id testudinem à similitudine uocant. Innuit regiæ munitissimæ amplitudinem, urbis in medium obsessam, oppugnatamq;. Limen.] fores, à parte totum. Hærent.] Hypotyposis oppugnantium, defendentiumq; regiam. A B

ARGVMENTVM.

Omissa descriptione oppugnationis Græcorum, ad Troianorum defensionem transit describendum: ex qua varios commiserationis affectus deducit: nam quæ olim ad palatij, totiusq; domus regiæ defensionem constructa fuerant, eadem nunc pro salute ipsius domus destruuntur.

Dardanidæ contra turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt: his se, quādo ultima cernūt,
Extrema iam in morte parant defendere telis, C
Auratasq; trabes, ueterum decora alta parentum,
Deuoluunt: alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso,
Instaurati animi regis succurrere tectis,
Auxilioq; leuare uiros, uimq; addere uictis.

NASC. His se, quando ultima cernunt.] Parenthesim interponit ad misericordiā exaggerandā à desperatione salutis: & ad causam destructionis regiæ per occupationē obiectionis reddendam: nam occurrebat, cur turres, & propugnacula domus dissoluerent, si alia telorum genere uti possent. Auratasq; trabes.] à iactura rei pretiosæ commiserationem mouet. Alij strictis.] distributio.

LAMB. Hort. AVRATASQVE.] Pathos à materia. Decora.]

Appositio. Amplificat narrationē à partitione, seu prolepsi. Cōtrà Dardanidæ defendūt regiā: alij tecta deuoluunt in confertā multitudinem, alij trabes inauratas deijciunt, alij strictis gladijs fores obsident. Instaurati.] Instaurare propriè renouare interpretantur grāmatici, quasi instar alterius facere, quoties aliquid ad pristinam formam & nitorem restituitur. Eadem forma idem dixit: —prælia instaurata reuisam. Mucronibus.] gladij. Tectis.] A' parte totum.

ARGVMENTVM.

Locum domus regiæ Priami occultum, paucisque cognitum describit: per quem ait se superiora palatij ascendisse, vt Troianis pugnantibus suppetias ferret: deinde turrim illam altam, vnde Priamus Græcos, Troianosq; vnà pugnantes aspicere solebat, conuulsam, deiectamq; memorat.

Limen erat, cæcæq; fores, & peruius usus
Tectorum inter se Priami, postesq; relicti

NASC. INFELIX quà se, dum regna manebant.] Locus cōmunis misericordiæ à calamitate

A' tergo, infelix quà se (dum regna manebant)
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis, unde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra
Eductam tectis, unde omnis Troia uideri,
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra,
Aggressi ferro circùm, qua summa labenteis
Iuncturas tabulata dabant: conuellimus altis
Sedibus, impulimusq;: ea lapsa, repentè ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit: ast alij subeunt, nec saxa, nec ullum
Telorum interea cessat genus.

A calamitate, & à commutatione fortunæ Andromaches. Turrim in præcipiti stantem.] *Turris conuulsionem describit: unde deduci uidetur maior commiserationis affectus. quæ superior fuit de conuulsione tectorum, atq; trabium: quòd turris illa necessariò dissoluitur, ex qua tanquam de specula non solùm omnis Troia circumspici, sed Græcorum quoq; acies, atq; naues, quid agerent, ac molirentur, planè obseruari poterant: infelix sanè illa defensio est, cùm milites, quæ defensionis gratia struxerant, eadem, ut se defendant, dissoluere coguntur. Hæc turris est, ex qua Priamus, ut ait Homerus, Achillem cum Troianis occisa Hectore* B *pugnantem prospiciebat. Il. 21. uersus Homeri hoc habent:*

» *ἑστήκει δ' ὁ γέρων Πρίαμος θείου ἐπὶ πύργου,*
» *ἐς δ' ἐνόησ' Ἀχιλῆα πελώριον· αὐτὰρ ὑπ' αὐτοῦ,*
» *Τρῶες ἄφαρ κλονέοντο πεφυζότες.* Id est,
» *Porrè senex Priamus super alto culmine turris*
» *Constiterat, magnum despectans altus Achillem*
» *Desuper, in campo pellentes Troas agentem.*

Summisq; sub astra.] *ἐπεξήγησιν facit, turrimq; penè ὑπερβολικῶς ab altitudine commendat.* Ea lapsa repentè ruinam Cum sonitu trahit.] *simili penè deiectæ turris descriptione utitur in nono: quæ, mea quidem sententia, πάθος habet ab horrore. sic enim ait:*

» *——tum pondere turris*
» *Procubuit subitò, & cœlum tonat omne fragore.*
» *Semineces ad terram, immani mole secuta,*
» *Confixiq; suis telis, & pectore duro*
» *Transfossi ligno ueniunt: uix unus Helenor,*
» *Et Lycus elapsi——.*

Ast alij subeunt.] *Græci pugnam instaurant.* Nec saxa nec ullum Telorum interea cessat ge- C nus.] *Ardorem Troianorum in pugnando describit.*

LAMB. Hort. LIMEN.] *Amplificatio narrationis, à descriptione occulti ostioli ab usu: nam per id Andromache Hectoris uxor, sine ullo pedissequarum strepitu ad soceros transire, & ad Priamum cum filio Astyanacte consueuerat. Hac se euasisse dicit Aeneas, in summum tectum: unde acerrimè regia, sed frustrà, defendebatur. Hæc autem descriptio occultatem ascensus sui indicat.* Cæcæq;.] *occultæ.* Soceros.] *Erat enim regi numerosa soboles, quinquaginta thalamorum, ut testatur Homerus: neq; Maro silentio præteriuit.* Astyanacta.] *Hectoris & Andromaches filium, sic dictum ἀπὸ τοῦ ἄστυ καὶ ἄνακτος. Porrò Homerus eum Scamandrium dictum scribit, sed ab alijs Astyanactem appellatum, quòd unus Hector Ilium seruaret:*

» *τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον,*
» *αὐτὰρ οἱ ἄλλοι*
» *Ἀστυάνακτ'· οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.*

Tradunt autores Græcos capta Troia è muris hunc præcipitem dedisse, ut Priami genus in uniuersum deleretur, ne uiuus ultor uindicta apud ullam posteritatem extaret. Euado.] *è medijs hostibus elapsus, peruenio eò quò intenderam. Nam cum difficultate euadimus pericula. Singulare est cum nominandi casu, Euado philosophus, theologus, uel in uirum literatum.* Fastigia.] *Sunt autem propriè fastigia, summa ædificiorum: summitates quorumlibet operum: hoc est, ea quæ perfecto demum ædificio ab ædificatoribus solent imponi. Hinc paræmia, summum fastigium imponere: pro ea quod est, rem omnibus suis partibus absoluere: quemadmodum fundamentum iacere, pro, primum opus instituere. Itaq;, ut Poëta extremam tecti summitatem ostendat, addit,* Culminis. Manu.] *Pleonasmus.*

Turrim.] *Extremum conatum Troianorum ostensurus, in defensione Ilij, amplificat narrationem à descriptione turris, quam undiq; dissolutam deorsum in subiecta hostium agmina præcipitabant.* Sub astra.] *Hyperbolicè, cùm uelit miram turris altitudinem declarare. Hanc autem confirmat argumento ab usu: nam inde Troiam lustrare oculis, & castra hostium belli tempore prospicere poterant.* Præcipiti.] *Præceps id dicitur, quicquid altum quidem & præruptum est, sed sine iugis aut cullibus erectum. Accipitur pro festino, & metaphoricè pro inconsiderato & inconsulta. Porrò autem hic sensus est: Turrim ab ea parte, ubi paries, propter foramina, quibus trabium extrema capita inserta erant, inualidior uidebatur, (illis enim tabulatum impositum sedebat) aggredimur dissoluere, & cum magna hostium clade deorsum in confertum agmen deuoluimus. Huius turris meminit Homerus Iliad. 5.* Danaûm.] *Zeugma.* Super agmina.] *Concinnum compositione carmen, rei accommodatum, ita ut singula uerba cum dignitate & pondere sint posita.* Sonitu.] *quem edebat cùm moueretur. Singulæ propè dictiones emphasim habent.* Saxa.] *Zeugma.* Telorum.] *quicquid manibus torquetur in pugna, telum rectè appellatur.*

ARGVMENTVM.

Ad Pyrrhum rectè, nec absq; iudicio transitum facit: nam cùm milites acriter, strenueq; dimicantes descripsisset, dux, ac imperator Pyrrhus nulla ratione erat silentio prætereundus. Hunc igitur ad regiam præcipuè pugnantem, ac vnà etiam cum alijs multis faces ad culmina iactantem ita describit, vt ex nimia confidentia, ac [illegible] titate, nec non ex imprudentia quadam illum deturpet: qui in re tam difficili, tanquam periculosa nullo seruato decoro, nulla dignitatis suæ habita ratione, veluti puer, ita exhibebat, sic læthitia efferebatur, vt apud se vix esse videretur.

Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena:

NASC. EXVLTAT telis.] *Pyrrhum absum[...] prudentia præsertim deturpat: ita quoq; Cato apud*

apud Cic. in Senect. Annibalis imprudentiam, & leuitatem sugillat: qui uiri prudentis modestiæ oblitus iuueniliter exultabat. Hic, inquit, (de Fab. Max. uerba faciens) & bella gerebat ut adolescens, cùm planè naturus grandis esset, ut Annibalem iuueniliter exultantē patientia sua molliebat.

Qualis ubi in lucē coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta.
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & lingua micat ore trisulcia.
Vnà ingens Periphas, & equorū agitator Achillis
Armiger Automedon, unà omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesq; à cardine uellit
Aeratos: iamq; excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt,
Apparent Priami & ueterum penetralia regum,
Armatosq; uident stantes in limine primo.

Sublato pectore.] *Hæc animi est, nō corporis: & ad arrogantiam, & fastū Pyrrhi referri.* Arduus ad solem.] *hæc, quæ sequuntur, omnia sunt ad animū Pyrrhi referenda.* Vnà ingens Periphas.] *Imperator solus non graditur, neq; solus pugnā init, sed multis militibus, illisq; fortioribus associatus: ideo facta mentione Imperatoris milites etiam nominat: quos honesto epitheto omnes exornat: nam cùm ait, ingens Periphas, Automedon armiger, & agitator equorum Achillis, pubes Scyria, satis intelligitur fortes, strenuosq; milites designari.* A

Qualis ubi in lucem.] *Comparatio est à serpente deducta: quæ animi, & corporis Pyrrhi similitudinem ostendit. Græci εἰκόνα, nostri imaginem appellant: & sanè nulla alia conuenientior Pyrrho adaptari similitudo poterat, quàm serpentis, qui uernali tempore noua pelle, ac nitida indutus, è latibulis prodiens gressum ostentat, inflatus tumet, & uirus atrum uomit: qui ueneno magis, quàm uirtute nititur, & ob naturalem sæuitiam mansueferi nescit: illud obseruandum est in hac comparatione, præter duo, quæ corpori accommodantur, reliqua ad animum Pyrrhi referri: & est Homeri comparatio ex Iliad. 22 de Hectore uerba facientis:*

» ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερ© ἄνδρα μένῃσι
» βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός,
» σμερδαλέον δὲ δέδορκεν ἑλισσόμεν© περὶ χειῇ.

Hos uersus ita uertit Eobanus:

» *Montanus ueluti coluber mala gramina pastus,*
» *Sæpè uiatorem manet, acri percitus ira,*
» *Lubrica conuoluens sublato pectore terga*
» *Torua tuens oculis, caudaq;, & dente minatur.*

» Mala gramina pastua.] *Homerus ait βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα: id est, pastus mala uenena. Interpres autē locum explicans ait: φαγὼν τὰ ποιητικὰ φαρμάκου, οἷα δὲ μύρμηκας, καὶ κανθάρους: id est, comedens quæ uenena faciunt: dicit autem formicas, & scarabæos, nisi mauis cantharidas legere: id est, κανθαρίδας. Sunt autem cantharides uermes uirides in summitate ramorum fraxini, & oliuæ nascentes, quarum succus in uenas ingressus, aut in uentrem, hominem interimit: quod si de formicis, & uermibus huiusmodi tantùm esset intelligendum, nescio quàm rectè Virgilius mala gramina transtulisset: nam gramen nisi herbas comprehendit. Sed non de uermibus solùm, uerumetiam de herbis, alijsq; graminibus intelligendum uidetur: nam serpentes terra, herbis, & gramine uescuntur: quæ etsi natura non sunt uenenata, tamen à serpente deuorata fiunt ipsa uenena: uel reuera dicendum est, serpentes cibis tantùm uenenatis pasci, siue herbæ sint, siue uermes, aut alia huiusmodi.* Frigida sub terra tumidum] *nulla hactenus Pyrrhi dimicantis mentio facta est: quia nondum in certamen descenderat: ubi uerò ex occulto prodijt pugnaturus, armis fulgentibus indutus apparuit. rectè igitur colubro cōparatur, qui brumali tempore in latebris cubans, iam tandem pelle mutata exit nitidissimus.* Nitidusq; iuuenta] *ad illud refertur:* & luce coruscus ahena. Lubrica conuoluit.] *ad illud referendum uidetur:*

—primoq; in limine Pyrrhus Exultat.

Ipse inter primos.] *Pyrrhus non alijs tantùm imperabat, ne pugnarent, sed ipse pugnabat: neque post principia, ut Terentianus ille Thraso, sed inter primos aderat: unde deducitur commendatio ab ardore, & magnitudine animi.* B Iamq; excisa trabe, firma cauauit Robora.] *hoc uirium magnitudinem, & in conficienda negocio celeritatem designat.* Et ingentē lato dedit ore fenestram.] *ταπείνωσιν facit: quam auget epitheta: nam cùm dicendū fuisset, cauernam factam, per quam interiora uidebantur, fenestram dixit, sed uno uerbo orationem auxit, inquiens, lato: sic in primo Aeneid.*

» *Apparent rari nantes in gurgite uasto.*

aliter tamen eum locum exposuimus. Apparent Priami.] *παλιλλογία est: quæ repetitionem habet ad augendam commiserationem ex præcipiti calamitate, & fortunæ Priami commutatione: quod exiguo unius noctis spacio tota regis domus insanè, miserabiliterq; corruit: quæ multis iam seculis prospera, feliciq; fortunæ conditione durauerat: & quæ iam antea tanta obseruantia propter regiam grauitatē ab omnibus frequentabatur, nunc nulla regiæ dignitatis habita ratione sic diruitur sic muris exterioribus nudatur, ut omnia illius quasi uiscera appareant.*

V ates *suum conatum, summum quidem, sed superuacaneum narrauit, ne ociosis audientium aures oneret, properat ad captiuitatem regiæ, cuius gloriam non temerè Pyrrho tribuit. Porrò hic Pyrrhus proditur à quibusdam Græcarum Achillis ex Iphigenia filius: hoc est, natus statim post uictimam illam & sacrificium Iphigeniæ in Aulide Bœotiæ: uel, (ut ait Pindarus) in Euripo. At Tryphiodorus & alij scriptum reliquêre, Pyrrhum Neoptolemum Achillis F. fuisse, & Deidamia filia Lycomedis. Verba autem Tryphiodori hæc sunt:* LAMB. Hort. C

» [illegible]

Porrò Lycophron hunc [illegible] *ob id appellat, quòd cædibus & sanguine gauderet. In Scyro enim à quibusdam educatus existimatur: à russo colore sic dictus. Hunc post patris cædem, moniti oraculo Græci, è Scyro ad Troiam acciuerunt: cui cùm patria arma delata essent, pertinaciter sibi ea deberi negauit. Ita uates responderat, fore ut urbs caperetur, si hic è Scyro accersitus ad Troiam ueniret. Itaq; quod ad gloriam capiendæ urbis pertinet, id Poëta ad regiæ expugnationem, & eius captæ laudem*

A laudem transtulit. Vestibulū.] *Locus est tectus & conclusus ante ædes, quo aduersus tempestatis iniurias ab itinere ad fores aditus sit, à stando appellatum. Ve enim particula intentionem non habet: ut uesanus, uecors. Nam antiquitus qui ædes lucubrentiores ædificarent, locum uacuum ante ianuam relinquere solebant, qui inter fores domus & uiam medius esset. In eo, qui domus principem salutatum ueniebant, antequam admitterentur, cum aliquandiu opperiebantur: hi neq; in uia, neq; intra ædes stabant, sed in domus uestibulo. Alij aliter uocem interpretantur.* Luce.] *armis periphrasis.* Qualis.] *A comparatione, ducta à natura serpentis, qui singulis annis pelle bis exutus, uiridi iuuenta nouus apparet, ac reiuuenescit: id quod omnibus id genus animantibus accidere arbitrantur, quæ cortice molliore teguntur ut lacertis, stellionibus, sed præcipuè serpentibus. Autumno & Vere fermè se exuunt: in primis & uipera. Serpenti autem primùm ab oculis incipit decidere pellis: & qui rem non intelligunt, arbitrantur eum occæcari: inde uno die ac nocte, tota exuitur senectus. Hanc autem pellem Græci σῦφαρ uocant, καὶ γῆρας τὸ ἐπιπόλαιον. uelut λεβηρίς, τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, ὃ ἀπο-*
B *δύεται. unde adagium natum, Nudior Leberide. γυμνοῦται γὰρ ὁ ὄφις, καὶ πρὸς ὀπὴν εἰσδύων, ἀποδύεται τὸ δέρμα: id est, ubi consenuit serpens, subit cauernam, & pellem exuit. Nicander author est, serpentes hyeme per frigus & glaciem cæcos fieri, rursus uere marathu gustato acumen uisus restitui, deinceps foueas fugere, ac syluas latebrasq; petere:*

πρῶτα κνυζωμένῃ σκιάει χλοάοντας ὀπωπάς
τῆμος ὅτ' ἀζαλέην φολίδα ἐκδύεται γῆρας.
μῶλυς ἐπιστείβων, ὅτε φωλεὸν εἴαρι φεύγει
ὄμμασιν ἀμβλώσσων μαράθου δ' ἑρπυστικὸς ὄρπηξ
βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αἰγλήεντα τίθησι.

Mala gramina.] *fœniculum, μάραθον à Græcis appellatum. Per eius herbæ succum uisus huic animanti restituitur. Addit hoc in loco Nicandri interpres: ὁ χυλὸς τοῦ μαράθου ὀξυδερκίαν παρέχει, ὅθεν καὶ οἱ δράκοντες οὐ μόνον ἐσθίουσιν αὐτό, ἀλλὰ καὶ περιχρίουσι τοὺς ὀφθαλ-*
C *μοὺς αὐτῶν. Idem affirmat Plin. lib. 20. cap. 23. serpentes uidelicet fœniculo senectam exuere: Fœniculum nobilitauêre serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorumq; aciem eius succo reficiendo. Quemadmodum serpens nouus iuuenta à senecta repubescens sæuit, ferocitq; omnibus undiq; corporis partibus calore Solis affectus: ita Pyrrhus armatus, iuuenili audacia exultans, cum Scyrorum pube circa regiæ uestibulum pugnans ferociebat.* Ingens Periphas.] *Celebratur hic Periphas ab Homero lib. Iliad. 5. inter eos qui periclitabantur ne in pugna à Marte interficerentur:*

ἤτοι ὁ μὲν Περίφαντα πελώριον ἐξενάριζεν,
Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστον, Ὀχησίου ἀγλαὸν υἱόν.
τὸν μὲν Ἄρης ἐνάριζε μιαιφόνος. αὐτὰρ Ἀθήνη
δῦν' Ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.

Fuit hic Aetolorum facile princeps, Ochesij filius, qui Palladis beneficio Orci galero tectus, Martis iniuriam in prælio euasit. Automedon.] *Hunc idem Poëta Achillis armigerum inducit lib. Iliad. 16.*

ἵππους δ' Αὐτομέδοντα θοῶς ζευγνῦμεν ἄνωγε,
τὸν μετ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα τῖε μάλιστα.
πιστότατος δέ οἱ ἔσκε μάχῃ ἔνι μεῖναι ὁμοκλήν,
τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους,
Ξάνθον καὶ Βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην.

Scyria.] *iuuentū Scyriorum dux erat Pyrrhus, è Scyro ad Troiam profectus. Scyrus una Cycladum est, uel (ut alij) Dolopiæ, in qua fabulantur Achillem à matre fuisse absconditum, ne cum copijs Græcorum ad bellum Troianum proficisceretur. Alij Scyros insula est Cycladum, & urbs, aut lapidosa. Lysimachus Scyrum, Argoliden lapidicinam uocauit. Hinc Syria pœna, Thesei mors. Aiunt Theseum in Scyrum profugum, ibi præcipitatum fuisse. Sterilis Scyrus est, & saxosa. Vnde in prouerbium cessit, Scyreum imperium, de uilibus, obscuris & emolumenti nihil progignentibus. Scyrij præstantissimi celebrantur fundítores fuisse. Illud superpondium hoc loco fuerit: Quoniam Theseus Scyronem in Megarensi agro è petra præcipitem dedit, ut classici authores produnt, ab eius casu illa deinceps Scyronia saxa fuère nuncupata. Cæterùm in Scyro imperauit Lycomedes, quam incolebant Dolopes. Theseus ad hunc Lycomedem fugit: siue metu ob raptum Helenæ, & expeditionis aduersus se, Castoris & Pollucis: siue quòd suspicio inuadendæ tyrannidis Atheniensibus iniecta esset: siue quòd à Lyco Aegei fratre fugatus esset: siue metu Pallantidarum: siue ob cædem Hippolyti Athenis pulsus, certò exul in Scyron fugit. Hic res nouas molientem, & affectantem regnum, arreptum Lycomedes (ut dixi) è saxo præcipitem dedit. At Scyrus in Arcadia est locus, ad Parrhasios Scyron in Attica fuit: unde à Scirone, Scironides petræ, uel à Sciro heroe. Ibi meretricum collegium fuisse traditum est. Sciraphion locum uocabant, quò aleatores confluebant, σκιραφος, lasciuus, intemperans. Sciritæ, apud Lacedæmonios excubitores primi, quibus cura demandata erat, ne quis horis nocturnis extra phalangem procederet.* Pubes.] *propriè prima lanugo genitalium est, per translationem ad primam iuuentutem trahitur.* Accatos.] *Vim Pyrrhi amplificat.* Apparet.] *Metaphora.* Armatos.] *quos Priamus aduersus uim hostibus ad uestibulum obiecerat.* Limine.] *ingressu. Prouerbiali metaphora usurpatur, In limine, pro statim, et uix bene cœpta re. Et in limine deficere, in limine impingere dicimus. Annotauit Eras. inter schemata prouerbialia.*

A R G V M E N T V M.

Regiam vi ingrediuntur Græci, Troianos milites occidunt: fœminæ luctu, & clamore omnia complent.

NASC. tal. Et

At domus.] *ac prima sanè distributio fuit, cùm paulò antè uiri laborem, nunc uerò fœminarum luctum, & clamorem tribuat. Etenim hic tragœdiā*

At domus interior gemitu, miseroq; tumultu
Miscetur, penitusq; cauæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, atq; oscula figunt.
Instat ui patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre ualent: labat ariete crebro

excitat, & παθητικῶς ex misericordia mouet: nam Pyrrhi ingressum, Troianarum mulierum plangorem, & Troianorum miserandam cædem,

Ianua, & †emoti procumbunt cardine postes. (†al. emoto)
Fit uia ui: rumpunt aditus, primosq; trucidant
Immissi Danai, & latè loca milite complent.
Non sic, aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exijt, †oppositasq; euicit gurgite moles, (†al. opposi-tasq;)
Fertur in arua furēs cumulo, cāposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit: uidi ipse furentem
Cæde Neoptolemū, geminosq; in limine Atridas:
Vidi Hecubam, centūq; nurus, Priamūq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes †tanta nepotum: (†al. illa)
Barbarico postes auro, spolijsq; superbi
Procubuēre: tenent Danai, qua deficit ignis.

dem deniq; totius regiæ Priami ruinam narrando complectitur: locus autem iste de Albano excidio translatus esse uidetur: lege Liuium in primo ab Vrbe cōdita, ubi multa huic similia describuntur: quæ, dū Romani Albam diruerent, acciderunt: huc etiam accipi potest illud Virgil ex undecimo Aeneidos:

» *Iam uerò in tectis prædiuitis urbe Latini*
» *Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.*
» *Hic matres, miseræq; nurus, hic chara sororum*
» *Pectora mœrentum, puériq; parentibus orbi*
» *Dirum execrantur bellum.*

Ferit aurea sydera clamor.] *ὑπερβολικῶς commiserationem amplificat.* Tum pauidæ matres.] *πάθος à timore.* Amplexæq; tenēt postes.] *auget πάθος ex nimio, quē cōcipiebant, dolore amittendæ, ac relinquēdæ domus.* Atque oscula figunt.] *tanquam nō eas amplius uisuræ: ita fieri quoque solebat in conuiuio silicernio, de quo abeuntes senes ueluti se amplius non uisuri se mutuo salutabant, atque amplexabantur. Varro apud Non. Marcell in dictione silicernium: hic autem locus ex Apollonio sumptus esse uidetur Argonaut. libro quarto, inter initia: ubi Medeam poëta è patria domo abeuntem, postes, ac parietes amplexantem, & totum deosculantem suum inducit. uersus Apollonij hoc habent:*

» κῦσε δ' ἑόν τε λέχος, καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν
» σταθμούς, καὶ τοίχων ἐπαφήσατο

Instat ui patria Pyrrhus.] *inuidiosè, ut ego quidē sentio, in Achillem patrem, & Pyrrhum filium, nec absque turpitudinis nota (quia sub persona Aeneæ dicuntur) quasi nihil unquam, more patris, nisi uiolenter, crudeliterq; nouerit facere: ita oratorio more filium ex parente deturpat: contrà uerò in primo Aeneid. à parentibus Didonem commendat, cùm ait:*

» *——qui te talem genuēre parentes?*

Labat ariete crebro ianua.] *species est τῆς κακοζηλίας: quæ ex ira, & odio fieri solet: qualis est apud Ciceronem in Verr. clamor interea fit tota domo: pugna inter seruos Rabirij, atque hospitis. & alibi: cedere ianuam saxis, instare ferro, ligna, & sarmenta circumdare.* Fit uia ui, rumpunt aditus.] *negocij celeritatem uerborum celeritate delineat: utitur enim dissolutione, in qua nullis cōiunctionibus orationis, quo celerior fit, membra iunguntur. ita quoq; in 4 Aeneid.*

» *Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.*

Et latè loca milite complent.] *intellectio est, ut,*

» *——uterumq; armato milite complent.*

Nō sic, aggerib. ruptis] *perpulchra torrētis cōparatio, huicq; negocio ualde apposita.* Vidi ipse furētem Cæde Neoptolemū.] *Pyrrhum à crudelitate deturpat, eiusq; crudelitatem probat argumento à remotis: id est, à suo ipsius testimonio, quod eum cæde furentem uiderit: nam qui cæde furit, is humani sanguinis auidus esse indicatur.* Vide Hecubam, centumq; nurus.]

repetitio est, quæ πάθος habet ex calamitatibus Troianorum, Hecubæ præsertim, ipsiusq; nurum. Priamumq; per aras Sāguine fœdātē.] *ἀνθυποφορά est: nā Pyrrhus cæde furit, Priamus cædi succūbit: noxq; fœdātem ad Priamum solum, non ad Hecubam, neq; ad nurus referenda est.* A
Non enim Hecuba, aut nurus Priami occisæ sunt (id enim præter legem militarem factum fuisset) sed Priamus, ut paulò infrà dicetur: uel de sanguine filiorum Priami intelligendum est, qui sanguis cum sanguine parentum, uxorumq; idem esse uidetur, itaq; rectè dici potest Hecubam, & Priamum, nurusq; ipsorum ignes fœdasse suo sanguine, cùm illi filiorum, hæ uerò coniugum sanguine ignes fœdatos esse perspiciant: unde mouet commiserationem B
ex infelici sorte Priami: quod rex iam senio confectus, & capularis ignes suo sanguine extinguit, quos ipse Deorum religione adductus ad usum sacrificiorum parauerat, atq; cōsecrarat. Quinquaginta illi thalami, spes tāta nepotum.] *mouet commiserationem à rerum preciosarum perditione, oculisq; exaggerat Priami infelicitatem, atq; calamitatem per locum communem ex præcipiti, ac insperata rerum, fortunæq; commutatione: quod thalamos, quos sperabat coniugio filiorum nepotibus aliquādo plenos futuros, uestibulaq; aureis barbarorum spolijs, tropheisq; à se tanto sudore partis ornata, momento temporis procumbere, ac pessum ire suis oculis uidet: quinquaginta thalami dixit, propter quinquaginta filios, quos Priamus habuit. Hecuba apud Eurip. in Troadibus Priamum appellat πεντήκοντ' ἀριθμὸν τέκνων: id est, quinquaginta filiorum seminatorem: illi uerò ἱμεραττοὶ. uel ab Homero celebrati Iliados sexto, ut sentire Seruius uidetur, uel, ut ego magis existimo, unde Priamus copiosam sobolem, multosq; sibi sperabat nepotes: horum thalamorum Cicero ex quodam uetere poëta, fortasse: (ut ego arbitror) ex Ennio meminit in primo Tusc disput.* Barbarico postes auro, spolijsq; superbi.] *ἐν διὰ δυοῖν spolijs barbarorum: ut sit laus spoliorum ex opulentia auri: nam barbarorum diuitiæ siue opulentia in prouerbium abierunt.* C

At domus.] *Transit ad interiorem regiæ & domesticum luctum: seruatq; hac in re Poëta maximè decorum. Nam clamores & ululatus haud à uiris, sed mulieribus omnia miscentibus in tali negotio excitari solent.* LAMB. Hort.

Tumultu.] *Propriè tumultus est, ingens perturbatio, & quidem tanta, ut subinde maior ac maior timor oriatur. Cic. octauo Philipp. ostendit, ueteres tumultum Italicum, quòd domesticus esset: & Gallicum, quòd Italiæ finitimus, tantum dixisse: neque præterea ullum alium nominasse. Et tumultum esse, quàm bellum, grauius, argumento probat: quòd bello Gallico uacationes ualeant, tumultu uerò minimè.* Plangor.] *Plangor & planctus, propriè est immoderatus fletus, cum corporis agitatione.* Vlulant.] *lugubrem uocem edunt: ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, ululare, quod nonnulli ululatum, alij luporum esse*

A esse arbitrantur. Inde ὀλολυγμὸς, θρῆνος, κωκυτός. & ὀλολυγὴ, φωνὴ γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι. Itaq; non solùm tumultu & clamoribus omnia tas miscuisse narrat, uerumetiam manuum complosione, gestibus, & corporis membrorum omnium agitatione, luctum doloremq; expressisse. Sydera.] hyperbole. Errant.] sine ordine uagantur sparsim, quo pacto pecudes inter pascendum diuagantur. Quare pro pasci frequenter etiam usurpatur. Metaphoricè, pro delinquere, & à uero rectoq; abesse. Tectis.] synecdoche. Amplexæq;.] Pathos à gestu. Patria.] Achillis: à parentis uirtute, Pyrrhi uim amplificat. Labat.] momento in terram sternitur. Ariete.] Proceleusmaticus: est autem aries, bellicum instrumentum, cuius impulso muri diruuntur. Testudo ex tabulatis contexebatur, quæ ne flammis absumi posset, corio aut centone uestiebatur. Intrinsecus habebat trabem præfixam adunco ferro, ad lapides è muro extrahendos. Itaq; à ferro capiti præfixo, uel à similitudine capitis arietum, aries uocabatur: uel quòd dura fronte, arietum more, ad subruendos muros retrocedens uehementiùs cum impetu feriret. Fit uia.] Grauis & rei præcipiti accommodata compositio. Milite.] synecdoche: paucis uerbis rem diffusam complectitur. Non sic.] Comparatione hyperbolica amplificat hostium aditus perrumpentium uim, ducta à natura amnis, aggerum moles obiectas disijcientis. Sumpta est ex Iliad. Hom. li. 5.

" θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
" χειμάρρῳ, ὅς τ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.
" τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν.
" οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων
" ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος
" πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζηῶν.

De Diomede, conferta Troianorum agmina ferro perrumpente. Oppositas.] obiectos aggeres. Inde uim amnis gradatim amplificat, cùm eum furere dicat cumulo aquarum, effundi per omnes campos. Mox effecta subijcit: trahere secum armenta cum ipsis stabulis. Vidi.] Vt fidem auditorum sibi conciliet, confirmat narrationem à testimonio sui. Anaphora. Atridas.] Agamemnonem & Menelaum: antonomasia. Centumq;.] numerus certus pro incerto. Hecubam, Priamumq;]: Pathos à loco & personis. Et affectus complectitur emphasis, ipso.

C Quinquaginta.] Sic Homer Iliad 24.

" πεντήκοντά μοι ἦσαν ὅτ' ἤλυθον υἷες Ἀχαιῶν.
" ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν.
" —— οὐ τάρ ἐπ' αὐτῷ
" πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο
" πλησίον ἀλλήλων δεδμημένοι, ἔνθα δὲ παῖδες
" κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι.
" τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτεν ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες.

Et Iliados sexto:

" κουράων δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς,
" δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
" πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι, ἔνθα δὲ γαμβροὶ
" κοιμῶντο Πριάμοιο παρ' αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.

Hyginus recenset 54. proles Priami, quarum nomina hæc sunt: Hector, Deiphobus, Geryones, Polydorus, Helenus, Alexander, Paris, Hipposidus, Antinous, Agathon, Diastor, Lysides, Polymens, Ascanius, Chirodamas, Euagoras, Drypon, Astynomus, Polymetus, Laodice, Ethionome, Phlegea, Henicea, Demnosia, Cassandra, Philomela, Polytes, Troilus, Palemon, Brissonius, Gorgithon, Protodamas, Atreus, Dolon, Chiræsus, Chrysolaus, Demosthea, Doryceps, Hippasus, Hepriscus, Lysianassa, Ilione, Nereis, Euander, Proneus, Aromachus, Hilagus, Axion, Biantes, Hippothochus, Diophites, Medusa, Hero, Creusa. Sunt qui ad fidem accommodatiùs ex diuersorum scriptorum lectione ita digerunt, ut filiarum Priami nomina hæc fermè recenseantur: Creusa, Cassandra, Ilione, Laodice, Lycaste, Medesicaste, Polyxena, Clymene, Aristomache, Xenodice, Demone, Metioche, Pisis, Cleodice, & Medusa. Porrò filiorum hæc: Paris, Hector, Helenus, Chaon, Troilus, Deiphobus, Polydorus uterque, Lycaon, Aesacus, Antiphus, Isus, Crebryones, Phorbas, Doryclus, Pammon, Antiphonus, Agathon, Hippothous, Aganus, Mestor, Iphates, Testorius, Timetes, Teucer, Polytes, Democoontes, Echemon, Chromius, Gorgition, Axion, Astynous, Pelis, Eioneus, Admetus, Agenor. De quinque postremis quidam dubitant. Sed & authores aliq; sunt, qui affirmare nituntur, quinque tantùm Priamo filios fuisse: Hectorem, Paridem, Deiphobū, Helenum, & Troilum. filias uerò tres: Andromacham, Cassandram, et Polyxenam. Calaber his addit, Tesiphonum. Thalami.] θάλαμος, ubi maritus cum uxore cubat. Hinc ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale. Barbarico] Phrygio, seu Asiatico, pathos à materia. Estq; egregia amplificatio magnificētiæ regiæ. Superbi.] uisendi, admirandi spolijs, hostibus ademptis.

ARGVMENTVM.

Armat se Priamus, & in hostes moriturus ruit.

NASC.	FORSITAN & Priami.] μετάβασιν ad Priami regis casū separatim noua quasi narratione describendū se accingit.	Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, Vrbis ubi captæ casum, conuulsaq; uidit Limina tectorū, & † mediū in penetralibus hostē, Arma diu senior desueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrū Cingitur, † ac densos fertur moriturus in hostes.	Auget commiserationem ex facto Priami per locum misericordiæ cōmunem. regem annosum, tremulum, aspectu hostium territum eò redactū esse
† al. medijs † al. &			

Vrbis ubi captæ casum, conuulsaq;.] αὔξησιν facit ad mouendam conquestionem: urbem captam, muros regiæ domus conuulsos, hostes per medias concursare ædes, quæ si æquè perpendas, rem per gradus amplificari indicabis, primum enim graue est, alterum grauius: tertium grauissimum. Hoc genus Quintiliano incrementū dicitur. Græcis propriè αὔξησις appellatur. Arma diu senior.] ut se arma induat nihil prorsus sibi, uel patriæ, uel familiæ suæ profutura. Ac densos fertur moriturus in hostes.] hinc occulta elicitur Priami laus à prudētia, & ab animi magnitudine, qui ruens in hostes strenuè mori, quàm iugum captiuitatis subire maluit: nam regem in triumpho captiuum duci grauissimum est: id quod Polixena apud Eurip. in Hecuba planissimè demonstrat, cùm, ait:

δ, τίς

» ὅστις γὰρ ἐν ὅπλοις γίνεται κακῶν,
» φέρει μέν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ.
» θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
» ἢ ζῶν· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος.
id est, uerbum ut uerbo reddam:
» Quicunque enim non consueuit gustare mala,
» Fert quidem, sed dolet, ceruicem imponens iugo:
» Mortuus autem esset longè fortunatior,

Quàm uiuens: uiuere enim nō honestè ingens labor est. A

FORSITAN & Priami fuerint.] Occupatione transit ad exitum uerè tragicum Priami. Describit animum uerè regium, uiribus tamen per ætatem imparem, qui rebus perditis in hostem se armat, ut & armatus decorè moriatur. Inutile.] quo frustrà unus usurus erat. LAMB. Hort.

Ferrum Cingitur, &c.] Synecdoche: materia pro re confecta.

ARGVMENTVM.

Describitur ara Iouis Hercij, quo loco posita, quanta, qualisq; fuerit, ad quā Priamus humano auxilio destitutus cum tota familia, tanquam ad vnicū perfugium se cōtulerat. Priamus, quia sese armauerat pugnaturus ab Hecuba vxore reprehenditur,

NASC.

Aedibus in medijs, nudoq; sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus
Incumbens aræ, atq; umbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum
Præcipites, atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, & diuûm amplexæ simulacra † tenebāt.
Ipsum autē sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt uidit: Quæ mens tam dira miserrime coniunx
Impulit, his cingi telis? aut quò ruis? inquit:
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tēpus eget, non si ipse meus nūc adforet Hector.
Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omneis:
Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.

† al. sedebāt.

AEDIBVS in medijs.] Loc⁹ aræ. Ingēs ara fuit.] quantitas. Iuxtaq; ueterrima laur⁹.] qualitas: muuit enim religiosum, ac numine diuino repletū locum: nam ubicunque præsertim in descriptione loci apponitur laurus, religionis significationem habet, ut hic, & in sept. Aeneidos:

» Laurus erat tecti medio in penetralibus altis
» Sacra comam, multosq; metu seruata per annos.

HIC Hecuba, & natæ.] per similitudinem à colūbis deductam commiserationem exaggerat ex Troianarū mulierum infelicitate: quæ humanum prorsus desperantes auxilium, ne Deos quidem sibi propitios esse uident: cùm ad eorum simulachra nequicquam confugiant. Ipsum Priamum.] ἀντιθετικῶς senem, ut locus exornetur antitheto, senem Priamum armis iuuenilibus. Quæ mens tam dira.] uerba sunt Hecubæ dehortantis Priamum ab inutili, & ab impossibili cum increpatione doloris, commiserationisq; plena: huic parùm dissimilis extat locus apud Homer. Iliad. 7. ubi Menelaus cum Hectore congredi uolens arma induit, sed ab Agamemnone prohibetur. sic q; ait Agamemnon:

» Ἀφραίνεις Μενέλαε διοτρεφές, οὐδέ τί σε χρὴ
» ταύτης ἀφροσύνης, ἀνὰ δ' ἴσχεο κηδόμενός περ,
» μὴ δ' ἔθελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι
» Ἕκτορι Πριαμίδῃ, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι·
» καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ
» ἔρριγ' ἀντιβολῆσαι, ὅ περ σέο πολλὸν ἀμείνων.
» ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν ἵζευ ἰὼν μετὰ ἔθνος ἑταίρων. Id est,
» Insanis Menelae, nec aut quo progrediare,
» Aut quid opus conere uides. quin abijce porro
» Stultum istum feruorem animi, nec te meliori
» Congredere, aut conferre stude certamina ergò:
» Præcipuè cum Priamida, quem Graia iuuentus
» Tota reformidat: quem bello inuictus Achilles
» Nonnunquam exhorrere solet, cùm te sit Achilles
» Fortior, & longè sumptis præstantior armis.
» Nunc age te recipe, & retro concede quiescens
» Cum reliquis.

Nō si ipse me⁹.] ab impossibili: id est, ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου per comparationem à maiori. et mouet cōmiserationē à desperatione salutis. Me⁹ Hector.] ἐμφατικῶς, uir fortiss. filius me⁹. B

Hęc ara tuebit omneis.] δίλημμα est, quod utrinq; aduersarium capit: quo argumento hoc uidetur innuere, quidquid euenerit siue mors siue uita, melius esse uiuere, uel mori cum uxore, & filijs, quàm ita mori, ut Priamus uelit. & fortasse alludit ad illud Euripidis in supplicibus

« ὅσιος γάρ τοι θύραζ'
« Ζωὸς ἰόντων φίλοις
« Εἰ δαίμων τὰ δ' ἀλλ' κρατεῖ.

AEDIBVS.] Topographia, à religione loci, & illi adiuncta lauro, quam & ipsam ab antiquitate commēdat. Nā apud priscos mortales & arboribus sua putabatur inesse religio. Ara.] Hanc Iouis Hercei aram fuisse contendunt: ita denominatam, quòd undiq; muro septa munitaq; esset. ἕρκος, septum. Antiquitus, authore Festo, Herceus Iupiter intra septum domus cuiusq; colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant. Hesychius annotauit, Iouem Herceum apud Athenienses esse: & eius meminit Sophocles in Antigone: ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμονεστέρας τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκείου κυρεῖ: hoc est, Non si cognatior mater huius fuerit, quàm nobis est Iupiter Herceus. Arrianus è Nicomedia grauissimus historicus prodidit, ad hanc aram ab Alexandro Ilium ingresso, Priamo litatum fuisse. Verba Arriani sunt libro primo ἀνελθόντα δὲ αὐτὸν καὶ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ ἑρκείου λόγος κατέχει, μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον, τῷ Νεοπτολέμου γένει, ὃ δὴ ἐς αὐτὸν καθῆκεν. Atque hic Iupiter Herceus πατρῷος Priami, trium oculorum fuisse fertur, in aula hypæthro, cuius simulachrum Argos translatum fuit, à Sthenelo Capanei. Trium oculorum ratio prouidentiam signabat. LAMB. Hort. C

Laurus.] Hanc laurum authores tradunt, in medio atrij Priami fuisse, & arte mathematica factam. Huius stipes ex puro & puto auro erat, 22 cubitorum altitudine. In summo diffundebat se in ramos, qui totum atrium tegebant.

A tegebant. Erant flores, rami, & folia, partim ex auro, partim ex argento: & inter gemmas fructus radiabant: hanc laurum Vlysses & Diomedes, (uel, ut alij, Palamedes) legati ad repetendam Helenam missi, ad stuporem usq; admirati dicuntur. De lauro porrò aliàs. Penates.] Deos domesticos. Hic Hecuba.] Ratæ se religionis beneficio ad hanc aram tutas futuros, huc omnes tanquam ad asylum confugerunt. Sed in bello, nulli parcitur loco: neq; sacri neq; prophani habetur uel discrimen uel ratio: cum asylorum & sacrarum regionum uiolatoribus deos uindices esse, semper persuasum mortalibus fuerit. Altaria circum.] Anastrophe, affectus à loco. Columbæ.] Amplificatio, à comparatione. Cõfert trepidationem fœminarum intra regiam, cum columbarum natura, quæ ingruente tempestate colligunt sese turmatim, & in aliquem locum tutum aduersus illius iniurias se abstrudunt. Illud hoc loco obseruandum, eum pudicarum fœminarum trepidationem & fugam ad aram Iouis Hercei per collationem ostensurus, ad eius auis pudicitiam & ingenium respexerit, quæ adulteria nesciat, neq; coniugi fidem uiolet: sed mas & fœmella, cùm domum communem fecerunt, eam nisi cælibes aut uiduæ non relinquunt. Itaque erudite omni ex parte utring; ita inter se conueniunt, & collatio, & res collata. Diuûm.] diuorum, syncope. Simulacra.] statuas & effigies: ratæ se tutas ab hostili iniuria religione loci futuras. Quæ mens.] Principium dehortationis ab amentis consilij reprehensione, quod indecorè senex in præsenti morte inutilia arma induerit, nihil profutura, imò obfutura magis, quippe quæ hostem uictorem magis magisq; irritent & acerbent. Non tali.] A' ratione temporis confirmatio. Non si ipse.] Amplificatio, à comparatione maiori, & impossibili: Hector filius meus, si adesset, non posset præsentibus rebus opem ferre, multo minus tu. Huc tandem concede.] Complexio, qua hortatur ad tutius consilium: idq; à loci religiosi ratione, & communi periculo ac salute.

Ore effata.] Pleonasmus. Longæuum.] Pathos ab ætate.

B

ARGVMENTVM.

Priamus Polytæ filij sui necem uidet: quam cùm æquo animo ferre non posset, telo in Pyrrhum interfectorem iratus insurgit: at Pyrrhus apprehensum Priamum ad aram Hercij Iouis, quo se receperat, in filij eius cruore necat.

NASC.

ELAPSVS.] Fuga: nã sequitur: Per tela, per hostes.] & fortasse alludit ad id, quod Homerus lib. β. Iliados de ipsomet Polyte scriptum reliquit: quem pedibus uelocissimum fuisse demonstrat. uersus Homeri ij sunt de Iride uerba facientis, quæ Polytæ omnia referebat:

» Εἴσατο δὲ φθογγὴν υἷι Πριάμοιο Πολίτῃ,
C
» ὃς Τρώων σκοπὸς ἷζε ποδωκείῃσι πεποιθώς
» τύμβῳ ἐπ᾽ ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος,
» δέγμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί: id est,
» Et uocem, & uultus clari assimilata Polytæ,
» Vnius è natis Priami, quem Troia pubes
» Dexteritate pedum fretum speculatier alto
» Aesitæ senis è tumulo præmiserat, ut si
» Fortè mouerentur Danai, præuisa referret.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & uacua atria lustrat
Saucius: illum ardens infesto uulnere Pyrrhus
Insequitur, iam iámq; manu tenet, & premit hasta.
†Vix tandem ante oculos euasit, & ora parentum,
†al. Vt
Concidit, & uitam multo cum sanguine fudit.
Hic Priamus (quãq; in media iam morte tenetur)
Non tamen abstinuit, nec uoci iræq; pepercit:
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Dij (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet)
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere uultus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura, fidemq;
Supplicis erubuit, corpusq; exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum, meq; in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumq; imbelle sine ictu
Coniecit, rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neóptolemum narrare memento.
Nunc morere. †hæc dicẽs, altaria ad ipsa trementẽ
†al. hoc
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitq; comam læua, dextraq; coruscum
Extulit, & lateri capulo tenus abdidit ensem.

positũ est. Iã iamq; manu tenet.] ἐνάργεια est: quia pathos habet à modo necãdi. Ante oculos euasit.] In cõspectu parentũ apparuit. Non. Marcell. Hic Priamus, quãquam in media iã morte.] Virtutem, inuictissimiq; regis animũ sub Priami persona designare uidetur Poëta conuenientis. cuius libertatẽ, spiritũq; ne extrema quidem temporis necessitas comprimere potest: ita etiam Mezentius in decimo Aeneid. dum uidet sibi instare necem manu Aeneæ, ipsum increpat, & ait:

» Hostis amare, quid increpitas, mortemq; minaris?
» Nullũ in cæde nefas: nec sic ad prælia ueni:
» Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.

Vnde apparet Ciceroni malè obiectum fuisse ab Antonio, quod in medio armorum ciuilium fremitu dicax fuerit: huiusmodi loco multa sunt apud Hom. uel ideo hoc ita positum à Virgilio est:

—— quanquam in media iam morte tenetur.

Quasi Priamus præter consuetudinem gladio morientium

Infesto uulnere.] Aut quia uulneratus erat Polytes: nã in quibusdã codicibus manuscriptis addita est præpositio in, infesto in uulnere: aut μετωνυμικῶς uulnere pro telo

tum fecerit, qui ne aliquid in hostes turpe, aut contumeliosè dicerent, mordicùs terram arripiebant. Eurip. in Phœnissis:

» γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες ἀλλήλων πέλας
» πίπτουσιν ἄμφω κοὐ διώρισαν κράτος. Id est.
» *Terram uerò mordicùs arripientes, inuicem propè*
» *Corruunt ambo, neq; definierunt uictoriam.*

At tibi pro scelere.] *Execratio oratoria, quã Græci ἀρὰν appellant: cuius exordium tale est quale congruit orationi patheticæ, nempe abruptum, & concitatum: initióq; usus est particula at, qua, ut sentit Donatus in Terentium, increpationibus aptissima est. Terent. in Andr.*

» *At tibi Dij dignum factis exitium dent.*

Qui nati coràm me.] *Sceleris Pyrrhum arguit, & crudelitatis, qui ante ora patris filium necat. Dolet igitur Priamus non tantopere, quòd filius suus à Pyrrho occidatur, quando id iure belli fieri non ignorat, sed quod impiè sub oculos suos eum necari uidet. Apud Eurip. in Herc. fur. Amphitrion à Lyco rege contendit, ut ipse prior occidatur, quàm filij sui, horrendum enim spectaculum esse iudicat, patrem gnatorum necem suis oculis uidere. sic scriptum reliquit Euripides:*

» κτεῖνον με, καὶ τήνδ' ἀθλίαν παίδων πάρος
» ὡς μὴ τέκν' εἰσίδωμεν ἀνόσιον θέαν,
» ψυχοῤῥαγοῦντα, καὶ καλοῦντα μητέρα
» πατρός τε πατέρα.

At non ille, satum] *Per comparationem à contrario deductam nititur Priamus Pyrrhum omni splendore, generisq; nobilitate priuare, quasi Achillis filius non fuerit, sumpto argumento ab ingenij, morumq; dissimilitudine: quod probat exemplo ipsius Achillis, qui nihil unquam tale admisit. Quint. lib. 5. id appellat exemplum à contrario. Dici etiam potest coniectura à facto: nam ex inhumano Pyrrhi facinore conijcit humanissimi Achillis, eum non esse filium: humanum uerò fuisse Achillem ex facto probat: quod Hectoris corpus sibi reddi, seq; ipsum in suũ regnũ remitti iussit.* Sed iura, fidemq;.] *Quia Priamus, duce Mercurio, tentorium Achillis ingressus incitatum rogasse dicitur, quem si uoluisset, potuisset occidere: hunc uerò mutauit Hom. Iliad. 24.* Telũq; imbelle.] *Anteà dixerat inutile ferrum.* Sine ictu.] *Sine ui, & ad illud refertur humeris trementibus æuo: quod Priamus omne uirtutis robur cum ipsis iuuentæ temporibus amisisset.* Referes ergo hæc.] *τοῦ ἀγανακτικοῦ γένος. quod Græci σαρκασμὸν uocant. Seruius interpres iocum cum amaritudine appellat: cui contrarius est ἀστεισμὸς: id est, urbanitas absq; iracundia.* Nunc morere.] *Ita quoque Mezentius in 10. cùm Orodem occideret:*

» *Nunc morere: ast de me Diuûm pater, atq; hominũ rex*
» *Viderit.*

Altaria ad ipsa] *πάθος à loco quod Pyrrhus quasi Deorum contemptor nulla sacri loci habita ratione Priamum ad aram trahit à se occidendum.* Trementem.] *Amplificat ab alijs circumstantijs, ab ætate, à modo: nam senex, & tremulus uir non ducitur, sed uiolenter trahitur. Obserua igitur hîc pulcherrimam αὔξησιν, quæ exaggerationem habet regem senem, tremulumq; per crines trahi, & in sanguine gnati occidendum inuolui, postremò etiam ab hoste ad aram Iouis necari. ideo in ijs uersibus pronunciandis utendum esse uidetur uoce attenuata, crebrisq; interuallis, ut à membro membrum per uocis interualla diuidatur, casum hunc Priami pluribus in locis Euripides describit, præsertim in Troadibus. Sed Iuuenalis elegantissimis profectò uersibus est prosecutus Satyr. 6. cùm ait:* A

Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara, «
Et ruit ante aram summi Iouis: ut uetulus bos, «
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum «
Præbet ab ingrato non fastiditus aratro. «

ECCE.] *Casum regis memoraturus, eius occasionem ita proponit, ut ad Polyten filium referat. Hic cum Pyrrho congressus, accepto uulnere ægrè dilapsus fugit, donec insequente hoste sursum deorsum per regiam agitatus, ad aram & parentes perueniret, in quorum conspectu concidit. Proditum est historijs, hunc Polyten, uelocitati pedum confisum speculatorem in acie Troianos. ad Polychnam uppidulum Troiæ, accepto classis hostium accessu, collocasse.* Per tela.] *Endyadis, per tela hostilia.* Porticibus.] *ἐσσύμενος ταχέεσσι πόδεσσι. quamobrem ita eum fugientem fingit, ut hostis tergo imminens eum assequi nequeat, & tamen iamiam hasta premere currentem uideatur. Describit ardentem huius cursum, adeóq; iam currendo lassi, dum huc illuc circumspectantem auxilium introducit. Sed & ipsa atriorum uacuitas affectus habet,* B *& emphasim, qua effusa omnium domesticorum fuga & metus ingens intelligitur. Porticus propriè est ædificium extructum aduersus pluuias repentinas, & deambulandi gratia, suprà tectum. utrinque columnis fultum & apertum. Huiusmodi hodie in emporijs cernuntur.* Lustrat.] *circumspectat. Est & lustrare, expiare: qua significatione usus est Poëta in Bucolic.* «*Et cùm lustrabimus agros.* «
Simplex interdum pro composito: hoc est, pro illustros hinc lustrum quinquennij spacium: ut Græcis Olympias, quatuor annorum, sed diuersas ob causas. Verùm longum foret, huius uocis lustro & lustror significata ad amussim explicare. Ardens.] *Concitatu ad cædendum spiritu ita insequitur, ut calcem fugientis premat, aut hasta assequatur.* Iamiam.] *Hypotyposis insistentis Pyrrhi, & manu propè prehensantis.* Euasit.] *cum difficultate tandem in cõspectum parentũ fuga uenit.* Vitam.] *mortuus est in ipso casu.* Hic.] *Inuicti animi regem, etiam in rebus desperatis, circumscribit: quem neq; filij mors præsens, neq; ineuitabile fatum, quod ob oculos cernebat, deterruit, quo minus libero spiritu cum ferocissimo, & quidem uictore hoste, de impietatis nota expostularet.* C

Sanguine.] *In hoc multi uitam esse sitam affirmãt, alij in cerebro, aliqui in corde.* At tibi.] *Pathetica orationis exordium abruptum est, ab imprecatione ironica actionis gratiarum, pro accepto quasi beneficio, quòd filiũ suũ ab eo percussum, in conspectu morientem uiderit. Arguit eum impietatis hac in parte: quare diuos impietatis ultores etiam inuocat, ne tantum, tamq; nefarium facinus inultum sinant. Respexit ad iustam uindictam, quæ pòst domum reuersum hominem sequuta fuit, cum Delphis sacrificans ab Oreste ob interceptam coniugem, incautus exciperetur. Verùm hac de re plura annotabimus in tertio.* Nati.] *Causa, cur pœna digna imprecetur. Pathos à relatione patris ac filij.* At nõ ille.] *Ab exemplo contrario. Acerba exprobratio est degeneris atq; impiæ indolis, à dissimilibus moribus & ingenio Achillis: hac conuincit, eum istoc patre non esse prognatum, qui multo aduersum se, etiam tum hostem, clementiùs extitisset.*

Hoste.] *In metonallage personæ Sed & hoste dixit, pro hostem.* Sed iura.] *Componit, in simili propè causa,*

patris

LAMB. Hort.

A *patris ac filij indolem. Vterq; liberos meos occidit: pater inter alios, Hectorem & Troilum filius, Polyten. Erubuit Achilles, quòd rex canis & senecta uenerandus, ex urbe in tentorium suum, filij corpus auro redempturus, per castra hostium, duce Mercurio, descenderet: at Pyrrhum filium nihil puduit, natum in patris conspectu trucidare.*

Iura.] *ne hostis ab hoste uiolaretur: fidem pacis ad redimendum datae seruauit. Locus extat Iliad ultimo, quem ob id quoniam elegans est, & uehementer ad hunc locum illustrandum conducit, operaepretium est adscribere:*

χερσὶν ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας,
δεινὰς ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας.
ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅς τ' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτείνας, ἄλλων ἐξίκετο δῆμον
ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, θάμβος δ' ἔχει εἰσορόωντας,
ὣς ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν πρίαμον θεοειδέα,
θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο.

Supplicis porrò uerba, quorum hic Priamus inijcit mentionem, haec sunt:

τὸν καὶ λισσόμενος πρίαμος πρὸς μῦθον ἔειπε,
μνῆσαι πατρὸς σοῖο θεοῖς ἐπιείκελ' ἀχιλλεῦ,
B τηλίκου, ὥσπερ ἐγὼν, ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.
καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες
τείρουσ', οὐδέ τίς ἐστιν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι.
ἀλλ' ἤτοι κεῖνός γε σέθεν ζώοντος ἀκούων,
χαίρει τ' ἐν θυμῷ, ἐπί τ' ἔλπεται ἤματα πάντα,
ὄψεσθαι φίλον υἱὸν ἀπὸ τροίηθεν ἰόντα.
αὐτὰρ ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους
τροίῃ ἐν εὐρείῃ, τῶν δ' οὔτινα φημὶ λελεῖφθαι,
πεντήκοντά μοι ἦσαν, ὅτ' ἤλυθον υἷες ἀχαιῶν,
ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν.
τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες,
τῶν μὲν πολλῶν θοῦρος ἄρης ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.
ὃς δέ μοι οἶος ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς,
τὸν σὺ πρῴην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης,
ἕκτορα· τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας ἀχαιῶν,
λυσόμενος παρὰ σεῖο, φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα.
ἀλλ' αἰδεῖο θεοὺς ἀχιλεῦ, αὐτόν τ' ἐλέησον,
μνησάμενος σοῦ πατρός. ἐγὼ δ' ἐλεεινότερός περ,
ἔτλην δ' οἷ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος,
ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.

C *Atq; haec quidem uerba Priami supplicis sunt ad Achillem. Addit Poëta, post lacrymas utriq; ob has & illas causas obortas, Achillem solio suo exiluisse, ac data dextra, senem, humi genibus aduolutum, rursum erexisse:*

οἰκτείρων (inquit) πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον.

Quod itaq; Homerus ὀλοφυρόμενος *dixit, autem scribit:*

αὐτὰρ ἀχιλλεὺς κλαῖεν ἑὸν πατέρ', ἄλλοτε δ' αὖτε
πάτροκλον ——.

Id Poëta noster liberiùs reddidit:

—— Iura fidemque
Supplicis erubuit ——.

Etenim recordatione praeteriti doloris narrando refricati flere, & ubertim lacrymas fundere, pudoris & uerecundiae ingenuae specimen ecferre planè uidetur. Idem Homerus author est, Achillem, corpore Hectoris iam uehiculo imposito, lacrymasse: quae omnia heroicae modestiae, & ingenuae indolis argumenta sunt. Quamobrem decorè his Pyrrhum mentiri Achillem patrem dicit Priamus, cùm filius à patris ingenio degenerare non debeat. Homericum tamen illud tenere conuenit, & permultis alijs exemplis uerum compertum, & aptè hoc loco in Neoptolemum degenerem contortum:

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Caeterùm ea quae Iliad. ultimo sequuntur, referunt, quo casu rex in urbem redierit. Iam uerò, quoniam in hac collatione & uituperatione, seu reprehensione facti positus, Achillem patrem hac in parte praefert filio; ne gloriam eius turpi exanguis corporis uendinatione obscuret, & ferocem adolescentis animum ad iustam uindictam irritet, subticet in uniuersum eam redemptionem.

Sine ictu.] *sine uiribus ac uulnere. Telum non id solùm dicitur, quicquid arcu emittitur, uerùm omne id, quod manibus inter pugnandum torquetur. Sunt ergo tela, baculus, sudes, pila, globi, plumbum, saxum, & id genus alia instrumenta. Arma uerò, instrumenta omnia propriè dicuntur, quibus in gerendis rebus quisq; in suo opere utitur. Fossorum arma, ligo, pala rusticorum, aratrum, rastrum, occa: sutorum, acus, subula, &c. atque ita in caeteris. Telum dictum arbitrantur,* ἀπὸ τῆς τηλοῦ ἰέναι. *alij* ἀπὸ τοῦ βέλος ὅτι τηλοῦ βάλλεται βέλος.

Imbelle.] *infirmum, & sine uiribus. Imbelle alioqui timidum signat, & ignauum.* Aere.] *Materia pro re: hoc est, scuto aereo, seu clypeo, in cuius umbone telum haesit. Porrò umbo propriè est, media clypei pars: hinc umbilicus, cuiuslibet rei medium.* Nequicquam.] *frustrà, sine effectu, ut uulnus non fecerit, neque penetrarit.*

Referes.] *Sarcasmus: est enim responsum planè hostile & acerbum, cum irrisione enunciatum, ferociae iuuenili conueniens.* Altaria.] *Pathos à loco. at & illud, simul à persona relatione,* Lapsantem sanguine nati.

Pelidae genitori.] *Achilli patri: antonomasia, appositio.* Trementē.] *Pathos à modo.* Implicuitq;.] *Pathos à rei indignitate.* Haec finis.] *Epiphonema, in tragicum exitum tanti regis. Concitat affectus, à miserabili rerum spectaculo, potentia, opibus, & amplitudine imperij.*

ARGVMENTVM.

Necis Priami epilogum facit cum amplificatione commiserationis.

NASC. HAEC finis.]

Haec finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit: Troiam incensam, & prolapsa uidentē
Pergama, tot quondam populis terrisq; superbū
Regnatorem Asiae, iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.

Expositis singulis, quae Priamo acciderūt, incōmodis, postremò ipsius narrationis capita breuiter colligit: quae magnis affectibus inflāmat: ita docuit Fab. Quinct. libro quarto post narrationem interdum subiungi conclusionem, quae solet in argumentis summa esse. Id quoque obseruasse uidetur Cicero cùm alibi, tum maximè in orat. pro Mil. cùm ait: Haec, sicut exposui, ita gesta sunt iudices: insidiator superatus, ui uicta uis, uel potiùs oppressa uirtute audacia est.

hac ue-

hæc uerò, quæ de Priamo hic referuntur, cum ingenti doloris affectu pronuncianda sunt. Non libet mihi hoc in loco referre grammaticorum opiniones, uel potiùs contentiones utrum hic finis, uel hæc finis legendum sit: nam satis constat inter doctos finis, & uirilis, & fœminei generis esse. licet Probus in arte, quærens cur fœmineo genere finis hoc in loco prolatum sit, cùm omnium grammaticorum sententia uirilis sit generis, dicat Poëtam metro consuluisse: nam ita plerunque rationem musicam appellat: & Comminianus grammaticus solœcismum esse per genera nominum asseuerat hæc finis pro hic finis.

Hic exitus illũ.] uox paulùm attollenda est ad maximi doloris significationem. Troiam incensam.] hæc quæ sequuntur, uim amplificandæ commiserationis habent per locum communem à commutatione fortunæ, & ex acerbissimo Priami casu, quòd rex magnificus, gloria uirtutis insignis, ac diuitijs florens, qui toti penè Asiæ imperare uidebatur regno in primis, omnibusq; fortunis, deinde liberis, ac uita ipsa, quæ nihil antiquius habebat, orbatus est: quòd humi truncus, turpiter, miserabiliterq; iacet inhumatus: quòd regali, imò communi honore exequiarum, & sepultura caret. Extant cùm apud Latinos, tum apud Græcos poëtas, præsertim apud Eurypidem huiusmodi commiserationis loci propè iam infiniti: sed in Troadibus inter initia Neptunus Priami, Troianorumq; casum enarrat commiseratiuè plenissimum, & in fine tragœdiæ Hecuba ijs ipsis ferè Virgilij uerbis Priami, & ciuitatis sortem luget sic enim ait:

» Ὦ Πρίαμε, Πρίαμε, σὺ μὲν ὀλόμενος,
» Ἄταφος, ἄφιλος ἄτας ἐμᾶς ἄιστος εἶ.
» Μέλας γὰρ ὄσσε κατεκάλυψε
» Θάνατος, ὅσιον ἀνοσίαις σφαγαῖσι.
» ἰὼ θεῶν μέλαθρα, καὶ πόλις φίλα: id est,
» O' Priame, Priame, tu enim mortuus,
» Insepultus, absq; amicis malorum meorum inscius es.
» Nigra enim oculo obtegit
» Mors, pium impia cæde.
» Eheu Deorum templa, & ciuitas chara.

Hoc genere commiserationis elegantissimè usus est Cicero in orat. pro P. Sylla cùm ait: ô miserum, & infelicem illum diem, quo Cos. omnibus centurijs P. Sylla renunciatus est. ô falsam spem: deinde subdit quàm citò illa omnia à lætitia, & à uoluptate, ad luctum, & ad lacrymas reciderunt & mox: quid enim erat malum? quid huic spoliato honore, fama, fortunis deesse uideretur?

Iacet ingens littore truncus.] ita quoq; Seneca A
in Troad. de Priamo:

——Sygæa premit littora truncus. «

Et Euryp. in fine Troad. his ferè uerbis: «

O' Priame, Priame, tu enim mortuus,
Insepultus, absq; amicis malorum meorum inscius es.

Alludere uidetur ad necem Pompeij, ut sensit etiam Seruius. qui Ptolemæi regis iussu obtruncatus in littore iacuit insepultus. Intelligendum autem est per silentiũ, Priamum regem obtruncatum iacuisse: non enim usquam id antea retulit Maro, sed illud tantum:

Implicuitq; comam læua, dextraq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.

TROIAM.] à loco. Superbum.] insignem, clarum, potentem. Asiæ.] synecdoche: non toti Asiæ imperabat, sed Phrygiæ tantùm, quæ Asiæ pars est. Iacet.] Vtramq; opinionem tuetur Poëta, & eorum qui Priamum ad Hercæi Iouis arã cæsum affirmant: & eorũ qui eum è regia in Sigæum promõtorium, ubi Achillis sepulchrum erat, à Pyrrho raptatum & obtruncatum ferunt. Sed communis opinio tenet, Priamum in templo Iouis Hercæi à Neoptolemo occisum. Enarrator Lycophronis, ὁ Πρίαμος γὰρ, inquit, ἐν τῷ τοῦ ἑρκείου Διὸς ναῷ καταφυγὼν, ὑπὸ Νεοπτολέμου ἀνῃρέθη, ὅτι καὶ Ἀχιλλεὺς δι' Ἀλεξάνδρου ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ναῷ ἀνῃρέθη. Id est: Priamus in Iouis Hercæi templum fuga dilapsus, à Neoptolemo percussus fuit: ob id quòd Achilles in Apollinis Thymbræi templo ab Alexandro occisus esset. Ergo diuersum fuit templum, Ioui Hercæo dedicatum, ab hac ara, quam sub dio intra regiam fuisse Maro hic meminit, ad quam perierit Priamus. Ouid. in Ibin: B

Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis. «

Vanum proin ducendum Cassandræ uaticinium apud Lycophronem, fore ut infœlix ad tumulum Agamemnonis caderet:

Ἐν' ἀμφὶ τύμβω τ' Ἀγαμέμνονος δαμείς. «

Quem locum interpres illustrans, Ἀγαμέμνονος δὲ βωμὸν (αὐτὸν) ἐν Λακεδαίμονι, ἀλλ' οὐκ ἐν Τροίᾳ τιμᾶσθαι.

Truncus.] ad tumulum Achillis in Sigæo. Truncus arboris pars est, quæ putatis ramis superstat. Adiectiuè, truncatus: & truncare, obtruncare, amputare, & truncum facere. Sine nomine] expolitiones synonymæ, ad iterandos affectus. Regnatorem.] ὄλβιον, & δύσ-
ποτμον à fortuna. C

LAMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Visa oculis suis Priami morte, quid ipse egerit longa oratione memorat.

NASC.

At me tum primùm sæuus circumstetit horror:
Obstupui, subijt chari genitoris imago:
Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem: subijt deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus Iüli,
Respicio, & quæ sit circum me copia lustro:
Deseruêre omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre.

SAEVVS circũstetit horror.] πάθος ab horrore.

Subijt chari genitoris imago.] occulta ipsi laus cùm à pietate erga patrem, & filiũ, tum ab amore erga uxorem.

Subijt deserta Creusa.] ἐπαναφορά est, quæ πάθος habet à solitudine Creusæ propter absentiam Aeneæ: nullum .n. ab Anchise sene, aut ab Ascanio puero auxiliũ sperare poterat: proinde eam, quasi in solitudine fuerit, desertam uocat.

Et parui casus Iüli.] πάθος ab ætate: ad paternũ amorem accedebat ætas: quia puer, atq; adeò infans erat Ascanius. Deseruêre omnes defessi.] πάθος à labore, & cõmiseratio ex persona Aeneæ, qui unde auxiliũ speraret, non habebat ab omnibus derelictus: unde occulta quoq;

A ia quoq; laus Aeneæ deducitur ab animi magnitudine, & à charitate erga patriam: qui non priùs pugnare desierit, quàm ab omnibus desereretur. Et corpora saltu Ad terram misêre, aut ignibus.] reuocat uult &c. exaggeratq; per αὔξησιν: nam miserius est in ignem se conijcere, quàm ex alto se præcipitem dare.

LAMB. Hort. AT me.] Transitio, à publicæ calamitatis narratione, ad priuatam, adeoq; domesticam curam ac solicitudinem. Qua in re nominatim pietatem suam erga patriam, in parentem, uxorem & liberos ostendit: qui publicam salutem priuatæ anteposuerit. Subijt.] ὁμοιοπτωτον. Tum primum.] Viuo & superstite Priamo, arcem nondum captam spes erat defendi potuisse: neq; in mentem uenit parens, aut quicquam priuatæ rei. At cæso rege, tum demum horrere cœpi. Subijt.] Pathos à pietate in suos. Aequæuũ.] Ab ætate pathos, & tristi ipsius rei spectaculo. Subijt.] Repetitio. Respicio.] Hypotyposis, ab intento labore ad se redeuntis. Et decorum seruat, ut narrationem uerisimilem reddat. Me circum.] anastrophe. Copia.] item, pro copiæ, singulari pro plurali dixit.

ARGVMENTVM.

Visa Helena ualde irascitur Aeneas, ac de illa occidenda secum ipse cogitat, interea illi apparet Venus, eumq; à proposito reuocat.

Iamq; adeò super unus eram, cùm limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros
Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ & patriæ communis erinnys,
Abdiderat sese, atq; aris inuisa sedebat.
Exarsêre ignes animo: subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartã incolumis, patriasq; Mycenas
Aspiciet? partoq; ibit regina triumpho?
Coniugiumq;, domũq;, patres, natosq; uidebit?
Iliadum turba & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita: namq; etsi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet uictoria laudem,
Extinxisse nefas tamen & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumq; explesse iuuabit
Vltricis † famæ, & cineres satiasse meorum.

NASC. IAMQVE adeò.] Hæc duo, & uiginti carmina, nõ quòd essent adulterina, sed quasi essent illis, quæ à Deiphobo de Helena in sexto dicuntur, pugnarent, constat à Tucca, & B Varrio fuisse detracta: quorum sententiæ, ut uideo, in hodiernum diem uulgus ferè literatorum subscribit. Ego uerò non possum satis mirari, quo fato adducti uiri doctiss. diligentiam Tuccæ, & Varrij tãti fecerint, ut Maronis poëtæ eminentiss. iudicium neglexerint: quamobrem operæpretium me facturum existimo, si quid super hoc loco, qui multis, atq; adeò plurimis huc usq; negocium molestiamq; exhibuisse uidetur, ipse non parum diligenter excogitarim, in medium afferam: ita enim fore arbitror, ut multi qui Tuccæ, & C Varrij causæ fauebãt, re melius perpensa Virgilio æquiores esse incipiant: causa igitur, quamobrem hos uersus expungendos, & tanquam ex suis sedibus ejciendos autumant, hæc est: quia contrarium uidetur Helenam in domo Priami fuisse, cùm in sexto dicatur, apud Deiphobum extitisse, & Menelaum intra tecta uocasse:

*al. flãmæ.

" Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
" His mersêre malis: illa hæc monumenta reliquit.
" Namq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
" Egerimus, nosti: & nimium meminisse necesse est:
" Cùm fatalis equus saltu super ardua uenit
" Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
" Illa chorum simulans euantes Orgia circum
" Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
" Ingentem: & summa Danaos ex arce uocabat.
" Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
" Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
" Dulcis, & alta quies, placidæq; simillima morti.
" Egregia interea coniux arma omnia tectis
" Emouet: & fidum capiti subduxerat ensem:

" Intra tecta uocat Menelaum, & limina pandit,
" Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
" Et famam extingui ueterum sic posse malorum.

Veruntamen isti duo loci facilè reconciliari, & Poëta grauiss. optimè seruari posse mihi uidetur: nam & si in sexto scribitur, Helenam domi Deiphobi fuisse, & Menelaum, aliosq; Græcos ex arce ad eum occidendum uocasse, non obstat tamen quin occiso Priamo in regia reperiri potuerit, cùm Priami nurus esset: nam Deiphobi domus igne conflagrauit tota. sic enim antea cecinit Poëta:

" ——iam Deiphobi dedit ampla ruinam
" Vulcano superante domus.

Quamobrem necesse est Helenam inde uel aufugisse, uel abductam aliò fuisse, alioquin & ipsa igne combusta fuisset: quo uerò abierit, uel ducta fuerit, ne uerbum quidem Poëta facit: sed probabilius esse putant Virgilio masticés à Menelao coniuge, alijsq; Græcis, quos ipsa ex arce uocarat, abductam, seruatamq; fuisse, quàm in regiam Priami se contulisse: quando non aliam ob causam Græci cum Troianis bella gesserunt, nisi ut Helenam inde abstraherent: quorum tamen opinioni Euripidis auctoritas reclamare uidetur: qui eam Græcis odiosam facit, & cum alijs Troianis matronis captiuam ductam fuisse scribit: cuius opinionem Virgilius secutus fuisse indicatur. sic enim in Troadibus Neptunus loquitur:

" ὅσαι δ' ἄκληροι Τρῳάδων, ὑπὸ στέγαις
" ταῖσδ' εἰσί, τοῖς πρώτοισιν ἐξῃρημέναι
" στρατοῦ, σὺν αὐταῖς δ' ἡ Λάκαινα Τυνδαρὶς
" Ἑλένη, νομισθεῖσ' αἰχμάλωτος ἐνδίκως.

Id est, ut ego pingui Minerua interpretor:

" Quæ uerò sortem non tulerunt Troades,
" Hoc sub tecto primoribus sunt delectæ

» *Ducibus exercitus. Lacaena Tyndaris*
» *Helena cum illis iustè captiua ducitur.*

Quibus ex uerbis facilè intelligitur duo haec Maronis loca minimè inuicem pugnare: nam etsi Helena, ut cum eo gratiam iniret, Menelaum ad occidendum Deiphobum domum uocarat, atq; ille conditionem acceperat, non tamen uxori Helenae (uti ex hoc Euripidis loco, quem proculdubio Virgilius imitatur, uidere est) reconciliatus est: quod profectò Virgilius quoq; innuere uoluisse uidetur, cùm ait:

» *Scilicet id magnum sperans fore munus amanti:*
» *Et famam extingui ueterum sic posse malorum.*

Perinde ac si diceret, sperabat quidem se id assecuturam, sed spes eam fefellit. Sed paulò infrà id apertissimè declarat Virgilius, ubi ait:

Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros.

Et quae sequuntur. Potuit igitur Helena ex Deiphobi domo in regiam Priami transferri: quo autem pacto, etsi Poëta non meminit, haud tamen mirum uideri debet. Nam & alia multa κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligenda relinquit.

Super unus eram.] *incisio est, quam Graeci τμῆσιν uocant pro supereram. ut in primo:*

» *Quo me cunq; uocant terrae. Et in quinto:*
» *Hac celebrate simul. Pro cunq; & hactenus.*

Dant clara incendia lucem.] *occupatio: occurrebat enim: si tacita latebas in occulta sede, quo modo illā uideras? incendia, inquit, undecunq; lumē mihi suum praestabant.* Illa sibi infestos.] *τὸ αἴτιον est, quod uocat & habet. duplicem cur Helena timeret causam assignat, & quia aufugerat à Menelao coniuge, propter quod Graeci decem annos cum Troianis frustra bellum gesserant: & quia Ilion igne consumptum est: itaq; inter optimo latebat, quia neq; apud Graecos, neq; apud Troianos nullum salutis suae locum esse uidebat.* Exarsêre ignes animo.] *uocat & ab ira multis in locis apud Virg. Aeneam ira accensum cernimus, sed uariè: aliter enim hic irascitur pro patria, domusq; suae dignitate, ac salute, aliter in 12. ob amici, atq; hospitis mortem.*

» *——furijs accensus, & ira*
» *Terribilis. Aliter furit Turnus.*
» *Talibus exarsit dictis uiolentia Turni.*

Alia est Iunonis ira in primo, alia in septimo, alia aliarum personarum: quibus ex uarietatibus colligimus, modum esse in accidentibus, quod differentiam in subsidijs, cumq; ira sit animi perturbatio, alius alio modo irascitur, nec omnes uno modo: adeat Arist. in 2. de arte rhet. ubi de affectibus pertractat. Et sceleratas sumere pœnas.] *sumere supplicium de muliere scelerata.*

Scilicet haec Spartam incolumis.] *sermocinatio est, sine monis Graecè διάλογος, indignationis plena, uarijsq; aestuans affectuum motibus per ἀφραίαν ita enim secum disputat Aeneas, quasi cum altero homine loqui uideatur. ita mouetur. ut uincat melior sententia, quam eminentissi. Poëta meritò Veneri Deae tribuit: neq; enim alia ratio est in mente humana, qua superentur affectus, quàm radius quidem diuinae lucis, sine qua omnia sanè tenebrae meritò dicuntur, & existunt.* Partoq; ibit regina triumpho? Coniugiumq;, domumq;, patres.] *indignationem exaggerat conquestioni admixtam ex Helenae incolumitate & ex Troianarum mulierum calamitate per comparationem à contrario, hoc modo: illa quasi cum coniuge triumphans in patriam redibit: domumq; suam, parētes, natos uidebit: nostrae uerò foeminae patribus,* A *liberis, coniugibus, patria orbatae in triumpho captiuae abducentur? sic ferè Althaea apud Ouidium lib. 8 Metam.*

Ergo impunè feret, uiuusq;, & uictor, & ipso «
Successu tumidus, regnum Calydonis habebit «

Haec uerò ἐμφατικὴ est: nam indignatur foeminam indignè frui tanto bono: cui opponitur misericordia ex calamitate Troianarum non merentium malum: obseruandum illud etiam uidetur, Poëtam de Helena diuersa sentire: nam paulò antè eam facit Graecis, Troianisq; inuisam, cùm ait:

Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras
Permetuens.

Vbi (quemadmodum antè docuimus) Euripidem secutus fuisse uidetur in Troadibus: hic uerò innuit Helenam coniugi Menelao, reliquisq; Graecis esse charissimam: id quod etiam indicat Euripides in Helena, quem proculdubio hic aemulatus est Virgilius: igitur concedi uidetur poëtis rem pro suo arbitrio uariare posse: aut nunc id conceditur Aeneae, qui nimio iracundiae aestu fluctuans, quid dicat ipse non cogitat: sed Plato omnem hinc difficultatem tollit, qui in libris de legibus scriptum reliquit, Poëtas de industria uel quandoq; etiam cōgi ipso numine, pugnantia dicere, ut spiritu musarum afflati esse uideantur. B *uerba Platonis adscripsimus in 6. Aeneid. super eo uersu, Egregia interea coniux. adeas locum, ut hoc te difficili scrupulo liberes.* « Occiderit ferro Priamus?] *amplificat à qualitate necis Priami, excidijq; urbis, atque ex strage suorum Troianorum: utitur breuibus clausulis, crebrisq; interrogationibus: quae iratae personae mirum in modum conueniunt: talis ferè extat indignationis affectus à contrario sensu apud Homer. Iliadis β ubi Iuno queritur, quod cùm propter Helenam Graecorum plurimi interierint, ea tamen Priamo relicta, turpiter in Graeciam redire parant. locus est doctis notiss.*

Namq; & si nullum memorabile nomen.] *προκατάληψις occupat, quae obijci poterant, nimis indecorum uideri uirum fortiss. in foemina necem furere. hocq; defensionis genere utitur: quòd non in foeminam, sed in scelus à foemina patratum, saeuit graui animaduersione dignum: non quaerit nomen, aut laudem ex facto Aeneas, sed iustitiam, ut suorum deleat ignominiam: nemo enim patitur cognatas suas foeminas primarias premi seruitio impudicae mulieris. Igitur rectè factum suum interpretari uidetur,* C *dum ita sequitur:* Extinxisse nefas: tamen.] *signatè loquitur, nefas: nam & si magistratus ad coërcenda peccata creari solent, nec cuiusq; sit in reos animaduertere, tamen cuiusuis interesse uidetur nefas tollere: uir enim iustus nullum graue scelus superesse pati debet: tali corripitur furoris genere Achilles in Agamemnonem apud Homer. Iliad. α. quem locum proculdubio Virgil. imitatus est, de quo infrà. Sed utrum magis probandum, iudicent doctiores. non enim hîc quidquam ausim affirmare, cùm uiri illi antiquiss. atq; doctiss. facinus istud Aeneae horum uersuū detractione improbare uideantur.*

IAMQVE.] *Tmesis per occasionem cōspectae Helenae, uisum nocturnum narrat: & consilium suum de uindicanda, illius supplicio, patria. Ira quae belli diuturnitate consenuerat, ea nunc Helena conspecta, ob patriae excidium recruduit.* Tyndarida.] *Helenen, Antonomasia. Fabulantur, Iouem in cygnum transformatum, Nemesi O-* LAMB. Hort.

ceani

A *ceani filiæ uitium obtulisse, quæ extemplò in anserem mutata fuerit. Hæc ouum ex se natum in palude reliquit. Fortè pastor id repertum, ad Ledam tulit: à qua in cupsa seclusum, arctissima custodia seruatum fuit. Ex hoc, exacto tēpore Helena prodijt: quam Leda, ut si sua fuisset, sedulò educauit, curauitq́ studiosè. Multi tradunt, Castorem & Pollucem ex eodem natos. Neq; desunt historici, qui prodant, Iouem stellæ adsimulatum, cum Leda concubuisse, quo coitu Castor & Pollux prognati fuerint: ac postea Helenam ad illum modum ortam ex ouo, ut diximus. Rursum alij scribunt, Iouem in cygnum uersum obtulisse Ledæ, & Tyndarum eadem nocte cum ea coiuisse. Ex Ioue uno partu Helenē & Pollucem; mox ex Tyndaro Castorē genuisse: quare Castor mortalis fuit, Pollux uerò immortalis. Verùm fratris precibus abtinuit, ut immortalis fieret, ut canit Pindarus. Allegoriaq; harum fabularum Isacius Tzetzes his uerbis explicat:* [illegible Greek]

B [illegible Greek]

Illa sibi.] *Causa erroris, hypotyposi perturbati animi expressa. Estq́ hoc ipsum uerisimile: quippe cùm nusquam, neque apud Troianos, neque apud Græcos illi locus esse uideretur, minimè mirum fuit, si in ara, ceu asylo tuto, abdita se contineret. Vtramq; causam addit. Et nocturnum item tempus maximè ad id idoneū erat, si quà euadere datum fuisset.* Erinnys.] *Auxesis, & appositio. Et quæ putentur erinnyes, paulò antè expositum est.* Aris.] *in aris. Quas autem ueteres existimarent aras, explicat copiosè Macrobius ex uetustis authoribus: & nos alio loco de ijs differemus.*

Exarsere.] *Periphrasticè accidentibus iram describit, ob causas quas statim subiecturus est. Tale illud Homericum est Iliad primo:*

[illegible Greek]

» Sceleratas.] *de scelerata sumere pœnas: expolitio.*

Scilicet.] *A fictione personæ suæ, cui orationem deliberatiuam affingit, uelitne pœnas de Helena sumere, an secus. Principium abruptum est uehemens & concitatum,*
C *ab indigno ductum: quo à circumstantijs, urbis calamitatem cum Helenæ fœlicitate componit, quæ eius author & caput fuit. Et perpetuæ interrogationes coaceruatæ, indignitatem rei exaggerant in deliberatione.*

Regina.] *Ironia.* Spartam.] *Lacedæmonem, quam* [Greek] *Stephanus* [Greek] *appellat. De eius conditione uariant authores. Alij à Sparta Amyclantis filio nomen accepisse contendūt: nonnulli, inter quos Eusebius est, à Sparto Phoronei filio conditam uolunt, eo tempore; quo Messapus apud Sicyonios regnū teneret, Baleus in Assyria, nonus à Nino. Quo item tempore Iacob cum filijs Aegyptum fuit ingressus. Postea à quodam heroë Lacedæmon fuit nuncupata. Produnt alij,* [Greek] *: id est, sortiendo, quasi* [Greek] *nomen fuisse dictam: quòd Heraclidæ in Peloponnesum descendentes, uniuersam terram sortitò inter se partiti sint. Pausanias interim in nominis ratione ab alijs dissentit. Lacedæmonem quintum regum, Eurotæ filiam Spartam duxisse uxorem, à qua urbem à se conditam Spartam dixerit, regionem uerò omnem Lacedæmonem: cùm antea Leleges, à Lelege* [Greek] *primo rege fuissent appellati. Apollodorus nullo discrimine Spartanos, Lacedæmonios & Lacones nominat. Cæterùm de laudatissima Lacedæmoniorum republica, & institutis, & Lycurgi legibus, multi iusta uolumina scripserūt. Hic Tyndarus antea priuatus, Hippocoonte deiecto, ab Hercule regnare iussus fuit: nam Hippocoontis filius, Lycimnum Phaneorum regem huius hospitem interfecerat. Arx Spartæ prodigiosæ altitudinis, Mineruæ* [Greek] *, egregiè munita quidē postea, sed Tyndarei cœptū opus fuisse fertur. Quo morte intercepto, Castor & Pollux filij, Helenæ fratres, cùm conarentur admirabile monumentum absoluere, infectum reliquêre. Sparta, præter nomen urbis, etiam* [Greek] *signat; id est: amussim seu perpendiculum fabrile. Et* [Greek] *, funiculi sunt, & fila.*

Mycenas.] *Non suam patriam, sed mariti Menelai, & Agamemnonis. Mycenæ oppidum fuit Argolidis, ut Argos. Homeri enarrator dictas Mycenas autumat,* [Greek] *. Hic regnabat Agamēnō. Diuersa est eorum sententia, qui* [Greek] *urbem dictam contendunt: hoc est, à mugiendo, quòd Io in uaccam mutata, ibi primùm mugitum edidisset. Ab hac Iphigeniam Ouidius Mycenida nuncupauit.*

Regina.] *Ironia, quæ triumphatura cum marito sit de Troia excisa. Cùm porrò* [Greek] *triumpho,* [Greek] *triumphus, &* [Greek] *triumphator, Græcæ uoces sint: Latini hìc θ in τ tenuem, β mediam in suam aspiratam φ uerterunt. Erat is honos cùm apud alios, tum Romanos, omnium maximus, quoties Imperator deuictis hostibus, curru & albis equis sublimis, præcedente cathenis onusto hoste, in urbem inueheretur. Hinc triumphales uiri, & currus exercitusq́ triumphales.*

Coniugiumq;.] *Polysyndeton. Amplificat indignitatem enumeratione adiunctorum, quibus clarissimus triumphus spectatior esse, & humana simul fœlicitas commendari soleat.* Occiderit.] *Admirabili breuitate exaggerans indignitatem, à persona & loco, uniuersum excidium & decennalem obsidionem hausit.*

Non ita.] *Subiectione negat, hæc commoda, & hanc triumphi speciem, Helenen in patriam reportaturam.*

Etsi.] *Obiectio. At in fœmineo supplicio nulla est laus, nulla gloria. Hanc soluit à meritis illius: Meruit mortem multis noxis. Et factū suū laudat à pietate erga ciues suos, fato pugnando defunctos.* Nefas.] *Auxesis.* Cineres.] *Synecdoche: manes occisorum, quos in sepulchris habitare persuasum erat, & hostiarum sanguine expleri. Quamuis in fœminam, inquit, ferro sæuire turpe est: pietatis tamen nomine laudabor, quòd cæsorum ciuium meorum umbras hostium suorum sanguine expleuerim.*

Merentis.] *meritas: genus pro genere.*

A

ARGVMENTVM.

Hac longa oratione Venus plane ostendit Troiam non culpa Paridis, aut Helenæ, sed fato, deorumque uoluntate euersam fuisse: idque probat a signo: quod quæ Dij struxerint, eadem ipsi destruant, & demoliantur.

NASC. Talia iactabam.] recte iactabã, tanquam mania, & ab usu rationis abhorrentia, ideo sequitur: Et furiata mente ferebar.] Plato in Phædro furorem mentis esse abenationẽ definit: cuius quidẽ alienationis duo genera tradit, unam ab humanis morbis, alteram à Deo prouenientem: insaniam illam, hanc diuinum furorem appellat diuino furore supra hominis naturam homo erigitur, & transit in Deum: insania uerò infra hominis speciem homo deijcitur, & ex homine brutum quodammodo animal efficitur: id quod facile hoc Aeneæ exemplo intelligi potest, qui usque adeò à mente alienus est, ita furore corripitur ut omnes suis rationis illius succumbere uideatur, & nisi à matre Venere contineretur, uelutí equus rationisque expers laxis habenis præceps in necem Helenæ feratur.

Talia iactabam, & furiata mente ferebar:
Cùm mihi se, non ante oculis tam clara, uidendam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam: qualisque uideri
Cœlicolis, & quanta solet: dextraque prehensum
Continuit, roseoque hæc insuper addidit ore:
Nate, quis indomitas tantus † furor excitat iras? (*† al. dolor*)
Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies, ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniunxne Creusa?
Ascaniusque puer? quos omnes undique Graiæ
Circumerrant acies: & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, † inimicusque hauserit ensis. (*† al. inimicus &*)
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatusue Paris: uerùm inclementia diuûm,
Has euertit opes, sternitque à culmine Troiam.
Aspice (namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat † uisus, atque humida circum (*† al. tibi, & humida*)
Caligat, nubem eripiam: † tu ne qua parentis (*† al. tu neque*)
Iussa time, neu præceptis parere recusa)
Hic ubi disiectas moles, auulsaque saxis
Saxa uides, mixtoque undantem puluere fumum,
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque à sedibus urbem
Eruit: hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociumque † furens à nauibus agmen (*† al. ferens*)
Ferro accincta uocat.
Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas
Insedit, nimbo effulgens, & Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos uiresque secundas
Sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam, finemque impone labori:
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, & spissis noctis se condidit umbris.

incognita, aut diuinitatem emētita descenderet, sed notiore, clarioreque, quàm unquam sese ostenderet, forma, ut illius splendoris radio illustratus, à tanto se Aeneas abstineret facinore.

Cõfessa deam.] non diuinitatem ementita, ut in primo Aen. fecit, quæ sub specie uenatricis Spartanæ filio Aeneæ apparuit: B sic enim Poëta inquit:

"Cui mater media sese tulit obuia sylua, "
Virginis os, habitumque gerens, & uirginis arma. "
Spartanæ. "

Qualisque uideri Cœlicolis, & quanta solet.] ea forma, splẽdore, diuinitatisque maiestate, qua inter cælicolas Deos sese ostendere solet.

Nate, quis indomitas.] oratio est Veneris pacum obiurgatoria, minimè tamẽ contumeliosa, partim exhortatoria: uersatur in genere deliberatiuo, habetque omnes ferè suasionis partes, illisque etiam affectibus constat, qui Patheticæ orationi conuehere uidentur: breues continet sententias, crebras C interrogationes: caret tamen abrupto illo, & concitato principio, quo Patheticæ orationes uti solẽt: id quod arte, & consilio factum est: ne uideatur mater iræ potiùs affectu, quàm materno officio adducta ad filium accedere commonendum: propterea nate, ait: quæ uox insigne quoddam non odij, neque iracundiæ, sed materni amoris, beneuolentiæque indicium affert. Homerum uidetur fuisse imitatus Iliad. α. ubi Pallas è cœlo à Iunone missa Achillem retinet, ne ullam iratus Agamemnoni uim inferat. sic enim ait:

"ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, αἴ κε πίθηαι, "
οὐρανόθεν· πρὸ δέ μ' ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. "

Et quæ sequuntur alia:

Compressura tui uesano pectoris æstu "
Cœlitus aduenio: me brachia candida Iuno "
Misit. "

Apud Euripid. in Oreste Apollo quoque iram Menelai cohibet,

Cùm mihi se, nõ ante oculis tam clara, uidendã Obtulit.] Si illa duo, & uiginti carmina tollas, quæ in multis codicibus tum impressis, tùm etiam manuscriptis non extant, & hæc superioribus proculdubiò annecti debent: estque sensus: Omnes pugnando fessi, tædio aduersarum rerum cùm partim se de tecto præcipites dedissẽt, partim in flammas cecidissent, ne & ipse alterum facerem, aut, quod superat, tertium, me hostis occideret remanentem, mater mea non mihi, ut antea solebat, incognita, sed habitu, atque forma diuina ueniens me ab ipsis inefficacissimis actibus reuocauit: ipse uerò illorum carminum sententiam sequar: in tanta mentis Aeneæ consternatione, & furoris impetu diuina ui opus fuerat, cùm humana satis esset nulla. hinc illud ab Horatio dictum arbitror in poët.

Nec Deus intersit, nisi nodus uindice dignus "
Inciderit. "

Apud Homer. quoque Iliad. α. ad Achillis furorem, atque iram comprimendam Pallas mittitur. Oportebat igitur ad extinguendum tantum animi ardorem Venus non

A cohibet, & Orestem Helenam occidere cupientem uerbis castigat sic enim ait:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Quid furis?] ab inhonesto. quasi dicat, uindictæ, magis, quàm pietatis, hoc est, parentis, gnati, uxorisque rationem habens: uel ideo eum furoris arguit, quia iniquè, & ab re furit in Helenam ab hac culpa immunem: nam dictura est:

Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatusue Paris: uerùm inclementia Diuûm
» Has euertit opes.

Tantus dolor.] ita legendum est, non furor: nam ex dolore ira, ex ira furor nascitur: ita enim sæpe ira augetur in homine, ut non iratus, sed furore percitus esse uideatur. obijdque Horatius dixisse uidetur.

B » Ira furor breuis est ——.

Aut quónam nostri tibi cura recessit?] exiguæ charitatis, pietatisque in suos filium arguit: eosque sigillatim recenset, quorum præcipuam suscipere curam debet, patris, uxoris nati. Quos omnes undique.] in... à periculo. Et ni mea cura resistat.] augetur... : & se ipsa commendat ab officio. Non tibi Tyndaridis.] Helenam, & Paridem purgat à peccato: causamque excidij Troiani totam in Deos transfert: status est iuridicialis ex remotione criminis. Videtur autẽ locus esse ex Andromacha Euripidis desumptus: ubi Menelaus hunc in modum loquitur:

» [illegible]
» [illegible]

Id est, ut nos crassa Minerua quasi uerbum ex uerbo interpretamur:

» Helena non sponte fecit, sed impulsa deûm
» Nec paruam id attulit Graiis opem uiris.

Verùm inclementia diuûm.] inuidiosè in Deos, & cum indignatione, quasi ab omni iustitia, ac pietate alienos: hinc etiam ingens deduci potest commiserationis locus ex infelicitate Troianorum: quod deos habuerint iratos, atque aduersos: non displicet, quod in uetustioribus aliquot

C libris habetur. diuûm inclementia, diuûm: ut repetitione dictionis locus uenustior fiat. priorem tamẽ lectionẽ magis approbo; & quoniã irati hominis impetum cohibere, animùmque de re aliqua persuasum ab ea opinione reuocare difficile est, nisi id ipsum, quod doces, probabili aliqua, & firma ratione uerum esse demonstres, propterea Venus non coniecturis, neque friuolis argumentis, sed signis quàm manifestiss. Troiam deorũ uoluntate, non Helenæ, neque Paridis culpa cecidisse demonstrat. & ait: Aspice.] ... sensus autem est: aspice quanto cum ira impetu ea nunc diruant dij, quæ olim propitij muniendæ urbis gratia condiderunt: Neptunus mœnia: Pallas arcem: Iuno portas.

Namque omnem.] eò usque pendet, nubem eripiam. Auferam, inquit, abs te ignorantiam, quæ naturæ in omnibus hominibus est: quæ oculos tuos perstringit, & quasi nubem offundit, quò minus, quæ ex Deo sunt, perspicere possis. Hinc illud Apostoli: Nemo nouit sensum Domini; nisi spiritus Dei; animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. propterea subdit Poëta: Quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat uisus.] Homerum haud dubiè imitatur Poëta Iliad. ubi Minerua ab oculis Diomedis nebulam aufert, quò Deum ab homine discernat. Quem locum Plato in Alcib. 2. declarans, ea dicit, quæ itidem ad huius loci intelligentiam facere uidentur. Verum, inquit, mihi uidetur, quemadmodum Diomedi Mineruam inquit Homerus ab oculis nebulam abstulisse, ut discerneret Deum ab homine, sic & ab animo tuo prius oportere caliginem, quæ nunc offunditur, auferre: deinde illa propinis admouere, per quæ seu bonum quid sit, siue malũ dignoscas: nunc enim impius esse uideris: quibus ex uerbis facilè colligitur, hominem diuersa à Deo esse natura, nec sapientia illum diuina imbui unquam posse, et, quæ ex Deo sunt, mysteria cognoscere queat, nisi prius ignorantia nube ab ipso Deo sing... excellatur: multa hic ex theologica facultate disputari possent, quæ consulto prætereo, ne in humanis studijs ipse theologum agere uidear, sed opportuniore loco, & tempore his de rebus, spiritu sancto fauente, disputabitur. Aeneas igitur ignorantia ductus, quod ex fato, deorumque uolũtate erat, ut Troia excideretur, id Helenæ peccato tribuebat, atque eam ob id etiam occidere uolebat, nisi, erepta sibi nube, deorum uoluntatem cognouisset. Atque humida.] allusit ad naturam nubis, quæ cùm ex terra, aquarumque humoribus fiat, non humida esse potest.

Neptunus muros.] Neptunum Pergama condidisse liquido scribit Homerus Iliad. 21. ijs uersibus: quibus ipse loquitur Neptunus:

» [illegible]
» [illegible] Id est,
» Ipse ego Troianam muris immanibus urbem,
» Et late, pulchrisque & cinctam turribus altis
» Muniui, statuique, munitaque Pergama feci.

Igitur quod olim struxerat, nunc destruit. & est locus ex Homero sumptus Iliad. 12. ubi Neptunus, & Apollo ... muros Troiæ funditùs euertere decernunt, immisso ex Ida monte aquarum flumine quod Virgilius ... inquiens:

magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit.

Porrò uersus Homeri hoc habent:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible] Id est,
» Tunc primùm manantes Neptunus, & acer Apollo.
» Murum euerterunt, totumque à sedibus imis
» Luctabantur opus rescindere, pluribus undis
» Labentum celsa fluuiorum è montibus Idæ
» Immissis.

Hic Iuno Scæas sæuissima.] odiosè in Iunonem, quæ usquequaque crudelis, & inimica Troianis fuit. Sciendũ autem est, hic trium mentionem fieri, murorum, Scææ portæ, & arcis: ut planum fiat Aeneæ, omnem salutis urbis spem abijsse: non enim ignorabant Troiani, tria sibi esse fata, quæ urbis exitium demonstrarent. Palladium ex arce sublatum: Troili mortem: tertium cùm portæ Scææ limẽ scinderetur, quæ tria fata elegantiss. uersibus in Bacchid. Plautus est prosecutus, cùm ait:

» Ilio tria audiui fuisse fata: quæ illi exitio forent:
» Ex arce signũ si periisset, alterum etiam est mors Troili,
» Tertium cùm porta Scææ limen superum scinderetur.

Cùm igitur & muros, & arcem, Scæamq́ portam dirui uideat, præterita iam Troili morte, facilè suspicari potest: actum esse de salute urbis: nam conjicere potest, demolita arce, Palladium quoq; statim esse auferendũ. Eripe nate fugam.] cõclusio est, quæ suasionem habet ab utili & notandum, fugam Aeneæ nõ priùs persuaderi posse, quàm urbem penitus excisam uideat: aliter enim honestam sibi dari fugiendi causam non putat. unde occulta deducitur Aeneæ commẽdatio ab animi magnitudine. Nusquam abero.] ἀσφάλειαν suam filio operam pollicetur: etenim obijcere potuisset Aeneas, quò me feram? tũm hinc flammæ, illinc me hostes premant? itaq; suæ incolumitatis sit securus Aeneas. Sanè optima œconomia est, ut, ubi desint humanæ uires, ibi auxilium Deorum interponatur: quod fortasse Horatius (ut suprà diximus) eo uersu præcipere uoluisse uidetur in arte poët.

» Nec Deus intersit, nisi nodus uindice dignus
» Inciderit.

Locus huic ferè similis extat apud Eurip. in Rheso: ubi Minerua Paridi semper se affuturam pollicetur: hoc tamen interest, quòd illic Minerua Paridem uana spe ludit, hic autem Venus ex animi sententia loquitur: illic honoris, hic uitæ, salutisq́ defensio promittitur. sic igitur ait Euripides:

» θάρσει· φυλάξω δ' ἀσφαλῶς ἔμπεδον,
» φίλη δ' ἐστί μοι νόστιμος, ἢ δ' ἄριστα μὲν
» τιμῶ.

LAMB. Hort. TALIA iactabant.] Causam cohercitĩ furoris in matrem Venerem transfert. Numinis beneficiũ est, hominẽ prauis cupiditatibus & carni posse imperare. Effigiatus hic locus est ad exemplũ Homeri, apud quem Iliad. primo, Achilles in nobili iurgio, iniuria commotus aduersus regẽ, per iram deliberat, uelitne disturbatis Græcis eum confodere, an sibi tẽperare. Ac dum ensem uagina extrahit, Minerua cœlo lapsa, comis à tergo apprehensum, furentem compescit. Noster suam Helenen Agamemnoni, Aeneam Achilli Venerem Palladi comparat. Verba Homeri sunt:

» ——Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ
» στήθεσσιν λασίοισι, διάνδιχα μερμήριξεν.
» ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
» τοὺς μὲν ἀναστήσειεν· ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι,
» ἦε χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.
» ἧος ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
» ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη
» οὐρανόθεν, πρὸ γὰρ ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
» ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε.
» στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα
» οἴῳ φαινομένη· τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.

Hoc inter utrumq; interest, quòd Achilles à Minerua comis, Aeneas à matre manu prehensus dextra, à uindicta prohibetur. Illic Minerua à Iunone, utrumq; ex æquo adamante, mittitur: hic Venus ultrò inuocata, non missa, filio adest. Illic Iuno adamat alienos, Venus hic filium. Præterea, dea hîc illustratur descriptione à qualitate simul & quantitate, forma, qua superis apparere solent. Furiata.] furenti animo, quo agitatur ij quibus dolent iniuriæ.

Ferebar.] amens furore rapiebar. Ducta est metaphora à brutis feris, quæ sine ratione ductæ feruntur. Quid aliud efficit ira? quæ solutis rationis habenis, hominem in A beluinam naturam transformat? Qualis ijs.] A forma & specie diuina. Roseo.] Allusio ad purpureũ rosæ colorem, quem illa tinxit Adonidis cruor, cùm antea candore niuali conspicua esset. Hac sibi tum Venus corollas facit.

Ore.] Pleonasmos. Nate.] Principium abruptum, à reprehẽsione cæcitatis furoris, quòd ferro in insontẽ sæuire statuerat. Iterata interrogationes agitatũ spiritũ retũdũt.

Non prius.] Dehortatura filiũ à concepto consilio, proponit pietatem, & salutem suorum, quæ omni hostium supplicio potiores & priores esse debeant. Et quo dehortatio sit ad persuadendum accommodatior, exaggerat periculum, in quo illi medij inter contigua incendia uersantur.

Hauserit.] Potentiales sunt locutiones: pro, hausisse potuerit, & tulisse. Non tibi.] Græco epitheto delectatus, politè Lacænam uocat. Translatio culpæ in deos. Illud item obseruandum est, rectè ac decorè à Poëta Veneri, Paridis & Helenes patrocinium ac defensionem tributã: quippe cuius opera & beneficio, è fide data, uterq; alteri iunctus fuerat. Prudenter itaq; ambos culpa eximit, eamq; in deos & fata transmouens. Et ne uana coarguatur, confirmat uerba sua testimonio præsentis rei: at gradatione quadam paulatim ad summa peruenit. Estq́ propositio, B quam testimonio in re præsenti confirmabit. Tyndaridis.] Periphrastica antonomasia Helenæ, Lacon, Lacæna, Lacedæmoniæ sit, Tyndarei filiæ, cuius suprà paulò mẽtio à nobis facta est. Verùm inclemẽtia.] Trãslatio.

Aspice.] Attentio ad confirmationem. Mutuatus hũc locum est ab Homero Iliad. 5. ubi Pallas Minerua Diomedi in pugna nubem oculis detrahit, quo diuos ab hominibus dinoscat:

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, «
ὄφρ' εὖ γινώσκοις, ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. «

Profectò ita res habet: nisi cæcitatis caligo, & ignorantiæ nubes, pectoribus excutiatur, inter spiritualia & carnalia nihil dijudicet. Sed mens erroris nebulam exuta, & diuinitus illustrata, diuinam prouidentiam & potentiam agnoscit, & errorem suum intelligit. Hic ubi.] Primùm ostendit, Neptunum fuscina ac tridente urbis muros & fundamenta subruentem: inde Iunonem occupantem portas; & è Tenedo hostes accientem: mox Palladem tenentem arcem, & horribili facie perturbantem Troianorum animos. Ad postremum, ut supremus Iupiter, pater hominumq́ deũmq́ hostes spiritu ac ferocia in Troianos armet. Hæc omnia denique huc tendunt, cum Dijs non esse C pugnandum: id quod impium est, & conatus irriti.

Moles.] Quas autem uocet moles, statim reddit, saxa scilicet murorum auulsa. Anadiplosis. Amplificat murorum ruinam, à signis consequentibus. Nam ex ponderum lateritiorum ruina, puluis cum fumus in aërem surgit.

Vndantem.] ad undarum speciem, in nubem se erigentem. Nam undare, undam efficere est. Quare nubes inundant, aër undat, & fumus. Et puluis à terra, sursũ actus muri ruina excitus, fumi similitudinem refert. Itaque eruditè dixit: fumum puluere mixto undare. Neptunus.] Quòd dicat Neptunum murorum fundamenta quatere, hac de causa id factitatũ ferunt. Laomedon, cùm Troianæ urbis muros inchoasset, & in medio opere pecuniam deficeret, ut absoluere non posset; accepit, apud Troianos in ærario Neptuni & Apollinis pecuniam multos annos inuiolatam, intactamq;, ut sacratiorẽ, asseruari.

Hanc

A Hanc inde sustulit, & quidem ea lege, interposita fide iurerando, ut eam postea restitueret, non sine fœnore. Lusit postea deos, dictitans identidem, In templo quid facit aurum? Dijs nihil opus est pecunia. Quam ob causam Neptunus inundationem in agros Troianos immisit, per quam putrefactione coorta, pestis multos mortales absumpsit. Quidam aliter referunt historiam. Neptunus & Apollo grandem pecuniam à Laomedonte pacti, ut urbem muro cingerent: ubi iam opus absoluissent, à rege ludibrio habiti fuerunt. Itaque ultionem minati, tum quidem discesserunt. At urbe iam capta, in ea diruenda Græcis auxilio adfuerunt. Quoniam autem Iuno regnorum præses existimatur, rectè eam in porta collocat: Minerua arces condit: Neptuno uerò fundamenta sunt consecrata, cuius impulsu mouentur & subruuntur. Vnde à Græcis ἐννοσίγαιος & τειχεσιπλήκτης ἄρης est nuncupatus. Enarrator Homeri Iliad. 20. annotauit, Neptunum propter Laomedontis perfidiam indignatum, cetum in Troadem immisisse: à quo obuij omnes simul & fructus corrupti fuerunt. Laomedonti statim consulenti oraculum, responsum: si Hesionem filiam bestiæ deuorandam obijceret, fore ut extemplò peste liberaretur. Porrò, cùm ille B filiam chariorem haberet, quàm ut id faceret, præmium ceti percussori, statuit equos illos immortales, quos Iupiter Troi, pro rapto Ganymede, aliquando dedisset. Itaque his rebus dubijs Hercules interueniens, promisit sua se uirtute præmium laturum. Hic munimento à Minerua illi parato, quod ἀμφίχυλο[illegible] appellatum fuit, armatus, per os in pisces uentrem se demisit. Atque hunc in modum eius ilia labefecit. Hoc casu Laomedon peste liberatus, uictori equos illos ἀθανάτους seu ἆθλον tradidit. Ille historiam refert ex Hellanico. Hanc paulò aliter citat Hyginus. Apollo ira commotus, Laomedonti oraculum petenti ita respondit: tum pestem demum desituram, ubi omnes puellæ Troades ceto illigatæ essent. Plurimis iam absumptis, cùm Hesionis sors exisset, ipsaque petræ alligata aliquandiu stetisset, Hercules & Telamon in expeditione Colchica huc appulsu delati, & cetum occiderunt, & Hesionem patri his legibus reddiderunt, si salui ab expeditione Colchica reuerterentur, eam secum in Græciam abducerent, unà cum equis, qui super aristas & summas undas irent. Reuersos fefellit Laomedon. Quamobrem Hercules mox comparatis nauibus, Troiam circumsessam, intra decimum propè diem quàm obsideri cœ- C perat, ad deditionem compulit, uel (ut alij) cepit: & Laomedontem, tradita Telamoni Hesione, & Priamo filio relicto regno trucidauit. Idem aliam historiam adducit, Apollinem & Neptunum his conditionibus Troiæ muros circumduxisse, ut quantum pecoris eo anno regi in suo regno natum esset, id uniuersum ipsis immolaretur. Sed rex fidem non seruauit. Muros.] quos ipse proposito præmio ædificarat. Tridenti.] sceptro. Tridens Neptuni est, τρίαινα, ut fulmen Iouis. A sedibus.] A fundamentis.

Hic Iuno.] Monstrantis digito aliam urbis partem. Iunoni (ut dixi) attribuuntur portæ. Omne ab etymo nominis sumpto, deam Troianis infestam in portis Scæis collocat. σκαιὸν, læuum, sinistrum, ac proinde inauspicatum: perinde ut δεξιὸν, dextrum, auspicatum. Hanc portam scholiastes Homeri Scæam dictam arbitratur, Iliad. 6. quòd in læua urbis parte sita esset: uel à Scæo quodam, à quo ædificata fuit. Sunt alij, quibus placet inde portæ nomen factum, quòd sinistrè Troiani in ea consuluissent. Sed & per hanc Dureus equus in urbem introductus fuit. Scææ portæ item Dardaniæ fuerunt appellatæ, fortasse quòd Dardanium spectarent. Per has Troiani in prælium uadebant: [illegible] Addit Hesychius, ita nominatas, [illegible] & easdem quoque Homerum Dardanias appellare. Porrò Strabo lib. 13. affirmat, à cadauere Laomedontis ita uocatas, à scanomate, quod in eius sublimine uisebatur. Sunt alij, qui ob id Scæas dictas uolunt, quòd in occidentali urbis parte essent: nam ut ortus dextra mundi pars est, ita læua, occidens, authore Aristotele. In his portis Homerus Priamum & Troianos senes pugnam spectantes, καὶ [illegible] inducit, Iliad. 3.

οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον ἠδὲ Θυμοίτην,
Λάμπον τε Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος,
Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ πεπνυμένω ἄμφω
εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι.

Portas.] Circa has portas ingens certamen fuit de corpore Achillis, teste Homero. Sociûm.] id est, Græcorum, quorum res aduersus Troianos eo bello tutata fuerat.

Iam summas.] Transitio ad Palladem, quæ arcem occupauit, & Troianos iam uictos horribili aspectu magis magisque terruit. Tritonia.] Palladem ita dictam credût, & Tritogeniam, teste Homeri enarratore Iliad. 8. quòd in pectoribus humanis trepidationem gignat, & pauorem: belli enim dea est. Recentiores porrò, quòd ad amnem Tritonem in Libya sit prognata. Nonnulli rursum, quòd ex capite Iouis profluxerit: & Trito, rursò, Aeolibus caput signare: quod quidam allegoricè sic interpretantur, quòd ex capite tria oriantur, benè cogitare, benè dicere, & benè persequi cogitata. Cùm autem duæ sint Tritones ciuitates, quarum altera Libyæ sit, altera Bœotiæ: apparet, inquit Apollonij interpres, ad harum alterutram Mineruam natam. Vnde factum, cur etiam Tritonia appelletur. Et priorem etiam etymologiam adducit: [illegible] Itaque Pallada ad uocis etymon alludens, arci insidentem, & Troianos aspectu suo perturbantem fingit, ut epitheton non abs re additum, arbitrandum sit. Hesychius probat quidem hanc etymologiam, [illegible] sed addit, posse etiam dici à Tritone fluuio Libyæ, ad quem nutrita fuerit, & inde Tritogeniam appellatam [illegible] Sunt qui nomen ad Tritonidem lacum referunt, circa quem anno 58. ætatis Isaaci uisa fuit. Hæc Iouis primogenita, cùm multa apud rudes mortales noua inuenisset, è patris cerebro natam crediderût. Huius inuenta creduntur lanificium, textoria, armatura, leges, quibus classicum canitur (unde & Bellona à Latinis dicta est) numeri, tibiæ, fistulæ pastorales. Quare rectè à Cicerone in lib. De natura deorum, sapientiæ dea, & artium omnium inuentrix appellatur.

Plinius

Plinius quoque, grauissimus author est, lib. 5. cap. 4. haudprocul à Philenorum aris in Africa, circa continentem, amnem Tritonem esse: & ibi paludem, quæ ab eo nomen acceperit, ut Pallantias diceretur, à Pallade uidelicet.

Pallas.] ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, quòd iacula feriat, emittatq;: uel ἀπὸ τοῦ παλλάσσειν, perturbare: ἢ ἀπὸ τοῦ πάλλειν, ut contendit Homeri enarrator: uel quòd Pallantem gigantem peremerit: uel quòd è Iouis cerebro exilierit: uel quòd perculsum Dionysii cor ad Iouem attulerit. Verba Isacij in Lycophronem sunt· παλλὰς δὲ ἡ ἀθηνᾶ, ἢ παρὰ τὸ πάλλειν τὰ ὅπλα· πολεμικὴ γάρ, καὶ ἐν τῷ γεννᾶσθαι ἐκ τῆς Διὸς κεφαλῆς ἐξήλατο τὰ ὅπλα κινοῦσα. ἢ παρὰ τὸ παλλομένην τὴν τοῦ Διονύσου καρδίαν ἀνενεγκεῖν τῷ Διΐ. Διόνυσον γάρ, τὸν καὶ ζαγρέα καλούμενον, τὸν Διὸς καὶ περσεφόνης παῖδα ὄντα, μανέντες οἱ τιτᾶνες κατέσφαξαν. οὗ τὴν καρδίαν ἔτι παλλομένην ἀνήνεγκεν. ἢ ὅτι ἐν τῇ συμβολῇ τῆς μάχης καὶ τὸν ἕνα πάλλαντα, ἕνα τῶν γιγάντων, ἀνεῖλεν. ἢ πάλλαντα ὄντα τὸν πατέρα αὐτῆς ὑπερχόμενον, καὶ βιαζόμενον ταύτην, ὡς εἴκοντα συγγενέσθαι, ἢ τὴν παρθενίαν τιμῶσα τοῦτον ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλετο, καὶ τὰ πτερὰ τοῖς ποσὶν αὐτῆς προσήρμοσεν, ὅθεν αὐτὴν ἱστοροῦσιν ἐκεῖ ἐπιτροχάλως κλῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν πολεμικωτάτην ἀθηνᾶν, Ἰτωνὶς δὲ ὑπερχομένην θυγατέρα. Ἰοδάμας δὲ ἀδελφή. ἣν Ἰοδάμαν ἀοσσητὴν μὲν ἀνεῖλεν, ὥς φησι σιμωνίδης ὁ γενεαλόγος. Porrò de Palladio suprà annotatum est.

Nimbo.] ab habitu, & terribili armorum specie: ex nimbo horrendam tempestatem & cladem præsentem intelligit.

Gorgone.] Quatuor Gorgones Phorci filias fuisse produnt, Scyllam, Medusam, Sthenonem & Euryalen: habitasse insulas contra hortos Hesperidum, quæ Dorcades dictæ fuerunt. γοργὸν, agile & terribile est. Diodorus: classicus historicus, in literas misit, olim fœminas bellicosas non multum diuersas à moribus Amazonum, Africam incoluisse: quarum reginam Medusam Perseus bello deuictam interfecerit. Inuenio Medusam, Euryalen & Sthenonen, insulas Gorgadas in mari Aethiopico habitasse, à quibus nomina sortitæ fuerint. Minerua Medusæ crines in angues ita uertit, ut qui eam intuerentur, illicò uerterentur in lapides. Ex huius à Perseo interfectæ cruore Pegasum natum fabulantur. quare Neptuno & Medusa natus fingitur. Addunt & illud, deam, Medusæ caput clypeo suo imposuisse. Apollonij tersissimus enarrator lib. 4. Argonaut. ex Pherecydis secundo historiam his uerbis citat· περσέα ἐν σκάφῃ μετὰ τῆς μητρὸς διαδραντος περὶ Δίκτυι, καὶ ἰδόντος, πολυδέκτης ὁ Δίκτυος ἐμβαλεῖν ἀδελφός. βασιλεὺς ὢν σερίφου τυγχάνων, ἰδὼν τὴν Δανάην, ἠράσθη αὐτῆς, ὁ περσεὺς δὲ τοῦ νεανίσκου καὶ περσέως ὄντος ἀνδρὸς, ἐκέλευε λέγων πολλοῖς, καὶ αὐτὸ περσέα. περσεὺς δὲ ὑπισχνεῖται, ἐπὶ τῇ ὁ ἵππος ἀναχθῆναι· ὁ δὲ φθέγγεται, ἐπὶ ἵππῳ· περσεὺς δέ φησιν, ἐπὶ τῇ τῆς γοργόνος κεφαλῇ. μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ὅτε οἱ ἄλλοι ἔφερον τὸν ἵππον ἀποκόμιζον, καὶ περσεὺς ὁ δὲ ἐν λόχῳ. ἐκέλευσε δὲ τὴν τῆς γοργόνος κεφαλὴν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν. ἐὰν δὲ μὴ κομίσῃ, τὴν μητέρα αὐτοῦ λήψεσθαι ἔφη. ὁ δὲ ἀνιαθεὶς ἀπέρχεται, ὀλοφυρόμενος τὴν συμφορὰν ἐς τὰ ἔσχατα τῆς νήσου. ἑρμῆς δὲ αὐτῷ ὀφθείς, καὶ πυθόμενος αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῶν ὀδυρμῶν, μανθάνει τὴν αἰτίαν τῆς ὀρφνῆς· ὁ δὲ ἄγεται, θαρσεῖν ἄνωθεν καὶ πρῶτον μὲν ἄγεται αὐτὸν πρὸς τὰς τοῦ φόρκου γραίας, πεμφρηδὼ καὶ ἐνυὼ καὶ δεινὼ, ἀθηνᾶς φρασάσης, καὶ αὐτῶν μὲν ὑφαιρεῖται τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸν ὀδόντα, ὃν ἐν κοινῷ εἶχον. αἱ δὲ ἀθανατήσασαι βοῶσι καὶ ἱκετεύουσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα A ἀποδοῦναι. εἷς γὰρ αἱ τρεῖς ἐκ διαδοχῆς ἐχρῶντο. ὁ δὲ περσεὺς ὁμολογεῖ ἕξειν ἔφη. καὶ ἀποδώσειν, ἐὰν αὐτῷ ὑποδείξωσι τὰς νύμφας, αἳ ἔχουσι τὴν ἄϊδος κυνέην, καὶ πέδιλα τὰ πτερωτὰ, καὶ τὴν κίβισιν. αἱ δὲ αὐτῷ φράζουσι· καὶ ὁ περσεὺς ἀποδίδωσι. καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὰς νύμφας σὺν ἑρμῇ, αἰτήσας τε καὶ λαβὼν ὑποδούμενος τὰ πτερωτὰ πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν περιβάλλεται κατὰ τῶν ὤμων, καὶ τὴν ἄϊδος κυνέην τῇ κεφαλῇ περιτίθησιν. ἔπειτα ἔρχεται πετόμενος κατὰ τὸν ὠκεανὸν, καὶ τὰς γοργόνας, συμπορευομένων αὐτῷ ἑρμοῦ καὶ ἀθηνᾶς. ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει. ὑποτίθενται δὲ αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον. καὶ δεικνύουσιν ἐν κατόπτρῳ τὴν μέδουσαν, ἣ μόνη ἦν θνητὴ τῶν γοργόνων. ὁ δὲ πελάσας γενόμενος, ἀποτέμνει καὶ ἄρας τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐνθεὶς εἰς τὴν κίβισιν φεύγει. αἱ δὲ αἰσθόμεναι διώκουσιν. οὐχ ὁρῶσι μέντοι αὐτὸν διὰ τὴν ἄϊδος κυνέην. περσεὺς δὲ ὡς σέριφον γενόμενος, ἔρχεται πρὸς πολυδέκτην, καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαὸν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς γοργόνος κεφαλὴν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. ὁ δὲ πολυδέκτης ἀθροίσας τὸν ὄχλον, κελεύει αὐτὸν δεικνύειν. ὁ δὲ ἀποστραφεὶς ἐξαίρει ἐκ τῆς κιβίσεως, καὶ δεικνύει. οἱ δὲ ἰδόντες, λίθοι ἐγένοντο. ἡ δὲ ἀθηνᾶ παρὰ περσέως λαβοῦσα τὴν κεφαλὴν, ἐντίθησιν εἰς τὴν ἑαυτῆς αἰγίδα. τὴν δὲ κίβισιν B ἑρμῇ ἀποδίδωσι, καὶ τὰ πέδιλα, καὶ τὴν κυνέην ταῖς νύμφαις. Paulò pòst idem addit, alios esse authores, qui prodant, Perseum cum capite Medusæ auulso è Libya deuolasse, & ex guttis sanguinis in terram delapsis feras natas. Atq; hinc factum, cur ea regio ferarum omne genus sit fœcunda: cuius rei & ipse Alexander author est. Hesiodus in Theogonia testatur, Medusam unam sororum mortalem, reliquas uerò immortales & iuuenta perpetua: & cum earum altera Neptunum in herbido prato & floribus uernis rem habuisse:

> σθενώ τ', εὐρυάλη τε, μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα, «
> ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ «
> αἱ δύο. τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο κυανοχαίτης «
> ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι. «

τῆς δ' ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν. Fabulæ rationem reddit Fulgentius lib. Mytholocῶν secundo, & Lycophronis scholiastes. Idem author: ἄλλοι, inquit, δὲ φασιν, ὅτι ἐπὶ τοῦ κόσμου, οὗ περὶ τὸ στῆθος ἦγε ταύτην ὑπέταξεν. ὅθεν ἀπὸ τοῦ γοργόνος καὶ ὁ ἐπιστήθιος ἱματίου τῆς ἀθηνᾶς κόσμος, γοργόνιον ἐκλήθη. Ex reciso capite Medusæ exiluit Chrysaor & Pegasus illud. Illud porrò ex Diodoro addendum duxi, quòd ea gens in extre- C ma ora Africæ sita fuerit ad occidentem, dissimili uitæ studio à cæteris mortalibus. Hæ initiò, bello se exercuerunt: idq; studio tuendæ pudicitiæ magis, quàm inferendi belli. Inde post militiæ annos, quasi emeritæ sobolis propagandæ causa connubijs operabantur. Principatum, ut Amazonica gens, inter se obtinebant: publica munera obibant. Contrà uiri fœminarū, præpostero naturæ rerum instituto, domestica curabant negotia: prolē intra domesticos parietes alebant. Mammas fœminis adurebant, ne ad rem bellicam essent impedimento. Ipsa autem insula quam in extremis occasus finibus incolebant, Hespera fuit nuncupata, & in Tritonide palude sita, quæ Oceano adiaceat: nomen nacta à flumine, quòd in eam se effundat. Quod uerò ad militaria fœminarum studia, Herodotus tradit, Machlyes non multum ab illis diuersos esse, & Auses, qui ad eam paludem incolerent. Horum puellæ sacro Mineruali ueluti in turmas distributæ,

fustibus

A *fustibus se & lapidibus incessunt, testantes eo se studio patrium seruare morem. Quod si quæ uulneribus acceptis occumbant, eas uirgines esse negant. Quæ uerò omnium optima bello iudicetur, eam Græca panoplia & crista Corinthia instructam, & in currum sublimem illatam, ingenti plausu circa Tritonidem paludem circumuehunt. unde poëtis fabulandi materiam datam apparet. Nonnulli Gorgonas dictas putant, quasi γεωργόνας, quod agriculturæ furiosè uem studiosæ. Et γοργόνας, αἰγίδας, γοργίδας. unde γοργίδες, αἱ ἀκαρίδες. γόργα, ταχεῖα. γοργὸν, δεινόν, ταχύ, σκληρόν, ἀνδρεῖον, δριμύ. γοργῶπις φοβερόφθαλμος. Sunt qui tradunt, in Libya Gorgonas animalia esse, haud dissimilia ouibus, aut uitulis, quibus pestilens oris sit halitus, quo ea quæ afflantur, mox extinguuntur.*

Ipse pater.] *Emphasis, qui si per fata rebus affectis nolit opem ferre, ut author etiam alijs diuis sit ad excindendum, frustra humanis uiribus succurritur: multo uerò magis impiè causa excidij in hominem transmouetur.*

Dardana.] *Ad Dardani perfidiam allusit, quam dij certatim nunc ulciscerentur.*

Sufficit.] *Eleganti significatione uerbo usus est, pro subministrat, ὑπέχει.*

Eripe nate.] *Epilogus constat exhortatione, ad capessendam fugam, quam a tuto commendat, cùm promittat se filio ducem ubiq; adfuturam.*

Limine.] *domo: synecdoche.* Dixerat.] *Ad hunc modum Venus filium à uindicandi libidine dehortata, discessit.* Spissis.] *dubia luce noctis. Quia lunæ iam exortu densiores tenebræ dispulsæ fugatæq; erant. Spissam, ab aëris densitate ita nuncupat.*

ARGVMENTVM.

Erepta ex oculis suis nube, Aeneas Troiam à dijs certatim euerti uidet, non secus atq; agricolæ ornum certatim secant bipennibus, cùm eam succisam prosternere cupiunt: quamobrem eripiendi patris de flammis, hostiumq; manibus consilium capit: ille uerò salutem, quasi iugum seruitutis detrectat.

B

Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deûm.
Tum uero omne mihi uisum considere in ignes
Ilium, & ex imo uerti Neptunia Troia.
Ac ueluti summis antiquam in montibus ornum,
Cum ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa usq; minatur,
Et tremefacta comam concusso uertice nutat.
Vulneribus donec paulatim uicta supremum
Congemuit, traxitq; iugis auulsa ruinam.
Descendo, † ac ducente † Deo flammam inter & hostes
Expedior, dant tela locum, flammæq; recedunt.
Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquasq; domos, genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumq; petebam,
Abnegat excisa uitam producere Troia,
Exiliumq; pati —

† al. adducente
† al. Dea

NASC. Apparent diræ facies.] *à signo perspici poterat deos Troianis fuisse iratos: qui animo turbati faciem quoq; adeò trucem, minacemq; induerant, ut intuentibus terrori essent: unde moueri uiso uidetur.*

Ac ueluti summis antiquam.] *perpulchra similitudo ex arbore ab agricolis excisa. Homerus tribus in Iliade arborum comparationibus utitur: populi in quarta: fraxini in 13. roboris fulminatæ in 14. ex quibus nihil sumptum esse apparet: nisi quod ex uno carmine comparationis populi ex quarto Iliados tota hæc Maronis compa-*
C *ratio facta esse uidetur: in qua rei naturam Poëta ipse ita depingit, uerbis ita aptis illustrat, ut fieri magis quàm describi uideatur. uersus Homeri talis est:*

» ἣν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
» ἐξέταμ', ὄφρα. Id est,
» *Quam faber accisam ferro deiecit acuto.*

Vbi rem, nullo accito extrinsecus ornamento, simpliciter complexus est: Virgilius uerò eandem ipsam rem hypotyposi delineauit: addidit enim, instant certatim eruere, crebris bipennibus: quib. uerbis ita res illustratur, ut ante oculos legentiû fieri uideatur. Antiquam ornû.] *singulas huius comparationis partes si æquè expendas, urbi cadenti eas mirum in modum quadrare iudicabis. & primum orni antiquitas præclarè ad urbis uetustatem refertur unde illud fuit:*

» *Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.*

Crebrisq; bipennibus instant Eruere agricolæ certatim.] *ad illud refertur:*

» *Instat ui patria Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre ualent.*

Item ad illud antea prolatum:

» *Vnà ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon unà omnis Scyria pubes Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.*

Eruere impropriè dixit pro deijcere ἐν ὑπερβολῇ.

Vulneribus uicta Congemuit.] *hæ uoces, ut propriam excisæ arboris significationem non habent, ita mirum in modum apta tralatione orationem exornant. Cic. in 3. de orat. in partit. & Arist. poët. & rhet.*

Aducente dea.] *non displicet, quod in Tib. Donati commentarijs legitur, adducente dea, ut occultè se ipse commendet Aeneas à magnitudine animi: qui, & si alij fugerent omnes, ipse tamen, nisi à matre abducatur, solus hostium furori resistere cogitat.*

Abnegat excisa uitam producere Troia.] *τὸ πρέπον. & ad illud Euripidis alludere uidetur in Troadibus ubi Hecuba exciso Ilio negat se uelle uiuere. atq; ita inquit:*

« φέρ' ἐς πυρὰν ᾄξωμεν. ὡς κάλλιστά μοι
« σὺν τῇδε πατρίδι κατθανεῖν πυρουμένῃ.

Id est ad uerbum ferè:

« *Age in ignem curramus. pulchrum nanque est mihi*
« *Vrbe hac flagrante me quoq; simul mori.*

Quam quidem sententiam Cicero ijs uerbis protulisse uidetur

detur in fam. Vbi non sis, qui esse cõsueueris, nihil est, quod uelis uiuere: eandem sententiam repetit pluribus uerbis Euripid. in Hecuba sub persona Polyxenæ: ubi certior facta est, se ad Achillis sepulchrum interfectam iri. locus est doctis notiss.

LAMB. Hort. APPARENT.] Respicit ad nubem oculis detractã. Illustrati enim diuino spiritu, omnia prospera & aduersa à Deo proficisci apprehẽdũt: quòd caro excæcata erroris nebula, rectè diiudicare nequit. Inimicaq́.] Dij, quos Venus uelut cõiuratos in Troiæ euersionem ostenderat. Magna] θεοὶ μεγάλοι, θεοὶ πατρῷοι. Estq́ amplificatio ineuitabilis potentiæ tantorum hostium Epexegesis. Tum uerò.] Iam nube oculis detracta, cuius uitio horum nihil hactenus uidere licuerat; cuncta patescunt. Ex imo.] à fundamentis euerti uisa est. Neptunia.] Epitheticũ, à Neptuno & Apolline mœnibus cincta. Verti.] euerti simplex pro cõposito. Ac ueluti.] Illustrat rem simili, ut nõ narrari, sed cõspectui subijci uideatur. Comparatio autem ex quarto Iliad. Homeri huc accommodata est:

„ ὁ δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς,
„ ἥ ῥά τ' ἐν εἱαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει
„ λείη, ἀτάρ τέ οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι·
„ τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
„ ἐξέταμ', ὄφρ' ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ·
„ ἡ μέν τ' ἀζομένη κεῖται ποταμοῖο παρ' ὄχθας,
„ τοῖον ἄρ' Ἀνθεμίδην Σιμοείσιον ἐξενάριξεν
„ Αἴας διογενὴς ——.

Refert Poëta, Aiacem Telamonium congressum cum Anthemione quodam Simoisio, eum hasta percussisse, ut pectus hominis circa papillam traiecerit. quo uulnere humi procubuerit, ceu alnus, quæ leuis quidem in uliginosa palude nata sit, sed ramos in altum latè in summitate diffuderit. Hanc quia carpentarius securibus excidit, ut currui ex ea materia ityn: id est, apsidem siue rotæ circumferentiam conficiat, iacet exporrecta ad ripam amnis: talem strauit fuditq́ Aiax Anthemidem Simoisium. Sed nimis quàm hyperbolicè in re minutula Homerus, ut in omnibus. Multo grauius & aptius noster (si singulas collationis partes expendas) excidiũ urbis ruinam iamiam deorum opera minantis, agricolis certatim arborem securibus excindere instantibus comparat. Cùm ornum antiquã uocat, difficultatem indicat, respiciens ad antiquitatẽ & opes Troiæ. Ornum itaq; in summis montibus, ut uetustate, ita & proceritate conspicuam, è uasta arborum sylua cum Ilio cõponit, quæ non solùm omnes urbes, sed etiã totius Asiæ regna opulentissima, uiribus & opibus florẽs, superabat. Vt agricolarũ certatim instantiũ ui arbor nutat iamiã casura, donec ictibus ad postremum euicta ingenti fragore cadat: ita ue dij quidem ab diruenda urbe à fundamentis destiterunt, donec eam uastarent. Comam.] ramos: metaphora ab animali ad non animal. ut in uulneribus. Et congemuit.] De minori significatione suprà dictũ est. Montibus.] Plinius li. 16. ca. 17. ornum numerat inter eas arbores, quæ peculiariter montes amant: ut & illas præcipuè, quæ resinam gignunt. A

Ducere Deo.] Quòd euaserit periculum, id nõ humana opera factum, sed Dei beneficio, ostendit. Respexit ad parœmiam, σὺν θεῷ. Aristoph. σὺν θεῷ ἐρέσσετε. Effertur etiam hunc in modũ, ἐκ θεοῦ. Et Pindarus Pythiorum hymno 5. ὁ θεῶν ἕκατι, ἀπὸ μοιρᾶν τε ἄγοντα δόξαν ἱεράν. De Arcesilao, qui genus suum ab Heraclidis duxerit. Significaturi aliquid numinis ope fieri, cum Deo fieri id dicimus. Contrà sine Deo, cùm citra Dei fauorem quid eueniat. Macrobius hic, Dissedo legit. Deo.] Venere. Antiqui Venerem marem & fœminam physica ratione crediderunt. Quare Aristophanes eam ἀφρόδιτον uocat. Hac de causa Cyprij eius simulachrum barbatum, teste Macrobio, finxerunt, cui uiri ueste etiam muliebri, & mulieres uirili sacrificabant. Et Caluus, Pollentemq́ deum Venerem, dixit. Deus ἀπὸ τοῦ θεάω, contemplando, uel, ut Plato in Cratylo, ἀπὸ τοῦ θέειν, currendo dictus est. Quòd, cùm primi mortales, rerum humanarum adhuc rudes, sydera currere, ac nullo impellente moueri uiderent, ἀπὸ τοῦ θέειν illa θεοὺς dixêre. Flamma inter.] Anastrophe, & endyadis: inter flammas hostiles. Expedior.] impeditus extrahor. Ducta metaphora ab animalibus, quæ pedibus laqueo aut tricis impeditis, difficulter se euoluunt. Ast ubi.] Transitio ad domesticam tragœdiam: & primùm quidem ad pietatem suam erga parentem Anchisen, quem humeris suis urbe efferre cupiebat. Producere.] diutiùs ducere, extendere, in longum ducere. Memorat interim patris sui pietatem in patriã, cum qua perire, quam saluus & exterris superesse mauult. Neq; senes effæti, neq; principes, patria excisa priuatam salutem optare debent. B C

ARGVMENTVM.

Hac oratione Anchises alios ad fugam hortatur: & cur ipse fugere nolit, ratione assignat.

—Vos ô quibus integer æui
Sanguis, ait, solidæq; suo stant robore uires,
Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ uoluissent ducere uitam,
Has mihi seruassent sedes: satis una superq;
Vidimus excidia, & captæ superauimus urbi.
Sic ô sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis,
Exuuiasq; petet. facilis iactura sepulchri est.
Iampridem inuisus Diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuûm pater atq; hominum rex
Fulminis afflauit uentis, & contigit igni.

NASC. Vos ô quibus integer æui.] adhortatio est, quæ αἰτιολογίαν habet nõ ex ætate simpliciter deductam, sed uel à facultate, uel ab honesto propter ætatem: nam locus iste duplicem admittit sensum. Si enim suos ad fugam capessendã hortatur à facultate, hoc dicit maximã illis esse fugiendi facultatem: quibus solidæ sunt uires, integra ætas, feruidusq; sanguis: sibi uerò hanc non esse potestatem: cui propter ingrauescentem ætatem sanguis, uiresq; sunt diminutæ: ideoq; illis abeundum, sibi uerò manendum esse.

Si uerò ab honesto, hoc sentire uidetur, honestius esse, ut iuuenes seruentur, quàm senes. Obseruanda etiam est iteratio illa Vos, ô uos, quæ non ad cultum, & uenustatem, ut alibi sæpiùs, sed ad necessitatem celeriter fugiendi demonstrandam

A dem positaest. huic loco affine est illud Horatianum in Epodo:

» *Vos, quibus est uirtus, muliebrem tollite luctum*
» *Hetrusca praeter & uolate littora.*

Me si caelicolae.] *Altera causa est à uoluntate deorũ deducta, quibus mortẽ suam ascribere uidetur ex aperta coniectura: hoc enim ait: sibi satis esse excidium illud urbis sub Laomedonte uidisse: cùm uerò hoc alterum suis oculis cernere sibi contingat, facilè se conijcere sic dijs placuisse, ut una cum imperio & ipse pereat.* Satis una, superq; Vidimus excidia.] *ex afflicta uitae suae conditione commiserationem mouet per locum communẽ: qui taedio, ac satietate rerum aduersarum cupit mori.* Superq;.] *haec uox, mea quidem sentẽtia, commiserationem auget, nam plenum erat dixisse satis. Seruius tamen interpres* ταῦτον *asserit, quasi una sit uox satis superq;, & una tantùm significatio.* Sic ô sic positum.] *exaggerat commiserationis affectum à desperatione uitae, nõ quia non posset, si uelit, uiuere, sed quia putat deos nolle. Inquit enim affamini me ijs uerbis, quibus affari soletis mortuos, cùm à busto recedentes dicitis uale, uale, perinde quasi ego*

B *perierim.* Ipse manu mortem inueniam.] *renouat conquestionem à satietate uitae* κατ' ἀντίθεσιν*: quae latet in sensu. Hoc enim innuere uidetur: Vos uiuite, ego moriar manu hostis, non manu mea. alioquin uiri prudentis, rationisq; capacis* τὸ πρέπον *non seruaret: cuius non est sibi unquam ipsi necem cõsciscere.* Miserebitur hostis.] *est penè hemistichiũ superioris* ἐμφάσεως*. Hostis, inquit, misericordia ductus me hac luce priuabit. unde (ut dixi) conquestionis affectus ingens deducitur à taedio uitae: nam tanto amissae patriae dolore premitur, ut uitam cum morte commutare sibi iucundissimum putet: ita etiam in 9. Aeneid. mater Euriali:*

» *Aut tu magne pater diuũm miserere, tuoq;*
» *Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.*
» *Quando aliter nequeo crudelem abrumpere uitam.*

Exuuiasq; petet.] *non est obiectio, ut Seruius ariolatur, neq; quasi obiectio: uerum hinc quidem exoriri potest obiectio. igitur insepultus abijci, communisq; sepulchri honore carere non curas? cui statim ipse* προκαταλήψει *occurrit.* Facilis iactura sepulchri.] *exigua iactura est sepultura aut honore sepulturae, & exequiarum carere. &*

C *fortasse ad Cynicorũ sectam alludit: qui se proijci inhumatos non curabant. Cic. in 1. Tusc. quaest. aut illud innuit Euripidis ex Troad.*

» Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχὺ,
» Εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων·
» κενὸν δὲ γαύρωμ' ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε. Id est,
» *Parui referre mortuos existimo,*
» *Si dentur inferiae illis ipsis regiae:*
» *Nanq; hoc inanis fastus est uiuentium.*

Iampridem inuisus diuis.] *alias duas subnectit causas, ut probet nihil esse sibi cur uelit uiuere: altera est ab odio deorum, quod ipsis est inuisus: altera ab aetate, quod propter iam ingrauescẽtem aetatem cùm sibi, tum alijs inutilis est.* Ex quo me diuûm pater.] *ex poena, quam passus est, peccatum designat à se commissum: nam cum Venere coiuit: de quo cùm gloriaretur, Iupiter illum fulmine afflauit.*

LAMB. Hort. Vos.] *Principium exhortatione constat, ad fugam: quam ab eorum aetate confirmat, quae idonea est ad res magnas in posterum gerendas: cui opponit senium suum, quo corpore fracto, inutilis diutiùs uitae sit futurus.* Sanguis.] *In Sanguine, quoniam uitalis calor, uigor & corporis robur est, fit cur senes imbecilles sint, & frigidi, quod per aetatem is exhaustus sit: & quantum reliquum sit, frigeat.* Vos.] *Epanaphora: Vos, quibus uires integrae ad patriam uindicandam, & reddendam posteris aliquando, uigent, quiq; diu uiuere potestis: uos inquam, agitate fugam.* Me.] *Reiectio consilij, à numinis uoluntate, quam à praesentis excidij ratione colligit.* Superauimus.] *superfuimus, ut non libeat patriae excisae superesse.* Sic ô.] *Pathos à re & fictione, quasi de se iam sit conclamatum.*

Positum.] *ter conclamate Vale supremum. Solebant corpora aqua frigida ablui primùm, quòd uitalis spiritus inclusus non rarò fallere soleat: deinde per interualla ter conclamare. Quod si ne tum quidem spiritus se proderet, quasi rebus desperatis, rogo imponebantur. Hinc in prouerbium abijt, Conclamatum est: cùm significabimus, nihil superesse spei. Itaq; Anchises de se desperatum esse uolens significare, iubet ter se affatos, è Troia facessere.* Manu.] *Vitam ipse mihi abrumpam, si hostis parcat, nisi quis malit: Ipse hostis manu mortem inueniam. Sed alterum magis placet, ut ad Catonis mortem uiolentam respexisse uideatur.* Miserebitur.] *Hyperbole prouerbialis: non enim temerè hostis commouetur misericordia. Citatur à Suida prouerbij loco, Vel hosti miserandus.* ὅσι κατὰ τὴν παροιμίαν, κἂν ἐχθρὸν ἰδόντα, ἐλεήσαντος τὸν τὸ τηλικοῦτον τὸ δυστυχῆ. *Meminimus prouerbij in principio huius libri. Erasmus huic esse affine & illud docet, Quod uel ipse Momus probet. Est argumentum à maiori ductum. Si hostis miserebitur, multo iustius Troiani & liberi.* Hostis.] *pro hostes: ex uno plures.* Exuuiasq;.] *ut hosti detracta spolia. Id enim signant exuuiae, ab exuendo. Dicuntur item animalium, ut serpentum. Et exuuias bibulas dixit Plautus.* Facilis.] *Oratio ab homine prudenti, sed in rebus desperatis mortem optante, profecta. Certè id aetatis mortalibus, de iustis funebribus, de sepultura, de funeralibus parentationibus longè aliter persuasum fuit. Quae autem sequuntur, plena sunt praefracti spiritus, obstinatiq; animi, sed* φιλοσοφικόν. Demoror.] *detineo, quos iamdudum ferro aut laqueo abruptos oportuit. Addit causam, quòd superis sit inuisus: & confirmat à signo, quòd à Ioue uidelicet fulmine tactus esset: cùm nemo nisi inuisus, & ob scelus, à Ioue irato feriri soleat, ut persuasum erat. Venus Aeneam enixa, interminata fuerat, ne rem ipse cuiquam unquam mortalium proderet. Anchises cùm per incogitantiam id inter contubernales effutiuisset, ab infesto Ioue fulmine percussus memoratur. Sunt qui id ob stuprum Veneris illi accidisse credant. Pathos à debilitate.* Contigit.] *Expolitio. Fulmen nihil aliud est, quàm uentus igneus trium syderum, qui in terras decidit, qualis plerunque cum bonitu crepitum antecedit. De huius ratione multa Aristoteles, Seneca, Plinius, & alij prodidêre. Stoici fulmen definiebant ualidam incensionem, quae uehementi impetu, cùm inter se nubes ui uentorum colliduntur, in terras ruat. Nonnulli, conuersionem ignei aëris in terram lapsam. Hinc nascitur fulmen uiolentum, quod Typho appellatur, & ipsum magna ui spiritus deorsum deiectum. Alij fumantem spiritum uocant, qui rupta nube dilabitur. Epicurus dixit, fulmina posse fieri per multos uentorum concursus, conuolutiones, ualidamq; euaporationem. Itaque inter omnes constat, esse uen-*

c tum.

tum. Et persistit Poëta in metaphora cùm eum afflatum hoc est, flatu ac uento fulminis tactum dicat: id quod statim luculenter expolit, Et contigit igni. Fulmen aut afflat aut incendit, aut fundit. A

ARGVMENTVM.

Pertinaciam patris, diligentiamq; suam, ac totius familiæ suæ memorat: qua vsus est, vt patrem ab incœpto reuocaret.

Nasc.

Talia perstabat memorans, fixusq; manebat.
Nos contrà effusi lacrymis, coniuxq; Creusa,
Ascaniusq;, omnisq; domus, ne uertere secum
Cuncta pater, fatoq; urgenti incumbere uellet.
Abnegat, inceptoq; & sedibus hæret in iisdem.
Rursus in arma feror, mortemq; miserrimus opto.
Nam quod consiliũ, aut quæ iam fortuna dabatur?
Méne efferre pedem, genitor, te posse relicto
Sperasti? tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituræq; addere Troiæ
Teq;, tuosq; iuuat. patet isti ianua leto.
Iamq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natũ ante ora patris, patrẽ qui obtruncat ad aras.
†Hoc erat alma parens, q̃ me per tela, per ignes
Eripis? ut mediis hostem in penetralibus, utq;
Ascaniumq;, patremq; meum, iuxtaq; Creusam.
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma uiri, ferte arma, uocat lux ultima uictos.
Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam
Prœlia: †nunquam omnes hodie moriemur inulti.

†al. Hocce
†al. nusquã

Nos cõtra effusi lacrymis.] rursus conabamur omnes eum à proposito reuocare: & uerbis lacrymæ iungebãtur, ut si rationibus flecti nõ posset, lacrymis saltẽ, & gemitu suorũ moueretur. Sic enim Oratores facere solent, ut cùm argumẽtis, rationibusq; efficacissimis usi fuerint, tãdem ad effectus mouẽdos descendant: & pro necessitate causæ doleant, succenseãt, lacrymentur: ut auditores in quem uelint animi habitũ perducant. Illud certè mirum est, quod cùm Aeneas, Ascanius, Creusa, tota deniq; eius familia simul Anchisem rogarent, ut se persuaderi pateretur, ad hanc familiæ coniunctionem exprimendam, oculisq; subijciendam Poëta uerborum coniunctionibus utitur. Est autem schema articulo contrarium, quod Græci πολυσύνδετον appellatur. ut 3 Georg.

» Armaq;, Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram.

Huc acciri potest illud ex 10. Aeneid.

» Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
» Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ
» Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
» Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.

Rursus in arma feror.] mouet commiserationẽ ex incommodis, calamitatibusq; suis: quibus tantopere premitur, ut mori cupiat. Nam quod consilium.] αἰτιολογία est ab inopia consilij, & auxilij deducta: causam assignat, quamobrem mortem optârit, quia nullus esse uidebatur consilio, aut auxilio locus. Méne efferre pedem, genitor.] probatæ pietatis filius nõ semel, sed sæpius patrem monet, bis, atq; iterum hortatur, ut impetum hostium fugiat: omnia tentat, omnem lapidem mouet, ut eum à tam præpostera mente, obstinatoq; animo reuocet. Vnde apertissima elicitur Aeneæ commendatio ab officio pietatis erga patrem: nam cùm iterum arma sumpsisset animo pugnandi, ac moriendi, paterna pietate retentus: Me'ne, inquit, ἐμφατικῶς perinde quasi diceret. Ego'ne, qui pietatem profiteor, istuc conari queam, ut te relicto ipse abeam? huic affine est illud Ouidij in epist. Hermiones:

» Ipsa ego, non longos etiam nunc scissa capillos
» Clamabam, sine me, me sine mater abis?

Et Iuturna in 12. Aeneid.

» —haud quicquam dulce meorum

Te sine frater erit. «
Magna uis est in pronominibus istis me, te. locus autẽ iste de Sophoclis Aiace flagell. sumptus esse uidetur. sic enim ait:
τὸ γὰρ δίχα σοῦ, «
οὐ νώνυμος.
Huic quoq; persimile illud est Horatianum in 2. libro Carm. ad Mecen.
Cur me querelis ex- «
animas tuis? B
Nec dijs amicũ est, «
nec mihi, te prius
Obire Mecenas, «
mearum
Grãde decus, colu- «
menq; rerum.

Tantũq; nefas patrio excidit ore?] κατ' ἀντίθεσιν patrem impietatis grauiter arguit, hoc, ut opinor, modo: sic me stringit pietas tua pater, ut sine te hinc abire non possim, tu uerò impius es, & crudelis, tuorumq; saluti parùm consulis: qui cùm nos sola fuga seruare possis, eo tamen consilio morari uideris, ut nos crudeliter perdas: ueruntamen uno uerba & patrem excusare, & reprehensionem temperare uidetur, cùm ait, excidit. Illud enim ex ore, seu ex lingua nobis excidere dicitur, quod inconsultè profertur, ac nobis penè inuitis, ex ore nostro labi uidetur. In hac penè tota Aeneæ, & Anchisæ contentione Poëta Euripidem proculdubio imitatus est: apud quem Hecuba, & Talthybius itidem mutuò altercantur de profectione. Hecuba negat C abire: sed excisa Troia flammisq; consumpta, unà quoq; & ipsa uult perire: Talthybius uerò ipsam increpando ad fugam hortatur. Versus Euripidis extant in Troad. iuxta finem: quorum nonnullos paulò antè adduximus. Satis igitur sit me indicasse locum, ut si quis eos uidere uelit, eò facilè adire possit. Si nihil ex tanta superis.] perstat in reprehensione: quam ab æquo, & honesto deducit. hoc modo si ipse mortem negligis, imò potiùs appetis, nec in uita amplius esse uelis: tuorum tamen habenda tibi ratio est: quibus longè antiquior est uita, quàm mors. huc acciri potest affectus ille ex 10. Aeneid.

Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux «
Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ «
Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis «
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem. «

Iãq; aderit multo Priami] ut patrẽ moueat, Pyrrhum iam iam dicit affuturum: ut uerò ipsum magis terreat, illius crudelitatem, atque impietatem exemplo Priami, & Polytæ amplificat. Estque locus ex Euripidis Hecuba desumptus: quem præclarè, atque appositè imita-

A *te imitatus est Poëta. sic enim ait ille:*

» *ἧξει δ' ὀδυσσεὺς ἤδη ἰκάδε*

» *πῶλον ἀφέλξων σὸν ἀπὸ μαζῶν.*

» *ἐκ τῶν γερμάτ χερὸς ὀρμώμενος.*

ita ad verbum sonant:

» *Aderit uerò Vlysses iam iam,*

» *Pullum abstracturus tuis à mammis,*

» *Et ex senili manu tui ablaturus.*

Hoc erat alma parens.] *doloris sui magnitudinem uaria sermonis commutatione cùm ad monendam, tùm ad amplificandam commiserationem ostendit: nam modò patrem reprehendit, modò matrem accusat: interdum omnia desperans iterum arma poscit, ut strenuè dimicando honestè occumbat. iam κατ' ἀποστροφὴν sermonem conuertit ad matrem cum honesta reprehensione, nec absque querela: unde ingentem mouet commiserationis affectum per locum communem ex infausto rei euentu, quasi eo consilio de ignibus, telisq́ hostium ab ea ipse ereptus fuerit, ut stragem suorum oculis cernat. Nam horrendum est spectaculum (uti antea ex Euripide retulimus) patrem*

B *filij, filium patris caedem spectare: hoc alij παρ' ὑπόνοιαν & præter spem uocant: sanè isti uersus magno cum affectu, ac ingenti cum asseueratione pronunciandi uidentur: alterum plures indicant iterationes: quæ plurimum acrimoniæ habere solent: alterum ἐπανωμάλεον demonstrat. cuius uis hoc in loco tanta est, quantam paulò antea esse docuimus.* Arma uiri, ferte arma.] *furit ex desperatione rerum suarum ob patris obstinationem, firmumq́ remanendi consilium. Repetitio uocis celeritatem, animiq́ ardorem designat.* Vocat lux ultima uictos.] *innuit se fortiter pugnaturum, tanquam qui salutis suæ nullam spem habeat: nam qui huiusmodi calamitate urgentur, alacriores ad pugnam fiunt, ac fortiùs dimicant. unde illud est:*

» *Vna salus uictis nullam sperare salutem.*

Reddite me Danais.] *è quibus me mater eripuit.* Sinite instaurata reuisam Prælia.] *à Græcis: uel sinite ipse instaurando prælia reuisam. Hæc cùm celeritate proferenda sint, ut agentis illius animi uigor, & uelocitas exprimatur: ad quod uel dissolutio membrorum orationis nos propè iam inuitare uidetur.* Nunquàm omnes

C hodie.] *τὸ πρέπον hominis irati.*

LAMB. Hort. TALIA.] *Talibus dictis perseuerabat in moriendi consilio: ut neque lachrymis, neque precibus à pertinacia dimoueri posset.* Fixus.] *obstinatus. metaphora in expolitione.* Nos contrà.] *Diuisio, quæ Tragicam domestici luctus faciem exponit.* Omnis.] *Metonymia.* Abnegat.] *se excessurum nobiscum: quippe indecorum pariter & turpe seni.* Abnegare,] *usurpauit, pro constanter negare, propria significatione. Nam abnegamus fidem, pietatem, quam maximè profiteri conuenit.* Vertere.] *pro subuertere: mutatio figuræ est.* Effusi lacrymis.] *pro, effusi in lachrymas, seu effusit lacrymis: Hypallage.* Sedibus.] *Decorè, fingit patrem sedentem: quippe senem decrepitum, & per ætatem inualidum. Hæret obstinatus in destinato consilio, & sella, è quorum neutro potest dimoueri.* Quod consilium.] *Quo consilio, quid tentarem dubius eram: patréne relicto reliquorum saluti consulerem, an cum eo omnes in præsens discrimen conijcerem.* Méne.] *Principium abruptum. Et decorè patrem amanter & piè obiurgat de obfirmata pertinacia, facti turpitudine proposita: quòd omnes in præsentem mortem nullo suo commodo aut salute temerè præcipitare, quàm suorum incolumitati consulere malit.* Te posse relicto.] *Reiectio ab indecoro & turpi. Hortatus fuerat Anchises suos ad fugam. Quid æquè turpè, aut magis alienum ab officio filij, quàm relicto ad caedem patre fuga sibi & suis consulere?* Efferre.] *Mouisti, nedum fugere.* Nefas.] *ut te authore, facinus nefarium à nobis, haud citra impietatis notam, in te perpetretur.* Patrio.] *A' persona. Patris est, filium ad honestum & pietatem exhortari.* Si nihil.] *Refutat ratiocinationem patris, minus aptè conclusam: unde infert, ne se quidem fugere debere. Si dij uoluissent me diutiùs superesse incolumem, hanc mihi seruassent urbem. At patriam exciderunt. Concludit Aeneas, iuxta hanc ratiocinationis formulam, neminem patria euersa superesse debere. Proinde neque se, neque uxorem, neque liberos seruari debere: quasi uerò cum captis urbibus uel fatali quadam necessitate omnibus occidendum, uel honesta fuga superstitibus præclusa esset: id quod refutat, etsi ab animo patriæ amantissimo sit profectum.* Sedet.] *Si stat sententia, te & omnes tuos unà cum urbe deleta internecione delere: est, ubi erit moriendum, locus.* Iamq́.] *Terret ab exemplo Priami, & recentis authore cadis. A' maiori: Si regi nihil pepercit, ne tibi quidem est parsurus. Addit amplificationem crudelitatis, à personis, re & loco. Ita uno uersu multa simul proponit, quo senem à sententia deducat.* Natum.] *Pathos à sua persona.* Patris.] *A' relatione, affectus uehementer ad mouendum accommodatus.* Aras.] *A' loco. Et necessariò hos affectus adhibet, quòd nulla æquè argumenta efficacia sint ad obstinatiam animi paterni retundendam.* Hoc erat alma parēs.] *Exornatio, ab auersione ad matrem Venerem. Prius mihi fuisset, pugnando fortiter hostium telis oppetere: quàm meorum, quos in uita charissimos habeam, caedem ante oculos obtueri. Ergo rei indignitas à causa finali ducta est, quod per speciem beneficij maioribus miserijs seruaretur.* Penetralibus.] *Indignum à locos quam rem amplificat gradatione. Cernam hostem in penetralibus. Ascanium mactari, patrem trucidari, uxorem perimi, & hos in mutuo sanguine uolutari. Ecquid his indignius potest excogitari?* Ascaniumq́.] *Polysyndeton.* Mactatos sanguine cernam?] *Atrocitate dictionis rei indignitatem exaggerat. Nam uerbum* Mactare *cùm propriè ad oues & alia bruta animantia, quæ cæduntur, pertineat, remota metaphora tragicum per se exitum multo atrociorem efficit.* Arma uiri.] *Animi rebus desperatis concitati solatium, uindicta est. Ita ingenium humanum uindictæ cupidum est, ut dolor & pœna, si non in uniuersum tollantur, certè leniantur, contemnanturq́, si certa illorum uel spes sit, uel supplicium sumptum sit. Vt terrorem patri injiciat, uult se in certam mortem præcipitare, sed non sine strage hostium.* Arma.] *Mixti pedes citum quàm impetum concitati animi subijciunt: neque uerò minus repetitio uocis* Arma. Lux.] *Vltimus dies: synecdoche. Et sine peroratione abrumpitur oratio, id quod res trepida postulat.*

ARGVMENTVM.

Cùm arma sumpsisset Aeneas, vt rursus cum Græcis vltimam pugnam iniret, lacrymis, & eiulatu Creusæ paululùm retinetur, cum interea monstrũ è cœlo oritur, quod Ascanij felicitatem portendebat, quo viso Anchises illicò se Aeneæ voluntati subijcit.

Hic ferro accingor rursus, clypeoq; sinistram
Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniunx
Hærebat, paruumq; patri tendebat Iülum.
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquã expertus sumptus spẽ ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui paruus Iülus,
Cui pater, & cõiunx quondã tua dicta relinquor?
Talia uociferans, gemitu tectum omne replebat.
Cùm subitum, dictuq; oritur mirabile mõstrum.
Namq; manus inter, mœstorumq; ora parentum,
Ecce leuis summo de uertice uisus Iüli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia *molli
Lambere flamma comas, & circum tẽpora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & *sanctos restinguere fontibus ignes.

*al. mollea
*al. sacros

NASC. Hic ferro accingor rursus.] Poëtã admirãtur nõnulli cur sæpiùs dicat Aeneã arma sumere, cùm illum armis exui nusquam dixerit: multi etiam illum reprehendũt ignorãtes μικρολογίαν illã à poëtis euitari: quæ cùm nihil ponderis orationi affert, tũ maximè decorem aufert: quam summopere euitandã uel Cicero ipse in rhetor. admonet. Satis enim dilucidè intelligi potest, si sæpiùs arma sumpserit Aeneas, eum etiam sæpiùs arma deposuisse. Ecce autem complexa pedes.] hæc muta persuasio est: quæ non uerbis fit, sed rebus. Nam Creusa, cùm uel propter doloris magnitudinem, uerba sibi ad persuasionem deesse uideret, uel ea potiùs, si protulisset, inania fore cognosceret, ad pedes coniugis se deijcit, eiq; natum, cuius salutem, si abijsset prodebat, ostendit. Quæ quidem in re maior plerunque uis inesse quàm in oratione solet: magis enim quandoque spectacula mouent quàm uerba. atq; illud est, quod Cicero in partit. disputat, fidem non uerbis tantùm, sed rebus etiam fieri: quamobrem cùm causam quandam perorarét, ut ipse in orat. testatum reliquit, filium paruulum sustulit quo uagiente, ipsoq; lacrymante, fletu, ac lamentatione totum forum completũ est. Si periturus abis.] persuadet à iusto, ab honesto, & ab utili per complexionem: quæ Græcis διλήμμα appellatur: hoc modo, aut omnino tibi pereundum esse putas, aut aliqua salutis tibi spes inest. Si pereundum est tibi, pereamus unà omnes: si qua salutis tibi spes pugnando remanet, tutare primum familiam tuam hoc iustum, hoc honestum, hoc utile est. non dissimilis est affectus Alcynoës apud Ouid. in 11. Metamorph. cùm ait:

» Quod tua si flecti precibus sententia nullis
» Chare potest coniux, nimiumq; es certus eundi,
» Me quoq; tolle simul: certè iactabimur unà.

& quæ sequuntur. Cui paruus Iülus.] cum interrogatione, & affectu maximo. quale illud est ex quarto Aeneidos:

» ———cui me moribundam deseris hospes?
» Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.

Huius etiam loci quædam imago est apud Eurip. in Iphig. in Aulide, ubi hunc in modum Clytemnestra loquitur:

» Ἀπὸ ... [illegible]
» ... [illegible]

Sed uidetur Homerũ imitat⁹ in sexto Iliad. ubi Andromacha Hectorem maritum suũ non absq; lacrymis alloquens, eadem ferè querela utitur. Trifariam uerò commiserationẽ monet. primùm ab ætate: id est, ab infantia nati, & à senectute patris: deinde à sexu, & ab affinitate, seu ab uxoria coniunctione, quod fœmina, & coniux à uiro deseritur: quod filius patrem, pater filiũ ab hostibus necãdum relinquit. Talia uociferãs.] ναὶ θ. Ecce leuis.] prodigiũ exortũ describit: quod Ascaniũ regem futurum portendebat. B Nos pauidi trepidare metu.] uoltoc à timore.

LAMB. Hort. Hic ferro.] Catastrophe superioris loci, planè Tragici, quæ tristem uxoris complorationem propter mariti discessum exprimit, ne quis locus luctus uacet. Lorum scuti dicit, πόρπακα à Græcis appellatum, inter quod & scutum inseritur læua manus. Homer. Iliad. 2. ... ἀσπίδος ἀμφιβρότης—. Ferrum, materia pro re confecta. Complexa.] Pathos à gestu uxoris, & ætate. Obiectu enim pueri, facilè præferocem spiritum à destinata & præcipiti consilio auertit. Tendebat.] obtendebat. Si periturus.] Pathetica oratio, qua affectus pia cõiugis in maritum arguitur, cùm fortiter & honestè mauult cum eo omnia extrema ferre, quàm turpiter absq; eo superesse. Consulit à pio, ut si quam spem in armis suis habeat, domum, liberos, patrem & uxorẽ tueatur. Paruus.] Pathos ab ætate Coniunx.] A necessitudine coniugali. Talia.] Occasionem memorat, quæ fuit Anchisæ oblata ad capessendam fugam, prodigium: unde futurorũ rerum interpretatione collecta, deorum ualuntatem apprehendit & sequutus est. Ex hoc loco & alijs colligunt quidam, Anchisen nõ ignarum fuisse uaticinandi & scientiæ auguralis. Et in littore quatuor equos oblatos, in omen pacis & belli uertit. Vociferans.] Vociferatio hæc non tàm ad indignitatem rei, quàm ad ægritudinem & dolorem referenda est. Tectũ.] C pro domo, synecdoche. Monstrum.] prodigium. Sunt autem monstra, quæ præter naturam fiunt aut nascuntur. Alioqui monstra sunt, præsensiones & prædictiones rerum futurarum, authore Cicerone, quæ futura denunciant, ostendunt & portendunt. Hinc ostenta, portenta & prodigia. Et in eo significato hoc in loco usurpauit Poëta. Prodigium enim erat, quod citra noxam caput pueri ita flagraret, ut non læderetur. Portendebat enim regnum puero, & diadema regium capiti aliquando imponendum. Vnde accidit, cur Anchises mutato in diuersum consilio, illicò ostento acquiesceret. Atq; haud scio an pontificatum maximum illi portenderit, quòd sacerdotium quidam illi postea hæreditarium traditum in Italia ferunt, ne paterni regni portione defraudatus per secundas nuptias diceretur. Sunt qui putent, ostentorum uires

in nostra

A in nostra esse potestate, & ut quæque accepta sint, ita ualere. Docet id Plinius multis exemplis, lib. 28. cap. 2. Inter ignium miracula recensentur repentini ignes in aquis & corporibus humanis, qui interdum etiam ambustione præsentaneam pestem adferunt. Simili modo Seruio Tullo, puero adhuc, dormienti in regia, ex capite flamma emicuit, & citra nocumentum arsit, donec unà cum somno abiret. Quam rem Tanaquil ita interpretata fuit uiro, ut is puer aliquando ornamentum, lumen & præsidium regiæ esset futurus. Cæterùm hic extinguit, illa restingui prohibuit: & uterq; ignis regnum denunciabat. Repentini ignes priscis sacri erant. Ora.] in conspectu. Lumen.] flammam: zeugma, Apex uisus, & flammis: estq; expolitio synonymiæ. Apex.] Apex propriè erat uirgula lanata: hoc est, in cuius extremitate in summo flaminis pileo, parū lanæ erat, quod primùm ferunt ab Ascanio Alba institutum. Valerius Maximus de Sulpitio: Apex inter sacrificandum prolapsus, sacerdotium abstulit. Et pontificum insula ita appellari potest. Metaphoricè pro parte uerticis, & summitate acuminata rei cuiuslibet. Transfertur ad summam authoritatem: Apex senectutis, est authoritas. Lambere.] leuiter tangere: ab animato ad non animal: hoc est, ad ignem: ut & pasci. Trepidare,] modus pro modo. Excutere.] Sic Liuius de Seruio Tullio, cuius caput ardere uidebatur: Cùm quidam familiarium, aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoq; tumultu, moueri uetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset: mox cum somno & flammam abisse. Sanctos.] castos. inuiolabiles. Macrobio, sacros, quasi diuinitùs profectos. Fontibus.] aqua: synecdoche.

ARGVMENTVM.

Viso prodigio Anchises lætatur, attollensq; manus Iouem precatur, ut omen confirmet, sibiq; ipsis opē ferat: expleta precatione signum è cœlo confirmationis prosperum apparet.

B

NASC. IVPPITER omnipotens.] εὐχὴ: i. precatio est: qua duo petit: respici oculis Iouis, & adiuuari: sed utrunq; sub conditione petit si res mortalium illi curæ sint, quod negant Epicurei: & si ipsi ob pietatem aliquid merentur, faculatatem in eo esse astendit, quem omnipotentem appellat.

At pater Anchises oculos ad sydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum uoce tetendit:
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Aspice nos, hoc tantum & si pietate meremur:
Da deinde auxilium pater, atq; hæc †omnia firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoq; fragore
Intonuit læuum, & de cœlo lapsa per †umbram
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram se condere sylua,
Signantemq; uias: tum longo †limite sulcus
Dat lucem, & latè circùm loca sulphure fumant.

†al. omina
†al. vmbras
†al. limine

Vix.] Confirmatio ostenti, & comprecationis à signo auspicato: hoc est, omine insequuto. Erāt id tonitruum læuum. Etenim læua fulmina ac tonitrua fausta omnia portēdebant. Estq; altera causa, cur filio ad fugam consentiat. Ex augurū disciplina erat, ut cùm unum omen satis non esset, id alia cōfirmaretur: id quod hic obseruauit Poëta.

Verum quia aliud est posse, aliud uelle: sub ea conditione Iouem precatur, si hominum precibus flectii, & bonorum merita premio afficere consueuerit. unde latissimus est Theologo disputandi campus. Hoc tantum.] quia intuentes dij adiuuant. unde illud est:

» ——atq; oculos Rutulorum reijcit aruis.

Cuius rei non ignarus Anchises petit hoc tantum: id est, à C Ioue respici. Atq; hæc omnia firma.] quia oportebat augurium ex simili confirmari: uideto Seruij cōmentaria: quamobrem alterius augurij descriptio sequitur.

Intonuit læuum.] felix, faustumq; signum: nam apud Rom. (ad quorum augurialem disciplinam proculdubio alludit) quæ à læua cœli parte ueniunt signa. hoc est. ab occidente, prosperæ sunt: quæ uerò à dextra, id est ab oriente, infausta: apud barbaros felicissima. Illā summa super.] fortasse alludit ad stellam: quæ à nece Iulij Cæsaris septem perpetuis diebus fulsit. Tranquill. in Cæsare. sed aut de stella crinita intelligendum est, aut una est de facibus. Sunt enim quædam stellæ, quæ faces appellantur. Plin. lib. 2 nat. hist. cap. 16. Cernimus Idæa clarā.] huius prodigij significationem egregiè, atq; optimè Seruius explicauit.

LAMB. Hort. ANCHISES.] Innuit se prodigij uim intelligere: quare lætus deos precatur, ut firmū id aliquando præstēt, quod significabatur. Et Aeneas decorè inter narrandum, indicium suum supprimit: ut qui ne ipse quidem tum fatorum suorum esset præscius. Cœlo.] ad cœlum. Meremur.] A meritis suis, & uerecunda commendatione pietatis.

Hetrusci cœli faciem in XVI partes ita secabant, ut octo ab ortu sinistras, ac totidem dextras finirent. Et quia læua mundi pars ortus est, læua fulmina fœlicia esse uoluêre. Dionysius testatur, augures cum mundi partem, unde sol cæteriq; planetæ oriuntur, spectare solitos. Sed & omnia ad septentrionem uergentia auguria captantibus sinistra esse. Constatq; septentrionalem partem nobis esse eminentiss. Quare stultis mortalibus persuasum fuit, tum eam potentiorem esse, tum auguria inde profecta, efficaciora, melioraq;. Stella.] Tertia causa, ostentum cæteris prodigiosius: cometa, quam periphrasticè stellam trahentem facem: id est, lucidam caudam uocat. Hac fugæ uiam monstrat. Læuum.] nomen pro aduerbium. Idæa sylua.] sylua hic Iouis delubrum erat, sacrarium & ara, teste Homero. Ida nomen habet ab illa quæ in Creta est, ubi Ἰδαῖον ἄντρον est, καὶ ὄρος, à quo Ἰδαῖοι δάκτυλοι dicti: & Ἰδαῖον, ψυχρόν. & ἴδα, πᾶν τὸ σύμφυτον. Appellata Ida existimatur à nympha, quæ Iouem aluerit. Mons autem est, & sylua Troadis. Adiacet Scamandro Ida amnis, primùm Gargarum appellatum nam Gargara, urbs Troadis, fuit initio in summitate Idæ, à Gargaro Iouis filio denominata, & Larissa in Sicilia. Ipsum gentile nomen Gargareus. Plutarchus prodit ἐν τῷ περὶ τῶν ποταμῶν, hoc ipsum: in Ida nempe Iouis & matris deûm aras esse: & de nominis mutati ratione hanc refert historiam. Aegesthius quidam Diospori adamabat puellam, ex qua sustulit Dactylos

Idæos appellatos. Et cùm illa in adyto Rheæ desipuisset, eius honoris causa Aegesthius de illius nomine montem Idam nuncupauit. Addit idem, lapidem Cryphium ibi gigni, qui solùm in deorum mysterijs conspicuus sit: unde etiam nomen factum. Sunt & ἰδαῖοι οἱ κορυφαῖοι λοφοι, teste Suida. Quidam authores sunt, teste Strabone in 13. Idam ab Ilio stadia triginta abfuisse. Nec Troiam eandem esse, quæ sua tempestate uisebatur, cùm ea longiùs & humiliori loco sita esset, à monte, quàm uetus illa. Est autem Ida figura scolopendri ita posita, ut ipsa summitate in mediterranea excurrat, ac circa Zeliam cursum sidat: inde propè Lectum oppidum in Aegæum pelagus excurrat. Arguit ostentum, collecturos Idam petituros. Limite.] *Ducta est metaphora ab agrorum cardinibus, in quibus propriè limites sunt uiæ & termini, qui transuersim agros diuidunt. Limis transuersus. Persistit in metaphora, cùm addit, sulcum dare lucem, nec ab allusione recedit.* Sulphure.] *Quòd fulgura & fulmina sulphuris odorem habeant. Sed & ipsa coruscatio planè sulphurea est. Sulphur ignem diuinum esse putant. Hinc Græcis θεῖον utrumque signat, & diuinum & sulphur: quod Hesychius ἐμπύριον πῦρ rectè interpretatur, ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Itaque in sulphureo fumo fulmen Iouis agnoscit: quo admonitus, ab abfirmatu consilio cedit. Quare disertè ante texit, tum demum uictum patrem, & sanctum sydus adorasse. Iam illud item tenendum est, sydus positum esse pro stella, cùm alioqui signum significet, quod ex multis stellis compositum est.* A

ARGVMENTVM.

Victus augurio Anchises, cedit, & filio se comitem parat.

Hic uerò uictus genitor, se tollit ad auras,
Affaturque deos, & sanctum sydus adorat:
Iã iã nulla mora est, sequor: & quà ducitis, adsum.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem:
Vestrũ hoc auguriũ, uestroque in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

NASC. Ad auras, SE tollit ad auras.] *Surgit. & est ex augurũ disciplina tractum: qui obseruatis auspicijs statim de templo: id est, augurali loco recedebant: nisi fortè mauis legere ad oras. nam sequitur: Affaturque Deos.*

Iam iam nulla mora est.] *quem nec preces, nec pietas nati, nec periculum mortis mouere potuerant, ut abiret, augurium mouet. abitionemque ipse accelerat.* Dij patrij.] *κατ' ἀποστροφὴν dijs gratias agit: eorumque rursus augurium implorat.* Vestrum hoc augurium, uestroque.] *παρονομασία ex uarietate eiusdem nominis casuum.*

politiones ascendant. Nulla mora est iam amplius: sequor, adsum, quacunque ducitis: cedo equidem, nec recuso ire tibi comes. Dij patrij.] *pia precatio commendantis in abitu dijs patrijs, domũ & familiam: in primis autem Iulum, quando omnino excedendum est, ut eum seruēt incolumem.* Dij patrij,] *θεοὶ πατρῷοι, ijdem erant qui penates: quos & patrios penates, & Magnos subin appellat: de quibus aliàs annotatum est.* B

Vestrum.] *Agnoscit prodigium, non fortuitum, sed à Dijs profectum, eoque se moueri ad deserendam rebus perditis patriam.* Numine.] *potestate, seu arbitrio. Et epanaphora intendit affectus.*

LAMB. Hort. IAM.] *Assentitur prodigij: id quod synonymiæ ex-*

ARGVMENTVM.

Patrem hortatur, vt humeros suos ascendat, eique cùm in prospera, tum in aduersa fortuna se præstò futurũ pollicetur.

Dixerat ille. & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiusque æstus incendia uoluunt.
Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ,
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit.
Quò res cunque cadẽt, unum, & commune periclũ,
Vna salus ambobus erit: mihi paruus Iulus
Sit comes: & longè seruet uestigia coniux.

ASC. ET iã per mœnia clarior ignis Audi.] *Crepitus ignis rationem habẽt ubiectũ oculorum ad aurium sensum transtulit.* Eego age chare pater.] *Aeneæ ad patrem adhortatio pietatis plena. Adhortatur autem eum sic, quasi ascensum differre uideatur: nã hanc uocem ergò orationi semper (ut auctor est Donatus in Terent.) iungere solemus, cùm hortamur hominem tardè aliquid agentem. Terent. in Adelph.*

» *Ergo propterea te sedulò & moneo, & hortor,*
» *Ne cuiusquam te misereat quin spolies.* & reliqua.

Nec me labor iste grauabit.] *tedij, laborisque suspicionẽ aufert, unde quanta sit sibi erga parẽtem pietas, liquidò demonstrat.* Mihi paruus Iulus.] *πολλαχῶς omnes prorsus difficultates occupat, quas obijcere potuisset Anchises: ego senex filius puer, uxor fœmina hos iter tantum cum celeritate, quanta nunc opus est, conficere non poteramus: quas etiam mira breuitate dissoluit. ego tollam te pater in humeros: Ascanium dextra traham: uxor*

uestigia mea sectabitur. Longè.] *ualde. ut apud Sal. longè mihi alia mens est, patres conscripti: non enim conuenit, ut uxor à longè uirum sequatur.* C

LAMB. Hort. CLARIOR.] *Amplificat horrorem, ut præcipitantius fugiat. Nam per moram præsentius periculum in uniuersum omnibus imminebat.* Auditur.] *Licet ignis oculis tantùm & tactu percipitur: ad sensum communem tamen æstus incendij, uenit fragorem excitans, auditu apprehenditur. Aestus propriè est, Solis flagrantia. Transfertur & ad motum fluctuum, & turbulentam rerum agitationem: Furit æstus arenis. & æstum animorum dicimus.* Eego age chare pater, &c.] *Exordiũ exhortatione constat, ut humeris imponatur: illustri & memorabili pietatis exemplo in patrem, liberos & coniugem, omnibus contemptis periculis, in quibus medius uersetur. Diligenter orationis œconomia obseruanda est, in qua partitur officia ex æqua omnibus. Primùm parenti, ne is humeris impositus grauetur: se oneri successurum.*

A *furum. Extenuat laborem à facili & periculorum contemptu. ἐκ μείζονος κακοῦ ἐλάττων. Iülo mandat, ut patri comes eat. Vxori imperat, ut præcedentem ex interuallo sequatur. Ad postremum famulis edicit, ut itineribus diuersis in constitutum locum conueniant. Et omnia hæc artificiosè & decorè ita digerit, ut rei præcipiti breuia & concisa commata attemperentur. Ac ne quid ad absolutam pietatem principis præstantissimi desideretur, sacrorum curam patri mandat: & causam addit:* Quò res cunque cadent.] *Timesis: Vtcunque fortuna cadat, commune erit periculum & salus.*

A R G V M E N T V M.

Habita ratione salutis filij, patris, & vxoris, ne famuli quidam erant relinquendi. Locum igitur illis describit, quò ut conueniant, velit. Ipse verò sublato in humeros patre, apprehenso manu filio, obseruante illius vestigia vxore, graditur.

NASC. Vos famuli.] *ἀποστροφὴ sermonem conuertit ad famulos: quos ut attentè audiant, quæ ipse dicturus est, admonet: deinde præmissa descriptione, locum quò uult*
B *ut omnes conueniant.*

Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite uestris:
Est urbe egressis tumulus, templumq́ue uetustum
Desertæ Cereris: iuxtaq́ue antiqua cupressus,
Religione patrum multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso sedem ueniemus in unam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosq́ue penates.
Me bello è tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, subiectaq́ue colla
Veste super, fuluiq́ue insternor pelle leonis,
Succedoq́ue oneri: dextræ se paruus Iülus
Implicuit, sequiturq́ue patrem nō passibus æquis.
Ponè subit coniunx: ferimur per opaca locorum.
Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis,
Suspensum, & pariter comitiq́ue oneriq́ue timētem.

Dextræ se paruus Iülus.] *Factū exprimit, & causam: non enim poterat passibus æquare patrem, quia puer erat.* Ferimur per opaca locorum.] *Quia domus Aeneæ longè ab arce remota in sylua posita erat. Itaq; rei fidem facit à qualitate loci: nulla siquidem alia ratione hostes euitare potuisset, nisi per loca auia, arboribusq́ue occlusa iter habuisset.*

Est urbe egressio.] *τοπογραφία: loci descriptionem aggreditur: & signa apponit, templum uetustum: uetusta cupressus: huiusmodi locorum descriptiones interdū non poëmata solùm exornant, uerumetiam nescio quid ἐνάργειας orationi addere solent.* Tu genitor cape sacra manu.] *Auditorum beneuolentiam sibi conciliat ex optima animi sui conscientia, & ex reuerentia, quam exhibere uidetur Dijs: quos pollutus cæde, manibus contrectare non audet, donec uiuo flumine lotus cæde fuerit expiatus: unde illius etiam occulta laus elici potest à fortitudine: qui in teterrimo bello multos occiderit, indeque ipse illæsus abierit. Expressit autem morem priscorum: qui aliquo crimine polluti, aqua uiua se expiabant: cui rei tantopere tribuebant, ut ne sacerdotes*
C *quidem priùs ad sacra accederent peragenda, quàm aqua se fluuiali abluissent. Scriptum reliquit Dionysius Halicarnass. antiq. libro primo, Herculem, occiso Caco, Ioui inuentori sacra facturus in Tyberi flumine se abluisse, ut cædis crimine se expurgaret. Homerum imitatus fuisse uidetur, qui Iliad. ζ Hectorem inducit negantem in ullo licere sibi puluere, & cæde fœdato Ioui libare uina, aut preces effundere. sic ille ait:*

" χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον,
" ἅζομαι· οὐδέ πῃ ἔστι κελαινεφέϊ Κρονίωνι
" αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.

id est,

" *Nec manibus libare Ioui me ardentia uina*
" *Sanguine fœdatis aquum est: nec Iuppiter audit*
" *Turpia sanguineo pollutos corpore tabo.*

Latos humeros.] *Laudat se à fortitudine corporis: nam humerorum latitudo in homine maximum est roboris signum. unde illud est de Darete ex 5. Aeneid.*

" *Ostenditq́ue humeros latos, alternaq́ue iactat*
" *Brachia.*

Nunc omnes terrent auræ.] *ὑπὸ ... & à timore: qui non ex animi illius imbecillitate (nam paulò antè dixerat:*

Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, nec aduersa glomerati ex agmine Graij.

Sed ex nimia in suos charitate fiebat: non enim sibi, sed patri, sed nato, uxoriq́ue timet. Locus igitur misericordiæ communis esse uidetur, per quem de suorum salute magis, quàm de sua se commoueri ostendit.

Est urbe egressis tumulus.] *Amplificatio, à descriptione loci. Describit autem templum Cereris, à uetustate & adiunctis, tumulo uidelicet & cupresso: quam & ipsam à uetustate & religione circumscribit. Nec ratione caret, quòd templum Cereris extra urbem collocat: frumentum enim, & molendi, eiusq́ue conficiendi ratio, illius inuenta sunt. Neque uerò dubium est, quin hac sua descriptione aliud quiddam spectarit Poëta, quòd tam euidenter sit adhibita: sed cupressus ob funestam naturam uerè huc quadrat. Est enim sacra Diti, & funebre signum ad domos funestas, maximè nobilium apud Romanos. De hac in tertio plura dicemus. Claud. lib. 1. de rapt. Proserp. Cererem quandam è Sicilia huc se contulisse testatur:* LAMB: Hort:

Hæc sedes augusta deæ templiq́ue colendi "
Relligiosa silex, densis quam pinus obumbrat "
Frondibus, & nulla lucos agitante procella, "
Stridula confertis modulantur carmina ramis, "
Terribiles intus thyasi, uesanaq́ue muro "
Concentu delubra gemunt, ululatibus Ida "
Bacchantur, timidasq́ue inclinant Gargara syluas. "

Antiqua.] *nō sentit carie. Videtur hoc phanū Cere-*

ris 15. stadijs à Scamandro abfuisse, si situm loci spectemus diligenter. Religio.] *Ab arboris religione.* Tu genitor.] *Religiosè se præfanatum nocturna cæde agnoscit. Nam fas non erat, pontificem, qualem Æneam fingit, nisi manibus lotis sacra attingere. Itaque patri negotium contrectandi sacra mandat. Sic & post Caietæ nutricis funus, cùm sub accessum in Italiam Iouem & Phrygiam matrem inuocaret, hoc ipsum factitauit. Illud autem prætereundum non est, quod Æneas dijs superis sacrificaturus, totum corpus aqua abluat: cùm Dido, adeóque ipse sacrum dijs inferis facturus, tenui aspersione contentus sit: Dic, inquit, properet fluuiali aspergere lympha.*

Patriosq́ue.] *πατρῴους θεοὺς, quos modò appellauit deos patrios.* Me uerò.] *Agnoscit, ut dixi, cæde nocturna se pollutũ. Atq; ea causa est, cur patri deos penates religiosè commendet.* Flumine uiuo.] *aqua fluenti, quam Dido in quarto, eandem fluuialem lympham uocat. Liuius libro primo, Decad. 1. Quum tu, inquit, uiuo perfunderis flumine? In infima ualle præterfluit Tybris.* Hæc fatus.] *Narrat fugam suam, quam etsi copiosè, ornatè ac dilucidè Poëta ordine explicat, uidetur tamen non inutile, breuiter hoc loco annotare, quid Græcorum quidam de illa literis prodiderunt: licet alio loco de eadem se fusiùs dicturi simus. Sunt enim adeò diuersa, ut διὰ παντὸς ab his discrepent, quæ à Marone referuntur. Capta Troia, Æneas cum patre fugit quidem: uerùm conscensa naui, cùm exteras sedes quæreret, circa Athon naufragium fecit. Est autem Athos mons & urbs, in Peloponneso Macedoniæ: in cuius ora & promontorium Nymphæum attollitur. Huc cum patre euasit, qui paulò pòst ad montem Celaurum, haud procul ab Anthemo fluuio moritur. Quo loco, etiamnum hodie Anchisæ sepulchrum ostenditur. Ibi Æneas è matris consilio, oppidum in Pyane condidit, quod de suo nomine Æneidem dixit. Quo mortuo, Ascanius eius filius in patriam reuersus, urbe restituta, cum exercitu in Italiam migrauit. Sed aliàs de hac re pleniùs. Ita uariant authores, ut nescias quos potissimùm sequaris. Inuenio alios, qui adstruant, Hectoris liberos Heleni ductu Ilium rursum occupasse, fugatis Antenoridis, regnante Alba Syluio Ænea.* Latos humeros.] *A signo uiri robur colligitur, & moles corporis egregiè compacti. Oratio enunciata est per synecdochen.* Colla,] *pro collum: enallage numeri.* Veste super.] *pro superinsternor, sectio: seu potiùs ac rectiùs, anastrophe: Super ueste, insternor pelle leonina. Et ut addat aliquid, quod laconismum exornet, commemorat obiter, qui in fuga consilio ipse fuerit affectus: ducta ratione a sensu communi. Nam ira fortitudinem, uirtutem, & periculorum omnium contemptum parit. Contrà est in animi remissione abiecti, quæ metum gignit, & timiditatem. Porrò hoc commentum, quod Æneas urbe excedens patrem humeris extulerit, è Sophocle sumptum est. Illud interim addendum est, quod quidam commentantur, Græcos expugnato Ilio, captiuorum miseritos, in primis duces, liberis permisisse, ut quantum quisque rerum domesticarum uellet, secum exportaret. Ac tum prius Æneam, patrios deos extulisse. Græci, hominis pietate moti, amplius ei copiam fecerunt, quicquid uellet efferendi: ac Græcos tum demum summa admiratione spectasse, cum patrem senio fractum humeris exportare. Vnde omnes captiuos in pacatum dimissos.* Iulus.] *Alio loco à nobis relatum est, puerum ita dictum, ab Ilo, uel ab etymo uocabuli: hoc est, lanugine prima barbæ. ἀπὸ τοῦ ἴουλον ὅτε νεανίσκος, καὶ συνεγράφετο ἐν Ἰλίῳ. λέγεται ὁ πρώτη τῇ ἀνθήσει τῶν γενείων, ut Suidas. Quæ uerba Hesychius paulò aliter reddit, οἱ πρῶτοι τῶν τριχῶν ἐκφύσεις. Sed diuersam adducit etymolog. ἀπὸ τοῦ ἴουλος τὰς ὄλας. ἴουλοι, ἃ καὶ ὄλοι, οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν ... ζῷον πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν ... τινὲς δὲ, τὸ ἐπὶ τοῖς ... γινόμενον ... καὶ ... ἴουλον καλοῦσιν. Quæ uerba fusiùs à Suida explicantur ἴουλος, inquit, ὁ ἐν τοῖς ... ζῷον πολύπουν τι ... καὶ τὸ ἐπὶ τῶν γενείων· καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καρποῖς ἄνθος. καὶ ὅλως τι γένος ἴουλος, καὶ ὁ ... τῷ ... ἔτεροι δὲ καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς ... γινόμενον πολύποδα, καὶ συστρεφόμενον, ἴουλον καλοῦσιν. ἐν ἐπιγράμματι. ... ὑπὸ ... ἴουλος ... ἄγριος ... πῦρ ... — Glomerati.] collecti undiq. ducta metaphora à glomo, in quo fila in globi speciem sunt collecta.* Suspensum.] *dubium: translatio.* Comitisq́ue onerisq́ue.] *Polysyndeton: patrem dicit, & filium Ascanium. Pathos à causa.*

ARGVMENTVM.

Dum migras Aeneas, patrem suum aspectu Corybantum, quos hostes esse putabat, perterritum, Creusamque coniugem ex oculis suis ablatam fuisse memorat.

NASC.

Iamq; propinquabam portis, omnemq; uidebar
Euasisse uiam, subitò cùm creber ad aures
Visus adesse pedũ sonitus: genitorq; per umbram
Prospiciẽs, Nate (exclamat) fuge, nate, ꝓpinquant:
Ardenteis clypeos atq; æra micantia cerno.
Hic mihi nescio † quid trepido malè numẽ amicũ
Confusam eripuit mentem: namq; auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione uiarum,
Heu misero coniunx, † fatóne erepta Creusa
Substitit, errauit'ne uia, seu lassa resedit,
Incertum est: nec pòst oculis est reddita nostris.
Nec priùs amissam respexi, animumq; reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris sedemq; sacratã
Venimus: hic demum collectis omnibus, una
Defuit, & comites natumq; uirumq; fefellit.

Nate, exclamat, fuge.] *Verba sunt Anchisæ patris, filiũ ad fugã hortãtis: qui dudum mori uolebat, nunc mortem euitare studet. Ex quo intelligi potest, omnibus naturà insitum uelle diu uiuere: aut ita intelligẽdum est; filium à patre admoneri, ut fugiat, ipse uerò relinquatur. Sed superior sententia magis est recepta.*

* al. quod
* al. fato me

Ardenteis clypeos.] *Quibus utebãtur Corybãtes Cybelis sacerdotes: qui & Idæi Dactyli dicebãtur.* Hic mihi nescio qd.] *timorẽ sequitur dolor: nã coniugẽ sibi ablatã narrat, & narrãdo uarios passim admiscet cõquestionis, ac doloris affect9. Huic querelæ admodũ similis est Orphei querela apud Virg. in 4. Georg.*

A Georg. de amissa apud inferos Eurydice uxore, cùm ait:

» Iamq; pedem referens, casus euaserat omneis,
» Redditaq; Eurydice superas ueniebat ad auras,
» Ponè sequens (namq; hanc dederat Proserpina legem)
» Cum subita incautum dementia cepit amantem,
» Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
» Restitit, Eurydicenq; suam iam luce sub ipsa
» Immemor heu, uictusq; animi respexit: ibi omnis
» Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni
» Foedera, terq; fragor stagnis auditus Auernis.

Fato ne erepta Creusa.] non casu dixit, sed fato, ex opinione Stoicorum: qui asserunt fatorum statuta seruari. unde est illud ex 10. Aeneid.

» Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus
» Omnibus est uitae.

Epicurei uerò casibus omnia tribuunt: quò respexisse uidetur Poëta in 4. Aeneid. cùm ait:

» Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
» Sed misera ante diem, & quae sequuntur.

Vtitur dubitatione, quae Graecis ἀπορία dicitur: unde triplex coniectura nascitur: quae in contextu patet.

LAMB. Hort. IAMQVE.] Venustè fugientiũ pauorem, & ad quaslibet aurã formas & inanes species per umbrã imaginantiũ B depingit. Disertè attentionẽ parat haec trãsitionis formula, ad ea quae sunt insequuta. Propinquant.] hostes. Anaphora uocis Nate, trepidationem arguit, perinde ut ellipsis. Ardenteis.] A signis. Per similitudinem ardentes, ferreos & candefactos clypeos uocat. Explicat per expolitionem, ferreorum armorũ lucem se significare, ὅπλα παμφανόωντα. Malè numẽ.] infestus, iratus mihi genius, siue deus. Schema prouerbiale, cui bonam incommodorum nostrorũ partem acceptam ferimus. Graeci ἀπότροπα appellant. Ita Terent. in Phorm. Nemone me relinqui deo irato meo. Hinc illud Persianum: Dijs iratis, genioq; sinistro. Et Terentianum: Nescio, nisi deos iratos fuisse mihi satis scio. Prouerbia resipiunt apud authores, Iratis dijs, propitijs dijs, auspicibus dijs, laeuo numine, & dextro: Apolline dextro, & similia. Prisci arbitrabantur, singulis hominibus binos genios datos. Neq; uerò hominibus tantùm, sed locis quoq;: quorum alter perniciem, alter salutem moliretur. Veteres hac Theologi sequuti, hominibus recens natis angelum bonum & malum assignant. Hinc illa, Marte irato, inuita Minerua, Mercurio fauente, propitio Neptuno, Ioue praebante, & id genus alia. Eripuit mentem.] Ad imitationem Homericam, de stupore Glauci, Iliad. 6.

[illegible]
[illegible]

Quos uersus ita uertit Erasmus:

» Iuppiter hic stupidum spoliauit pectore Glaucum,
» Qui cum Tydide mutârit protinus arma.

Eripuit mentem, inquit: quod Homerus, φρένας ἐξέλετο dixit, pro, spoliauit prudentia. Confusam.] perturbatũ animum, amentemq;, impotentem & consilij dubium.

Namq; auia.] Causa perturbationis: amissa coniunx, quòd auijs itineribus, è nota uiarum regione ad portã contenderit. Fabulosum hoc de Creusa est, quòd mater deûm Creusam miserata, ne à patria exularet, ministros Corybantes miserit, qui eam ad se adducerent. Animum.] animum ad uxorem adieci, hactenus anxium & solicitum, ut patrem natumq; pericula extraherem. Tumulũ.] Ellipsis: ad tumulũ. Sedemq;.] Copia. Virum.] Mutatio personae, me, & Ascanium: polysyndeton.

ARGVMENTVM.

Collectis ad templum Cereris omnibus, cùm solam Creusam Aeneas deesse animaduertisset, sibi desperans, vrbem repetit: horrenda, quae viderit, spectacula refert: hic illic vxorem quaerens his, atq; iterum vocat: nullibi cùm eam reperiat, denique illius vmbram, & imaginem sese spontè ipsi offerentem videt.

Quem nõ incusaui amens hominumq; deorũq;?
Aut quid in euersa uidi crudelius urbe?
Ascanium, Anchisenq; patrẽ, Teucrosq; penates
Commendo socijs, & curua ualle recondo:
Ipse urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis, omnemq; reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principiò muros, obscuraq; limina portae,
Qua gressum extuleram, repeto, & uestigia retro
Obseruata sequor, per noctem, & lumine lustro.
Horror ubiq; animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum, si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero: irruerãt Danai, & tectũ omne tenebãt.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia uento
Voluitur: exuperant flãmae, furit aestus ad auras.
Procedo ad Priami sedes, arcemq; reuiso.
Et iam porticibus uacuis, Iunonis asylo,
Custodes lecti Phoenix & dirus Vlysses,
Praedam asseruabant: huc undiq; Troia gaza,
Incensis erepta adytis, mensaeq; deorum,
Crateresq; auro solidi, captiuaq; uestis
Cõgeritur: pueri, & pauidae lõgo ordine matres
Stant circũ, † & tacitis implẽt mugitibus auras.
Ausus quinetiam uoces iactare per umbram,
Impleui clamore uias: moestusq; Creusam
† Nequicquã ingeminans, iterũq; iterũq; uocaui.

NASC. QVEM non incusaui amẽs.] Cùm uidi omnia in peius ruere: cõfessio criminis est: sed excusa C tur, quia amens, per concessionis statum: quem posteriores rhetoric. ueniaIem appellarunt. Hominũq;, Deorũq;.] Qui grauiter dolent, alia ex alijs accusant, modò homines, modò deos, & alia huiusmodi: ita quoq; alibi Virgil.

» Cùm complexa sui corpus miserabile nati
» Atque Deos, atque astra uocat crudelia mater.

Consimili de causa Terent. in Adelph.

» Hoccine saeclum! ò scelera, ò genera sacrilega, ò hominem impurũ.

Ipse urbẽ repeto, & cingor fulgẽtibus armis.] Occulta laus Aeneae ab officio, à pietate, & ab eius singulari erga uxorem suam amore, quod ad eam inquirendam famulos non misit, sed ipse adiuit, eoq; adiuit, unde propter hostium multitudinem reuerti posse non sperabat.

Principiò muros obscuraq;, &c.] qua diligentia uxorem inquisierit, planum facit: loca, quae adierit, ut de illa inuestigaret, enumerat, & in illis recensendis uarios, multiplicesq; renouat commiserationis affectus ex Traianorum

† quidã uetusti. codices has uerba non habent: & tacitis implens mugitibus auras. † Ne quicquam

Troianorum omnium calamitate. Horror ubiq;.] *κάθ᾽ ὅλ. nihil erat in urbe, quod animis hominum terrorem non incuteret.* Si fortè pedem, si fortè tulisset.] *Iteratione spem animi sui auget: quæ tota ex desiderio quodam inueniendæ uxoris oriri uidetur.* Simul ipsa silentia terrent.] *ἀνεξοχικῶς timorem suum auget: cùm tamen non sibi, sed uxori timeat. ita quoq; antea de patre se territum fuisse dixerat.*

» *Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant*
» *Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,*
» *Nunc omnes terrent auræ: sonus excitat omnis,*
» *Suspensum, & pariter comitiq;, oneriq; timentem.*

Ignis edax.] *proprium ignis epitheton.* Exuperant flammæ.] *incendij formam, atq; imaginem κατ᾽ ὑποτύπωσιν ob oculos narrando proponit.* Procedo ad Priami sedes, arcemq; reuiso.] *flagrante domo sua ulteriùs progreditur: regiamq; Priami reuisit: cuius alteram partem igne consumptam, alteram militibus prædam obseruantibus occupatam reperit. Itaq; uterq; locus inueniendæ uxoris spem illi omnem auferebat.* Iunonis Asylo.] *prudenter in Asylo prædam congesserunt, ne inde ab ullo præterquàm à principe auferri posset.* Phœnix.] *Achillis magister: de quo Homer. Iliad. 9.*

» *——quæ fortitus non pertulit ullos.*

Prædam adseruabant.] *adeas tertium commentarium super eu uersu, ubi multa referuntur ex more militari: quæ ad hunc locum maximè faciunt.* Incensis erepta adytis.] *indignationem mouet ex impietate Græcorum: quos nec religio, nec timor deorum cohibere potuit, ut sacris parcerent: quin etiam ex adytis ea cruentis manibus, ac cæde pollutis rapientes cum profanis rebus admiscuerunt militibus distribuenda: notat autem hic Poëta cōmunes bellorum effectus.* Mensæq; Deorum, Crateresq; auro solidi.] *ex multis præcipua enumerat.*

Pueri, & pauidæ lōgo ordine matres Stāt circum.] *mouet commiserationem ex afflicta Troianorum conditione: augetq; à sexu, & ab ætate, & à numero.*

Ausus quin etiam.] *nihil intentatū reliquisse ostēdit: qui in summo etiam salutis periculo uocem effundit, ut amissam uxorem inueniret: mouet commiserationem, ab animi sui afflictione, & à tristi, ac infausto rei euentu, quod hæc omnia tanto cum periculo frustrà tentârit.*

LAMB. Hort. QVEM.] *Transit ad exemplum pietatis in uxorem, quam circa templum Cereris desiderauit. Hanc contempta morte & periculis tantis, quærere non fuit grauatus. Principium indignationis plenum, ob amissam coniugem. Quòd autem uir pius deos pariter & homines incusasse se dicat, affectibus humanis est condonandum. Est autem incusare, querela aliquid prosequi.* Deorumq;.] *Polysyndeton in hypermetro.* Curua.] *A' tuto. Curuam uocat epitheticῶς, uel ob circumiectos mōtes, uel propter uicina littora.* Ipse urbem.] *Hysteron proteron. Cingor armis, atq; urbem repeto.* Stat.] *Arguit certissimum consilium, à quo nullis precibus potuerit dimoueri.* Omnemq;.] *Collusio subijcit, quot dicat casus renouandos.* Principiò.] *Prosequitur historiæ seriem, de reditu suo in urbem. Admirabilis est in hypotyposi trepidè per noctem uadentis, & subinde ad quamlibet auram respectantis. Exaggerat ea, quibus horror inijciebatur: Nox terrebat, solitudo, silentia, incendium, armorum terror.* Muros.] *A' loco.* Limina obscura.] *dixit, per hypallagen, per noctem obscuram.* Noctem.] *A' tempore: quo ipsa res plus habebat horroris, cùm prospectus ademptus esset.* A Lustro.] *Hypotyposis horrentis. De uerbi lustrare significatione, suprà annotatum est.* Lumine.] *Pleonasmus.* Horror.] *Zeugma. Silentium horrorem auget: sed multò magis periculi præsentis imaginatio. Quare utrunq; coniungit.* Animos.] *Numeri uariatio.*

Domum.] *Eorum prima cura subit, quæ habentur charissima. Quid familiaribus dijs, quid Laribus, nobis prius ac charius, penes quos nascimur, alimur, educamur? ad quorum focos ætatem agimus, in quorum tutela nos resq; nostræ positæ fuerunt? Quare hac coniectura, ut uerisimili argumento ductus, uisit domum. Iam & illud hoc loco obseruandum est, auertendæ suspicionis gratia, de proditionis crimine, aut certè negligentiæ. Excusat à non tuto, quòd domum non esset ingressus: hostes eam occuparant.* Ilicet.] *statim, illicò. Quidam exponunt, quasi ire licet. Sumptum est à iudiciorū forma.* Furit æstus.] *Metaphoris remotis exaggerat æstum incendij. Et in huius descriptione uenustè ordinem seruat. Primùm uoluitur ignis ad fastigium: inde superat tectum: postremò uictor totius ædificij æstus ad auras furit.* Procedo ad Priami sedes.] *Transit ad soceri arcem, si fortè eo aberrasset: ad quam quidem defendendam, quantum operæ paulò antè ipse nauarit, suprà retulit. Porrò ne nihil ibi geri se uidisse putetur, narrat quos ibi conspexerit hostes & quid gererent.* B Arcemq;.] *Copia.* Reuiso.] *Ne prioris narrationis memoria excidat, iterū regiā uisisse se ait.* Porticibus.] *ναοῖς, quæ deambulandi & umbrarum gratia, simul aduersus repentinos imbres ædificata erant.* Asylo.] *ἄσυλον dictum grammatici arbitrantur, ἀπὸ τοῦ συλάω, ἢ συλάω, prædor ἢ παρὰ τοῦ συρῶ ἢ σύρω, traho. ἄσυλον exponunt τὸ ἄδικον. Est autem a particula priuatiua. Pollux περὶ ἀσυλίας· ... καὶ ἄσυλόν τι ἦν, τοῦτο καὶ ἱεροσύλητον ... καὶ φύξιμον, καὶ ἱερὸς ὅρος. Suidas: ἄσυλον, ἱερὸν τὸ τίμιον, καὶ τηρεῖ τοὺς εἰσιόντας καὶ ἀσυλία, τὸ πρᾶγμα. Locus erat, aut templum religione sacrum & inuiolabile, legibusq; consecrationis intemeratum: unde nefas erat quenquam extrahere, qui eò confugisset. Liuius author est, libro octauo tertiæ Decadis, templum Apollinis Delij asylum fuisse. In summa, omnia templa sacra, à Græcis asyla nuncupari. Tradunt, Athenienses omnium primos asylum extruxisse, ad quod exemplum Romulus postea condita Roma alterum aperuit, inter Capitolium & Palatium, in sacro luco, à quo* C *Luceres dicti fuêre. Itaque templum deæ ab illo conditum, asylum Græcorum imitatione uocat.* Phœnix.] *Hic Amyntoris filius, patris imprecamina & deuotiones formidans, fugit ad Peleum. Ab hoc propter consanguinitatem humaniter exceptus, Dolopiæ regno donatur: traditusq; ei filius est, admodum tum etiam adolescens, Achilles alendus, & cùm gloria militari, tum dicendi facultate formandus. Historiam haud grauabor adscribere è Græcorum commentarijs: φοῖνιξ ὁ Ἀμύντορος, ἐστερήθη τῆς οἰκείας γῆς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, παλλακίδα μὲν ὀνόματι, Κλυτίαν ἀγαπῶντος, ὑποδαμαρ δὲ, ἐς δὲ τὴν φθίαν ... συγγενομένου, ἀναπείσας τῆς μητρὸς τῇ παλλακίδι τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἔμιξε. γνοὺς δὲ Ἀμύντωρ, ἐπηράσατο δὲ παιδὶ ἀτεκνίαν περὶ τέκνων γονῆς. ἀκούσας δὲ φοῖνιξ τὸν πατέρα, καὶ τὰς δι᾽ αὐτοῦ γενομένας ἀρὰς, φεύγει πρὸς Πηλέα. ὃς ὑποδεξάμενος αὐτὸν, διὰ τὴν συγγένειαν δίδωσιν αὐτῷ τὴν Δολοπίαν*

A ἀνδρείαν χάλκην. καὶ ἄχιλλεα τὸν ἑὸν μικρὸν ὡς ἀνα θρέψῃ παραδίδωσιν: & ut Homeri uerba adyciam: τὰ ῥυτῆρα λόγων, καὶ πρηκτῆρ' ἔμμεναι ἔργων. Homerus idem author est, hunc Phœnicem cum quinquaginta nauibus inter cæteros duces exercitus ad Troiam uenisse. Sed nominatim inter legationes Græcorum ad Achillem, hic quoque ab eodem Poëta libro nono recensetur. ut si Aiax & Vlysses nihil æqui aut iusti obtinuissent: hic certè, à quo à puero educatus esset & institutus, ab eo repulsus non fuisset. Fuit alius hoc multo antiquior, qui cum Agenore ex Thebis Aegyptiacis profectus, in Syriæ ora maritima consedit: ubi circa Tyrum & Sidonem postea rerum fuit potitus, & ipsam terram de suo nomine Phœniciam appellauit. φοῖνιξ item, τὸ δένδρον. φοίνικος τίνος ἔργον, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ πυῤῥὸς τῷ χρώματι. & auis Phœnix. Templo.] Pathos à loco. Iunonis templum prædæ tota urbe contractæ receptaculum fecerunt. Gaza.] Barbara lexis, uox Persica, πλοῦτος, καὶ θησαυρὸς. Est & ciuitas. παρὰ δὲ πέρσαις βασιλικὸν, ἀεὶ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι, ἢ τὰ τίμια: id est, regia apud Persas, aut tributa quæ uulgò conferuntur, aut preciosa rerum: piscis item, ποιὸς γαλεὸς κυανο-
B χρωμένος. Hinc γαζοφυλάκιον, θησαυροφυλάκιον, βαλάντιον, σκευοφυλάκιον: locus, in quo thesauri asseruantur, aut uasa. item marsypium. Adytis.] A loco. Suprà annotatum est, Græcos Latinosq́ adyton uocare secretiorem penitissimumq́ templi locum, quem nulli fas erat penetrare, præterquam sacerdoti. ἀπόῤῥητα, ἄβατα. καὶ ἄδυτον, σηκὸς, ἢ τὸ ἀπόρρητον μέρος τοῦ ἱεροῦ. Et adyta, asyla, aut intima. ἐνδότατα. Ergo Poëta utrunque coniunxit. Denique omnis locus templi, quem non est fas penetrare, inquit Pollux, ἄδυτον dici potest. καὶ ἄψαυστον, καὶ ἀψαυόμενον, καὶ ἄβατον, καὶ ἀνεπίβατον. Mensæque.] Explicat obscuriora illustrioribus, quam gazam, & quæ in gaza uelit numerari: mensas deorum, crateres aureos, uestes: hoc est, τὰ σκεύη. Congeritur.] Zeugma. Tacitis.] nothum. Ausus.] Audacius quiddam commemorat, ut quem horror & silentia passim tota urbe terruerant, is nunc clarum inclamare auderet. Adhæc, ut arguat, nihil usquam quod ad amorem coniugalem attinet, à se prætermissum fuisse.

Vmbram.] tenebras. Impleui clamore uias: mœstusq́ Creusam.] hyperbole. Vocaui.] Allusum ad ritus funebres, in quibus, ut paulò suprà dictum est, ter supremum clara uoce mortui nomen uocare, solenne habebatur. Quare inquit, ingeminans iterumq́ iterumq́ue uocaui: ut de qua iam propemodum conclamatum crederet.

ARGVMENTVM.

Aeneæ vxorem quærenti vxoris ipsius simulachrum apparet: quæ iam diuinitatis particeps effecta multa illi cùm bona, tum mala futura prædicit: se verò captiuam, aut quacunq; ratione Græcorum potestati subiectam esse negat: sed matris Deorum imperio illis regionibus se retineri denunciat.

Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti,
Infœlix simulacrum, atq; ipsius umbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obstupui, steteruntq; comæ, & uox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quid tantum insano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniunx? non hæc sine numine diuûm
Eueniunt: nec te hinc comitem asportare Creusam
Fas: haud ille sinit superi regnator Olympi.
Longa tibi exilia, & uastum maris æquor arandum.
Ad terram Hesperiam uenies, ubi Lydius, arua
Inter opima uirûm, leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnumq́, & regia coniunx
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
Non ego Myrmidonum sedes, Dolopumue superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo,
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deûm genitrix his detinet oris.
Iamq́ uale, & nati serua communis amorem.

NASC. Infelix simulachrum.] πάθος. prudenter sanè, summoq́ iudicio facit Poëta Aeneã, qui recipiendus esset à fœmina quasi ab uxore, priorẽ
C amittere uxorẽ. Atque ipsius umbra Creusæ.] ἐμφατικὸν superioris: nam & lignea sunt simulachra, & lapidea, & diuersi generis alia. Et nota maior imago.] ad Platonis doctrinã alludit: q putat, animã post hoc terrenũ corpus, maiori corporeo uti, aëreo uidelicet, sed lege quæ scripsimus in 4. Aeneid. superiore uersus
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Obstupui.] causam assignauerat, qua nota maior imago. Steteruntq; comæ.] timore correpti, ac stupentis hominis affectũ delineat. Quid tantũ insano.] uerba sunt Creusæ Aeneam consolantis: quæ ex nimio erga illum amoris affectu oriri uidentur: monet aũt illum, ut ab incœpto desistat, nec tantũ in ea quærenda laboris nequicquam impendat. Non hæc sine numine.] causam facti deorum uoluntati, præsertim Iouis, assignat. nam mox ait:
—haud ille sinit superi regnator Olympi.

Nec te hinc comitem asportare Creusam.] digladiantur inter se grammatici, & literati homines super hoc uersu: cui alij demũt locale aduerbium hinc, ne uno pede abundet: quidam uerò portare legunt, ut ad numerum cadat: nonnulli hinc asportare legendũ mordicus defendunt, neruumq́ esse pentametrum choriambicũ hypercatalecticum asserunt: denique huc omnes periti conuenire uidentur, uersum hunc exlegem esse: ego quoque dicam sententiam meam. Sed illud prius, qui fieri potuerit tantam in peritos literarum homines imprudentiam, ne dicam cæcitatem recidisse, ut in re luce meridiana clariore caligauerint, non animaduertentes transpositionem uerborum ab imperito quodam librario factam fuisse, indeq́ tot grammaticorum altercationes, & meras nugas emanasse. quod si ita legeris,
—nec te hinc comitem asportare Creusam.
uersus suum numerum, suosq́ pedes habebit: & omnis friuola, leuisq́ grammaticorum disputatio corruet.

Lõga tibi exilia.] incipit futura prædicere: nec mirum:

rum: nam mortui, & morituri uim diuinationis habent. apud Hom. Patroclus Hectori, Hector Achilli mortem moriturus prædicit. Quòd mortui diuinent, plura extant exempla, quàm hîc referre contingat: sed illud in primis, quod Anchises in quinto Aeneid. omnem filio progeniem futuram pronunciat. Igitur in primis mala, mox bona illi euentura demonstrat: mala sunt exilia longa, diuturna nauigatio. bona uerò regnum in fertili, opimaq; regione, & coniux ex regia stirpe progenita. Et uastum maris æquor arandum.] hinc ingens elicitur commiserationis affectus ex longitudine, magnitudineq; laboris. Ad terram Hesperiam.] commemoratis malis, bona aggreditur præmonstranda, ut coniugem consoletur: ita quoq; Helenus facit in 3. Aeneid. ait igitur eum ad Italiam peruenturum: quam Hesperiam uocat ab Hespero Atlantis fratre: qui pulsus regno Italiam tenuit. Seruius in primo Aeneid. comment. lege Catonem in Orig. huc etiam nomine Italiam Poëta uocat in 1. Aeneid.

» *Est locus (Hesperiam Graij cognomine dicunt)*
» *Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ:*
» *Oenotrij coluêre uiri: nunc fama, minores*
» *Italiam dixisse ducis de nomine gentem.*

Cumq; Italia longa, lataq; prouincia sit, locum præcipuè nominat quo ille uenturus est: quem signo describit, & à fertilitate, hominumq; præstantia commendat. Vbi Lydius arua Inter opima.] Tybridis est fluuij copiosa laus, quod aquæ copiam habet: quod leniter fluit: quod in ipso aquarũ redundanti tractu per agros ubertim fluens nihil lædit. Virûm.] non hominum dixit, sed uirorum, ut cum reliquis bonis affluat, ne hoc quidem præstantiore bono: id est, hominibus robore animi præstantibus, carere uideatur. Illic res lætæ.] ad consolationem Aeneæ, ut labores, & incommoda sua demum finem habitura esse intelligat. Ita etiam Aeneas ipse socios suos consolatur ex felici rerum euentu, cum in 1. Aeneid. ait:

» *Per uarios casus, per tot discrimina rerum*
†alibi » *Tendimus in Latium: sedes † ubi fata quietas*
» *Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.*

Parta tibi.] armis, & uictoria. Lacrymas dilectæ pelle Creusæ.] rectè, meo iudicio, sentit Seruius: qui ad inferiora hoc referri putat, noli flere: non enim captiua sum: & profectò nihil erat, quod magis ueretetur Aeneas, aut unde maiorem caperet dolorem, quàm si illam in manus Græcorum incidisse, captiuamq; esse cognosceret: cuius doloris præsaga mulier illum monet, ut modum lacrymis faciat: causamq; subnectit. Non ego Myrmidonum.] αἰτιολογία est: non est quòd lugeas: non enim captiua sum: nec etiam decet nurum Veneris Græcorum fœminis seruire: ambitiosè loquitur, & se præfert Græcis matronis: uerùm quia occurrebat illud etiam, quo modo, & à quo abducta fuisset, quæ uiri sui uestigia, uti conuenerant, secuta non fuerit subdit statim: Sed me magna deûm.] non Græcorum, sed magnæ matris seruitiu detineor. Vult autem innuere, si iam fatis concessisset nam Cybele terra est, quæ omnium est mater. His detinet oris.] in quibus colitur. Iamq; uale.] uerbo abitionis orationem suam claudit: nam recedentes ab amico uale dicimus, & antiqui perfectis mortuorum exequijs, & senes in conuiuio silicernio (ut antè docuimus) abeuntes dicebant, uale, uale: ita quoq; uxor Orphei Eurydices facit apud Virgil. lib. Georg. 4.

» *Iamq; uale, feror ingenti circundata nocte,*

Inualidasq; tibi tendens, heu non tua, palmas. A[a]

TECTIS.] per meas ædes, & Priami regiam. Amplificat laborem, cùm dicit, sine fine. Indicat se furenti similem, sursum deorsum per totam urbem discurrisse. LAMB. Hort.

Imago.] maior uiua. Respexit ad umbræ significationem, quæ in Solis ac Lunæ ortu & occasu maior est, quàm in statione. Et constat ex Poëta urbis, iam tum Lunam paulò antè ab ortu emersisse, & quidem adhuc humilem. Sed ne illud quidem silentio transeundum quòd Poëta nihil aliud hoc ipsum fuisse innuat, quàm umbram: hoc est, rem uanam, figmentum & somnium. Neq; uerò id dissimulat, in amphibolo usa. Etenim uidemur per tenebras interdum rerum quasdam formas uidere, quæ reuera nihil aliud sunt quàm terriculamenta, quæ per horrorem imaginamur. Obstupui.] Ab effectis nisi nocturni. Horror ex frigore sanguinis ad præcordia refluxi, & inde uocis priuatio, proficisci existimantur. Steteruntq;] Systole. Affari.] uisa est. Quid.] Attentio, à reprehensione superuacanei laboris & conatus. Non hæc.] Comprobatio à uoluntate numinis, in primis autem ipsius Iouis Rursum οὐκ ἐκῶν, ἀλλ' ἀέκοντι θυμῷ: Fauente numine, & non sine Dijs, quibus reluctari impium est. Non te.] Narratio, quàm à Iouis authoritate confirmat. B

Regnator.] Periphrasis Iouis. Longa.] opponit mariti exilia suæ fœlicitati, quòd è rebus humanis sit sublata. Illius exilia exaggerat ab incõmodis, & imminentibus periculis. Et ne tanti uiri animus malorum denunciatione percellatur, aduersitatibus adiungit res secundas. Exilia.] Defectio. Arandum.] Periphrasis, pro nauigandum est: ducta similitudine ab agrorum ratione, qui aratro scinduntur. Hesperiam.] Italiam. Vnde autem Hesperia sit dicta, in primo disserui. Lydius.] Tuscus Describit Italiam à cursu amnis celeberrimi. Tybrim Lydium uocat epithetice: quòd in Vmbriam è Lydia Tyrrhenus profectus, ad Tybrim consederit. Tyrrhenus & Lydus, Athis, regis Mæoniæ, qui Herculis fuit, gemini fuêre filij. Cùm iam regnum duos reges non caperet, pater moriturus scripto Lydo herede, Tyrrhenum cum populi multitudine ad nouas sedes quærendas proficisci iussit. Hic post longam iactationem, ad postremum in Septentrionalem Tyberis oram ueniens, totam eam mediam regionem, à fontibus usque ad priscorum Vmbrorum sedem occupauit. Hanc historiam reprehendit Mirsilius: C certè Maro hac de causa Tybrim Lydium appellat, à Lydia, unde Tyrrhenus in Italiam descendit: qui eam regionis partem, in qua consedit, Tyrrheniam dixit: & alluens mare, Tyrrhenum. Lydia initiò Mæonia appellata fuit, teste Homero, quam recentiores Mæoniam uocarunt. Herodotus in Clio author est, à Lydis omnium primùm argentum & aurum percussum: primos caupones & institores fuisse, licet Trogus secus arbitretur. Commenti sunt tesserarum, globorum, & pilæ lusum, & aliorum ludicrorum genera· πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο· πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεστεώσας, ἑωυτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι ὑπὸ σφίσι λέγουσι, καὶ Τυρσηνίην ἀποικῆσαι, ὧδε περὶ αὐτῶν λέγοντες· ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι: καὶ τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν καρτεροῦντας· μετὰ δὲ, ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι,

A ξοδαι, ὅπου δὴ ἄλλο λειμηχανᾶσθαι αὐτῶν. ἰστορεῖσθαι δὲ τούτους καὶ τὴν κίθαραν καὶ τὴν ἀγοραζόλαν, καὶ τὰς σφαίρας, καὶ ἄλλην παιδιὰν πλὴν πεττῶν τὰ ἄλλα πάλιν ...ηναι. Hesychius adijcit: καὶ τὰς ὄψας ἱερῶν λέγοντες, ὅτι καὶ ῥωμαῖοι λύδας φασί. Lanas inficere Lydorum commentum, authore Plinio: & fusum, lanificium, linum, retia quoque inuenêre. Hic Pactolus ramentis auri diues, qui Croesi opes amplissimas nobilitauit. Hic Lydius lapis, σίδηρον χαλκὸν προσάγων : οὗτος δὲ τὸν σίδηρον ἀπωθεῖται. Lydia nobilitata est multis prouerbijs: Lydia lex. pro fatidica: nam Lydi uates esse uidebantur: & Λυδὸς τὸν ὕδωρ ἐπάγεται, ἐπὶ τῶν μαραγκουτῶν: item Lydus in meridie, Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει. Cui simile est, ἀνὴρ ἐν καιρῷ. his enim horis tenues maximè luxui indulgent. Lydius currus, qui in certamine aliquo caeteris esset inferior: Lydi mali, & post hos Aegyptij, de malis inter se collatis: Lydus cauponatur. Lydorum caricae, Lydum in planiciem, Λυδὸν μίαν, ὥσπερ καὶ Λύδιον καὶ φρύγιον. hinc λυδίζειν, τὰ τῶν λυδῶν φρονεῖν. Inter caeteros reges Lydiam Croesus nobilitauit, cuius casu regnum ad Persarum imperium deuenit. Sed de Lydia plura in 4. dicentur.

B Tybris.] syncope. pro Tyberis: Albula initiò dictus: nomen mutauit Tyberinus Albanorum rex, qui in traiectu amnis in eo haustus perijt. Labitur è montibus Apenninis: multis inde in ipso cursu paulatim fluminibus auctus, tandem in nostros alueos excurrit: & per Tyrrheniae partem fluens, diuertit per Vmbriam: inde per Sabinos & Latinos, ubi Roma est, usque ad oram maritimam, ubi in mare Tyrrhenum praecipitatur. Opima.] A' fertilitate, quam per glebae pinguedinem signat. Agmine.] tractu, cursu & ductu. Agmen ab agendo dictum: in eoq; significatu usurpari, antiquum est. Ennius in 5.

Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

Laetae.] Consolatur à spe commodorum, & suauium rerum. Regiam coniugem, dicit Lauiniam, Latini regis filiam Hypozeugma. Lacrymas.] Complexio, quae monet, non esse cur sua causa doleat, cùm alia parata sit pro ea quam amiserit: & pro priuatis opibus, regnum longè opulentiss. Ergo nihil est cur me amissam lugeas.

Non ego.] Amplificat foelicitatem suam à minori exaggeratio: hoc est, collatione turpis seruitutis reliquarum Troadum.

Myrmidonum.] Graecorum. à parte totum. Homerus indiscriminatim nō uno loco, Myrmidonas, Achaeos & Hellenas usurpat. Aristarchus, citante Homeri scholiaste, Iliad 9. affirmat solam Thessaliam Hellada à Poëta nuncupari: & Hellenas, Thessalos. Idem lib. 16. Helladā scribit urbem esse Thessaliae, cuius ciues primi id obtinuerant, ut Hellenes appellarentur, ab Hellene filio Deucalionis & Pyrrhae. Postea uerò omnes Graeci, communi nomine Hellenes, inquit, appellati fuêre: author Thucydides in primo. Myrmidones & Phthiotae sub Achille, Dolopes uerò sub Phoenice militabant: ut quidam tradunt. Vtriq; populi Thessaliae fuerunt. Dolopiae urbs fuit & Scyron, quorum pubem ductabat Pyrrhus.

Diuae.] Pathos à conditione.

Deûm.] Periphrasis Cybeles matris deûm, quae & Ops & Terra dicta est, communis omnium animantium parens. Indicat se mortuam, & sepultam.

Iamq;.] Epilogus à salutatione postrema in digressu, & commendatione mutui amoris in filium, ne is consuetudine nouarum nuptiarum intercidat. Dionys. author est, Creusam & Anchisen ab Aenea curru in pacatum auectos: uerùm quo casu, aut ubi ea perierit, apud nullum autorem constare.

ARGVMENTVM.

Conatur Aeneas frustrà Creusae umbram complecti: nam vento persimilis teneri neutiquam potest. Omni igitur & habendae vxoris, & tuendae vrbis spe destitutus, reuisit suos apud templum Cereris: quo numerus virorum, ac mulierum cum bonis suis propè iam infinitus, affluxerat: qui eo duce nauigare constituunt: consumpta nocte, cùm iam lucifer apparere coepisset, Aeneas, sublato in humeros genitore suo montem ascendit.

Haec ubi dicta dedit, lacrymantē & multa uolentē
Dicere, deseruit, tenuesq; recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustrà † compressa manus, effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso,
Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum, matresq;, uirosq;,
Collectam exilio pubem, miserabile uulgus:
Vndiq; conuenêre, animis, opibusq; parati,
In quascunq; uelim pelago deducere terras.
Iamq; iugis summae surgebat lucifer Idae,
Ducebatq; diem, Danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur:
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

† al. comprensa

NASC. C HAEC ubi dicta dedit, lacrymantē, & multa uolētē.] hāc eandē sententiā aliter protulit in 4. Georg. de Eurydice uerba faciens:

» Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras.
» Commixtus tenues fugit diuersa, neque illum
» Prensantem nequicquam umbras, & multa uolentem
» Dicere, praeterea uidit: nec portitor Orci
» Amplius obiectam passus transire paludem.

Ter conatus ibi collo dare brachia circū.] hic Homeri locus est ex 11. Odyss. ubi Vlysses apud inferos Anticleae matris suae itidē umbram frustrà complecti conatur. sic enim ait Hom.

« τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει.
« τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
« ἔπτατο.

Sed Homerus impetum tantùm dicit, noster uerò conatum, & brachia, & apposuit frustrà umbramq; uertit in uentos, ut plerunq; facit, qui non addictus Homero interpres uideri uult, sed plerunq; liber index.

Iamq; iugis.] diem nascentem describit. Nec spes opis ulla dabatur.] monet commiserationi ex

 despera-

desperatione salutis ciuitatis: cuius tuendæ, ac seruandæ omnis erat sublata spes. Cessi.] occulta laus sapientiæ. Tempori sese Aeneas accommodat, non resistit, ubi maius salutis periculum imminet, quàm spes ulla uictoriæ sese ostendat. Sapientis est, inquit Cicero, tempori cedere: id est, necessitati parere. chorus apud Euripid. in Troad. monet Hecubam, ut fortunæ cedat, & nauiget κατὰ πορθμὸν, καὶ κατὰ δαίμονα.

LAMB. Hort. TER.] Numeri additione poëtæ rem amplificant, maximè ternionis: ut quicquid ter dictum aut factum esset, prouerbio ratum haberetur. Sic Homerus Charybdim ter in die fluere ac refluere scribit, cùm bis tantùm reciprocetur. Strabo hyperbolem interpretatur, ut τρὶς pro uehementer accipiatur: ut τρίτα apud Plat. τρίτα ἀνίστατο τὸ ὄνομα. Sumptus hic locus est ex Odyss. 11.

"τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἑλέειν δέ με θυμὸς ἀνώγει,
"τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
"ἔπτατο, &c.

Sic demum socios, &c.] Clausula antegressæ narrationis. Hinc ad sequentem lectorem parat.

Iamque iugis summæ, &c.] Temporis matutini descriptio, cõstans signo. Nam Luciferi sydus dici iam iam orientis prænuncium est. Infra Solem, inquit Plinius, ambit ingens sydus appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipsisque cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præueniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit (eadem ratione à ferenda luce à Græcis φωσφόρος dicitur) ut Sol alter diem maturans. Contrà, ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper: ut prorogans lucem, uicemque Lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadragesima secunda, qui fuit urbis Romæ annus centesimus quadragesimus secundus. Largiori magnitudine extra cuncta alia sydera est: claritatis quidem tantæ, ut unius huius stellæ radijs umbræ reddantur. Itaque & in magno nominum ambitu est: alij enim Iunonis, alij Isidis, alij matris Deûm appellauêre. Adiecit idem eodem loco aliquid miraculi: quòd huius natura cuncta generentur in terris. Namque in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, uerùm animantium quoque omnium stimulat. Signiferi autem ambitum peragit tricenis & duodequinquagenis diebus, à Sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longiùs: ut Timæo placet. Hæc ferme Plinius. Hyginus existimat, omnium syderum maximum uideri. Quidam Luciferum Auroræ & Cephali filium arbitrantur, ob pulchritudinem: quare etiam cum Venere certasse, atque hac de causa Veneris etiam appellari, author est Eratosthenes. Euidenter temporis matutini descriptione à nocturno labore claudit narrationem, non ut delectet, sed ut aliud quiddam maius innuat. Nam cùm totam eam noctem pugnando absumpsissem, non ita labore fractus eram, quin si armis restitui potuisset, non defuissem. Et cùm id temporis quieti aliquam partem postularet à nocturno, Græci tamen sub diem uigilum stationes circa portas collocarunt. Ducebat.] quia Solem præcedens, nunciat adesse diem. Iugis.] Cùm orientalis solem suo ortu occuparet, è cacumine Idæ sese erigere uidebatur, adeóque oriens occidensque summa montium attingere. Limina.] portas figuratè.

Spes.] Arguit res deploratas post strenuè omnem nauatam operam, cùm dicit, Cessi.

Montem.] Idam: quod sequenti statim libro apertè A
indicat, cùm dicit in Ida se molitum classem. Neque hic discedit à mentione pietatis suæ erga parentem, quem rursum in humeros sustulerit. Non fuerit inutile, neque iniucundum, de Troiæ captiuitate, deque Aeneæ errore, ea hic coronidis uice attexere, quæ ab alijs prodita, διαφωνοῦσα à nostri Poëtæ enarratione discrepant: unde appareat Poëtæ excellens ingenium, qui commentum suum tam splendidè & ornatè pertexuit, ut ubique sibi constans, persuasisse uideatur. Circa belli finem, cùm hostes muros propius infestarent, nec spes esset Troianis admodum magna ob accisas opes, eius sustinendi: primores urbis dissidere, & seditionibus omnia miscere aduersus regem & liberos regios cœperunt. Hi decernunt, Græcis reddendam Helenam, potius quàm se & urbem in discrimen euersionis mitterent. Quod ne fieret, Deiphobus eam, assentiente patre, ducit. Aeneas, Antenor & Polydamas, ut urbi periclitanti salubri consilio succurratur, Priamo authores sunt, ut consilium frequens cogatur. Hic illis à rege iussis sententiam dicere, Antenor longa & antè præmeditata oratione ita uerba fecit, ut concluderet, quia Troianorum fortissimi cæsi erant, & Græcorum B
fortissimi contrà superarant, ipsi clausi intra muros inopia rerum laborarent: contrà omnia Græcis suppeterent, reddendam esse Helenam, & petendam pacem qualemcunque. Aduersus quem Amphimachus, Priami filius, multa ferociter contendit, censetque educendum exercitum, & uiribus res gerendas. Antenor rursum suadet pacem, sed frustrà: uincitur enim clamoribus. Tum Priamus acerba oratione inuehi cœpit in Aeneam & Antenorem, ut qui initio belli suscipiendi authores extitissent, nunc pacem faciendam contrà suaderent. Antenorem legatum in Græciam missum, atque in concilium retulisse, ignominia se affectum: ac parum abfuisse, quin contra ius gentium pulsatus abisset. Aeneam etiam socium Alexandro in mulieris raptu fuisse: eo turpius nunc suadere pacem. Quare ijsdem animis, quibus bellum susceptum esset, gerendum. Proinde non uelle, neque posse cum Græcis pacem facere. Addidit preces, ut parati sint, dato signo omnes, ad faciendam irruptionem in hostium castra: se instructum uel uincere, uel mori, quamcunque sortem fortuna daret. Hoc animo Priamus cum Amphimacho è consilio in regiam sublatus, dixit se nimium uereri, ne hostibus ab Aenea & C
Antenore prodatur, quòd tantopere pacem suasissent, & eorum sententiam aliquanta plebis pars sequeretur: è re-gnum re esse, si interficerentur. Itaque Amphimachum paratum in armis esse iubet: ac se dicit per speciem rei diuinæ faciendæ, eos ad cœnam in posterum diem uocaturum. Probat consilium patris filius. Eodem die secretò conueniunt, Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, Dolon & Aeneas. Hi inter se regis diu pertinaciam mirati, quòd cum patria occidione perire mallet, quàm ea salua pacem facere, dubij consilij hæsêre. Postremò Antenor ait se aduertisse, Priamum iratum, quamuis dissimulasset, è consilio se abripuisse: uereri, ne quid inceptaret noui: consultum uideri, ut mittant ad Agamemnonem legationes de petenda pace: non dubitare se, quin æquissimas conditiones impetrarent. Satius esse ciuitatem tradere, quàm omnes internecione deleri: id quod Priamus moliretur. Conuenit itaque inter eos, sibi inter se, aduersus regis conatus periculosos, & insidias, adfuturos. Consilium de utriusque cæde iam ad Aeneam permanarat. Mit-

tunt

A *tunc exemplò Polydamantem ad Agamemnonem in castra uisum ad id ob eam rem idoneum, quòd in eo esset suspicionis minimum. Is fide ultrò citróq; commeandi accepta, rem omnem & suorum consilium exponit. Rex sequenti nocte duces conuocat, aperitq; ea quæ à Polydamante accepisset: iubetq; ordine sententias dicere. Huc denique omnes discedunt, accipiendas esse conditiones: promittuntq; uicissim coniurati incolumitatem bonorum, & salutem. Hæc in uniuersum proposita & accepta ad suos refert Polydamas. Conuenitur rursum, ut conditiones arctiùs coirent. Hic sancitur fœdus, & promissa iureiurando utrinque his legibus confirmantur, ut hi Græcis Ilium traderent: rursum Græci Aeneæ & Antenori, eorumq; socijs parentibus, liberis, coniugibus, consanguineis, propinquis, amicis, & qui his adiungerentur, pactam fidem seruarent inuiolabilem. Interim dum hæc transiguntur, Aeneas & Antenor ad cædem destinati, ad Priamum uocantur. Quoniam autem plebi chari erant ob antiquam nobilitatem & uirtutem, armati ipsi & septi armis ad regem penetrant. Quare insperata rex territus, trepidè monet Amphimachum, ne quid inceptet.*

B *Itaque dissimulatis in præsenti consilijs, discedunt. Fortè dum ista geruntur, Aeneæ & Antenori in mentem uenit Palladij: de quo etsi suprà à nobis habitus est sermo, non fuerit inutile fortasse hic repetere. Erat Palladium imago, quam uulgo persuasum erat, è cœlo in templum Palladis lapsam. De hoc oraculum horrendum extabat, exitiabilem cladem Troianis imminere, si extra urbis mœnia efferretur: uidelicet,* ἕως οὗ μένῃ τὸ παλλάδιον ἐν τῇ πόλει, ἀσάλευτος ἔσται ἡ βασιλεία τῶν φρυγῶν. *Capiunt ex tempore consilium, ut de hoc Græcos certiores faciant, ne essent rerum ignari. Interim nocte ad Thoantem sacerdotem, in cuius custodia illud erat, se confert Antenor: quem, ad id tradendum magno auri pondere corrupit: & facilè quidem, quod cupiebat, obtinuit. Sunt alij scriptores, quos poëta sunt sequuti, qui contendunt, Diomedem & Vlyssem per cloacas & cuniculos penetrasse, & cæsis custodibus surripuisse idolum, & quidem* [illegible]. *Quod ubi per urbem diuulgatum esset, ferunt Helenum uatem exclamasse, iam Troiæ excidium imminere. Antenor & Aeneas, uti conuenerat, nocte sequenti*

C *portas aperiunt Græcis, quæ in ipsorum custodia erat. Menecrates Xanthius causam prodendæ urbis Aeneæ fuisse scribit quòd ab Alexandro aliquando solenni sacro esset repulsus. Erat præmissus cum exercitu Pyrrhus. Hic silentio intromissus, proditoribus omnia præsidia ad suos conseruandos tradit. Mox dato signo, Græci irrumpunt: & ut quisque telo armatus occurrit, ita obtruncatur. Fit fuga tota urbe. Priamus ad aram Iouis Hercei fugit: alij item ad alia diuorum delubra: sed nusquam salus. Deiphobus, cui Helena post Paridis mortem nupserat, præsectis auribus & naribus, amputatisq; brachijs, à Menelao trucidatur. Priamum Pyrrhus aram tenentem obtruncat. Grassatum cædibus est atrociter. Inde consultari cœptum, de ijs qui ad templorum asyla confugerant. Fit atrox decretum, ut ab aris & focis deorum, citra ullam religionem auellerentur. Inde ad prædam conuersi, opulentissimam urbem diripiunt: & ad postremum incendunt. His rebus perpetratis, Agamemnon duces in templum Mineruæ cogit, redditq; Menelao Helenam: cui uicissim Cassandra omnium ducum consensu addicitur. Quoniam autem Helenus & Andromache semper ab initio bellum dissuaserant, fuerantq; pacis studiosi, Aeneas & Antenor eos liberos dimittendos à ducibus petunt. Heleno obtinuerunt, sed Andromache Pyrrho fuit addicta. Nobiles fœminæ libertate donantur. Dionysius tradit, capta urbe, Aeneam cum Iliensium manu, & ijs qui ex Dardano & Ophrynio aderant, hostibus adhuc inferiora urbis tenentibus, in arcem confugisse. Erant in ea, sacra, & ingens pecuniarum uis. Inde Aeneas multitudine fretus, hostes eam subeuntes aliquandiu repulit. Mox ubi se & arcem, tota urbe capta, diutiùs tueri non posse uidit, ad sacra & pecuniam in tutum portandam, animum adiecit. Itaque parte arcis ab hostibus diruta, per occultos exitus, omnem imbellem multitudinem, & alia quæ ad fugam impedimento esse poterant, silentio ad Idam præmisit: & cum his lectissimos iuuenes, qui abeuntibus subsidio essent aduersus uim. Ipse autem cum robore iuuenum totam illam noctem, hostem egregiè pugnando fatigauit. Cæterùm Neoptolemo cum cæteris ducibus arcem subeunte, & in summum ueniente, Aeneas uia ab hoste auersa, in Idam suos consequutus est. Hunc maximè authorem Poëta secutus est. Idem author scriptum reliquit, quod paulò suprà annotauimus, Anchisen, Creusam & Aeneam curru in tutum delatos. Græcis prædæ intentis, spacium fuit Aeneæ munitissima loca urbis occupandi. Huc ex Dardano profugi superuenerunt, qui flammam incensæ urbis per noctem conspicati, relicto oppido, trepida fuga ad montes delati, in suorum popularium agmen inciderunt. Ex Ophrynio quoque & alijs circumiectis oppidis pari consternatione pulsi, cum Aenea sese coniunxerunt. Hæc cum Marone utcunque consentiunt. At si uerum est, quod quidam Græcorum in literas retulerunt, mirum quam ab his* διὰ πασῶν *uariet. Aiunt, capta Troia, solum Aeneam libertate donatum à Græcis: iussumq; ex urbe asportare, quæ uellet. Itaque domo cum liberis & uxore relicta, sola diuorum simulachra & patrem extulit. Hinc in Atho profectus, urbem ibi ualidissimam condidit, à se Aeneada appellatam. Quo loco è rebus humanis sublatus est Anchises. Patris cineribus in aurea urna conditis, inde discessit. Accepit suem, quæ triginta suculas enixa fuit: cuius simulachrum effictum in una à se conditarum ciuitatum erexit. At Lesches uerò, ille paruæ Iliadis scriptor, affirmat, Andromachen & Aenean captiuos Pyrrho Neoptolemo Achillis filio traditos, & cum eo in Pharsaliam abductos, quæ Achillis patria erat. Verba Leschæ sunt:*

αὐτὰρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς,
Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγαγε κοίλας ἐπὶ νῆας.
παῖδα δ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης,
ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου. τὸν δὲ πεσόντα
ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.
ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην ἠΰζωνον παράκοιτιν
Ἕκτορος, ἥν τέ οἱ αὐτῷ ἀριστῆες Παναχαιῶν
δῶκαν ἔχειν ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρί.
αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο
Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν.
ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.

Cæterùm Antenori, affini Priami, regnum Ilij à Græcis traditum est: regnauitq; annos 22. Pellitur inde Aeneas ab Agamemnone, quòd Vlyssi in occultanda Polyxena adfuisset. Hectoris liberi postea tamen regnum paternum

recuperasse ductu Helem dicuntur: quo tempore Aeneas Syluius, tertius Albanorum regum, imperium obtineret. Sed de Antenore aliàs dictum est. Neque uerò desunt, qui Aeneam Troiam rursum habitasse ferunt. Iam capta Troia, rex ad diuidendam prædam se uertit: qua diuisa, reditum in patriam parat. Hic subitò tanta tempestas oritur, ut in tam numeroso exercitu nemo esset, qui mari se committere auderet. Consulitur Calchas. Is respondit, ea de causa id fieri, quòd Achilli mortuo debiti honores nondum persoluti essent. Eam ad illius sepulchrum mactari oportere, propter quam in templo Apollinis is cæsus esset. Vlysses Hecubæ beneficium pro accepta salute repensaturus, Polyxenam occulit, ut cædi subtrahatur. Ad postremum, ducum improbis flagitationibus uictus, eam prodit. Itaque à Pyrrho, patris manibus parentatur. Ortum inde certamen est inter Vlyssem & Aiacem Telamonium, de Palladio, quod Vlysi communibus suffragijs est adiudicatum. Propter quam iniuriam Telamonius ira accensus, minatur antagonistæ suo talionem, cùm postridie interfectus inuenitur. Qua ex re magnus exortus in castris motus est, ut Vlysses, metu, ne exciperetur, fuga subtractus, in Ismarum se abriperet. Sunt qui communi consilio ducum, quia ferum dici erat, placuisse ferunt, ut ea nocte idolum apud Diomedem esset, in insequentem diem, ac ea nocte incerto authore Aiacem occisum. Hæc sunt quæ de Troiæ excidio Dictys & Dares, & alij prodidêre. Vnde apparet, quàm diuersa sint ab ijs quæ à Marone commemorantur. Sed aliud est historiam, aliud poëma scribere: maximè si Poëtæ nostri consilium spectemus. Ter Troia capta traditur. Primùm ab Hercule: inde à Græcis, propter Helenen: postremò ab Amazonibus. Porrò Agamemnon exercitum ex Asia deducturus, è prisco uictorum more, & depopulatorum urbium, eos deuouit uerbis conceptis, qui in posterum restaurare Ilium essent ausi. Posteri hac deuotione territi, cùm se religione uellent exoluere, locum in proximo, ueteri non dissimilem inuenêre: atq; ibi condiderunt urbem, uocarúntq; Ilium: atque ad eum modum Agamemnonis deuotionem subterfugere. Didymus annotauit libro Odyss. 8. Agamemnonem de belli exitu Delphicum deum A *aliquando consulentem, hoc responsi accepisse: tum demum eum Ilium depopulaturum, cùm Græcorum præstantissimi inter se seditionibus agitarentur. Sed Didymi uerba adscribam:* φασὶ τὸν ἀγαμέμνονα χρώμενον περὶ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον τέλους, ἀκοῦσαι τὸν ἐν Δελφοῖς ἀπόλλωνα, τότε πορθήσειν τὸ ἴλιον, ὅτ᾽ ἂν οἱ ἄριστοι τῶν ἑλλήνων στασιάσωσι. καὶ δὴ παρὰ πότον διαπληκτισθῆναι ὀδυσσέα καὶ ἀχιλλέα, τοῦ μὲν ἀχιλλέως ἀνδρείαν ἐπαινοῦντος, τοῦ δὲ ὀδυσσέως σύνεσιν, μετὰ τὴν ἕκτορος ἀναίρεσιν· τοῦ μὲν βιάζεσθαι παραινοῦντος, τοῦ δὲ δόλῳ μετελθεῖν. καὶ ἀγαμέμνονα, ὡς πληρουμένου τοῦ λόγου χαίρειν. ἐσήμανε δὲ τὴν αὐτοῦ ἀφορμὴν πρὸς ἀχιλλέα. *Hactenus Didymus. Pugnatum fuit ad Troiam, decem annos, menses octo, dies duodecim, ut memoriæ proditum reliquit Dares. Perierunt in ea obsidione ex Græcis, octingenta & septuaginta hominum millia, ut quidam scribunt. Ex Troianis, sexcenta & septuaginta sex millia armatorum, antequam urbs proderetur. In ea capta, ferro absumpta creduntur ducenta septuaginta sex millia. Agamemnon tamen Homericus lib. Iliad. secundo, autumat singulos Troianos denis Achiuis* B *opponi posse, & tamen horum numerum non æquare. Libro Iliados 8. interim colliguntur Troianorum cum auxiliaribus, quinquaginta millia in castris ad lucentes ignes consedisse. Rursus ex catalogo Homerico, si diligenter nauium numerum & Ducum singulorum copias ad calculos reducas, ad summum exercitus Agamemnonij, numerus non ultra centum & quinquaginta millia excrescet. Iam qui tempora supputant, tradunt, urbis excidium in uigesimum annum, supra quater millesimũ ab Orbe condito, incidisse, sub tempora Dauidis. Id quod Poëta in primo luculenter indicat, cùm loquitur de imperio Albano:*

> *Hic iam ter centum totos regnabitur annos,*
> *Gente sub Hectorea ——.*

Nam sub regni Albani finem cœpit imperium Romanum. Et si ab initio urbis Romæ conditæ, ad principium regni Solomonis retrò tempora atque annos digeras, reperientur anni trecenti tres. Neque multo uetustius bellum Troianum fuit.

FINIS COMMENTARIORVM
in Librum secundum.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM IN LIBRVM TERTIVM AENEIDOS VIRGILIANAE.

ADILON.

Tertius errores canit, amissumq́; parentem.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARgumentum Libri 3.

Post euersa Phrygum regna, vt fuga cœpta moueri,
Vtq́; sit in Thracen primo deuectus, ibiq́;
Mœnia condiderit, Polydori cade piata:
Regis & hospitium: vt Phœbi responsa canebant.
Cœptum iter in Cretam: rursus noua fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas.
Inde fugam, atq; iterum enarrat pracepta Celano:
Liquerit vtq́; Helenum, perceptis ordine fatis.
Supplicem Achamenidem, Polyphemo vrgente, recepit.
Amissumq́; patrem Drepani, atq; hic deinde quieuit.

D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII, ET D. LAMBERTI HORTENSII, MONTFORTII, EXPLANATIONES IN Tertium librum P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII in tertium Aeneidos librum explanatio.

ARGVMENTVM.

EX tribus à Didone propositis cùm duo exposuisset Aeneas superiore libro, insidias Danaum & casus suorum, reliquum fuerat, vt errores suos explicaret, quod in hoc tertio libro diligenter præstare videtur, cuius initio miro quodam artificio vtitur. Nam cùm longo sermone Didonem retinuisset, eamque audiendo fessam esse animaduerteret, ita auspicatur, vt nihil orsi magnum, & graue proponat. Nam regnum Asiæ, gentem Priami, superbum Ilium, Troia Neptunia, cum ingenti quodam verborum sono, nec absq; grauitate, pronunciat: nimirum, vt ex magnarum rerum commemoratione cum apta verborum magnitudine reginam sibi attentiorem faciat. Sed illud in primis meminisse oportet: huius libri tantam esse difficultatem, ob multorum descriptionem, enumerationemque locorum, vt, nisi ab iis, qui ea inuiserint loca, absolutè intelligi nequeat: nam sicuti (vt ait Hieronymus) Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint, & sanctam Scripturam, librum præsertim [illegible] lucidiùs intuetur, qui Iudææ, & Palæstinæ regionis loca oculis perlustrant, ita hunc tertium Maronis librum æquiùs expendet, meliusque intelliget, qui à Troade per Leucatem, & Acroceraunia ad Siciliam, indeque ad Ostia Tyberis nauigauerit. Nos tamen eam diligentiam adhibebimus, vt in eo explanando vel parum, vel nihil (quoad eius fieri poterit) relinquatur, quod lectori curioso molestiam exhibere possit. Præterea ne illud quidem tacite prætereundum videtur, quod si perplexum, seu complicitum poema simplici præferendum sit, illudque perplexum dicatur poema, quod agnitionibus, & peripetiis constat, hic liber reliquis ferè Aeneidos libris anteferendus est, in quo plures agnitiones, & illæ quidem probatiores existunt, plures etiam peripetiæ inueniuntur: de quibus suo loco abundè dicetur. Totus autem ferè hic liber ad imitationem noni libri Odysseæ scriptus est.

NASC. POSTQVAM res Asiæ.] huius libri prothesis μετάβασιν habet, quã Latini scriptores transitionem appellant: nam breuiter colligit, quæ antea dixerat, mox summatim proponit, quæ dicturus est. Hæc igitur est primum transitionis membrum: alterum uerò Diuersa exilia, &c. huius principij simile illud est 2. libri Georg.

Hactenus aruorum cultus, & sydera cœli:
Nũc te Bacche canã.

Exorditur à commiseratione: quam excitat ex infelici ac infausta tùm urbis, tùm etiam hominum Troianorũ clade: & auget ab excellentia rerum, & ab indignitate personarum: res Asiæ, imperium Troianum intelligit ambitiatè, quasi innuere uelit, prostrato imperio Troiano, totam penè Asiam prostratam uideri.

POSTQVAM res Asiæ, Priamique euertere gentem
Immeritam uisum superis, † ceciditque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,
Diuersa exilia, & † diuersas quærere terras
Augurijs agimur diuũm, classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ:
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.
Cõtrahimusque uiros: uix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis uela iubebat.
Littora cum patriæ lacrymãs, portusque relinquo,
Et campos ubi Troia fuit: feror exul in altum
Cum socijs natoque, penatibus & magnis dijs.

† al. caditque

† al. desertas

Priamique euertere gentem Immeritam] commiserationem exaggerat ab indignitate personarum, quod immeritò tantam passi fuerint calamitatem. Aristotel. in 2. de arte rhet. miserationem definit esse dolorem quendam animi susceptum ex cogitatione grauis, & perniciosi alicuius incommodi, quo quis immeritò affici uideatur: quodque aut in nos, aut in aliquem ex nostris possit incurrere. Visum superis.] cum dolore, nec fortassis absque indignatione. Occultè autem suos excusare uidetur, qui non uiribus hostium, sed deorum uoluntate uicti fuerint. Ceciditque superbum Ilium] ex iactura rei pretiosæ, ac nobilis. Et omnis humo fumat Neptunia Troia.] hæc (meo quidem iudicio) αὔξησιν habent: res Asiæ, Priami gentem, Troia Neptunia: maiorque misericordiæ affectus concitari uidetur ex hac postrema quàm ex reliquis duobus quod urbs non hominum, sed Deorum, non humana manu facta, sed diuina, igne consumpta corruit: nec illud quidem minori animaduersione dignum esse uidetur, quod cùm Troiani imperij excellentiam, atque maiestatem triplici conquestionis affectu exaggerasset, triplici quoque uerborum mutatione, atque significatione illius excidium exprimere, ac propè iam delineare uoluit: Euertere, cecidit, humo fumat: nam multa cadunt, quæ non euertuntur: & quæ euertuntur, diuersa ratione euerti possunt. Igitur ait Ilium cecidisse, & funditùs corruisse, tertiò etiam addidit modum, igne conflagrasse: utque nihil non consumptum remansisse ostenderet, dixit ab humo fumat: nam ædificium ab humo fumat, quod totum ardens corruit, & est ex Euripide sumptum inter initia Troad.

νῦν καπνοῦται, καὶ πρὸς Ἀργείου δορὸς
ὄλωλε πορθηθεῖσα.

Missas facio Grammaticorum nugas, inanesque disceptationes super hoc dicendi modo ab humo fumat, cùm nonnulli extiterint, qui solœcismum esse per tempus assererent. Illud etiam mihi succurrit, quod Plin. in nat. hist. Hierichonte Palæstinæ oppidum, quòd Hierosolymitano bello à Rom. captum, & incensum est, bustum uocat: unde mihi suspicio est, urbes omnes, quæ hostili flamma perierunt, ab antiquis busta uocari solitas. Horat. carm. lib. 3. A

——qualibet exules
In parte regnanto beati,
Dum Priami, Paridisque busto
Insultet armentum.

Interpretes de sepulchro intelligunt Priami & Paridis: quibus ego nõ assentior: quãobrem id innuere uoluisse Poëtam indicari potest. Superbum illud Ilium, urbs illa diuina manu condita nõ urbs, sed bustum uocari potest: quod si uerum est, appositè præsentis temporis uerba usus est.

Diuersa exilia.] alterum est transitionis membrum, quod totius libri summam complectitur, & cõmiserationem habet à cõmutatione fortunæ. B Desertas quærere terras.] à Dardano, ut Seruio adlubescit, & Italiã intelligit: mihi uerò secus esse uidetur. nam statim subdit:

Incerti quò fata ferant.

Ergo uel diuersas, cum antiquis codicibus legendum est, ut maior commiserationis affectus ex repetitione moueatur: uel desertas, incultas, & ab hominibus derelictas: quò ijs peruenire contingit, qui longa, & incerta nauigatione feruntur: aut desertas, incognitas: nam deserta: id est, possessoribus uacua, maiore ex parte ignota esse solent.

Augurijs agimur Diuũm] hic Aeneas ostenditur augur, ut etiam alibi sæpiùs: nam ab Harpyia augurum capit & à fulmine, & à flamma Ascanij quin etiam sic uaticinatur:

—heu quantæ clades Laurentibus instant.
Quas pœnas mihi Turne dabis?

Et alia multa quæ consultò prætereo. Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.] affectum commiserationis amplificat ab incerto suarum calamitatum euentu. C

Vix prima inceperat æstas.] fabricata iuxta Antandrum Phrygiæ ciuitatem classe, nauigationi sese accingunt: & quanquam nauigandi adhuc non satis opportunum tempus esse uidebatur (nam Veris initium erat, quo tempore nondum tuta prorsus nauigatio est) tamẽ iubente Anchise uela faciunt. Anchises uerò abitionem ideo accelerabat, quia non sibi, sed fatis nauigabat: nisi mauis simpliciter intelligi, Dare uela fatis, prospero, ac felici omine nauigationis iter inire: uel reuera fatorum arbitrio nauigationem committere: nam quas terras peterent, ignorabant. Horat. Od. 7.

Quò nos cunque feret melior fortuna parente
Ibimus ô socij, comitesque.

Littora tum patriæ lacrymans.] πάθος à dolore: & profectò magnum, atque incredibilem dolorem accipit, qui de patria sua ita recedit, ut eam se non amplius uisurum speret: quamobrem de matronis Troianorum in 5. dictum est:

Ample-

A » *Amplexæq; tenent postes, atq; oscula figunt.*

Tanquam non erat amplius uisuræ essent. & apud Euripid. in Troad. absq; dolore, & lachrymis in Græciam non solum Troianæ mulieres. Et campos, ubi Troia fuit.] *locus conquestionis à commutatione fortunæ, ut in 2. Aeneid.*

» *——fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens*
» *Gloria Teucrorum.*

Græci rhetores statuunt uocare ἐπιτροχασμόν, siue βραχύτητα, aut etiam βραχυλογίαν, cùm res magnæ paucis uerbis efferũtur, ut hoc in loco & apud Cic. cùm ait: Lemnum præteriens cepit, inde Tarsi præsidium reliquit: pòst urbem in Bithynia sustulit. Latinis interdum hæc dicendi figura cùm à Poëtis, tùm ab Oratoribus tractari solet. ut apud Poëtam in 2. Aeneid.

» *Quis cladem illius noctis, quis funera fando*
» *Explicet?——*

Et quæ sequuntur. Et paulò pòst:

» *Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.*

Lege Macrob. in 5. Sat. Fab. etiam Quinctilianus hũc locum merè extulit. Feror exul in altum Cum sociis, natoq;, penatibus, & magnis Dijs.] *duo hic humana posuit, socios, & natum: diuinum uerò unũ,*
B *penates, & magnos deos. Cur patris mentioné non fecerit, Seruius caussam hanc assignat, quia secundum Virg. ad Italiam non uenit. ego uerò aliam esse existimo: quia cùm dudum pater imperasset, ut soluerent (nam dictum est:*

Et pater Anchises dare fatis uela iubebat.)

Nihil erat, quod patris, utpote maioris auctoritatis uiri mentionem faceret: sed nati, sociorumq;, in quos tanquam dux Aeneas imperium habebat: & deorum, quos illi Hector commendauerat in 2. Aen.

» *Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates,*
» *Hos cape fatorum comites: his mœnia quære,*
» *Magna pererrato statues quæ denique ponto.*

Qui uerò fuerint magni dij, uarij uaria sentiunt. Seruius penates, & deos magnos eosdem esse autumat: & rectè sanè: nam in statuis penatium, quæ hodie etiam Romæ sunt, inscriptum est: Dij Magni. θεοὶ μεγάλοι: ergo penatibus, & magnis dijs: id est, magnis Dijs penatibus per appositionem. Sed lege Macrob. in 3. Sat. cap. 4. diuinus Plato Solem & Lunam magnos Deos appellat lib. de leg. 14.

LAMB. Hort. POSTQVAM res] *Splẽdidè & lucidenter exposito urbis excidio, transit ad enarrationem errorũ suorum, qui*
C *mox inde euersionẽ sunt sequuti. Principiò statim attentionem breui ἀνακεφαλαιώσει explicatarum rerum parat, ut nouam narrationem promittere uideatur. Inde docilẽ auditorem de integro reddit, cùm affirmet se fatis compulsum, patria relicta, sedes externas quærere. Et ordine ad*
» *Didonis interrogationes memorat: Prius erat, quod audire arderet, excidium urbis: &, in ea capienda, Græcorum artes, & Troianorum casus: postremò fortissimi uiri cursum nauigationis, quem nunc deinceps prosequitur:*

» *Immò age, & à prima dic hospes origine nobis*
» *Insidias, inquit, Danaûm, casusq; tuorum,*
» *Erroresq; tuos: nam, te iam septima portat,*
» *Omnibus errantem terris & fluctibus, æstas.*

Iam uerò illud maximè hoc libro obseruandum est, quòd sæpè antea monuimus, cordati principis in obeundis periculis, exemplum proponi: qui nullis casibus aduersis frangatur, nullis secundis exultet: sed ubiq; idem est, & æquè animosus. Res Asiæ.] *Ex toto partẽ: uerùm haud temerè. Nam Phrygiæ opes, ad eam usq; tempestatem cum totius Asiæ potentissimis opibus componi poterant: & ipsius regni pomœria alioqui amplissima erant. Quam ob caussam Diodorus libro 17 μεγάλην φρυγίαν uocat.* Priamiq;.] *Epexegesis, explicatiuè enunclat præcedentem orationem.*

Immeritam.] *Excusat suos, & caussam excidij in fata transfert.* Superbum.] *florentissimum opibus regni magnis. Sunt autem perpetuæ expolitiones synonyma, enunciata per copiam.* Neptunia.] *Epithetice: à Neptuno & Apolline mœnibus cincta. Narrat rei naturam significanter: nam cùm excidium, cædes & incendium citò desierint, fumus diutiùs perdurans, urbis subuersæ faciem ex interuallo spectantibus miserabilem reliquit.* Desertas.] *Expolitio. Iam & illud tenuius est, quàm ut annotetur.* Agimur quærere.] *ἀνόμοιον σχῆμα, Græca figura dictũ esse: pro, agimur ad quærendũ.* Augurijs.] *oraculis, uoluntate & iussu deorum. Nam prisci illi mortales, superstitiosi homines, nihil aliud auguria esse arbitrabantur, quàm deorum consilia & uoluntatem, externis signis editam, testatamq; Verùm de augurijs & auspicijs suo dicetur loco. Fugæ consilium deorum nutum fuisse dicit, ut reprehensionem euitet.* Classemq;.] *Laconismo præceps in instruenda classe studium suum narrat: id quod rei ipsius natura expostulat.* Antandro.] *A' loci circumstantia uerisimilem narrationem facit. Antandrus erat, teste Plinio, in litore, sub Gargaro monte, antea Edonis appellata. Hanc habitarunt Leleges, ad meridiem finitimi Cilicibus. In aduerso litore Assum promontorium spectat. In Antandro tradunt fuisse platanum, quæ circumdolatis lateribus sponte facta longitudine 25. cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum reuixerit. Nominis Antandri ratio, duplex fama fertur. Quidam scribunt, Ascanium Aeneæ filium, cùm ibi regnaret, à Pelasgis captum in hac, aut certè hac, se redemisse. Alij putant, conditam ab ijs quos domestica seditio Andro in eam oram expulerit. Ex hac duplici ratione, duplex etymon adducitur. Illi dictam uolunt Ἄντανδρον quasi ἀντὶ ἀνδρὸς, pro uiro: hi uerò, ἀπὸ τοῦ ἀντὶ Ἄνδρου, pro Andro. Hodie deletis uetustis nominibus, Sancto Dimitri appellatur. Hic cùm naues moliretur, facilè tutus ab occursu hostium erat futurus: quibus ad Sigeum & circa Tenedum in faucibus Hellesponti sua statio erat.* Molimur.] *paramus classem.*

Fata.] *Pathos ab incertitudine casus, ut fraudis doliq; suspicio absit.* Contrahimusq;.] *A' similitudine rei militaris, in qua tumultuariè contrahitur exercitus. Vndique, non solùm è Troia, sed proximis oppidulis ea nocte illò, incendio exciti, confluxerant. Ergo scitè dictum est. Contrahimusq; uiros: ut non respiciatur ad Troianos, perinde atq; ad populum uicinarum ciuitatum.* Aestas.] *Ab opportuno, ductio à temporis ratione. Commoda æstas est ad nauigandum.* Fatis uela iubebat.] *deorum arbitrio: Quid aliud fata sunt, quàm Dei prædestinatio & uoluntas? Identidem auertit suspicionem proditionis, & malarum artium.* Littora tum patriæ lacrymans.] *Exordium narrationis patheticum est: à loco, unde soluerit. Paucissimis uerbis: cùm litora, portus & campos se reliquisse narret, non solùm maximam urbem & eius tragicum interitum, uerumetiam amplissimum regnum hausit. Idem quàm copiosè in secunda eundem locum amplificârit, quis est qui ignoret? cùm id maximè eodem loco à nobis utcunque sit annotatum:*

» *Venit summa dies, & ineluctabile tempus*
» *Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens*
» *Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos*
» *Transtulit, incensa Danai dominantur in urbe.*
» *O´ patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello*
» *Mœnia Dardanidum.——*

Et paulo pòst:

» *Quis cladem illius noctis, quis funera fando*
» *Explicet? aut possit lacrymis æquare dolorem?*
» *Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.*

Quis fons (inquit Macrobius) quod mare tot fluctibus, quot hic uerbis, inundauit? Troia fuit.] *Prouerbiale est: ut & hæ loquendi formulæ, & colores in Latinis Græcisq; Tragœdijs, Habui, Fuimus quondam fortes Milesij: quibus significamus aliquem funditùs perijsse. Explicantur hæc disertè à D. Erasmo Roterodamo in Chiliadibus prouerbiorum.* Troia.] *Emphasis. Significat celebrem illam quondam, & tota Asia opibus florentissimam urbem, antiquam, armis & bello decantatam, non uiribus, sed arte & dolo insidijsq; Græcorum captam, deletamq;.* Lachrymans.] *Pathos à gestu.* Exul.] *A' statu* Cum socijs.] *Sociorum nomine ubiq; suos appellat, ut parem se omnibus, in desungendis periculis, ad conciliandos eorum animos, faciat. Principis est, non insolescere, sed beneuolentia & humanitate magis quàm ui & imperio suos in officio detinere.* Penatibus.] *Superioribus lib. annotatum est de dijs penatibus Troianorum: eos scilicet* A *fuisse præcipuos Apollinem & Neptunum, murorum uidelicet conditores, ut multi arbitrantur: atq; hos Aeneam secum in Italiam uexisse. Sed scriptores, qui penitùs rerum naturam inuestigarunt, nuncupari penates autumant, per quos penitùs spiramus, per quos habemus corpus, per quos animi rationem possidemus. Aetherem Ioui assignant, Iunoni aërem & terram, Mineruæ uerò summum ætheris cacumen. Itaq; ut Poëta declaret, inquit, qui fuerint penates, addit, eos esse Magnos deos quoque appellatos. Erant enim Samothracibus θεοὶ μεγάλοι, ijdem qui penates. Neque uerò ipse id dissimulat alibi, cùm Iunonem θεὰν μεγάλην uocet:*

Iunonis Magnæ semper prece numen adora. «

Et τὴν χρηστὴν, Bonam Iunonem, ut in primo:

——& bona Iuno. «

τὴν δυνατὴν:

——Dominamq; potentem. «

Hac autem nomenclatura & Vesta censetur, quam de penatium numero esse contendunt:

——Vestamq; potentem, «
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. «

Constat eosdem πατρῴους θεοὺς item dictos. Iam uerò neq; il- B *lud quidem prætereundum est, dignitati rei pondus attemperasse Poëtam spondæo in quinta sede. De dijs penatibus Macrob. amplius differit lib. 3. Satur. cap. 4.*

ARGVMENTVM.

Locos recensere cœpit: ad quos classe profectus est: quorũ alios copiosa descriptione depingit, alios breui oratione perstringit: nonnullos simplici nominis significatione designat: nunc Thraciam quò primus prospera nauigatione peruenerat, breui descriptione complectitur: deinde quid ibi ipse fecerit, quidq; sibi contigerit, memorat.

NASC.

Terra procul uastis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hospitium antiquum Troiæ, socijq; penates,
Dum fortuna fuit: feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis:
Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionçæ matri, diuisq; ferebam,
Auspicibus cœptorũ operum, superoq; nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.

Terra procul.] *ab Ida monte Phrygiæ, quæ in Asia est, unde profecti fuerât Troiani ad Thraciam, quæ in Europa est, & à meridie alluitur Aegeo mari, quod hodie uulgò archipelagus: id est, ἀρχιπέλαγος appellatur: etsi non longa admodũ nauigatio est, haud tamen ita breuis, quin procul, id est, longè abesse dici possit: nam Plinius li. nat. hist. 4. cap. ultimo scriptum reliquit, spatium Hellesponti (per quem ex Antandro soluentes Troiani proculdubiò nauigarunt) & propontidis ad Bosphorum Thracium esse centum octoginta octo mil. pass. sed cùm ex Antandro soluisse dicat Aeneas, & inter Antandrum & Thraciam Hellespontus tantummodo intersit, cuius latitudo Padi Italiæ fluminis latitudinem non excedit, facilè colligi potest, qua significatione capienda sit hæc uox, procul: quæ, ut etiam Seruius interpres animaduertit, longè significat, & prope: uel discedentium à patria, animo præsertim non redeundi, rationem habuit, quibus loca etiam propinqua, longè abesse uidentur.*

Vastis campis.] *Prouinciæ magnitudinem designat: cuius longitudo (ut quidam, Plinio referente, autumant)* DCCXX. M. *est, latitudo uerò* CCCLXXXIII. M. *ut inquit Pomponius Mela.*

Thraces arãt.] *regionis fertilitatem significare uidetur: cùm tamẽ Geographi aliter sentiãt, & in primis Mela Pomponius: qui Thraciam scribit regionẽ esse, nec cœlo nec solo lætam, &* C *nisi quæ mari propior est, infœcundam, frigidam, eorumq;, quæ seruntur, malignè admodum patientem. Sed Poëta noster Eurip. sequitur: qui in Hecuba Polydorum loquentem inducit, se clam è Troia missum fuisse à patre ad Polymnestorem hospitem, & statim subdit:*

ὃς τὴν ἀρίστην χερσονησίαν πλάκα «
σπείρει. Id est, «
Qui Cherronesi terram fertilissimam «
Arat. «

Vbi de Cherroneso Thracia proculdubiò intelligendum est: ad quam & Poëta noster respexisse uidetur. Quidam uerò uir doctiss. mihiq; amiciss. poëticam locutionem esse autumat, Thraces arant: id est, habitant. Acri quondam regnata Lycurgo.] *regionem ex regis immanitate deturpat.* Dum fortuna fuit.] *πάθος à commutatione fortunæ: fidem unà cum felicitate defecisse ostendit. unde Horat. 1. Carm. Od. 35.*

——diffugiunt cadis «

Cum

A » *Cum fato sceratis amici,*
» *Ferre iugum pariter dolosi.*

Aeneadasq́; meo nomen.] *Aenum oppidum à se conditum Aeneas designare uidetur: de quo mira est scriptorum dissensio: nam Plinius, Pomponius Mela ab Aenea conditum asserunt. Homerus uerò Iliad. δ. Pirum ductorem Thracum auxilio ad Troiam ex Aeno uenisse dicit, qui Dioreum interfecit.*

» ——βάλε δὲ Θρῃκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν,
» Πείροος Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει. Id est,
» *Percussit Thracum ductor, qui nuper ab Aeno*
» *Venerat Imbrasides Pirus.*

Sed fortassè Homerus ætatis suæ rationem habuit: ut plerumq; poëtæ facere solent: quibus κατὰ πρόληψιν interdum conceditur, ut quod posterius acciderit, id ante tempus ascribant: quod & Virg. multis in locis fecisse uidetur. ibi præsertim

» *——Lauinia uenit*
» *Littora——.* Et in sexto Aeneid.
» *Chalcidicaq́; leuis tandem superastitit arce.* Item:
» *——portusq́; require Velinos.*

B. *Seruius uerò interpres hunc locum ita tueri uidetur, quòd Aeneadas, non Aenum dixit.*

Sacra Dionææ matri.] *hunc locum Seruio interpreti integrum relinquo: eoq́; magis quia fabulas, uel historias, aut alia huiusmodi declarare non est nostri instituti, sed illa præcipuè, quæ tum rhetoricæ, tum poëticæ facultatis esse putamus.*

LAMB. Hort. TERRA procul.] *Ab Antandro digressus, Lesbo prætermauigata, secundo uento primùm in Thraciam defertur. Ea autem Troadi & Antandro, in Aetoliam australiori, occidentalis est quidem, sed modicè in septentrionem flexa. In huius extrema ora est Mastusia promontorium, à qua in eodem littore, Eleusa, hodie Elesa, seu Simuæ dictæ, modico spacio absunt. Hæc Thraciæ pars à Lysimachia ad Melanum sinum, & Hellesponticum mare: & Aegæum Chersonesum efficit, quæ Thracia nuncupatur. Celebria in primis habet oppida, Callipolim in ora ad ortum, Lampsacum: Sestum, fabula Herus & Leandri nobilem, Abydo obiectam: Cœlam, obliquè spectantem Sigæum, & Scamandrum in Hellespontum labentem. Ad Austrum, circa Mastusiam promontorium. Eleusam: Mediterranea, Crio-*

C *theam & Madytum.* Terra.] *Chorographia Thraciæ: ab habitatoribus, militari laude, priscis gentis regibus, & regni usu. Ptolemæus ad septentrionem, Thraciam Hæmi iugis terminat: ab ortu, Euxini aliquanta parte, & Bosphoro atq; inde Propontidis littoribus: ab occasu brumali, Nesii, uel (ut Mela) Nesti amnis ostijs, & montanis ab Orbelo finibus: à meridie eius Chersonesus, Aegeo mari uenientibus clauditur, ut dixi. Mela tradit, in Illyricos penitùs Thraciam immissam, eiusq́; latera Istrum contingere. At Strabo Ptolemæum sequutus, superioribus cardinibus disterminat, nisi quòd Strymonem Macedoniam à Thracia diuidere dicat·* ὁ στρυμὼν ποταμὸς διορίζει μακεδονίαν καὶ θρᾴκην. ἡ δὲ θρᾴκη ὁριζομένη ἀπὸ γῆς τε πλάγια, καὶ τῷ μέλανι κόλπῳ καὶ ἑλλησπόντῳ, καὶ προποντίδι, καὶ βοσπόρῳ, καὶ ἀξείνῳ πόντῳ, ἀπὸ τῆς ἄρκτου τὸ ὄρος παρατείνεται ὁ δὲ αἷμος τῆς θρᾴκης πλευρᾶ, ὁ ἄθως ἐστὶν, καὶ ἡ ῥοδόπη καὶ ὁ σκόμιος, τὰ ὄρη. ἀπὸ δὲ δυσμικῆς πλευρᾶς, ὁ στρυμὼν ποταμός ἐστιν. *Ipsa regio cœlo tristis est & inamœna, nec solo læta, infœcunda, frigida. Quæ seruntur, malignè producit. Nullas uites, rarasq́; pomiferas arbores tolerat. Fructus earum nunquam maturat. Cæterùm montibus & amnibus claris insignis est. Gens ipsa quondam armorum gloria celebris fuit: hinc Martem fabulæ apud eos natum confirmant: ipsam uerò Thraciam, à Thrace Martis filio dictam. Quare Poëta, terram doctè Mauortiam uocat. Fœcundior uirorum est, quàm frugum. Oppida habet hodie multa & celebria, sed omnium clarissimum sede imperatoria Byzantium, à Constantino Magno eius restauratore posteà Constantinopolim dictam. Thracia, memorabilibus exemplis à scriptoribus ueteribus, & prouerbijs celebratur, maximè uerò hospitio & stabulis equorum Diomedis, ac cæde Polydori. In hanc terram primùm appulit Aeneas. Porrò quibus parœmijs locum fecerit, infrà annotabitur.*

Lycurgo.] *A' ueteri eius terræ principe & incola.*

Acrem.] *uocat hic, bellicosum & atrocem, quemadmodum acrem Aeneam. Thracum rex fuit, qui quòd contemptum Bacchi uites inciderat, crura sibi præcidit. Atq; haud scio an is hic fuerit, quem à Getis captum Harpalicè filia Amazonum regina liberârit. Hyginus huiusmodi historiam refert. Lycurgus Dryantis filius Liberum patrem regno fugarat, negaratq́; eum esse deum. Porrò accidit cùm per uinum & ebrietatem matri uim offerre conaretur, & eodem furore ad eius uites incidendas grassaretur, clamitans hoc pharmacum insalubre esse, quòd mentes humanas ceu toxica ad insaniam agitaret, Liber maniam in hominem impium immisit: qua correptus, uxorem & liberos trucidauit: ipse, à Baccho pantheris immissis, in Rhodode monte discerptus interijt. Sunt qui scribant, eum sibi mortem consciuisse. Huius mentionem facit Homerus lib. Iliad. 6.*

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δρύαντος υἱὸς κρατερὸς λυκόοργος "
δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν. "
ὅς ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας "
σεῦε κατ' ἠγάθεον νυσήϊον.—— "

Verba sunt Diomedis ad Glaucum, admirantis armorum splendorem, ut non humana, sed diuina propè forma conspicuus esset. Territum se ait, exemplo Lycurgi, pugnare cum dijs, qui aliquando Liberi patris nutrices in Nyssio Thraciæ monte persequutus esset. Quem locum Homeri enarrator explicans, hanc historiam adducit· διόνυσος ὁ διὸς καὶ σεμέλης παῖς, ἐν νύσῃ τῆς φρυγίας ὑπὸ τῆς ῥέας τυχὼν καθαρμῶν, καὶ διαθεὶς τὰς τελετὰς, καὶ λαβὼν παρὰ τῆς θεᾶς τὴν διασκευὴν, ἀνὰ πᾶσαν ἐφέρετο τὴν γῆν, χαρμῶν τε καὶ τιμῶν ἐτύγχανε, προηγουμένων τῶν ἀνθρώπων. παραγενόμενον δὲ αὐτὸν εἰς τὴν θρᾴκην, λυκοῦργος ὁ δρύαντος ἀγνοήσας ἐξ ὕβρεως μίαν μάστιγι ἀπεδίωξε τὰς τιθήνας ἐκ τῆς ἱερᾶς νύσσης, καὶ τῶν τότε θεῶν. ἐτύγχανον γὰρ αὐτῷ συνοργιάζουσαι· θυγατέρα δὲ πλανωμένας μάστιγι τὸν θεὸν ἐποίησεν τιμωρήσασθαι ὁ δὲ ὑπὸ δέους εἰς τὴν θάλασσαν καταδύεται, καὶ ὑπὸ θέτιδος καὶ εὐρυνόμης ὑπολαμβάνεται. ὁ δὲ λυκοῦργος ἐκ ἀμπέλου ἀναιρέσας, ἔλυσεν τὴν ἐξ ἀνθρώπων δίαιταν. ἀφείλετο γὰρ πρὸς τοῦ διὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς. *Claruit posteà alius Lycurgus, ab hoc diuersus, sanctissimus legislator Lacedæmoniensium: de quo multa Plutarchus, Suidas, & alij.* Hospitium.] *A' publico fœdere cum Troianis & iure hospitali, integra Troia. Euidenter hoc loco ea descriptio adhibetur, ut hominis qui ius hospitale uiolarit: impietas coarguatur. Polymnestori enim regi, Ilione natarum Priami in matrimonium data erat, unde hospitalis iuris fides sanctior esse debuisset.*

Fatis.]

Fatia.] *propter terram cadibus fœdatam, & ius hospitij cædibus uiolatum.* Mœnia.] *Appulit inter Melam amnem, & sinistrum Hebri brachium, contra insulam Samothracen. Aenos à Plinio, Mela, & alijs uocatur, hodiè* Aenò Apsynthus, & Poltyombria dicitur Sophiano, *& locus monstratur. Et consentiunt, oppidum quod hic ueustate donatur, ab Aenea conditum. Plinius addit, liberum esse. Et ne argumentum desit, Polydori tumulum adhuc eodem loco durare, & quidem in maritima ora. Ciconum quondam hæc regio fuit.* Nomen.] *paranomasia.*

Sacra.] *Nusquam non sacrorum mentionem ingerit, ut iusta ratione pius appelletur. Sacrum est, quicquid deorum habetur: quare ubi sacrum nominat Poëta, deorum ferè mentionem facit.* Dioneæ.] *Veneri matri. Dionen aiunt nympharum unam fuisse, Oceani & Tethyos, ex qua Iupiter Venerem sustulit: unde Poëta eam Dioneam matrem: & in Bucolicis, astrum Dioneum uocat. Suidas, Dionen eam quoq; dictam tradit.* A

Auspicibus.] *fauentibus primis coeptis. Hinc auspicari, bonis auspicijs feliciterq; inchoare: ducta metaphora ab auspicijs.* Supero'q;.] *Dijs superis sacrificaturus, candidas hostias mactat: contrà, inferis furuas. Errauit in hostia dux Troianus: nam Ioui nusquam, aut Apollini, aut Neptuno, aut Marti, taurus cædebatur. Proinde ut piaculum Aenea inferat, & errorem in hostia ostendat, subijcit, horrendum monstrum sequutum. Verba Antei Capitonis sunt: Si quis fortè Ioui tauro fecerit, piaculum dato. Commisit ergo non ignorantia, sed ut monstro sequuturo locum faceret.* Cœlicolûm.] *syncope, & periphrasis Iouis.*

ARGVMENTVM.

Paratis sacris, cùm ad virgulta quedam iuxta litus accessisset, vt inde verbenas sumeret ad ornandas deorum aras, monstrum subsecutum fuisse memorat, atrum sanguinem ex euulsis virgulis emanasse: deinde se gemitum, vocemq; lachrymabilē Polydori audiuisse: à quo monitus fuit, vt manus abstineret, neq; amplius virgulta euelleret: quia non virgulta, sed iacula, quibus ipse olim à Rege Polymnestore confossus fuerat, euellebat: quo monstro se territum, stupidumq; factum fuisse ait. B

NASC.

Fortè fuit iuxtà tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Accessi, uiridemq; ab humo conuellere syluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
Horrendum, & dictu uideo mirabile monstrum.
Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, †hinc atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant: mihi frigidus horror
Mēbra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere uimen
Insequor, & causas penitùs tentare latenteis:
†Ater, & alterius sequitur, de cortice sanguis.
Multa mouens animo, nymphas uenerabar agrestes,
Gradiuumq; patrē, Geticis qui præsidet aruis:
Ritè secundarent uisus, omenq; leuarent.
Tertia, sed postquam maiore hastilia †nisu
Aggredior, genibusq; aduersæ obluctor arenæ,
Eloquar, an sileam? gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & uox reddita fertur ad aures.
Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus: non me tibi Troia
†Externum: †haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego: confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Tum uerò ancipiti mentem formidine pressus,
Obstupui, steteruntq; comæ, & uox faucib. hæsit.

†al. huic †al. Alter. †al. nixu †al. Extremum: †al. aut

Fortè fuit iuxtà tumulus.] *præmissa tumuli descriptione ad monstri descriptionē se accingit. Plin. nat. hist. li. 4. cap. 11 tumuli quidem Polydori mētionem facit iuxta Aenū oppidū, sed hoc in loco tumulus terræ tumētis: id est, collis, potiùs, quàm sepulchri significationem habet.*

Quo cornea summo.] *sepiè sanè duo uirgultorū genera deligit, cornum, & myrtū, ex quib. potissimùm hastilia fiunt, cùm paulò infrà Polydorū hastilibus cōfixū fuisse sit dicturus.*

Viridemq; ab humo conuellere Syluā.] *placet quod Seruius ait de myrto, nō de cornu esse intelligendum, quia non cornus, sed myrtus inter uerbenas annumeratur. Huc accedit, quòd myrtus Veneri, cui præcipuè sacra facit, sacra est.* Horrēdum dictu.] *πάθ@.*

Nā quæ prima solo.] *mōstrum describendū aggreditur. antiqui codices legunt, namq; vbi.* Mihi frigidus horror.] *πάθ@ à timore: nā ex nimio timore fit horror.* Gelidusq; coit.] *Physicè horroris causam expressit.* Nymphas uenerabar agrestes, Gradiuumque patrē.] *quia miraculū est ex arbore sanguinē fluere: duæ statim illi occurrerunt dubitandi causæ, quamobrem id fieri posset, aut factum fuisset, altera an sāguis esset Hamadriadum nympharū, quæ cum arborib. nasci, & mori dicuntur: altera nū regionis nitiū esset, propter Martem sanguinolentum, belli, ac cædis auctorem, & deū: qui Gradiuus nominatur, uel à gradiēdo in bello ultrò, citroq;: ideo Ouidius primā corripuit: uel ab hastæ uibratione, quod Græci κραδάειν dicunt: uel (ut quidam malunt) quia* C *gramine ortus fuerit: quod ideo fictum est, quia in re militari corona graminea maximæ fuit uenerationis.*

Geticis qui præsidet aruis.] *Geticis pro Thracijs posuit propter uicinitatem, more poëtico: nam Thracia ab oriente pontico mari alluitur: & in ijs duabus regionibus Mars iure optimo impensè colitur: nam gentes sunt feroces, ac bellicosæ.*

Ritè secundarent uisus.] *uel prosperum facerent uisum. ut in 7. Aeneid.*

——Dij nostra incepta secundent:

Vel in melius conuerterent. Donat. in Terent. ritè autem addidit, quia (ut Varrò sentit) quod fit ritè, id ratum est.

Omenq; leuarent.] *leue facerēt: hoc est, mitigarēt.*

Genibusq; aduersæ obluctor arenæ.] *apertiùs declarat*

A *clarat quod dixerat, malare nitu. & [illegible Greek], ac rē illā in euellendo uirgulto conatum exprimit.* Eloquar an sileam?] *parenthesis est ad miraculum, ut sentit Seruius interpres, uel potius ad stuporem posita: quæ dubitationem habet, per quam locus attentionis inducitur: nam magnum quiddam se dicturum innuit. Donat. in Hecyr. figuram hanc esse ait [Greek] per [Greek] factam.*

Gemitus lacrymabilis.] *hoc miraculum, hic stupor est, gemitum, uocemq́ lacrymabilem audire ex tumulo.*

Quid miserum Aenea laceras?] *[Greek] est: umbra enim Polydori loquitur, & per exclamationē exorditur commiserationis plenam. quasi diceret, cur afflictum affligis.* Iam parce sepulto.] *qui extinctus est ne stimulato, nēue iterum occidito: nam ignauum est, uel potius crudele [Greek]: id est, uita functos ue xare, & quasi iterum occidere. Seruius interpres ridiculus fit, dum huic loco expositionem nimis superstitiosam perquirit: Sepulto, inquit: id est, iacenti, quia legitimo honore caruit. quasi uerò insepultus fuerit Polydorus: id est, non humatus, licet legitimum sepulchri honorem non fuerit assecutus.* Parce pias scelerare manus] *ecce quod*

B *modò dixeram, crudele esse mortuos uexare, hic apertè demonstrat, cùm ait, scelerare. neq; hunc locum æquè satis expendit Seruius: qui scelerare sermonem esse Plautinum refert, quo in præsentia non utimur, quasi necessitate adductus uerbo antiquo, & inusitato Poëta usus fuerit. cùm tamen maculare absque carminis offensione scribere potuisset: nam stabat uersus hoc modo:*

Parce pias maculare manus,

Cur ergo usus est antiquo uerbo, cùm usitato uti potuerit? missum facio quod uetustatis amantiss. Poëta uetustis persæpè uerbis utitur, illud dico huiusmodi criminis magnitudinem neq; expressiùs significari, neq; significantiùs exprimi, neq; elegantiùs potuisse: nam cùm pias manus dixisset, [Greek] apponendum indicasset, non potuit uerbum reperire melius, neq; magis appositum hoc uerbo scelerare: nam quemadmodum eos, qui singulari quadam animi benignitate, ac misericordia præditi sunt, pios appellamus, ita qui insigne quoddam, ac inhumanum ab omniq; pietate, & misericordia alienum facinus admiserunt, eos nomine sceleris notamus. Virg. Aen. 1.

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis

Quos inter medius uenit furor.

C *Vnde fit scelerare uerbum, quo non solùm Plautus, sed & alij posteriores, & qui non multis admodum annis ante Seruium floruerunt, quos ipse ceu optimos authores plerumq; citare solet. Statius in primis in [illegible] & in nono Theb. & Silius Italicus in 16 [illegible] usi fuerunt: & tamen ait ipse, scelerare uerbum est Plautinum, quo hodie non utimur.*

Non me tibi Troia Externum tulit.] *grauitatem criminis ostendit. Peccas, inquit, nō in externum, sed in ciuem affinem tuum: frater enim erat Creusæ: uidetur sanè duo significare sub hac una dictione externum, se ciuem Troianum esse, & affinem Aeneæ. tale est illud Terentianum in And.*

Neq; satis digna cui committas primo partu mulierem.

Vbi itidem duo dicit, nec parientem, nec primo partu. hanc figuram Grammatici ueteres [Greek] uocāt: id est, duo per unum: cui è regione respondet [Greek]: id est, unum per duo ut,

——pateris libamus & auro.

Hoc est, pateris aureis. Huic loco proximus est ille Eurip. locus in Ion, ubi Minerua hunc in modum loquitur:

[illegible Greek]

[illegible Greek]

Aut cruor.] *aut, pro neq; positum affirmat Priscianus de constructione. sed caret exemplo. Itaq; uel haud, cum aspiratione legendum est, ut in quibusdam antiquiss. libris scriptum Pyerius animaduertit: uel, ut ego quidem existimo, coniunctiua particula est. ut in prima Aeneid.*

Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,

Moliriue moram, aut ueniendi poscere causas.

Heu fuge crudeles terras.] *hortatur Aeneam ad fugam cum interiectione dolentis, ut illum terreat: & quia fugiēdi necessitas incumbebat, ut eum magis excitaret, repetitione utitur: & ne fortè id temerè magis, quàm necessariò fieri putet, præter quòd se illi affinem profitetur: unde maiorem illi fidem habere debet, duas etiam assignat causas: alteram crudelitatis, alteram auaritiæ: ubi licet ad Polymnestoris regis crudelitatem, & auaritiam alludat, de quo infrà dicetur, tamen apertè Thraces omnes, ut crudeles, & auaros detestari uidetur.*

Nam Polydorus ego.] *rem confirmat ab exemplo sui: quem iaculis illic cōfossum dicit, causam exponit Aeneas.* Hic confixum ferrea texit.] *[illegible] à modo necandi.* Obstupui, steteruntq; comæ.] *[illegible] ab horrore: hinc satis ingens significatur timoris affectus: nam stupet, arriguntur capilli, uoxq́ illum deficit.*

FORTE.] *Commemorat diligenter occasionem insequuti prodigij, quo præparatur lectoris animus, ac suspenditur, ad narrationem historiæ Polydori in eo loco trucidati. Describit tumulum, quem dicit Plinius sua tempestate extitisse, à sylua uirgultorum myrteorum & corneorum. Est autem uirgultum densitas uirgarum pullulantium. Corneorum mentionem facit fortassis, ob ligni duritiem planè corneam, Marti deo tutelari aptam. Corni spissitas celebrata est authoribus, quæ germinet prima fauonio spirante, hoc est, ad 6. Idus Feb. Circa solstitia reddit primùm candidum, inde sanguineum. Fœmina post autumnum baccas acerbas fert, animantibus ingustabiles. Lignum ipsum fungosum est, & inutile. Flos corni degustatus concitat apibus aluum, unde moriuntur.* LAMB. Hort.

Myrtus.] *Prudenter myrtum, Veneri sacram arborem, cum cornis coniunxit. Nam apud ueteres arborum genera sua quæq; numinibus consecrata fuerunt: Ioui æsculus. Apollini laurus, Mineruæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Myrti descriptio extat apud Plinium lib. 15. cap. 29. & lib. 23. cap 9 ubi de satiua & syluestri disserit. Myrtea uerbena Romani ac Sabini in gratiam reconciliati fuerunt, ad signa Veneris Cluacinæ, cùm de raptis uirginibus medio foro decertarent. Et ara Romæ aliquando fuit Veneri Myrteæ dicata. Cato eius tria genera prodidit: candidam, nigram, & coniugalem. Odoratissima proditur esse in Aegypto. Posthumius libertus in consulatu myrto Veneris uictricis coronatus, triumphabat de Sabinis. Fuit postea communis triumphantium corona facta. Vtebantur item, qui curru triumphabant. Montosa maximè amat, ut ulmus, malus, pyrus, & laurus: neq; decidunt ei folia, ut neq; lauro, oleæ, palmæ, cupresso, pino, hederæ, & rhododendro. Myrtū itaq; Aeneam Veneris filium, & Veneri matri sacrum facturum, prudenter inducit, ut illa eius aram insternat.* Horrida.] *densa. Præter hanc significationem, alias annotauimus in primo.* Syluam.] *uim uirgarum. Festum erat & solenne priscis,*

priscis, perinde ut hodie, erat uestire atq; ornare frondibus. Tegerem] *A causa finali.* Arbos.] *Magna copia Poëta uariat orationem: nunc enim uirgulta, nunc hastilia, nunc arborem, nunc uimen, nunc corticem uocat.* Tabo.] *sanguine corrupto.* Frigidus.] *Metonymia.* Gelidusq;.] *Periphrasis horroris, à signo seu accidente. Nam horroris causa est, sanguis ad praecordia refluus: unde frigus. Hinc fit cur senum corpora sanguine effœta, frigida sint, & sterilia.* Rursus.] *Indefessum studium in explorandis prodigij causis obseruandum, ut non primo statim conatu ludibrio monstri territus uideatur. Quod quia tam identidem oculis obiectum fuerat, falli haudquaquàm potuit.* Cortice.] *ex altero; quod extraxi uimine. Vimen, lentum uirgultum est, ad ligandum aptum, à uieo.* Nymphas.] *religione tactus, genios loci uenerabar. ne fraudi mihi aut impietati meum consilium esset.* νύμφαι, *inquit Suidas,* σκάφαι, οἱ ἐν τοῖς τῶν μελισσῶν κυψέλαις, ὅταν ὅλη πληρωθῶσιν ἀρξωνται. οἱ δὲ λευκὰς, τὰς πληρωθείσας σκάφας. νύμφη δὲ, τὸ ἀνὰ μέσον τῶν γυναικείων αἰδοίων, σάρκιον λεπτόν. καὶ τῶν ῥόδων αἱ κάλυκες αἱ μεμυκυῖαι, νύμφαι. καὶ ἡ νεόγαμος κόρη, νύμφη. καὶ ἡ μῆλον δὲ, ὑπὸ πολλῶν νύμφαι. ὅτι δὲ καὶ πάντων τῶν καρπῶν ἀνθοῦσαι, ἐστὶ δῆλον νυμφόληπτα, ὁ συμπεπτωκότων ὑπὸ τῶν χορῶν τῇ νύμφῃ. καὶ ὁ νεόγαμος δὲ, καὶ γαμετὴ πρεσβυτέρα πλανηθεῖσα καὶ ἰδίαν, παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ ἡ τοῦ Διὸς μήτηρ. καὶ αἱ θεαὶ αἱ ἐπὶ τῶν ὑδάτων. νυμφαῖος οἶκος, ἐν ᾧ ἡ νύμφη οἰκεῖ. νυμφαίων, νυμφῶν ἱερόν. νύμφαιον, ἐν τῷ πόντῳ ἐστί. νυμφικὰ λουτρὰ, τὰ εἰς γάμους ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ κρήνης λαμβανόμενα. νυμφίος, ὄνομα κύριον. *Hinc paroemia, Nymphis uitam uiuere.* οἱ γὰρ γαμούμενοι διάγοντες ἀσύμβολοι, καὶ φυτοῖς τισι, πρὸς τὰς τῶν γάμων ἡμέρας. νυμφικὸς οἶκος, ἐν ᾧ ἡ νύμφη οἰκεῖ. νυμφοστολεῖν. νύμφην στέλλειν. νυμφοτόκος, νυμφαγωγός.

Gradiuumq;.] *Martem: antonomasia. Gradiuum arbitrantur Threycio idiomate idem esse, quod bellicosum. Alijs magis placet, à gradiendo dictum, quòd gradatim in bellum uadatur. Rursum sunt qui* ἀπὸ τοῦ κραδαίνειν: *id est, à uibrando deducant: quod hasta in bello uibrentur, torqueanturq.* Geticis.] *Threycijs. Getas Romani Dacos dixerunt, teste Plinio libro 4. capite 12. At Strabo Dacos & Daos situ quidem, at non lingua separat. Cùm autem Germania cis Euxinum bifariam diuidatur, partem eam quæ ad ortum uergit, & Euxinum, Getæ incolunt: quæ uerò retrò in occasum recedit, Daci. Additq;, superiores illas Istri partes ad fontes, usq; ad cataractas, ueteres Danubium nuncupasse. Quæ uerò maximè per Dacos, infrà usq; ad pontum, circa Getas, Istrum. Sed Thraces, una gens, alijs atq; alijs nominibus uariant: quorum Getæ feri sunt maximè. Dionysius quoq; Getas proximos ostijs Istri collocat, cum Sarmatis: interiores uerò, Dacos & Alanos.*

» Ἴστρος ἐς ἀντολίην τετραμμένος ἄχρι θαλάσσης
» ὀρσάς, τῷ δ᾽ ἐπ᾽ ἄπειρον ἐρεύγεται ὕδατος ἄχλυν,
» πεντάπορον προχοῇσιν ἑλισσόμενος περὶ πεύκην.
» τοῦ μὲν πρὸς βορέην τετανυσμένα φῦλα νέμονται,
» πολλὰ μάλ᾽ ἑξείης μέχρι Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης.
» Γερμανοί, Σαρμάται τε, Γέται θ᾽ ἅμα, Βαστάρναι τε,
» Δακῶν τ᾽ ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί.

Ex hac descriptione eruditi colligunt, Getas ueteribus fuisse, quos nostra tempestate Vualachos uocamus. Ergo Aemus mons ad septentrionem Thraciam non terminat, à quo Ister longo interuallo abest, qui Getarum sedes est. A *Rectiùs ergo Plinius, qui Istrum ab hac parte Thraciam finire tradit. Itaq; Getæ Thraces erant & Aemus uasto iugo in pontum procumbens, intra Thraciæ cardines consistet. Hic Tomi, exilio Nasonis celebres. Et constat ex eiusdem carmine, Getas & Tomitas uicinas esse gentes, ad extrema Istri ostia.* Geticis.] *Ex parte totam Thraciam dicit, cui Mars præsideat.* Visus.] *prodigium: quo significatu usus est & Liuius lib. primo decad. 1. ab urbe condita: Hoc uelut domestico exterritus uisu. De angui, qui è columna lignea prolapsus, terrorem fugamq; in regiam fecerat. Deprecatur infortunium. Discrimen Grammatici statuunt inter uisum & uisionem: ut uisum sit phantasma, cùm inter uigilias & adultam quietem, in quadam ueluti somni prima nebula, uigilare se existimans, qui dormire uix cœpit, aspicere uidetur irruentes in se, uel passim uagantes formas, à natura seu magnitudine, seu specie discrepantes, uariasq; tempestates, uel lætas uel turbulentas. In quo genere ephialtes est, qui putatur quiescentes inuadere, & pondere suo pressos & sentientes grauare. Visio uerò, cùm id quis uidet, quod eodem modo, quo apparuerat, statim euenit. Prom Poëta, uoce uisus hoc loco* B *non pro phantasmate nocturno, sed pro portento seu prodigio, uelut Liuius, usus est. Quemadmodum phantasma, per quietem nocturnam obiectum corpus premit grauatq;: ita in oculos hoc monstrum Aeneæ occurrit, quo animus in curas diuersas & solicitudines fuerit distractus.*

Eloquar.] *Aporia, siue diaporesis.* Vox reddita.] *Expolitio eiusdem sententiæ.* Quid miserum.] *Principium expostulatorium de facti iniuria, quòd immeritus uioletur. Obtestatur per uiri pietatem, suam innocentiam & affinitatem, ut à scelere desistat* Aenea.] *Beneuolentia à persona Aeneæ, qui uirgulta uellit. Estq; innexa propositio: Tu iniuria insontem laceras.*

Parce sepulto.] *Ab impio. Lex erat 12. tabularum, Defuncti iniuria ne afficiuntor: Deorum manium iura sancta sunto, ex Solonis sanctionibus: Ne in uiua defunctos conuitia iacerentur: Ne quis sepulchra deleret, aut uiolaret etiam. Per has leges nefas erat, sepulchris ossa extrahere: aggerem tumulúmue disijcere: cineres effodere. Violatoribus sepulchrorum supplicia erant proposita, ex Pauli sententia: humilioribus, capitis mulctatio: honestioribus, in insulam deportatio, aut relegatio, aut in metal-* C *lum damnatio. Obtestatur itaq;, ne uir pius, & pietatis nomine commendatus apud omnes mortales, impiè in se seuiat. Et repetit identidem propositionem, ad terrendum à nefario conatu.* Externum.] *A propinquitatis iure obtestatur: multo minus malè meritus, cur se lædat. Anaphora,* Parce, *pathos mouet. Porrò qui legunt* Extremum, *respiciunt ad locum & genus: est enim tota oratione enunciata per* ἰσοδυναμίαν. *Troia me è summo genere tulit, regia stirpe natum, tibi sanguine coniunctum.* Haud.] παρόρμησις. *Occupat id quod Aeneas admirabatur, & cur stuperet.* Heu fuge.] *Clausula constat exhortatione ad fugam, ab impietate hospita terræ, propter scelus nefarium in se perpetratum.*

Littus.] *Crudeles terras, littus auarum, copia orationis.* Auarum.] *Synecdoche.* Polydorus.] *Quis sit; ne dubius & incertus rei hæreat. Additur causa, quamobrem eum fugere uelit, quòd ibi sit interfectus.*

Seges.] *Metaphora perquàm uenusta, ut illa: Aqua mons, feruens imber. Sic apud Homerum,* τρέφειν ῥίγος,

A *καὶ σιδήρεος ἐπήγνυσιν. In iaculis, indicat sylvam virgultorum, quæ è sepulchro fuerant enata.* Tum.] *A' consequentibus: narrat sequuta prodigium: hoc est, horrorem, comas subrectas, uocem formidine ademptam.* Incre*uit.] Tractum hoc existimant ex historia Romuli, qui capto augurio ex Auentino in Palatium hastam torsit, gratia periclitandarum uirium: quæ terræ fixa, excreuit in iustam arborem.* Steterunt.] *Systole.*

ARGVMENTVM.

Polydori casum enarrat, à quo, quamobrem, quando, & quomodo occisus fuerit: quæ quidem circumstantiæ rem uerisimilem facere possunt.

NASC. HVNC Polydorum.] *Narrationi huic omnes circumstantiæ inesse uidentur, quibus (ut antè diximus) omnes causæ præsertim coniecturales probabiles fieri solēt, persona, factū, causa, locus, tēpus, facultas, interdum etiā modus requiritur: personæ sunt Polydorus, & Polymnesthor: quorum alter facere, quia rex erat, prouinciaq; dominabatur, alter pati potuit: quia hospes erat, & propter iuuenilem ætatem: parum etiam cautus. factum homicidium est, & furtum. causa criminis aurum: quod secum asportauit Polydorus, cò à patre missus: tempus idoneum, locusq; opportunus regi non defuit hospitis occidendi, quia nec defuit occultè sepeliendi: occasio extitit idonea, quia tunc Ilium obsidione premebatur: uel potius (ut ait Eurip.) iam totum igne conflagrarat: modus etiam describitur, quia iam certa causa est, non coniecturalis: facultas ex facto comprehenditur: attamen maxima semper in rege esse existimatur. Hæc igitur propter Didonem exponitur causa necis Polydori: nam cùm monstrum illud horrendum de sanguine è uirgultis manante, & gemitum illum cum uoce lacrymabilem è tumulo auditum, uerbaq; inde prolata narrasset, non erat causa tanti negocij ullo modo prætereunda: præsertim quia ne Dido quidem (ut fœminarum est ingenium) curiosa, ac in perquirendis nouis, magnisq; rebus admodum studiosa id inentatum reliquisset: cumq; factum hoc Aeneas diligenter exploratum haberet, satis fuit Polydoro dixisse, se eo in tumulo latere iaculis confixum: ille uerò ex sua persona causam tanti sceleris explicauit: à causa igitur auspicatus est: quæ ex ratiocinatione sumitur: sub qua, quæ consulto fiunt, uel euitandi mali, uel consequendi boni gratia, ponuntur. Hanc rem ita quoq; enarrat ex sua persona Polydorus apud Eurip. in Hecuba: unde proculdubio totus hic locus sumptus est. sic enim ait:*

> Hunc Polydorū auri quondā cum pōdere magno,
> Infœlix Priamus, furtim mandarat alendum
> † Threïcio regi, cùm iam diffideret armis
> Dardaniæ, cingiq; urbem obsidione uideret.
> Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
> Res Agamemnonias uictriciaq; arma sequutus,
> Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
> Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
> Auri sacra fames? ——

† al. Threīcio

κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν ξένος πατρῷος. id est, ut ego quidem interpretor:

> *Auri potiundi gratia miserum necat*
> *Hospes paternus.*

Sed de morte Polydori scriptores non conueniunt. Homerus ab Achille necatum scribit Iliad. 20. his uerbis:

> αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ' ἀντίθεον Πολύδωρον
> Πριαμίδην· τὸν δ' οὔ τι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
> οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο.

Et paulò pòst:

> τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

Id est,

> *Priamidem, telo Polydorum inuadit acuto*
> *Ora deo similem: genitor quem in bella uetabat*
> *Ire: satum quoniam maiorum hic ultimus esset.*
> *Hunc medium uelox pilo transfixit Achilles.*

B *Euripides, quem hic sequitur Virgilius, à Polymnesthore necatum tradit uersum Eurip. paulò antè retulimus. Virgilius uerò eum modò telis confixum, modò capite truncatum memorat: quæ quidem uarietas non aliundè, quàm ex scriptorum uarietate nasci uidetur. ad hæc dissentit in eo ab Euripide Virgilius. quod ille in mare proiectum dicit ἄκλαυτον, ἄταφον: id est, infletum, insepultum. lege initium Hecub. hic uerò sepultum fuisse significat, cùm ait:*

> ——*iam parce sepulto.*

> πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
> πατήρ, ἵν' εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,
> τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

id est, ut ipsi uertimus:

> *Mecum autem plurimum misit clandestinè*
> *Auri pater: ne, si ruerent ui pergama,*
> *Superstitibus deesset uictus liberis.*

Threïcio regi.] *Polymnesthori.* Ille, ut opes fractæ Teucrûm.] *ab occasione rem uerisimilem facit.* Fas omne abrumpit.] *Regem ab iniustitia, & impietate deturpat: quòd iura hospitalitatis fregerit.* Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur.] *ita quoq; Euripides:*

C Quid non mortalia pectora] *exclamatione auaritiam detestatur. Quintilianus id uocat ἐπιφώνημα, nō illud quidē, quod inter σχήματα annumeratur, sed aliud quod est eius figuræ sententiarum, quæ ἐπεξοχὴ dicitur, simileq; fieriq; ait, cùm non sensus mutatur, sed forma loquendi, ut in 2. Georg.*

> ——*Decios, Marios, magnosq; Camillos,*
> *Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.*

Sed acutiùs hoc in loco: Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? *at lib. 9. cap. de figuris sententiarum, ubi plura eius figuræ, quæ interrogatio nominatur, genera recenset, hanc uocat interrogationem admirationi aptam. Priscianus grammaticus inter sententias uerisimiles reponit. Videtur autem hic locus ex Archilocho sumptus: qui (ut inquit Aristot. in tertio de arte rhet.) improbaturus auaritiam sordidæ mulieris, patrem fingit in filiam hæc dicentem:*

> χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον.

id est, Nihil est tam abiuratum, legeq; interdictum, nihil tam sanctum, quod auro uiolari non possit. Quam

sententiam Poëta noster hoc uersu elegantissimè reddidit:

Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

LAMB. Hort. HVNC.] Digreditur à cœpta narratione, per occasionem prodigij ostentati, in historiam Polydori. Variant in hoc scriptores. Quidam ita referunt, ut nihil cum Marone & Euripide consentiant. Priamus sub bellum Troianum minorem Polydorum (habuerat enim duos) cum magna auri ui in Thraciam ad Ilionem filiam, regi Polymestori nuptam, educandum ablegarat. ratus enim, ibi eum fore tutum & ab affinitate sua liberaliter educatum iri: ut si regnum concidisset, cæsis omnibus liberis, è regia sobole stirps mascula ad propagationē generis in posterum superesset. Ilione fratrem filij loco habuit, ut eo tutior à Græcorum insidijs uiueret: Deiphilum uerò, quem ex Polymestore susceperat, contrà fratris uice Græci capta iam Troia, cùm starēt sententia omnem regiam stirpem delere, Astyanacte Hectoris è muris præcipitato, ad Polymestorem legationes mittunt in Thraciam, qui proposito Electræ Agamemnonis filiæ coniugio, amplisq; promissis eum ad Polydorum perimendum inducerent. Corrumpitur facilè homo auarus. Sed dij impietatis præsentes ultores adfuerunt: nam per errorem Deiphilum filium pro altero trucidat. Proficiscitur interea Polydorus Delphos sciscitatum inclytum ea tempestate Apollinis oraculum, de statu regni paterni, & ipsis adeò parentibus. Cui responsum non obscurè fuit, patriam captam & excisam, patrem extinctum, matrem in seruitutem redactam. Reuersus ab oraculo in Thraciam adolescens, ubi comperit regnum incolume, Polymestorem patrem dictum, saluum: denique omnia diuersa ab his quæ dæmon Delphicus respondisset, edoctus ab Ilione extemplò est, se sororis, non matrem esse. Oraculum rei, quod ad parentes & paternum regnum, respondere. Denique de insidijs & errore in interficiendo. Deiphilus ex consilio sororis regem exoculauit, & interfecit. Dictys multo aliter refert historiam. Traditum fuisse Polymestori Thracū tyranno, fratri Hecubæ sub bellum, Polydorum. Cùm iam Aiax Thraciam populationibus uastaret, Polymestor suis uiribus & armis diffisus, dedidit se illi, ac Polydorum ceu pacis pignus tradidit, addito auro alijsq; donarijs ad conciliandos hostes: frumentum item in annum dedit. Mittuntur inde legati, Vlysses & Diomedes, ad Priamum, de permutatione Polydori & Helenæ, & Græci ab armis discederent. Sed irritæ fuerunt legationes. Stabat enim, Helenam priori marito non prodere. At Maro Euripidem sequutus, & Ouidius utrumq; imitatus, à Polymestore, auri potiundi cupido, simul ut Græcorum fauorem & gratiam emereretur, Polydorum interfectum scribũt. Furtim.] ne res hostibus innotesceret, & puer ad cædem deposceretur. Cùm iam.] Historiam umbra Polydori recenset, in Tragœdia Hecuba apud Euripidem. Loquitur autem Polydorus de patre:

——ὅς μ᾽ ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ,
δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονὸς,
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα Θρῃκίου ξένου,
ὃς τήνδ᾽ ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει
λάθρᾳ πατὴρ, ἵν᾽ εἴποτ᾽ Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.
νεώτατος δ᾽ ἦν Πριαμιδῶν, ὃ καί με γῆς
ὑπεξέπεμψεν. οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα,
οὔτ᾽ ἔγχος οἷός τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι.
ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ᾽ ἔκειθ᾽ ὁρίσματα,
πύργοι τ᾽ ἄθραυστοι Τρωικῆς ἦσαν χθονὸς,
Ἕκτωρ τ᾽ ἀδελφὸς οὑμὸς εὐτύχει δορί,
καλῶς παρ᾽ ἀνδρὶ Θρῃκὶ πατρῴῳ ξένῳ
τροφαῖσιν ὥς τις πτόρθος ηὐξόμην τάλας.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ᾽ Ἕκτορός τ᾽ ἀπόλλυται
ψυχὴ, πατρῴα θ᾽ ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πίτνει
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ᾽ ἁλὸς
μεθῆχ᾽, ἵν᾽ αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ. A

Conferantur utriusq; Poëtæ uerba: perspicuum erit, quàm eruditè in compendium contraxit admirabilem Tragici poëtæ Græci copiam. Quod Euripides dixit:

πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρᾳ
πατὴρ,—— Noster uertit:

Hunc Polydorum auri quondã cũ põdere magno,
Infœlix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi. —— B

Πολυμήστορος πρὸς δῶμα Θρῃκίου ξένου
ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονός.

Quod Græcus, ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν
κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ:

Latinus non minus grauiter iuxtà & eleganter:

——cùm iam diffideret armis,
Dardaniæ, cingiq; urbem obsidione uideret. Illa aũt.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ᾽ Ἕκτορός τ᾽ ἀπόλλυται
ψυχὴ, πατρῴα θ᾽ ἑστία κατεσκάφη. Et statim:

Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias uictriciaq; arma secutus.

κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον
χάριν.——

Maro quàm heroicè:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. ——

Eandem historiam Ouidius lib. 13. Metamorph. eleganti carmine quoq; complexus est:

Est, ubi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus
Bisthonijs habitata uiris: Polymestoris illic
Regia diues erat, cui te commisit alendum
Clàm Polydore pater, Phrygijsq; remouit ab armis,
Consilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas
Adiecisset opes, animi irritamen auari. C
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
Rex Thracum, iuguloq; sui demisit alumni.
Et tanquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem scopulo subiectus misit in undas.

Fuit alius Polydorus Argiuus, Hippomedontis filius ex Euanippe. Item alius Thebanorum rex, filius illius Cadmi, qui primus sedecim literas in Græciam tulisse è Phœnicia dicitur. Cadmus fuit Agenoris, hic Beli Prisci, qui Epaphi, qui Iouis. Threicio regi.] Periphrasis Polymestoris. Teucrûm.] syncope. Victricia.] copia.

Fas omne.] Ius hospitale uiolat. Quid non.] Concludit digressionem ecphonesi, ex narratione collecta, in inexplebilem humanæ mentis auaritiam. Vnius exempli narratione, totius gentis perfidiam notat, quæ eo nomine, ut Pœni olim, semper infamis fuit. Vnde in prouerbium cessit, Thracium commentum, siue Thracia cauillatio,

A uillatio, Θρᾳκία παρεύρεσις. φασί, inquit Suidas, τοὺς Θρᾷκας ἐκστρατεύσαντας ἐπὶ Βοιωτοὺς παρὰ Κορώνειαν, καὶ σπεισαμένους σπονδὰς πενθημέρους ἐπιθέσθαι νύκτωρ τοῖς Βοιωτοῖς· καὶ τοὺς μὲν ἀποκτεῖναι, τοὺς δὲ ζωγρῆσαι. ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν, εἰπεῖν τοὺς Θρᾷκας, ὅτι τὰς ἡμέρας, οὐ τὰς νύκτας ἐσπείσαντο. Ferunt Thracas à Bœotis ad Coroneam uictos, quinque dierum inducias pactos, nocte Bœotos inopinatos oppressisse. Quorum alios interfecerint, alios ceperint. Rem indignantibus Bœotis, Thracas respondisse, solos dies, non noctes in induciarum fœdere pactos se fuisse. Eandem quoque historiam Strabo citat quidem, sed uerbis alijs: οἱ γὰρ Θρᾷκες, inquit, ἔνσπονδοι πενθημέρους γενόμενοι, ἐπὶ βουλῇ νύκτας ἡμέρας οὔσας ἐπέθεντο. ἐλεγχθέντες δὲ ὑπὸ Πελασγῶν· καὶ τῇ ἴσῃ ἰσχύϊ λήμνοι, ἔφασαν, ἀλλ' οὐχὶ νυκτῶν ἀλλὰ ἡμερῶν ὠμόσαμεν. Menander in prima alterius parœmiæ meminit, teste Suida, Thraces fœdera nesciunt: in perfidos, & fidei labefactatores. Nam aliquando legatus iaculo traiectus perijt: unde ob Ionibus & Aeolibus prouerbium celebrari occeptum est, Thraces fœdera nesciunt, Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. Exempla ea gens habet, Polymestorem, & ante eum Diomedem, ob Hercule occisum, & equis ipsius pabulum obiectum. Sacra fa.] Consimilis exclamatio in auaritiam, sed non paulò copiosior, extat in parænesi Phocylidis:

> ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. «
> χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ, καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι. «
> χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων. «
> εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν. «
> σεῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε, «
> ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις. «

Sacra.] Sacrum propheno propriè opponitur, & sacrũ κατ' ἀντίφρασιν, execrabile. unde Execror. Fames.] Metaphora propinqua: quod corporis est, ad animum transfertur.

ARGVMENTVM.

Refert Aeneas proceribus Troianis & patri Anchisæ in primis, quæ monstra uiderit, atque audierit, eorũq; sententiam rogat: decernunt proceres, illud esse linquendum hospitium. Itaq; instaurato Polydoro funere,
B animaq; illius ad sepulchrum uocata, aliò cursum suæ nauigationis dirigunt.

NASC.

> —postquam pauor ossa reliquit.
> Delectos populi ad proceres, primumq́; parentem
> Monstra deûm refero. & quæ sit sententia posco.
> Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
> Linquere pollutũ hospitiũ, & dare classib. austros.
> Ergo instauramus Polydoro funus. & ingens
> Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ
> Cæruleis mœstæ uittis, atraq́; cupresso:
> Et circum Iliades crinem de more solutæ:
> Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
> Sanguinis & sacri pateras, animamq́; sepulchro
> Condimus. & magna supremum uoce ciemus.

Primumque parentẽ.] τὸ πρῶτον decebat enim rem primum ad seniorem referri. Et quæ sit sentẽtia posco.] in consultationẽ ponit quid agendũ sit: causa deliberatiua est. Omnibus idem animus.] Ab omnibus in eandem sententiõ itũ est. Scelerata.] grauis deturpatio. Pollutum hospitio.] multis sceleribus, sed in primis cæde Polydori. Dare classibus Austros.] pro classem Austris. ὑπαλλαγή. Ergo instauramus Polydoro funus.] omnino funus hic impropriè pro sepulchro accipi uidetur, propter id qđ sequitur: & ingens Aggeritur tumulo tellus. Igitur instauramus, ad pristinam similitudinem reficimus: nam uirgultorum euulsione dirutum fuerat. Quidam uerò funus,
C funebrem pompam interpretantur: & quæ sequuntur, ad exequiarum apparatum referunt. Stant manibus aræ.] quibus in euocandis ad sepulchrum manibus antiqui ceremonijs uterentur, ex hac Maronis descriptione optimè colligi potest. erigebantur aræ quæ uittis nigris, ex cupressi, frondibus, ramisq́ ornabantur. Crinem de more solutæ.] uel de more sororum, uel de more gentis: non quòd semper sparsis crinibus uterentur: sed in funere suorum. quo more Græcæ mulieres Illyricæ, Dalmatiæq́ hodie utuntur cùm funera producunt. Vidi ego Rhacusij, quæ Dalmatiæ ciuitas est nobilissima, non matronas, sed infimæ classis mulieres passis crinibus ad sepulchrum mortuos suos non absq; lacrymis comitari. Id quod aliquot antè annis (ut audiui) nobiles quoq; mulieres facere solebant. Inferimus, tepido spumantia cymbia lacte.] lactis & sanguinis hic potissimum mentio fit: & causam assignat Seruius interpres, meo iudicio, probabilem. Attamen non ijs tantùm, sed alijs quoq; rebus in huiusmodi sacrificio antiquos usos fuisse reperio. Iphigenia apud Eurip. in Tragœdia sui nominis, quæ in Tauris dicitur, cùm fratri suo, quem mortuum in somnijs uiderat, parentare uellet, sanguinem ex montana uitula, uinum, & mel se uelle in terram profundere: hasq; mortuum esse placationes memorat ijs uerbis:

> ὦ δαίμων, «
> μόνον ὅς με κασίγνητον συλᾷς, «
> Ἀΐδᾳ πέμψας, ᾧ τάσδε χοὰς «
> μέλλω κρατῆρά τε τὸν «
> φθιμένων «
> ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις «
> πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων «
> Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβὰς «
> ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν, «
> ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται. «

In inferijs, quas Aeneas Anchisæ patri celebrat, uinum ipse quoq; adhibet: cuius hic nulla fit mentio. uersus Maronis ex 5. Aeneid. hoc habent:

> Hic duo rite mero libans Carchesia Baccho, «
> Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro. «

Et apud Homerum Iliad. 23. Achilles uinum effundens in terram, animam Patrocli uocat. Et magna supremum uoce ciemus.] Vale, uale: quod more solenni, expletis mortuorum exequijs, dicebatur.

Postquam.] Redit à digressione ad omissam LAMB.

uarrationem. Fuit autem obiter, per oblatum portentum, historia casi Polydori inserta, & quidem necessariò: ut regina & frequens Pœnorum conuiuium rei non esset ignarum. Proceres.] Principis est, rem ad consilium referre, ut auditis multorum sententijs, deligat eam quæ sit optima. Donat Romanam consuetudinem uetustate, apud quos Coss. dubias res ad Senatum referebant. Porrò, qui sint propriè proceres, & quò transferātur, dictum est in primo.

Deûm.] Syncope. Dare classibus.] Hypallage: pro, dare classes austris. Pollutum hospitium, cædibus prophanatum: cur Iupiter ξένιος & uindex inuocandus esset, ὅτι φιλοξενίας ἐστὶ ἔφορος. Instauramus.] ab integro iusta exequi aggredimur, & ijs quidem ceremonijs, quibus tum mortuos condi solenne habebatur. Est autem propriè instaurare, in statum redigere: à prisco uerbo Stauro. Ergo instauramus funus, integramus, & supplemus quod non fuerat: facimus funus, pro ratione loci & temporis. Hanc funerandi, seu potius animas condendi consuetudinem eorum qui miserabili aliquo casu perissent, & quidem citra sepulturæ honorem, hoc loco describit partim, partim in sexto. Hinc horrenda illa tum superstitio tum uanitas priscorum mortalium aduertenda est, quibus impiè persuasum erat, mortuorum animos circa amnem Lethæum inerrantes transportari non posse, quàm diu iustis funebribus defraudata corpora, sine honore iacerent. Quàm stulta hæc & ridicula persuasio effascinatos ab impuris spiritibus animos tenebat, qui crederent manes mortuorum in sepulchris habitare: sanguinem cæsarum uictimarum potare. Aggeritur.] Proprio usus uocabulo, rem significanter describit. Ab aggerendo agger nomen habet. In funerum instauratione primùm ingens tumulus aggerebatur, qui mortui ibi conditi monumentum præ se ferret. Quod si corpus abesset, cenotaphion dicebatur. Stant.] Inde circum aræ ædificabantur, omnia lugubria præ se ferentes. Erant hæ erectæ Manibus dijs, & ipsi mortuo. Sunt enim manes dæmones, siue bene siue malè mereantur.

Mœstæ.] Signa mæstitiæ circumscribit. uittas cæruleas, & cupressum. Erant uittæ, ut in superiori libro exposuimus, capitis ornamēta, quibus uictimæ cædendæ obnubebantur, Græci appellant ταινίας, ζώνας, διαμὸν, καὶ διαδήματα. tametsi hoc postremum etiam coronam significet, & ornamentum, καὶ ἔνδυμα βασιλικόν. His in uestis mortuorum aras uinciri consuetas, uel ex hac liquet. Cæruleus color, itidem ut ater, sacris inferorum manium conueniebat: quippe tristis & ingratus, & partim aptus rebus lætioribus. Hinc imber cæruleus: & mare cæruleum, graue oculis uel ipso aspectu. Est hic color ex nigro & uiridi mixtus. Consuetudo erat, ut in his ceremonijs nigro & cæruleo colore uterentur, testibus Varrone & Catone. Mœstæ.] mæstitiam, luctumq; præ se ferentes. Atra.] tristi, funebri, & ab id ingrata. Omnia tristia, inamœna, dira & amara inferis sunt dicata. Adhibebatur & cupressus duplici ratione: Primùm propter naturam ingeniumq; eius ligni: nam arbor est natiuè morosa, fructu superuacanei, baccis torua, folijs amara, odore uiolenta, ac ne umbra quidem gratiosa. Deinde, quòd funeribus nobilium familiaris esset: opinor διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι: id est, ut Plinius ait, quòd cariem aut uetustatem non sentiat. Hac de causa scribit Thucydides, ex ea arcas factas fuisse, quibus ossa eorum qui in bello cecidissent, efferrentur. Testatur Lucanus, quod funeribus nobilium adhiberi consuérit cupressus: A

Et non plebeios luctus testata cupressus. «

Quoniam autem succisa non regerminat, sacra Plutoni est: quare pro funebri signo ante domos funestas poni consueuit. Inferimus.] Mulieres circumstabant passis crinibus, lugubre spectaculum referentes. Inferre uerbo contrarium est, Efferre. Efferetur funus, inferentur sacri liquores. Credebantur umbræ in sepulchris habitare, atque eò subinde ultrò citroq; commeare: sanguinem sitire hostiarum, & infusum potare. Tepidum lac, recens expressum mambus, fundebatur, perinde ut sanguis sacer uictima ad sepulchrum mactatæ. Nota est necyomantia Odysseæ Homericæ. Corpus lacte, animas sanguine nutritur: quo sublata, fugit uitalis spiritus. Cùm porrò dicit, Inferimus, indicat ritum sacrificantium inferias. Cymbia.] Cymbium, poculi genus est, nauiculæ uehementer simile, oblongum & procerum. Sunt qui dictum existimant, quasi cissymbium, poculum ligneum ex hedera. κισσὸς hedera est: à qua Bacchus κισσεὺς uocatus fuit. A quibusdam Græcorum κύμβη caput dicitur. unde κύμβαχος, qui in caput salit pedibus in altum sublatis: & summum galeæ. Itaque poculi genus est, & nauis. B At patera poculum est orificio ampla, à patendo. Et diuis quibusque sua pocula consecrata erant: Herculi scyphus, cantharus Libero patri, carchesium Ioui. Condimus.] ut persolutis iustis, deincepe cō quiesceret. Ciemus.] conclamamus. Erat illud cæremoniarum funebrium catastrophe: in his solenne erat, omnibus ritè peractis, & cadauere rogo imposito, mortuum proprio nomine ter clarùm inclamare: fortassis quòd ad nihil æquè, atque ad proprium nomen, citiùs expergiscamur: ad quod si uitalis aliquis adhuc calor inclusus lateret, uitæ signum aliquod ederetur. Quod si ne tum quidem se proderet spiritus uitalis, de eo conclamatum dicebatur. In alijs ut hîc uidere est, ter uale supremum inclamabant, ut quorum alij post alios eôdem sequerentur.

Ter.] Numeri additione tàm Græci quàm Latini delectantur: opinor, quòd is numerus, perinde ut septenarius, absolutissimus haberetur, & sacer. Est & ternio sacer in magicis mysterijs, ut in quarto prolixiûs persequemur: ubi de ueneficijs differetur. Ter uoce.] Hinc in prouerbium detortum est, longum ualere iussit. Didymus lib. Odyss. 9. ubi enarrat locum Homeri, πρίν τινα ἕκαστον ἀῦσαι, tradit, antiquitûs consuetudinem fuisse, ut superstites, animas eorum qui in hospita tellure perissent, ibi, domum concessuri, ter inclamarent, & quidem hac de causa, ut ipse ait, ἵνα εἴ τις ἔτι ἀπελείφθη, εἰς πεδίον ἐξέλθοι: id est, si quis relictus esset, in campum prodiret. C Ioannes Tzetza hoc ipsum uenustis uersibus annotauit, Variæ historiæ Chiliade 5.

[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

Quæ uerba Didymo poëtæ scholiastæ consentiunt.

ARGV.

A

ARGVMENTVM.

Ex Thracia soluunt Troiani: & per Aegæum mare nauigantes ad Delum Insulam perueniunt: ubi ab Anio eius loci rege, cognito Anchise eius vetere amico benignè hospitio suscipiuntur, effusis deinde Apollini precibus, cùm ab eo quæreret Aeneas, quibus sedibus essent permansuri Troes, aut quò iuberet eos proficisci, & vrbem condere, responsum accepit, antiquam gentis suæ matrem: hoc est, primam originis suæ terram repetendam esse.

NASC.

Inde, ubi prima fides pelago, placataq; uenti
Dant maria, & lenis crepitãs uocat auster in altum,
Deducunt socij naues, & littora complent.
Prouehimur portu, terræq; urbesq; recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri Doridi, & † Neptuno Aegæo:
Quam pius arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit,
Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos:
Huc feror. hæc fessos tutò placidissima portu
Accipit, egressi ueneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos,
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro,
Occurrit, ueterem Anchisen † agnouit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa Dei saxo uenerabar structa uetusto:
Da propriam Thymbræe domũ, da mœnia fessis,
Et genus, & mansuram urbem: serua altera Troiæ
Pergama, relliquias Danaũm, atq; immitis Achilli.
Quẽ sequimur? quoue ire iubes, ubi ponere † sedẽs?
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repentè,
Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram, & uox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ uos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mixtoq; ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt,
Quò Phœbus uocet erranteis, † iubeatue reuerti.

† al. Neptunio Aegæo:

† al. agnoscit

† al. sedes?

† al. iubeátne, item, iubeatque

INDE, ubi prima fides pelago.] *ubi primum haberi fides pelago, et eius tranquillitati cõfidi potuit.* Et lenis crepitans uocat Auster in altũ.] *more Græco duo epitheta posuit, (modò duo sint) quod tamen Grāmatici in Latina oratione uitiosum putant. Sed uide tu num-* B *quid uox illa crepitans, cùm sit participium, uim tãtum habeat simplicis epitheti, siue adiectiui nominis: nihilq; differat, si dicat, Eurialus pulcher, fortis currit, & pulcher Eurialus currens cecidit. Mihi quidem uidetur esse diuersa locutio: licet Seruius interpres duo uelit esse epitheta, & locutionis uitiosum genus. Sed omnino melius erit, si nomen pro aduerbio accipiatur, lenis pro leniter.* Sacra mari colit.] *locum, quo peruenturus est, more suo describit: nempe Delum in mari Aegæo insulam: quam ex deorum studio, quib. Doridi, scilicet, Neptuno, inprimisq; Apollini, gratissimam* C *esse ait, plurimùm commendat.* Quam pius arcitenens.] *pius nõ est propriũ Apollinis ἐπίθετον: sed hic ideo pium uocat, quia pietate quasi materna adductus, non passus est terram sibi natalem diutius errare, sed duobus insulis Myconi, & Gyaro eam religauit: hodie tamen seiuncta conspicitur.* Arcitenens *uerò hic ἀντωνομασία est, aliàs epitheton: quo sæpè Homerus utitur, τοξοφόρος.* Et contemnere uentos.] *uel quia sola terræmotum non sensit, ut Plinius ait, ad Varronis ætatem: uel, ut ego magis existimo, quia portum placidiss. ab omniq; uentorum flatu tutiss. habet: id quod hîc clarius significare Poëta uidetur, cùm ait:*

——hæc fessos tutò placidissima portu Accipit.

Mutianus uerò apud Plinium in 4. nat. hist. hanc insulam bis terræmotu concussam memoriæ prodidit. Rex Anius.] *obseruandum est olim reges fuisse etiam sacerdotes.* Veterem Anchisen agnouit.] *reditio causæ quamobrem occurrerit: uel dicendum est, Anium illis occurrisse honoris gratia, cùm tamē necdum ex Troianis se cogniturum speraret. Sed cùm singulos aspiceret, Anchisen de facie nouit: quem multos annos non uiderat. Hoc modo agnitio maiorem, nescio quo modo, peripetiam habet: licet ex ijs generibus agnitio sit, quæ Aristoteles ἄτεχνα uocat.* Templa Dei saxo uenerabar structa uetusto.] *Aeneam Virg. ubiq; religionis amantissimum facit: hic haud egressus, templum Apollinis, ut Macrobius appellat, Genitoris ueneraturus ingreditur; cuius templi tantam apud eos populos religionem, atque antiquitatem Cic. in tertia act. contra Verr. fuisse scribit, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrarentur.* Da propriam Thymbræ domum.] *Apollinis auxilium per commiserationem implorat. & hoc est quod modò dixit,* uenerabar, *precibus scilicet & honore. Illud quoq; obseruatione, memoriaq; dignũ duxerim, Apollinē hoc in loco non Delium, aut Cynthium appellari: cùm tamen huiusmodi cognomina hoc illi tẽpore magis conuenire uideantur, quia in Delo insula, ubi etiam mons est Cynthius, preces fundantur, sed Thymbræum, à loco Troiæ uicino, ubi summa cum ueneratione à Troianis colebatur. quasi dicat: Tu Phœbe, qui patrius es nobis deus, cui apud Thymbræum nostræ ditionis locũ, templum ereximus: ut precibus, & donis perpetua religione coleretis, aspice nos, & foue tua pietate: ne, cordi tibi sit nos tuos populos, tibiq; obnoxios incertis ampliùs sedibus uagari: sed da pater locũ urbi condendæ opportunũ, annue quò nos ire iubeas, ut perpetui domicilij nostri fundamenta iacere possimus, & has Troianorum tuorum reliquias fartas, tectas ab omni periculo conserues.* Da mœnia fessis.] *repetitio hæc, quæ uim & habet à labore, affectũ hominis auxilium petentis ostendit: & est pe-*

tatio à iusto, & ab honesto: aequum enim est, ut labore fessi, aerumnisq́ diutius uexati, tandem quiescant. Et mansuram urbem.] parum omnino putassent Troiani permissam sibi ab oraculo fuisse liberam aedificandi potestatem, nisi & regnandi perpetuitatem sperassent: quamobrem non urbem tantum, sed perpetuitatem quoq; postulat. Serua altera Troiae Pergama.] gentem Troianã significat. ex qua altera Troia constituenda erat: propterea subdit non absq; commiserationis affectu:

——reliquias Danaûm, atq; immitis Achilli.

Atq; animis illabere nostris.] ut tuam rectè assequi possimus mentem: nam Apollinis oraculum etsi uerũ est, latet tamen propter obliqua, & tortuosa responsa, quae illius reddebant uates: quo facilius imponerent consultoribus. ideo λοξίας dictus est. uide Macrob. libro 1. cap. 17. in Somn. Scip. & Eurip. Scholia in Orestem: attamen pleniùs hic aliquid intelligendum puto: nam cùm ait, illabere animis nostris, diuinitatem, ac uaticinandi potestatem ab eo petere uidetur. Submissi petimus terram.] egregiè Seruius hunc locum explicat. Dardanidae duri.] respondet Apollo, & Troianos consolatur: exorditur ab incommodis, quae passi sunt, non absq; occulta ipsorum laude à magnitudine, & patientia animi: quòd multas calamitates, laboresq́ maximos fortiter tolerarunt: ea enim de causa Troianos duros appellat: hoc est, molestijs, aerumnisq́ assuetos. & haec uera consolandi ratio uidetur, ut ex commemoratione praeteritorum incommodorum cõsultores, & amicos nostros in spem trahamus consequendorum bonorum. tale illud est ex primo Aeneid.

» O' passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

Vbere laeto.] fertilem Troianis terram pollicetur: quod inter caetera ad eos consolandos plurimùm facit: Italiam autem innuit. etsi ac nunc quidem Troiani intelligunt ab oraculo Italiam significari. Accipiet reduces.] auget spem ex futura incolumitate. Hic domus Aeneae.] Aeneae familiam extollit à futura eius potestate, & ab imperij magnitudine: uidetur autem ad Augusti Caesaris monarchiam alludere. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.] ab aeternitate ut cum Iouẽ fecerat in primo Aeneid.

» His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
» Imperium sine fine dedi.

Et est uersus Homeri ex Iliad. 20. sub persona Neptuni Iunonem alloquentis de Aenea:

» καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Qui quidem uersus figura prouerbiali ad rei cuiuspiam propagationem significandam uel Platonis, Aristophanisq́ testimonijs transferri posse uidetur.

LAMB. Hort. INDE ubi prima fides.] Soluunt è Thracia, & deferuntur in Delum. Primam fidem uocat, tranquillitatẽ coeli ac maris, qua citra periculum uela dare poterant.

Lenis.] pro leniter crepitans uentus inuitaret ad nauigandum. Auster.] Species pro genere: non enim Auster à meridie, sed Boreas euocabat ad nauigandum. Littora.] Hysteron proteron. Priùs complebant littora, quàm ingrederentur. Inde deducebant è littore. Terraeq́.] Polysyndeton. Ad sensum communem respexit Poeta: nam urbes & littora cùm moueri nequeant, nauigantibus tamẽ, quo prouehuntur longiùs, non solùm recedere, uerumetiam nunc huc nunc illuc se reflectere uidentur. Sacra.] Dilatat narrationem à chorographia Deli insulae. Hanc describit à religione deae tutelaris, & Apollinis ibi nati & educati: à situ, & circumfusis circum quaq; insulis periphrasticè, ut satis liqueat, quam insulam uelit innuere. Iacent Cyclades sparsae in mari Aegaeo, spectantes ab occasu Euboeam: ab ortu Ioniam & Cariam: ad meridiem, Cretam transuersim obtinentur. Hoc nomine sunt uocatae, quod in orbem sitae circulum repraesentent: uel quòd circum Delum, circuli forma collocatae sint. Earum nomina recensentur haec: Andrus, Gerestus, Cous: Caurus, Antandrus cognominata: Delus: Tenos, Hydrusa appellata propter aquarum abundantiam, hanc quidam etiam Ophiusam appellarunt: Myconos, Aiacis Oilei sepulcro nobilitata: (etsi quidam eum in Delo sepultum credant) Scyros, Syphnus, Meropia & Acis dicta, Seriphus, Prepesinthus, Cythnos. Harum omnium Cycladum celebratissima fuit templo Apollinis & mercatu Delos, ita dicta, ut censet Aristoteles, quòd repentè apparuerit enata. Agolosthenes Cynthiam initio, & Ortygiam nuncupatam, & Asteriam, alijsq́ nominibus, scripto prodidit: hodie ei Sdiles nomen est. Non grauabor historiam ascribere, quibus de causis tam diuersis nominibus fuerit appellata. ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ ἀστερία, φεύγουσα τὴν τοῦ Διὸς μῖξιν, μετέβαλεν ἑαυτὴν εἰς ὄρτυγα, καὶ ἥλατο εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ γέγονε νῆσος, ἥ τις ἀπ' αὐτῆς ὀρτυγία καὶ ἀστερία ἐκαλεῖτο. ὕστερον δὲ τοῦ Διὸς συγγενομένου Λητοῖ, καὶ ποιήσαντος αὐτὴν ἔγκυον, [illegible] καὶ ἀπόλλωνα. [illegible] ὑποδεχομένη τῇ Λητοῖ τὴν ἀπόλυσιν, [illegible] καὶ [illegible] ταύτην νῆσον, τὴν ὀρτυγίαν καὶ ἀστερίαν [illegible], πρότερον [illegible] τοῖς κύμασι, ἔτι δὲ καὶ [illegible] τοῦ φανῆναι αὐτὴν δῆλον ὀνόμασαν. [illegible] ἡ Λητὼ, [illegible] πρότερον [illegible] τὴν ἄρτεμιν γεννᾷ. ἡ δὲ ταύτην [illegible], τίκτει τὸν ἀπόλλωνα. καὶ ἄρτεμις μὲν τὴν δῆλον [illegible], ἀπόλλων δὲ [illegible]. [illegible] τὴν δῆλον [illegible], [illegible] περὶ [illegible]. [illegible] νῆσος [illegible], [illegible]. In Delo tradunt primùm repertum ignem, unde & Pyrpilen dictam. Hic Rhene, Celadusa uocitata, Syrus, Olearos, Paros, marmore Pario spectata: quàm primùm Pactiam, deinde Minoida nominarunt. Ibi Naxus, Dia, Dionysias à uinearum fertilitate. Quare quidam eam Siciliam minorem, & Callipolim dixerunt. Has recenset Plinius. Mela uix duodecim numerat. Parem numerum reddit Strabo, sed fatetur plures postea accessisse. Hyginus nono capite de insulis maximis, hanc inter eas adducit. Incipiunt ab insula Helene, & ad Sunium usque promontorium sparguntur. Illud non omittendum, quod Apollonij doctissimus enarrator de Delo scribit, Asteriam à forma nuncupatam fuisse: atque mox mutato nomine Ortygiam, à sorore Dianae dictam. Sacrum interdum per euphemismum accipitur. ut Sacra petra, apud Apollonium: pestilens lepra, morbus sacer, & paulò antè sacra fames, & piscis sacer, pro magno ut scholiastae interpretantur: & leges sacratae. Matri.] Recensentur ab Hesiodo quinquaginta Nerei, & Doridis filiae, omnes nymphae marinae. Fuit autem Doris, Oceani filia. Aegaeo.] Quòd in Aegaeo insula sita sit, sacra Neptuno Aegaeo canit. unde ea pelagi pars hoc nomine censetur. Apollonij scholiastes eruditè differit. τὸ αἰγαῖον πέλαγος, inquit, [illegible] ἱερὰ τοῦ ποσειδῶνος, ἐν ᾗ [illegible]

A δίνα κυμαίνουσα λόγος, διὰ τὰ φαντάσματα τοῦ θεοῦ, ὥς φησι Νικοκράτης. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ὀνομασθῆναί φασι τὸ πέλαγος. Αἰγαῖος γὰρ οὗτος ἐκαλεῖτο, ὥς φησι, Φερεκύδης. Νικοκράτης δέ φησι, ἀπὸ τοῦ Αἰγέως καταχρημνίσαντος ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν. ἀλλ' οὐ. πολὺ γὰρ ἀπέχει ἡ ἀκρόπολις τῆς θαλάσσης. *Aegaeum pelagus, inquit, nomen sortitum est ab insula, . capratum appellata: est autem haec sacra Neptuno. Aiunt in hac neminem propter phantasmata Neptuni dormire, ut prodit Nicocrates. Sunt rursum alij, qui Aegaeum pelagus dictum contendunt, ab ipso Neptuno. Hic enim deus Aegaeus nuncupatur, ut author est Pherecydes. Nicocrates asserit, ab Aegeo quodam, qui se ex arce in mare praecipitem dedit. Sed non recte: nam arx praeternauigantibus procul a mari abest. Hactenus ille. Lycophronis interpres,* ὅτι δίολω αὐτὸς κομαίοντα. **Doridi.**] *Δωρίδι, systole.*

Pius arciten.] *Apollo: periphrasis. Hoc epitheto multo ante usus fuit Naeuius, libro 2. belli Punici. Deinde pollens, inquit, sagittis inclytus arcitenens, &c.*
B *Pium eum nuncupat, uel ob interfectum Pythonem: uel ob pietatem in patriam, quam fluctuantem uado illigauit.* **Circum.**] *Anastrophe.* **Errantem.**] *Nam diu fluctuans, una terrae motum non sensit usque ad M. Varronis aetatem. Mutianus, inquit Plinius, prodedit, bis concussam. Quoniam autem Apollo in ea natus creditur, immobilem & uado fixam reddidit.*

Mycone.] *In hac insula Hercules Gigantum reliquias fudit. Strabo Geographiae libro decimo refert, Myconios caluos dici solitos, quod id uitij in ea insula sit gentilitium. Unde in prouerbium uulgo abierunt,* μυκόνιοι φαλακροί, *Myconij calui. Quanquam in Scythia gentem ab ipso natali caluam esse, scribit Herodotus in quarto. Admonet D. Erasmus uenuste, homines raro capillitio, Myconios posse appellari. Notati sunt & alio nomine Myconij:* Μυκόνιος γείτων, *Myconius uicinus, qui ob tenuitatem uictus alienas coenas captaret, & inuocatus continuo alienis superueniret:* κατὰ τὴν ἀρχὰν εἰρημένον ἐπὶ γλισχρότητι. ἔρρεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀκλήτως εἰσιόντων εἰς τὰ συμπόσια, *ut ait Suidas, Athenaeus in fragmentis primi libri:* ὡς ἄκλητον ἐπεισφρέοντα ἐς τὰ συμπόσια μυκόνιον δίκην. *de Pericle quodam. Nota-*
C *bantur enim Myconij, quod ligurritores essent, & mensae alienae appetentes. Zenodotus in sordidos tradit quadrare, & humiles homines, quod ea insula inter contemptissimas fuerit habita, propter sterilitatem, quare alienam appetentiores fuisse. Athenaeus libro supra citato, Myconios immodica bibacitate & luxu infames fuisse olim: atque inde Cratinus Ischomachum gulosum hominem, Myconium appellasse tradit.* **Celsa.**] *propter montem Dimastum.* **Gyaroq́ue.**] *Mixtim enumerat Cycladas & Sporadas: nam hae a scriptoribus ita confunduntur ut quae Cycladum sint, Sporadibus: rursum quae Sporadum, Cycladibus adscribantur. Sporadibus ab omnibus fere tamen Gyarus adnumeratur. In hac aiunt mures ferrum arrodere. Annotauit hoc Suidas.*

Immotamq́ue.] *Pindarus Olympiorum hymno sexto, Apollinem diuinae Deli speculatorem uocat:*

" τοξοφόρον Δάλου θεοδμάτας σκοπόν.

Porro nonnulli hanc de Delo historiam referunt. Cum Latona e Ioue grauida, decem menses uterum gestasset, eamq́ue persequeretur Python, inquit Hyginus, in Asteriam insulam mature auit. Ibi duobus plantarijs decerptis oliuae & palmae, illico gemellos peperit, Dianam & Apollinem: ipsamque tum insulam Delum appellauit, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἱδρύθη: *id est, quod incerto & mobili fluitans fundamento, nunc fixa radice sederet. Historiam refert Homeri enarrator lib. Iliad. 2. Hinc Delus Apollinis insula coepit appellari,* Δῆλος φοίβου καὶ θαλάσσης. *Historiam longe a superioribus diuersam & uetustiorem quidam de hac eadem insula recensent. Cum Cyclades per diluuium multum temporis tectae demersaeq́ue latuissent, rarescentibus iam aquis, omnium prima Delos sole illustrata, conspicua esse coepit: unde nomen ei sanctum creditur. Apollonij enarrator, & quidam alij (ut dixi) Asteriam a forma, Ortygiam a sorore Latonae dictam existimant. Extat oraculum apud Herodotum in Erato, de Delo immota, quam promittit Daemon aliquando se moturum, alludens ad prouerbium,* ἀκίνητα κινεῖν, *Non mouenda moue.*

κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν. "

Mouebo Delum, quamuis immobilem. "

Prouerbium, non mouenda moues, quadrat in eum, qui molitur impossibile quiddam, aut qui res sacras uiolat, aut qui conuiuijs incessit eos, quibus ab authoritatem debetur reuerentia. Explicatur pluribus uerbis ab Erasmo paroemia A' Delo, Delius dictus est Apollo: Delius natator, Δήλιος κολυμβητής, *qui admodum natandi esset peritus, quiq́ue nosset in summa natare aqua. Admonet Suidas, hoc dictum fuisse, uidelicet a Socrate, in Heracliti librum nimis obscurum, sensusq́ue eius obstrusos & prasumdos* τοῦ Ἡρακλείτου βίβλον ἀναγνόντα, διὰ τὸ δυσνόητον, Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτῷ ... οἱ μὲν μέσως, οἱ δὲ ... Διόδοτος δέ ... ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου ... ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων ... ὀνομαστὶ ... σύγγραμμα ... τοὺς ... ὅσα μὲν συνῆκα, γενναῖα. οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα· πλὴν Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, ὥστε μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. *Et interpretatur statim usum paroemiae,* ἐπὶ τῶν πάνυ ἐμπείρων ... *Id honoris Dianae & Apollini est habitum postea, ut in Delo neque parere, neque sepelire fas esset, neque canes alere. Testatur hoc ipsum Thucydides libro tertio: sed mortuos in uicinam insulam Rheneam efferre cogebantur. Annotauit hoc ipsum item Strabo Geographiae libro 10. Verba Thucydidis sunt de Pisistrato, qui insulam iuxta oraculum quoddam expiarit:* τότε δὲ πᾶσα ἐκαθάρθη ὑπὸ τῶνδε τρόπῳ. θῆκαι ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν Δήλῳ, πάσας ἀνεῖλον, καὶ τὸ λοιπὸν προεῖπον, μήτε ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ, μήτε ἐντίκτειν, ἀλλ' ἐς τὴν Ῥήνειαν διακομίζεσθαι. *Est autem Rhenea Delo adeo propinqua, ut Polycrates Samiorum tyrannus aliquando utramque alteri catena iunxerit, ut author est Thucydides:* ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶν ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν Ῥήνειαν ἑλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἅλυσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον, καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ Δήλια. ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν. ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες. καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι

καὶ γαμετὰς καὶ παῖδας· χορὸς τε ἄειδον ἐν νήσῳ. Illud item expressum fuerat in lustrali sacro inter Athenienses & insulares, ut si quæ uxu laborare cœpissent, quoquo modo perituræ in Rheneam insulam deportarentur. Huc feror.] In Delum, nunc ita firmam ac stabilem, ut nullis tempestatibus sede sua demoueri possit. Apollinis urbem.] Fuit ea insula, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Apollinis templo & mercatu celebris toto Orbe. Pisistratus apud Thucydidem libro 3. donaria Apollini dedicat. Nec Sophianus picturam templi in Delo prætermisit, in descriptione Græciæ. Huc frugum primitias hyperboreorum gentem Apollini mittere solere, memoriæ proditum est, quem ipsi quoque præcipuè colebant. Virgines illas ferebant: quæ ob id hospitijs gentium aliquot inde annos uenerabiles fuêre: donec uiolata fide, sacra ea in accolarum finibus deponere instituere. Hi ad conterminos, atque inde in Delum deferebant, donec in uniuersum ea ipsa religio aboleuit. Quod autem prænauigata Chio, inter Andrum & Tenum prouecti in Delum peruenerint, non casui, sed consilio Poëtæ, aut certè ducis Troiani tribuendum est. Nam cum augurijs deorum ad nouas terras quærendas ageretur, nihil prius esse debuerat, quàm ut in nauigando certam regionem tanquam scopum destinatam haberet, quò rursus dirigeretur, ne incertus sursum ac deorsum uagaretur. Neque uerò id scire, nisi uel Delio uel Delphico oraculo doctus, poterat. Et Delphos, ut hostilem terram, declinare rectum erat. Quare consultò Delium oraculum, ut nimis periculosum, petit. Huc accessit ueteris necessitudinis ius cum rege Anio, qui idem & Apollinis sacerdos fuit. Rex Anius.] Prosopographia à duplici dignitate, regia & sacerdotali, sed & uenerando religione habitu. Initiò reges promiscuè pontificum & regum munera obibant. In sacra historia Melchizedechus utraque dignitate augustus memoratur. Et antiquitùs in quibusdam gentibus hoc ipsum fuisse obseruatum, uel hoc in loco testatur Poëta. Romæ quoque postea, & initio quædam regia sacra à Numa instituta fuêre, & sacerdotes, qui regiæ uicis sacra obirent, illis bello occupatis. Et alibi regibus hoc honorificum fuisse, in confessu est, multo antè apud Troianos: quod in Priamo & Aenea liquet. Idem postea à Cæsaribus longa serie obseruatum fuisse constat. Ab Iulo Aeneæ filio sacerdotium pontificatus maximi, in gente Iulia multis seculis mansit. Gessit Iulius Cæsar, gessit Augustus, & alij nonnulli post eum.

Phœbique.] Phœbum dictum tradunt, quasi purum & mundum. φοῖβον, καθαρὸν καὶ λαμπρόν, τὰ δὲ ἔθη καθαρὰ καὶ ἁγνά. φοιβάζω, μαντεύομαι. Vittis.] infulis, cuiusmodi sunt apud nos episcoporum mitræ bicornes: ἀμφιδίμαι. Tempora.] temporibus. Lauro.] quippe Apollinis sacerdos, & in ea insula, quæ in ipsius tutela esset. Daphnen adamabat Apollo: hancque fugientem se, uertit in laurum: qua deinceps adeò fertur delectatus, ut ea se coronarit, sibique consecratam ob admirabilem eius ligni naturam uoluerit. Alij, quòd in Parnasso sit spectatissima. Sed de hac paulò pòst.

Iungimus.] Mos gratulandi aduentum hospitibus. Apud quasdam nationes honorificum est, osculis recipere, & obuios salutare. Templa Dei.] Religiosè, se circa domesticas obsonationes nihil moratum memorat, sed statim diuum tutelarem accersiisse, cuius maximè gratia hunc cursum intenderat. Templa.] Descriptio templi, à uetustate ædificij, & proinde à religione loci. Tradunt, Delphicum templum antea religiosum & intactum, aliquando à sacrilegis spoliatum fuisse, & incensum: Delon uerò, neque ante id tempus, neque postea, ullo incommodo uexatam, sed eodem semper mansisse saxo. Hic fons est Inopus, cum quo Nilus pariter decrescit, augeturque: autoribus Plinio & Strabone. Macrobius addit, non mirum uideri, quòd præsidio religionis tuta sit insula: nam continuam saxi firmitatem, reuerentiam sibi accersisse. Templa.] templum, numerus pro numero. Da propriam.] Omisso exordio, simpliciter supplex prius certam sedem. Mouet affectus à statu rerum præsenti: quòd Troiani reliquiæ Græcorum, extorres patria, terram habitandam quærere compellantur. Epilogus constat iteratione petitionis. Multa simul per copiam eòdem spectantia congerit. Da domum, mœnia, genus, propriam urbem: & quæ sequuntur. Id taque petit sedem stabilem, & generis posteritatem. A

Thymbræe.] Ad Dei beneuolentiam sibi conciliandam, cùm Thymbræum uocat, à loco, in quo summis honoribus colebatur à Troianis. Thymbra herba est, cuius plenus erat ager Troianus, circa templum Apollinis. Ab B hac Thymbræus, à duce Troiana nuncupatur. Est autem herba aromatica, cuius præter alias regiones Phrygia feracissima est. A Latinis, opinor, Satureia dicitur: à Satyris, lasciuis in Venerem. De hac Plinius libro 19. capite 8. Eadem est quæ cunila, non dissimilis thymo. Nonnulli fruticem esse aiunt: quidam oleris genus. Ab ea natum est prouerbium, Ex thymbra nemo lanceam fecerit, neque ex Socrate militem irreprehensibilem: Non omnium ingenia accommodata sunt disciplinis: Non è quouis ligno fit Mercurius. Porrò structurum id est, quod Hesychius annotauit, magis huc quadrat. Thymbra, inquit, est locus Ilij, ad amnem Thymbrum. Distat hic à ueteri urbe stad. X. quo loco erat Apollinis Thymbræi templum· θύμβρα, inquit, τόπος τῆς Ἰλίου ἀπὸ τῆς θύμβρας λεγόμενος τοῦ φυτοῦ ... τα, τὰς ἀρχαίας πόλεως ἀπέχουσα ... καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Θυμβραίου. Hinc θυμβρεφάγος, δριμυφάγος, nam thymbra cibus est grauis ac asper. Suidas astruit, θύμβρην loci nomen esse, & campum quendam ita appellatum. Verba eius subijciam· θύμβρα ὄνομα τόπου, καὶ πεδίον τι. θυμβρεπίδαιτε γαμφὲ, τὰ θύμβρα δαινύμενοι ... C ... θυμβρεφάγον, ... τὸ δὲ θύμβρον ... Hæc Suidas. Pergama.] Erat Pergamus, seu Pergamum, teste Hesychio, arx Ilij. πέργαμος, ἡ ἀκρόπολις τοῦ Ἰλίου. & Pergamum Idæ promontorium. Huius regionis fuerunt quatuor: Phalacrum, Lectum, Gargarum & Pergamum. Cæterùm, ipsam urbem uel Pauli peregrinatione celebrem satis uphinor, quæ testamento Attali à Romanis in prouinciæ formam redacta fuit: erat enim eius regia. Celebratur fama inuentæ chartæ, quæ ob id pergamena est dicta. περγαμηνή, ἡ μεμβράνα, ἡ διφθέρα. Patria fuit Galeni medici, & Apollodori oratoris, qui præceptor fuit Augusti Cæsaris. Fuit Pergamum gazophylacium Lysimachi Agathoclis, qui unus fuit ex Alexandri Magni successoribus.

A ribus. Quidam grammaticorum, Pergama numero tantùm multitudinis pro arce Ilij usurpari existimant: atque hinc omnia excelsiora ædificia, Pergama dici posse. πέργαμον, οἱ μὲν πάσαν ἀκρόπολιν λέγουσι. οἱ δὲ, πάντα τὰ ὑψηλά. Troianos itaque altera Pergama uocat figuratè, reliquias Troianorum. Da pater.] Epilogus constat iteratione petitionis. Augurium] Euidens signum, aut diuinum responsum, quo simus certi, quo'nam sit eundum. Vix ea fatus eram.] Attentionem conciliat ad insequutum oraculum, ab horrendis, & signis præcedentibus. Limina'q.] templum: synecdoche, & polysyndeton. Extendit uocalem breuem in cæsura: à parutione. Laurus'q.] Hanc uaticinationis symbolum esse, Apollini, adeo'q ipsi Phœbo, authore Eusebio, sacrã, futurorum'q habere præsensionem, creditum est. Nihil crepitantius uritur. Hinc à Græcis δάφνη dicitur: nam particula δα intentionis uim habet: φωνῶ, loquor. Hac de causa Lycophron os uaticinantis αἶμα δαφνηφάγον nominat: id est, τὸ μαντικόν. Rationem reddit interpres, cur uaticinantibus & Apollini dicata ea sit arbor· δάφνη, inquit, ἡ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμοῦ, τοῦ γῆς συγγενὴς,
B ἐγένετο παῖδα ὀνόματι Δάφνην, ταύτην ἐρασθεὶς ὁ Ἀπόλλων, ἐδίωκεν αὐτήν ἡ δὲ συλλαμβάνεσθαι μέλλουσα, ηὔξατο τῇ μητρὶ αὐτῆς τῇ γῇ. ἡ δὲ χανοῦσα, ὑπεδέξατο αὐτήν. ἡ γῆ δὲ τὸ ἀπόλλωνι παραμυθουμένη, ἀναδίδωσι τῆς κόρης φυτὸν ἀνάλογον, ὃ καὶ δάφνη καλεῖται. ἔτι δὲ ἀπ' αὐτῆς, καὶ μαθητὴς μαρτυρεῖ τῆς ... καὶ ἡ κόρη ἄφθαρτος ἐν τῷ ἀπόλλωνος ἐρωτι. ἀπόλλων δὲ συνάψας στέφανον ἐκ τῶν τοῦ φυτοῦ φύλλων, ἐστεφανώθη ... τῆς ὁμωνυμίας ἔρωτι· ὅθεν καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀπόλλωνος σύμβολα ἐκ δάφνης ὅθεν κατεσκευασμένα. Sed & ueteres euenta rerum ex crepitantis lauri ratione obseruabant. Nam si crepitans ignis ureretur, auspicatissimum erat signum, maximè colonis. Sin tacita deflagrasset, sinistrum omen. Indicat illud Tibullus:

» Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.

Posterius uerò Propertius:

» Et tacet extincto laurus adusta foco.

Hanc Claudianus præsciam nũcupat, quòd subiecta dormientes culcitræ aut puluinari eius folia, somniorum ue-
C ritatem conciliare credantur. Sic Antipho, Philocrus, Artemon, & Serapion, Ascalonites scriptum reliquêre. μαντικὸν φυτὸν hinc appellatur. Atque hæc causa est, cur Chryses ab Homero, Apollinis sacerdos, laureas torulos gestans introducitur: & à Virgilio Anius, laureatus. Efficax putatur laurus aduersus uenena. Vna omnium arborum fulmine non tangitur. Duo eius genera tradit M. Cato: Delphicam & Cypriam. Delphica coronabantur Delphis sacrorum certaminum uictores, & triumphantes Romæ: Cypria, folio breui nigro'q subcrispa est. Ante domos Cæsarum & pontificum ponebatur. Huius plenior descriptio est apud Plinium cùm alijs multis locis, tum libro 15. cap. 30. Mugire.] Remota metaphora, ab animali ad non animal. Quod boum est, transtulit ad cortinam Deliam. Cortina.] Propriè est caldarium, in quo pigmenta & colores coquuntur, & lanæ inficiuntur. Plinius: Hæc rursum in cortinas æreas confecta, aceto spissatur. Et capite sexto libri 15. de coloribus: Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. Sunt & uela seu peripetasmata, cortinæ. Porrò autem, quòd cortinæ tripodum fuerint, quæ Delphicæ appellabantur, uariant. Ex Plinio liquet, æreas fuisse, capite 3. libri 34. Seruius certè pro tripode ipsius Apollinis accipit, unde oraculum reddebatur: à similitudine caldarij ænei, siue quòd Corio Pythonis tecta esset, siue quòd certissima inde responsa ederentur, ut cortina quasi certina sit appellata. Sunt qui deductam à corde uolunt, quòd cor Phœbadis illic teneretur. Quoniam autem cortinæ antiquitùs Apollini Delphico dicabantur, omnes Delphicæ cœperunt nuncupari. Varro quoq scriptum reliquit, à corde nomenclaturam accepisse, quòd inter terram & cœlum sit: à similitudine cortinæ Apollinis, quod'q inde primùm sortes sint extimatæ. Gortyna, siue Cortina, nobilis Cretæ urbs quondam fuit, ita dicta ab heroë quodam Gorty, ἀπὸ ἥρωός τινος Γόρτυος, ἢ Γορτυνίου ἀπὸ τέκνου. Hæc primùm Larissa, mox Cremnia, ad postremum Gortys dicta fuit. De tripode postea suo loco dicturi sumus. Oraculum planè Apollineum, prima fronte: hoc est, obscurum, & ambiguum: cuiusuis ab unius uoculæ commoda interpretatione pendet. Iubet primam gentis Troianæ originem repetere, & quidem quadam tautologia: id quod peculiare erat huic dæmoni. Deinde pronuntiat regnum & posteritatem. Dardanidæ.] Antonomasia. De Dardano aliàs diximus. Cæterùm cùm Phœbus eos Dardanidas uocet, magis quàm Teucros, aut Troianos, aut Laomedontiadas, satis coarguit, quam terram censeat petendam. Verùm Anchises ea uoce sat perspicuè admonitus, sua negligentia, seu potius incogitãtia, in horrendum errorem magno suorum postea malo labitur. Etenim non regionis petendæ quidem nomen ponitur: sed maiorum origo, quam sequatur, monstratur. Et quia recentior erat Cretæ, unde Teucer in Phrygiam delatus fuerat, memoria, Italiæ antiquitas illi non uenit in mentem. Ex Creta Teucer, ex Italia Dardanus ortus, in Troadem commigrarat. Sed ea animorum lætitia publicè orta turbauit consilium, ut non aduerterent, cùm Dardanidæ salutarentur, se moneri, ut Italiam peterent: cuius origo longè erat remotior. Vt diligens Homericæ obseruantiæ imitator est Poëta. Exemplum enim Homericum de capiendo ab Agamemnone Ilio scitè imitatur. Nam ut Agamemnon circa interpretationem oraculi ibi labitur, ità hic Anchises hallucinatur circa Deliacum responsum: cùm sortes utriusq sint luce clariores. Stirpe] prima origine. Vbere.] Metaphora ad insequentem allegoriam respicit. Antiquam.] Hoc obscurius, quàm id quod præcessit. Est'q planè ἀντιγενόμενον. Antiquam matrem enim, terram uocat, unde maiores in Asiam se contulerint. Est enim terra communis omnium parens. Ostendit id Brutus, liberator urbis Ro. qui accepto Phœbi responso, eum post Tarquinium summum imperium Romæ habiturum, qui primus matrem oscularetur: tellurem communem matrem interpretans, humi simulata stoliditate lapsus, ei osculum dedit. Hæc nos gignit, ait, & ad postremum sinu suo recipit. Hic domus] Domum genus & posteros dicit, qui in ea terra latè imperium tenebunt, unde Dardanus in Phrygiam transmisit. Condidit hic Dardaniam generatione 18. cum Mosche Israhelẽ per desertum circumduceret, Danaus regnaret in Græcia. Quo tempore templum Delphicum opera Phlegyæ conflagrauit. Sunt qui in 19. redigunt. Vtrumq habet, produnt hunc Corythi, uel (ut nonnulli) Corinthi: ut alij, Minois regis filium fuisse ex Electra, apud Italos. Quidam etiam

Thuscia

Thusciæ regem. Fratrem habuit Iasium. Patreè rebus humanis sublato, fratres de successione contendere cœperunt. Iasius per insidias à fratre interficitur. Dardanus cùm uideret ciues ea cæde immodicè perturbatos, ad tumultum certum spectare, cum parte populi fugit: ac tandem post longam iactationem terra ac mari, in Samothraciam appulit. Hæc tum Samos erat. Inde secundo uento ablatus, eam Asiæ partem occupauit, ad quam Pontus alluit. Oram illicò omnem de suo nomine Dardaniam nuncupauit. Condidit ibi oppidum, regnauitq; annos quinquaginta, relicto hærede regni Erichthonio filio. Sed de Dardano & Iasio paulò pòst, ubi in Cretam nauigio peruentum erit, plura, & non paulo his quidem diuersiora recensebimus. A Cunctis domi oris.] *orbi terrarum: imperium Romanum innuit.* Et nati natorum.] *Expressit Homericum illud lib. Iliad. 20.*

» *καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.*

Tumultu.] *Est autem propriè tumultus, tanta perturbatio, ut maior subinde timor oriatur. Hinc tumultuari, in perturbatione esse.* Iubeat.] *in Phrygiam, quam dubium erat, uocaretur Antiquam matrem, an aliam terram.*

ARGVMENTVM.

Anchises Apollinis oraculum interpretatur, sed malè: nam cùm Apollo Italiam petẽdam esse significaret, ipse de Creta intelligens, eò statim nauigandum esse admonet, ac patrum antiquorum monumenta secum repetens multas rationes adducit, quibus probat Cretam sedem esse Troianis fatalẽ: itaq; placatis sacrificio uentis, mactatisq; Apollini uidelicet, & Neptuno hostijs in Cretam soluit.

NASC.

Tum genitor, ueterũ uoluens monumẽta uirorũ:
Audite, ô proceres, ait, & spes discite uestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
Maximus unde pater, si ritè audita recordor,
† Teucrus, Rhœtæas primùm est aduectus † in oras.
Optauitq; locum regno: nondum Ilium & arces
Pergameæ steterant: habitabant uallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominæ subiêre leones.
Ergo agite, & diuûm ducunt quã iussa sequamur.
Placemus uentos, & † Gnosia regna petamus:
Nec longo distant cursu, modò Iuppiter adsit.
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactauit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo:
Nigram Hyemi pecudẽ, Zephyris fœlicibus albã.

† al. Teucros, † al. ad

† al. Gnosia

Avdite, ô proceres, ait.] *ab attentione auspicatur: uiq; attentiores sibi compararet auditores, de rebus utilibus ad eosq; pertinentibus, se uerba facturum pollicetur.* Creta Iouis magni.] *Narratio est quam uarijs circumstantijs, uel coniecturis potius uerisimilem facit: primò Cretam describit, & ex singulari quadam dignitate, ac diuino studio, quod in ea est Iupiter natus, uehementer extollit, & est uersus ex Hom. sumptus Odyss. τ. nisi quod Homerus magni Iouis non dicit, sed hoc modo:*

» *Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,*
» *καλὴ καὶ πίειρα.* id est,
» *Creta iacet medio tellus circumflua ponto*
» *Pulchra, ferax.*

Medio iacet insula ponto.] *à loci opportunitate: quòd undiq; mari clausa ab hostium impetu tuta est: nisi exponas, medio: id est, ambiguo: nã quo in mari iaceat, Solino teste, non satis probari potest: attamen medio ponto de omnibus insulis dicitur: nam mari undiq; cinguntur: ita paulò antè de Delo:*

» *Sacra mari colitur medio gratissima ponto.*

Mons Idæus ubi.] *circumstantias, seu coniecturas aggreditur, quibus uerisimile faciat Cretã ab oraculo significari.* Centũ urbes habitant magnas.] *Mela Pomponius, aliiq; Geographi id etiam scriptum reliquerunt, Cretam olim centum habuisse ciuitates, quod ex Homero sumptum apparet: qui libro Iliad. β ita cecinit:*

» *ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.*

» *At in 19. Odyss.* —*ἐννήκοντα πόληες.* id est, *nonaginta urbes illi extitisse memorat: idem refert Plato in Minoë: nunc uerò longè pauciores habet: multas tamen uillas, pagosque multos, oppida etiã nonnulla adhuc retinet.* Maximus unde pater.] *altera coniectura: nec aliter ferè indicari poterat nisi de Creta intelligendum esset quia inde Teucer uenerat, qui urbem Ilium condiderat, populosq; ualles imas incolentes arce, & mœnibus sepserat.* B Rhœteas.] *Troianas, à Rhœteo Troadis oppido.* Si ritè audita recordor.] *ἀπάτης errorem suum excusat.* Hinc mater cultrix Cybele.] *tertia cõiectura: quod ex hac insula & sacra, & sacerdotes magnæ matris: hoc est, Corybantes Troiam fuerint. unde etiam Cretæ commẽdatio deducitur à religione.* Idæumq; nemus.] *ἱερὰ πτερᾶς, in quo Iupiter altus, educatusq; fuit.* Ergo agite.] *Conclusio est: quæ exhortationem habet ab honesto & utili.* C Placemus uentos.] *ab utili.* Nec longo distant cursu.] *κατὰ ἀνθυποφορὰν tacitæ occurrit obiectio, & rem haud difficilem esse indicium facit à breuitate nauigationis.*

Modò Iuppiter adsit.] *ἐπανόρθωσις ad euitãdam temeritatem: nam temerarium est uelle aliquid de futuro polliceri.* Taurũ Neptuno, taurũ tibi pulcher Apollo.] *rationem habet cùm accepti oraculi, tum etiã nauigationis futuræ. ideo & Apollini, & Neptuno sacra facit. Consulto præterea hostias olim pro qualitate numinum mactari solitas fuisse, quod Seruius hic attingit, & alibi pluribus differit, illud tantùm dicam quod memoratu dignum arbitror, quòd Neptuno, tametsi ex cœlestibus dijs unus est, quibus alba conueniunt, sicuti inferis nigra, tamen nigrum taurum mactare consueuit antiquitas: id quod Homeri auctoritate ex illo tertij libri Odyss. carmine facilè probari potest.*

» —*τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.*

ταύρους

A ταῦροι [illegible] κυανοχαῖτα.
Cuius rei caussam assignare uidetur interpres, quia huiusmodi color est, qui prouenit ex profunditate maris. Verba interpretis apponenda duximus, ne quis forte illa desideret. sic enim ait: ταῦροι μὲν διὰ τὸ βίαιον τῆς θαλάσσης. μέλανες δὲ διὰ τὴν χροιὰν τοῦ ὕδατος τὴν ἐκ τοῦ βάθους. id est, Tauros quidem ob maris uiolentiam; nigros uerò propter eum, qui ex profunditate fit aquae colorem.

LAMB. Hort. TVM gen.] Prudenter hac in parte decorū seruat Poëta, quòd Anchisae interpretationē oraculi tribuat. quippe seni, & antiquitatum regni Troiani perito. Monumenta dicta uidentur à monendo, quaecunque uel defunctis caussa aedificantur: uel ad memoriam alicuius superfunt, quae nos illius admonent: ut sunt sepulchra, statuae, libri, & similia. Audite.] Attentum, ad interpretationem oraculi. Sed quamuis senex, & rerum multo usu exercitatus est, labitur memoria tamen.

Creta.] Chorographia, à dignitate, partibus, origine gentis Troianae, & opibus. Creta hodie Candia uulgò, sed à candore, utroque nomine appellatur, maior Cypro, minor Sicilia & Sardinia, sed fertilitate
B omnibus par. Media iacet inter Atticam Graeciae, & Cyrenaicam Africae oram, utroque nauigatione bidui. Ab ortu alluit mare Carpathium, ab occasu Ionium, à septentrione Aegaeum, à meridie Africum: porrecta inter ortum aestiuum & occasum, forma oblonga quidem, sed angusta. Imperante Creta primo insulae rege, eam regionem tenebant Eteocretae. Huius uetustissimi rex memoratur Iupiter. Fuit & Gnosius Rhadamanthus, uir tanta puritate, ut ueteres illi iudicia apud inferos tribuerint. Minos Cretensibus leges tulit, & institutis optimis insulam exornauit: quare & huic tribunal antiquitùs apud inferos traditum fuit. Fama est, ipsum Lycurgum, qui postea Lacedaemonijs leges tulit, à Thalete Musico eas, & Rhadamantho & Minoi latas, in Creta edoctum fuisse. Certè Plato grauis philosophus, author est, Lacedaemonios & uetustissimas Graeciae ciuitates ex hac insula sibi leges & instituta quaesiuisse, & ambos Iouis ex Europa filios fuisse. Ita scriptum reliquit in Minoë: [illegible]. Multis olim nobilitata fuit fabulis Creta: Pasiphaës, Ariadnes, Minotauri, Daedali operibus & fuga & morte, Androgei cade: sed in primis Iouis natali, cuius sepulcrum incolae ostendere con-
C sueuêre. Cres anno Abrahae CXXIX, primus in ea insula regnasse traditur, quem quidam Orionis Demogorgonis filium fuisse affirmant: insulam certè de suo nomine Cretam dixit. Dosiades author est, à Creta Hesperidis filia nomen insulae factum. Anaximander, à rege Curetum: cùm antea Aëria, inde Macaron à coeli clementia & temperie diceretur: siue, ut Solinus & Martianus, μακάρων νῆσος. Fuit & Curetis aliquando insulae nomen. Caeterùm hunc Cretem nonnulli memorant unum fuisse Curetum, à quibus Iupiter postea abditus fuit, & educatus. Non desunt, qui Saturnum ibi omnium primum regnasse affirment. Post hunc imperium ad Iouem filium peruenisse, ac tertium haeredem regnasse Minoëm: cui haeres successerit filius Minos iunior, quem Plato Iouis discipulum & necessarium, [illegible] uocat. Post hunc regnum obtinuit Idomeneus ille, qui ad Troiam, cum reliquis Graecorum ducibus pugnarit, ac domum reuersus regno fuit expulsus.

Iouis.] A dignitate personae. Incolae nihil ueriti fuerūt constanter affirmare, Iouem apud se natum, educatum & sepultum fuisse: quamobrem mendacij & uanitatis nomine infames semper habiti sunt. De his extat ex Epimenide Pauli testimonium:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Et κρητίζειν, ψεύδεσθαι. Adducit Suidas exemplum. Ἰδομενεὺς γὰρ, inquit, ἐπιτραπεὶς τὴν τῶν λαφύρων [illegible], τὸν ἄριστον αὑτῷ [illegible]. Aliae paroemiae locum fecerunt, κρητίζειν πρὸς κρῆτας, ἐπὶ ψεύστου [illegible] ἀεί. Creticum tunicae genus est. Aristoph. [illegible] κρητικὸν [illegible] ταχέως. κρητικὸν, ἀπὸ τῆς Κρήτης, κρητικὸς ῥυθμὸς [illegible]. Aristophanes, [illegible] κρητικῶς [illegible]. Clari fuerunt Cretenses semper habiti nauigandi studio & peritia, inter omnes insulares. Vnde paroemiae loco antiphrasticōs celebratum fuit, Cres mare nescit: de eo, qui quod egregiè nouit, dissimulet se scire, authore Strab. lib. 10. [illegible]. Quem locum eius abbreuiator exponens, οἱ γὰρ κρῆτες, inquit, [illegible], πρῶτοι ναυτικῷ [illegible]. Cretensis contra Aeginetam: quando improbo res est aut negotium cum improbo. Cretensis sacrum: ubi per tumultum & turbulentè quid agitur, ut si quis eo non fruitur quod parârit. Qua porrò ratione Iupiter in Creta editus sit, canit Hesiodus in Theog.

ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν, τὸν μέν οἱ ἐδέξατο γαῖα πελώρη,
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.
ἔνθα μιν ἷκτο φέρουσα θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.
πρώτην ἐς Λύκτον. κρύψεν δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα
ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ, ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι.
τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν.
Οὐρανίδῃ μέγ' ἄνακτι θεῶν προτέρῳ βασιλῆι.

Mons Idaeus.] Ad ortum, ubi ea insula longissima est, contra Rhodum, Sammonio promontorio erigitur ab occasu, propter duo promontoria, ubi dispalescit, uetustior est: quorum alterum aduersus Phycuntem Cyrenaicae regionis, à frontis arietinae similitudine, Graeci κριοῦ μέτωπον dixerunt: alterum contrà Peloponnesum erectum, Strabo Cimarum uocat. Sunt & lateribus sua promontoria contra Corum, Africum, & Arctium. Montes maximè occidui, teste eodem Strab: & albi sunt: eorumq; conualles nulli fertilitate secunda: quare illi Plinio Albi nuncupantur. Sed inter montes quibus exasperatur, maximè nobilitatur Ida, quòd ibi Iupiter educatus credatur. Huius pedem oppida coronae similitudine ambiunt. Rigatur insula amnibus illustribus, Lethaeo, & Oaxi, alijsque nonnullis qui fama minus sunt celebrati. Caeterùm (ut ad Idam reuertamur) Strabo scriptum reliquit, sua tempestate eam Chrysomallum fuisse dictam: ἡ Ἴδη [illegible] χρυσόμαλλος καλεῖται. Hanc à nympha sic dictam arbitrantur, quae Iouem aluerit. Didymus uult, omnes montes Idas appellari, quòd inde omnia prospicè possint, ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν. Hinc oppidum Ida Tyri, & mons in Troade, omnia sunt consequuta. Cretenses enim oraculo moniti, Teucri auspicijs in Phrygiam delati, montem Idam occuparunt. Ab Ida Creta, Dactyli Idaei nomen inuenêre: quos ferri inuentores fuisse, Hesiodus author est, qui eam terram primi tenuerint. Quidam centum fuisse produnt. Ephorus, non plures quàm decem, à quo

numerò

numero nomen ipsis sit inditum. Memoriæ proditum est, eos ex Ida Phrygiæ postea profectos, duce Mygdone, in Europam transmisisse: ubi diuinandi periti, cantum, initiationes & mysteria docuerint. Et adijciunt, eos non in Creta, sed circa Berecynthum Phrygiæ collem, ferri naturam commonstrasse: adhæc, ignis & æris usum. quare uetustas eos, ut deos coluit. Addunt & illud, unum eorum Herculem fuisse nominatum, qui certamina Olympica instituerit. Atque hinc ob nominis similitudinem, illum Alcumenæ filium eorum authorem creditum. Propter hanc scriptorum uarietatem, Hesychius: Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, inquit, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Φρυγίας, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Κρήτης ὑπὸ αὐτοῖς ὀνομασθῆναι φασὶν Ἴδης. Et Ἰδαῖος ἐπίθετον Διός, ὁ θεὸς, ἀπὸ Ἴδας τὸ ὄρος φαίνεσθαι. Plutarch. ἐν τῷ περὶ ποταμῶν, Δακτύλους Ἰδαίους ex Ida puella & Acesthio in Phrygia editos prodidit. Diodorus scribit, Idam quibusdam fabulosè nomen sortitam ab Ida Melissi filia: narratq; præterea de eodem monte memoratu & lectu digna. μέγιστον δὲ ὑπάρχον τῶν κατὰ τὴν Ἑλλήσποντον ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπές, ἐν ᾧ φασι κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου. γενέσθαι δὲ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, οἳ σίδηρον ἐργάσασθαι πρῶτοι, μαθόντας τὴν ἐργασίαν παρὰ τῆς τῶν θεῶν μητρός. ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συμβαίνει γίνεσθαι περὶ τοῦτο τὸ ὄρος. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ἐπὶ τῆς ἄκρας κορυφῆς, διὰ τὴν νηνεμίαν τοῦ περιέχοντος τὸ ἀέρος, ὑπεράνω γίνεσθαι τὴν ἄκραν τῶν ἀνέμων πνοῆς. ὁρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἔτι νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν κυκλοτερεῖ σχήματι περιγράφοντα, ἀλλὰ τὴν φλόγα κατὰ πολλοὺς τόπους ἔχοντα διεσπαρμένην, ὥστε δοκεῖν πυρὰ πλείω θιγγάνειν τοῦ τῆς γῆς ὁρίζοντος. Hæc Diodorus. Ergo Creta ita est sita, ut mediterraneo mari circumflua sit: hic mons Ida est, à qua ea denominatur, quam in Phrygia habemus. Creta.] Iouis Magni patria. Digladiantur uetustissimi antiquitatis scriptores Græci, de patria Iouis. Nam quidam contendunt, eum non in Creta, sed Thebis natum: nonnulli rursum in Arcadia. Ad Lycophron certè Thebas Bœotiæ affirmat eius natale solum esse, ubi huiusmodi epigramma inuentum fuit:

αὐτὸς δ' ἀεὶ μακάρων ὕπατος, τόν τ' ἄστρων
Θήβα τῶν Βοιωτῶν ἔτικτεν, ἀλλ' ἐνὶ χώρῳ.

Lycophronis enarrator uolens hanc de Iouis natali loco pugnam dirimere, ita scribit: τοῦτο δὲ ἄδηλον, ὅτι Δία γενέσθαι οἱ Βοιωτοὶ καὶ ἄλλοι λέγουσι, οὐ καλὴν δόξαν, καὶ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν Θήβαις, καὶ ἐν ἑτέροις μυρίοις τόποις ἔτι γεννήσεως Βοιωτίαν, καὶ ὑπομνήματα. τὸ δὲ ἀληθὲς Διὸς ἡ γέννησις ἐν τῷ οὐρανῷ. ὥσπερ καὶ τὸ ὄνομα Διὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, ἔτι ὁ Ἄλλος τοὺς Βοιωτοὺς πάντας Δίας καὶ θεὰς ἐκάλεσεν, ἐξ ἧς, τοίνυν πολλὰς παλαιὰς ἱστοροῦσι καὶ ὑπομνήματα. Nec difficile fuerit mehercle, hac ratione id genus alias digladiationes conciliare. Cunabula.] origo gentis Troianæ. Cunabula propriè lectuli sunt, in quibus infantes ponuntur: & cunæ, quasi cynæ, ἀπὸ τοῦ κοιᾶν. Metaphora prouerbiali, pro rudimentis & primordijs quibuslibet: quemadmodum Cicero uocat oratoris incunabula, primam illam à fundamentis institutionem. Vnde ab incunabulis, à teneris unguiculis, à crepundijs, à lacte nutricis: pro eo quod est, à prima pueritia. Centum urbes.] Strabo lib. Geograph. 10. testatur, Homeri ætate Cretam ἑκατόμπολιν fuisse, quæ Troianis temporibus recentior fuerit: cum Troianis non plus 90. habuisset. Et idem A Odysseæ 19. ἐνενήκοντα πόληες, cùm in Iliade ἑκατόμπολιν dicat τὴν Κρήτην. Quam quidem discrepantiam Didymus sic conciliat, ὅτι ἐρρωμένως ἑκατὸν πόλεις ἔχουσα, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ πολλάς: ut numerus certus sit pro incerto. Cæterùm omnium fermè consensu scriptorum interim centum urbes habuisse constat, quarum Plinius 40 enumerat lib. 4. cap. 12. quas eius ætas nouit. Mela pauciores, & eas quidem notissimas recenset, Gnosum, Cortynam, Lycton, Lycaston, Holopyxon, Phæstum, Cydonem, Manathusam, Dictynam, &c. Verùm abuti numerorum amplificatione non solùm poëticum est, uerùm etiã oratorium, & in omnibus propè professionibus receptum: nam & in iure, Centumuiralia iudicia dicebantur, non quòd ex 35. tribubus centum iudices colligerentur, cùm 5. superessent, terni ex singulis collecti: sed ob commodiorem enumerationem. Vnde centumuiralis hasta, & ipsi centumuiri. Ad consimilem rationem & 70. interpretes recensentur, cùm duo ampliùs fuerint. Vberrima.] πιοτάτη. Nulli insularum fertilitate cedit. Laus ab ubertate soli. Si uetustatem & instituta gentis spectes, B haud facilè inuenias aliam à qua superetur. Dixi paulò ante de regibus uetustis & de integerrimis Cretensium legislatoribus. Non fuerit ab instituto alienum, aliqua de eius gentis moribus, laudatissimis institutis, disciplinaq; annotare, quibus clara antiquitùs inter omnes non solùm insulares, uerumetiam decantatissimas Græciæ urbes floruerit. Ephorus assertor est cuiusdam Rhadamanthi multo uetustioris, quàm ille fuit cuius suprà à nobis mentio facta est, qui insulam legibus sanctissimis, & institutis ciuilibus ad mansuetiorem cultum assuefecit, & placidiores uiuendi ritus. Hunc Minos postea sequutus fuit, qui Iouis antrum nouem annos coluit, & per ocium leges meditatus, ueluti ex pectore Iouis seu oracula deprompta insulanis proposuit. Verba Platonis in Minoë sunt: ἐφοίτα δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδείξων, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐννεατηρίδι πεπαίδευτο παρὰ τοῦ Διός. Sed ut omnium regnorum perniciosa pestis est tyrannis, ita & huius insulæ, unde Græcia postea suas leges hausit, & optimum statum tyrannicus dominatus, mox Cilicum maria infestantium latrocinia euertit. Fuêre ab initio libertatis pertinacissimè assertores, concordiæ studiosi, & uita ratione frugales. C Frequentabant pueri conuentus; quos greges ipsi uocabant. Viri ætate adulti publica inter se conuiuia celebrabant, æstus ac frigoris patientissimi, armis reipublicæ causâ se exercebant: semitas accliues saltu ac cursu superabant: in gymnasijs pugnas prouocabant: arcubus ac sagittis contendere, honestum erat. Vnde in poëmatis usquam non hæc obuia sunt, Dyctæa arundo, Cressa sagitta, & similia. His peculiare, iacula sua arborum lacryma, ut Scythis ueneno, tingere. Lucian. in Nigrino: ἀνὴρ δὲ ταῦτα ἰδὼν τοξότης ἀφίησι τὸ βέλος, ἐπὶ τῷ, καθάπερ τὰ ἀκροβολίσματα, ἐπὶ δυοῖν, καθάπερ τὰ Κρητικῶν. Cretensibus uernacula erat armata saltatio, quam πυρρίχην, alij πυρριχισμόν, nonnulli πυρρίχην uocant. Veteribus tria saltationis genera maximè celebrabantur, Pyrrhiche, Sicinnus, & Cordacismus. A' pyrrhiche πυρριχίζειν μετὰ ὅπλων ὀρχεῖσθαι, in armis saltitare: & πυρρίχιος ὄρχησις, saltatio. Sagulum & calceum militarem induebant: arma preciosissimum munus æstimabant: imperare mari unicè studio erat: haud committebant, ut illic à

quoquam

A quoquam superarentur: id quod testatur prouerbium nuper admodum à nobis citatum, Κρὴς τὸν Κρῆτα, ἐπὶ τῶν πανούργων. Connubia tamē inter aequales contrahere, uirginib. è iuuenū coetu sponsos deligere, ius fuit: uerùm non primò è domo paterna abducebantur, quàm per aetatem ad administrationem rei familiaris essent idoneae. Dos erat, si fratrem haberēt, patrimonij dimidiū. Legibus sancitū erat, ut pueri ab ineunte aetate literas, cantiones, & musicae artis quaedam modulamina addiscerent. Ad uirorū cōuiuia, quae ipsi ἀνδρεῖα nūcupabant, introducti, uilibus amiculis tecti, humi sedebāt: ualidissimus quisq; puerorū, illis praeliū lacessentibus, ministrabat. Egressi uenatum cursu exercebāt corpora, quo robustiora fierent. Statis diebus in certamen tantùs, tibiae ac lyrae cōmiscebantur. His peculiare erat, laetos dies candido, tristes atro notare calculo. Quam tamen consuetudinem multi ad Thraces referunt. Atq; haec quidem sunt praecipua instituta Cretensium, & leges ciuiles, quibus laudatè insula à sanctissimis nomothetis munita fuit. Et par erat, ut regnum naturae beneficio, rerum prouentu, glebae pinguedine luxurianti ditaret, disciplinis pulcherrimis nobilitaretur. Sed res horum praeclara & maxima paulatim, ut aliarum celebrium urbium & regionū,

B defluxēre. Maximus.] A' descriptione transit ad argumenta, quibus colligit, eam terram esse, quam petēdam obscuris ambagibus moneat Phoebus: hoc est, quòd inde oriundi sint Troiani. Hinc Teucer in Phrygiam transmisit: hinc sacra matris Deûm, hinc ceremoniae sacrorum sunt petitae. De Teucro pòst paululùm dicemus. Rhoeteas.] Phrygias, Rhoeteum, locum in Troia, quidam Grammaticorum apud Graecos interpretatur: & ῥοιτεῖον, ἀπὸ τοῦ ῥοιτεῖν ἐν ἀγροῖς οἰκοῦντος τὸν ἱερὸν βασιλέα, καὶ ἀγρεύειν τῆς νάπης. Rhoeteas.] Antonomasia. Duo sunt eius regionis promontoria, Sigaeum & Rhoeteum, quorum posterius à Rhoetea Protei filia nomen traxit. Plinius lib. 5. cap. 30. scribit, Rhoetea littora & oppidum extra sinum esse & Dardanum, Aiacis sepulchro illustria, inquit Mela. At Strabo lib. 13. his fermè uerbis omnem eam oram à Dardano describit τὸ μὲν ἱερὸν ... πρῶτα ἐν δεξιᾷ ... ἀπὸ τῆς τρωάδος, τόπος ὑψηλός. εἶτα Ῥοίτειον, πόλις ἱδρυμένη. εἶτα αἰγιαλός. εἶτα Αἴαντος μνῆμα. εἶτα Σίγειον, πόλις ἔρημος. εἶτα Ἀχίλλειον, τάφος, καὶ Πατρόκλου καὶ Ἀντιλόχου. εἶτα ναύσταθμος, καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν

C Ἑλλήνων. Optauit.] Proprio usus est uocabulo conditarum urbis. Habitabant.] A' loco, in quo tum incolae regionis habitabant. Vnde colligere est, urbem conditam fuisse loca editiori. Cybele.] mater deorum. Cybeles nomen à cubo dictum quidam autumant, qui cyben, seu cuben, caput interpretentur, quòd homines agat in furorem. κυβιστᾶν, in caput saltare. Proprium sacerdotum huius deae erat, caput in uoslerijs rotare. Cubum autem definiunt, qui in ambitu basim habeat, aut etiam calculum tetragonum. Eiusmodi constat sacrum illum lapidem, aut simulachrum fuisse, quod Romani secundi belli punici temporibus Romam è Pessinunte allatum aduexerunt. Classici Grammaticorum interpretantur Κύβελα, ὄρη φρυγίας, ἄντρα, καὶ θαλάμους. Suidas Κυβέλη, inquit, ἡ Ῥέα· παρὰ τὰ Κύβελα, ὄρη φρυγίας· ἐκεῖθεν, διὸ καὶ ἐπωνυμίαν μάλιστα ἔσχε. Idem paulò pòst: Κύβελα, τὰ ὄρη τῆς φρυγίας. Causam hanc adferunt, quamobrem ita uocentur, quòd illic Rhea siue Cybeles sacra primùm sint instituta. Cybelis, bipennis: & cybele, atrium fornacis. Hanc autem magnam illam deorum matrem fuisse, nex ferè est qui ignoret. Huius sacra μητρῷα dicebantur. Memoriae proditum est, antrum Hierapolim Asiae fuisse, sed innoxium, huic deae consecratū. Rursum adeo quibusdam authoribus non infimi subsellij placere, deam ab ipso monte, quae pars Dindymi est, nomen accepisse. Berecyntes Phrygiae populi & in uniuersum omnes Phryges, teste Strabone, Rheam colunt: unde Berecyntia mater uulgò nuncupatur, mater deorum, Aegestis, & Phrygia, magna dea. A' locis, diuersa nomina sunt ei quoq; inditae Idaea, Dindymene, Pylene, Cymene, Pessinuntis, Cybele. Graeci famulos huius deae eodem nomine cum Iouis sacerdotibus, Curetas appellant, & eosdem Corybantas: & Cybelen uxorem Saturni fuisse, & in Ida Cretae Iouem peperisse memorant. Haec leonum iugo uehitur, ut modò ex Suida annotauimus: & cinaedi huic sacri sunt. Ops uitio, Terra, Vesta, & Pales dicta fuit, quare curru uehitur. Physica horum ratio à Fulgentio explicatur. Huius deae maximè sacerdotes Galli castrati erant, ita dicti à Gallo amne Phrygiae, quo gustato, illicò furore corripiebantur. Sacerdotum originem fuisse memorant puerum Phrygij sanguinis, quem Cybele adamabat. Gallis autem consuetum erat, testa se exsecare. Fabulantur, Saturnum partus uxoris alios post alios deuorare solitum: Iouem uerò opera Corybantum cymbala pulsantium, ne infantis uagitus exaudiretur, caedi subtractum, & ab ijs in Ida educatum. Fabula recensetur ab Hesiodo in Theogonia. Inde Corybantes, Cybeles sacerdotes uocari coeperunt: qui sacris operaturi, enthusiasmo correpti, cymbala pulsabant: ac saltando capita rotantes, alios in consimilem rabiem excitabant. Sunt qui Dactylos, Cabetos, Curetas & Corybantes, eosdem esse credant: sed falluntur. Etenim Dactylos quinque tantùm numero fuisse, à digitorum ratione tradunt, qui Rheae inseruiebant δάκτυλοι, digiti: sunt enim digiti ad laborandum artifices, & omnium negotiorum operatores. Fuit & Dactylus Atheniensis quidam, qui ad summos honores euectus fuerat. Porrò κορυβαντιᾶν, idem est quod insanire. A' re nomen ut factum est: alij ἀπὸ τοῦ κόρης, ab oculo: nam cùm Iouis custodes essent, apertis & uigilantibus oculis esse semper cogebantur. Quanto his diuersius est, quod Diodorus refert: Corybantum Iasonis & Cybeles filium eum Dardano sacra matris deûm in Phrygiam portasse, atque eos qui illius sacris initiari caeperunt, ab se Corybantes dixisse. Sunt qui ἀπὸ τοῦ κόρυθος, id est, galea, uocem tractam contendant, quòd galeris tecti, insaniam & beluinam rabiem simularent. Certè κορυβαντιᾶν in prouerbialem figuram concessit, pro insanire. In eam sententiam usus est Aristoph. in Vespis: ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεόν, ἢ κορυβαντιᾷς: Aut desipis uerè, aut insanis. Suidas, praeterquam quòd κορυβαντιῶσι μαινομένους exponit, καὶ ἐνθουσιῶντας, ut in epigrammate:

καὶ κορυβαντιῶν ἰσχόμενοι χαλκόφθογγα ῥόπτρα:

καὶ κορυβαντιῶ, μαίνομαι, ἠχῶ, ἢ ὀρχοῦμαι, ἢ ἀπατῶ: καὶ συγκορυβαντιάσαντες, συμμανέντες, ut in hoc: ὁ δὲ πρὸς τὰς συγκορυβαντιάσαντας καὶ ἀναλαλάξαντας ἅπαντας, καὶ τοῖς ὅπλοις ἐπικτυπήσαντας ἐνθέως ἐν τῷ ... ταμιείῳ. addit ἔστι κόρητας καὶ τοὺς κορύβαντας τὴν αὐτὴν ὑπολαμβάνειν. ... διὸς τροφοὶ οὗτοι, καὶ φύλακες. τινὲς δὲ αὐτοὺς δίκα φασὶν, ἀπὸ ἄλλοι ... δὲ τοῦ ῥίζα ... καὶ κορύβας ὁ αὐτὸς τοῖς κόρησιν, ... τοῦ διὸς τροφεῖς, καὶ διδάσκαλοι, καὶ τῆς ῥίζα ...

Curetas Pleuronios fuisse, multorum opinio est: quibus præsentem Aetoliam obtinentibus, Aetolus ex Elide cum aliquanta Epirorum manu, inuasit eam regionem, quam ab se Aetoliam nuncupauit: atque inde Curetes in Acarnaniam emigrare compulsi fuêre. quod ipsum affirmat Aristoteles in Politia Acarnanum, cuius partem Leleges & Teleboæ aliquando possederunt. Dionysius, raræ eruditionis uir, opinatur eos quos Curetas ueteres dixêre, Romanos à solenni saltatione Salios uocauisse. Strabo affirmat dæmones fuisse, qui Iouem infantem à lacte nutricis aluerint, διὸ ϰουροτρόφους αὐτούς: cuius sententia accedit Pindari interpres. Ida (inquit) mons in Creta est, in quo Iupiter fuit educatus, resonantibus Curetibus, ne Saturnus eum eiulantem exaudiret· Ἴδη ὄρος Κρήτης, ἔνθα φασὶ ἀνατρέφειν κουρήτων ὀρχουμένων, ἵνα μὴ γενόμενον αὐτὸν αἴσθοιτο. Quoniam autem tres fuerunt Ioues, ut tradit Cicero in lib. de Natura deorum: duo Arcades, tertius Cretensis, existimant nonnulli Curetes huius liberos, non Rheæ fuisse: qui eius, ubi terras quinquies peragrasset, funus honorificè procurarunt, sepulchrumque magnificentia regia uisendum erexerunt, cum huiusmodi inscriptione. IVPITER SATVRNI FILIVS. Atque hæc diuersitas personarum peperit certamen inter gentes humanas, cùm certatim Arcades, Thebæ & Cretenses Iouem uindicarent. Porrò, qui Curetes à Corybantibus discriminant, astruunt Curetes Danaidis nymphæ Cressæ & Apollinis liberos fuisse: Corybantes uerò, Thaliæ & Apollinis: & hos quidem dæmones extitisse. Illud nequaquam silentio transeundum, quid inter κουρῆτας καὶ κόρυτας differentiæ Grammaticorum filij statuant. Κουρῆτες, inquiunt, τῶν μὲν ἐνοπλίως συναλλᾶσι περιτεθειμένοι. οἱ τὴν παλαιὰν κατοικοῦντες, διὰ τὸ κουριῶς ἀναδεδέσθαι τὰς κόμας. κόρυτες δὲ προκαρεξαπομένου τοῦ σώματος, ὡς καὶ ἔτος ὀργυτῶν. Est autem κορεῖν, comere, comas puellis seu stolas religare: κομᾶν, κορᾶς ἐπιδεῖσθαι. Strabo contendit quadruplicem etymologiam huic nomini accommodari posse. ἢ διὰ τὴν ἱμερόεσσαν κουράν· ἢ ἀπὸ ὄρους ϰουρὶς ὀνομαζομένου· ἢ διὰ τὸ βλακώδεις ἄνευ, ὥσπερ ἐν κόραις, ἢ ἀπὸ τῶν κουρητῶν ἀσπίδων. Nonnulli quasi κεκαρμένοι, ab attonsis crinibus. Qua ratione Acarnanes ab intonsis capillis ἀκόρσεκοι. Horum inuentum fuit, armata saltatio πυῤῥίχη, quam exercuisse Cretenses demonstrauimus. Erant enim homines robusti, ἀλκίμους ἐν ὅπλοις ὀρχούμενοι. Corybantia æra.] cymbala: periphrasis. Idæumque.] Quæ in Phrygia religione habebantur sacra, sua primordia ab ijs ducebant quæ sunt in Creta. Pindar. 5. Olymp. hymno, antrum Idæum Ioui in ea insula consecratum dicit· σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ, κρόνου ναίων λόφον τιμῶν τ' Ἀλφεὸν εὐρὺ ῥέοντα Ἰδαῖόν τε σεμνὸν ἄντρον ἱκέτας σοὶ ἔρχομαι αὐδάσων, Λυδίοις ἐν αὐλοῖς. Silentia.] Sacris quibusque suæ erant ceremoniæ. Herculis Lindij, execrationes: aliorum, ἱερουργία: matris deûm, silentium religiosum erat. Sacrorum enim huius deæ morem nefas erat cuiquam aperire, nisi ijs qui ijsdem initiandi erant: ita ab ipsa Cybele institutum credebatur. Sicut in sacris Bonæ deæ non erat fas uiros interesse. Quanquam in uniuersum omnibus sacris silentium congruerit: Illic ore ac lingua fauere iubebantur. Currum.] Cybeles: Hanc montibus præfecerunt, & quidem turritam, ac sceptrum gestantem. Huius currum leones trahebant. Diximus hanc Saturni coniugem fuisse: & Opim nuncupatam: quare eodem mense & Saturnalia & Opalia celebrabantur. Et quia uterque frugum fructuumque repertores credebantur, omni fætu coactio, ita colebantur, ut cultoris uitæ authores, alter pro cœlo, altera pro terra haberetur. Leones.] Cùm Atalanta, eximia forma puella nulli nubere decreuisset, nisi huic à qua cursu superata esset, à se uictos interfecit. Hippomenes uirginis forma captus, quamuis mors uicto proposita erat, puellam prouocauit, ac uicit auxilio Veneris. Cum hac postea in luco Matris deûm ubi concubuisset, ambo ab illa in leones uersi sunt, eiusque currum iuncti. Ergo agite.] Collectis argumentis Cretam obscurè significari, quam peterent, hortatur suos, alacribus animis esse capessendam. Itaque priusquam soluant, deos placant hostijs, ut secundo uento portum Cretensem teneant: Apollinem, ut tutelarem, & è penatibus unum: Neptunum item, cui maris imperium demandatum sit: ad postremum utranque tempestatem. Placemus.] propitios nobis conciliemus. alioqui nobis iratos. Gnosia.] Cretensia: Periphras. & synecdoche, à parte totum. Gnossos, urbs Cretæ est, Ceratos olim dicta à proximo fluuio: Minois regia, teste Strabone, illius Minois, à quo frater Rhadamanthus formatus fuerat. Nec longo.] Ἀ' ϛάδιοις: abest Creta à proximo promontorio Zephyrio, unde triginta milliaria Germanica, si fides habenda sit Geographis. B Modo.] ἐπὶ θεῷ, in ἀέρι θεῷ. Et Iupiter usurpari uidetur, pro cœlo, aura, & uento. Tertia.] tertius dies. Id enim spatij, secundo uento iter bidui est.

Taurum.] Interpretatur, quibus dijs quas hostias extemplò mactarit. His enim duobus tantùm è iure pontificio, & Marti taura sacrum fiebat. Suprà retulimus, quàm eruditè Maro Aeneam, de industria, alia quàm conueniebat, hostia sacrificantem per errorem induxerit. Quare mox prodigium sequutum subiecit.

Pulcher.] Aptum Apollini epithetum, imberbi, & perpetua iuuenta florenti. Sic à poëtis fingitur, respicientibus ad naturam Solis, qui siue occidat, siue oriatur, nunquam senio frangitur. Diuersum apparet in Diana, quæ eadem est cum Luna, Proserpina, & Hecate. Hinc poëtis ἑκατηβόλος: id est, ἑκατηβελέτης appellatur. Pulcher. formosus, elegans: ἀπὸ τῶν καλλικόμων, crinium decore. Porrò quàm diuersa nomina ab officijs, locis & rebus, huic genio à priscis fuerint facta, non est institutum hic adscribere. Gratiùs enim suis quæque locis, ut occurrent, & aptiùs explicabuntur. C Illud interim ὡς πάρεργον adijciendum, quod ad uocis etymon pertinet, deductum ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυμι, ἢ ἀπόλλω, ἢ ἀπολλύω, perdo, perimo. Sagittis dicitur Pythonem serpentem confecisse, unde & Pæan est cognominatus, ἀπὸ τοῦ παίω, uerbero. Nigram.] Hyemem, tempestatem uocat: Zephyros, uentum secundum: species pro genere. Antequam hunc absoluamus locum, illud operæpretiũ fuerit adscribere, quòd Poëta circa externa sacra & eorum doctrinam obseruarit. Cùm enim Aeneas appulisset in Delum, nullam hostiã cecidit: discessurus uerò, Apollini, Neptuno, Hyemi & Zephyris uotum persoluit, & quidem ritè. Cloacius Verus lib. Ordinatorum secundo, citante Macrob. tradidit, ad Delij Apollinis aram, nullam uictimam, nullam hostiam, uel animalem, uel consultatoriam, cædi consueuisse: sed statim ab accessu, precatione tantum Deum uenerari receptum consuetudine. Ipsa ara, Apollinis γενέτορος fuit uocitata. γενέτωρ enim, γονεὺς, πατήρ. Hanc, ut inuiolatam, Pythagoram aliquando adorasse produnt. Pontifex hoc

templum

A templum ingressus, sine sacro preces inchoabat. Eruditè ergo Maro, γενέτορα patrem salutantem ducem Troianum facit, Da pater augurium. Quid igitur sibi uult, quòd tauros cadat? Primùm id ita accipiendum est, ut ad alias aras mactatos intelligamus. Deinde, quia ad superiorem aram γενέτορ@, patrem eum appellauit, proprio ad id loci uocabulo: ad posteriorem, ut utriq; communem, & hostias animales mactat, & tum Apollinem uocat. Idem Macrobius annotauit. M. Catonem huius aræ meminisse lib. de educandis liberis, his uerbis: Nutrix hæc omnia faciebat in uerbenis ac tubis, siue hostijs: ut Deli, ad Apollinis Genitiui (γενέτορ@) aram.

ARGVMENTVM.

Relicta Delo, Cycladas prætrelegunt: inde prospero proflante uento in Cretam nauigant.

Fama uolat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaq; littora Cretæ:
Hoste uacare domos, sedesq; astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; uolamus,
Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Donysam,
Olearon, niueamq; Paron, sparsasq; per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta †concita terris.
Nauticus exoritur uario certamine clamor:
Hortantur socij, Cretam proauosq; petamus.
Prosequitur surgens à puppi uentus euntes.
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior urbis,
Pergameamq; †uoco lætam cognomine gentem:
Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis.

NASC. FAMA uolat] ad fidē oraculi accedebat occasio ualde opportuna: quòd Idomeneus hostis Troianorū regno Cretæ cesserat, à populis expulsus: itaque fiebat, ut rò libentiùs nauigarēt, et potiūdi illi' regni spes non exigua teneretur.

†al. consita remis.

B Idomenea ducem.] præter ea quæ à Seruio referuntur, Homerus etiam huius meminit in catalogo ijs uerbis:

†al. roco, & læt.

" Κρητῶν δ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε.

Id est, ut ego interpretor:

" Cretenses populos hasta præclarus agebat
" Idomeneus.

Ortygiæ portus.] Delos ideò Ortygia dicta est, auctore Solino, quia in ea primò uisæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας appellant. Bacchatamq; iugis Naxon.] insulas recensere incipit, quas in Cretam nauigando prætelegerunt: quarum singulas singulis epithetis ornat, & ex rerum, quas proferunt, uarietate commendat, præsertim Donysam, & Paron: quarum altera uiridem, altera candidissimum Lapidem gignit. Naxon uerò fortasse bacchatam uocat, quia ibi debacchatum est: hoc est Bacchi solennia, hoc est Orgya de more Bacchadum sacerdotum celebrabantur: nam Bacchata loca Nonius Marcellus appellari autumat, in quibus debacchatum est. Virg.
C in 2. Georg.

" ——ô, ubi campi
" Sperchiusq;, & uirginibus bacchata Lacænis
" Taygeta.

Aliter tamen Seruius, atq; alij.

Sparsasq; per æquor Cycladas.] rectè sparsas: non enim longo inter se spatio distant: ut hic, illic sparsæ esse uideantur: septemq; sunt, in quibus & Delos, & aliæ, quas dudum recensuit, annumerantur. Sed de ijs alij interpretes pluribus perscripserunt: nobis uerò, si quæ in primis recondita, nec aliorum pedibus trita inuenire possint, ea declarando persequi consilium est.

Et crebris legimus freta concita terris.] quidam codices consita legunt: quæ lectio (modò aptè sit tralatio) non displicet: uulgatam tum magis approbo, concita terris: nam mare crebris undarum reciprocationibus propter frequentiam insularum non potest non esse concitatum. Nauticus exoritur clamor.] morem exprimit nautarum de portu soluentium. Lætā cognomine gētē: Hortor amare focos.] Seruius interpres hūc locū ita exponit, ut de celebrandis sacris, domibusq; ædificandis intelligendum uelit, cùm ait: Amare focos, sacrificia celebrare. Arcēq; attollere tectis.] poeticæ periphrasis: id est, domos ædificare: mihi uerò longè alia mens est, qui de priuatorū domibus, deq; arce ædificanda intelligendum puta: nā etsi focus pro sacrificio ob id quandoq; ponitur: quia nullum ferè sacrificium absque igne fiat, tamen pro priuatam cuiusq; domo frequentiùs accipi solet. Itaq; Cicero focos patrios, pro patrijs ædibus posuit in oratione pro Rosc. Am. & pugnare pro aris & focis multis in locis ab eo dictum est. Cùm igitur Aeneas urbem designasset, eiq; nomine imposito, muros parasset, illa duo tantùm deesse uidebantur, ut ciuitas priuatorum ædibus repleretur, & arce munitior, ab hostiumq; imperu tutior fieret: nam sacra antequàm urbem conderet, κατὰ τὸ σιωπώμενον ab eo perfecta fuisse intelligendum est: cùm ueteres illi nihil, præsertim magnum prius unquam, facerent, quàm sacrificassent: ideo paulò infrà Troiam connubia celebraturi, sacra faciunt. inquit enim:

Connubijs, aruisq; nouis operata iuuentus. "

Quamobrem socios hortatur ut focos ament: hoc est, ut quisque sibi domicilium paret, unàq; etiam arcem struendam aggrediantur, sed & uerbum attollere diligenter obseruandum est: nam cùm multa opera egeat arcis ædificatio, plus etiam significasse Poëta uidetur in uerbo attollere, quàm si tollere posuisset. quòd uerò Seruius ait, Arcemq; attollere tectis.] poëtica periphrasi, domos struendas significari, caret exemplo: quis unquam bonus, primæq; classis Poëta arces attollere dixit, pro domos ædificare? quod si ita esset, arces potiùs numero multitudinis, quàm arcem, dixisset: cùm id, & absq; carminis incommodo facere potuisset, & non unam domum, sed multas ædes ponendas admoneret.

FAMA.] Error Anchisæ confirmatur fama pulsi regno ducis, qua similitudinem ueri senex colligit, Cretam tam esse terram, quam Apollo obscuris uerborum ambagibus monstrauit petendam. Fuit hic Idomeneus, Deucalionis filius, Cretensium dux, ut testatur Homerus in Catalogo: LAMB. Hoct.

Κρητῶν δ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε, "
οἳ Κνωσσόν τ' εἶχον, Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν, "

» λύσσόν τε, μιλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα λύκαστον,
» φαιστόν τε, ῥύτιον τε, πόλεις εὖ ναιεταώσας,
» ἄλλοι θ' οἳ κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο,
» τῶν μὲν ἄρ' ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε.

Tradunt hunc à Troia redeuntem, cùm periclitaretur in mari, nouisse se immolaturum, id quod ei dux in littore primum obuium haberet. Accidit autem, filium patris aduenientis fama excitum, ei aduentum gratulatum occurrisse: quem cùm uoti reus immolare uellet, propter inhumanam crudelitatem à popularibus regno expulsus fuit. Didymus refert ex Lycophrone, cum circa Eubœam concitata tempestate à Minerua, cum Calchante & Sthenelo Colophonem appulisse, atque ibi fato defunctum. Diligentissimus Lycophronis interpres historiam longè aliam, & ueritati magis consentaneam ita refert: μετὰ τὴν τοῦ (παλαμήδους) ἀναίρεσιν ὁ τούτου πατὴρ ναύπλιος, ἐλθὼν πρὸς τοὺς ἕλληνας, καὶ τὴν τοῦ παιδὸς δίκην αἰτῶν. ἄπρακτος δὲ ὑποστρέψας, ὡς πάντων χαριζομένων τῷ βασιλεῖ ἀγαμέμνονι, μετ' οὖν τὴν παλαμήδους ἀναίρεσιν ὁ ὀδυρμὸς, περιπλέων λοιπὸν τὰς χώρας τὰς ἑλληνίδας, παρεσκεύασε τὰς τῶν ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι· κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ ἀγαμέμνονος αἰγίσθῳ, αἰγιάλειαν τὴν διομήδους σθενέλῳ, μήδαν δὲ τὴν ἰδομενέως λεύκῳ ὑπὸ λεύκου, ἣν καὶ ἀπέκτεινε λεύκος, καὶ κλεισιθύραν τὴν θυγατέρα αὐτῶν ἐν τῷ ναῷ καταφυγοῦσαν, καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως. καὶ δέκα πόλεις τῆς κρήτης ἀποσπάσας ἐτυράννησεν. καὶ μετὰ τὸν τρωϊκὸν πόλεμον, καὶ τὸν ἰδομενέα τῇ κρήτῃ καταίροντα, ἐξήλασεν. Atque ista huc quadrant. Idem interpres paulò pòst aliam historiam, sed ex diametro cum hac pugnantem adducit: λεῦκος, inquit, τοῦ ταλὼ τέκνον τοῦ σπαρτοῦ ἦν ἐθρέψε, ᾧ ποτε ἰδομενεὺς τὴν βασιλείαν καὶ τὸν οἶκον παρέδωκε, ἐπὶ τὴν τροίαν ἀπαίρων. τοῦτον ναύπλιος ἀνέπεισεν τῆς βασιλείας, ὃς τὴν γυναῖκα ἰδομενέως μήδαν (ἤγουν μηδείαν) κατοχεύων καὶ τὴν θυγατέρα κλεισιθύραν, ἣν ὑπέσχετο δοῦναι αὐτῷ, ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς τροίας ὑποστρέψας ἀπέκτεινε καὶ τὰς παῖδας αὐτῶν, ἔφυγεν καὶ λεῦκος. ἐπανελθὼν δὲ ἰδομενεὺς ἐκ τροίας ἐξεδίωξεν αὐτὸν τὸν ἀποστάτην λεῦκον. οὗτος δὲ ὁ λεῦκος πάλιν ἀπεστράφη. ὃν λαβὼν ἰδομενεὺς ἔσφαξε κατ' αὐτοῦ. Superiorem historiam sequutus est Maro: nam occiso in castris Palamede, cùm Nauplius pater nihil æqui ab exercitu ad ulciscendam iniuriam obtinuisset, reuersus in Græciam, omnium fermè ducum qui ad Troiam militabant, uxores ad stuprum concitabat: Clytemnestram Agamemnonis cum Aegistho, Aegialiam Diomedis cum Sthenelo, Medeam Idomenei cum Leucone (quam Leucon unà cum filia Clisithyra interfecit, in templum fuga dilapsa) & reliquorum coniuges ad consimilem modum. Decem inde Cretæ urbibus ad defectionem compulsis, regnum occupauit. Post bellum Troianum Idomenea, cùm appellere ad insulam moliretur, regno expulit. Fuit Deucalionis, qui Minois filius, genere Cretensis, militari re ad Troiã clarus. Numeratur ab Hygino inter eos qui formosissimi fuerunt, & qui Helenã amabant. Aiunt quidam, cùm diuinis propè honoribus cultum ante exilium fuisse: exulasse in Italia, & Brutijs, atque in Salentino Calabriæ monte oppidum Petiliam condidisse. Certè è tribus locis Salentina gens conflata fuit: Creta, Illyrico & Italia. Pulsus Idomeneus primum ad Diuinum regem Illyricorum uenit, à quo etiam auxilijs adiutus, collectisque præterea quibusdam Locrensium profugorum in mari, cum ijs Locros uenit. Pulsum cum nonnulli produnt ex Lyctio oppido, à quo Lyctius Idomeneus infrà à Poëta appellatur. Didymus Odysseæ 19. historia à nobis citata quoque meminit. Paternis.] Deucalionis. Ex Ioue prognatum Minoëm ferunt: qui ab Asteria Cretensium rege, cui Europa postea in matrimonium cessit, adoptatus, & in regnum successit testamento scriptum fuit. Sic produnt memoriæ à nonnullis inuenio. Duxit hic uxorem Itonem, Lyctij filiam: ex qua Lycastus est illi ortus. Inde Corybanti filia in uxorem ducta, secundum Minoëm procreauit. Hic primus Græcorum instructa classe, maris imperio potitus ab antiquis scriptoribus traditur. Is ex Pasiphaë Deucalionem, Crateum, Androgeum & Ariadnen tulit: de quibus prodigiosarum fabularum materia præbita fuit poëtis. De hoc Minoë prolixior narratio à nobis instituetur in principio libri sexti. Ex Deucalione ortus fuit Idumeneus.

Littora.] regnum Cretense. Hoste.] Hostem antiqui uocarunt peregrinum: hodie perduellionem. Respexit interim Poëta ad hostilia, quæ molitus fuerat: aut quem ut hostem Leucon regno expulerat. Expolitiones sunt uariatæ per synonymiam. Ortygiæ.] Deli. De Deliacis supra plus satis dictum est. Illud obiter seu appendicem attexere libet, quod Phanodicus in Deliacis tradidit, neque Nicander in tertio Aetolicarum rerum prætermisit: Ortygiam, ab ea Ortigia quæ in Aetolia est, nomenclaturam accepisse Delum:

οἵδ' ἐξ ὀρτυγίης τιτλωιδ® ἀρμυθίσε.

Nonnulli sunt qui Ephesum, alij Delum priùs sic dictam: rursum, qui uicinam Siciliæ insulam ita uocatam autumant: hinc omnes Ortygias dici, & non ab Asteriæ metamorphosi quidem, quæ soror Latonæ fuit, sed quòd omnes Ortygiæ coloniæ sint eius quæ est in Aetolia. οἱ μὲν τὴν ἔφεσον, οἱ δὲ τὴν πρότερον δῆλον καλουμένην. ἄλλοι δὲ τὴν ὁμοτέρμονα τῆς σικελίας νῆσον, ὅθεν ὀρτυγίαν πᾶσαν βοᾶσθαι, καὶ ὁ δῆλος ὃν ἐκ δὲ, μεμάθηκεν, ἀπὸ τῆς ἀστερίας μεταμορφώσεως, τῆς λητοῦς ἀδελφῆς, ἀλλὰ καθὸ πᾶσαι αἱ ὀρτυγίαι ἀποικίαι εἰσὶ τῆς κατ' αἰτωλίαν ὀρτυγίας. Reperio Grammaticos qui contendant, à coturnice nominatam insulam, quòd aues eæ primùm ibi sint uisæ ὄρτυξ, coturnix. Naxon.] Naxos à Delo 18. mil. passuum distat. Oppidum habet Strogylem, aut Strongylem: quam inde, Diam, mox Dionysiada, propter uinearum fertilitatem appellarunt. Quidam aliquando Siciliam minorem, multi Callipolim etiam dixerunt. Dimidio minor est quàm Paros. Ea de causa Bacchatam Naxon uocat: hoc est, propter uinearum copiam quasi Baccho dicatã. Alioqui loca in quibus bacchatur, à Baccho Bacchata dicuntur. Aglaosthenes ille qui Naxica conscripsit, prodidit, Iouem è Creta surreptum, & Naxum delatum, ibique educatum fuisse. Suidas: νάξος, inquit, πόλις, καὶ ναξία λίθος, ἡ κρητικὴ ἀκόνη. νάξος γὰρ πόλις κρήτης. ὁ γράψας, ὅτι ναξία πόλις σικελίας, ἢ πολίτης ναξιὸς, καὶ ναξιάτης. λέγει καὶ ὅτι πόλις σικελίας νάξος, καὶ κρητικὸν δὲ, ἀφ' ἧς ἡ ναξία λίθος. ἔστι δὲ διὰ τοῦ γράφειν, κρητικὴν ἐκάλεσαν λίθον, ἀντὶ τοῦ διαφέρουσαν φαίνεσθαι τῆς ἀκονῆς δὲ νάξου ἐπώνυμος ὁ νάξος, ὃ ἀπό του νάξω, ὑπερ τὸ νάξαι, ὅ ἐστι θλᾶν. φασὶ δὲ, τὰς ἐκεῖ νοξίας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν, καθὰ ἀριστοτέλης καὶ διόνυσος φασὶν εἶναι εἴτε. καὶ πλεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἐν ναξῳ, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς. Ναξιουργὴς κάνθαρος, ποῖα ἦν ὅτι λεγόμενα, κάνθαροι, ἐν νάξῳ γινόμενα.

A ὡς τοῦ εἴναρος λέγει τινα ἀνακείμενον ὕδωρ. ἱερατικὸν δὲ λέγει, ὅτι θαλασσοκρατοῦντές ποτε νάξιοι, ἐκράτησαν αὐτοῖς τοῖς βαρβάροις. ὁ ἄτω· τὴν πᾶσαν τὰς ἐν γύροις πόλεις τὰς ἀρχαιοτάτας ἱστίαν εἰ πρότερον ἐκαλοῦντο, οἷον τὰς τοῦ λίμνας ἀναξιαργῆ ἀνόμαζον. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ ὄνομα καὶ κοιλυργᾶς, ἀπὸ κοιλὰς· καὶ εἴρεσια, ἀπὸ ἐρεσίας· καὶ πάρανα, ἀπὸ πάρου, καὶ ἐν παραπᾶ κάρθαρα κομίζει. Paron.] Doctè niueam: à marmoris candore niueo, quo ea insula in primis nobilitatur. Recensentur aliquot insulae mixtim Cycladum & Sporadum, quas in ipso cursu praeternauigauit. Minoides à quibusdam appellantur, authore Apollonij interprete, secundo Argonaut. à secundo Minoë, qui maris imperio potitus, ex insulis Caras expulit.

Legimus.] praeternauigamus. Crebras terras,] dicit insulas toto mari sparsas, & quasi disseminatas insulas. Nauticus.] ἐκ ναύτου. Cretam.] Minoë sit. Dosiades nihil ueretur, Cretam contendere à Creta Hesperidis filia appellatam: Anaximander à rege Curetum. Diuersas opiniones scriptorum suprà retulimus. Prosequitur.] Donauit uenustè carmine Latino Homericum illud Iliad.

B secundo, & alijs diuersis locis:

30 τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Tandem.] Clausula antecedentis narrationis: Post bidui nauigationem tandem uenimus in Cretam. Curetũ oras.] periphrasticè Cretam dicit: ijs rationibus, quibus modò dissertum est. Allabimur.] pro adnauigamus dicit: & quidem secundo uento. Ergo auidus.] Properat ad studium urbis condendae, ut animos quietis & sedis stabilis cupidos proponat. Apto omnia ordine artificiosa breuitate subijcit, quae ad nouae reipublicae institutionem sunt necessaria. Primùm facto sulco, muris loca assignantur. urbs inde moenibus cingitur: idq; certa ratione, ut speciem operis noui prae se ferat. Nomen loco inditur, id quod regum & principum est. Describuntur regiones, area, uici, fora, circi: assignantur ciuibus aedes suae. Exhortatur suos ad maturanda aedificia, & ad concordiam inter se seruandam. Postremò rempublicam legibus & institutis laudatis, in primis autem religione format. Quoniã autem non satis est urbes condidisse, nisi etiam conseruentur, & ab interitu asserantur: connubia celebrat, prolis procreandae gratia, ad robur ciuitatis augendum. Operam nauant agriculturae, & ad ciuilia officia exercentur, & quaestu opes suas augent. Haec quàm aptè, & quidem paucissimis uersibus, comprehendũtur. Molior.] Ad hanc imitationem dixit Liuius, moliri fundamenta: aedifico muros urbis, & eos fossa cingo. Pergameamq;.] Pergamum inter clarissimas Cretae urbes numeratam fuisse à ueteribus, testatur Plinius lib. 4. cap. 12. Hanc nunc antiquitate & origine sua donat Poëta, à Pergamis Troadis: quare ob nominis rationem suos socios laetos fuisse memorat. Amare.] tueri armis patriae loco nouam urbem: officium in repub. exercere: rem domesticam non segniter administrare: amare patrios lares, Vestam, aram in qua sacrificabatur, & res diuina fiebat peculiariter Lari & dijs penatibus. Itaq; Vestam, aram sacrificalem religiosè colendam monet. Cùm autem foci mentionem inijcit, Vestam intelligit, quae nihil aliud reuera erat, quàm focus, domus, conuiuium, quibus uiuimus. Et apud Pollucem propriè is est, qui in Prytaneo uiscebatur, ubi ignis inextinctus erat. In quib. (inquit) sacrificamus, aut ignem exuscitamus. Antiquitus igne sacrificabant, quia deus in igne existimabatur habitare, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία. Idem Pollux lib. 9. περὶ τῶν κατὰ ἄστυ μερῶν, his uerbis focum siue ἑστίαν exponit: καὶ ἑστία τῆς πόλεως πρυτανεῖον, ἐν ᾧ κατὰ δημοσίαν προσόδων ἐκοσμεῖτο, καὶ διὰ πρᾶξιν τινὰ σίτησιν ἀξιωθέντες, καὶ ἄλλα τινὰ τιμῆς ἄξια τὸ πῦρ. Amare ergo focos, sacrificare est. Hortatur eos in primis ad religionem: inde ad muniendam contra hostes urbem.

Arcemq;.] acropolim. Attollere tectis.] erigere: nisi quis malit per hypallagen interpretari: pro, impónere tecta arci.

ARGVMENTVM.

Vrbe condita cùm iam Troiani domos aedificare, connubiaq; celebrare coepissent, quasi inuentis his sedibus labores omnes exantlasse, periculisq; omnibus se perfunctos esse putarent, repente corrupto coeli tractu pestilentia, famesq; ita eos inuasit, ut plurimi morerentur: & qui fortè supererant, unde uiuerent, non habe-
C rent: quamobrem iubet Anchises oraculum denuò consulendum, ut planè intelligatur, an manendum sit, an recedendum.

NASC.

Iamq; ferè sicco subductae littore puppes,
Connubijs aruisq; nouis operata iuuentus:
Iura, domosq; dabã, subitò cùm tabida membris
Corrupto coeli tractu, miserandaq; uenit
Arboribusq; satisq; lues, & lethifer annus:
Linquebant dulces animas, aut aegra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Sirius agros,
Arebant herbae, & uictum seges aegra negabat.
Rursus ad oraclũ Ortygiae, *Phoebumq;, remenso
Hortatur pater ire mari, ueniamq; precari:
Quem fessis finem rebus ferat, unde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò uertere cursus.

IAMQVE fere sicco.] ut qui iã perpetuas sedes inuenisse iudicarent. Operata iuuẽtus.] operata hic absolutè ponitur, pro operata sacris. Virg. oct. Aeneid.

10 —laetis operatus in herbis. Operari Nonio Marcello, est religiosè summaq; cũ ueneratione sacrificijs litare, uel comminari. Pomponius Att. ad Veneris profectus est mane uetulus uotum ut solueret: tibi nunc operatus est. paulò antè quaedam etiam retulimus, quae ad hunc locum faciunt. sed lege Seruij commentaria.

Subitò cùm tabida membris.] peripetia. summa penè felicitas in summã infelicitatẽ, & incredibilis laetitia repentè in singularem dolorẽ cõuertitur. peripetia Aristoteli in poët. propriè dicitur, cùm repentina fit, ac insperata mutatio rei laetae in rẽ tristẽ, & tristis in laetã. Hic autem pestilentiae genus describitur, quòd ex aëris corruptione interdum fieri solet. in 3. Georg. itidem pestilentiam describit Virg. & Lucretius in 6. Ammianus quatuor pestilentiae causas enumerat: nimiam siccitatem, hu-

* ad Phoebumq;

g 3 miditatem

nuditatem nimiam: frigus nimium: nimium calorem. Astrologi ex tabifico syderum errantium influxu pestilentiam fieri tradiderunt, quod nec philosophi, nec medici satis probare uidentur: sterilitas, cùm ualida praecesserit fames, auctore Auicenna, nec non magni terrarum motus plerunque grauissimae pestis causa extiterunt. Sed longum nimis esset, si omnium, qui de peste scripserunt, opiniones recensere uellem. **Linquebant dulceis animas.**] monet commiserationem, ex pessimo rei euentu: quod alij fatis concedebant, alij uerò grauiter aegrotabant. lege Seruij commentaria, ubi Physica quaedam tractantur non aspernanda: uersus hic ex Lucretio sumptus uidetur. lib. 5. sic enim ait:

" *Dulcia linquebant lamentis lumina uitae.*

Tum steriles exurere Syrius agros.] id plerunque fieri solet, ut pestem sequatur fames: occultè autem significare uidetur, quod Physici dicunt, pestilentiam nimio calore aëris, atque Solis augeri: calidiores ambientes nos aëris qualitates, inquit Galenus, quales sunt circa syderis canes ortum per inspirationem letaliter subeunt uitalia: alijs etiam percutit meatus, cui spiritus, sanguisque commoti protinus accurrunt: quibus infectis, febris exinde pestifera exoritur: quae ex uehementiori siccitate interdum contingere solet: nam sicuti canes eo tempore rabidi sunt, ita quadam aëris rabie, ex qua pestilentia fit, homines quandoque corripiuntur. Secus tamen fit in Aegypto, ijs praesertim regionibus, ubi Alexandria, & Memphis, quem hodie Cairum appellamus, positae sunt: nam si pestis ibi uerno tempore grassari coeperit, canicula ex oriente statim deficit: quod pro miraculo haberi potest. Attamen id uerius est, atque etiam multis notius quàm testimonio egeat. Quanquam & Galenus, alijque medici huius rei meminerunt, dum ego Rhacusij essem, ubi aliquot annos humaniores literas honesto stipendio publicè professus sum, bis id contigit, audiebamque ex multis, qui eò saepius nauigauerant, pestem illic plus ferè sex mensibus durare non posse, & aestiuo tempore, ubi magis feruet calor, extingui solere: aut occultè alludit ad Astrologorum opinionem, qui ex syderum maligno etiam in homines fluxu pestem oriri tradunt. Itaque tres causas attingere uidetur: aëris putredinem, nimium calorem, quem oriens canicula generat, & syderum fluxum.

Quem fessis finem rebus ferat.] triplex petitio: ut longis Troianorum erroribus modum faciat: unde summam arguit Apollinis potestatem: quod ad eius beneuolentiam conciliandam plurimùm facit. sic in primo Aen.

" ——*quem das finem rex magne laborum?*

Vt unde pestilentiae huic remedium inuestigari possit indicet: denique ut sedis eorum perpetuae locum demonstret.

LAMB. Hort. " **IAMQVE ferè.**] A' signis aestiui temporis descriptio, & effectis caniculae. Commemorat incommoda, quae inter constituendam rempub. inceptum abruperunt. Iam & haec phrasis obseruanda est, operari sacris, operari connubijs, aris, pro contrahere matrimonia, colere agros, sacrificare, &c. Non absurdum fortassis exponere, sacrificarunt pro frugibus & connubijs, ut illae foeliciter prouenirent, haec auspicata faustaque forent. ῥέζειν Graecis facere est, operari & sacrificare.

· **Iura domosque.**] Hoc in uniuersum optimi principis munus est, populum religione imbuere, legibus rempub. fundare, urbem munitionibus denique firmare aduersus uim. Ad posteritatem docet, unde uictus & alimenti copia paretur. **Subitò.**] Occasio ad cognitionem erroris circa interpretationem oraculi Deliaci. Describit autem pestem à sinistione, quae constat causis. **Annus.**] Pathos à tempore: paruum annum mensem lunarem indicat, eum uidelicet, quo oritur canicula. Nam pestis & segetum lues ex aëre infecto & intemperie corrupto, accensisque Solis uaporibus nascitur. **Linquebant.**] aut moriebantur, aut afflabantur peste. **Sirius.**] ab effectis syderis pestilentissimi. Est enim Sirius stella praegrandis & lucida, in fronte canis. Huius exortu amplissimae uires in terra sentiuntur, uapores Solis accenduntur, feruent maria, fluctuant in cellis uina, mouentur stagna: canes id temporis maximè in rabiem aguntur: corpora mortalium uarijs tum ut plurimum pestibus iactantur. Poëtae Sirium nonnunquam pro aestate usurpant. Canis huius exortu, uina in apothecis mutantur: postea sibi tamen restituuntur. Proclus hoc astrum in ore canis collocat, ἐν στόματι κυνὸς λαμπρὸς ἀστὴρ, ὃς δοκεῖ τὴν ἐπίτασιν τῶν καυμάτων ποιεῖν, ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ ζῳδίῳ κύων προσαγορεύεται. Hyginus tradit, eum posterioribus ab hyemali circulo diuidi, ac pedem dextrum Orionis cum suo capite coniungere. Spectat occasum quidem, sed caput ad aequinoctialem circulum respicit. Videtur leporem sub ambobus Orionis pedibus fugientem similem sectari. Cum illo emergit, & occidentem insequitur. Lycophronis scholiastes existimat unam esse stellam, quae mento syderalis canis subiecta sit: σείριος δὲ κύων ἀστήρ ἐστιν, ὑπὸ τὸ γένειον κείμενος τοῦ ἀστέρος κυνὸς, ὃν ἰδιῶται τοῦ ὅλου κυνὸς ὄνομα προσαγορεύουσι. Quod Proclus dixit, ἐν στόματι κυνὸς: hic, ὑπὸ τὸ γένειον κείμενος τοῦ ἀστέρος κυνὸς extulit. Huius positus, & effectuum circa corpora mortalium, arbores & plantas, imaginem luculento carmine circumscribit Aratus in Phaenomenis: **A** **B**

τοῖός οἱ καὶ φρουρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ νώτῳ
φαίνεται ἀμφοτέροισι κύων ἐπὶ ποσσὶ βεβηκώς,
ποικίλος, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν
γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται, ἡ δέ οἱ ἄκρη
ἀστέρι βέβληται δεινῷ γένυς, ὅς ῥα μάλιστα
ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι
σείριον, οὐκέτ' ἐκεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα
φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι.
ῥεῖα γὰρ οὖν ἔκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀΐξας,
καὶ τὰ μὲν ἔρρωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα. **C**
κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν· οἱ δέ οἱ ἄλλοι
σῆμ' ἔμεναι μελέεσσιν ἐλαφρότεροι περίκεινται.
ποσσὶ δ' Ὠρίων@ ὑπ' ἀμφοτέροισι λαγωὸς
ἐμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται· αὐτὰρ ὅγ' αἰεὶ
σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς,
καί οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα δοκεύει.

Aiunt Sirium in medio centro coeli situm esse. Huc cùm accesserit sol, duplicatur calor, & corpora morbis conflictantur. A' canicula, caniculares illi ipsi dies dicuntur, quibus oritur. Sed non semper stella ea perniciosa est: nam eius uires e aorientium syderum natura uel retunduntur, uel acuuntur. Et hic digladiantur authores, cuius syderis Sirius proprius sit. Quidam Orioni attribuunt, inter quos Aratus est, Homerum sequutus, apud quem Iliad. 22. hi uersus leguntur:

ὅν τε κύν' Ὠρίων@ ἐπίκλησιν καλέουσι,
λαμπρότατ@ μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Nonnulli Erigones esse arbitrantur, inter quos est Eratosthenes.

A *sthenes, qui hanc de illo historiam prodidit, quo pacto in cœlum sit relatus:* Ἰκάριος γεωργὸς μὲν ἦν Ἀθηναῖος. λέγεται δὲ θυγατέρα ἐσχηκέναι, ἣ τὸ καλὰ νύκτωρ ἤρχετο. ξενίσαντα δὲ αὐτὸν ἰκάριος Διόνυσον, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ οἶνόν τι καὶ ἀμπέλου κλῆμα. κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας φυτεύσας τὴν γῆν, τὸ φαίνειν τὸ διορθωσάμενος, ἔχων οὖν ἀσκὸν καὶ τὸν κύνα, γεώργος διῆλθε τοὺς πόλεις. Βοιωτοῖς οἶνον παρέσχε. οἱ δὲ ἀθρόως ἄμετρον πιόμενοι, οἱ μὲν ὡς βαθὺν ὕπνον ἐμβάλοντες. ἐξ ὧν ἐγερθέντες, καὶ νομίσαντες πεφαρμάχθαι, τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν. ὁ δὲ κύων ὠρυόμενος τὴν θυγατέρα, διὰ ὀρυγμοῦ ἐπέδειξεν αὐτῇ τὸ γενόμενον. ἡ δὲ μεθεῖσα τὸ ἀληθὲς, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης, κατὰ χρησμὸν ἀθλῶσιν τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν θυγατέρα ἐν ἑορτῇ ἐνιαυσίῳ τιμῶσι. οἳ καὶ καταστερισθέντες, Ἰκάριος μὲν Βοώτης ἐκλήθη, ἡ γονὴ δὲ παρθένος, ὁ δὲ κύων τὴν αὐτὴν ὀνομασίαν ἔσχεν. *Extat historia, seu fabula potius latinitate donata, apud Germanicum Cæsarem in Arati Phænom. Rursum extant, qui Isidis esse affirment: fortassis propter lucidam stellam eiusdem nominis, quæ in capite Syrij fulget: nam ea quæ in lingua rutilat, Si-*
B *rius seu canis propriè nuncupatur, ut diximus. Non desunt qui Cephalo assignent. Sed Timosthenes credit, proprium & peculiaris syderis nomen esse. Aratus nomen Syrij tractum docet* ἀπὸ τοῦ σειριάω, *arefacio, exsicco: quod ipsum significat &* σειραίνω.

—— οἵ ῥα, *inquit*, μάλιστα
ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι.

Pollux Sirium recenset ἐν τοῖς καταψυχομένοις: *id est, inter exiccantia. Quidam* παρὰ τὴν ζέσιν ζείριος, *vel* σείριος, *à feruore: aut* παρὰ τὸ ἐκκενοῦν *inde* ἐκβαλεῖν *propius* est. σαροῦν γὰρ, τὸ ἐκκενοῦν, *euacuare,* ἢ τοῦ σαίρειν ὁ σείριος. τοὺς γὰρ κύνας διανοίγεσθαι καὶ χάσκειν ποιεῖ. *Hiatus causa ipsis canibus est, ut per æstum etiam in rabiem agantur,* ἢ παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ κραδαίνεσθαι, *à uibrando, et quæ eadem ratione omnia astra, Siria, quasi* τείρεα *τινα ὄντα.* ἢ τὸ τείρειν, τὸ δαμάζειν, *domando.* διότι τέρατα ἐστι καὶ σημεῖα τῶν πολεμούντων, *quòd prodigia sint, & signa nascigentibus. Horū iudicium hac etymo sequutus Hesychius, & alij Grammatici,* σείριον *uocant καὶ* τὸν ἥλιον, *καὶ* τὸ κυνὸς ἄστρον. *Sophocles* ἀστέρα κύνα: *Archilochus,* τὸν ἥλιον:
C *Ibycus uerò, in uniuersum omnia sydera eo nomine censet. Sira, ut alij Zira, pallium rarum ac tenue, leuiterq́ contextum, authore Suid.* ἔνδυμά τι, ὃ ἐνεδιδύσκοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας κατ' ἐρωτίδας. ἀραιὸ, χιτῶνος ὑφαντικοῦ διαφανοῦς, ἢ ἀναδόνδι, ἢ μίγμα. *Oritur Sirius circa calend. Julias.* Exurere.]*exurebat, enallage modi. Defectu humoris sterilescunt agri, & enecantur segetes. Cùm autem duo sint genera cœlestis iniuriæ: unum, quod tempestates uocamus, ut grandines, procellæ, imbres intempestiui, quæ uiomaxima uocatur (atque hæc iniuria à tempestuosis syderibus nascitur, arcturo, hædis, Orione, & similibus) alterum, quod silente tranquilloq́ fit cœlo, & noctibus serenis: id non sentitur, nisi accepto malo. Huc pertinet Syrij, de quo nunc sermo est, calamitas, propter æstum, quo herba arescunt, amburunturq́. Huc referenda sunt, & uenenispestiuæ nebulæ ac pruinæ: unde robigo, uredo, carbunculus, consimilesq́ fructuum in arboribus nascentium pestes proficiscuntur. Antiquitus priusquam frumentum erumperet è uaginis, rutila canis immolabatur, authore Atteio Capitone. Exurente canicula Cycladas, atque inde sequuta sterilitate, Cei iuxta oraculi fidem Aristæum uatem accinerūt. Venit is ex Arcadia cum quibusdam alijs, statuitq́ Ioui templum* Ἰκμαίου: *id est, pluuium, ac cane rebus diuinæ operatus est: Ceisq́ hanc posuit legem, ut quotannis Caniculæ exortum in armis obseruarent, eidem re diuina sacra. Cur autem placandæ caniculæ uehementia canes cædebantur, Ouid. fatetur se ignorare, 4. Fast.*

Pro cane sydereo canis hic imponitur aræ:
Et quare fiat, nil nisi nomen habet.

Fuit alioqui canis uictima expiatoria. Aegra.] *Metaph. ab animali ad non animal: à consequentibus. Ex pestis non nisi ab irato Apolline solet immitti, ut apud Homerum lib. 1. Iliad. propter flagitium Agamemnonis: & hic propter Anchisæ peccatum, oraculum perperam interpretati. Physicōs, Apollo idem est qui sol: cuius uiribus hæc incommoda in terris sentiuntur.* Rursus.] *Accepto malo agnoscit peccatum Anchises, aut certè errorem suū, cur Phœbus sit offensus.* ἔγνω δὲ τί νήμερτες ἔγνω. Oraclum.]*Oraculum. syncope. Oraculum propriè est uerbū diuinū, diuinum responsum. Accipitur pro loco seu templo, ubi diuinū responsum redditur. Ità Delphicū templum, ita Deliacum oraculum nuncupatur. Sic domum iurisconsulti Cicero, oraculū ciuitatis uocat. Verùm inter somniorū genera tum recensetur, quando in somnis uel parens, uel religiosus aliquis genius, uel sacerdos, uel diuorū aliquis, quid euenturū, aut faciendū omittendumúe sit denunciat: quemadmodū penates Phrygij hic interpretantur Aeneæ in somnis, oraculum Deliacum. Græcè* χρησμὸς, *καὶ* λόγιον, μαντεία, πρόῤῥησις, ὁ παρὰ θεοῦ διδόμενος λόγος, ἢ μαντεία.

Phœbumque.] *Apollinem.* φοῖβος, καθαρὸς, ἀμίαντος, ἢ μαντικός. *nam* φοιβάζω, μαντεύομαι, καὶ καθαίρω. φοιβάσαι, λαμπρῦναι, μαντεύσασθαι, κοσμῆσαι· φοιβάδας, τὰς καθαρτὰς· φοιβονόμα καθαίροντα· φοίβη, ἡ ἄμωμος· φοιβὰς, ὁ θεὸς, καὶ ἡ μαντική. *Et apud Homerū,* φοῖβος *epitheton est Apollinis. Grammatici exponunt* φοῖβον, *quasi* φάβιον, ἀπὸ τοῦ φῶς φωτὸς, καὶ βίος.

ARGVMENTVM.

Dij penates Troianorum oblati in somnijs Aeneæ, errorem Anchisæ corrigunt, sedes mutandas esse Italiam non Cretam ab oraculo significari admonent.

NASC. *Nox erat, & terris animalia somnus habebat.*] *rem uerisimilē facit à tēpore, & à parte temporis: à tēpore quidem cùm ait: Nox erat, à parte temporis, cùm subdit: & terris animalia somnus habebat nam conticinium designat, quo tempore omnia ferè animalia somnum capiunt hoc ferè tempo-*

Nox erat, & terris animalia somnus habebat:
Effigies sacræ diuūm, Phrygijq; penates,
Quos mecū à Troiâ, medijsq; ex ignibus urbis
Extuleram, uisi ante oculos astare iacentis
In somnis: multo † manifesti lumine, quà se
Plena per † insertas fundebat luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis,

† al. manifesto
† al. incertas

Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en ultrò ad limina mittit.
Nos te Dardania incensa, tuaq; arma sequuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Idem uenturos tollemus † ad astra nepotes,
Imperiumq; urbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri: nunc fama, minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
Hæ nobis propriæ sedes: hic Dardanus ortus,
Iasiusq; pater: genus à quo principe nostrum.
Surge agè, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer: Corythū, terrasq; † require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.

† al. in

† al. requirat

ris articulo apparent hominibus dij. ideo paulò pòst sequitur:

—uisi ante oculos astare iacentis In somnis.

Quidam referunt in somnis unam esse partem orationis, quod ipse non approbo. Sed in somnijs expono.

Multo manifesti lumine.] *diuinitatis multa sunt indicia, ut alibi retulimus, quorum maximū est splendor, unde & de Venere dictum est in 2. Aeneid.*

Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit.

Plena per insertas.] *quidam codices typis excusii habent, per incertas, quæ lectio mihi omnino deprauata esse uidetur, nisi fortè incertas dicat, quæ deorū splendore fiebāt incertæ. Sed uulgata lectio, insertas, ab omnibus recipitur.* Et curas his demere dictis.] *more suo Poëta qualis futura sit, sequens oratio indicium facit.*

Quod tibi delato Ortygiam.] *Nunciatoria deorum Penatium oratio est: cui ut maior fides habeatur, iussu Apollinis eam nunciari dicunt: cuius nuncios se esse profitentur: sic infrà Harpia Celeno facit.*

Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, uobis furiarum ego maxima pando.

Nos te Dardania incensa.] *quia adhuc dubitare poterat Aeneas ne falsa quadam imagine fuisset illusus, ideo præter quod in nimbo, magnoq; splendore apparuerant, seq; ei de facie cognoscendos præbuerant penates; quo eum magis securum reddant, circumstantijs quoq; non obscuris nomen suum profiteri, calamitates suas, illiusq; ergà se beneficia recensere non dubitant: utq; eum ad certam potentiæ, quietisq; spem erigant, se quoq; optimè sperare demonstrant, acceptorumq; beneficiorum usurā, ac maiore etiam cum fœnore, quod acceperint, se ei reddituros pollicentur. cùm ait:*

Idem uenturos tollemus in astra nepotes.

Sub te.] *extenuatio est, quasi milites sub duce.* Idem uenturos.] *hac futurorum bonorum pollicitatione occultè Aeneam ad præsentia fortunæ incommoda fortiter toleranda animare uidentur. eoq; magis, quoniam, cùm eadem incommoda se passos fuisse memorent, ipsi quoque optimè sperare, uti anteà diximus, indicium faciunt. Sola enim spes (ut inquit Cicero) in miserijs hominem consolari solet. Est autem allusio ad Iulium Cæsarem, qui in deorum numerum cooptatus fuit.*

Imperiumq; urbi dabimus.] *alludit ad Romanorum imperium, & fortasse κατ' ἐξοχὴν Augusti monarchiam designat.* Tu mœnia magnis Magna para.] *Aeneæ præscribunt quæ facere debeat: hoc est, ut magnam urbem magnis nepotibus paret: nam quibus magnum, latumq; futurum erat imperium, illis quoq; magna, amplaq; ciuitas conuenire uidebatur: locum exornat eo annominationis genere, quod ex diuersis eiusdem nominis casibus fieri solet. Græci πολύπτωτον uocant.*

Mutandæ sedes.] *à necessitate: unde etiā Anchisen in interpretando Apollinis oraculo errore lapsum fuisse colligitur.* A

Est locus, Hesperiā Graij.] *Noua narratio ad errorē Anchisæ corrigēdum, & ad oraculi uoluntatē declarandā: ubi multæ laudes Italiæ percēsentur.* Terra antiqua.] *ab incolentium antiquitate Italiam commendat, uel à nobilitate: quæ proculdubiò ex antiquitate pendet.* Potens armis.] *à potentia, ab usu armorum, & à peritia belli: perinde ac si diceret, Italos tractandis armis, bellisq; gerendis propè iam natos esse.* B

Atq; ubere glebæ] *à fertilitate. De fertilitate Italiæ plurimi scriptores, ut in primo libro admonuimus, abundè meminerunt.* Italiam dixisse ducis de nomine gentem.] *uaria quidem est huius nominis etymologia: nam quidam etiam Italiam, quasi Vitaliam à uitulis, & bobus cognominatam uolunt, sed ab Italo rege, præter Maronem, Dionysius quoq; Halic. & alij dictam fuisse literis tradiderunt.* Hic Dardanus ortus.] *rem uerisimilem faciunt ex Dardani natiuitate, quòd in Italia Dardanus ortus sit: à quo Troiani originem ducunt.*

Genus à quo principe nostrum.] *extenuant dignitatem suam κατὰ μείωσιν: nam quasi ex Troianis quidam, loquuntur, & cùm dij sint, ex homine tamen genus suum esse memorant. Illud uerò relatiuum, à quo ad remotiorem, nempe ad Dardanum, nō ad Iasium refertur: nam licet Iasius frater Dardani fuerit, ex solo tamen Dardano Troiani originem ducunt: quin etiam bella intestina inter eos de regno orta fuisse Berosus scriptor antiquiss. tradit. &, ut nonnulli asserunt, à Dardano Iasius occisus est: sed lege Seruij Commentaria.* Surge agè.] *conclusio est: quæ admonitionem habet ab utili, & confirmationem oraculi uoluntatis, quod aiunt: haud dubitanda.* C

Dictæa negat tibi Iuppiter arua.] *τὸ ἄτοπον est, quod ex Iouis uoluntate deducitur: uel, si mauis, ex occulta necessitate: Necesse enim est inde decedere, ubi te Deus morari nolit: quamobrem Aeneas in quarto Aeneid. cognita Iouis uoluntate, ne Carthagini maneret, illicò recedit.*

Nox erat.] *Succincta temporis nocturni descriptio, quæ uigilantiam & solicitudinem Aeneæ significanter proponit. Etenim cùm animalia omnia somno & quieti nocturnæ essent composita, unus Aeneas id temporis animo de suorum salute anxius, dormire non poterit.* L AMB. Hort.

Effigies.] *Quas porrò uocet effigies, statim explicat, penates uidelicet Troianorum, de quibus diuersis locis à nobis dictum est. Vt res uerisimilis appareat, uestit circumstantijs.* Affari.] *uisi sunt me conuenire, & alloqui: uel, affabantur, & demebant. Nec eòdem, unde in Cretam uenit, Aeneam rursus amittat, simul ut cursum nauigationis prosequatur, superfluas ambages euitat. Quamobrem*

hic

A hic eorum per deos domesticos certior fit, quorum causa Delus repetenda fuisset. Quod tibi.] Attentio à commoditate loci. En ultrò] Beneuolentia à suo & Phœbi officio, in cuius amplificatione sua merita & beneficia in Troianos commemorant: neque uerò præsentia tantùm, uerumetiam futura. Ad astra.] hyperbole. Erigouit ægrescentem rebus aduersis animum, spe atque expectatione emolumentorum ingentium. Hortatur ad laborum tolerantiam, alludentes ad amplitudinem in posterum imperij Romani. Canit.] Canunt poëtæ, canunt uates diuini, cùm futura denunciant. Magnis magna] Anadiplosis. Vrbi.] Lauinio, Albæ, Romæ. Mutandæ.] Propositio. Discedendum tibi è Creta est. Confirmat ab authoritate oraculi Deliaci, quod perperam fuerit interpretatus. Delius.] Antonomasia. Est locus.] Chorographia Italiæ, à nominis ratione, antiquitate incolarum, gloria rei militaris, ubertate soli, uetustis incolis, præsentis nominis ratione: & à maioribus, qui inde in Phrygiam primi coloniam deduxerint. Hesperiam.] Explicatus hic locus est in primo, ea qua potuit diligentia, in quo totidem uerbis eandem regionem descripsit Poëta.

B Illud interim hoc loco adscribendum est, quod superiori præteritum est. Hesperiam quidem ἀπὸ τοῦ ἑσπέρας, quòd occasui subiecta sit, uocarunt: ut Oenotriam, ab Oenotrio rege Sabinorum, qui in ea Italiæ parte regnarit. Et Plinius quoque testatur, tertiam Italiæ regionem, ubi ager Lucanus & Brutius incipit, Pelasgos, Oenotrios, Italos, Morgetes, & Siculos tenuisse. ἑσπερίδης, ἐ τοῦ ἑσπέρας, ἑσπερ- εἴτις ... ἀδελφοῦ. ἕσπερος, ... ἑωσφόρος, primùm à Parmenide Lucifer dictus est: alijs, à Pythagora. Dardanus.] Qua fortuna Dardanus in Phrygiam uenerit, in ipso cursu leui brachio & tumultuario modo ostendimus. Sed quia à scriptoribus tum Græcis tum Latinis multa, & ea quidem dissidentia in literas sunt relata, ad Poëtam illustrandum, prolixius à nobis historia explicanda est. Veteres scriptores memorant, Dardanum Iouis & Electræ filium fuisse. Quum post Arcadicum diluuium eius regionis omnia humiliora & plana loca in paludes & stagna abiissent, ij qui diluuio superarant, proximos montes occuparunt. Hinc postea Dardanus & Iasius fratres, partim ab Atlante auo materno ita edocti, partim loci sterilitate in-

C ducti, tradito regno Arcadico Dimanti, quem Dardanus ex Chryse Pallantis filia susceperat profecti cum magna suorum manu, Samum Thraciæ obiectam occuparunt. Nomen insulæ à Mercurij & Cyllenidis nymphæ filio manet. Dardanus & huius loci sterilitate asperitateque cœli motus, ad Hellesponti oras descendit. Perierat in Samo Iasius, fulmine percussus. Ille in eo loco sedem optauit, ubi postea Troia fuit in Phrygia. Idæus Dardani filius, Arcadum ritu in montibus consedit: à quo Idæi iam inde fuerunt nominati. Hic templo extructo, Orgia & alia sacra Matri deûm constituit. At Diodorus, grauis author, prodidit, à Dardano, Cybele, & Corybanto, sacra Matris deûm in eam oram delata fuisse. Ibi impetrasse dicitur Dardanus à Teucro, qui tum in ea terra imperabat, soli aream, in qua urbem conderet: & hanc quidem ab suo nomine Dardaniam dixit, ducta in uxorem Teucri filia. Ex hac Erichthonium procreauit. Is Troëm, Tros Ilum, Ilus Laomedontem Priami patrem. Sed ista adeò cum Marone nihil consentiunt, ut etiam ex diametro pugnent. Lycophronis enarrator eam ipsam historiam ita compendio digerit: Δάρδανος ὁ Διὸς καὶ ... τοῦ ... θυγατρὸς, καταλιπὼν τὴν σαμοθρᾴκην, ... κατανομῷ ... κατασκευάζουσι, καὶ ... κατὰ τὴν τροίαν, μέρη ... , ἔκτισε τὴν Δαρδανίαν, ... καὶ ὁ τρὼς αὐτοῦ ... παρὰ τὴν τροίαν ... μέρη τῆς Δαρδανίας. ... γὰρ καὶ ὁ Δάρδανος καὶ ὁ ἶλος, καὶ ὁ τρὼς μία πόλις γεγόνασι. Iasionem fulmine ictum tradunt, ob uiolatum Cereris simulachrum, eumque primùm Eetionem fuisse nuncupatum: postea uerò Iasionem, non Iasium, annotauit Apollonij scholiastes ex Hellanico. Strabo hoc ipsum scribit, Iasionem & Dardanum, Samothraciam coluisse. Iasio propter flagitium in Cererem perpetratum, è rebus humanis sublato, Dardanus relicta Samothracia in Phrygiam transmisit ac consedit in radice montis Idæ. Eadem Chrestomathiæ author refert ἐν τῷ τῶν ... . Hic condito oppido, de suo nomine Dardaniæ nomen fecit. Docuit Troianos Samothracum mysteria, & religionem. Samothracia initiò Samos dicta fuit. Porrò autem quam ob causam radicem occuparit, non prætereunt silentio Græci, γνώμας ... τὸν λόγον, ... τοῦτον τοῖς αὐτὴν κατοικήσασι. Sed ijdem addunt, contra oraculi iussum in Scamandri colle urbem Dardaniam excitasse, regnante inter Troianos per id tempus Teucro. Fuit ergo Dardanus Teucro posterior. Idem affirmat Hyginus: Dardanum Dardani conditionem fuisse, sed fratrem Iasionem cùm inter forma insignes esset adnumeratus, à Cerere adamatum: uedum fulmine, ob illatum stuprum, tactum. At Hermippus, is qui de syderibus librum scripsit, ait: Iasionem Corythi regis Tuscorum filium, non solùm à Cerere adamatum, uerumetiam eam cognouisse: quare & fulmine afflatum, & cum Triptolemo in sydera relatum. Sed in tanta fabularum uarietate, uix reperias quid affirmes. Ergo his reiectis, ea historia tenenda est, quam alio loco retulimus.

Corythum.] Corythus Tusciæ rex fuit, qui oppidum Corythum à se conditum, de suo nomine appellauit. Situm autem fuit prope Arretium, in colle modico. Quo fato defuncto, fratres Dardanum & Iasionem ea fortuna mox est sequuta. Porrò, Corythi ... sunt καὶ βελοθῆκαι: hoc est, arcuum & sagittarum repositoria. Itaque cùm Corythum petendam monet, Tusciam siue Tyrrheniam indicat: hoc est, eam Italiæ regionem, ad quam mare inferum alluit, à qua & Tyrrhenum dicitur. τυῤῥηνία χώρα, μοῖρα ... τῆς ἰταλίας, ἄρχεται ... τῶν τῆς λιγυστικῆς ... , ... τοῦ ... . παρατείνεται δ' ... , καὶ τὰ μεδία ... , τὰ τῶν ... ... , ... καὶ ... ... τυῤῥηνικὴ καλεῖται. Tiberis ex Apennino oriens, per Tyrrheniam seu Tusciam labitur A' parte totum. Surge.] Epilogus, constans præcepto, ad referendum istum concilium, & petendas memoratas terras. Ausonias.] Expolitio, illustrans obscuram uocem. Ausoniæ nomen est ab Ausone, Vlyssis & Calypsoe filio: alij, Circes & Vlyssis: qui illic regnarit, à quo etiam urbes aliquot sint conditæ. Ab eo Ausonius pontus mare Siculum. In Ausonia, Roma est. Polybius tamen ad Salentinos Ausoniam collocat, & quidem Siciliæ propè contiguam, propter mare interluens, quod olim illic continenti abscidit. Sunt item qui Ausoniam Apenninis mõtibus terminẽt. Tãta pugna inter Geographos est. Ausones, siue Ausonij initio Opici fuerunt appellati.

Nunc,

Nunc, quantum regionum inter Hadriaticum mare & Tuscum ab Alpibus in Siciliam usque, cruris, seu potiùs taxi folij specie excurrit, Italiæ nomine censetur. Non possum non authorum pugnantiam & inter se dissidentia indicia in medium adducere. Sunt qui Ausoniam, ab alio nescio quo Ausone nomen accepisse ferũt. Dion Coccianus nihil ueretur affirmare, Ausoniam Auruncorum terram solam dici, quæ inter Campanos & Volscos media sita est, & quidem prope mare. De Ausonibus, unde dicantur, & quibus terminis sit descripta Ausonia, extat carmen Ioannis Tzetzæ:

ἡ αὐσονία ἔσχηκε τὴν κλῆσιν τῶν αὐσόνων,
κατά τινας ἐξ αὔσονος υἱοῦ τοῦ ὀδυσσέως.
ἐκ γὰρ τῆς κίρκης ὀδυσσεὺς τοὺς παῖδας ἐγεννήσατο,
αὔσονα καὶ τηλέγονον γεννᾷ, καὶ κασιφόνην.
ὡς πᾶν φασὶν ἱκανὸς φροντίζων ἀκριβείας.
τζέτζης κἀνταῦθα δὲ φησὶν, ἱκανοῖς ἀποδείξας,
ἵνα μέσον ἐκείνων ...
ὁ ὀδυσσεὺς, πῶς ἔτεκε τὰ τρία ταῦτα τέκνα
τυρρηνίδι ... γαστρὶ μιᾷ τὰ τρία τίκτει;
ἀλλ' ἐν λιβύῃ σποράδας ἄρσενας δεῖ γεννᾶσθαι,
ἐν δὲ τῇ ἰταλίᾳ δὲ πλὴν καίρων τῆς λιβύης,
ὅτι ἄνθρωποι, ὥς φασι, γεννῶσι τυρρηναῖαι,
ἐκ τῆς τυρρηνίδος μὲν αὔσονος, ὡς λέγουσιν,
ἡ αὐσονία ἔσχηκε τὴν αὐσονίας κλῆσιν.
ἄλλοι δὲ ἐξ αὔσονός φασι παλαιοτέρου,
ἢ τοῦ παλαιοῦ ἰταλοῦ, καὶ χώρας βασιλέως.
τὸ δ' ἀκριβὲς μόνος μοι αὐσονία ... νῦν,
μέσης ... καμπανῶν τῆς θαλάσσης ...,
ἐξ ὧν κατὰ κατάχρησιν καὶ πᾶσαν ἰταλίαν.

A

Dictæum.] ἐπιθετικῶς. *alioqui Dictæum mons in Creta est. Quoniam autem Cretenses præstantissimi sagittarij fuisse memorantur, & uenandi studiosi, Diana à Dictæo Dictynna, ut ab Ida Idæa est appellata. Et Dicte nobilis urbs in Creta. Cæterum monti hodie Labyrintho nomen esse ferunt.*

ARGVMENTVM.

Hoc uiso attonitus, ac stupefactus Aeneas, è toro surgit, dijsq; manibus elatis, gratias agit: & peractis sacris, Anchisen genitorem iuxta deorum monitum, de omnibus, quæ & uiderat, & audierat, certiorem facit. B

Talibus attonitus uisis, ac uoce deorum
(† Nec sopor illud erat, sed corã agnoscere uultus,
Velatasq; comas, præsentiaq; ora uidebar)
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
Corripio è stratis corpus, tendoq; supinas
Ad cœlum cum uoce manus, & munera libo
Intemerata focis: perfecto lætus honore,
Anchisen facio certum, remq; ordine pando.
Agnouit prolem ambiguã, geminosq; † parenteis,
Seq; nouo ueterũm deceptum errore locorum.

NASC. TALIBVS attonitus uisis, & uoce.] *propter splendorẽ, & uocis fortasse etiã magnitudinẽ se stupidũ factũ esse memorat: nã quemadmodũ uultus splendidus, multoq; etiam augustior humano illis erat, ita quoq; uox à communi hominum uoce aliena esse debebat. Vnde illud est in primo Aeneid. de Venere:*

——nec uox hominem sonat.

Ita enim facilior persuasio fuit, cùm nec aliter fortasse ei persuadere potuissent. Meritò igitur attonitus: id est, quasi attonitus factus est: nam propriè attoniti dicuntur, quibus casus uicini fulminis, & sonitus tonitruum, aut belli terror, aut alia huiusmodi, stuporem afferunt. Liuius tertio ab Vrb. & à portis nostris, mœnibusq; ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc uos attoniti estis, transtulero.

† al. Hoc

* al. parentum,

Nec sopor illud erat.] *Vulgati codices legunt,* Nec sopor illud erat, *hoc sensu: non dormiebam, sed præsentia numina uidebar mihi oculis cernere. quæ lectio omnium ferè antiquorum exemplarium testimonio comprobatur, non ut quidam impressi codices habent:* Hoc sopor illud erat. Corripio è stratis corpus.] *Lucretium imitatus est lib. 3. nam ille dixit:*

Corripere ex somno corpus, mutareq; uoltum.

Tendoq; supinas Ad cœlum cum uoce manus.] *elatis manibus dijs gratias agit. unde probitas Aeneæ occultè colligitur tum ex illius grati animi uirtute in benemerentes: tum etiam ex cultu religionis. nam sequitur:* Et munera libo Intemerata focis.] *hoc est, pura sacra facio, uel si mauis Seruium sequi, rite perfecta. uide eius commentaria: cur autem in foco dijs penatibus sacra fierent, alibi retulimus.*

Prolem ambiguam.] *duplicẽ, inquit Seruius, nõ incertam: sed cur non dubiã μεταφορικῶς? nam cũ duplex esset proles, mẽtem Anchisæ reddebat ambiguam, de qua potissimùm intelligendum esset:*

Seq; nouo ueterum.] *elegans ἀντίθεσις. sic Terent. in Hecyr.*

Spe incerta certum mihi laborem sustulisti.

Vetusti codices nonnulli parentum legunt, nec infulsè: attamen quia sermo est de sedibus fato præmonstratis, locorum magis receptum est.

LAMB. ATTONITVS.] *A' consequẽtibus oraculum, quod his* uisum *uocat. Est enim uisum, cùm res ita euenit eodem quo apparuit pacto.* Attonitus.] *stupefactus, & seu tonitruo exanimatus.* Voce.] *Periphrasticè: declarat præcedentem uocem, quid uisum uocet: responsum deorũ.*

Hort. C

Nec sopor.] *Occupat parenthesi, id quod de somno obijci posset, tanquam uanum. Nam somnijs non est habenda fides, quòd ab incerta & commoda cuiuslibet interpretatione eorum ambages pendeant. Vnde pronus in fœdum non solùm errorem, sed incredulitatem lapsus est. Adijciam hic somniorum discrimen, quibus & quatenus sit habenda fides. Inter omnia genera somniorum quæ à Physicis recensentur, doctorum hominum iudicio, diligenter quatuor sunt discernenda. Primum uulgare est, & prorsus naturale, & omnibus in uniuersum commune: quoties dormientibus ea occurrunt, quorum curis uigilantes occupantur.*

Iudicibus lites, auriga somnia currus: ut inquit Claudianus. Et Theocritus:

ὁ δ' ἀλκίδας ἄρτος μαντεύεται, ἐχθίδα χῆνα.

Humorum uel abundantia uel penuria, spiritus excitat

unda

A imaginationem. In uitioso phlegmate, somniant se natare. Crassus humor in epialte, causa est cur thorax, adeoq; totum corpus premi existimetur. Sed nihil habet certi. Secundum genus est, adumbrans futura euenta allegoriis quibusdam, sed non est diuinum: non enim habet causam perspicuam in agitatione humorum & exuberantia: sed sunt quaedam naturae praesaga rerum, quas uocant φύσεως λαλιὰς, καὶ ἐνθουσιασμούς, καὶ ὁρμάς. Hoc ut plurimum aliquid signat: quemadmodum alius alio ad pugnam est propensior, aut ad cursum expeditior. Huius generis fuit somnium Ciceronis de Octauio, quem nondum uisum somniabat reipub. principem futurum. Tale fuit Syllae, Luculli, Augusti. Sed quia coniecturis tantum nititur, propter ambiguitatem interpretationis, quae excelsi uiri saepe falsi sunt, ei fidem habere prohibemur. Exempla sunt adscribenda. Pompeius cum Caesare congressurus, posteriori praelio somno monitus fuit, ne pugnam detrectarent. Inde cùm indubitatam uictoriam sibi polliceretur, putabat sibi Romae in theatro sedenti à frequenti concione applaudi: uerùm errabat in interpretatione somnii. Applausus erant, exhortationes Lentuli,
B Domitii, Ciceronis, Marcelli, & aliorum, qui postridie certam uictoriam ei pollicentes, exhortantesq; ad pugnam, sublimem animum inani spe erigebant. Huiusmodi somnium erat Darii de Alexandri exercitu, ipsoq; Alexandro, induto Persico habitu. In cuius interpretatione quantum errauit, postea rei euentus arguit. Hamilcar Carthaginensium dux, putabat se intra Syracusanorum moenia coenare. Quo somnio animatus, postridie infoeliciter commoto ad expugnandam urbem exercitu, captus, dum in urbem inducitur, intra muros coenauit. Agamemnon ab Iride iussus uniuersum exercitum in campum educere, futurum ut postero die caperetur Troia, de spe cecidit: desiderabatur enim Achilles. Haec sunt ludibria somniorum huius generis. Tertium genus est diuinum, χρηματισμοί, oracula à Deo aut angelis obiecta. Huc pertinent somnia Iacob, Iosephi, Danielis, Pharaonis, Nabuchodonosoris, & aliorum. Huc referendum est somnium Aeneae. Hoc unum certum est, & eius interpretamentum, propter testimonium diuinum, illi additum cui obiicitur. Continet autem res non friuolas, non plebeias, sed publicas, de administrationibus regnorum, imperiorum, de gubernatione Ecclesiae, & similibus. Huic uni credendum est. Quartum planè ἄτοπον est, cuiusmodi sunt spectra, Cassii, Bruti, & ueneficarum somnia, & fanaticorum hominum, profecta ab impuro spiritu, ad confirmandas superstitiones, & stabiliendas nouas. Itaque, ut ad institutum reuertamur, ad tertium genus hoc ἐνύπνιον Aeneae pertinet. Habet penatium testimonium, cur minimè fallax existimetur. Coarguit ipse id perspicuè, cùm subdat, non id fuisse quidem soporem. id est, primi generis somnium ex imaginatione accersitum, sed uisum, se agnouisse uultus & Diuorum imagines. Velatas.] uittis & diadematis. Tendoq;.] Religionem, pietatem, & alacritatem in parendo ostendit. Perfecto.] τελέιον ἱερὸν uidetur innuere. Nam apud Graecos περὶ μυστηρίων τελεσμάτων καὶ ἀνακτόρων usurpantur & haec. τελεσιουργεῖν, ὁ τελεσιουργὸς, τελεταί, ἱερά, θυσίαι, μυστήρια. Eadem ratione sacrificium perfectum, honorem appellat Maro. Graeci etiam eadem figura τελείαν αἰγὸς. τέλειον ἑκατόμβην, τέλειον χίμαιρον, τελείαν αἶγα dicunt. τέλειος ὁ ὄϊς. τελείους ἄρνας. Porrò perfecta sacra, τελεῖα ἱερὰ Grammatici interpretantur τὰ ἐννεαήμερα; id est, annua nonnulli, sacra ultra decem dierum spacium.

Focis.] aris. sacra ritè perpetrata, intemerata dicit.

Certum.] certiorem: gradus pro gradu. Geminos.] duos, Dardanum & Iasionem: at rectiùs, Dardanum & Teucrum, quorum ille multo prior ex Italia, hic è Creta posterior in Phrygiam uenit. Errore.] Cretae & Italiae, seu Tusciae.

ARGVMENTVM.

Anchisae oratio est: quae ad iudiciale genus reuocari potest, iuridicialemq; constitutionem habet ex concessione. Fatetur enim se in oraculo, quidem interpretando lapsum esse, sed excusat per imprudentiam ex nimia parentis Dardani uetustate.

C

Tum memorat: Nate † Iliacis exercite fatis,
† Sola mihi taleis casus Cassandra canebat.
(Nunc repeto, haec generi portendere debita nostro,
Et saepè Hesperiam, saepè Itala regna uocare.)
Sed quis ad Hesperiae uenturos littora Teucros
Crederet? aut quem tum uates Cassandra † moueret?
† Cedamus Phoebo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait: & dictis cuncti paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, uastumq; caua trabe currimus aequor.

NASC. Ilico. Saepè. mone-. Credamus.

Nate Iliacis exercite fatis.] filii beneuolentiam sibi conciliat per commiserationem: quam ex ingentibus, ac diuturnis eius in bello Troiano exhaustis laboribus mouet: unde singularis quoque illius cùm animi, tum corporis uirtutis laus emergit: cuius auxilio de tot, tantisq; periculis strenuè dimicando illaesus euasit.

Sola mihi taleis casus Cassandra canebat.] nunc recolit aliàs id se audiuisse ex Cassandra uaticinatrice: cuius peritiam, dignitatemq; in uaticinando mirum in modum uidetur extollere: cùm ipsam ex mortalibus solam id futurum praedixisse commemoret: licet eius uaticinium nemini eo tempore probatum, à multis neglectum, irrisumq; fuerit: quod primùm occultè per allitterationem, siue παρόμοιον, siue, ut uocant cappacismum innuere (nam cappacismus ad opprobrium poni solet) moxetiam planissimè significare uidetur, cùm ait: aut quem tum uates Cassandra moueret? Nunc repeto,] recordor: ita quandoq; absolutè ponitur, & subauditur, memoria. Liuius 6. bello Pun. Age contra quae illi infestè in nos fecerint, repetite. Interdum uerò coniunctè cum hac uoce, memoria. Cic. 1. de orat. Cogitanti mihi, ac memoria uetera repetenti perbeati fuisse Q. frater, &c. Regna uocare] significantius, quàm si denunciare, aut portendere dixisset.

Sed quis ad Hesperiae.] errorem suum excusat simul pro ex his argumento, quae sunt praeter hominum opinionem.

Aut quem tum uates Cassandra moueret?] quo-

potea

poterat obijci credendũ fuiſſe uati, τὸ λυγ[illegible] purgat obiectum ex contemptu uatis, atque uaticinij: nam tum Caſſandra potiùs mente capta, quàm uates habebatur. Virgil. in 2. Aeneid.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, Dei iuſſu, non unquam credita Teucris.

Cedamus Phœbo.] ab honeſto: nam honeſtum eſt hominem, quamuis ſapientem, diuino oraculo cedere.

LAMB. Hort. Tvm mem.] Agnoſcit errorem ſuum Anchiſes, recordatione oraculorum Caſſandræ. Sed culpam non creditæ tum uati, in eius fatũ remouet: inde in non uerſiſimile. Exercite.] exercitate bello Troiano proximum decennium. Beneuolentia à perſona Aeneæ. Sola.] Breuis narratio, quæ pauciſſimis uerbis erroris confeſſionem proponit. Caſus Caſſandra.] Parœmion. Portendere.] denunciare, & ante tempus ſignis prædicere aliquid euenturum, quaſi porrò tendere. Hinc portentum, quicquid antè denunciat futurum aliquid. Vaticinium Caſſandræ promittebat aliquando futurum, ut Troiani in Italiam rurſum deducerentur, atque ibi latè imperarent. Sæpè.] Relatio eiuſdem dictionis. Vocare] memini eam uocare. Crederet.] Remotio in non uerisimile. Hesperiæ.] Emphaſis, in plagam occidentalem, à Phrygia tota fermè orbe remotã, per tot interiecta maria, præter tot inſulas, per tot regiones medias, Troia nos nauigaturos? Aut quem.] A' fatis Caſſandræ. Vt maximè id aliquando futurum, uerſimile fuiſſet: quis credidiſſet Caſſandræ, cui furenti nunquã à Troianis fides habita fuit. Refertur hiſtoria huiuſmodi à Græcis ſcholiaſtis, de Alexandra, quæ & Caſſandra dicta eſt· πρίαμ[illegible] ὁ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] τῆς [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] A [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] πρὸς τὴν πόλιν καὶ τὰ [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τοὺς [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] οἱ παῖδες. οὕτω γὰρ καὶ οἱ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τοῖς [illegible] [illegible] καὶ τὰ [illegible] B [illegible] [illegible] [illegible]. Cætera alio loco à nobis explicata ſunt.

Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.] Clauſula, ab exhortatione, ad parendum oraculo. Paucisq́.] ad inhabitandum Pergamum, nauũ à ſe conditam urbem. Vela] Feſtinat ad ſequentẽ nauigationem, quam conſuetο Laconiſma abſoluit. Trabe.] Synecdoche. Currimus.] Metaphora, ab animali ad non animal: accuſandi caſus figuratus.

ARGVMENTVM.

Troiani de Creta ſoluentes valida tres dies tempeſtate agitantur, quarto verò die cùm iam terra illis apparere cœpiſſet, ad Strophadas inſulas in mari Ionio poſitas, ſe tandem perueniſſe cognoſcunt.

Poſtquã altũ tenuêre rates, nec iam amplius ullæ
Apparent terræ, cœlũ undiq; & undiq; pontus:
Tum mihi cæruleus ſuprà caput aſtitit hymber,
Noctẽ hyemẽq; ferẽs, & inhorruit unda tenebris.
Continuò uenti uoluũt mare, magnaq; ſurgunt
Aequora, diſperſi iactamur gurgite uaſto.
Inuoluêre diem nymbi, & nox humida cœlum
Abſtulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur curſu, & cæcis erramus in undis.
Ipſe diem, noctemq; negat diſcernere cœlo,
Nec meminiſſe uiæ media Palinurus in unda.
Treis adeò incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago, & totidem ſine ſydere noctes.
Quarto terra die primùm ſe attollere tandem
Viſa, aperire procul montes, ac uoluere fumum.
Vela cadũt, remis inſurgimus. haud mora, nautæ
Adnixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt.

NASC. Postqvam altum tenuêre rates.] trãſtulit illud Homeri ex libro Odyſſ. μ.

ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.] pulcherrima hęc ẽſt deſcriptio: cuius diuerſa mẽbra, ac ſingula penè uerba pedũ, ſyllabarũq; celeritati accõmodata naſcentis tempeſtatis uelocitatẽ κατ' [illegible] ita exprimit, ut ob oculos legentium fieri uideatur: mouet πάθ[illegible] à periculo, illudq; etiam paulatim cũ exaggeratione tempeſtatis amplificat per αὔξησιν: nam terribilis quidem erat aſpectus undarum, ſed tenebris ſuperuenientibus, ignibusq; de cœlo micantibus fiebat horridior.

Venti uoluunt mare.] fluctuũ tarditatem ex magnitudine, pedis quoq; & ſyllabarum tarditate delineat. C Ingeminant abruptis.] hemiſtichium eſt Lucretij in 2. ait enim:

Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus ignes.

Ipſe diem, noctemq; negat.] tempeſtatis magnitudinẽ, tenebrarumq; obſcuritatẽ ita amplificat, ut ne Palinurum quidẽ ſingularis peritiæ uirum curſum nauigationis cognouiſſe dicat: nam ipſe ἐμπειρίαν habet, q.d. peritiſſimus gubernator: qui arte nauigandi pollebat: qui etiam in fluctibus obſeruatione ſyderum notabat: qua quidem uoce tum magnitudinem tempeſtatis deſignat, tum auget πάθ[illegible] à periculo: quòd in tenebris errarent, quòd in tanta noctis, tenebrarumq;

A *nebrarumq́ caligine ne indicium quidem haberent, quò nauigationis cursum furentibus uentis dirigere possent.*

Treis adeò incertos.] *à diuturnitate temporis tempestatem exaggerat. Est autē locus ex 9. Odyss. sumptus: ubi Vlysses tali ferè tempestate uexatus fuisse describitur, dum ad Lotophagos nauigaret: hoc aūt differunt, quod Vlysses nouem dies se tempestate iactatum, decimo ad Lotophagos peruenisse: hic uerò tres dies se fluctibus in maximis tenebris uexatum, quartu uerò die ad Strophadas insulas appulisse commemorat.* Vela cadunt, remis insurgimus.] *dissolutione, quam Graeci διάλυσιν appellant, facti celeritatem designat.* Adnixi torquent spumas.] *conatus magnum laborem indicat.*

LAMB. Hort. POSTQVAM altum.] *Transit ad descriptionem tempestatis, post solutum è Creta portum, sed citra naufragium tamen, ut haud perinde ad dilatandam narrationem atq; ad delectandum sit ea descriptio adhibita. Et tantu eo uidetur in talibus luxuriat Poëta, quòd Troianis nusquam desit hostis tempestatis concitatrix. Sequutus hoc loco item Homerum est, lib. Odyss. 12. & 14.*

» ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
B φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
» δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
» νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Quem locum quàm graphicè expresserit Maro, composuimus in primo. Huius nauigationis exemplum extat Odyss. 14.

» ἀλλ' ὅτε δὴ Κρήτην μὲν ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
» φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
» δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
» νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.
» Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν.
» ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ.
» ἐν δὲ θεείου πλῆτο, πέσον δ' ἐκ νηὸς ἅπαντες.
» οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
» κύμασιν ἐμφορέοντο, θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόστον.
» αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἔχοντί περ ἄλγεα θυμῷ
» ἱστὸν ἀμαιμάκετον νηὸς κυανοπρῴροιο
» ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν, ὅπως ἔτι πῆμα φύγοιμι.
» τῷ ῥα περιπλεχθεὶς φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν.
» ἐννῆμαρ φερόμην, δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ,
» γαίῃ Θεσπρωτῶν πέλασεν μέγα κῦμα κυλίνδον.

C *Vterq; hic soluit oram è Creta: uterque ui tempestatis iactatur. Sed Vlyssis nauis in turbinem fulmine acta, sulphure oppletur: socij in subiectum mare praecipitati, cornicum similes deferuntur. Hinc malum nactus, quo praesens exitium euadat, nouem dies sursum deorsum iactatur, decimo tandem diē noctis maximi fluctus ui in Thesprotorum littus defertur. Maro, omisso naufragio, ne per ubiq; periculum fastidium adferat, & ipsi τὴν αὐτὴν ἀναμνῆσιν: totus occupatur in exaggerandu horrore, à praesenti rerum & elementorum facie. Primùm cum Homerico facit, sublata è conspectu terra, coelum nubibus subtractum & circumfusum mare tempestatem minatum. Hoc memorat: horrorem auxisse caliginem: oborta tonitrua mixtis fulminibus, nauigantes propè exanimasse. Illud uide, quàm aptè & conuenienter naturae ipsius rei à nostro dictum est: uentorum horribiles procellas insequutas, quae & mare turbarunt, & coelo miscuerunt: id quod omissum ab Homero, praecipuum est in ista hypographe: licet ad postremum subijciat, uentis se in Thesprotorum littus eiectum. Auget noster horrorem accessione nymborum, & circumstantia temporis nocturni. Sequitur iactatio excussos recto cursu & errore. Accedit huc error & desperatio gubernatoris de obtinenda continente, dum discrimine noctis ac diei confusu, palam se uiarum ignarum fatetur. Quae res praecipuam nauigantibus trepidationem, & pauorem uectoribus facit. Vlysses decimo tandem die in Thesprotiorum oram eijcitur. Tot dierum nauigatione id interualli constat. Aeneas, quoniam breuias iter est, quarto demum die, in Strophadum insulas appellit. Distant à Creta mille nongētis passibus. Iam uerò illud paulò grauius, quod Troiani conspecta procul terra & mōtibus, uela colligant, & incumbant remis.* Rates.] *naues: catachresis. Sunt autem propriè trabes inter se compactae, quae per aquam trahuntur.* Nec iam.]

—οὐδέ τις ἄλλη
φαίνεται γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

Tum mihi.]
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς——.

Inhorruit.] ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς. Nox humida.] *νὺξ ὑγρὰ, de imminentibus malis: & νὺξ λευκὴ ut de laetiori fortuna, lucem oboriri dicimus. Suidas, νύκτα ὑγρὴν, χαλεπὴν exponit. Nox porrò nihil aliud est, quàm umbra terrae: at non fortuita, aut etiam qualibet, sed quae uboritur Sole sub terram demerso.* Ingeminant.] *pro ingeminantur: genus pro genere.* Abruptis.] *fulmina. Si autem rumpit exardet'q; & ignem habet, aut postea ignem concipit, fulmen est.* Ignes.] *Periphrasis fulminis. Suidas: ἐξαφὶς, inquit, σφοδρὰ μετὰ ψοφοῦ βίας πεσοῦσα ἐπὶ γῆς, κεραυνοῦ ὑποκειμένου ἡ φερομένη. τὸ δὲ, συνεχῶς περικλεὶς ἀὴρ βιαίως καταφερόμενος. ἐν ἀστραπῇ δὲ ὁ κεραυνὸς, ἀλλ' ὑποφῇσα.*

Caecis.] *Metalepsis.* Treis.] *ἐννῆμαρ φερόμην.* Quarto terra.] *δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ.*

ARGVMENTVM.

Strophadum insularū notationem: hoc est, etymologiam docet: & quo in mari iaceant, à quibus incolātur, nēpè ab Harpyijs, quarum ingenium, formam, rapacitatem, ventrisq́; foeditatem scribendo complectitur.

Seruatū ex undis, Strophadū me littora primum
Excipiunt. Strophades Graio stāt nomine dictae
Insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno,
Harpyiaeq; colunt aliae, Phineia postquam
Clausa domus, mensasq́; metu liquêre priores.
Tristius haud illis monstrum, nec saeuior ulla
Pestis, & ira deûm Stygijs sese extulit undis.
Virginei uolucrum uultus, foedissima uentris

NASC. STROPHADES Graio.] *τὸ ἔτυμον Strophadū docet: cùm dicat ex Graeca uoce Strophades dictas, παρὰ τὸ στρέφειν: hoc est, à conuersione Zethi, & Calais, qui Harpyias insectati fuerunt. Apollonius Argon lib. 2. rem pleniè describit. Sed lege Seruij commentaria.*

Insulae Ionio in magno.] *quae sunt Strophades, quae hodie Striuali*

Proluuies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc ubi delati portus intrauimus, ecce
Læta boum passim campis armenta uidemus,
Caprigenumq; pecus, nullo custode per herbam.
Irruimus ferro, & diuos ipsumq; uocamus
In † partem, prædamq; Iouem: tunc littore curuo
Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.

Val. prædā, partemq;

Strinali appellantur, & quòd in mari iaceāt planum facit: Insulæ duæ sunt in mari Ionio sitæ supra Zacynthum: quā hodie uulgò Zanthum appellamus: meridiem uersus. Quòd autē Ionio in magno ait: scimus hoc mare uiolentum esse, uastum, & iactabundum: nam supra fauces Adriatici intra Siciliam & Pelopōnesum, atq; Cretam, quam hodie Candiam uocant, expanditur: ideo Græci ipsum partim Siculum, partim Creticum appellant ab insidis. Quas dira Celæno.] à quibus incolantur ostendit, & ducem à grege segregat. quam à crudelitate deturpat. Phineia postquam.] quo tēpore, & quamobrem Strophades ab Harpyis coli cœperint, initium facit: causamq; struit de fabula Phinei Arcadiæ regis: quam describit Apollonius libro II. Argonaut. Sed lege Seruij commentaria. Mensasq; metu liquêre priores.] Phinei regis mensas intelligit: è cuius ore, & manibus Harpyiæ cibum eripiebant interdum totum, quandoque paulùm relinquebant, quod egregiè Apollonius expressit, cùm ait:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Tristius haud illis monstrū] Harpyiarum naturam describit: quas à sæuitia, & à crudelitate deturpat p comparationem ex alijs, quæ apud inferos nata sunt, monstris deductā. Virginei uolucrū uultus] effictio est: id est, formæ, totiusq; corporis descriptio, quam Græci [illegible] uocant. Fœdissima uentris.] deturpat ab effusione fordium. Huc ubi delati.] Redit ad institutum, quod breui Harpyiarū descriptione omiserat. Ecce Læta boum passim campis.] imitatio est ex lib. Odyss. μ. ubi solis gregem Homerus à socijs Vlyssis uiolatum scribit. sic enim ait:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
[illegible]

Ecce, hoc in loco malorum omnium origo est: nā paulò infrà Celæno furiarum maxima Troianis infelicitatem prænunciat. In partem, prædamq;] in partem prædæ inuitamus diuos, ut:

» ——molemq; & montes insuper altos
» Imposuit——.

id est, molem montium, & ad morem antiquorum alludit: qui prædarum decimas Ioui præbere consueuerant.

Extruimusq; toros.] nam stratis toris antiqui epulabantur. unde est:

» Conuenêre toris iussi discumbere pictis. item illud:
» Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

LAMB. Hort.

STROPHADVM] Duas insulas Strophadas collocant in mari Ionio, contra Cyparissum Peloponnesi promontorium, sed initiò Plotas dictas. Strophades, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, à reuertendo: quòd huc usq; Boreadæ Harpyias persequuti, reuerterentur in Arcadiam, ut tradit Apollon. 2. Argonaut.

» [illegible]

[illegible] « A
[illegible] «
[illegible]

Interpres eiusdē poetæ Plotas dictas autumat, [illegible]. Vel, inquit, Poeta propriè ita eas uocat, quòd illic iuxta fabulam Harpyiæ à Boreadis oppressæ fuerunt. Additq;, & Calydnas dici, & sitas in freto Siculo: cùm reuera aliæ sint hæ, & collocatæ inter Sporades. Porrò Strophades, [illegible]. Harum mentionem facit Antimachus in Lyde. Strophades.] Describit insulas, à situ, etymo, & incolis. Didymus Odyss. [illegible] dictas credit, quòd iaceant inter loca nauigabilia, quasi [illegible]. Aristarchus [illegible] uocat, quòd circumferatur, ut modò ab dextra, modò ab læua appareat, cuiusmodi Pindarus de Delo refert. Didymi uerba sunt: [illegible] B

[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

[illegible]. Qua de causa quidam Grammaticorum [illegible] interpretantur, [illegible]. Strophades.] Repetitio: ab Etymo nominis.

Insulæ.] Græcorum imitatione diphthongon in fine contraxit, sequente qualibet uocali, nullaq; ratione synalœphes habita. Ionio.] Ab Ionia, ea maris pars denominata est. Fuit Ion Xuthi & Creusæ Erechthei filius, Achæi frater. Verùm his libentiùs accesserim, qui mari nomen factum arbitrantur ab Io Inachi, ibi submersa. Initiò Saturni & Rheæ sinus fuit dictus: postea uerò Ionius, ut annotatum reliquit Lycophronis enarrator. Hesychius Hadriam & Ionium eundem esse scribit. Rursum sunt, qui Strophadas in Aegæo statuunt. Quas dira.] Ab insularum Strophadum habitatoribus. Tres ferūt fuisse Harpyias: Aello, Ocypeten, & Celæno, Terræ & Neptuni filias. A rapacitate his nomina sunt inuenta, [illegible], quasi [illegible], à celeritate uolatus: [illegible], à nigredine. Virgines finguntur, quòd omnis rapina sit sterilis. Teguntur plumis, quòd rapina occultetur. Volant, præda omnis momento abducitur. Inuenio apud quosdam Irim in Harpyiarum numero censeri. Sunt, qui Harpyias furias esse uelint. Suidas rapaces dæmonas uocat, [illegible]. Aeschylus inter Actæonis canes recenset [illegible]. Harum genealogia extat apud Hesiodum in Theogonia: C

[illegible] «

A Ἠλέκτρ'· ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν ἶριν,
ἠϋκόμους θ' ἁρπυίας, ἀελλώ τ' ὠκυπέτην τε,
αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται
ὠκείῃς πτερύγεσσι ——.

Harpya ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, *rapio*, καὶ τῶν ἀνέμων συστροφή. ὅθεν ἄελλα, ἁρπαγή, τὰ διὰ τάχει, καὶ ἁρπακτικὴ κυνός. *Hyginus Harpyias Alopen, Acheloen, & Ocypeten uocat: easque scribit capitibus fuisse galinaceis, pennatas & alatas brachijs humanis, & item pedibus, sed unguibus monstrosis: pectore candido, ac feminibus humanis. Poëtæ has Iouis canes esse fabulantur. Homerus duabus illis apud Hesiodum addit Thyellam. Interpres Homeri Iliad. π. existimat uenti speciem esse Harpyias, à rapiendo, siue dæmones rapaces. Nonnulli podargen, quam tertiam aliqui Harpyiarum fingunt, equi gregarij nomen esse putant, cui pedes albi sint. Scholiastes Lycophronis:* Ἅρπυιαι, *inquit*, μυθικοί δαίμονές τινες. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ἀελλώ, καὶ ὠκυπέτη, καὶ κελαινώ, ἴριδος ἀδελφαί, θυγατέρες θαύμαντος καὶ ἠλέκτρας τῆς ὠκεανοῦ θυγατρός.
B Ἅρπυιαι δὲ λέγονται καὶ ὄρνεά τινα ἁρπακτικά, ὅθεν ἐμυθεύσαντο καὶ τὰς τοῦ φινέως θυγατέρας, ἐρασίαν καὶ ἁρπυρείαν· ὄρνεα εἶναι ἁρπάζοντα τὴν τροφὴν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ γέροντος. ἅρπυιαι δὲ ἀλληγορικῶς, οἱ ἄνεμοι, ὡς καὶ νῦν, παρὰ τὸ ἐν τῷ ἀέρι πέτεσθαι. *Id est, Harpyiæ fabulosè dæmones sunt. nomina earum, Aello, Ocypete, & Celæno, Iridis sorores, filiæ Thaumantis & Electræ, filiæ Oceani. Appellantur & aues quædam rapaces Harpyiæ. Quare fabulantur, Phinei filias, Erasiam & Harpyream, aues fuisse, quæ cibum ex ore senis abstulerint. Harpyiæ, allegoricè uenti, ut hoc loco: quòd in aëre uolitent.* Phineia postquam] *Phineus in Arcadia imperabat, qui Harpalices uxoris suasu, liberos suos exoculauit. Secuta est statim atrox scelus uindicta diuina: nam ipse non multò pòst oculis orbatus fuit. Additæ Harpyiæ, dirum rapaxque genus auium, quæ dapes eiusque omnia defœdarent. Iason cùm in expeditione Colchica per eam terram iter faceret, humaniter à rege exceptus fuit. Hic quo seni pro hospitali munere, beneficij memor parem gratiam remetiretur, Zetum & Calaim Boreæ filios, tumulatos, ut ferunt, & iaculandi peritos, ad rapaces beluas regno hospitis pellen-*
C *das immisit. Et iam has in Plotas usque insulas persequuti fuerant, cùm ab Iride admonerentur, ne ulterius Iouis canes persequi instarent. Itaque oraculo ueluti territi, monstris in insulis relictis, in Arcadiam reuerterunt. A reditu inde Boreadum mutato nomine, Strophades sunt appellatæ, cùm hactenus Plotæ dictæ fuissent. Apollonius canit, Boreadas ab Iride ulterius grassari prohibitos. Hesiodus, à Mercurio. Variant hic authores. Hesiodus, Antimachus & Apollonius negant eas à Boreadis cæsas: & rursum extant, qui uicissim affirment. Apollonius & nonnulli alij, qui non inter postremæ notæ scriptores recenseri uolunt, Phineum ferunt ab Apolline uaticinandi arte donatum, atque à Ioue ob id excæcatum, quòd deorum consilia inter mortales euulgasset. Et posteris temporibus ab eo Argonautas contendisse, ut Colchos petentibus uiam monstraret. Idque adeò se facturum promisisse, si eorum auxilio præsentaneo ac tristi orbitatis peste liberaretur. Extat in Thracia Phinopolis. Verba Apollonij sunt:*

ἔνθα δ' ἐπάκτιον οἶκον ἀγηνορίδης ἔχε φινεύς,
ὃς περὶ δὴ πάντων ὀλοώτατα πήματ' ἀνέτλη
εἵνεκα μαντοσύνης, τήν οἱ πάρος ἐγγυάλιξεν
λητοΐδης, οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ διὸς αὐτοῦ
χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.
τῷ καὶ οἱ γῆρας μὲν ἐπὶ δηναιὸν ἴαλλεν,
ἐκ δ' ἕλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος ——.

Verùm omissis ijs quæ Apollonius & Orpheus de his fabulantur, uero propiora sunt, quæ Diodorus scripta reliquit. Phineo duo fuerunt filij ex Cleopana (quam alij Cleopatram dicunt) Orithyiæ & Boreæ filia. Hac repudiata, Idæam Dardam Scytharum regis filiam uxorem duxit. Adolescentes matris impulsu, nouercæ stuprum ofa ferunt. Et ob id flagitium arrepti à patre, capitis damnantur. Iam tum, cùm ad triste supplicium traherentur, starentque in littore, casu illuc Argonautæ appulerunt. Illi, cum miserabili sui spectaculo & supplicij atrocitate hospitum in se oculos uertissent, implorato eorum auxilio, memoratoque senis aduersus se odio & contumelia in matrem Cleopanam, orant, ut uelut ex improuiso dij præsentes suo appulsu adfuissent, nunc se supplicio indigno liberent. Vetat Phineus occurrens, Argonautas quicquam moliri: nam patrem nunquam se de liberis sumpturum fuisse pœnam, nisi scelus eorum paternam charitatem superasset. Territi Argonautæ regis præsentia, & religione littoris hospitalis non temerè uiolandi, nihil ausi fuerunt tentare. Zethes & Calais audito sororis nomine, & miserabili eius apud Phineum fortuna, & filiorum, quæ multo esset miserabilior, iuris gentium & propriæ salutis immemores in littus exiliunt, & adolescentibus uincula abrumpunt. Oritur ibi atrox pugna. Ad postremum multis barbarorum, & inter eos rege cæso, reliqui fugam faciunt: & capitur in ipso tumultu regia. Herculis beneficio Idæa ad patrem incolumis remittitur. Ferunt Idæam à patre postea occisam: quo apparet, eo inuito, in Cleopanæ contemptum, Phineo nupsisse. Nonnulli memorant, filios à Phineo excæcatos, ipsumque uicissim à Borea oculis orbatum. Itaque adolescentes periculo liberati, regno matri permisso, cum Argonautis Colchos nauigarunt. De Boreadis, ab Iride longiùs persequi Harpyias prohibitis, sic canit Apollonius:

καὶ νύ κε δὴ φθάμενοι σφ' ἀέκητι θεῶν ἐδάιξαν,
εἰ μὴ ἄρ' ὠκέα ἶρις ἴδεν, κατὰ δ' αἰθέρος ἆλτο
οὐρανόθεν, καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν,
οὐ θέμις, ὦ υἱεῖς βορέω, ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
ἁρπυίας, μεγάλοιο διὸς κύνας, ὅρκια δ' αὐτὴ
δώσω ἐγὼν, ὡς οὔ σφιν ἔτι χρίμψουσιν ἰοῦσαι.
ὣς φαμένη, λοιβὴν στυγὸς ὤμοσεν, ἥ τε θεοῖσιν
ῥιγίστη πάντεσσιν ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται
μὴ μὲν ἀγηνορίδαο δόμοις ἔτι τάσδε πελάσσαι
εἰσαῦτις φινῆος, ἐπεὶ καὶ μόρσιμον ἦεν.
οἱ δ' ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα
σεύεσθαι, στροφάδας δὲ μετ' ἀνθρώπων καλέουσι
νήσους τοῖό γ' ἕκητι, πάρος πλωτὰς καλέοντες.

Colunt.] *Apollon. eodem loco canit, inde fugatas, in Cretam se abripuisse, atque ibi se in specum abdidisse:*

—— αἱ μὲν ἔδυσαν
κευθμῶνα κρήτης μινωΐδος ——.

Irim uerò in cœlum ablatam:

—— ἡ δ' ἀνόρουσεν
οὔλυμπόνδε θοῇσι μεταχρονίη πτερύγεσσιν.

Astruit hoc ipsum Neoptolemus, qui Naupactica conscripsit. Et Pherecydes lib. 6. author est, eas in Cretæ speluncam, quæ sub colle est Arginoente, fuga deletas. Maro

author est, à reditu Boreadum, in Strophadibus Harpyias relictas, & insulas deinceps coluisse. Metu.] ne iuuenum sagittis conficerentur. Priores.] Phinei è cuius ædibus aduentu Argonautarum ab Aquilonis liberis pulsæ fuerant. De Boreæ filijs author Variæ historiæ ita canit, Chiliade prima:

βορέαι ἐρῶ ἐξ ἀδελφῶν ἀμφότεροι ἄρρενες,
ζήτης τε καὶ κάλαϊς ἀνάγοι ἀδελφοί,
καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν ὡς τοίχωσιν τιάδοντας,
ὅσοι καὶ φίλτροις ἐν ἄλλοις μοθορῶσι
ἐκ λαμπάδος τῶν ὄψεων αὐτῶν, καὶ γεωργοῦσι,
τούτους φασὶ συμπλεύσαντας τοῖς ἄλλοις ἀργοναύταις.
ἐκ τοῦ φινέως γέροντος ἐλάσαι τὰς ἁρπυίας,
ὄρνιθας σώματος αὐτοῦ τὰς βρώσεις ἁρπαζούσας,
καὶ οἷα αὐτὰς ἐκ γράφουσι καὶ τούτους ἀποκτεῖναι.
τὸ δὲ ἀληθὲς ἀπὸ ἱστορίας, ὅπως αὐτὸς μοι νόει.
ὁ γέρων αὐτὸς ἐστερήθη γνῶσιν ὑπὸ γήρως.
[illegible]
[illegible]
τὸν πάντα βίον αὐτῶν [illegible]
[illegible]
ὁ ζήτης δ' αὖ καὶ κάλαϊς ταύτας ἀφαρπάσαντες,
ἅμα αὐτοῖς ποι γεγόνασιν ἐν τῷ μετ' ἀργοναύταις,
ὅθεν ὡς μύθοι πλάττουσι τὰ περὶ τούτων πάντα.
ὁ δὲ ἀπομάσσει φασὶ ταύτην τὴν ἱστορίαν.

Tristius.] Prosopographia Harpyiarum. Deducta autem hæc est à collatione hyperbolica, & deductione totius in partes. Totæ monstra fuerunt, uultu, uentre, ore, manibus. Pestis] Auxesis, cum amplificatione loci, unde profectas in hâc lucê credi par est. Stygijs.] inferorum. His Poëta in sexto, inter reliquas mortalium pestes, sedem quoq; attribuit in ipso orci uestibulo. Styx amnis inferorum est, per quem unum dijs poëticis iurare concessum creditur. στὺξ ἐκλήθη ἐν ᾅδῃ, ὅρκος θεῶν, ἀπὸ τοῦ στυγνότητος, à mæstitia & luctu. ἀπὸ τοῦ στυγῶ, μισῶ. & στυγερὸν, στυγνὸν, triste, luctuosum. στυγνάζω, tristor, fero tristitiam. στυγνώπης, aspectu tristi, exosum. Idem στυγερὸς, μισητὸς καὶ φοβερός. στυγητὸς, χαλεπὸς, καὶ φοβερός. Fabulantur Stygem cùm Dij coniurati Iouem de cœlo præcipitare uellent, ei opem attulisse. Quare beneficium illum reposuisse, ut ius fasq; dijs esset, per eam uolentibus iurare. Homerus:

ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Stygijs.] Allusit Maro ad Stygem Arcadiæ, in qua Phineus imperabat, fluuium. Huic eam uim inesse proditum inuenio, ut sua frigiditate omnia uasa diffringat, præter cornea. ἔτι δὲ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ ἑτέρα, [illegible] Porrò ut ad Stygem infernalem redeamus, Lycophronis enarrator copiosius de ea annotauit his uerbis: ὅρκον δὲ τῶν θεῶν μυθικῶν ὁ ἡσίοδος [illegible] λοιβάς, ἵνα ὅταν ἁμαρτάνῃ τις θεῶν ἐπιορκήσας ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτῆς [illegible] ὁ δὲ ἡσίοδος ἐν τῇ θεογονίᾳ, [illegible] Hanc Harpyiarum descriptionem artificiosè præmisit, propter rerum euentu statim insequuta.

Huc.] Quemadmodum Vlysses Homericus è Scylla & Charybdi ægrè, & quidem non sine deo. Odyss. xij, elapsus, in Solis insulam saluus euasit, ubi socij ferro in sacrum armentum grassantur: ita Aeneas in Strophades è Creta ui tempestatis appulsus, in Harpyiarum & Iouis pecus, sed adactus fame, ferro irruit. Ithacenses, dum Vlysses se lauat, armentum fundunt: Troiani uerò, auspicijs ipsius ducis operi accinguntur. Illi antè à Circe & Tiresia fuerant admoniti, ne quid sacrum pecus uiolarent: hi uerò à nullo antea prohibiti, ignorantia excusantur. Illi ad mugitum pecus sectantur: isti primo statim appulsu in oblatas boues irruunt:

αὐτὰρ ἐπεὶ σκόπελον φύγομεν, δεινήν τε χάρυβδιν,
σκύλλην τ', αὐτίκ' ἔπειτα θεοῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον
ἱκόμεθ'· ἔνθα δ' ἔσαν καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι,
πολλὰ δ' ἴφια μῆλ' ὑπερίονος ἠελίοιο.
[illegible]
ἀλλ' ὅτε δὴ νῆσον λίπομεν, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et paulò pòst:

οὐδ' ἄρα γνωτὰ ἔπειτ' ἐπὶ [illegible]
[illegible]

Læta.] Hypallage, uel læti, uel pinguia, qua ratione segetes lætas uocat. Caprigenum.] Pacu. Quamuis caprigeno pecori grandior gressus est. Acti. Caprigenum trita ungulis. Diuos ipsumq;.] Religiosè Ioui ac diuis partem prædæ uouet, ne impius sciens uolensq; sacrum pecus uiolasse uideatur: ratus fortuitum esse, & nullis sacrum. Contrà apud Homerum Eurylochus mali consilij author, socios extimulat in armentum Soli dedicatum, à principe paulò antè prohibitus. Vouet & ipse uictimam diuis de præda, sed pro nefario scelere pœnas paulò pòst dedit:

ῥέξομεν ἀθανάτοισι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Addit hîc Seruius, Romæ templum Iouis prædatoris fuisse, cui pars prædæ debebatur. Toros.] lectulos ex herbis intortis, in quibus cibum unà caperent. Est & torus caro pulposa, in qua corporis robur situm existimatur.

ARGVMENTVM.

Mactatis bobus, cùm Troiani epulari cœpissent, subito Harpyiarum aduentu infestati, quæ dapes illis omnes contactu immundo fœdauerant, in speluncam sese recipiunt: ibiq; instructis iterum mensis, cùm rursus Harpyiæ magno cùm uocis, tum etiam alarum strepitu aduolassent, dapesq; illis polluissent, socij iussu Aeneæ arma parant: datoq; à Miseno è specula signo, prælia cum Harpyis miscent. Sed cùm nulla ui percuti possent, relicto ingenti fœtore inuulnerata euolarunt.

NASC.
† al. subitæ
† al. plangoribus

At subitò horrifico.] uulgati codices subitæ legunt: subitò enim recipi posset, nesi grae

At † subitò horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt † clangoribus alas,

Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo, tum uox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata,
Arboribus clausi circum, atq; horrentibus umbris,
Instruimus mensas, arisq; † imponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli cæcisq; latebris
Turba sonans prædam pedibus circumuolat uncis:
Polluit ore dapes: socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac iussi faciunt, tectosq; per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo, ubi delapsæ sonitum per curua dedêre
Littora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cauo: inuadunt socij. & noua prælia tentant,
Obscœnas pelagi ferro fœdare uolucres.
Sed neq; uim plumis ullam, neq; uulnera tergo
Accipiunt, celeriq; fuga sub sydera lapsæ
Semesam prædam, & uestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe, Celæno,
Infœlix uates, rupitq; hanc pectore uocem:

† al. reponimus

A si grauiter aures offenderet: quarum iudicium, ut inquit Cicero, superbissimum est. uersus est Apollonij: præter quòd ille de nubibus: id est, ἐκ νεφέων: hic uerò de montibus lapsas dicit: qua in re copiosior quoque fuit Apollonius: qui lapsum Harpyiarum eleganti comparatione e subita tempestate, improuisóq; fulgure deducta ornauit. Virgilius autem, quia de montibus uenisse dixit, comparationem fulminis, aut tempestatis, quæ ex B aere, seu ex nubib. ueniunt, non apponendam existimauit. Sic enim ait Apollonius:

αἱ δ' ἄφαρ ἠύτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὥς
ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο,
κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος.

Et magnis quatiunt clangoribus alas.] & alarum strepitu, & clangore uocis horridæ erant.

Diripiuntq; dapes.] rostro scilicet quod Apollonius expressit, cùm ait:

—ἀπὸ γαμφηλῇσι
συνεχὲς ἥρπαζον. id est, rostris nulla intermissione rapiebant, subaudiendum est cibum: uel, ut sensit Poëta noster, pedibus. nam paulò infrà ait:

Turba sonans prædam pedibus circumuolat uncis.

In secessu longo.] in longo tractu, ut in primo Aeneid.

Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum.

Arisq; reponimus ignem.] ad morem ueterum priscorum alludit: qui quoties epulabantur, Laribus libabant. Ex diuerso cœli.] ex secreto montium loco. ita Seruius quod ideo uerisimile uidetur, quia subdit:

—cæcisq; latebris. nam quicquid tegit, cælum C dicitur. Troiani igitur cùm in speluncam sese recepissent, à monte tegebantur, ideo cælum uocat. uel ex diuerso cæli, ex opposita parte cæli. Circumuolat. rectè circumuolat: quia addit, pedibus uncis. hoc ergo dicit. intra uolam pedis amplectitur. Et dira bellum cum gente gerendum.] figura est συνεζευγμένον, inter huius generis figuras non uulgaris: cuius meminit Quint. libro 9. illud planè, inquit, figura est, quæ diuersa sermonis forma coniungitur. quamuis enim pars bellum posterior participio insistat, utriq; tamen conuenit illud, edico, nam utriq; detractionis gratia est facta coniunctio.

—tectosq; per herbam
Disponunt enses.] figurata locutio est, pro disponendo tegunt. ut,

—submersasq; obrue puppes: id est, submergendo obrue. Dat signum specula.] prælij incundi rationē explicat: nō enim priùs cōfligitur, quàm datū fuerit signū.

Noua prælia.] uel quia pugnare cum Harpyis rarum, ac insuetum est, aut quia uulnerari non poterant, aut noua magna. Obscœnas pelagi.] obscœnas ait Seruius eas appellari aues, quæ canendo aduersa significant. ita quoq; Festus docet, obscena antiquis dici, quæ mali ominis fuat. Virg. infrà:

Sine deæ, seu sint diræ, obscenæq; uolucres.

Sed fortasse Poëta noster ad Harpyiarum fœditatem allusit: pelagi uerò uolucres dicit, quia Ponti, & terræ filiæ esse credantur. Sed lege Seruij commentaria: qui multa refert non aspernanda. Et uestigia fœda relinquunt.] Apollonij hemistichium est:

—καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον. id est, atq; præterea fœtidum odorem effuderunt.

Infelix uates.] nūtia infelicitatis Troianorum. hoc de Homero tractū est libro Odyss. 9. ubi Vlysses concurrentibus Ciconibus ad pugnandum aduersus socios nauesq; eius partem Iouis affuisse, multaq; eos mala passuros prædixisse memorat. uersus Homeri ita habent:

—τότε δὴ ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη
ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἵν' ἄλγεα πολλὰ πάθοιμεν.

At subito.] Ex Apollonij secundo Argonaut. eruditissimè transtulit hunc locum. Verba eius sunt: LAMB. Hort.

ἀλλὰ διὰ νεφέων ἄφνω παραΐσσουσαι
Ἅρπυιαι, στόματος χειρῶν τ' ἀπὸ γαμφηλῇσι
συνεχὲς ἥρπαζον. ἐλείπετο δ' ἄλλοτε φορβῆς
οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε τυτθόν, ἵνα ζώων ἀκάχοιτο.
καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον, οὐδέ τις ἔτλη
μὴ καὶ λευκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀποτηλοῦ
στάς, τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός.

Refert, qua uoracitate auium monstra è manibus ex ore cibum præripuerint, ut nihil reliquum facerent. Iam ex fœdo uomitu quàm grauis odor coortus fuerit, ut ne is quidem, qui longo abesset interuallo, tetrum anhelitum ferre sustineret. Et mox iuramento Argonautæ obnoxij seni, ad ferendas, contra Harpyiarum pestes, suppetias:

αἶψα δ' ἐπαρτήσαντες πανείατον ἆσσα γέροντι,
λοίσθιον Ἁρπυίῃσιν ἑλώριον, ἐγγύθι δ' ἄμφω
στῆσαν, ἵνα ξιφέεσσιν ἐπεσσυμένας ἐλάσειαν.
καὶ δὴ τὰ πρώτιστα γέρων ἔψαυεν ἐδωδῆς,
αἱ δ' ἄφαρ ἠύτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὥς
ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο,
κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος. οἱ δ' ἐσιδόντες
ἥρωες μεσσηγὺς ἀνίαχον, αἱ δ' ἅμ' ἀυτῇ
πάντα καταβρόξασαι ὑπὲρ πόντοιο φέροντο.

Magnis.] Quas Apollonius è nubibus lapsas, eas Maro è montibus adfuisse canit: sed aterq; cum clangore in dapes inuolasse. ἀδευκέες, [illegible] ἐσσεύοντο κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος. Huic generi auium rapacium peculiare fuit, antequam prædam inuaderent, clangorem

edere. Partem.] *Endyadis.* Diripiunt.] *αἱ δ' αἶψα πάντα καταβρώξασαι. id est, quæ cum ipsa simul clangore omnia deuorabant. Clangor propriè tubarum sonus est, per similitudinem ad grues & id genus aues transfertur. Græcus ut subitam nimis & improuisam rem coarguat, duplici collatione narrationem historiæ illustrat:*

» ἠΰτ' ἄελλαι ἀπροφάτως ἢ στεροπαὶ ὥς

» ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ——:

id est,

» *Horridus ex altis rapida ceu turbo procella*

» *Nubibus, aut subitò fulgur Ioue exilit ——.*

Vox.] *auditur. ἐϰφασις teter durusq; odor relictus fuit. Reddidit scitè Græcum illud:*

» ὀδμὴ δ' [illegible] αὖθι λέλειπτο.

Verùm apud Apollonium, mox procul inde trãs mare abripiuntur, cùm hic ex diuersis cœli plagis rursum se colligant. Rursum.] *Non sat habet Poëta in uniuersum semel Harpyiarum ingluuiê proposuisse, nisi amplius signis eam amplificet. Ostendit enim nihil tam tutum, nihil tam abditum esse potuisse, quod earum rapinæ non esset expositum.* Secessu.] *Loci secretioris descriptio, à situ & munimentis naturali. Hac autem exaggerat immanem ingluuiem monstrosarum auium.* Horrentibus.] *densis, opacis, ueneratione plenis. Arboribus suus horror inest.* Aria.] Quoniam autem Iouem in partem prædæ uocarant: stabant aræ, cæsis hostijs stratæ. *Quanquam in uniuersum aræ dicuntur, in quibus dijs, quacunque ratione sacrificatur. His ignem imponi mos erat. Neptuno sacrificantibus & ipsum mare ara erat, in quod exta porriciebantur, infundebaturq; uinum, hoc est, libamen.*

Diuerso.] *ex diuerso tractu*]*plaga, regione, cardine.* Cæca]*occultis locis: metalepsis.* Sonans]*clangens κλαγγηδὸν.* Socijs] *Ad extremam ceu sacram ancoram confugit, arma uidelicet, quibus præsenti malo medeatur.* Tectoacq;.] *Ea quibusdam animantium sagacitas indita est, ut non solùm ad armorum fulgorem, & odorem pulueris tormentarij, sed retium & funium etiam conspectum arceantur: id quod nimirum usu sæpe fieri uidemus. Prudenter ergo gramine inter herbas tecta memorat se tela habuisse, ut inopinato eas ita adoriatur.* Misenus.] *Huius luculenta Miseni descriptio extat in sexta:*

» *Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum*

» *Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.*

» *Postquam illum uictor uita spoliauit Achilles,*

» *Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros*

» *Addiderat socium, non inferiora secutus.*

» *Sed tum fortè caua dum personat æquora concha,*

» *Demens: & cantu uocat in certamina diuos,*

» *Aemulus, exceptum triton (si credere dignum est)*

» *Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.*

Mons qui Miseni cineribus iniectus fuit, multis seculis Miseni nomen seruauit: author est post Maronem, Mela libro 2. capite 4. ut Palinurus Troianus, loco nomen in eo Italiæ tractu fecit. Meminit Plinius quoque Miseni portus, & Palinuri promontorij, libro 3. capite 5. Strabo item scribit, statim post Cumas Misenum promontorium occurrere, postea Baias, & aquas calidas, cùm ad delicias, tum ad curandos morbos utiles. Aere cauo.] *tuba, aut lituo potius. nam idem Poëta cum lituo aciem ad prælium excitare solere, quoties Hector campum descenderet, author est.* A

Noua.] *Argonautæ apud Apollonium, cum clamore exorti Harpyias in fugam agunt:*

—— οἱ δ' ἐσιδόντες «

ἥρωες μεσσηγὺς ἀνίαχον ——. «

Verùm Maronis commentum poëticæ magnificentiæ & maiestati conuenientius. Quid enim [illegible] *dici potest, quàm quòd armati Troiani bellis exercitatissimi, bellum cum auibus plumatis gesserint quæ ferro cæsæ nec uulnera acceperint, nec labefactatæ fuerint?*

Obscœnas.] *aduersa portẽdentes exponũt: ego simpliciter accipiendum puto.* Sub sydera.] Quod *Apollonius dixit:*

—— [illegible] «

[illegible] —— «

Semesam.] [illegible]. *Et paulò pòst:*

ὀδμὴ δ' [illegible] αὖθι λέλειπτο. «

Zetes & Calais has furias in Strophadas usque persequuntur. At Troiani id solum agunt, ut eas à dapibus quacunque ratione arceant. Iam uerò & hoc ab illo noster uariat, quòd his monstris uerba humana tribuat: cùm Græcus suas auolantes cum clangore introducat, ipsosq; adeò Boreadas insequuturos longius, nisi ab Iride cœlo lapsa reuocati essent, interposito iureiurando, nunquam futurum ut ad Phineum reuerterentur. Verba Poëtæ sunt ex eadem libro: B

καὶ νύ κε δὴ σφ' ἀέκητι θεῶν διεδηλήσαντο, «

πολλὸν ἑκὰς νήσοισιν ἐπὶ Πλωτῇσι κιχόντες, «

εἰ μὴ ἄρ' ὠκέα Ἶρις ἴδεν, κατὰ δ' αἰθέρος ἆλτο «

οὐρανόθεν, καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν· «

οὐ θέμις, ὦ υἱεῖς Βορέω, ξιφέεσσιν ἐλάσσαι «

ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας, ὅρκια δ' αὐτὴ «

δώσω ἐγών, ὡς οὔ οἱ ἔτι χρίμψουσιν ἰοῦσαι. «

ὣς φαμένη, λοιβὴν Στυγὸς ὤμοσεν, ἥ τε θεοῖσιν «

ῥιγίστη πάντεσσιν, ὀπιδνοτάτη τε τέτυκται, «

μὴ μὲν Ἀγηνορίδαο δόμοις ἔτι τῆσδε πελάσσαι «

εἰσαῦτις Φινῆος, ἐπεὶ καὶ μόρσιμον ἦεν. «

οἱ δ' ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα «

σεύεσθαι ——. «

Irim fingit prohibentem adolescentibus, ne longius eas persequantur: siue quòd sit deorum nuncia, siue quòd sit Harpyiarum soror. Præterea ipsos heroas lepidè comparat canibus uenaticis, qui prædæ auidi, in saltu aut capreas, aut hinnulos, aut ceruos insectantur. Et iam uestigijs prædæ inhærentes, interdum summis dentibus frustra inictis morsibus apprehendere eam uidentur. Ad eum modum, inquit, eos sæpe Harpyias cadere uoluisse quidem, sed ictus subinde aberrauisse in auras. Contra hic, pulsantur quidem ferro, sed sine ui & uulneribus. Græci Poëtæ uerba, quia grauia sunt, & nimis quàm uenusta, libet adscribere: C

ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ κνημοῖσι κύνες δεδαημένοι ἄγρης «

ἢ αἶγας κεραοὺς ἠὲ πρόκας ἰχνεύοντες «

θείωσιν, τυτθὸν δὲ τιταινόμενοι μετόπισθεν «

ἄκρῃς ἐν γενύεσσι μάτην ἀράβησαν ὀδόντας. «

ὣς Ζήτης Κάλαΐς τε μάλα σχεδὸν ἀΐσσοντες, «

τάων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλιθα χερσί. «

Rupit.] *Periphrasis, loquutus est.*

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Celenus Harpyiæ oratio est in Troianos concitatissima: quorum temeritatem, vim, iniustitiamq; accusat quòd occisis ipsarum bobus, bellum quoque eis inferre audeant. ob idq; multas illos calamitates passuros esse prædicit.

Bellum etiam pro cæde boum, stratisq; iuuencis,
Laomedontiadæ bellúmne inferre paratis?
Et patrio Harpyias insonteis pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotés, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, uobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis, uentisq; uocatis:
Ibitis Italiam, portusq; intrare licebit:
Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
Quàm uos dira fames, nostræq; iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit, & in † syluas pennis ablata refugit.

† al. syluam

NASC. BELLVM etiã.] cum impetu, & interrogatione hæc pronũcianda sunt, ut in medio iracũdiæ æstu fluctuare uideatur: nam interrogatio, ut alibi dictũ est, iratis aptissima est. tale est illud ex primo Aeneid.

» Tantane uos generis tenuit fiducia uestri?
» Iam cælum, terramq; meo sine numine uenti
» Miscere, & tantas audetis tollere moles?

Laomedontiadæ.] Populum ex rege deturpat. unde colligitur argumẽtum à natura, etsi ex ipso nomine ferri uidetur, quòd ait Laomedontiadæ. nam inter nomen, & naturã hoc interest, quod in nomine ex sono ipso nominis colligimus argumentum: ut ex Verre, quòd prouinciam euerrat: in natura uerò non ex nominis sono, sed eius actu, uel moribus, cuius nomen est, colligimus argumentum: etenim cùm dicimus Laomedontiadæ in sono nominis nihil est, in actu uerò Laomedontis perfidia positum est argumentũ. Bellúmne inferre paratis?] iteratio magnam obiurgationis uim habet, tacitèq; minas etiam secũ trahit. Et patrio Harpyias insonteis.] arguit à turpi, & ab iniusto: quòd insontibus uim inferãt: id quod maximæ crudelitatis indicium est: unde illud est Salustianum de Catilina: insontes sicuti sontes puniebat, factumq; exaggerat per congeriem, uel si mauis per αὔξησιν. hoc modo: boues sternere iniustum est, inferrè bellum insontibus, iniquius est: dominos uerò de regni possessione ui pellere, iniquissimum est. Pellere regno.] efficacius, & magniloquentius, quàm si terra dixisset. Accipite ergo animis.] attentionem Troianorum sibi comparat, tum ex sua dignitate, quòd furiarum se maximam esse dixit, tũ

C maximè ex Apollinis auctoritate, ex quo omnia, quæ dictura est, se accepisse docet: unde colligi potest, eam magna quædam esse dicturam. ita quoq; Somnium facit apud Hom. Iliad. 2. cùm ad Agamemnonem mittitur:

» Νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα.
» Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι. Id est,
» ——sed tu mea nunc celer accipe dicta.
» Ab Ioue demissus uenio tibi nuncius.

Et in Odyss. φ. quem locum planè imitatus fuisse uidetur.

» ταῦτα δ' ἐγὼν ἐκ Φοίβου ἄνακτος ...
» ...

Tale etiam illud est:

» Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
» Hic canit: & tua nos en ultrò ad limina mittit.

Mihi Phœbus Apollo.] gradatio est, quæ Græcis κλῖμαξ dicitur, ut in 2. Bucol.

» Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Et in primo epist. apud Horat.

» Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:

Italiã cursu petitis.] Vaticinnũ aggreditur. A' ueris, inquit Lãdinus, inchoat, ut falsa reddat uerisimilia. quasi uelit innuere, uerũ esse, quod Troiani ad Italiã nauigauerint, ibiq; urbẽ cõdiderint: falsum uerò esse, quod mensas consumpserint. ego tamen, quæcunq; Harpyia prædixit, illis contigisse reperio: nam prius, quàm urbem in Italia ullam condidissent, auctore Strab. libro 13. mensas comederunt unde illud est ex 7. Aeneid.

» Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.

Hac de re pluribus meminit Dionys. Halic lib. 1 antiq. dicendum igitur, quod à prosperis, fœlicibusq; inchoat, ut in aduersis, tristibusq; prædicendis fidem sibi compares.

Sed non ante datam.] tristia denuntiat: quod denuntiationis genus ἀπόφασις Rufiniano dicitur. Ambesas subigat.] uerbum subigat, nescio quid calamitosius habet, quàm cogat, aut adigat.

LAMP. HOST. BELLVM.] Expostulatoria, de iniuria accepta, & damno. Exordium abruptum est, & cum stomacho enunciatum. Estq; adeò ipsa propositio, quæ in controuersiam uenit: Vim fecistis, quia alienum pecus ferro labefecistis. Exaggeratur crimen, Insuper facitis bellum: & quod indignius est, conamini nos nostro regno expellere. Et quo rei sit indignitas acerbior, addit, patrio. Ad postremum, minatur uicissim pro accepta iniuria, furia. Et ne ea ut uana repudientur, confirmat authoritate Iouis, & Apollinis. Laomedontiadæ.] Non eos Troianos nunc, aut Dardanidas uocat, aut Teucros appellat: sed propter acceptam iniuriam & perfidiam, qua hospitale ius uiolarint, atroci & apta antonomasia Laomedontiadas uirulenter nominat, alludens ad Laomedontis perfidiam, ac indicans eius posteros à parentibus perfidia nihil degenerare. Bellúmne inferre.] Repetitio emphasim habet: Non satis uobis fuit, grassatos fuisse in alienum pecus, ut etiam impiè bellum nobis inferatis? imò patrio regno expellamur? Harpyias.] Emphaticωs, Thaumantis & Electræ filias, Iouis canes, Oceani neptes, Iridis sorores. Insontes.] Alia amplificatio ad indignitatis exaggerationem: quæ neminem læserimus, quæ nobis nostra uindicemus. Accipite.] Attentio, ad comminationem uindictæ, ob nefarium perpetratum scelus. Atq;.] Expolitio. Quæ Phœbo.] ab authoritate, gradatim à summo ad imum descendit: Quæ Iupiter Phœbo, Phœbus mihi, ego uobis pando. Ego maxima.] A' sua authoritate.

Quæ Phœbo.] Macrobius libro Saturn. quinto docet hunc locum ex Aeschyli Tragœdiarum scriptore sumptum, qui in Tragœdia cui Sacerdoti nomen est,

Apollinem uaticinantem ea facit, quæ Iupiter ei sit fatus. Imitatus item est carmen Martij uatis, quod scriptum legimus apud Liuium libro quinto Decad. tertiæ: Amnem Troiugena Cannam fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manus. Sed neque credes tu mihi, donec compleris sanguine campum, multaq; millia occisa tua deferat amnis in portum magnum ex terra frugifera: piscibus atque auibus, ferisq;, quæ incolunt terras, ut fiat esca caro tua nam ita mihi Iupiter fatus est. Itaque Iupiter sic Phœbo, Phœbus mihi fatus, ego furiarum maxima uobis ita pando. Laomedontiadę.] *De Laomedonte suprà annotatum est.* Italiam.] *Oraculum Iouis, quod Harpyia Troianis denunciat: hoc grata simul & acerba promittuntur.* Ventisq;.] *Innuit placatos quidem uentos esse, quibus portum Deliacum soluturis album nigramq; pecudem mactarat.* Ibitis Italiam.] *Defectio, in Italiam. Relatio emphasim habet. Significat, in eam terram, quam per tot pericula terra mariq; septem propè annos sequuti fuerat, Troianus peruenturos, & condituros urbem Lauinium: quæ res auditu gratissima fuit. At acerbum est id, & durum, quod subijcitur,* [illegible]. Cædis.] *Inijcit hac famis denunciatione, Troianis non solùm pauorem, uerùm etiam religionem, quòd ob datum damnum ea pestis ipsos maneat.* Mensas.] *orbiculos panceos, è quibus sumuntur cibus, & quæ carnibus subijciuntur. Hoc autem oraculū ubi Troianis redditum, parùm uideo inter authores constare. Sunt qui ad Apollinem Deliacum referant: nonnulli in Erythris Idæ tugurio editum opinantur, quod Sibylla indigena & fatidica mulier incolebat, à qua Troiani iussi fuissent in occidentem transmittere, donec eò loci uentum esset, ubi mensas suas panis inopia absumere adigerentur. Quod quidem ubi accidisset, iam tum scirent eam terram fatalem ipsis, & erroris ibi finem esse. Atque hinc etiam oraculo adscribunt, quod Troiani in Laurentum agrum delati, ulterius non euagarentur. Nam statim quàm in eam terram appulissent, memorant contigisse, ut quidam panis defectu, quadras paniceas carnibus subiectas absumpserint. Quod aduertentes unus & alter, illicò exclamarunt, iam se fatali errore defunctus. quæ uox assensu circumstantium ingenti plausu excepta fuit. Historiam ita refert Lycophronis enarrator* [illegible Greek text] Pennis.] *auolauit: Periphrasis.*

A

B

ARGVMENTVM.

Perterriti oratione Harpyię Troiani, non armis ampliùs, sed obsecrationibus agendum putant: & in primis Anchises, sublatis manibus, magnorum deorum auxilium implorat: illisq; sacrificia indicit, tum è littore soluentes, uentis spirantibus, insulas nonnullas prætérlegunt: euitataq; Ithaca Vlyssis regione ad Leucatem Epiri montem tandem perueniunt.

NASC.

At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit: cecidêre animi: nec iam amplius armis,
Sed uotis precibusq; iubent exposcere pacem:
Siue deæ, seu sint diræ obscœnæq; uolucres.
At pater Anchises, passis de littore palmis,
Numina magna uocat, meritosq; indicit honores:
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios. Tum littore funem
Diripere, excussosq; iubet laxare rudentes.
Tendunt uela Noti, fugimus spumantibus undis,
Quà cursum, uentusq; gubernatorq; uocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis:
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,
Et terram altricem sæui execramur † Vlyssi.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus urbi.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

† al. Vlyssis.

At socijs subita gelidus.] *κατ' ἐξοχὴν à timore: cuius etiam nam, naturamq; describit.* Siue deæ.] *ἄπορία. & rectè dubitat quæ sint, tùm propter illarum uultus, corporisq; effigiem, nec non uentris fœditatem: tùm etiam propter orationis comminationem, futurorumq; malorū denunciationem. Igitur ait, Siue deæ propter illud:*

" *Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo*
" *Prædixit ——.*

Quàm uos dira fames, &c. "
Nam obscenæ absque diphthongo dicuntur, Seruio, & Festo auctoribus, quæ mali ominis sunt, canidoq; aduersa significant. Virgil. 1. Georg.
" *Obscenæq; canes, importunæq; uolucres.*
& paulò ante dixerat: C
" *Obscenas pelagi ferro fœdare uolucres.*

Et pater Anchises.] *Anchises, quia senior, etiā religiosior describitur. primus deos precatur, primus illis honores indicit.*

Seu sint diræ, obscenæq; uolucres.] *Diræ aut epitheton est, & cum uolucres iungendū est, ut sit sensus: seu sint uolucres ira deorum in nos missæ: aut substantiuū est, furiasq; infernales designat: quas huius uocis significatione quandoq; complectimur Virg. in 8. Aeneid.*
" *—— tristesq; ex æthere diræ.*
Obscenæq; uolucres ideo dictum est, quia mali ominis nunciæ fuerunt: propter illud:
" *Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem*

Numina, &c.] *quæ sint magna numina, Seruius interpres planū facit, Iouem, Mineruā, Mercuriū, & alios. Sed in primis Iouē. & fortasse de nullo alio deorū sensit, præterquàm de Ioue: cuius canes Harpyiæ esse dicūtur.* Meritos honores.] *aptos: nā enim eodem sacrificij genere dij omnes delectantur aut expiatorios intelligit honores: quibus expiari: hoc est, ab hoc crimine purgari possint.* Dij prohibete.] *Anchisæ precatio est & notandum, quod primum absolutè precatur deos, ut mala auertant: quasi non*

sitis

A *suis meritis, sed sola ipsorum benignitate id se à dijs impetrare uelle significet: utq; maiorem efficacitatem precatio habeat, repetitione utitur: deinde occulta quadam ratione meritum etiam Troianorum adiungit. subdit enim*

Et placidi servate pios.] *quasi innuat se pietatis suæ merito dignos esse ut seruentur. & est locus ab honesto, & iusto: æquū enim, ac honestū est, pios, & de dijs optimè meritos sartos, tectos ab omni periculo conseruari.* –Nemorosa Zacynthos.] *has tres insulas Homerus uno uersu complexus est Odyss. 9.*

Δουλίχιόν τε Σάμη τε καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

quas etiam inter se uicinas esse scribit. Pyerius ex uetustis libris Samos legendum esse contendit: citatq; Hom. in 4. Odyss. & in 11. Il. ubi σάμοιον & σάμον legitur & quādoquā Same alia: alia uerò Samos Seruio est, tamē apud Homerū, inquit, quæ de nunc agitur, Samos scribitur. ego uerò & hic, & Iliad. 9. Same scriptum quoq; esse animaduerti. quibus ex locis colligi potest, & Samos, & Same legi posse. Samos tamen frequentiùs pro insula illa in mari Ægæo olim celeberrima accipitur, quæ hodie penitùs deserta conspicitur. Et Neritos ardua saxis.] *hæc quoq; insula est in mari Ionio Ithacæ proxima, ut Strabo scribit: cuius nominis mons etiā est in Ithaca insula. Hom. Odyss. 9.*

B

Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ
Νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές.

Effugimus scopulos Ithacæ.] *uel q in mari iuxtà Ithacā sunt. uel re uera Ithacā in asperrimis, ut inquit Cicero, saxulis tanquàm nidulum affixam intelligit: quam uel ipse Vlysses apud Hom. loco superius citato, asperam quidem uocat, sed optimā iuuenum nutricem. sic enim ait 9. Odyss.*

τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος.

In eodem etiam libro Telemachus equos recusat, sibi à Menelao muneri traditos propter angustiam, asperitatemq; loci: quem locum ita uertit Horat. in 1. epist.

Haud malè Telemachus, proles patientis Vlyssi
Non est aptus equis Ithacæ locus ut neq; planis
Porrectus spatijs, nec multæ prodigus herbæ
Atride magis apta tibi, tua dona relinquam.

Hanc insulam hodie uulgò cōpare monte uocant, ambitu triginta mil. pass. Mox & Leucatæ] *Epirū designat: cuius Leucates mōs est altissimus.* Et formidatus, &c.] *petra est albi coloris, ut ait Strabo lib. 10. è monte eminēs, unde mons ipse Leucates nomē habet, & in pelagus proie-*

C *cta, in qua est Apollinis fanum: quē ideo nautis formidatū Æneas memorat: quia locus est tū multitudine, tū asperitate saxorum in aquis latentium periculosus.* Hunc petimus fessi.] *quia poterāt reprehēdi Troiani, qui cū aliò cursum nauigationis uertere possent, locū tamē periculosum, & propter asperitatē scopulorū prorsus fugiendum subire maluerint, πρόληψις occurrit obiectio, cùm ait fessi. unde uictos moueri potest à labore. quod Troiani longa nauigatione defessi, quieti, refectioniq; se trahere usq; adeò cupiebant, ut ne periculosissimum quidem locū adire uererentur, modò fessis corporibus suis laxamenti aliquid præbere possent.*

LAMB. Hort. At socijs.] *Periphrasis exterrationis & horroris, ab accidentibus.* Cecidêre.] *uidelicet, ut positis armis, precibus pacē exposcerent, & ueniam.* Votis.] *Placare diuos uotis, hostiis, & solennibus precationibus pro piaculo.* Sive deæ.] *Verāq; opinionē in medio relinquit: & eorum qui Harpyias Iouis canes & Eumenidas esse contendunt: & eorum qui aues rapaces, & fœda auium monstra esse uolūt.* Numina.] *id est, de quibus alio loco à nobis est disputatū.* Honores.] *sacrificia.* Indicit.] *προαγγέλλει, ἐπαγγέλλει, solenni ritu denunciat. Sic indicitur ieiuniū, festum, bellū, honores. Funus indicere, apud Sueton. in Cæsare. Præcipere, siue constituere: ut indicere diē, indicere conciliū, συγκαλεῖν. Et ἐπιτάττειν, imponere: ut indicere tributū. Indicare item: ut apud Liuiū, Indicere finitimis spectaculū iubet.* Dij prohibete.] *Deprecatoria oratio, quā finit, ut homini religiosū, & conscientia icto, tribuit, ut pœnā ob noxā admissā auertat.* Pios.] *A pietate suorū, ne errorē noxæ dent.* Tū littore.] *Præcipitē fugā peccato agnito cōmemorat, qualis in re inopinata exercitos exturbare solet.* Rudentes.] *funes nauticos, πρότονα eos Græci uocant.* Tendūt uela]*Relictis Strophadibus, cursum in septentrionē reflectunt, ac secūdo Noto inter Zacynthū, & Chelonatam promontorium Peloponnesi Achaiæ. insulas Græciæ obiectas præteruehuntur.* Fugimus.] *Fugæ celeritatem secundi uenti beneficio luculenter arguit.* Zacynthus.] *Faciem insulæ Homerico epitheto subiecit, cùm nemorosam uocat. Odyssea. 9.*

ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον, ἐν δ' ὄρος αὐτῇ
Νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές. ἀμφὶ δὲ νῆσοι
πολλαὶ ναιετάουσι μάλα σχεδὸν ἀλλήλῃσι,
Δουλίχιόν τε, Σάμη τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

id est, nemorosa Zacynthus. Abest ea insula à Strophadibus in septentrionem deuergens, 2 < 9 stadijs, hoc est, miliaribus Germanicis ix plus minus. Porrò, nostra tempestate Xanthe, & Zachitho, corrupto nōnihil uocabulo, appellatur. Distat ab obiecto Achaiæ promontorio Chelonata modico interuallo, hoc est, trium miliacium nauigatione, aut etiam minus. Inter celeberrimas Ionij maris insulas, Proten, Hyrian, Cephaleniam, Neriton, Samen, Dulichium, Ithacam, patriam Vlyssis, Zacynthus è Strophadibus petentibus Græciam prima occurrit. Commendatur in primis ea insula rerum omnium fertilitate. Libera quondam fuit, sicut & Cephalenia. Aiunt aliquando Hyriam dictā. Quidam prodiderunt, nomen insulæ factum à Zacyntho Dardani filio, qui ibi regnarit. sunt ubi Ζακύνθιοι, καλούμενοι.

Dulichium.] *Hesychius, Δουλίχιον, πόλις Κεφαλληνίας exponit: & Pausanias in Cephalenia collocat. Sed Homerus, eumq; sequutus Maro, Dulichium insulam facit hoc loco, non urbem: iuxta quam fuêre Echinades. Has Plinius à Dulichio distinguit: alij inter eas numerant. In eodem tractu est, in sinu Mallia uel secundum alios, in Ionio hæc insula, quondam sub ditione Vlyssis. Chrestomathiæ author Dulichiū uocat, dicitq; sitam κατὰ τὰς τοῦ Ἀχελῴου ἐκβολὰς, καὶ Οἰνιάδας: hoc est, contra Achelói ostia & Oeniades.* Sameq;.] *Interius Same est, ad CCC stad. à Zacyntho. In Cephalenia Same Ionica collocata est, olim à Romanis diruta. Tempestate tamen Plinij tria tantū habuit oppida. Samiai, οἱ Κεφαλλῆνες, ἀπὸ Σάμης ἢ Σάμου. οἱ δὲ Ἴωνες, ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς Σάμου, Σάμιοι. Sed Samus illa Ionica initio Melamphilos nuncupata fuit: inde Anthemus, uel (ut alij) Anthemusa. Postea cùm Cares eā habitarēt, Parthenia, à Parthenio eiusdem insulæ amne non obscuro, quā & Imbrasus cognominatus fuit. Postremò Samus est appellata, à montium altitudine. Etenim ueteres, montes excelsos, Samaos dixerunt. Verba authoris Chrestomathiæ reddidi. Homerus Cephaleniam Samon uocat,*

μεσσηγὺς Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης.

Et Σάμην: ut, Δουλίχιόν τε Σάμη τε. Plinius Samen insulam

sulam seorsim nominat. at Strabo ait, Apollodoro Samen urbis quidem nomen esse, apud Homerum: sed Samum, insulæ solum. Quare legendum Odysseæ primo: Δουλίχιον, Σάμην τε: non autem, Σάμον. Porrò Ionica Samus, aliquando Adrusa, rursum Cyparissia dicta fuit: uni quondam ferax parum, at cæterarum rerum tam fœlix, ut lac gallinaceum Græco prouerbio ferre diceretur: tribus fluminibus alioqui irrigua, Imbraso, Chesio, & Bethe: fontibus duobus maximè, Euterto, & Leucothea. Montem habet Gergetium. Cæterùm Iones huc bis colonias deduxisse traduntur. Et ex Ithaca, & Cephalenia, de qua hic sermo institutus est, aliquando cultores huc missi fuère. Samiorum olim potentia, ut circa principium libri primi demonstratum est, post uaria cum finitimis insulis, præcipuè autem Siphnijs, bella, eousque creuit, ut urbes conderent procul à domo; Cidoniam in Creta, Dicæarchiam in Tyrrheni maris ora. Huius ad postremum insulæ tyrannidem inuasit primus Polycrates. Ex Samo Ionica prodijt Pythagoras ille magnus, Italici dogmatis author, qui in extrema Italiæ ora circa Crotonem consedit. Adijciendum & illud obiter, quod Homeri scholiastes annotauit: Ionicos, Samo, ante nouem supra ducentos annos rerum Troicarum, à Pythio dæmone oraculum accepisse, futurum aliquando ut in Thraciam, quæ contra Troadem est, descenderent: à quibus postea Samothraciæ est nomen factum. Atque eam quidem ille historiam ex Apollodoro citat. Porrò autem quod ad uarietatem nominum attinet, ut paulò antè diximus, rationes uocum hoc loco nobis reddendæ sunt. Stephanus Anthemusam uocitatam ait, à floribus. ἄνθος, flos. unde in prouerbium abiuerunt Samiorum flores, Σαμίων ἄνθη: ἐπὶ τῶν ἡδοναῖς ἐκδεδομένων χρωμένων, authore Suida: in homines uoluptatibus & luxu perditos. Ita locus dicebatur, in quo mulieres cum uiris conuiuia agitabant. Parthenia, à uirginibus: in eo namque loco se omni uoluptatum genere explebant. Et Samiorum laura, ut Samiorum flores, in eandem sententiam dicebatur, Σαμίων λαύρα. erat enim angiportus Laura apud Athenienses, ubi cupedia lauticiæque omne genus uendebatur. Est & Same [illegible] Σαμιακοῦ. [illegible] γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἁλόντας Σαμίους: id est, Same genus est supplicij Samiensis. nam Athenienses bello captis Samijs notam noctuæ inurebant. Rursum Samij Athenienisibus, Σαμίων δῆμος [illegible], quod Græci uocant Σάμαιναν: hoc est, nauigium bireme, breue, rotundum, concauum, atque in uentris similitudinem formatum. Sunt qui Σάμαιναν, non nauigij, sed numismatis genus intelligant, quod captiuis Atheniensibus, & captis imprimebant uicissim Samij. Suidas annotauit utrunque: fuisse nauigium bireme Σάμαιναν, à Polycrate Samiorum tyranno primùm inuentum & paratum, ut author est Lysimachus ἐν δευτέρῳ νόστων, opus Duridis. Sed uerba ipsius Suidæ adscribam: Σάμαινα, [illegible] πλοῖον δίκροτον, [illegible] πρῶτον κατασκευάσαντος, τοῦ Σαμίων τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν δευτέρῳ νόστων. τὸ δὲ [illegible]. οἱ δὲ, τὴν Σάμαιναν [illegible]. [illegible] ἐπὶ τῶν [illegible] τινὰς [illegible] συμφοράς, παρ᾽ ὅσον Ἀθηναῖοι τὸ [illegible]. Idem aliam causam ex Aristotele in Samiorum politia adducit, ubi explicat, quid sibi uelit Σαμίων δῆμος. Σάμιοι, [illegible] ὑπὸ τῶν [illegible] τῶν [illegible], [illegible] τοῖς [illegible] τὴν [illegible], ὡς [illegible] ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ,

ὅτι παρὰ [illegible] τὰ [illegible]. A
[illegible] ἐν τριόδοις. [illegible] Ἀθηναῖοι [illegible] ἀρχοντος [illegible]. [illegible] Σαμίων [illegible]. περὶ δὲ τὸ [illegible]. εἰ δὲ, ὅτι Ἀθηναῖοι [illegible] ἐν πολέμῳ Σαμίους [illegible], Σάμιοι δ᾽ Ἀθηναίους Σαμαίνῃ, ut dictum est. Hæc de Samo Ionica, per occasionē Sami, quæ in Cephallenia est, quam Aeneas præternauigauit. Ex Samo Ionica, Samothrace nomē habet, ex aduerso Thraciæ collucata. Ferunt Samios, cū insulā incolerent, loco nomen dedisse, ut est apud Antiphontem in oratione quæ Samothracica inscribitur, authore Suida. Etenim qui initio insulam tenuerunt, fuerunt Samij, quam quidem non desiderio aliquo, sed necessitate cōpulsi, à tyrannis Samo ciecti, eam sibi sedē delegerunt. Porrò autem quo casu in eam inciderint, sic proditum in memoriam: [illegible] ἀπὸ τῆς Θρᾴκης, [illegible]. [illegible] μητρόπολις [illegible] τὰ [illegible] ἐν [illegible] τινες, [illegible] πρὸς [illegible]. B
[illegible] καὶ τὸ τῶν [illegible], καὶ τὰ [illegible]. καὶ τὸ [illegible] ἐν [illegible] ἐν [illegible] καὶ [illegible]. [illegible] δὲ οἱ [illegible] ταῦτα ἐκ τῶν [illegible] καὶ ἐκ [illegible]. Hæc Suidas de Samothrace. Nunc ad Samen nostrā redeat, à Samo Ionica, à diuerticulo enarratio. Neritos.] Mons est in Ithaca, à quo Vlysses Neritius est appellatus. Porrò unde monti nomen factum sit, indicat Didymus Odyss. 1. [illegible], inquit, παῖδες Ἰθακος καὶ Νήριτος, [illegible] Διὸς ἔχοντες τὸ γένος, ὤκησαν Κεφαλληνίαν. [illegible] δὲ αὐτοῖς [illegible], [illegible] τὰ [illegible], παραγενόμενοι εἰς τὴν Ἰθάκην. καὶ τόπον ἰδόντες [illegible] εἰς συνοικισμόν, [illegible] τὸ τῶν [illegible], καὶ [illegible] τὴν Ἰθάκην [illegible], καὶ [illegible] τοῦ Ἰθάκου ὁ [illegible] ἐπωνομάσθη. τὸ δὲ παρακείμενον ὄρος ἐκ τοῦ Νηρίτου, Νήριτον. Historiam refert Acusilaus: Pirilai, inquit, liberi, qui è Ioue genus ducebant, incoluerunt Cephalleniam. His utile uisum fuit, & consultum, ut relicta sua gente, traijcerent in Ithacam. Hi loci situm diligenter contemplati, ad inhabitandum idoneum, quòd proximè adiacentibus regionib. altior esset, huc cōmigrarunt, condiderunt'que Ithacā. Itaque ab Ithaco, insulæ inditū nomen est: mons uerò adiunctus, à Nerito Neritū est appellatus. Disertè & eruditè ergo Maro Neritū saxosam, & saxis arduā uocat. Hesychius cōtrà Epirū in Ithaca montem hunc collocat, cū è regione Leucada aspiciat insulam, & eiusdē nominis oppidū maritimum, tenui interuallo Acarnaniæ. Cæterùm mons uiredine cōspicuus est, & humidus, & totus ad delicias cōpositus, semper amnib. limpidissimis conspicuus. ὄρος Ἰθάκης [illegible], καὶ τὸ [illegible], [illegible]. C
[illegible]. & Νήριτος, ὁ [illegible], [illegible], θαλάσσιος κόχλος. [illegible], καὶ [illegible] ὁ [illegible]. καὶ [illegible] ὁ [illegible]. Suidas, differentiam statuit inter τὸ Νήριτον, καὶ τὴν Νήριτον. ut Neritum sit mons ille, cuius meminimus: Neritus uerò, ὕλη ἡ [illegible], sylua densissima, [illegible].

Et

A *Et νήριτον, ὃ καὶ ἐκαλεῖτο.* Locus in Odyssea, postea Leucas, teste Suida. **Effugimus.**] *A Samo distat Ithaca CXXV. stadijs, seu miliar quatuor. Media inter has modica insula, sed obscurior, Asteria interiacet, paucarum horarum nauigatione à Leucadia insula. Inter Samum & Ithacam itaque, quarum hæc ortum, illa occasum obtuetur medium iter est & breue, in Leucada, urbem littoralem, Acarnaniæ, haud procul ab Actio Epiri, uictoria Augusti celebri: promontorium ibi, seu mons Leucates est, Apollini sacer.* **Scopulos.**] *Homerus passim Ithacam κραναὴν καὶ τρηχεῖαν uocat, ἢ τραχεῖαν. Et ab id opinor Flaccus dixit in Epistolis:*

Non est aptus equis Ithaca locus. ——

Lycophron in Cassandra, festiuè insulam πόντιον σκίνκα, ponticum tegumentum appellat. Hodie Tiochi nominant, insulam horridam & inamœnam, & ob asperitatem montiū incultam. **Laërtia regna.**] *ὑπερβολή. Fuit Laërtes pater Vlyssis, quem Troianis temporibus non per insulas solùm in hoc tractu maris Ionij, sed etiam per Epirum latè imperasse, luculenter testatur Homerus in Catalogo ducum:*

αὐτὰρ ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆνας μεγαθύμους,
B *οἵ ῥ' ἰθάκην εἶχον, καὶ νήριτον εἰνοσίφυλλον,*
καὶ κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ αἰγίλιπα τρηχεῖαν.
οἵ τε ζάκυνθον ἔχον, ἠδ' οἳ σάμον ἀμφενέμοντο,
οἵ τ' ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο.
τῶν μὲν ὀδυσσεὺς ἦρχε. ——

Atq; hinc colligere est, quàm latè per eam tempestatem imperitarit Vlysses. **Terram.**] *Ithacam, in qua regnauit Vlysses temporibus belli Troiani* **Execramur.**] *ut cuius fraude ac dolo maximè urbs Troia deleta fuit.* **Leucatæ.**] *Leucas promontorium in mare candido dorso porrectum. λευκὸν, album. Est & oppidum maritimum, ut modò dixi, longè celeberrimum totius Acarnaniæ, nomen insulæ, quæ in conspectu ad XXV. stadia obiacet, Leucadiæ fecit: uel, ut quidam, Leucadi. Huc ab Ithaca, cui ἀντίπορθμος, est octo miliarum nauigatio. Leucadi, Sancta Maura, & Leucada nomen hodie est. In eodem littore in occasum depressius Actium est, à Leucade LXXV stadijs distans, inter quod & Leucadiam insulam fœliciter nauali prælio cum Antonio & Cleopatra conflixit Augustus Cæsar. Egressos, inquit Plinius, sinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium littus, promontorium Leucates: dein sinus, ac Leucadia in ipsa peninsula*
C *la quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa à continente, ac reddita uentorum flatu, congeriem arenæ accumulantium: qui locus uocatur Διόρυκτος, stadiorum longitudine trium. Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum dictum (id quoq; modò à nobis demonstratum est.) Hactenus Plinius. certè hodie non pauciorum quam XXV. stadiorum distantiam esse, tradunt ij qui diligentissimè eam chorographiam persequuntur. Strabo Leucadem olim Chersonesum non inficiatur quidem fuisse, sed addit à Corinthijs continenti auulsam. Homerus Littus Epiri, ipsius Acarnaniæ uocat, cuius pars Neritum sit, quod Laërtem inuasisse memorat. Crocyleia & Aegilips (quarum mentionem facit in Catalogo) Leucadi proximè adiacent. adeò ut insula in uniuersum habeat oppida tria Leucadem, in ipso statim portu, humano opere parato, Neritum quondam dictum: Crocyleia, & Aegilipem. Tradunt hic Leucadium Penelopes & Alcmaeonidis filium regnasse. Est & Leucata Galliæ Narbonensis littoris nomen: ut Leucas portus Africæ in Marmarica. Cæterùm Leucas Acarnaniæ urbs grauiter ab Atheniensium ducibus, maximè Demosthene Alcisthenis & Procle Theodori filio, uiolato etiam Apollinis templo, posteris temporibus incursionibus infestis ac direptionibus attrita fuit.* **Apollo.**] *Templum Apollinis, quod in Actiaco littore positu ab Augusto, post uictoriam Actiacam ampliatum fuit, & ludis institutis celebre. Erat mons Leucates alioqui Apollini sacer.* **Formidatus.**] *propter saxa & nodosas angustias, quæ aliquando continenti iunctæ, Leucadem peninsulam effecerant. Addendum & illud est, cen additamentum, quoniam Apollinis iniecit mentionem: Apollo medicus, Minerua & Vulcano genitus, floruit decimatertia generatione: hoc est, circa eam tempestatem, qua Ioseph, eiusq; fratres è rebus humanis decessissent. Hic multorum concordi assensu, inuentor rei medicæ, & medicarum herbarum fuisse perhibetur: Pythius à poëtis, sapientiæ deus habitus, quòd Pythonem horribilem serpentem sagittis confecerit.* **Aperitur.**] *procul se ostendit: Zeugma.*

Hunc.] *Apollinē, cuius in ea ora uetustas religiosum erat phanum: metonymia.* **Paruæ.**] *Leucatæ.* **Ancora.**] *ἄγκυρα ferramentum utrinque uncum, quòd in uadum immissum funibus naues retinet, ne tempestatibus loco moueantur. Hanc Anacharsis Scytha philosophus inuenit, ut figulorum rotam. Claruit sub Crœso. Ancora, urbs item fuit, cuius ciues Ancorani dicti fuère. Porrò ij qui hodie Ancorani dicuntur, Gallogræci olim uocabantur. Annotauit Suidas, ἀγκυροβόλιον, τὸ σίδηρον τοῦ πλοίου. ἀγκύρισμα, ἀλλ' ὅ παλαίσματος. ἐν δὲ ἀγκύρισμα καὶ εἶδος ἀγωνιστικῆς σχῆμα. ἀγκύριον, ὄνομα πόλεως. καὶ ὁ πολίτης, ἀγκυριεύς, ἢ ἀγκυριανός. Verùm hoc ἀπὸ ἀδήλου.* **Littore.**] *Defectio: in littore.* **Puppes.**] *synecdoche.*

A R G V M E N T V M.

Troiani præter spem Actium appulsi ludos celebrant gymnicos: Aeneas, vt Græcis hostibus insultet, clypeum ex ære postibus ciuitatis affigit, inde soluentes è littore Buthrotum perueniunt.

NASC. † al. Luctamurq; † al. votisq;

Lvstramvrq've Ioui.] *Falsò existimàc nònulli hos ludos quos hic celebrât Troiani Apollini Actiæ celebratos fuisse: nam si Apollini, non erat, ut Iouis mētio fieret, aut Ioui purgarentur. illud uerò, quod Seruius ait de cōmisso in Thracia piaculo propter Ioui immolatum taurum, nō implet aures meas: nec illud etiam penitùs ut causam præ*

Ergo insperata tandem tellure potiti,
†Lustramurq; Ioui, †uotisq; incendimus aras,
Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis,
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij: iuuat euasisse tot urbes
Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum Sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas:

Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris:
Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoraq; Epiri legimus, † portuq; subimus
Chaonio, & celsam Buthroti † ascendimus urbem.

† al. portusque
† al. acendimus

sam præcipuā approbo, quod ille paulò infrà ait, Troianos hos ludos celebrasse, quia hostiles terras prospera nauigatione transierant. Sed (quod mihi magis uerisimile uidetur) ut Anchisæ promissa complerent: qui territus Harpyiæ minis propter occisos boues, admissumq; piaculum magnis numinibus: hoc est, Ioui inprimis indixit sacra: iam uerò indicta perficiunt, utq; purè, & ritè ea conficiant, Ioui, tanquam deorū principi lustrantur: si uerò hanc quoq; causam de prospera nauigatione per urbes hostiles addere uolueris, non laboro: nam & Poëta ipse id significare uidetur, cùm ait:

——iuuat euasisse tot urbes.

Attamen hæc non fuit præcipua sacrorum causa. Quod autem Poëta ad ludos Agonales alludat, quos Augustus, deuicto apud Actium Antonio, Apollini dicauit, cum alijs sentio. Quod uerò hic Apollinis celebrentur ludi, ab omnibus dissentio Iliacis ludis.] *pro ritu, quo apud Ilium celebrari solebant: uel quales florente Ilio exercere solebamus: quo autem modo, ipse planum facit, cùm subdit:*

Exercent patrias, oleo labente, palæstras
Nudati socij.] *Gymnica hæc fuisse certamina demonstrat: quibus nudi homines, ac oleo, seu ceroniate perùncti luctabantur, cumq; usum palæstræ Athenienses primi docuerint: indeq; Troiani acceperint. Seruius, Iliacis exponit Atheniensibus. à quibus ipsi didicerint: quod uerò sibi uelit Pyerius de ludis Actijs, cum uetastos auctoritate Harpocrationis fuisse demonstrat, non intelligo.* Iuuat euasisse tot urbes.] *causa est ludorum, sed non, uti antea diximus, præcipua* Sol circumuoluitur annum.] *rectè circum annum uoluitur. Nam perfecto Solis circuitu annus conficitur: qui magnus annus ideo dicitur, quia lunaris quoq; annus extat, qui triginta dierum est de magno illo anno, quem sibi ridiculè finxerunt philosophi, Cicero, Ptolemæus, & hoc in loco Seruius interpres meminerunt.*

Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.] *Hostilis irrisio est, & insultatio, qua Græcorum deprimitur uirtus, & Troianorum animus extollitur: qui per medias eorum urbes transire, & postibus earum clypeū, quasi trophæum cum inscriptione irrisionis plena figere audent. Porrò trophæis olim inscriptiones apponebantur, Aeneas apud Virgil. Aeneid. 11. trophæum Mezentio ab eo erectum tali carmine inscripsit:*

B

" ——*hæc sunt spolia, & de Rege superbo*
" *Primitiæ, manibusq; meis Mezentius hic est.*

Citatur à Demosthene in oratione in Neæram carmen, quo spolium illud inscriptum est, quod Pausanias ductor Græcorum de Medis hostibus Phœbo dicauit:

" Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε μήδων
" Παυσανίας φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. id est,
" *Græcorum ductor, Medos qui perdidit hostes*
" *Pausanias, Phœbo dedicat hoc spolium.*

Protinus aërias Phæacum.] *à Leucate monte Buthrotum quò iam peruenerant, parum distare indicium facit cùm ait protinus:* Abscondimus arces.] *subitò: ita enim a suis uenit, ut quæ à longè uidentur turres, atq; urbiū arces, quanto propiùs accedis, tantò minùs apparent, quasi fugere, ac sese abscondere uideantur. hactenus per-*

uenerūt doctissimi uiri, ego uerò aliter sentio, & abscondimus, præterimus interpretor. ita enim usuuenit, ut quæ nauigādo prætermittimus abscondi, atq; euanescere uideantur. Lucanus in tertio: A

" ——*tectumq; cacumen*
" *Nubibus, & dubios cernit uanescere montes.*

Portuq; subimus Chaonio.] *portum Buthroti intelligit: quem idcirco Chaoniū appellat, quia Buthrotū ciuitas est in prima parte Epiri, quæ olim Chaonia dicta est à Chaone Heleni fratre* Et celsam Buthroti ascendimus urbem.] *Vrbem Buthroti, figura est, pro urbem Buthrotum siue Buthrotū, hodie Buthintrò nauta appellant. animaduertendum tamen est, Buthrotum non esse Corcyram, ut falsò plurimi existimant: quia ea loca non uiderunt: nam Corcyra insula est, Buthrotum uerò in continenti positum, uerùm quia Buthrotum Corcyræ, quam hodie Curphu uocant, è regione positum est non longo admodum interuallo, factum est, ut multi in hunc errorem inciderint, ut idem esse crederent.* B

LVSTRAMVRQVE.] *expiamur*, ἐκκαθαιρόμεθα. *Alioqui circumuenire est, ambire, peragrare. ut, Iupiter quinquies orbem lustrauit Nonnunquā cognoscere: Præsens oculis omnia lustrat. Commissa publica, & prodigia, ludis & alijs cæremonijs procurari, consuetudo prisca tenebat, quibus expiari credebantur. Piaculum admissum fuisse in Strophadibus, aduersus Iouis canes, constabat: quare Ioui hic, non Apollini expiantur, qui solus placandus fuit.* Incendimus.] *Rursum uota soluit, & Ioui religiosè sacrificat pius princeps.* Actiaq;.] *Actium situm est in faucibus sinus Ambracij, celeberrimi inter omnes Europæos sinus. Promontorium est excelsum in mare incumbens, cum eiusdem nominis urbe, non solùm Apollinis fano celebri, sed etiam Augusti Cæsaris triumpho decantata: à quo etiam colonia eò deducta fuit, ob uictoriam omnium clarissimam de Antonio & Cleopatra. Vbi haud procul ab Actio urbem Nicopolim liberam, teste Plinio, condidit, quam à uictoria sua ita nuncupauit, ut eius memoria apud omnem posteritatem celebraretur. Ludos ibi instituit* πεντετηρικὸν, *hoc est, quinquennalem, ad imitationem certaminum Olympicorum fortasse.* C *Ampliauit ibi & Apollinis sacellum, quòd hic nauigantibus procul è fluctibus apparuisset. Locum quoq; in quo eo bello castrametatus fuerat, Neptuno ac Marti dedicauit. Chrestomathiæ author* τὰ ἄκτια, *inquit*, πεντετηρικὸς ἀγὼν ἦν ἐν νικοπόλει. ἐνταῦθα ὁ αὔγουστος ἀντώνιον καταναυμαχήσας περὶ τὸ ἄκτιον, τὴν δὲ πόλιν ἐκτίσατο νικόπολιν, καὶ περὶ τὸ ἄκτιον τὰ ἄκτια ἀγῶνα ἐποίησεν. *Itaque ab Actio, ipsa certamina quinquennalia Actia, seu Actiaca dicta fuêre.* ἄκτιον, *inquit Suidas*, ἀγὼν πενταετὴς, ὃς Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ τῶν ἀγώνων ἄδηλον ποιεῖ. *Hæc autem regio ita sita est, ut circum Ambracium sinum Amphilochi habitent. Acarnanes ad ortum in mare usque excurrunt. Ad occasum Nicopolis est, Augusti monumentum, & Cassiopei gentem terminant. In interiori porrò sinus recessu Ambracia ciuitas est. Chrestomathiæ scriptor, ex Strabone Ampraciam nuncupat. Ab hac sinui nomen datum est, XXV. stad. à*

LAMB. Hor.

A stad. à littore remota. Hanc Pyrrhus Epirotarum rex nobilitauit, usus ea pro regia. Condidit Ambraciam Gorges Cypseli filius. Caeterùm per id tempus, quo Aeneas in has oras appulit, hic Ambrax Dexameni filius, Herculis nepos, imperabat. Itaque, ut dixi, Acarnanes Ambraciotis orientales sunt. Hi ab Aetolia Acheloo amne dirimuntur. Acarnaniam claudit à meridie Leucates promontorium, & littus Leucadium, quod Leucada hinc quis ad meridiem obtuetur. Actiaq.] ἀκτὴ, αἰγιαλὸς, littus, παραθαλάσσιος. propriè uerò ὑπὸ θαλάσσης τῆς μοίρας τῆς ἀκτῆς. unde lapis Actites dictus est. Itaque quoque aliquando Atticam appellarunt: uel ab Actaeone rege, ut quidam arbitrantur: uel, quòd bona eius regionis pars littoralis sit. Iliacis.] celebramus Actium ludis Troianis. Adulatur Poëta Augusto principi ut ludos ab eo postea institutos, ad uetustiorem multò originem referat. Actiacam pugnam diligentissimè descripsêre Velleius Paterculus, Orosius, & Propertius lib 4. Exercent.] Refert luctandi certamen, quod in magna gloria & celebritate iis temporibus in Graecorum sacris certaminibus erat, & tum ab Augusto in iis locis institutum fuit, ad suam

B origInem. Quare non omnino malè quidam hic legunt, Loctamorq; tour. Luctaturi de palma, nudi palaestritae corporae perungebantur, quod ex oleo caeno permisto fiebat: cui si sudor accederet, γλοιὸν appellabant Atticismi affectatores: ἀπὸ τῆς κόνεως, ea, puluere. Palaestras.] luctas. πάλη, lucta. παλαιστὴς, luctator. Palaestra ὅπου οἱ παῖδες ἀλείφονται: locus, in quo adolescentes unguntur ad luctam. & pro ipso gymnasio usurpatur. παλαιστικὴ, ἀγωνιστικὴ. παλαιστὴ, exitamù, ἃ ἐν πάλῃ. Iuuat.] Publici gaudij rationem reddit. quòd per medias propè hostiùm urbes huc usq; penetrassent. Interea magnum] Nouam ingressurus narrationem, priusquã ex Ambracia discedat, chronographiam temporis brumalis praemittit. Hac autem haud perinde delectandi gratia uidetur dilatare narrationem historicam, atque ut euidenter ostendat, nullam anni partem, quamuis asperam, ocio à se consumptam fuisse. Magnum.] Solarem dicit, qui duodecim mensibus orbem suum emetitur, & 12. signa Zodiaca lustrat, 300 sexaginta quinque diebus, & quadrante diei. Paruus annus Lunaris est, quod id spacij Luna qua est celeritate, 30 diebus, quibusdam: sed reuera,

C 27. & octo iis horis, permeat. Sed de anni utriusque ratione hic multis uerbis disputare non est consilium.

Aquilonibus.] Duas potissimùm ob causas uidetur hoc anni tempus tam accuratè expressum: & quòd per coeli inclementiam nullum nauigandi tempus praetermitteret: & quòd uentus inuitaret ad nauigandum. Aere cauo.] A materia & forma descriptio clypei. Aeneas appulsus sui monumentum hic relicturus, clypeum hostibus detractum, cum epigrammate arbori suffigit. Ferunt hunc Abantem cum Androgeo in expugnatione Ilij caesum. Sunt qui existiment, Abantem Troianum nobilem: comitem Aeneae, id clypei hosti detractum gestasse. Abantis.] Memorant Abantem quendam Argiuorum regem fuisse, Lyncei & Hypermnestrae filium, hominem belli artibus clarum ingenijq; acerrimi. Fuit autem hic pater Proeti & Acrisij, aui Persei: à quo deinceps Argiuorum reges Abantiadae dicti fuerunt. Regnarat hic 22. annos. Proditur alius Abas Neptuni filius, qui regnauit in Euboea: à quo Euboei Abantes nomen inuenêre: & Κλαυρίς, ἄβ, ἄβαντος. Et Abantia, urbe Epiri. Abas, urbe Phocidis: ut Amphissa. Homerum Abantum ducem facere Elpenorem, nemo ferè est qui ignoret. Hunc multi Elephenorem nominant, de quo hanc historiam referunt Graeci. Ἐλεφήνωρ ὁ χαλκώδοντ@ παῖς καὶ μελανίππης, ἅσαντα τὸν ἑαυτοῦ πάππον, οὐ κατὰ γνώμην, ἰδὼν ἀγγελῶς χρυσογόμφον πρὸς οἰκίαν, ἀράς ῥάβδον ἐπὶ αὐτὸν ἐλαύνων, ἀπέκτεινε τὸν πάππον αὐτοῦ ἄκων, καὶ διὰ τοῦτο φυγὰς ἦν. ἐπεὶ δὲ τοῦ ἐπὶ Τροίαν στρατείας, ἦλθε, καὶ ἴσχυε τῶν πατρίδ@ αὐτοῦ οἰκείας, ὅτε τὸ ἐκεῖνον, καὶ ἐπὶ νίκην, συνηκολούθει τὸν πατέρα. ὁ γὰρ ἦν ἔχειν αὐτοῦ δὲ τὸν φόνον, ἀπελθὼν τῆς πατρίδ@. ὅτε γοῦν συγκαλούμεν@ τὸν στρατὸν, καὶ αὐτὸς συστρατεύει καὶ ἰσχὺν ἐν τῇ Τροίᾳ ἀποφαίνει ὑπὸ ἀγήνορ@. μετὰ δὲ τὴν Τροίας ἅλωσιν, ἀλλὰ πρὸς ἑσπέραν καὶ κατέπλευσε ἐκεῖ, πολλοῖς μετανοήσαντες εἰς ἁμαρτίαν. ὅσοι γὰρ ἐφασσοντο αὐτὸν τὴν ἐπιδημίαν μετανάστασιν καὶ φυγὴν ἀπὸ τῶν τόπων ἐκείνων. Traditur alius Abas sophista, qui historica commentaria, & de arte libros scriptos reliquit. Sed de his plura in primo dicta sunt. Aduersis] aduersum postibus: uel simpliciter. Carmine.] epigrammate monumentum inscribo: ne Graeci nescij essent, lecto carmine, reliquias Troianorum superesse, à quibus ea spolia illic fixa essent. Arma.] detraxit: defectio. Transtris.] Transtra propriè sunt in nauibus tabulae, in quibus remiges sedent, quae & iuga dicuntur. Sunt & tigna in parietibus domorum transuersim immissa. Verrunt.] Metaphora à scopis ducta ad remos, per similitudinem: Expolitio. Antequam ex Ambracia soluamus, operaepretium duxi illud auctuarij uice adijcere, de Acarnanibus, quos Ambraciotas scripsi orientales esse: gentem eam cùm alijs claris rebus, tum autem maximè Aetolico bello, quod ipsis fecit Scopas Aetolorum Praetor, nobilitatam fuisse. Eo bello Acarnanes delectu habito, à 25. anno usque ad sexagesimum coniurarunt, ex eo bello non nisi uictores se reuersuros. Qui uictus acie effugisset, eum nemo urbe, tecto, mensa aut lare iuuaret: uxoribus ac liberis in proximam Epiri oram ablegatis. Epirotae publicè obtestantur, ut quicunque suorum praelio occubuissent, in unum coaceruatos humarent, tumuloq; inscriberent: HIC SITI SVNT ACARNANES, QVI ADVERSVS VIM ET INIVRIAM AETOLORVM PRO PATRIA PVGNANTES OCCVBVERVNT. Ita animis ad bellum deuotis, ad Philippum mittunt, qui nunciarent, in quo discrimine Acarnanum res essent. Ille sociorum nuncijs excitus, Pharma iji rapto, omnem uim bellicam in Aetolos conuertit. Aetoli fama appropinquantis regis & Acarnanum coniuratione moti, nulla re memorabili gesta, retrò abierunt. Protinus.] Mela, in descriptione huius orae uersans, in Epiro, inquit, nihil Ambracio sinu nobilius est. Facit sinus, qui angustis faucibus, quae minus mille passibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes, quae assident, Actium, Argi Amphilochij, Ambracia. Aeacidarum regna, Pyrrhiq;. Butrotum ultrà est. Hactenus Mela. Phaeacia contra Thesprotiam, cuius oppidum maritimum Butrotum est, ad meridiem ita iacet porrectam arcum, ut ab ortu Leucimna promontorium, Thiamidi Thesprotidis: ab occasu uerò reflexa molliter in septentrionem, Acroceraunia & Chaonias aspiciat. Ipsum porrò pelagus ad ortum aestiuo, ad occasum in angustias coarctatur. Corcyra postea dicta fuit. Homerus eam nonnunquam Scheriam appellat: Callimachus Drepanen. Stephanus utroque nomine initiò uocatam

testatur: Phaeaciam, à Phaeace Neptuni & Cercyræ filio: quamobrem & Cercyram dictam, hodie Corphu *nominãt. Suidas: κέρκυρα, inquit, τὸ νῦν λεγομένη, φαιακία πρότερον ἐκαλεῖτο, χώρα φαιάκων. Proximi his sunt in aduersa continenti, Pyræ, Liburni, & Istria. quare Illyricis à Geographis adscribitur. Aëreas arces uidetur ob id appellare, uel quòd insula meridiem aspiciat, & australior sit: uel propter regiam Alcinoi magnificentiorem: uel ob duas arces, quæ in duobus montibus erant, inter quos in planicie media urbs sita fuit. Hanc insulam nobilitauit Homerus memorati regis hospitio, & Vlyssis huc appulsu: ad cuius mensam Poëta hunc, fabulosam nauigationis suæ historiam ac deridiculas fabulas, prodigiosaq́ mendacia, fretum barbarorum stupiditate, commemorantem facit. Harum amplissima descriptio extat Odyssea* 6. *Hinc in prouerbium abijt, Alcinoi apologus.*

Epiri.] *Epirum diuidit ab Ambraciotis Acheron fluuius, qui è Pindo oriens, ad Nicopolim mare ingreditur. Ad Boream incipit ab Acroceraunijs montibus: respicitq́ ibi à tergo Castiopæos: ad ortum clauditur sinu Ambracio, ut dixi, & amne Acheronte: occidentales illis sunt Thesprotæ: à meridie abluitur mari Ionio. Inter quatuordecim gentes Epiri, quas recenset Theopompus, clarissimi fuerunt Chaones, Tribelli & Molossi: nam* A *hinc Epirus incipit. Hic ad Acherontem amnem Alexander Molossus perijt, deceptus oraculo Dodonæo, quo Pandosiam & Acherontem custodire iubebatur. In Chaonia Iouis Dodonæi templum erat, opibus & oraculo toto Orbe celebre: de quo postea suo loco sumus dicturi. Græci ἤπειρον exponunt χέρσον γῆν, continentem terram, οἷον ἄπειρόν τι ὄν. ἤπειρος δὲ λέγεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἡ γῆ, καταχρηστικῶς· κυρίως δὲ, ἡ ὡς ἐπὶ πέραν θαλάσσης. ὡς θουκυδίδης, ἤπειρον ὡς ἄπειρον θάλασσαν ποιῶν. Paulus Aemylius deuicta Macedonia, in Epiro* 70. *oppida excidit. Vnde apparet, quàm opulenta ea regio quondam fuerit. Hæc Epirus, Pyrrhi regis uirtute & armis aduersus Romanos nobilitata est. In Epiro Buthrotum, sed ulterius est.* Chaonia.] *Chaones & Thesproti Epiri populi, iuxta Acroceraunia habitant, quæ dorso ab ortum occasum longissimè porrecto ad septentrionem, eam regionem terminant. Ibi Tomarus mons cernitur, ad cuius radices centum fontes celebrantur à Theopompo.* Buthroti.] *Hodie* Buttinto *nuncupatur, & in exteriori sinus recessu sita est. Hanc Plinius coloniam uocat. Huc maximè Heleni causa Poëta Aeneam mittit.* B *Butrotum, cenosum sonat.*

ARGVMENTVM.

Appulsi Buthrotum Troiani accipiunt Helenum olim Græcorum captiuum, nunc Græcarum vrbium regem esse, & Andromacha, quæ Hectoris quondam fuerat, vxore potiri: hac fama impulsus Aeneas è portu egreditur, vt rem cognoscat: qui, cùm ad vrbem accederet, Andromachen fortè offendit in luco iuxta fictum Simoenta fluuium Troianum, quæ manibus Hectoris coniugis, & gnati Astyanactis parentabat: quæ viso Aenea, exterrita est, & in terram exanimata cecidit.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum, Graias regnare per urbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum:
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroq; incensum pectus amore.
Compellare uirum, & casus cognoscere tantos,
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solenneis tum fortè dapes, & tristia dona
Ante urbem in luco, falsi Simoëntis ad undam,
Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat
Hectoreũ ad tumulũ, uiridi quẽ cespite inanem,
Et geminas, causam † lacrymis sacrauerat aras.
Vt me conspexit uenientem, & Troia circum
Arma amens uidit, magnis exterrita monstris,
Diriguit, uisu in medio calor ossa reliquit.
Labitur, & longo uix tandem tempore fatur:

† al. lacrymans

NASC. Hic incredibilis rerum fama.] *non enim uerisimile uidebatur, hominẽ Troianum, ductum à Græcis captiuũ, ipsis Græcis imperare: hinc igitur mira αὔξησις colligi potest ex circumstantiarum uarietate, sed in primis à persona: cuius uaria fortuna rem ab omni uerisimilitudine alienã facit: nam Helenus Troianus, Priami regis filius, & frater Paridis, qui Helenam abduxit, uictus inter hostes uictores regnat: nec uni tantùm urbi, sed pluribus imperat & Pyrrho superbissi. Græcorum regis, cuius olim ipse captiuus fuerat, coniugio, & sceptro potitur: ergo magnum est Helenum regnare, maius inter hostes regnare: maximum coniugio, & imperio hostis potiri.* Cõiugio Aeacidæ Pyrrhi.] *id est, Andromacha: quæ abducta Pyrrho cessit. Nam cùm ipse Hermionem Orestis uxorem deperiret, ut ea potiretur, Andromachen reliquit, & Heleno tradidit, cumq́ ab Oreste occisus fuisset Pyrrhus, regno, & uxore Pyrrhi, hoc est, Andromacha potitus est Helenus Priami filius, atq; Hectoris frater, ideo ait:*

——patrio Andromachen iterum cessisse marito. C

Hanc historiam paulò infrà narrabit Andromache.

Obstupui.] *quæ nõ erant credibilia. Sed præter hominum opinionem.* Solennes tum fortè dapes.] C *ex hoc facto Andromaches occulta laus emergit à pietate, & amore cõiugali: quæ etsi nuptias repetiuerat, tamen pietatis, officij sui erga priorem maritum non obliuiscebatur: sed sacrificijs solennibus inani sepulchro illius manes conciliabat.*

Tristia dona.] *quia mortuis fiebant: unde* μετονομασία *ab effectu tristia quoq; dici possunt, quia Andromachen tristem reddebant, hoc est, ex recordatione coniugis, & nati mœstam.* Falsi Simoëntis.] *quem falso nomine Simoënta appellabãt.* Viridi quẽ cespite inanẽ] *Andreas Alciatus multi quidem studij, sed exigui omnino iudicij homo pareg. libro* 10. *capite* 12. *Virgilium de simplici cenotaphio, id est, inani tumulo sensisse negat, citatq́ Dionysium Halic. cuius auctoritas ad hanc rem minimè facit: quasi uerò difficilè sit noscere quid sibi Virgilius*

A lurt uelle, & res per se ipsa non loquatur: non enim nisi inanis, & fictitius existere tumulus poterat, cùm ibi neq; Hector, neq; Astyanax sepultus esset, quod etsi monumentum appellari conueniat propter mortuorum memoriam, unde subdit: Causam lacrymis.] quoque tamen nomine illud appellaueris, cenotaphium erit. id est, inanis tumulus.

Geminas sacrauerat aras.] unam marito, alteram filio, quòd uerò sacrauerat, ait, locum religiosum fuisse indicatum satis: nec aliter intelligi potest, quia luci mentionem fecit:

Ante urbem in luco falsi Simoëntis ad undam.

Magnis exterrita monstris.] non quòd magna essent, sed quod illi magna uidebantur. Diriguit, uisu in medio.] timoris effectus expressiùs significari non poterat: nam qui subito timore corripitur, primùm stupet, deinde, sanguine ad interiora corporis recepto, frigescit: ergo diriguit, obstupuit, seu uiribus destituta est, ita quoque Corn. Gallus:

» Dirigui, quantusq; fuit calor, ossa reliquit.

Sed illud in primis obseruandum est, quemadmodum duritie huius uerbi diriguit, nouã aspectus, horridamq; Andromaches faciem Poëta significarit: & hiatu, qui in tertio pede fit, sedationem quoque uocis, quam facere oportet, in quarto pede, quasi singultu prius facto deficientem notaueris: illud quoque mirabile est, atque obseruatione dignissimum, quod quatuor dactylis, spondeo uerò nullo, nisi uno usus est: tanto enim uelocior dactylus spondeo, quanto plura sunt tria duobus: quamobrem cursus carminis Andromachen languentem, in terramq; decurrentem expressit: durities autem uerbi, uocis hiatus, sedatio spiritus, dactylorum celeritas totam ipsam rem oculis ita subijcit, ut cerni potius uideatur, quàm audiri. Labitur, & longo uix tandem tempore fatur.] diuinitus tarditatem rei dura uerborum collocatione, insigni more spondei, & carminis dissolutione post tertium pedem exposuit.

LAMB. Hort. Hic.] Attentio à re noua & incredibili, quam est narraturus. Andromache è Thebis Lydiis Hectori nupserat. Quo ab Achille caeso, cum capta Troia duces spolia, praedam & captiuas mulieres inter se partirentur, illa Pyrrho Neoptolemo cessit. Quo ab Oreste percusso, Andromache Heleno uati nupsit. Sed quo casu id acciderit, mox C dicemus. Priamidem.] Priami filium. De Heleno & Cassandra aliàs sermo fuit. Gratias.] partem Epiri.

Aeacidae.] Aeaci nepotis: nam Aeaci existimatur Peleus: ex quo Achilles Pyrrhi pater prognatus fuit.

Sceptrisq;.] imperio: synecdoche. Patrio.] Troiano Heleno, cuius fratri Hectori antea nupta fuerat. Porrò autem de Heleno illud adscribere operaepretium est, quod in Graecorum monumentis proditum inuenio, quòd is suis uaticinijs Troiam prodiderit. Adscribam authoris Variae historiae uersus facetissimos:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Quorum uerborum hic est sensus: Helenus Priami filius uates, cùm ex lapide siderite euersionem Troiae obseruasset, solus Graecos adijt, indicauitq; uaticinia, ut tradit Orpheus. Porrò Euripides ostendit, eum id fecisse, quod Deiphobus frater germanus, sublato Paride è rebus humanis, Helenen duxisset. Ob cuius facti inuidiam, seu odium uerius, Graecos accessit. Sophocles author est, Vlyssem hunc cepisse. Itaque coactum inuitumq; excidium Troiae ita Graecis denunciasse. Classes] in portu de statione. Solennes.] anniuersarias. Occursas occasionem exponit. Parentabat Andromache mariti mortui Hectoris manibus ad cenotaphium, ex cespitibus uiridibus oggestum: huiusmodi Suetonius honorarium tumulum uocat. [illegible], inquit Suidas, [illegible]. Dapes.] Putant dici deorum apparatus in sacrificijs & funeralibus. Vsurpantur pro quibuslibet, sed nominatim magnificis conuiuijs. [illegible] Hinc [illegible]. Quae Latini ita imitantur, ut dapale, dapaticum & dapsile, pro magnifico, opiparo & sumptuoso usurpent.

Cineri.] Barbarorum, sed & in uniuersum omnium fermè gentilium ritum in cremandis corporibus humanis obserua. Manibus Hectoris litabat. Mos tum tenebat, ut ceu capsam in templis, ad repraesentandum mortuis officium, manem tumulum accumularent: ad quem, tanquam uerum sepulchrum, omnes ceremonias sepulchrales legitimè exequerentur. Martianus iureconsultus cenotaphium uult esse locum religiosum, alludens ad hunc locum Virgilij. Etenim aras sacrauerat, innuit Poëtam sensisse, sacrum ac religiosum fuisse locum: sed Poëta non de simplici cenotaphio uidetur loqui, sed de eo tumulo, ad quem duas aras dedicarat, ubi manes Hectoris euocabantur. Honorarium tumulum Latini uocant, ob beneuolentiam, & grati animi argumentum. Falsi.] ad simulachrum amnis in Troade. Hectoris sepulchrum erat in Ophrynio, edito colle Troadis, haud procul à Rhoetio, oppido deserto. Haud procul inde, uisebatur sepulchrum Aiacis. Mox Sigium, oppidulum desertum. Ac statim occurrebat sepulchrum Achillis, Patrocli, & Antilochi. Inde nauium statio, & castrorum locus. Hinc suscipiebant Simoëntis & Scamandri ostia, paludes & os, stagnum appellatum. Et quia modico spatio in solo patria sepulchrum Hectoris à Simoënte distabat, Andromache in Chaonia facitoi loci contemplata, cenotaphium marito, pari ab amne spacio extra Butrotum erexerat. Quare Poëta falsum Simoënta eum uocat, hoc est fictitium, à uero illo denominatum. Aeneas Ambraciae oram praeteruectus, studio Butrotum, rerum Heleni ignarus, petit. Causa itineris huius fuit oraculum Dodonae. Itaque portum hunc assequutus, biduo itinere cum robore iuuenum peruenit Dodonam. Hoc in loco Helenum offendisse dicitur: apud quem humaniter exceptus fuit. Hic consulto oraculo, ut ipse paulò pòst etiam refert, sacratis deo donis magnificis, ad Ionium reuersus, coeptum cursum peregit. Sed quo casu, in quas terras tradunt rerum diligentes scriptores Aeneam delatum fuisse, circa calcem huius libri ex Graecorum monumentis attexemus. Luco.] A' loco. sunt autem luci religiosi, aut deo alicui, aut umbris mortuorum consecrati. Manesq;.] Inuocabat manes Hectoris ad libamina, & inferiarum dapes. Viridi.] A' materia & usu: ut ibi maritum desleret. Et arae erectae stabant manibus, ad cenotaphium [illegible], [illegible], [illegible]

Lacrymabant. His in parentalibus libamina inferebantur. Causam]*Appositio.* Geminas.]*Hectori, & filio Astyanacti. Pathetice. Aeneas narrat congressum suum cum Andromache. In quo illud obseruandum est, quàm graphicè mulieris imaginem, rei subitæ & insperatæ facie exterritæ depingat, ut præ gaudio exanimetur.* Vt me conspexit.]*Causam amentiæ prænarrat grauiter, occursum uidelicet suum, quem à signis maximè præsentibus circumscribit agnitum. Etenim ex armorum Troianorum facie suos ciues agnoscit.* A

Amens uidit.] *subito stupore correpta, ut mente officio suo destitueretur.* Monstris.]*Monstri simile erat, Troianos, & in primis Aeneam in Epirum descendisse.*

Visu.]*Periphrasis stuporis, ab accidentibus.*

Vix tandem tempore fatur.]*Difficultatem in loquendo, ubi ad se redierit, ostendit: ut non tàm muliebrem animum, quàm adhuc stupore peregrinantem mentem agnoscas.*

ARGVMENTVM.

Exterrita Andromacha subito atque improuiso Aeneæ aduentu, cùm iam animum recepisset, adhuc præ nimia admiratione ipsum interrogat, an sit Aeneas, an verò illius iam mortui simulachrum. Aeneas verbis illi timorem leuit, atque omni cum asseueratione se viuum esse confirmat: quam vbi videt satis animo valere, de omni vitæ suæ statu ipsam interrogat.

NASC.

Verane te facies, uerus mihi nuncius adfers
Nate dea? uiuisne? aut si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit lacrymasque effudit, & omnē
Impleuit clamore locum: uix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus uocibus hisco.
Viuo equidē, uitamque extrema per omnia duco.
Ne dubita: nam uera uides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit, aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache, Pyrrhin' cōnubia seruas?
Deiecit uultum, & demissa uoce loquuta est:

Vera'ne te facies.] *à dubitatione auspicatur, id est, ἀπὸ τῆς ἀπορίας, propter admirationem: quàm ea ingentem fuisse, eiusdem sententiæ frequens repetitio indicium facit. utitur autem diuisione bipartita: cuius prima pars dubitationem. altera uerò doloris significationem habet: aut uiuis, inquit, aut mortuus: si uiuis, quis casus, aut fortuna te huc appulit? sin iam fato concesseris, ubi'nam locorum Hectorem reliquisti? itaque maior in Andromache dolor excitatur, quod cùm amicum, & affinem coniugis uideat, coniugem ipsum non uidet: unde occulta Andromaches laus elicitur ex ingenti erga coniugem suum amore, & charitate, id quod re ipsa quoque demonstrat: nam prolato Hectoris nomine illicò exiluit in lacrymas.*

Et raris turbatus uocibus hisco.] *τὸ ἀπόρημα lacrymatur Andromacha. Aeneas uerò turbatur, non lacrymas fundit: & quoniam qui dolore premuntur, difficilè loqui possunt, egregiè dolentis personæ affectum expressit, cùm ait, raris uocibus.* Viuo equidem.] *Aeneas eodem ordine respondet, quo fuerat interrogatus: & Andromachen omni suæ mortis dubitatione, suspicioneque liberat.* Vitamque extrema.] *mouet commiserationem per locum communem ex sua calamitate: quasi dixerit: ego quidem uiuo, sed uita mihi acerba est.* Ne dubita.] *Andromaches animum confirmat, omnemque ex ea timorē, suspicionémque tollit.* Heu quis te casus.] *quoniam Hectoris ab Andromache non absque lacrymis mentio facta fuerat, illius Aeneas calamitatis misertus, illius quoque uitæ conditionem deplorat: unde fit, ut ab ea de omni illius uitæ statu adamussim intelligat, minus signo doloris, bene ad maiorē excitandam à cōmutatione fortunæ illius cōmiserationem, non absque ingenti Hectoris commendatione.*

Hectoris Andromache, Pyrrhin' cōnubia seruas?]*hæc tria nomina emphasim habent: sed illa duo cum laude extollenda, Hectoris, Andromache: Pyrrhe uerò nomen cum turpitudine deprimendum est: tanquam uirtute, atque genere longe inferior fuerit Hectore, nec satis dignus qui tam nobili fœmina, tantique uiri uxore potiretur: uel quia Priami ipse cædi fecit, cuius filius est; qui Hectorem necauit.* Deiecit uultum.]*uictia pudore uultū demisit: quasi tacitè peccatum fateatur suum, suique cōsilij pœniteat: quod hosti obnoxia fuerit, cùm eas nuptias morte euitare potuisset: ideoque summo cum dolore prosequitur.* B

Vera'ne te.] *Arguit hoc ipsum tautologia uerborum, quibus non gratulatur illum quidem aduenisse, id quod primum erat: sed stupens admiratione nouæ rei, uerba amentiæ plena effundit.* Lux alma.]*Periphrasis: An mortuus es? Persuasum enim uulgo est, mortuorū umbras suis se obuias offerre, idque ob non ritè præstita iusta funebria, & alias causas superstitiosas.* Hector]*Et hoc amentia plenum est, arbitrari umbram hominis, quem præsentem uidebat. Solet autem fermè fieri, ut de eo primùm percontemur, quem efflictim amamus: Et amans sibi somnia fingit.* Impleuit.] *Hyperbole. Decorum seruat Poëta: nam Hectoris iniecta mentione, illicò prorumpit in lacrymas, & finem percontandi facit. Dolor & ægritudo,* C *ex iniecta mentione recrudescens, prolixiorem interrogationem non patitur.* Hisco.] *Pium affectum & humanum ostendit, quippe qui etiam lacrymis suorum & moueatur & turbetur. Et auget turbationem, Hisco, & Raris uocibus: id est, uerbis paucis: ut oratio densa undique sit affectibus.* Viuo equidem.] *Respondet luculenter ad singula, citra uerborum ambages, ne obscuritas perturbata quàm ambiguitatem pariat: id quod in præsenti mens attonita & stupore amens postulat. Expolit euidenter eandem sententiam, ut omnia Andromachæ sint illustriora.* L. AMB. Hor.

Per omnia.] *pericula septem annorū sursum deorsum adita.* Vera uides.] *Respondet ad illud, quod rogarat:*

Veráne te facies, uerus mihi nuncius adfers?

Heu.] *A' pathetica exclamatione in exactam & præsentem fortunam, uicissim interrogando materiam suppeditat narrandi casus suos, & conditionem præsentem.*

Tanto.] *Emphasis tantam incomparabilem illum Hectorem uel multis uerbis satis uehere non potuit: ut hinc eorum*

A eorum fuit refricare uulnus nominis iteratione. Te digna.] Tanto uiro uiduata, digna fortuna summa.

Pyrrhin'.] Verecundè mollibus uerbis infoelicē sortem mitigat. Cùm enim forte Pyrrho in seruitutē cessisset, perinde ut Cassandra Agamemnoni, & alia alijs, non sciscitatur, num Pyrrhi adhuc seruiat, sed an in illius coniugio perseueret, ne atrocitate uerborum animum mœrore & luctu tabidum amplius acerbet. Deiecit uultum.] Ab habitu: nam prioris conditionis recordatione erubuit: id quod signum est ingenui pudoris.

ARGVMENTVM.

Deplorat calamitatem suam Andromacha per comparationem Polixenæ, aliorumq; Troianorum, quibus peniit contigit sub mœnibus Troiæ: quorum mortem beatiorem esse memorat sua, aliarumq; matronarū vita, quibus sorte obtigit, vt Græcis seruirent: indeq; loquendi occasionem nacta, omnem vitæ suæ conditionem, ac fortunæ commutationem exponit.

NASC.

O' felix una ante alias Priameia uirgo,
Hostilem ad tumulū, Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa, diuersa per æquora uectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum,
Seruitio † enixæ tulimus: qui deinde sequutus
Ledæā Hermionē, Lacedæmoniosq; hymenæos,
Me famulā famuloq; Heleno transmisit habendā,
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes,
Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit,
Pergamaq;, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum uenti, quæ fata dedêre?
Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superátne, & uescitur aura?
Quem tibi iam Troia?
Ecquæ † tum puero est † amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam uirtutem, animosq; uiriles,
Et pater Aeneas & auunculus excitat Hector?

† al. enixè
† al. nam iam
† al. amissi

O' fœlix una ante alias.] exclamatio est ex interno animi dolore prouenies, qualis illa est Aeneæ ex primo Aeneid.

—ô terq; quaterq; beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Quintilianus lib. 8. cap. 3. inter exaggerationes hunc locum repont, quibus grauem interdum rem efficimus, si magnis malis grauius id esse, quod perpessi sumus, ostenditur. Quàm enim miser casus Andromaches, si comparatur illi Pollixena ad hostilem Achillis tumulum ui mori coacta? locus iste ex Troadibus Euripidis desumptus est, ubi Andromacha calamitatem suam itidem deplorat per comparationem Pollixenæ: sed locupletior omnino fuit interpres, atque imitator Maro. sic ait Euripides:

—ταυτὸν πάσχω δ' ἐγὼ
ποῖ Ἑλλάδ' αἰχμάλωτος εἰς δοῦλον ζυγόν
ἄρ' οὐ Πολυξένης τῆς ὀλωλυίας ἔχεις
κακόν γ' ἔλαττον, ἣν σὺ καταστένεις.

Id est ad uerbum:

—nam uehar ego
In Græciam captiua asperam ad seruitutem.
An non minora meis habet mala
Pollixenæ mors, quam tu defles?

Priameia uirgo.] ex uarijs circumstantijs cōmiserationem mouet: à genere, à sexu, ab ætate, à loco: quod filia regis, quod uirgo est, quod hostilem ad tumulum mactatur. huic non dissimilis est locus ille ex 2. Aen.

Ecce trahebatur passis Priameia uirgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina: nam teneras arcebant uincula palmas.

Troiæ sub mœnib. altis.] exaggerat cōmiserationem à loco. Quę sortitus nō pertulit ullos.] τὸ ἄτιον est felicitatis Pollyxenæ: quia iugum seruitutis non subiuit, nec hosti pudicitiam suam ui deflorandam tradidit. si fœmina ab huiusmodi incōmodo aliena felices putandæ sunt, ipsa igitur misera est, quæ & seruituti obnoxia est, & Pyrrhi uictoris studio obsequuta: nam cōtrariorum contraria sunt consequētia. sed hoc minimum obseruatione dignū est, quod ait:

—quæ sortitus nō pertulit ullos: id est, quæ uictori per sortē non cessit: erat enim moris in antiqua Græcorum militia, ut ràpta in bello omnia quidem mares, qui per ætatem arma ferre possent, iure belli sæuirētur: cætera uerò directa in unum locū cōgerentur, uirū fœminæ, pueri, aurū, argentū, equi, arma, pretiosa uestis, & omne genus supellectilia: ipsi but rebus summo loco nati uiri proponebātur: qui prædam adseruarent, & sorte inter milites diuiderent. ut in 2. Aen. apud Maronē & apud Hom. Iliad. uidere est. Sed priusquàm ad sortē deueniretur, selectissima quæq; ijs, qui se optimè in bello gesserat, nō sorte, sed iudicio dabantur: ita regū regi Agamemnoni Cassandra Priami regis filia, fortissimo duci Pyrrho fortissimi Hectoris Andromache uxor cessit: astutissimus omnium Græcorū Vlysses prudentissimā omnium Troianarū Hecubam habuit: ea Græci munera ἐξαίρετα, Latini sorte excepta, interdum exortia uocant. de quibus Euripides in principio Troadum meminit

Ὅσαι δ' ἄκληροι Τρωάδων, ὑπὸ στέγαις
ταῖσδ' εἰσί, τοῖς πρώτοισιν ἐξῃρημέναι
στρατοῦ. Id est,

Quotquot uerò sorti nō sunt subiectæ ex Troianis, sub tectis
Hæc sunt principibus electæ
Exercitus. Et Virg. in 9. Aen.

—ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes
Excipiam sorti. Et alibi:
Ducunt exortem Aeneæ.

Item in quinto Aeneid. —exortem ducere honorem. quòd uerò Andromache sortitus se pertulisse innuit, cùm se infeliciorē Polyxena prædicet: quæ nullos pertulit sortitus, non ob id dictum uideri debet, quòd ea conditione fuerit

Andro-

Andromache, ut per sortem uictori contingere deberet: sed ad hunc modū à Poeta summo artificio illa inducitur loquens, uel ut maiorem cōmiserationis affectum moueat, uel quasi militaris consuetudinis ignara esset: quæ ignorantia fœminæ præsertim, summæ laudi ducitur. Nec uictoris heri.] quemadmodū in argumentationibus fieri solet, ut quæ firmissima sunt, postremis in locis collocitur, ita hoc in loco quā maximè premebatur causa, nouissimē posuit: occultè enim purgat se de uiolata castitate, cùm ait captiuarum quæ in huiusmodi miserias cadunt fœminæ, quæcunq; illæ fuerint, uictorum cupiditatibus inseruire coguntur.

Nos patria incensa,] altera pars cōparationis est, quæ sua q; quæ Polyxenæ euenerunt, infortunijs opponit, unde ingentem mouet conquestionem per locum commiserationem ex aduersa sibi fortuna, & ex magnitudine eorum, quos perpessa fuerant, laborum, atque calamitatum.

Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum] utrunq; deturpat à superbia, patrem Achillem, & Pyrrhum filiū quod etiam ad sui excusationem plurimum ualet: nam hosti uictori haud facilè resisti potest, tanto minus si fastu agitetur: quidam calamo exarati codices fastū unitatis numero legūt, ut etiam Pyerius admonuit, uerum tamen si fastus numero multitudinis legatur, nescio quid calamitosius, & ad illam excusandam efficacius significari uidebitur. Seruitio enixæ.] enixæ siue aduerbium sit, siue participium, utroq; modo rectè procedit. hoc enim ait, se, aliasq; matronas magna cum animi molestia, uel summo, ac propè intolerabili labore Pyrrhi superbiam in seruitute pertulisse. Tulimus.] numerus pudorem excusat: nam si sola fuisset, minus excusationis factum habere uideretur: casus tamē illam excusaret. Qui deinde secutus Ledæam Hermionem] hæc omnia ferè describuntur ab Euripide in principio Andromaches.

Lacedæmoniosq; Hymenæos.] ... nec sine felle, perinde ac si diceret, infelices propter Paridē, & Deiphobum: qui Helenam duxerant. Transmisit.] transtulit. uerbum iuris: unde transmittere hæreditatem, iureconsultis pro transferre, & relegare. Plin. in epist. Sed hæc quoque hæreditas Afri (ut reliqua cum fratre quæsita) transmittenda erat filiæ fratris: hinc iterum purgat se à necessitate, quod herili uoluntate ad Helenū translata est.

At illum ereptæ.] factum ponit, & causam facti duplicem: quarum altera ex amoris, altera ex furoris impulsione nascitur: quamobrē utraq; defendi potest per concessionem: quem posteriores statum uenialem appellarunt.

Furijs agitatus Orestes.] ad illam amoris ægritudinem accedebat, quod propter occisam à se matrem furijs agitabatur, quod magis etiam ueniale est.

Excipit incautum.] exaggeratio criminis: ita quoque in primo Aeneid.

Clàm ferro incautum superat.

Patriasq; obtruncat ad aras.] exaggerat à loco, quod in templo, & ad aras nulla numinis habita ratione occiderit: atq; digladiantur inter se litterati homines, Seruius, Macrobius, Pyerius, item alij, qui in Virgilium commentaria ediderunt, quo sensu accipiendus sit Virgilianus hic locus. nam constat Achillem in tēplo Apollinis Thymbræi à Paride, Pyrrhum uerò itidem in templo quidem Apollinis, sed Delphis ab Oreste proditione Macareï sacerdotis fuisse occisum, quo modo igitur ad patrias aras? ego, ut Seruij uarias rationes, non penitus aspernandas, & Macrobij figmenta, meras; nugas missas faciam, arbitror ad patrias aras Pyrrhum ob eam ipsam rem dici A fuisse necatum, quia eodem modo, eodemq; fato (ut in primo libro Pausanias scriptum reliquit) id est, ad aras Apollinis utriq; necari contigit: id Euripides significare uidetur in Oreste, apud quem Apollo hunc in modum de Pyrrho loquitur:

... Id est,
Fatale Pyrrho est, Delphico gladio mori,
Pœnas Achillis patris ut pendat mihi.

Vnde colligi potest, Delphico gladio perire, de ijs dici posse, qui eodem fato, eodemq; uindice pereunt: non me præterit id alio transferri ...: sed hanc quoque sententiam in medium afferre uolui, ut docti uideant, an ipsam quoq; probari uelint. Sed tibi qui cursum uenti?] perorata suarum calamitatum, nec non uicissitudinis fortunæ suæ narratione, causam aduentus Troianorum exquirit non per simplicem interrogationem, qualis illa est ex primo Aeneid.

Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris?

Sed affectibus plenam. non enim Creusæ, quam satis iam concessisse innuit, & Hectoris, absq; lacrymas mentionem B facere poterat: quamobrem est quod tū Seruio magis adnumerationem probes, qui uenti? tam prosperi? quæ fata? tam feliciter? quis deus? tam nobis amicus? neq; ego eorum sententiæ subscribo, qui putant ijs in uerbis ... esse: id est, superuacaneam quandam absq; ui rerum orationem tanquam reliqua duo superuacua, atq; ociosa sint, illo excepto: qui cursum uenti. nam tria diuersa sunt, & diuersæ significantiæ, nec ullū ex illis ociosum est uerbū: si quidem nauigantes, nō solùm uento, sed etiam fato, ac dei alicuius studio quandoq; trahūtur: ideoq; præ singulari lætitia, qui ex improuiso, ac insperato Aeneæ aduentu repleuerat, tanta illam incessit admiratio, ut non solùm prosperitate uentorū, sed uel Aeneæ, uel suo quodā singulari fato, nec non diuina uoluntate factū putārit, ut ad eas Troiani regiones nauigauerint. Superdine?] noua locutio, quod uel Seruius admonet: ideo per ... subdit:

Et uescitur aura. Quem tibi iam Troia.] Hemistichium absq; sensu: quanquā non difficile est diuinare, quid Poeta senserit hoc uersu: qui procul dubiò absolutum quidem, sed Varij, & Tuccæ censura dimidium detractū fuisse credendū est, in antiquis quibusdam codi- C cibus uersus absolutus legitur, sed grauitate, candoreq; haud quaquam Virgiliano, in nonnullis ita completur:

Quem tibi iam Troia peperit fumante Creusa.

Sed hoc cum Poeta non conuenit: nam in secundo Aeneid. lectum est:

——sequiturq; patrem non passibus æquis.

In alijs uerò etiam uetustiss. eodem met sensu cum superiore absolutus perspicitur, hoc modo:

Quem tibi iam Troia obsessa est enixa Creusa.

Sed, ut iam dictum est, Virgiliana non quadrat historiæ: nam etsi Græci cum Troianis decem annos bellum gesserunt, nō tamen, nisi post nonum annum Ilium penitus obsessum est. Amissæ cura parentis?] quidam amissi legendum esse contendunt ob id, quia hæ uoces parens, & homo, etsi in communem sexū intelliguntur, tamen masculino genere semper dicuntur. Donatus tamen, & Seruius ueteres Maronis interpretes amissæ legūt, ipseq; in uetustissimis codicibus ita scriptum esse animaduerti: & de Creusa, patria intelligendum est: nec enim parens absolutè pro patria

A ttra inquam lectum est, sed sanctissima parens patria apud Cic. ad Att. unde ergo mortuam Creusam Andromache sciebat? sic occurri posse uidetur, in familiari sermone multa dici, quæ à rerum scriptoribus non enarrantur.

Ecquid in antiquam uirtutem.] frequens est, & consuetissima omnium ferè de pueris hæc quæstio, non tamen à grauitate matronæ aliena: solent enim in pueris semina quædam & simulachra auitæ, paternæq; uirtutis existere. quamobrem rectè quærit, numquid Ascanius uel patris, uel auunculi gloria excitetur: quod in puero aptissimum est signum, indicat enim, eum per similem fore maioribus suis, eorumq; facta præclara, cùm sibi per ætatem liceret, imitaturum.

LAMB. Hort. O FOELIX.] Ad singula responsura, omittit ea quæ notissima sunt: nempe quo casu exciderit à coniugio Hectoris, & quæ inde fortuna eam susceperit. Illud unum respondet, num adhuc uiris Pyrrhi sit, cui seruierat, quod honesta appellatione coniugium uocatum fuit ab Aenea. Itaq; orditur ab exclamatione: quam ducit à comparatione, quæ ex maioribus exaggeratur, cõiecturam relinquit de minoribus exaggerandis. Et enim eiùm ait, Foelix: collatione sui facit, & Polyxena. Inde argumentum à loco,

B Hostilem ad tumulum: quem cum suo exilio componit. Addit amplificationem, Mori in patria. Postremò, à modo, iussa mori: id quod minus acerbum, quàm mori non posse. Amplificatur id quoque, Occidi ab hoste pro patria, hostilem ad tumulũ. Priameia.] Polyxena. Anno exactò ab Hectoris interitu, cum Hecuba & filiæ inferias ad eius fortè tumulum, quem extra urbem Priamus erexerat, solemni ritu ferrent, accidit casu, ut cùm Achilles sum mænibus obequitaret, Polyxenam intuitus, forma caperetur, & oculos & animum ad uirginem totum adiiceret. Fuit autẽ Polyxena si Daretis credendum est, colore candido, procera statura, longo teretiq; collo, oculis uenustis, forma adeò scita & eleganti, ut omnes facilè fœminas, quæ tum essent, superaret. Achilles sermonem Phrygem sanguinis ad Hecubam mittit, qui uirginem ipsi in uxorem deposceret: pollicitus fore, ut ipse & Thessali fœderis ad Troianos deficerent: neq; dubium, quin illicò Troia obsidione liberaretur. Refert illa rem ad Priamum, probatq; consilium ut utile apprimè, secretò confestim exerci-

C tus abiret post nostram assensatẽ. Alioqui, non uideri cansam cuiquam iungendæ filiæ, integro adhuc & nondũ confecto bello. Res ultrò citroq; perlata, iam ipsum Achillem ab omni armorũ studio auerterat. Pugnatur interea rursum, & ab Achille interficitur Troilus, interficitur & Mestor. Hecubam recentem luctum propter filii mortem præcipitata, Achillem, qui temerè ad arma recurrerat, spe connubii in templum Apollinis Tymbræi ad colloquium trahit: ubi Paridi aliisq; ad insidias dispositis, ipsum incautum & eius comitem Antilochum trucidandos obiicit. Vrbe capta, Polyxena ad tumulum Achillis à Pyrrho Neoptolemo, omnium Græcorum consensu cæsa fuit. nam hic post patris cædem è Scyro accitus, ad Troiam uenerat. Ita refert Euripides in Hecuba. At Plautius Philostratus prodidit, Troia nondum excisa, Polyxenam urbe egressam solam, captam herois amore, ut ad eius tumulum mactaretur. Id quod illi acciderit ὁ δὲ φησὶν ὁ φιλόστρατος, μόνην τὴν πολυξένην φασὶν ἐξελθεῖν τῆς τροίας, ἔτι μὴ πορθουμένης, καὶ ἀποσφάξαι αὐτὴν ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ, πόθῳ τε καὶ τοῦ ἔρωτος, ... ὡς ἐξ ἐκείνου τοιαύτην ἁμαρτίαν τιμωρῶν,

Lycophronis enarrator eam historiam citat. Quare Euripides in Oreste de Pyrrho:

ἀλλ' ἔστι γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει,
θανεῖν δίκας ... πατρὸς ἐξαιτοῦντι μοι: id est,
Fatale Pyrrho est, Delphico gladio mori.
Pœnas Achillis patris ut pendat mihi.

O FOELIX.] Quoniam autem connubii Pyrrhi mentionem fecit Aeneas, occasionem sumit exclamandi in fœlicitatem Polyxenæ, quæ ab eodem Pyrrho occisa fuerat, iam Troia capta. Priameia.] Antonomasia. LAMB. Hort.

Hostilem.] Enumerat fœlicitatis causas: Ad tumulum: ad patriæ mœnia: iussa mori: in fortes non uenit: non maritum hostem uictorem sortita est: non captiua in ius alterius heri cessit. Nos patria.] A loco affectus. Est autem altera collationis pars, in qua opponit miserabilem suum casum alterius fœlicitati. Hanc ita exaggerat, ut quamuis minor est, maior tamen uideri possit. Aequora uectæ.] Rursum pathos à loco. quemadmodum & illud figuratum quidem, sed tenuius tamen, quod in prima persona numero abusus sit.

Stirpis Achilleæ fastus.] Pyrrhi: emphasis, cuius pater Achilles Hectorem & Troilum, fratres, & complures alios occiderit: filius ipse Pyrrhus patre crudelior, Politen, adeòq; Priamum ipsum ad aram Iouis Hercei trucidarit: filiam Polyxenam iugularit: huius fastum pertuli. Iuuenem.] Interpretatio. Neque uerò proprio indicat uocabulo, quem dicat: uel quòd res ipsa Aeneæ perspicua satis sit: uel quòd sine animi sui ægritudine, ipso eum nomine exprimere non ualeat.

Seruitio.] id est, in seruitute Molossum Pyrrho enixa. Ab hoc ipsa regio Molossidis nomen adepta fuit.

Enixa.] Enallage numeri. Pathos à conditione seruilis, indigna tanta heroina. Qui deinde.] Synæresis. Transitio ad historicam narrationem est, qua casu ex illius seruitute sit libera facta: & quo item pacto sublatus è rebus humanis sit Pyrrhus, ipsaque adeò potita sit Chaoniæ imperio. Ledæam.] Ledæ neptem, ex Helena & nupta Menelao. Ex Menelao fertur Helena solam Hermionem suscepisse: ex Paride uerò quatuor liberos, Bunicum, Corythum, Agauum, & Idæum. Duris author est ex Theseo, Iphigeniam edidisse. Cæterùm Pyrrhus ex Andromache, ut Hyginus refert, Amphialum procrearat, cùm eam Heleno traderet uxorem. iam enim amare cœperat Hermionem, Menelai ex Helena filiam. Hanc ubi audiuit Oresti datam, Lacedæmonem profectus, à Menelao sibi desponsam deposcit coniugem. Ille autem fidem seruare amico uolens, ab Oreste filiam abductam Pyrrho reddidit. Porrò Orestes indigna contumelia motus, Neoptolemum Delphis sacris operantem, interceptum obtruncat, & Hermionem repetit. Addunt illud quoque, Pyrrhi ossa postea per Epiri fines sparsa fuisse. Fuit & Hermione oppidum intra Isthmum, uicinum Trœzeni, ubi descensum facilem esse ad inferos prouerbio iactari solet, quòd ibi mortui absque naulo sepelirentur, quod per totam Græciam mortuis apponebatur. Lacedæmonios.] Expolitio, nuptias Hermiones.

Famulo.] paronomasia. Illum.] Persequitur rei exitum. Coniugis.] Hermiones. Scelerum.] raptus & iniuriæ. Furiis.] Allusit ad furorem hominis, quo post parricidium agitari cœpit: Hinc prouerbium, Oreste insanior, natum est. Fuit autem Orestes, ut fama est, prodigiosæ proceritatis: cuius ossa aliquãdo reperta, v. cubitorũ

fuisse memorantur [illegible]. Porrò de eius insania post cædem maternam, quidam ita scripsere: [illegible] *Atque hæc quidem refert Hellanicus Lesbius in primo rerum Aeolicarum* [illegible]*, ut paulò antè ostendi, ab agresti, montano, & fermo ingenio dictus fuit.* [illegible] *enim mons est. Hinc* [illegible]*. Et Oreste, regio Eubœæ.* [illegible] *Fuit alius Orestes, de quo Suid.* [illegible] *Vnde parœmiam natam dicit, Oresti penulam texere.* [illegible] Patriae.] *Pathos à loco: quòd opportunum cum insidijs, tum ad aras deorum nulla religione ictus trucidasset. Habeo authores, qui eum Delphis sacrificantem, insidijs exceptum ab illo produnt: non in Phthiotide, non in Thessalia, non Chaonia, aut Epiro. Et uerisimile non est, Delphos sub Pyrrho fuisse, cùm in Phocide procul ab Epiro essent: & Ouid. in decimo, Delphos præside caruisse canat. Ergo patrias uidetur dixisse, quòd pater consimili fato ad Apollinis aram in Troia ceciderit. Nisi fortasse Poëta uideatur innuere, eum ad aras illas cæsum, quas ipse patri struxerat, quem etiam religionè pro Deo colebat, haud sine uictimis.* Pars Heleno.] *Hoc pacto interfecto Pyrrho ab Oreste, eiusque fratribus post Tauricam expeditionem, reditumque Athenas, ut paulò antè ex Hellanico Lesbio retuli, in regnum hi successerũt. Etenim Pyrrhus moriens, iussit Andromachẽ Heleno dari, cum Molosside, quæ Chaoniæ pars est, ubi Iouis Dodonæi oraculum erat. nam Heleno et Cassandræ, quòd pacis studiosi authores reddendæ Helenæ semper fuissent, capta Troia, communi consensu libertas restituta fuerat, ut quidam tradunt.* Troiano.] *Ab etymo nomina. Fuit autem Chaon unus filiorũ Priami, teste Pausania & Boccatio. Apud Hyginum corruptè nomina filiorum Priami recensentur. Strabo alicubi ostẽdit, Chaones initio Molossos fuisse dictos, à Molosso Pyrrhi filio. Sed ab alijs distinguuntur. Cætera de Pyrrho & Heleno, in sexto forsitã annotabimus.* Chaone.] *fratre suo. At Suidas arbitratur sic dictos* [illegible]*: ipsamque gẽtem in luxum pronam fuisse, & molliciẽ. Et Aristophanicum illud adducit,* [illegible]*, podex te ipsa est in Chaonibus: cùm inueheretur sycophanticè in mollicie. Rursus idem,* [illegible] B *Non poterant Paphlagonem latere: nã alterum brachium in Pylo, alterum habet in concione.*

Pergama.] *arcem, ita ab Ilio dictam* Iugis.] *montibus ad similitudinẽ Idæ* Hanc.] *Monstrantis uerba sunt, ut Helenus ostendum opus oculis lustret.* Sed tibi.] *Epilogus, à transitione ad mutuas interrogationes, de amicis in eam terram aduentu: item de Ascanio, de ingenio, indole & uirtute pueri, ne nihil omnino de statu tanti uiri percontari uideatur.* Qui uenti.] *Quo successu, quaque fortuna in nauigãdo usus, in Epiri delatus.* Quæ fata] *Expolitio, siue copia: quo uidelicet id dicatur, quod obscurius fortasse dictum uideri potest: qui mos peculiaris huic Poëtæ est. Videtur respexisse ad paræmiam,* [illegible]*, Ex improuiso Deus: certè ad aliud, Homo homini Deus. Antiqui enim Deũ eum appellare consueuerũt, à quo emolumento aliquo adiuti essent. Nam Deum esse nihil aliud putabant, quàm prodesse mortalibus.* Quid.] *Videtur distinguendum post Quid? Transitionis formula est. Quæ enim sequuntur, ad ingenium, uirtutem, indolem, naturamque pueri pertinent: Num Hectorem auunculum etiam aliquando sit præstaturus? num speciem aliquod uirtutis paternæ in eo eluceat? Pauci liberi illustrium hominum, parentum similes sunt: pauciores, qui illis præluceant: plurimi uerò deteriores, ut inquit Homerus.* C

Quem tibi.] *Eclipsis. Hemistichium hoc quidam sic compleuit:*

——*obsessa, est enixa Creusa.*

Pater.] *Tertia persona pro secunda. In iteratione copulatiuæ particulæ, exprimuntur affectus: ut in anaphora per principia duorum uersuum.* Vescitur.] Copia.

ARGVMENTVM.

Dum ab Aenea varia lacrymans perquirit Andromache, Helenus, audito Troianorum aduentu, extra mœnia vrbis obuiam illis procedit multo comitatus: quos summa cum lætitia, nec absque lacrymis hospitio excipit, omniq; humanitatis iure, ac officio complectitur.

NASC. AGNOSCIT, que suos.] *hec* Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat

In cassum fletus, cùm sese à mœnibus heros,

gustionis genus nõ est ualde superiori dissimile,

al. offert, A *nale, cũ Anius rex Anchisem, quo cuerat uetus illi fuerat amicitia usus, agnouit.*

al. mœnia

al. multas

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos

Vittis, & sacra redimitus tempora lauro

Occurrit: ueterem Anchisen agnouit amicum.

Sed de huiusmodi agnitionum generibus antea ex Arist. plura disseruimus.

Priamides multis Helenus comitantibus adfert,
Agnoscitq; suos, lætusq; ad limina ducit,
Et multum lacrymas uerba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, simulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scææq; amplector limina portæ.
Nec non & Teucri socia simul urbe fruuntur,
Illos porticibus rex accipiebat in amplis:
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterasq; tenebant.
Iamq; dies, alterq; dies processit, & auræ
Vela uocant, tumidoq; inflatur carbasus austro.
His uatem aggredior dictis, ac talia quæso:

qui de introductione Troianorum in regiam sentiret nam sequitur statim conuiuij mentio:

Aulai in medio.] *breui descriptione conuiuium amplectitur: quod & à copia uini, & ab opulentia auri, denique ab epularum magnificentia commendat. Poëta uerò antiquitatis studiosissimus ueterum uoces suo inserit carmini.*

Et multum lacrymas.] *uariant codices antiqui in hac dictione* lacrymas. *sunt enim qui lacrumans habent: quod uel Seruius animaduertisse uidetur, dum lacrymas nomen approbat, participium uerò lacrumans, expungendum censet & causam assignat. nam si lacrumans, quid fundit? non desunt tamen eruditissimi homines, quibus*

B *minimè displicet id locutionis genus, interfundit uerba singula, multum lacrumans.* Procedo, & paruam Troiam.] *sunt qui putent in his uersibus πάθος existere à dolore: quòd cùm pro uera Troiam simulatam, fictamq; Troiam & arentem Xanthum cernerent, acerba præteritarum calamitatum recordatio ueterem illis animi dolorem, molestiamq; renouabat: ego uerò πάθος quidem approbo, & maximum, sed à lætitia magis, quàm à dolore: atq; ut ita sentiam, tum ratio, tum etiam ipsa Virgilij auctoritas facit. nam præterita uoluptates nullam homini consolationem afferunt. Sed præteritorum laborum, calamitatumq; recordatio plerunq; animos recreat. unde illud est uulgatissimum iucundi acti labores. hinc Maro dixisse uidetur in primo Aen.*

——forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Quamobrem nullum ex hac re πάθος à dolore fieri uideatur. accedit huc quod Virgilius ipse nullum ex ea re Troianos dolorem, sed summam potius lætitiam percepisse indicium facit: cum ait:

——Scææq; amplector limina portæ.

Nam quæ complectimur, aut doloris, ut in 11. Aen.:

Complexæq; tenent postes, atq; oscula figunt.

C *Aut lætitiæ, amorisq; gratia complectimur. ut hoc in loco fieri uidetur. non enim uerisimile est, ut Troiam primo, ac repentino Troiam, uel potius Troiæ imaginem intuentes, doleant, sed probabile est, eos ingentem ex eo aspectu lætitiam suscepisse. id quod Poëta ipse luce clarius infra ostendit, cum Andromache, atq; Heleno ex urbe abiens Aeneas optimè precatur, inquiens:*

Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex alijs in fata uocamur,
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum:
Arua neq; Ausoniæ, semper cedentia retrò
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamq; uidetis:
Quam uestræ fecêre manus, melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.

Quibus ex uerbis facilè colligitur nullum ex ea re doloris, sed lætitiæ incredibilis affectum Aeneæ extitisse.

Accipiebat.] *de conuiuio Seruius intelligendum putat, citatq; illud Terent. in Eunucho: accipit homo nemo melius: id est, pascit. attamen ego ei non multum aduersarer,*

Libabant pocula Bacchi.] Bacchi *ait, non* Baccho: *ut conuiuium, non sacrificium fuisse ostendat.*

Iamq; dies, alterq; dies.] *regis liberalitatem exaggerat: qui apparatu magnifico, lautoq; conuiuio non semel tantum, sed biduo Troianos tota frontis libertate complexus est.*

TALIA.] *Vt nusquam sui dissimilis est Poëta, in decoro personarum. Vt ea mittantur, quæ huc usq; satis superq; sunt demonstrata, quanta cura hoc loco muliebres affectus, orationem, ipsosq; adeò propemodum gestus, in Andromacha retulit: ut qui propiùs exclamanti, inde narrantem, postremò perorantem, & percontantem uicissim lector non obesæ naris obseruare uoluerit, tragicos gestus, tragicos planè affectus intelligat. Neq; uerò ipse Poëta id dissimulat, cùm dicit, eam lacrymanti talia fudisse, & quidem frustra, ut uel hosti miseranda esset.* Cum sese.] *Occasio, quæ spargitur in omnem familiam Aeneæ adueniente. Fingit enim eodem se recipientem Helenum, quò præcesserat coniux.* Heros.] *Helenus rex & uates, Priami filius. Veteres, heroës uocabant ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, hoc est, uirtute: uel ab aëre, ut Hesiodo placet ἐν ἔργοις καὶ ἡμέραις:*

LAMB. Hort.

ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Vel ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, ab amore siue coitu diuorum. nam dij inquit Homeri scholiastes, qui cum mortalibus mulieribus consuescunt, heroum genus procrearunt. Vel ἀπὸ τῆς ἔρας: id est, terra secundùm aliquam proprietatem. nam humanum genus ex terra factum est. Vsurpatur pro excelso & principe uiro, ut hoc loco. Hesiodi & Homeri sententiam sequuti Grammatici, ἡμιθέους, δυνατοὺς καὶ γενναίους interpretantur. Lacrymas.] *recordatione prioris fortunæ, parentum, fratrum, denique patriæ ipsius.* Limina.] *regiam synecdoche.* Paruam.] *collatam cum illa decantatissima.* Riuum.] *Duo maximè Troadis celebrantur amnes, Simois & Xanthus: quorum posterioris hic meminit. Horum non uno loco mentionem facit Homerus, in præcipuè libris, ubi pugnas, cædes & expostulationes fluminum ποταμῶν commemorat. Sunt tamen scriptorum testimonio, fama quàm natura illustriora flumina, Xanthus & Simois. Haud procul ab Ilio, ubi in arcus modum littora curuantur, portus fuit. Hinc Sigium oppidum, ubi bellantium statio erat. In hunc sinum, ex Ida Xanthus, & modico interuallo Simois influebat. Ibi Xanthus Simoënti è stagno modò facto iunctus, in portum Achæorum se effundebat, Xanthus & Scamander fuit appellatus. Plutarchus ἐν τῷ περὶ ποταμῶν auctor est, nomen amnis mutatum, à Scamandro Corybantis*

& Demodoci filio, qui se in Xanthum præcipitem dedit. ξανθὸν, [illegible] Scææq.] de Scæis portis circa finem secundi libri dictum est. [illegible] unde: læuus, mutus, indoctus, malus. [illegible] sic enim uocabant indoctos, & qui difficulter tarde sequerentur: & stultos, à sinistra. Aristophanes in Nebulis: [illegible]: Nullum unquam uirum uidi adeò agrestem, neque inopem, neque stultum. Socia.] Buthroto, ubi ciues nostri imperabant.

Illos porticibus.] Paucissimis regium hospitium A perstringit, ut eò maturius perueniat, cuius rei maximè causa historici tradunt, Aeneam in Epirum & Molossiam cursum auertisse. Porticibus.] Porticus propriè sunt ædificia, utrinque aperta, columnis fulta, suprà uerò tecta: quæ aduersus repentinas imbres, umbrarum item & deambulationis gratia à ueteribus ædificabantur. Hodie in quibusdam celebrioribus emporijs, propter mercatorum frequentiam id genus uidere est. Aulai.] Diæresis, ueterum more, frequens Lucretio. Diphthongus æ, quæ Latinis æ est, dissoluitur. Libabant.] sacrificabant. Porrò quàm latè pateat significatio uerbi, explicauimus in primo. Bacchi.] uini. Iamque dies.] Attentio ad nauium narrationem, à ratione temporis & cæli, quòd ad nauigandum inuitaret. Austro.] uento: species pro genere. Vatem.] Helenum. Atque hæc fuit causa, cur in Dodonem à recto cursu diuerterit, quod fortuito occursui Helenum attribuit uates.

ARGVMENTVM.

Cùm Aeneas, consulto uarijs in locis oraculo, suæ nauigationis cursum sibi prosperè, feliciterque cessurum B cognouisset: sola uerò Harpyia Celæno horrenda quædam Troianis euentura prædixisset; Heleni peritiss. uatis, sibique amicissimi occasionem nactus, ex eo consilium quærit, quomodo ipse & prospera sequi, & aduersa cauere possit. Helenus re cognita, ualde suspensum Aeneam ad oraculum ducit, eique, ex Apollinis sententia, quæ futura sunt cùm bona, tùm mala denunciat.

NASC. *al. omnia

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui sydera sentis,
Et uolucrum linguas, & præpetis* omina pennæ:
Fare agè (namque omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio & cuncti suaserunt numine diui,
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum, dictuque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristeis denunciat iras,
Obscœnamque famem) quæ prima pericula uito?
Quidue sequens tantos possim superare labores?
Hic Helenus cæsis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm, uittasque resoluit
Sacrari capitis, meque ad tua limina Phœbe
Ipse manu multo suspensum numine ducit,
Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos:

TROIVGENA interpres Diuûm.] oratio est quæ [illegible] i. consultoria dici potest, multiplices habet beneuolentiæ locos: quia uarias continet commendationis gradus, nam primò Helenum commendat à dignitate, seu ab officio, quod deorū est interpres: deinde à peritia diuinandi: quod Apollinis oracula cæteris omnibus obscuriora, atque intellectu difficiliora. quæ tum intelligi possint, intelligit, & uerbis mirificè exprimit: postremò ab optima uarij augurorum generis cognitione. unde plena, perfectaque laus fieri uidetur: nam cùm uariæ diuinandi rationes, quattuor in primis existant, dicere Helenum omnes illas possidere, & æquè perspectas, exploratasque habere, ad eam profectò laudem maior cumulus minimè accedere posse uidetur. Troiugena interpres Diuûm.] magnam ἔμφασιν habent hæ uoces: & quia uaria ratione mentes deorum percipiebantur, ideo relicto genere ad speciem transit. Qui numina Phœbi.] primam: præcipuamque diuinādi speciem attingit, cùm dormientibus, aut furore correptis diuinum numen infundebatur. quod aliquando animum, interdum mentem Virg. uocare solet, ut in 6. Aen.

"   ——magnam cui mentem, animumque
"   Delius inspirat uates.   Et Horat. 1. Carm.
"   Non Dindymene, non adytis quatit
"   Mentem sacerdotum incola Pythius.

Qui tripodas.] altera diuinādi pars, quæ ex tripodis petebatur, in quibus uates Apollineæ, quæ & Phœbades dicebātur, respōsa capturæ, & futura prædicturæ sedebāt: quarū aliæ ex ære, ut ex Plin. lib. 34. cap. 34. aliæ ex auro, ut ex Aristophane colligi licet, fieri solebāt. sic enim ait in Pluto.
"   [illegible]
"   [illegible] C
[illegible]

Nonnulli putant tripodem fuisse lebetem tribus pedibus fultum. huius duo genera extitisse ueteres scriptores memoriæ prodiderunt: alterum Apollinis ob ueritatem oraculorum: alterum Bacchi, in quo uinum miscebatur, quòd ebrij uera loquantur: unde est in prouerbio ueteri: In uino ueritas: sed ista tractare nec libet, nec nostri est instituti. Clarij lauros.] tertiam diuinandi scientiam designat: cùm aut laurum cremabant: quæ si crepitum fecisset, læta ominabatur. Tibull. 2. eleg.

"   Laurus ubi bona signa dedit gaudete coloni.
Et Lucret. lib. 6.
"   Nec res ulla magis quàm Phœbi Delphica Laurus.
"   Terribili sonitu flamma crepitante crematur.
E' diuerso si tacita conflagrasset, tristissimi omnis illud signum erat.
    Valerius Flacc.—& surdam laurum depascitur ignis.
Et Propertius libro 2. Eleg.
"   Et tacet extincto Laurus adusta foco.

Aut

A *Aut cùm eam deuorabant: qui & Laurinori dicebantur: & oestro percìti futura praenunciabant. Propertius:*

» *—— sic usq; sacras innoxia Laurus Vescar ——.*

Laurus igitur Apollini dicatur propter diuinationem: cuius ipse Deus est: asserunt enim quidam in quibus est Antiphon, Philocorus, Artemon, atq; Serapion Ascalonites, quod si lauri folia, eius generis in primis, quae triplicem, siue trifidam radicem habet, dormientis capiti alligentur, eum procul dubiò uera uisurum somnia. Aphthonius diuinationis symbolum esse laurum, literis mandauit. & Hesiodi interpres in Theogon. scriptum reliquit, laurum δαφνηφόρον τῆς ἐνθουσιαστικῆς *id est, efficacis esse auxilij in numinis afflatum. Sed ut ad rem redeamus, Clarij lauros, ideo dixisse uidetur, quia apud Clarium Colophoniorum oppidum Apollo colebatur. ibi enim specus, & lacunam fuisse memoria proditum est, cuius potu mira oracula reddebantur. huius rei Plin. lib. 2. & Macrob. lib. 1. Sat. meminerunt. Valerius 3. Argon.*

» *Nec Clarij nunc antra Dei, quercusq; tonantis*

» *Arguerem.*

B Qui sydera sentis.] *illius quoq; diuinationis cognitionem, quae ex syderum ratione nascitur. Heleno tribuit, quam partem Lucanus in fine primi libri magnificis uersib. exequitur.* Et uolucrum linguas.] *oscines aues designat: quae uoce, & garritu augurium demonstrant.* Et praepetis omina pennae.] *praepetes aues dicit: quae ex uolatu futura praenunciant: & profectò non poterat eleganti ùs totam augurandi scientiam unico uersu complectì: quae aut ex garritu, aut ex uolatu auium olim comprehendebatur. Virgil.*

» *Saepè sinistra caua praedixit ab ilice cornix.*

Et Ouid.

» *Omina non albae concinuistis aues.*

Nāq; omnē.] *longa parenthesis.* Religio.] *Phoebus.* Et cūcti suaserūt.] *Iupiter, penates, atq; alij.* Sola nouum, dictuq; nefas.] *causa est, quamobrē rursus uatem consulere uoluerit: unde etiam uìt deducit. sed uideto Pyerij commentaria. exaggerat à deorum ira.* Quę prima pericula uitos] *pēdet à superiori sensu, fare age. estq; petitionis summa in duas partes diuisa, cùm ab utili, tùm ab honesto, atq; etiam à tuto deducta.*

C Quidue sequēs] *altera pars petitionis.* Cęsis primùm de more.] *hîc adeas Seruiū, à quo referūt quaedā nō aspernanda.* Exorat pacē diuûm.] *per sacrificium Helenus deorū sibi beneuolentiā cōciliauit: utq; illud facilius assequeretur, uittas resoluit de more, quo puriore mente ad numen accederet. lege Seruij commētaria.*

Multo suspensum.] *ualde sollicitum, atq; attentū.*

LAMB. Hort. TROIVGENA.] *Petitoria oratio, quam absoluit beneuolentia, & petitione. Beneuolentiam captat à uatis Heleni persona, quam laudat ab omnibus uaticinandi generibus. Arguit possibile esse uati, id quod petat. Summa petitionis est, ut doceat, quid sequi, quidq; fugere debeat in reliqua nauigatione. Inserit occupationem, qua pugnantia quodammodo oracula inter se componit, quae causa sit ab integro consulendi uatis. Etenim cùm prius oraculum Deliacum per omnia cursum secundum denunciasset, retrò mox Celaeno Harpyia infausta multa ante partam in Italia quietem praedixisset, Heleni & uatis & amici fidem arripere constituit. Respicit planè ad celebritatem oraculi Dodonaei. Imitatus hoc loco Poëta est Homerum, apud quem Odyss. decimo Vlysses primùm admonetur, descensus sui ad inferos à Circe, omnesq; ceremonias, uiam, rationemq; conueniendi Tiresiam uatem edocetur. Itaq; quae eo libro Vlyssem Circe, ea hîc Helenus uates accuratè, sed non paulò copiosiùs monet: nempe quae pericula modis omnibus euitet. Denique copiosè, luculenter, splendidè ad singula respondet uates.* Troiugena.] *Periphrasis Heleni uatis. Vates enim nihil aliud sunt, quàm deorum interpretes, quibus ceu organis ad prodenda mortalibus sua consilia utuntur.* Numina.] *Apollinis spiritum, cuius afflatu omnia nosti. Hanc sententiam per copiam bifariam aliter sequenti uersu enunciat, Tripodas Clarij, & lauros.* Tripodas.] *Apollinis Clarij phanum erat in Ionia, quod Manto Tiresiae filia, Epigonos Thebanorum uictores fugiens, ibi erexerat. Huius filius Mopsus Colophonem condidit, à quo Deo oraculum est institutum, cum luco. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna erat, cuius potu mira reddebantur oracula: sed bibentium breuiori uita, ut erant daemonis ludibria. Et Plinius Clari montis meminit. Porrò Clarus oppidum minus quàm uicinum erat Colophoni, & ipsum sacrum Phoebo, perinde ut fanum. Hoc ipsum oppidum & Mantus conditionem ferunt.* Κλάρος δὲ ὄρος καὶ πόλις Ἰωνίας περὶ Κολοφῶνα, ἀφ' οὗ καὶ Κλάριος ὁ Ἀπόλλων. *Theopompus Clarum oppidū Clari cuiusdam illustris herois opus esse prodidit. Nearchus tamen id dictum credit* ἀπὸ τοῦ κλήρου*: id est, à sorte, quòd sorte, eam urbem Apollo sit consequutus. Qui Thebaida scripserunt, ferunt Manto Tiresiae filiam Delphos ablegatam, ubi Apollini ex uoto primitijs dedicatis, incidit in Rhacium quendam Lebetis filium, genere Mycenaeum, eiq; nupsit. Nam hoc uoluit oraculum, ut primùm obuio noberet. Cum isto Colophonem proficiscitur. Ibi dolore ac moestitia contabescens, crebrò lacrymabatur ubertim, ob patriae amissae populationem. Vnde urbi nomen Clarum fecit,* ἀπὸ τῶν δακρύων*: id est, lacrymis. nam litera ρ τῷ λ cognata est. ut* ὑδαρεί, ὑδαλεί. *Addunt & illud prodigium: haud procul à Claro, è conditricis lacrymis fontem scaturiuisse & Apollinis eo in loco celebre oraculum conditum. Nonnulli Grammaticorum aliam etymologiam Clari commentantur:* διὰ τὸ κληρωθῆναι ἐκεῖ ποσειδῶνα τὴν ἀρχήν. *Tripodas Clarij: ideo, spiritum diuinum & enthusiasmum Apollinis concipis. Porrò* κλάρια*, Graeci appellant, &* παρὰ τὰ ψέλια*, armillas. &* κλαρώτας*,* τοὺς μετοίκους*, aduenas, inquilinos uocant: ut Mariandyni Heraclea, Ilotes Lacedaemone, in Thessalia Penestae, & Callicyrij Syracusis.* κλαδεῖος *arbor est* φοίνιξ*: id est, palma.* κλαδίσκοι*,* οἱ ἐπὶ ἐδάφους *ἐσχάραι, foculi in solido pauimento.* κλάροι*,* κλάδοι*,* δίκαι*.* κλάριον*,* ἀμυδάριον*. Subijcit Hesychius,* ἐπίθετον ἀπόλλωνος. Tripodas.] *uim fatidicam, Apollinis numine afflatam. De tripode diuersa à diuersis celebrantur. Quidam aiunt, uas fuisse pulueribus refertum. Strabo putat diuinum domicilium fuisse, profundam curuamq; speluncam. Sunt qui mensam tribus pedibus fultam fuisse putent: nonnulli sellam, aut aliud quoddam simile. Illud autem inter plurimos constat, uas fuisse aureum, tribus pedibus nixum, quod ab ansis quibus tenebatur, aram uocauerunt. In hanc Phoebas uaticinatura descendebat.* ὅλμος *ea pars fuit appellata, in qua sedebat. quare Apollo à Sophocle* εὔολμος *uocatur. Ex Iamblicho sedem aeneam fuisse liquet, quae tribus pedibus insisteret, & utrobiq; diuino spiritui exposita esset. Suidas lebetem*

lebetem Delphicum uocat, ac tria tempora signare: præsens, præteritum & futurum, quibus ars uaticinandi continetur. φασὶ καὶ κατὰ γὰρ τρεῖς χρόνους μαντεύεσθαι, ἐνεστῶτα, παρεληλυθότα, καὶ μέλλοντα. Lactantius grammaticus lauri speciem fuisse suspicatur, tribus hærentem radicibus: & ob id Phœbo consecratam, quòd mantice trifariam diuidatur. Rursum fuerunt qui contenderent, mensam fuisse, corio Pythonis circumductam. Diodorus lib. decimosexto Bibliothecæ: Vatem, inquit, constituere, & substruere machinam, quam ingressa uates tutò uaticinabatur. Nitebatur basibus tribus. Mensam autem fuisse, astruit Athenæus. Alij craterem longum tres pedes, ut existimat interpres Aspidis Hesiodi. Musicum instrumentum quidam: rursum alij aurium ornamenta. Apud Homerum uas est ansatum uiginti & duarum mensurarum, quod inter præmia certaminis Achilles proposuit. Dabatur & tripos ijs qui Dithyrambicum carmen cecinissent, ad imitationem tripodis Apollinei. Tripodibus apud ueteres & epigrammata insculpebantur. Cæterùm qui aureum usi duabus ansis fuisse asseuerant, eumque Vulcani opus esse. Porrò autem qua ratione Delphos uenerit, hanc historiam scriptam reliquerunt. Cùm Ionici quidam adolescentes à piscatoribus Milesijs iactum retis emissent, tripodem hunc attraxerunt. Oritur certamen inter piscatores & adolescentes. Illi enim contendebant, piscium capturam se uendidisse: contra hi, emisse quicquid rete traxisset. Delata res Delphos est, responsum à loci dæmone est, illius fore tripodem, cuius foret sapientia rerum domina. Datur Thaleti, per eam tempestatem inter Græciæ septem sapientes facilè principi. is mittit ad Chilonem: is rursum ad Biantem, donec in orbem per manus septem sapientum postremò ad Solonem perueniret. hic tripodem Delphos mittendum censuit: rectè iudicare uisus, Deum omnes mortales sapientia longè superare. Inde è tripode edi cœpêre oracula. Voces multiplices è cortyna aurea & rupe prærupta exaudiebantur quidem, sed ambiguæ & obscuræ. quare λοξίας dictus fuit. Oraculi huius originem refert Diodorus Siculus libro 16. ad capras, eius inuentrices: traditq, ad sua usque tempora capris cæsis mortales oracula sibi conciliasse. uerba authoris sunt: ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ νῦν ἐστι τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο νεμομένων αἰγῶν, διὰ τὸ μήπω κατοικεῖσθαι τοὺς Δελφοὺς, ἀεὶ τὴν τῷ χάσματι προσιοῦσαν καὶ προσβλέψασαν αὐτῷ σκιρτᾶν θαυμαστῶς καὶ προΐεσθαι φωνὴν, διάφορον ἢ πρότερον εἰώθει φθέγγεσθαι. τὸν δὲ ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ, θαυμάσαντα τὸ παράδοξον, καὶ προσελθόντα τῷ χάσματι καὶ κατιδόντα οἷόν ποτ᾽ ἦν, ταὐτὸ παθεῖν ταῖς αἰξίν. ἐκείνας τε γὰρ ὅμοια πάσχειν τοῖς ἐνθουσιάζουσι, καὶ τοῦτον προλέγειν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς φήμης παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διαδοθείσης περὶ τοῦ πάθους τῶν προσιόντων τῷ χάσματι, πλείους ἀπαντᾶν ἐπὶ τὸν τόπον. διὰ δὲ τὸ παράδοξον πάντων ἀποπειρωμένων, τοὺς ἀεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιάζειν. δι᾽ ἣν αἰτίαν θαυμασθῆναί τε τὸ μαντεῖον, καὶ νομισθῆναι τῆς γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον. καὶ χρόνον μέν τινα τοὺς βουλομένους μαντεύεσθαι, προσιόντας τῷ χάσματι ποιεῖσθαι τὰς μαντείας ἀλλήλοις. μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν καθαλλομένων εἰς τὸ χάσμα διὰ τὸν ἐνθουσιασμὸν, καὶ πάντων ἀφανιζομένων, δόξαι τοῖς κατοικοῦσι περὶ τὸν τόπον, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ, προφῆτιν μίαν πᾶσι καταστῆσαι, καὶ διὰ ταύτης γίνεσθαι τὴν χρησμολογίαν. A
ταύτῃ δὲ κατασκευασθῆναι μηχανὴν, ἐφ᾽ ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν, καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. ἔχειν δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ᾽ ἧς αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι. id est: Cùm nostrum circa Delphos hiatus terræ esset, eo loco qui hodie adytum est appellatum, capræ haud procul inde erant, quia Delphi nondum habitata fuerant: ferunt unam subingressam, illum introspexisse, ac flatum mirandum in modum lasciuè exultasse, ac sonum alium quàm consueuisset, emisisse. Porrò is qui caprarum gregi præfectus erat, rem ceu nouam & inopinatam admiratus, ingressus speluncam explorauit oculis, ecquid esset, quo ita capræ afficerentur. Ipse autem mox eodem modo, quo capræ priùs, affici cœpit. nam perinde corripiebatur ille, atque ij solent, qui numine afflantur. hic prædicebat quidem ea quæ euenirent. Mox fama per regionis eius incolas diuulgata, de affectione eorum qui specum ingrederentur, undique ad eum locum multi confluxerunt. Et quia paradoxum certatim propius explorabant, quicunque propius accederent, extemplò corripiebantur. Has ob causas uaticinium admirati, fatidicum locum esse uulgò B
arbitrati sunt. Atque ita per aliquot tempus uolentes oracula reddere, adibant hunc hiatum, atque inuicem futura uaticinabantur. Posteà uerò, cùm multi in specum desilirent enthusiasmo isto agitati, omnesque conabescerent, uisum fuit eius regionis incolis, ne quis deinceps periclitaretur, uatem mulierem ibi omnibus mortalibus constituere, per quam oracula consulentibus redderentur. Itaque huiusmodi machina quædam parata fuit, in qua Phœbas tutò uaticinatura descendens, numine afflaretur, & petentibus oracula redderet. Fuit autem hæc machina eiusmodi, ut tribus basibus fulciretur, à quibus Tripodem nominarunt. οὗ ἔτι τὸ κατασκεύασμα τῶν ἀπομιμήματα γίνεσθαι, τοὺς ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς τρίποδας. Annotat idem paulò pòst de ueteri uaticinandi consuetudine memorabilia quædam, quæ non erit ἀλλότριον adscribere. ἐνθουσιάζειν δὲ τὸ ἀρχαῖον λέγεται παρθένους διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀδιάφθορον, καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ὁμογενές. ταύτας γὰρ εὐθετεῖν πρὸς τὸ τηρεῖν τὰ ἀπόρρητα τῶν χρησμῳδουμένων. ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις φασὶν Ἐχεκράτην τὸν Θετταλὸν παραγενόμενον εἰς τὸ χρηστήριον, καὶ θεασάμενον τὴν χρησμολογοῦσαν παρθένον, C
ἐρασθῆναι διὰ τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ συναρπάσαντα βιάσασθαι. τοὺς δὲ Δελφοὺς διὰ τὸ γεγενημένον πάθος, εἰς τὸ λοιπὸν νομοθετῆσαι, μηκέτι παρθένον χρησμῳδεῖν, ἀλλὰ γυναῖκα πρεσβυτέραν πεντήκοντα ἐτῶν χρησμολογεῖν. κοσμεῖσθαι δ᾽ αὐτὴν παρθενικῇ σκευῇ, καθάπερ ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς προφήτιδος. Horum uerborum hic sensus est: Ferunt antiquitùs uirgines uaticinari solere, idque tum ob promiscuam naturam, tum Dianæ cognationem. Atque has quidem idoneas fuisse ad seruanda ineffabilia, & mysteria oraculorum. Aiunt posterioris temporibus Echecratem Thessalum ad oraculum profectum, ubi uirginem uaticinantem contemplatus esset, forma eius captum, & amore accensum, rapta intulisse stuprum. Delphi hac iniuria commoti, in posterum lege lata sanxerunt, ne deinceps uirgo oracula redderet, sed anicula quinquaginta annos nata, uaticinandi munere fungeretur: at ita, ut uirgineo cultu exornata, ueteris prophetiæ memoriam ac recordationem conciliaret. Atque hæc quidem de inuentione & origine oraculi Delphici fabulosè

ueteres

A uit res prodiderunt. De oraculo Delphico peculiariter librum conscripsit Alexander historicus, & de eo Cicero multa lib. 1. Diuinat. At Lucanus longè aliam originem huius oraculi affert lib. 5. Hic statim post Parnassi descriptionem ita canit, sed non minus fabulosè:

> *Victor ibi expulsa premeret cùm uiscera partus,*
> *Matris adhuc rudibus Paean Pythona sagittis*
> *Explicuit, cùm regna Themis tripodasq; teneret.*
> *Vt uidit Paean uastos telluris hiatus*
> *Diuinam spirare fidem, uentosq; loquaces*
> *Exhalare solum, sacris se condidit antris,*
> *Incubuitq; adyto, uates ibi factus Apollo.*

Idem author scribit, montem in quo Delphicus specus erat, Apollini & Phœbo sacrum fuisse. quare duo maximè oraculorum genera celebrabantur. Apollonis, ab eorum ueritatem: & Bachi, in quo unum inscribatur. quòd ebrij plerunq; uera dicere soleant. Itaque tripus hic Delphicus in prouerbium abijt, de rebus uehementer ueris, ut eiusmodi è tripode profecta esse dicantur. Et huius Apollinis oraculo Delphi toto orbe maximè insignes erant: quare ibi templum aliquot seculis uisebatur, opibus & donarijs ditissimum. Huc reges, huc populi, aurum argentumq; suum,
B Daemonem emerituri, congerebant. Crœsus, teste Herodoto, & item Plutarcho, ἀναχρῦσον πλίνθον misit, Alexander Amyntæ statuas ex solido auro dicauit. Quidam item rhaphanum ex puro & puto auro. Brutus Romanus regum expulsor & libertatis uindex, solidam bracteam excauato cornu inclusam. Ephorus longè diuersam ab ea, quam suprà retulimus, originem huius Delphici oraculi refert. Phœbus ac Themis commodis humanis consulturi, quo ad mansuetiorem uitam mortales inuitarent, ut mores omni ex parte uellent castigatum iri, ipse quibusdam ibi consulentibus cœpit dare responsum. mandans alia quasi edicto alia prohibens. Sed & quisdam non admonebat. quare etiam paulatim, maximè posteris temporibus, instituta religio, & augeri cœpit, & mirandum in modum illustrari. Quod & ipsum ut fabulosum reijcitur, ut illud quod idem author statim prodit. Apollinem Delphos adijsse forte ad Panopeam, qui illic tyrannidem exercebat, quem sagittis peremerit. Mox de Pythonis sæuitia factus certior, ab ijs qui circa Parnassum incolebant, hominem uiolentum sagittis fuit adortus. In quo conficiendo, quoniam à spectantium turba ἰὴ παιὰν fuit acclamatum, mos inde inoleuit, ut uox illa plausibilis, postea
C sit inter alias eius ἐπῳδίας in sacris Pythicis succlamata. Inde Apollo id antrum ingressus, fatidicam mentem hausit, nulli interim mortalium constabat, quod numen in eo specu clausum se contineret. Sed nemini dubium est, quin impurus spiritus ibi se abdiderit, qui futurorum gnarus, mortalium mentes obscuris & obliquis ambagibus ludificatus sit. Initiò nullum fuit templum, sed antrum duntaxat, unde sortes redderentur. Ferunt Alcmaeonidas Athenis pulsos, ibi primùm templum condidisse, eo loca quæ ab Amphictyonibus, sanctissimo Græciæ consilio, impetrarant. Persuasum fuit plerisq; propter fatidici loci oraculum, eum terræ hiatum non mediæ solùm Græciæ, sed orbis terrarum etiam esse umbilicum. Argumentum rei fecit fidem. nam aquilarum in eo loco congressus frequens esse dicitur. Hoc templum tam splendidis & luculentis donarijs regum & illustrium cùm uirorum tum urbium exornatum, diuersis temporibus cùm alijs sacrilegis, tum Brenno Senonum Gallorum duci præda fuit. Postea extinctum incendio, & funditùs dirutum, ab Alcmaeonidis rursum ædificatum fuit. Finem hic tripodi fecero, si prius unum illud addidero, quamuis minutiis quàm ut annotetur, quod Hesychius scribit: Tripodem propriè lebetem esse, & craterem, qua ad calefaciendam aquam utebantur. τρίπους λέβης, κρατήρ. ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ εἰς τὸ θερμαίνειν ὕδωρ. De tripode multa eruditè Cælius Rhod. LAUROS.] Huius plena descriptio extat apud Plinium libro 15 cap. 30. & alibi. & nos aliqua differuimus hoc eodem lib. in Deliacis. QUI SYDERA] Triplicem uaticinandi scientiam attribuit Heleno: ex afflatu numinis, ex astris, ex auibus. Primum genus propriè Phœbadum, Sibyllarum, & eorum uatum est, qui spiritu aliquo afflati & ἐνθουσιασμῷ futura denunciant, nullo extraneo adminiculo freti. Secundum ex astrorum iudicio pendet: quod etsi ut uanum & superstitiosum repudiatur, asseritur à multis tamen ars ea, quæ astrologia naturalis nuncupatur. Hanc quidam ueram magiam, nonnulli occultam philosophiam uocauerunt. Hanc quidam adeò necessariam medicinæ candidatis arbitrantur, ut eius artis caput, calcem & cardinem esse existiment. Postremum uerò cognitio ex auium catione deducatur: quod genus auguria & auspicia complectitur: ab auium inspectione, & earum peritia. Augurium, Græcè οἰωνοσκοπία, diuinandi ars ex auibus, triplici ratione obseruabatur. Ab auium genere, uulturne an coruus, bubo an noctua uolaret. A garritu & cantu, & uolatu. Quæ uolatu, præpetes: quæ cantu, oscinæ dicebantur. Huc & quartum diuinandi genus accedebat ex auibus, à gustatu. nam cum pullis gallinaceis è cauea productis cibus porrigeretur, si eum non caperent, calamitatem portendebat, aut tripudium solistimum. Quemadmodum intercessionibus tribunitijs, ita & augurum obnunciationibus parendum erat, ut testatur Cicero 2. Diuin. & Pedian. in oratione Cic. in Pisonem, Plutarchus in uita Crassi. De iure augurandi multa Cicero in libro de Legibus. Cæterùm ars ipsa uetusta est, & à Chaldæis profecta, primùm ad Græcos, à Græcis ad Hetruscos, ab Hetruscis ad Latinos transmissa est. Porrò auguria ex auibus, Caras quidam inuenit, ut aruspicium Delphus, ignispicium Amphiaraus, auspicium Tiresias Thebanus, interpretationem somniorum & ostentorum Amphictyon, Atlas astronomiam. Apud Græcos clarissimi augures extiterunt Calchas, Mopsus, Amphiaraus, & Apollonius Tyaneus. Apud Romanos huic disciplinæ multum fidei & authoritatis conciliauit Actius Nauius: cuius prodigium celebratur à Liuio lib. 1. Romulus ipse augur fuit, instituitq; ut magistratus augurio confirmarentur. Postea uerò eò superstitionis uentum est, ut nihil nisi augurio iubente inchoaretur. Ad postremum augurum collegium est institutum. Dionysius affirmat, Aboriginum priscam fuisse obseruationem. De his multa Pomponius, plura Fenestella diligenter memoriæ prodidêre. Sunt & auguria ex ouis. De augurandi arte eruditissimè scripsit Hylas. Aptissimæ augurijs aues existimantur, noctua, bubo, picus, trigon, cornix, cygnus, coruus. Ab auibus inspiciendis, & earum uolatu, auspicia dicuntur: Græcè οἰωνισμοί, seu ὀρνιθομαντεία. Duo eius genera maximè traduntur: alterum uolatus, qui ad oculos refertur: alterum uocis, quæ ad aures. Homeri enarrator Iliad. 2. manticen in tres diuidit species: in auspicia, contemplationem syderum, & diuinandi scientiam ex somnijs. εἰς οἰωνοσκοπίαν, ἀστροσκοπίαν, καὶ τὴν διὰ τῶν ὀνειράτων μαντείαν.

Cicero in Diuinat. omnem diuinationem summatim in duas diuidit: in furorem, quem in afflatis uidere est: & in artem, ut in auspicijs, augurijs, somniorum interpretamentis, & fulgetrorum peritia. Itaq; horum omnium absolutam scientiam Heleno tribuit Aeneas. Numerabatur & inter diuinationū genera ignispicium, diuinatio ab ignis inspectione dicta aruspicium, & extispicium · extorum ad aras inspectio, ex quibus futura promittebant. Omnia.] *Quidam omnia legunt, at omnia diuinandi genera ex auibus Heleno donentur.* Præpetis.] *Volucrum. Et hactenus captat beneuolentiam à persona Heleni uatis.*

Fare.] *Propositio petitionis. cum qua simul coniungit causas, quamobrem de uitandis periculis quibusdam, & pugnantibus quodammodo oraculis ipsum denuo consulat.* Prospera.] *Hypallage: Omnem cursum prosperum mihi prædixit Apollo Delius* Diui.] *Interpretatio præcedentis orationis · Apollo & dij penates.* Repostas] *repositas, in occasum remotas: syncope.*

Prodigium.] *τέρας: quod aliquid quacunq; ratione futurū promittit.* Canit] *uaticinatur.* Obscœnam.] *Epexegesis.* Labores.] *pericula & difficultates.* Hic Helenus.] *Vates diuina responsa reddituri consulentibus, sacris operabantur: & adhibebant certas quasdam cæremonias, quibus aliquid significabatur. His diuorum gratiam sibi conciliare existimabant, ne fraudi dolóue esset, quod mortalibus eorum consilia proderent. Vacabantur hæ hostiæ consultatoriæ, & peragi solebant ante, A mentibus nondum iugo subditis: quare hostiæ iuuges etiam dicebantur. Ad hunc modum Sibylla in sexto, diuorum pacem exoratura, antequam numen concipiat, Aeneam ad hostias iuuges cædendas hortatur, ne quid cæremoniarum prætermittatur:*

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Aeneam: nec sacra morantur
Iussa uiri. ——

Exorat.] *Exorare proprié est, orando impetrare id quod petimus.* Pacé diuūm.] *dixit uenia diuorum, quòd eorum arcana mortalibus sit detecturus.* Vittasq;] *De uittis suprà à nobis dictum est.* Resoluit.] *E ueteri uaticinantium consuetudine, resoluit uittas. nam hoc significabant, animu curis soluto se ad numen accedere.* Phœbe.] *Auersio.* Suspensum.] *Metaphora, à corpore ad animum: religione ictum, & motum loci numine. Arguit religiosum animum, cum uatis manu in Apollinis fanum introducitur.* Ore.] *Pleonasmus, &* Canit *dixit proprié, respondit seu diuina responsa edidit. Canere, metaphora prouerbiali utimur, pro nugari, ineptire, frustrà loqui. Attica figura est, ἄδειν λῆρον, ἄδειν ἕωλα. Qui canunt, non agunt rem seriam, sed aures tantùm inani sono demulcent, mox mox perituro. Verùm hoc ἀποδιδάσκαλον.* B

ARGVMENTVM

Aeneæ respondet Helenus: imminentiumq; terra, mariq; periculorum uaticinando certiorem facit: imprimisq; nonante ad Italiam eum uenturum, quam totam Siciliam longo circuitu prius lustrauerit: deinde quæ faciat, quæue euitare debeat multa, imprimis Scyllæ, Charybdisq; pericula vehementer fugienda admonet: quarum etiam originem, ac naturam, Scyllæq; præsertim totam fabulam scribendo complectitur, vbi uero ad Italiam peruenerit, locum illi prædicit, signumq; describit condendæ vrbis: quam laborum eius requiem futuram esse demonstrat.

NASC.

Nate dea (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: sic fata deûm rex
Sortitur, uoluitq; uices. † hic uertitur ordo)
Pauca tibi é multis, quò tutior hospita lustres
Aequora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ
Scire, Helenum fariq; uetat Saturnia Iuno.
Principiò Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis uia diuidit inuia terris:
Ante & Trinacria lentandus remus in unda, C
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Infernique lacus, Aeææq; insula Circes,
Quàm tuta possis urbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba, solo recubans, † albi circum ubera nati:
† Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata uiam inuenient, aderitq; uocatus Apollo.
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Narycij posuerunt mœnia Locri;

† al. his
† al. albi
† al. Hic

Nate dea] *Tota hæc Heleni uaticinatio ex 2. Apollonij libro sumpta est ubi Phineus, fugatis Harpyis, euentum nauigationis, itineris'q; finem argonautis prædicit. hoc autem inter utrunq; interest: quod alia Apollonius, alia Virgilius loca describit nam aliò Troiani, aliorsum Argonautæ nauigarunt. primum ex persona Aeneæ beneuolentiam colligit: cùm non proprio, sed dignitatis eum nomine appellet. nate dea.*

Maioribus auspicijs.] *Cœlestis ductum nam sunt ex auibus, & sunt ex cœlo auspicia. Plautus in Amph. —expugnatum oppidum est Imperio, atq; auspicio heri mei Amphitrionis maxumè.*

Ire per altū.] *Maria nauigare optimis auspicijs. quasi dixerit, nauigationem illius optimū finem habiturā. quod uerò Seruius, per altum: id est, per limitem fortunæ superioris exponit, mihi non facit satis.*

Manifesta fides.] *Rem comprobat à signo quàm manifestissimo.* Sic fata deûm rex.] *Cōfirmat auctoritate, ac uoluntate Iouis.* Sortitur.] *rectè sortitur, qui illius dei est sacerdos, cuius propriæ sunt fortes unde illud est ex 4. Aeneid.*

Italiam

Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin ubi transmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam uota in littore solues,
Purpureo uelare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
Hostiles facies occurrat, & † omnia turbet.*
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione nepotes.

A. *Italiam Lycia iussere capessere sortes.* Voluitq; uices.] *alludit ad definitionem fati: quam uidebatur Chrysippus, cùm diceret, fatū esse sempiternā quandā, & indeclinabilē rerū seriē, cùm causæ causa nexa, rē ex se gignat. uideto Gell. lib. 6. cap. 2.*

* al. omina

Pauca tibi è multis.] *locus docilitatis, & attentionis.* Quò tutior hospita lustres.] *duplicem causam assignat ab utili deductā, altera est, ut tutius nauiges: altera, ut obseruatis, quæ dicturus est, signis, faciliùs Italiæ, quò tandem peruenturus est, loca cognoscat.* Prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenū.] *αἰτιολογία est cur pauca è multis dicturus sit. in hanc ferè sententiam Apollonius quoq; ait Argon. 2.*

» κλῦτε νῦν. οὐ μὲν πάντα πέλει θέμις ὔμμι δαῆναι
» ἀτρεκέως, ὅσσα δ' ὄρωρε θεοῖς φίλον, οὐκ ἐπικεύσω.

B Id est,

» *Audite igitur. neq; fas est uos omnia scire*
» *Exactè quæcunq; uerò permittunt dij, uos non celabo.*

Quem locū proculdubiò Virgilius imitatus est. Principiò Italiam.] *narrationem aggreditur: cuius initium παθ@ habet præter spem: nam cùm putaret se breui nauigatione ad Italiam peruenturum, omnia Siciliæ littora longo circuitu sibi priùs prælegēda esse intelligit, quàm Italiæ portum tenere possit. hoc ferè dispositionis ordine Phineus utitur apud Apollonium loco superiùs adducto, cùm loca Argonautis describit, quæ illi nauigando aditurierant. sic enim exorditur:*

» πέτρας μὲν πάμπρωτον ἀπορνύμενοι μετ' ἐμεῖο
» κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσι
» τάων οὔ τινά φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι.

Via inuia.] *non inuia Aeneæ, ut Seruius ariolatur, sed ad quæ propter scopulorum frequentiam difficillimè acceditur. hæc loca Græci ἄβατα uocant, quasi inaccessa. Ouid. Fast. lib. 5.*

» *Et non accessis inuia fluminibus.*

Ante & Trinacria.] *τὸ ἄπειρον est longitudinis uiæ: quia tota, inquit, longo circuitu lustranda tibi est Sicilia.*

C Lentandus remus.] *nauigationis difficultatem ostendit propter scopulos: quos mare Siculum habet. autem, uti se habet, describit. nam remigantibus nautis palmula flectitur.* Inferniq; lacus.] *Auernum, & Lucrinum. lege Seruij commentaria: non enim libet mihi in ijs, quæ præter utramq; artem sunt, diutiùs immorari.* Signa tibi dicam.] *secunda pars narrationis est: in qua signa quædam recenset futuri Troianorum domicilij in Italia. Signum autem dat Tybris fluminis, porcæ, numeri porcorum, & coloris. quo prodigio conditurum urbem nomine Albam, ibiq; regnaturum triginta annis Ascanium significabatur. non dissimilis admodum est admonitio apud Ouid. 3. Metamorph. in quo Cadmo ab oraculo requirenti, ubinam terrarum urbem ipse conditurus esset, tale redditur responsum:*

» *Bos tibi (Phœbus ait) solis occurret in aruis,*
» *Nullum passa iugum, curuiq; immunis aratri:*
» *Hac duce carpe uias, & qua requieuerit herba,*
» *Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa uocato.*

Nec tu mensarū morsus.] *Adimit timori, spemq; dat futuræ quietis, & felicitatis. de industria uerò rem asperam, ac perpessu duram duris, asperisq; exprimit uerbis. ut in 1. Aen.*

" *—iacet horridus ore cruento.*

Obseruandum est autem hîc non dari Troianis securitatem euitandæ famis, alioquin contrarium esset illi:

" *Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.*

Sed hoc ait ne horrescat morsus mensarum, perinde quasi dixerit. quod licet consumpturus sit mensas, ob id tamen nihil esse, quod spem futuræ felicitatis amittat: quia omnia illi prosperè, ac feliciter euentura sunt. Has autem terras.] *ἀσφαλῶς terras hostiles euitandas admonet: & quæ sint docet. nam ex Epiro intuentibus Calabria conspici potest.* Cuncta malis.] *τὸ αἴτιον: quod Græcorum deturpationem habet.* Hic & Naritij.] *à communi ad separatam Græcanicarum ciuitatum enumerationem transit: quæ omnes in ora Calabriæ sunt. uideto aliorum commentaria.* Subnixa Petilia muro.] *circundata muro, ut in 4. Aeneid.*

" *——crinemq; madentem*
" *Subnixus rapto potitur.*

Quin ubi transmissæ steterint trans æquora classes.] *transmittere interdum absolutè ponitur, pro transire. Cic. ad Qu. fratrem libro 2. eosdem aiebant nūciare te prima nauigatione transmissurum. quandoq; uerò trans adiungitur. ut hoc in loco: trans æquora transmissæ.*

Hostilis facies occurrat.] *propter Diomedem Aeneæ Palladium offerentem: quod Nautas accepit.* Et omnia turbet.] *ita legendum est, non omina hoc autem ideo dicit: quia sacrificanti diligenter uidendum erat, an leniter fundendum esse uinum, aut mola inycienda: ut sacrificij ratio exigebat. Sin aliter fieret, piaculum dabatur. admonet igitur Aeneam, ut faciem uelet, ne, hostilem faciem uidendo, aliquid intermittat, quod de more sacrificij necessariò faciundum esset, & animaduertendum est, quod ait, hostilis facies, non de Diomede, ut interpretes falsò sentiunt, sed de omnibus in uniuersum intelligendum esse. hostibus.* Huncsocij morem.] *modum sacrificandi Aeneæ præscribit, ab eius quoq; posteris obseruandum.*

Nate dea.] *Orditur à beneuolentia, à persona Aeneæ: & docilitas parenthesi inclusa est Monet enim, omnino fatale esse, ut magnis auspicijs cursum continuet, & ad destinatam à fatis sedem per uaria pericula aliquando ueniat.* Nam te.] *Consentanea superioribus oraculis respondet, ut in alijs eminenti fides constet.* Fata deûm.] *Ab authoritate Iouis, & Parcarum ineuitabili consilio, quarum arbitrio uices rerum humanarum disponuntur: adeò ut humanæ industriæ non sit, pro arbitrio fortunam fingere. Periphrasis est, Deûm rex.* Sortitur.] *quasi fortitò impertit. Allusit ad duo Homerica dolia, in Iouis limine collocata, unde is bona malaq; dispensat, ut uisum est.* LAMB. Hort.

Voluitq;.] *Nihil perpetuum est. Idem læta tristibus, & aduersa secundis commutat. ut ab eo uno sit pendendum, & sequendum illò, quocunq; uocet.* Pauca.] *Attentio à compendio responsi, & earum rerum quas promittit se*

explicaturum. nam omnia eius fata aperire, à dijs sibi uetitum, sed incertis de causis, fingit. Tutior.] *Causa finalis à tuto, ut saluus periculum euadat, & incolumis portũ Italiæ teneat.* Hospita.] *peregrina: hoc est, Sicula & Tyrrhena.* Lustres.] *circumnauiges.* Prohibent.] *Translatio in Parcas & Iunonem. Parcas tres comminiscuntur poëtæ, κλωθὼ, λάχεσιν, καὶ ἄτροπον: & has quidem Noctis filias facit Hesiodus, per similitudinem quandam. nam fata nulli conspicua, inopinato superueniunt. Ipsa uerò nomina affictа sunt, ὡς ἀπὸ ἐπικλώσεως ὅπερ ἐστὶ, quasi fusum aduolutũ sit: καὶ τὸ λαχεῖν ἐξ ἀμφιμερίσματος τινί: id est, à sortiendo per fatum aliquid futurum cuipiam: καὶ ἐκ τοῦ ἄτροπον καὶ ἀμετάστροφον εἶναι, quòd inuariabile & immutabile sit. Græci ταύτας τὰς κόρας, μοίρας καλοῦσι, has puellas, μοίρας uocant, παρὰ τὸ μείρω, diuido: ὁ μήρομαι, sortior, diuido, hoc est, λαγχάνω, μερίζω, κληρόω. Cuiq; enim sua à deo, ut uisum est, dispensantur, uel secunda, uel aduersa. Latini Parcas dixerunt, ἀντιφραστικῶς: quia nulli parcunt, neq; pauperum tabernis, neq; celsis regum turribus.* Expediam.] *breuibus explicabo. Contraria sunt expedire & impedire, ab intricatis pedib. deducta.* Helenũ.] *Tertia pro prima, me.* Saturnia.] *Saturni filia: epithetice.* Principio.] *Narratio ab occupatione: qua docet, Italiam opinione longius abesse. Prom labores maiores subeundos, quàm existimet, priusquàm terrã à fatis destinatam possit pertingere. Initio uirum fortem terret à difficultate, longitudine, & anfractibus itineris emetiendi; à laboribus & expeditione ardua ad inferos, antequàm speratam quietem consequatur. Quæ tamẽ statim, spe magnorũ commodorum, mitigat & lenit: ut planè exactis labores, iuxta prouerbium, postea iucundi sint futuri.*

Longa] *Opponit inter se uicinum & longum. Sed & collusio uocũ elegans habet amplificationẽ reliqui itineris. Iam & in uerbo* Inuadere, *grauissima iuxtà & aptissima metaphora inest, à re militari ducta. Indicat eum iam animo occupasse Italiam, à qua procul adhuc absit.* Trinacria.] *Sicilia tibi priùs adeunda est, quàm in Italiã traijcias.* Trinacria unda.] *freto Siculo Sicilia initiò Trinacria nuncupata fuit, à figura triquetra, siue tribus promontorijs, speciẽ sellæ tripodis effigiantibus. Exit insula in angulos tres, quæ nihil aliud sunt quàm excelsa promontoria. Horum unum Pelorus, Septentrionem spectat: alterũ Pachinus, brumali ortui obuertitur: tertium Lilybæum, austro obijcitur. Claudianus lib. de Rap. Proser. 1.*

» *Hinc latrat Getula Thetys, Lilybæaq; pulsat*
» *Brachia consurgens: hinc dedignata teneri,*
» *Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.*

Nec minus grauiter Silius Italicus lib. 14. Siciliæ descriptionem prosequitur. Insula postea Sicania est appellata. Fuerunt autẽ Sicani, Hispani: qui cùm Latium aliquandiu tenuissent, à Liguribus pulsi, in Siciliam traiecerunt, & de se insulam Sicaniã uocarunt. Post hos Siculi terræ fertilitate delectati, eam occuparũt. Dionysius existimat, Siculos quoq; Italiã priùs incoluisse: ac priùs ab Oenotris, inde ab Aborigenibus & Pelasgis è Magna Græcia cũ coniugibus, & liberis in hanc insulam transmisisse. Neq; uerò desunt, qui Sicanos Siculi regis ductu ea fortuna in insulam delatos contendant: & gentẽ ex se Sicaniã, ab rege uerò Siciliã nũcupasse. Græci indiscriminatim Σικελίαν, καὶ Σικανίαν dicunt. Fuit autem Siculus ille Neptuni filius, uel (ut alij) Itali, qui insulã inuasit temporibus Iosue, generatione 19. Didymus contendit, Sicanos, Hispanos, à Sicano amne profectos. ἀπὸ Σικανοῦ ποταμοῦ Ἰβηρίας, Ἰβῆρες ὄντες ἀπὸ Σικανοῦ ποταμοῦ. A *Fuit initio insula magna ex parte inculta sed postquam Siculi eò uenerunt, ab ijs occidentalis ora & coli, & frequentari cœpit, ob glebæ pinguedinem, & bonitatem loci. Hellanicus Lesbius author est, bis classe ex Italia huc migratum fuisse: primùm ab Elymis, ex Oenotrorum gente profectis: secundùm ab Ausonibus, qui Iapyges fugerint: & per hos à Siculo rege terram nomen indeptam. Sunt scriptores qui prodiderunt 80. annos ante bellũ Troianũ eò transmissum fuisse. Rursum alij tradunt, Ligures ab Oscis, ut Thucydides, uel Vmbris pulsos, auspicijs Siculi ducis insulã occupasse: adeoq; id multos annos post Troianum bellum fieri contigisse. Quare cùm sit obscurum, unde nomen habeat, ita ex scriptoribus liquet, Siculos à Sicanis diuersam gentem fuisse: quorum alteri ex Hispania: alteri ex Italia emigrarũt. Inde Dores eam lingua & ædificijs excoluerũt. Iam uerò insulæ ubertas tanta est, ut Cereri & Baccho à priscis mortalibus consecrata fuerit, & horreum Pop. Rom. appellata. ipsa Italia non inferior, à qua terræ motu, aut æstu interluentis maris abrupta creditur, ut loco haud multũ huic diuerso explicabitur. Hac regionis illius celebritas & ubertas, loco magnorũ bellorũ & calamitatũ materia multis seculis fuit: & grauiter diu* B *à tyrannis afflicta extitit. Tyrannidem in ea primus exercuit Phalaris, inde duo Dionysij, mox Pyrrhus, postremò Agathocles: donec ad postremum post regnũ Hieronis & Hieronymi, certantibus de imperio duobus potentissimis populis Romano & Carthaginensi, sub umbra Pop. Rom. quieuerit. Gignit mel, crocum, pecora, pelles, lanam, & diuitias id genus. Ad ortũ, Ionio pelago pulsatur: ab austro, Libyco: ad septentrionem, Tyrrheno clauditur. Posidonius quatuor millium stadiorũ ambitu esse, in literas retulit. Agrippa scriptor Rumanus, aliquanto maiore circuitu. Plinij ætas 72. uidit. Prouerbijs multis iam nobilitata est Sicilia: σικελίζειν. Siculissare, τὸ αὐστηραίνειν, austeritatem exercere, siue austerum esse, apud Epicharmum. uel πανουργεῖν, malevolentia quadam studeo alicui nocere. Sicula mensa, pro magnifica & sumptuosa, ἐπὶ τῶν πάνυ τρυφηλῶν καὶ πολυτελῶν. Σικελὸς ὀμφακίζεται, ἐπὶ τῶν διὰ μικρὰ ὑπομεμφομένων κέρδη, μεγάλαις βλαπτομένων. Ἀπὸ τοῦ τὰς ὄμφακας κλέπτειν τοὺς ἀδυνάτους λεγομένων. id est, Siculus omphacissat, in illos qui ob inmodicam & praproperam auiditatem damna magno alios afficiunt, uilis lucelli gratia. Potest etiam dici in eos, qui maximè matura & bellissima quæq; sibi decerpunt. Erasmus etiam admonet in eos quadrare, qui quantumlibet uilia furto auferunt. Signat enim ὄμφαξ, labrusca, & uua immatura. σικελὸς τὴν θάλατταν, Siculus mare uel (ut Suidas) σικελικὸς τὴν θάλατταν, scilicet prospectat: de ijs qui iterum sollicitantur ad subeundum periculum. à Siculo* C *quodam, qui ficos naui portans, cùm naufragium fecisset, atq; inde sedens in littore mare placidum ac tranquillum spectaret, uelut inuitans ad iterandam nauigationem, dixisse fertur, οἶδ᾽ ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις. Et, Siculæ nugæ, res leuicula. σικελὸς στρατιώτης, Siculus miles: in peregrinum & mercenariũ militem, quòd Siculi temporibus Hieronis mercenario milite uterentur, in eum, qui lucelli gratia nullum ministerij genus, quamuis uile, recuset.* Lentandus.] *lenta nauigatione laxandus.* Ausonij.] *Tyrrheni & Hadriatici maris.* Inferni.] *Diligentissimè hunc locum ad Homeri prototypum expressit. Vlysses Homeri Odyss. 12. à Circe admonetur, non prius in patriam eum*

peruenturum

A perunctorum, quàm inferos Tiresiæ uatis ductu adierit. quòd hunc enim, etiam mortuo, Proserpina donarit mentē fatidicam, ut inter alias umbras solus plurimum saperet.

διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
μηκέτι νῦν ἀέκοντες ἐμῷ ἐνὶ μίμνετε οἴκῳ,
ἀλλ' ἄλλην χρὴ πρῶτον ὁδὸν τελέσαι, καὶ ἱκέσθαι
εἰς Ἀΐδαο δόμους, καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης
ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο
μάντηος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι,
τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνῦσθαι. τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Aeneæ ad inferos descensus sub auspicijs Sibyllæ narratur in sexto: Homericus ex Circes hospitio digressus, eò recta expeditionem parat. Insula.] Hanc insulam prænternauigantem Aeneam fingit, statim post reditum eius ab inferis, circa principium libri septimi:

Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
B Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigeriq; sues, atq; in præsepibus ursi
Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum,
Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in uultus ac terga ferarum.

Circē uerò scriptores Hecates & Oetæ, uel, ut alij, Aeætæ filiam fuisse, habuisse sororem Medeam, fratrem Aegialeum, memorant. Circe maternis artibus imbuta: nam Hecate ab ineunte ætate uirgo adhuc, præterquàm quòd delectabatur transfingendis hominibus, sagittis, etiam incredibili studio conficiendi uenena tenebatur: quare ad eam aconiti inuentum retulerūt. Hæc ut artem certam & minimè fallacem tradere, uim inuenti sui in hospitibus experiri solebat. Sustulit ea arte parentem suum. Hinc inhumanum illud sacrum Dianæ Tauricæ, erecto templa ab ea institutū fuit. Inter ueneficia herbas magicas etiam inuenit, uerbenam, & id genus. Nupsit iam matura Sarmatarum regi: quo paulò pòst ueneficijs extincto, regno sola potita fuit. Postquā hic aliquandiu in subiectos populos nimis impotenter innata crudelitate sæuijt, regno pulsa, ac cū exigua mulierum manu dilapsa, desertam in Oceano insulā occupauit. Sed pertinacior fama est, eam in Italiam fugisse, cō-
C sedisseq; in promontorio, uel (ut nonnulli) monte Latij [illegible]. Erat tum is locus insula, authore Homero: fecitq; à se & suis, quæ Circeæ ab ipsa dicebantur, loco nomen Circeis. De Circeis autem iam mox. Non grauabor (fortassis nimis diligenter, studio tamen iuuandi studiosos) ea annotare, quæ à Græcis de uenefica omnium quæ fuerunt nobilissima, memoriæ prodita inueniuntur. Sunt qui hanc sororem Aeetæ Colchorum regis fuisse, rursum qui eius filiam, contendant. Vtcunq; res habet, Dionys. Miles. 1. Argonaut. author est, filiā Aeetæ & Hecates ex Perseo prognatæ, sororem Medeæ fuisse: constat hoc inter plurimos. Credunt, Solis in his regionibus binos prognatos liberos, Persēū & Aeeten: quibus ea sorte ita obtigerunt, ut Aeetes Colchis & Maeotis imperaret; Perseus Taurica imperio poteretur, duxeritq; uxorem indigenam. Variant hic scriptores. Quidam huic Hecaten filiam tribuūt: alij rursum illi, & ex nympha eius loci editam ferunt. Sed inter omnes constat, uirginem extitisse & robustā iuxtà, & uenationi deditam. Hanc item omnium primam, letiferarum radicū, noxiarū herbarum, medicaminum & ueneficiorum repertricē ferunt. Inde Colchos ablegatā, nupsisseq; patruo suo: ex qua tulerit Circen & Medeā. Cùm aūt Circe natu sororum maior esset, breui factum est, ut maternis artibus imbuta, eā facilè superarit. Medea minor Circe, ut ipse quidē ueneficijs sorore inferior euasit. Porrò Hesiodus scribit, Circen Solis filiam, Vlyssi procreasse Agrium ac Latinum:

Κίρκη δ' Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο,
γείνατ' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
ἄγριον ἠδὲ λατῖνον, ἀμύμονά τε, κρατερόν τε.

Huic consentit Maro, qui eam loco suprà citato Solis filiam uocat. A miscendis uenenis nomen ei affictum est. κίρκη, à κιρνᾶν τὰ φάρμακα. Huic peculiare fuit, herbis & ueneficijs Solis Lunæq; defectus cogere, & prodigiosa miracula in corporibus humanis edere. Qua scientia non temerè Italiæ omnia fabulis repleuit: ut Aeschylus, uetustissimus author in rebus poëticis, Italiam potentibus herbis refertam prodiderit: in primis uerò Circæos agros, ubi illa habitasse existimatur. Addunt etiam argumentum, non omnino fabulam nam artem adhuc durare apud Marsos, qui à filio eius orti dicuntur, quos serpentū domitores fuisse uulgò persuasum fuit. Circeii, quondam insula fuerunt temporibus Homeri, circa cardines antiqui Latij, uasto mari cinctæ. Post Antium, Circæum est stadiorum ducentorum nonaginta, mons, mari & paludibus cincta insula. Ibi castellū cernitur, & Circes sacellum, & Mineruæ ara. Chrestomathiæ author addit, sacellū ostendi cum phiala Vlyssis: propter ea quæ de Circe & ipse poëta fabulātur, quā ibi aiunt fuisse. Circes domus (inquit Mela) aliquando Circeii. Est & Circæum locus in Colchide, à Circe Aeetæ regis sorore: aut campus. Ab hac herba aliquot nomina sua inuenerūt: ut Circæa, strychno satiuo similis: & mandragora quam & Circæum quidam uocant. Homerus Circen & Aeeten Solis & Perses Oceanitidis filios fuisse scribit Odyss. 10.

Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'. ἔνθα δ' ἔναιε
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, αὐδήεσσα,
αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.
ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου Ἠελίοιο,
μητρός τ' ἐκ Πέρσης, τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

Hanc idem paulò pòst πολυφάρμακον uocat. Cæterùm huic peculiare fuit, ut dixi, hospites suos in diuersas animantium formas transmutare, quod eodem libro testatur idem Poëta: & quidem herbis potentibus partim, partim philtris ac poculis amatorijs, partim uirga magica. Aduersus has artes egregiè Vlysses herba moly Mercurij beneficio munitus fuit:

ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, ἠδὲ λέοντες,
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.

Rursus quos uolebat in pristinam formam restituere, alio pharmaco perungere eidem mos erat:

——Κίρκη δ' ἐκ μεγάροιο βεβήκει
ῥάβδον ἔχουσ' ἐν χειρί, θύρας δ' ἀνέῳξε συφειοῦ,
ἐκ δ' ἔλασεν σιάλοισιν ἐοικότας ἐννεώροισιν,
οἱ μὲν ἔπειτ' ἔστησαν ἐναντίοι, ἡ δὲ δι' αὐτῶν
ἐρχομένη προσάλειφεν ἑκάστῳ φάρμακον ἄλλο.
τῶν δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσε
φάρμακον οὐλόμενον, τό σφιν πόρε πότνια Κίρκη.
ἄνδρες δ' ἂψ ἐγένοντο νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν,
καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσοράασθαι.
ἔγνωσαν δέ με κεῖνοι, ἔφυν τ' ἐν χερσὶν ἕκαστος.

Hanc, eam ob causam diserte Lycoph. εὐρέσαντος uocat:

» παιδὶ γαλήνης σέρματ᾽ ἀμείψας βοράς,
» ποίησ᾽ εὐρέσαντος ἐκ ἰσόψιτα
» ἀφάνιον δυσμενοῦς ἀλφιτῶ, δίδατα
» καὶ λύμη ἐκτέμνων φάρ.

Apud Ouid. lib. 14. Metam. non paulò copiosior descriptio omnis generis ueneficiorum Circes extat, ubi Macareus refert ea quæ in hospitio illius uiderit, quæq́ ad postremum ipsi acciderint, prodigiosa, & monstris planè similia:

» Nec mora, misceri tosti iubet hordea grani,
» Melláq́, uimq́ meri, & cum lacte coagula passo;
» Quiq́ sub hac lateant furtim dulcedine succos
» Adijcit. accipimus sacra data pocula dextra.
» Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
» Et tetigit uirga summos dea dira capillos,
» (Et pudet, & referam) setis horrescere cœpi,
» Nec iam posse loqui, pro uerbis edere raucum
» Murmur, & in terram toto procumbere uultu,
» Osq́ meum sensi pando occalescere rostro,
» Colla tumere thoris: & qua modò pocula parte
» Sumpta mihi fuerant, illa uestigia feci.
» Cumq́ eadem passis (tantum medicamina possunt)
» Claudor in antra ——

Quo loco idem admirabilem ueneni uim per uirtutes herbarum in pico docet: tum autem in incantando cœlo, nubibus, & elementorũ propè omniũ formis. Apollonij enarrator opinionum de Circe uarietatem conciliare uidetur, cùm duas fuisse eius nominis dicat. Aeææ.] Aeam eiusdem enarrator πόλιν Κολχίδος esse indicat. αὕτη δὲ Κολχίδος εἶναι τῆς ἠπείρου. ἔστι γὰρ τῆς Κολχίδος Αἶα ... Sita est in extremis mundi partibus. Alij dicunt Colchidis terram propriè Αἶαν nuncupari. Aeæa insula est in Phaside, in qua uellus positum fuisse creditur: estq́ hæc Colchorum metropolis. ... Didymus Odyss. 9. insulam Tyrrheniæ, aut Colchidis urbem interpretatur. Et Mela insulam Aeæam in freto Siculo collocat, & à Calypso habitatam: uel, ut Hesychius, à Circe: ipsamq́ adeò ὁμώνυμον, Aeæam dolosam & fraudulentam, aut certè gentilitiam esse ab ipsa insula: & nomen deductũ ab αἰ αἶ, dolentis uocibus, quas lugentes edunt. uã ibi perpetuò deflerent hi, qui à marinis turturibus perimuntur. Siue quòd transmutatio illa beluina in alias animantium formas, luctu digna sit. ... In Colchide imperarat Aeetes, simul & Corinthi, ut ait Eumelus poëta. etenim Sol Aeetæ & Aloei liberis regnũ ita fuerat partitus, ut Arcadiam Aloei tradiderit, Aeetæ uerò Corinthũ. Porrò hic Corinthi imperio nõ contentus, transmisit in Colchidẽ, regno Peloponnesiaco filio Buno ad custodiẽdũ cõmisso, donec ipse aut aliquis suo nomine Corinthum rediret. Historiæ meminit Lycophron in Cassandra. Idem testatur, Aeetæ uxorem Idyam, Oceani filiam, fuisse: ex qua susceperit Medeam & Absyrtum. Inferníq́ la.] Descensus ad inferos explicatur in sexto. Veteribus persuasum fuit, inter lacum Lucrinum & Auernum os inferorum esse, per quod ad Orci fauces descenderetur. Erat in Campania, prope Baias. Sic & Auernus Plutoni sacer ea de causa putabatur. Græci ἄορνον uocant, quasi sine auibus, quòd ob sulphureum ac tetrum odorem aere circà corrupto, auibus esset inaccessus. Cæterùm Auerni Galliæ Aquitaniæ populi sunt. Lacus hic ἄορνος siue ἀορνὶς palus illa circa Cumam appellabatur. Huius aqua cærulea erat. Sunt qui aues hanc fugisse, quòd tenebrosa fuerit, & ingens, ... Lycophron paludem Auernum uocat, & alij quidam, eam quæ est circa Eridanum, calidã, grauis odoris, de qua nullum animal gustet potum, quin extemplò moriatur. Illic ea quæ de Phaëtonte prodita sunt, euenisse ferunt: nam & populi ibi monstrãtur, electrũ exudantes. Porrò aũt, qui Alexandri Magni res scripserũt, inter quos Arrianus est, tradunt Aornũ petram esse ingentem, quatuordecim stadiorum altitudine, ... ἄορνον: atque Aornum dici, quòd ob frigiditatem, nulla auis superuolet. Hanc Alexãder uastauit. Sotio, Agosthenes & Dion, alijq́ historici, neq paludem, neq petrã fuisse ferunt, sed os quoddã prope Adiabenen, supra quod nulla auis uolitare potuerit, idq́ ob exhalationem euaporationemq́ inde surgentẽ, cuius graueolentia omne animal brutum moriatur. Et circa Adiabenen asphaltitis stagnũ est. Est aũt asphaltitis, naphtha. Porrò ad lacũ Auernũ Cimmerium oppidũ est, ab Homero Vlyssis descensu celebratum. Hic Baiæ, Cumæ, Linternum, Vulturnus amnis. Denique circa hos lacus ostenduntur manifesta signa fabulosæ necyomanticeς Homericæ. Styx, palus Acherusia, Acheron, calida aqua loco Pyriphlegetontis. Est & occulta fossa, meatus subterraneos trahens, & locum necyomanticeς. Hunc specum qui ingrediuntur, noctu intrant, & egrediuntur rursus: ut hinc coniectare liceat, ibi Homericos Cimmerios habitare. Vebero.] Laurinum, uel Albam. Signa.] Quoniã aũt urbis mentionem, proposito descensu ad inferos, iniecit: erigit nũc consternatum animum, spe condendæ urbis: Et ut certa argumenta finitorum periculorum teneat, addit signa: quibus obseruatis certò sciat, se iam omnibus periculis defunctum. Signa.] Attentio. Sollicito.] anxio de laborũ catastrophe. Sus.] scrofa cũ triginta fœculis albis. Tradũt historiographi, rẽ minimè esse fabulosam: prodigiosum scrofæ occursum, omen fecisse Troianis, quo loco urbs conderetur. Hæc prægnans cũ altaribus esset admota, sacrificantiũ manibus excussa fuit: atque inde abrepta quatuor & uiginti stadijs à mari, tumulo admodũ modico consedit, loca difficili & inculto. C Sequitur Aeneas scrofam, cũ parte suorum, huius memor oraculi, & quidem modico interuallo, ne si uestigijs instiIsset, eam fatali uia auerteret. Tum demũ terræ ingenium & naturã loci propius contemplatus, cũ uideret nihil in eo esse, quod ad sui cultũ quenquã inuitare posset, anceps consilij diu, & anxius quid ageret, in animum inducere nõ potuit, tã minimè aptas cultui sedes fato demonstrari. Eratq́ planè totus occupatus in re deliberanda, illicne conderet, an longiùs procederet: cùm ex proximo luco uox redderetur, quæ augurium confirmauit ut illic subsisteret. Sunt alij authores, qui scribunt, effigiem deorum penatium Aeneæ per quietem obuersatã, à quib. sit iussus locum eum mænib. cingere. Vtcunq habet, postridie inuenta scrofa est numerosum fœtum enixa, quæ oraculi fidem confirmauit. Huc extemplò translatis castris, Troiani raptim materia contracta, tumulum munierẽ. Quidam Græcorum astruunt, ὅτι ... quòd

Marginal letters: A (beside "sacer ea de causa putabatur…"), B (beside "Est aũt asphaltitis, naphtha…"), C (beside "Sequitur Aeneas scrofam…").

A *ly? quod tricesimo anno filius eius Ascanius condiderit Albã ciuitatem, sic appellatam à scrofa alba, quam secum ex Ilio adduxerat.* Triginta.] *porcellorum, quod omen ita acceptũ fuit, ut annos totidẽ Ascanius illic esset regnaturus.* Alba.] *à colore animãlis, simul & longitudine urbis, Alba longa dicta fuit.* Nati.] *succulæ.* Is locus.] *in eo locu fatalis urbs condetur: Lauro loco nomen fuisse memento.* Nec tu.] *Occupat id quod de prodigiosa fame denũciauerat Harpyia Celæno, antequàm ad pcepta fugiendorum locorum perueniat.* Fata.] *Reiectiu denunciationis tristis, cui opponit fatorũ prouidentiã, & præsentem numinis opem, quod inuocatum, obscœnam famem est mitigaturũ. Aptè in parœmiæ speciem detorqueri potest. Fata uiam inuenient: quoties indicabimus, citra nostram industriam & consiliũ diuina prouidẽtia, ineuitabilia discuti, aut certè mitigari.* Vocatus.] *inuocatus Apollo ille ἀποτροπαῖος καὶ ἀλεξίκακος, cuius uerbis Celæna famem minata fuit.* Has autem.] *Transitus ad præcepta, de quibusdam periculosis locis accuratè cauendis. Primũ, ut littus proximũ Italiæ, in quo Magna tum Græcia erat,*

B *diligenter declinet. Enumerat aliquot oppida & loca in quib. Troianorũ infestissimi hostes imperabant: quos monet sedulò fugiendos, & declinandos circumspectè.* Has autem.] *Verba mõstrantis dextra sunt, ad occiduã plagã, qua spectabat Italiã: quantum ibi locorũ est, inter duo cornua cõtra Siciliam ad meridiem, & Acroceraunia & Taulantios ad ortum excurrentia. Nam ab ea parte qua in austrum uergit: δίκερως est, quorum alter uerticũ in occasum depressior est, ad Leucopetrã promontoriũ Tauromenio obiectum: alter in ortum modicè reflexus, Iapygiũ promontorium facit. Inter hæc duo cornua, Magna tum Græcia erat, quã Plinius Italiæ frontem appellat. Incipit à Locris: hic Salentini, hic Tarẽtini, ubi Architas floruit: hic Crotoniatæ, ubi Pythagoras docuit. Mox oppidũ Petilia, & promontorium Lacinium, Caulones, Scyllaceum, Scyllaciũ sinus. Hic Metapontini, Thurium, ubi Herodotus historiarũ scriptor claruit. Calabri & Salentini peninsulã quodam modo tenent: ibi duo sunt promontoria, Salentinũ ad ortum. Laciniũ illi diuersum occasum obtuens, sinum Tarentinũ finit. Strabo author est, Lucanos Tyrrhenũ littus coluisse quondã, neq; ullam alterius maris oram antea*

C *tenuisse, sed Græcos Isthmum Tarẽtinum incoluisse. Ante Græcus uerò, Chonas & Oenotrios ibi consedisse. Quibus inde à Samnitibus pulsis, Lucani in partem sunt recepti, cùm iam Græci utrumq; littus ad fretum usq; Siculũ obtinerent. Horum res breui in tantũ creuerunt, ut eam Italiæ partem Magnã Græciam appellarint. Sunt tamen authores, qui arbitrantur sic dictam, quòd Magnus ille Pythagoras ibi fuerit Philosophatus, & philosophiã Italicã dictam temporibus Seruij Tulli sit professus. Huius Magnæ Græciæ tractum describit eruditè Ouid. lib. 4. Fast. docent minimè mirum esse, si pleraq; huius oræ loca Græcis nominibus appellentur. Hanc itaq; frontem bicornem & peninsulæ ac Isthmi speciem referentem, omni studio fugiendam monet.* Nostri.] *Ionici. nam tota ea regio oppidis Magnæ Græciæ tum inhabitabatur.* Narycij.] *νάρυξ, inquit Suidas, πόλις Λοκρῶν ὀπουντίων ...., ἢ καὶ ναρύκιον, καὶ ναρύκη, ἐξ ἧς ἦν ὁ Λοκρὸς αἴας. Leucopetra australior portus Rhegij est: proximum Heracleũ extremum meridionalis. Inde ad ortum septentrionalior est uertex Zephyrius, & Epizephyrij Locri, Locrensiũ Ozolarum coloni ad sinum Crissæum. Hi porrò Locri dicuntur omnium primi legibus scriptis usi, adeoq; his & quidem bonis multos annos instituti fuisse. Locros numerat Silius inter populos qui à Pœno defecerant. 2. bell. Pun. lib. 11.*

> Inde Pulunicu leuitas animosa Tarento
> Ausonium laxare iugum, patefecit amicas
> Alta Croton portas, Aphetisq; ad barbara uersis
> Thespiadum docuit submittere colla nepotes.
> Idem etiam Locros habuit furor, ora uadosi
> Littoris, Argiuos maior quæ Græcia muros
> Seruat, & Ionio lunatur curuata profundo.

Sunt & alij Locri, qui à collib. Cnemidaq; rupe, seu ocrea Epicnemidij dicuntur. Horũ & Ozolarum dux ad Troiã Aiax Oileus refertur ab Homero fuisse, in Catalogo. Quem locum eius scholiastes enarrans: οὗτος, inquit, ἦν ὁ ...., ... Rursum alij Locri sunt Ozolæ dicti, circa Aetolium, quam ab occasu spectant, altero latere in campum Crissæum exporrecti, pertingentes occidentalem radicẽ montis Parnassi. Hi Ozolæ appellati existimantur ab Oxonte eius regionis amne. Quoniam uerò reliquis occidentales sunt, etiam Ozolæ Hesperij, ad aliorũ discrimen, dicuntur: quare Hesperum stellam publico sigillo inscriptam habent. Aiunt amnem Oxontem natum è corrupto sanguine Centauri, ibi ab Hercule uulnerati, quod Deianiram ad amnem Euenũ, quam ille per eã terram circumducebat, stuprare conaretur. Sunt quòd caprarij fuerint, & hircorũ ἀδεψήτοις pellibus amicti, omnia pabula fœdo odore infecerint. Strabo libro 9. aliam huius cognominis causam adducit: collẽ illic esse Taphassum, in quo Nessum cum alijs centauris sepultum fuerit, quorũ tabes in tumuli radices defluens, ipsam regionẽ teterrimo odore fœdarit. atq; ἀπὸ τῆς ὄζης, Ozolas dictos. Pausanias inter omnes causas huius nominis, quas recenset, postremam maximè uerò consentaneam probare uidetur, quæ hæc est. Multum asphodeli hæc regio gignit. Hic cùm floret, grauissimum odorẽ fundit. Strabo in uniuersum triplices facit Locros: Opuntios, Ozolas, & Epicnemidios. Opuntij dicti sunt, ab ipsorum metropoli, Bœotijs finitimi & Phocensibus: Epicnemidij, à Cnemide colle, Maliensibus & Phocẽsibus uicino: horum coloni fuerunt Epizephyrij Locri, quorum hoc loco mentionem facit Helenus uates. Locrenses illi, quia bella cum Peloponnesijs parum fidei tenaces fuissent, in prouerbium λοκρῶν ξυνθήματα, Locrensium fœdera, abierunt, ἐπὶ τῶν παρασπονδούντων: id est, de fallentibus, & fœdifragis. Vel quòd Locrenses Siculos clusserint, non præstita fide. Locrensis bos, de re uili, & leui munere. Cùm enim Locrenses publicum sacrũ facturi bouem desiderarent, bouis simulachro ex minutis lignis factum fecerunt. Ozolæ Locrenses patria ob ducis mortem pulsi, cum Epizephyrijs exteras sedes quæsiuerunt. Horũ partim Cyrenaicam delati, Pentapolim habitarunt: partim in Italiã, & Locros coluerunt. Narycij.] *Locros Narycios uocat, à Naryce, siue Narycio, oppido Locrorũ, unde Aiax profectus fuerat. Suid. νάρυξ πόλις Λοκρῶν ὀπουντίων .... ἢ καὶ ναρύκιον, καὶ ναρύκη. ἐξ ἧς ἦν ὁ Λοκρὸς αἴας. Est & Narycia in mari Aegæo. Iam quia Ozolarum Locrorum, Epizephyrij Locri coloni sunt, epithetice Narycios uocat.* Salentinos.] *Ipsam peninsulam Calabri colunt, & Salentini. Frons extima ortum obtuens, Salentinũ habet promontoriũ. Huic ab occasu oppositũ est Laciniũ, & sinu Tarentinum finit. Hic consedit Idomeneus Cretens. dux, domestica seditione pulsus, Lyctius dictus, à Lycto op-*

pido Creta, [illegible]. Lyctus Lacedæmoniorum colonia fuit, habuitq; nauale, cui Chersoneso nomen erat, ubi Britomarteos templum uisebatur.

Petilia.] Tarentinum sinum alter excipit quidem, sed minor, Scylaceus. Quo quidē loco nostra tempestate oppidum est, quod Bellum castrum uulgò dicunt. Lucanorū metropolim facit Petiliam Strabo. hanc describit à conditore. Petilius proprium uiri nomen est. Philoctetes Melibœa urbe Thessaliæ, uel, ut alij Magnesiæ, ob seditionem profugus, hūc Lucaniæ sinum tenuit, oppidumq; Petiliam aduersus omnem uim uicinorum populorum egregiè muniuit. Chrestomathiæ scriptor, [illegible], inquit, ὁ τῶν [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] περὶ τὰς [illegible] τόπον. Melibœa, littorale oppidum fuit Magnesiæ: uel, ut alijs placet, ut dixi, Thessaliæ: item uicus in mari Laconico. Quidam Græcorū scribunt, in fatis fuisse, nunquam futurum fuisse ut Ilium caperetur, nisi in castris Græcorū arcus sagittæq; Herculis præsentes adessent. Oraculo eodem responsum fuerat, ut nisi Pelopis ossa, quæ in Letrina urbe Elidis condita erant, ad Troiā unà cum Herculis sagittis à Neoptolemo perferrentur, urbē excindi non posse. Erant hæc illa penes Philoctetem. Etenim cū Herculi morituro nemo pyram in Oeta monte uellet accendere, Philoctetes pyræ ignem admouit. Quare sagittas & arcū illi dono reliquit. Euenit aliquando, quòd cùm hic in Lemno ad aram Mineruæ Agreæ dictæ, hydræ morsu uulneratus esset, immedicabili uulnere factus tetrior, ibi à Græcis relictus fuit. Nouerāt enim, serpentum morsibus tactos, nisi à Vulcani sacerdotib. illis curari nō potuisse. Quare Pindarus Troiæ captæ gloriam huic Philoctetæ tribuit, Pythiorū hymno primo: addiditq;, eum ex Lemno profectū, & ab ulcere adhuc maceratum, quæsitum ad Troiam uenisse:

» φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλκει τειρόμενον μεταλλάσοντας
ἐλθεῖν
ἥροας ἀντιθέους Ποίαντος υἱὸν τοξόταν,
» ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσεν, τελεύτασέ τε πόνους
Δαναοῖς.

Quo loco addit Poëtæ interpres, Φιλοκτήτης ἄνευ τῶν [illegible]. Et Lycophron eiusq; enarrator hoc ipsum affirmant. Hercules moriturus eum iureiurando adegit, ne cuiquam mortalium, ubi corporis sui reliquiæ conditæ essent, indicaret. Quam ob causam tradunt ei sagittas suas hydræ Lernææ felle imbutas donauisse. Iam bello Troiano, cùm illis opus esset, Vlysses ad Philoctetem missus fuit, à quo & inuentus, & ad Troiam adductus uenit. Homerus in Catalogo ducum historiam tradit:

» οἳ δ' ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο,
» καὶ Μελίβοιαν ἔχον, καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν,
» τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν τόξων εὖ εἰδώς,
» ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δ' ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα
» ἐμβέβασαν, τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.
» ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
» Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν
» ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.
» ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀχέων· τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον
» Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ Φιλοκτήταο ἄνακτος.
» οὐδὲ μὲν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν.
» ἀλλὰ Μέδων κόσμησεν Ὀϊλῆος νόθος υἱός,
» τόν ῥ' ἔτεκεν Ῥήνη ὑπ' Ὀϊλῆϊ πτολιπόρθῳ.

Philostratus idem prodidit, Orphei caput in Lesbo oraculis Græcis dedisse, Troiam absq; Herculis sagittis capi non posse. Ostēdit paulò antè, Philoctetæ manibus periisse Paridem. Sed quo pacto id, quoue casu contigerit, annotat scholiastes authoris Cassandræ: ἐχθρὸς ἐκ λόγχης [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Atque hanc ob causam eum [illegible] uocat Lycophron. Illud haudquaquam prætereundum, quod in Græcorum quibusdam [illegible] memo, arcum & sagittas Philoctetæ relicta ob Herculem fuisse, propter patris sui Pœantis in decessu meritum & beneficium. Arcum ipsum Herculem accepisse à Teutaro Scytha, bubulco Amphitryonis, à quo & artem iaculandi didicerat, ut author prodidit Lycophron. Verùm porrò Orpheus autumat, Machaonem in Lemno saucium medicatum fuisse. Quæ uerò fortuna, quoue casu item post Troiæ excidium in Italiam penetrarit, Lycophronis diligentissimus enarrator & multæ lectionis homo, eruditè annotauit: μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν, [illegible] Φιλοκτήτης [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Φιλοκτήτης [illegible]. Quo quidē loco idem interpres hūc Lycophronis uersum illustrans, Οἰνωτρίας γῆς [illegible]: Ῥώμη, inquit, νῦν ἡ Ῥώμη ἐστὶν, χωρίον πρῶτον λεγόμενον Οἰνωτρία, ὅπου Φιλοκτήτης κατῴκησε μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν, καθὰ Διονύσιος καὶ Δίων καὶ πάντες οἱ τὰ Ῥωμαϊκὰ γράψαντες ἱστοροῦσιν. Hoc est, Vbi nunc Roma est, ea regio initiò Oenotria appellata fuit: in qua Philoctetes post euersionem Ilij habitauit, ut Dionysius, Dion, & omnes qui res Romanas scripserunt, referunt. Iam uerò & illud nequaquam ociosè addendum est, quod nomen Philoctetæ haudquaquam simpliciter à ueteribus fuit acceptum, cùm apertam ac cupidā possessionē significet. Et interdū ex huius Philoctetæ moribus, qui circa pedem natrice aut uenenata sagitta percussus in Lemno subsedit, reliquis Græcis ad Troiam profectis multa mala imprecatus, quòd unus in ea insula ab ipsis desertus esset, prouerbij formula usurpari potest. Quare Cicero festiuè ad hanc alludens historiam,

Trebæ

A *Trebatium, Cæsarem in Britanniam proficiscentem, non subsequentem, Philoctetem appellat: libro 7. Epist. famil. Itaq. qui simulata inualetudine corporis, aut ægritudine animi, aut morbo aliquo, ut apud ueteres, ita hodie quoque* °*Philoctetæ appellari possunt. Et ex hac eadem fabula, siue historia, Cicero eum alicubi Philoctetem uocat, qui patriæ suæ multas diras, sicut ille fecit, imprecet. Ouidius,*

» *Dure Philoctete licet exercere, meumq́*
» *Deuoueas sine fine caput ——.*

Ciceronis uerba si quis requirat, legat epistolam ad Qu. frat. lib. Epist. 2. Certè mollis hic & effœminatus fuit habitus, id quod testãtur Martialis & Ausonius. Sed de Philoctete plus quàm satis: & uereor, ne nimia prolixitas delicato lectori nauseam fecerit. Quare ad sequentia pergendum est. Melite.] *pro militibus: ex uno plures. Intellectio.*

Subnixa muro.] *hoc est, Hic est Petilia, oppidulum humile, à Philoctete conditum, qui murorum Petiliæ fundamenta iecit.* Quin obl.] *Particula quin, etsi plura habeat uenusta significata, hoc tamen loco transitionis*
B *formula est: quasi dicas, Adhæc, super hæc, præterea. Iam uerò & illud in Heleni uatis præceptis uel in primis obseruandum est, id quod tum in omnib. præceptionibus præcipuum est, & oraculi natura postulat, quod in monendo præcipiendoq́ sit breuis, sit concisus, ne an fractuosa prolixitas pariat obscuritatem, memoriamq́ turbet: ac proinde parum fideliter ea ipsa præcepta retineret. Atque hinc per occasionem captatam, à præceptis digreditur in grauissimam pariter & elegantem descriptionem Scyllæ & Charybdis, ut eas euitet. Quarum non tantùm faciem, prosopopœiæ specie, admirabili splendore, ac uerbis selectis subiicit oculis, uerùm etiam naturam exponit, ut sollicitè cursum circa ea loca teneat ne ubi cæteris periculis fuerit defunctus, in ipso portu propemodum impingat. Atq eò spectare planè illa tragica atq hyperbolica utriusque descriptio uidetur. Hæc autem unde sumpserit Poëta, & quantum ab archetypo suo distet, postea dicemus.*

Quin.] *Mausstrata uia declinanda magnæ Græciæ, transit ad præcepta religionis, & eius ceremonias, quibus ea uelit peragi, & ritè ab ipsius adeò posteritate fieri. Hoc sacrorum genus accuratè posteris tradendum mandat.*

Trans æquora.] *In Calabro littore, quod cum Salentini peninsulam efficere diximus: quam sedem Idomeneus è Creta fugatus tenuerit.* In littore.] *ut hostium oppida & occursus omni studio euitentur.* Purpureo.] *ut uidelicet obnupto capite sacris operetur, ne casu hostis conspecto, & turbatis fuga sacris, operandi copia denteg ro non esset. Hunc tradunt postea ab Aenea institutum, ut obnuptis capitibus sacrificaretur. Ipsum sacrum Aeneium ab eo dictum fuit.* Sanctos ignes.] *Omnia sancta sunt, quæ sacris adhibentur. Proinde uictima, hostiæ, aræ, ignis, sancta: hoc est, casta, inuiolabilia, & numini grata habentur. Causa est, quamobrem caput obnubere purpureo amictu præcipiat. Et propter Diomedem hoc præceptum tam diligẽter tradere uidetur. Hic enim cùm propter Palladium uarijs casibus iactatus, ad ultimum regno exutus esset, oraculo admonitus fuit, ut si numen sibi propitium uellet, illud Troianis restitueret. Postea ita accidit, ut in his regionibus sacrificanti interuenirent: ac cùm sacrum religiosè turbare uereretur, Palladium Nautæ cuidam sociorum reddidit. Diomedis in Italiam accessum, terra adiacentes insulæ ab eo denominatæ satis demonstrant: ut campi Diomedis: Arpi, aliquando Argos Hippium. mox Argyrippa. postremò Beneuentum, teste Suida, dictum. Ibi deleuerat gentes Monadorum, Dardorum: & duas urbes, quæ in prouerbij ludicrum cesserũt, Trieas & Apinas. Cæterum causam huius exilij in Cassandra latè persequitur Lycophron, annotauitq́ eiusdem Scholiastes, & Hom. Iliad. 5.*

Mote]. *Has ceremonias obnubendi capita aduersus hostium occursum fortuitum: Zeugma. Hypallage, casti pro casta religione.*

C

ARGVMENTVM.

Tertia pars hæc narrationis est: in qua, erecto iam ad spem ædificandi Aeneæ animo, cùm ex Epiro digrediens in Siciliam ad Pelorum peruenerit, quam partem nauigando tenere debeat, commonefacit: nempe ut dextram uitet, sinistram petat: in dextro latere Scylla est, quæ pars Italiæ est: sinistram Siciliæ Charybdis occupat: quarum originem, naturam, motum, formamq; eleganti descriptione depingit.

Ast, ubi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori,
Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Aequora circuitu, dextrum fuge littus, & undas.
Hæc loca ui † quondam uasta conuulsa ruina,
(Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas)
Dissiluisse ferunt, cùm protinus utraq; tellus
Vna foret, uênit † medius ui pontus, & undis
Hesperium, Siculo latus abscidit, aruaq́; & urbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrũ Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet, atq; imo barathri ter gurgite † uasto
Sorbet in abruptum fluctus, rursusq; sub auras
Erigit alternos, & sydera uerberat unda.
† At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,
Ora exertantem, & naueis in saxa trahentem:
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pubetenus, postremo immani corpore † pistrix,
Delphinum caudas utero commissa luporum.

NASC. Et angusti rarescẽt claustra Pelori.] *Inter Pelorum Siciliæ promontorium & continentem tanta est maris angustia, ut nullus intuentibus per ea loca aditus esse uideatur: qui tamen appropinquantib. quodammodo aperiri uidetur. talis quoq aspectus illis sese offert, q Verona Tridẽtum recta iter habent, cũ Valarnum perueniunt. Sic enim ibi uia angustatur, ut montes hinc inde altissimi, medio interlabẽte Athesi flumine rapidiss. coniungi, nec ullus inde exitus fieri uideatur. at paululùm procedentibus montes rarescunt, & patescunt. nã dissimili penè forma sunt Bosphori Thracij angustiæ poëtarum carminib. celebratæ: quẽ hodie strictũ Constantinopolit. hunc, ut quidam uolũt, Callipolis, appellamus.* Læua tibi tellus.] *Apollonium imitatus est lib. Argon. 2. Sed à contrario: nã ibi Phineus Argonaut-*

† al. quondã & uasta
† al. medio
† al. uastos
† al. Ad
† al. pistris,

Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni A
Cessantem, longos & circumflectere cursus,
Quàm semel informem uasto uidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.

Argonautas monet, ut declinata parte maris sinistra, dextrum litus petant (quod Bithynij circa Bosphorũ Thracium incolunt) donec in portũ Thynis insulæ perueniant: contrà uerò hic Helenus Aeneæ mandat, ut dextrum, Italiæ scilicet, latus fugiat, sinistram uerò freti Siculi partem nauigando prætérlegat. Sed ita ait Apollonius:

» [illegible] ἔνδοθι πόντου,
» Ἀντικρὺ Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες,
» πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι. εἰσόκεν αὖτε
» Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν ἀκτήν τε μέλαιναν
» γνάμψαντες νήσου Θυνηΐδος ὅρμον ἵκησθε.

» Hæc loca.] Scyllæ, & Charybdis originem describit: de qua, præter Salustiũ, cuius testimonium Seruius interpres adducit, alij quoq; scriptores cùm Græci, tum Latini meminerunt. Tantum æui] ἐπιφώνημα est ad uim longinquitatis temporis extollendam: nam temporis longitudine multi locorum situs immutati fuerunt. Venit medio.] profectò nõ absq; magna ui, locus ille separari potuerat: uenit igitur per medium impetus undarum, & facto hiatu à Sicilia diuisa Italia est. hodie Pharum Messanæ uulgò appellatur: cuius latitudo non amplius tribus pass. millib. diffunditur, propterea subdit: Angusto interluit æstu.] rectè æstu, non mari ait: id assidua ferè cõmotione feruet, exundat, furit. Dextrum Scylla latus.] Scylla saxum est in latere Italiæ, Charybdis mare Siciliæ latus è regione alluens, hunc uersum paucis mutatis ita reddidit Ouid. Metamorph. lib. 13.

» Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis.

Implacata Charybdis.] hinc facilè pspicitur, cur paulò antè dixerit, angusto interluit æstu. Sed alludẽs ad fabulam Charybdis, implacata perinde ait: ac si de fero, ac implacabili quodam homine uel fera potiùs uerba faceret: Ouidius autem maris illius naturã designans, irrequietam Charybdim appellauit. de qua Homerus libro Odyss. 12. uti mox dicetur, mentionem facit. Obsidet.] tralatio est ab hostibus urbẽ obsidentibus. Ter gurgite uastos Sorbet in abruptũ fluctus.] non numerum, sed uehementiam fluctuum indicare uidetur: nam satis compertum est, id bis in die fieri. Sic Strabo lib. Geograph. primo Homerum excusat: qui scriptum reliquit ter in die Charybdim undas absorbere, ter'q; etiam emittere. Maro igitur Homerum imitatus illud ipsum expressit, quod scripsit Homerus, cuius uersus hoc habent libro superiùs adducto:

» ἔνθα δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
» τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναρροιβδεῖ
» δεινόν.

Et sydera uerberat unda.] ὑπερβολικῶς uim Charybdis extollit & profectò in altum, quos profundissi. uoragine absorbuerat, fluctus emittit, ita fit ut naturã Charybdis Virgilius melius etiam, quàm Homerus, expressisse uideatur. qui ἀνίησιν id est, reddit, scriptum reliquit, quasi dicat eructat, quod deuorauit. eructat quidem, ac reddit, sed magno cum impetu in altum effundit, quod in profundum deiecerat, propterea, cùm dixisset Poëta: rursusq; sub auras Erigit alternos, ut fluctuum altitudinem designaret, hyperbolem addidit:

» —— & sydera uerberat unda.

At Scyllã cæcis.] ad Scyllæ descriptionẽ sese accingit: cuius formam mõstro persimilem effingit ad fabulam alludẽt, quam Seruius interpres describit. eo tamen artificio Poëta utitur in Scylla describenda, ut non monstrum, sed saxum esse perspicere possis. Cohibet spelunca.] in saxo ingens est spelunca, ubi Scyllam inclusam esse Poëtæ, inprimis Homerus, fictis fabulis prodiderunt. quamobrem subdit ad fabulam alludens, Ora exertantem. deinde ut saxũm esse indicium faceret, statim prosequitur: & naues in saxa trahentem.

Prima hominis facies.] hoc monstrum aliter describit Homerus: cui duodecim esse ait pedes deformes, sex prælonga colla: sex capita: quorum singulis trium extant ordinum dentes densi, & frequentes nigræ mortis pleni. Homeri uersus ij sunt ex Odyss. μ.

τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι: «
ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες, ἐν δὲ ἑκάστῃ «
Σμερδαλέη κεφαλή, ἐν δὲ τρίστοιχοι ὀδόντες. «
πυκνοὶ καὶ θαμέες πλεῖοι μέλανος θανάτοιο. «

Quam, &c.] alludit ad illud Hom. loco paulò antè adducto,

—— αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακόν, οὐδέ κέ τίς μιν B «
γηθήσειεν ἰδών, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν. «

Et cæruleis canib.] allusio est ad illud Homeri Odyss μ.

ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα, «
τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς. «

Hæc aũt ideo fictum esse crediderim: quia hoc saxum (ut nautæ perhibent, qui eò accesserũt) dum crebris, ualidisq; fluctuum ictibus feritur, sonum effundit canum latratibus persimilem. quamobrem Cic. in oratione de aruspicum responsis de Scylla uerba faciens, cui Clodiũ comparat ait: aut tam eminentibus canibus Scyllam, tamq; ieiunis, quàm quibus istum uideris Gellis, Titijs nostra ipsa mandentem.

Ast ubi.] Transitio ad descriptionem quorundã periculorum, in mari Siculo, quæ omni cura declinanda, inter Leucopetram & Siciliam proponit. Hunc autem Siculi freti tractũ hoc accuratius illi depingit, quo plus habet laboris & periculi, propter Scyllam & Charybdim. LAMB. Hort.

Digressus.] è littore Italico, ubi Magna Græcia est.

Rarescent.] Cùm ex Hadriatico in uastum mare enauigantibus, Pelorus, Italiæ, Scyllæ & Charybdi oppositus, obscurus è fluctib. se ostẽdere incipiet. Calabria fronte aduersa Epirum spectans, & Hydrus mons in cornu Hadriæ, campi Salentini, & Callipolis, extremi sunt quasi cardines Hadriatici maris, & lateris alterius Italici, ad mare quod superum siue Hadriaticum nuncupatur. Ibi demum frons eius in duo se scindit cornua. C Angusti] Hypallage, angusta claustra Pelori. nam ea freti pars inter Rhegium & Siciliam angustissima est, non plus spacio septem olim stadiorum. plurium hodie, haud dubiè. Insula uerò ipsa reliqua sui parte quatuor millium stadiorum & quadringentum circuitu est, authore Posidonio. Strabo ad Rheginos & oram Pelori euripũ facit. Euboico haudquaquam dissimilem. Læua] Vbi primùm occurret Pachinus, Græciæ & uenti brumali obuersus. Longo.] ut totam insulam potius uastis anfractibus ad meridiem circumnauiges: atque ita rursum in boream præter Lilybæũ cursum reflectas, quam compendio Pelorum petas, inter quem & Rhegium breuissimus cursus in dextram oram

Italicam

A Italiam uideri possit. Dextrum.] Italicum. Commemorat causam erroris uitandi compendij, Scyllam & Charybdim medias in arcto inter Pelorum & Rhegium intercisso freto. Hęc.] Digressio in descriptionem Scyllæ & Charybdis, & rationem angustiarum inter utramque regionem. Fuit quondam Italia Sicilia contigua: sed terræmotu, hinc Tyrrheno, inde Ionio pelago inuasa, postea insula effecta est, perinde ut Chalcis à Bœotia, Cyprus à Syria, Belbicus à Bithynia, Leucosia à Sirenum promontorio abscissa fuit. Itaque id arctum, quod peninsula olim Brutio agro annexa habebat, alterno cursu, modò in Thuscum, modò in Ionium reciproco æstu fluit, refluitque. fretum uehementer & atrox, ac Scyllæ & Charybdis nominibus celebratum. Nomen promontorio Rhegio inde fit, ab abrumpendo, à cuius continenti auulsa est. [illegible] Coniecere est, Aetnæ uitio motum illum accidisse, & ceterarum insularum, quæ circa Liparam, & omnem ulteriorem continentem sunt sparsæ. nam hodie ijs faucibus apertis, per quas ignis expiratur, ferrum, lapides & aquæ eijciuntur. earum has terras, quæ circa fretum sunt, mouere fama est. Antea cum præclusis obturatisque

B meatibus, ignis ardens subter terram, & spiritus ingentes motus efficiebant. [illegible] Vtraque.] Italia & Sicilia Isthmo coniunctæ, ac Sicilia omnino peninsula esset.

Protinus.] modò, hactenus. Tantum.] Ecphonesis, à temporum iniuria collecta. Nihil perpetuum est, sed omnia incertis uicibus mutantur. Venit medio.] pro, uenit in medium æstus freti, & auulsit Siciliam ab Italia, ea parte, qua Pelorus in angustias maris excurrit. Creditur autem illud promontorium extrema pars Apennini fuisse. Testatur id Claudianus cultissimo carmine, de raptu Proser. lib. 1.

—Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus
Mutauêre situm, rapuit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore montes,
Paruaque cognatas prohibet discrimine terras.

Dextrum.] Monstrat intra has angustias duo maritimè pericula, quasi in re præsenti uitanda, quæ à situ, specie, & natura eleganter describit: ipsaque adeò loca quasi digito monstrat. In his locis non minora aquarum, quàm ignium monstrantur miracula. nam circa Pelorum,

C nunc in abruptum barathrum abit fretum: nunc cum impetu & collisorum fluctuum fragore supina facie resilit mare. Quæ quidem uiolenta reciprocatio materiam præbuit ueteribus poëtis, hæc prodigiosa de Scylla & Charybdi fabulandi. Scylla saxum fuit, Charybdis mare, utrumque noxium appellentibus. Plinius libro 3. cap. 8. quo loco Siciliam circumscribit: In eo freto est, inquit, scopulus Scylla, item Charybdis mare uorticosum, ambo clara sæuitia.

Dextrum.] Iam satis constat, inter Siciliam & Italiam fretum esse septem stadiorum, ut etiã Apollonij narrator affirmat. Et quoniam trium promontoriorum Pelorus Italiam obtuetur, huic subiecta est Charybdis, cui ex aduersa apposita Scylla Italicũ littus tenet. [illegible] Scyllam

autẽ dictam autumant, [illegible] inquit Suidas [illegible] Quidam à [illegible], id est, prædando deducunt. Charybdis uerò, quoniam est [illegible] derivari existimant: id est: ab hiando pariter, & absorbendo. id quod discretè exprimit Poeta, cùm dixit:

—atque imo barathri ter gurgite uastos
Sorbet in abruptum.—

Ad hanc Etymologiam alludit Homerus Odyss. 12.

[illegible]

Suidas exponit: [illegible] Hæc Suidas. sed harum naturam nemo diligentiùs explicasse mihi uidetur, quàm Apollonij enarrator libro quarto Argonauticõn. Verba eò libentiùs hîc adscribam, quò plus lucis nostro Poetæ sint allatura: [illegible]

Quorum uerborum hic ferme sensus est. Scylla promontorium est in mari eminens, forma ac facie muliebri: infra autem ipsum promontorium, saxa sunt & multa & ingentia. in quibus concaua sinus & ferarum speluncæ, quæ marinæ feræ incolunt. Itaque naues omnes, quæ volunt declinare, à fluctibus in Charybdim pelluntur, atque

illic

illicò ab ea absorbentur, hausta unà cum ipso mari. Rursum quæ à mari circa Charybdim in saxa Scyllæa, sub dorso maris latentia & aspera, dispelluntur, momento comminuuntur, corrumpunturque. Mox canes marini prouocantes, homines è nauibus eiectos deuorant. Videtur enim Scylla, ut poëtæ etiam dicunt, canes è lateribus & pectore extantes habere, & prætereunaigantes proterere. nam ab imis concauis eius partibus, & saxis, in quibus habitant, sursum uecti, & quasi è pectore eius & lateribus foras prominere conspiciuntur. Quidam poëtarum ipsam Charybdim nihil aliud quàm [illegible] illam, quam in Minotauro producit, nominarunt. Hactenus ille. Dextrum.] Itaque omnium testimonio constat, Scyllam dextrum latus, quod Italiæ est, tenuisse. Atque hac de causa Apollon. Rhodius, libro 4. Argon. eam Scyllam Ausoniam appellat, [illegible]:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hanc eo loco Phorcynis & Hecates filiam nuncupat, quam etiam Crataïm dicunt. Recensuit utramque sententiam, & Acusilaï, qui Scyllam Phorcynis & Hecates, & Homeri, qui eius matrem Crataïm autumat. In magno Hesiodi catalogo, Phorbantis & Hecates refertur. Stesichorus eam Lamiæ fuisse ait, in eiusdem nominis poëmate. Homerus libro 12. Odyss. his uerbis Scyllam describit:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quem locum enarrans Didymus: Scylla, inquit, filia fuit Phorcynis & Hecates, magnitudine prodigiosa, pedibus 12. capitibus sex: in quorum unoquoque ore ternos ordines dentium haberet, & oculos igneos: reliquo uerò corpore lateat in spelunca, & quidem defixo in fundum: ipsa uerò petræ innata fuit: capita è mari prominebant, ut è petris nauem occuparet. Hanc ferunt Herculem, cùm illàc boues Geryonis præ se ageret, aduersa monstri natura inexplebili occidisse, ac patrem igne rursum compulisse, ut eam uitæ restitueret. Atque hanc quidem historiam ille refert ex Dionysio. Sed de huius genealogia miré uariant authores. Alij Nisi Megarensium regis filiam fuisse tradunt, quæ ob aureum crinem patri ademptum, in monstrum hoc marinum fuerit transformata. Sed Homericam illam Phorci & Cretheidos cùm adamasset Glaucus Circe quæ illius amore flagrabat, fontē, in quo Scylla subinde se lauare consueuerat, magicis uenenis infecit, in quem cùm lauatum descenderet, pube tenus in uarias mutata fuit figuras. Cùm autem suam ipsius deformitatem horreret, in mare se præcipitem dedit, ac fabulæ fecit argumentum. Nam saxum est, ut retuli, in mari eminens, quod procul uisentibus muliebrem formam imitatur, in quod illisi fluctus (quoniam luporum eiulatum, & latratum canum edit) finxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctam. Maro hanc Scyllam, & eam de qua canit in Bucolicis, ad illam Nisi refert: A

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto
Heu timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Nonnulli hanc in Cirim piscem, patrem Nisum in haliæetum transformatum contendunt. Non desunt, qui eam in Cratetis, uel (ut Plinius) Cratis fluminis filiam fuisse astruant. Lycophron, Scyllam [illegible] uocat:

[illegible]
[illegible]

Quem locum illustrans enarrator, explicata fabula, quo casu, propter boues furtim abactas & cæsas, ab Hercule in freto Siculo fuerit interfecta, & uitæ restituta patris Phorcynis beneficio, statim subijcit: [illegible] inquit, [illegible] B
[illegible] Et paulò pòst: [illegible] Identidem de Hercule qui hunc locum prænauigauit: [illegible] C
[illegible] id est, Erat, ut fama est, primùm Scylla eleganti forma fœmina. Hæc, quia cum Neptuno stupri consuetudine tenebatur, Amphitrite zelotypia rem persequente, infecta aqua in qua illa lauare solebat, pharmacis, in beluam transformata est. Sed hæc fabulosa sunt: at ipsius rei ueritas sic habet. Scylla circa Rhegium Siciliæ est promontorium, extans è mari: cuius saxa & multa & ingentia infrà habent loca concaua & speluncas, in quibus habitant beluæ marinæ. Porrò hę, natantibus petris illisis æstu Charybdis, & corruptis, homines deuorant. Charybdis & Scylla uicinæ admodum sunt. est enim Charybdis circa Messenen, Scylla uerò circa Rhegium, ut dixi. Hercules homo sapientissimus iuxtà & militaris, cùm hæc loca cum Geryonis bobus prænauigaret, partem illarum ibi perdidit. Locum eum expurgauit machinis quibusdam. Unde fabulati sunt, ab eo Scyllam peremptam. Phorcys, siue mare potius, huius pater est.

Mare

A Mare hanc infestat, facibus eam in uitam restituit: nam Solis motibus, aut temporibus fuit eam Herculanā repurgationem & opus, mare rursum obruit, & hanc in pristinam difficultatem & periculum conuertit. Hactenus ille. Eadem ratione fabulantur, Charybdim foeminam fuisse uoracissimam, & à Ioue fulmine percussam, quod & ipsa Herculi boues surripuerit: quare & in fretum praecipitatam, & in huius simulacrū formam conuersam. Confirmant argumento, quòd etiamnum pristinam naturam seruet. Absorbet uniuersa: & quae absorbuerit, ea circa Tauromitanum littus eijcit. Quare Horatius scortum uorax, Charybdim uocat, schemate prouerbiali. Harū fabularum rationem Fulgentius explicat. Itaq; haec duo coniuncta pericula in prouerbialem speciem efferunt, uti quoties uitato grauiori malo in alterum diuersum incidimus, dicamus, Charybdi euitata in Scyllam nos illapsos, τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ σκύλλῃ περιέπεσον. Erasmus eruditè docet prouerbij originem, à fabula Vlyssis apud Homerum sumptam. Ille enim, dum Charybdim uitans, nauem Scyllam propiùs torquet, sex suorum comitum amittit: id quod satius futurum admonuerat Circe, quàm ut reflexa

B ad Charybdim naui, ad unum omnes perirent. Refertur fabula Odyss. 12.

[illegible]

Quot uerò modis & quo pacto adagio sit utendum, paroemiographus eodem loco ostendit. Obsidet.] Dulcia metaphora est à re militari. Quemadmodum in obsidionib. ita conclusi sedent intra muros, ut euadere non possint, nisi in castra hostium cū periculo incidant: sic Scylla & Charybdis fretum Siculum obsident, ut nisi cum praesenti discrimine nauib. per angustias illac iter pateat. Barathri.] Aptissima metaphora loci naturam explicat. Barathrum Graecè βάραθρον, βάθος, profunditas immensa & praeceps [illegible]. Erat item barathrum Athenis locus caenosus & profundus, similitudine putei, in quem rei demittebantur. Huius superiora dura quidem erant, infima uerò mollia, ut descendentes facile demergerentur. Hinc Charybdis

C & barathrum, in hyperbolas prouerbiales abiuerūt. Graeci item & βάραθρον dicunt, de quo illa & alia quaedam eruditè commentatur Suidas his uerbis: βάραθρον, χάσμα [illegible] id est: Barathrum hiatus est in modum putei, & tenebrosus, in Attica, in quem reos conijciebant. In hoc profundo loco erant [illegible] suprà & infrà. Huc Phrygem illum matris Deûm, ut insana morbo laborantem, deturbarunt, postquam praedixisset, matrem adesse ad quaerendam puellam. Porrò autem Dea irata, sterilitatem in eam regionem immisit. Illi causa oracula accepta, & puteum obstruerunt, & deam sacrificijs placarunt. Erat & barathrum locus profundior, in quem facinorosi, & capitis damnati condebantur: quemadmodum apud Lacedaemonios in Ceadam. Est & fossa barathrum, in quam Hippothoontidis populus capitis reos deturbabat. Haec Suidas. Idem testatur ex Harpocratione, Demosthenem in Philippicis hac uoce abusum metaphoricè, pro exitio & extrema pernicie. Sunt qui censeant, propriè ita excauata loca appellari, in quae demerguntur flumina, διὰ τὸ βαίνειν, ab ingressu aquarum: uel quòd [illegible] sint: hoc est, inaccessa per cauitatem. Vnde [illegible], dignus qui in barathrum detur. Hinc βαραθρώδης, praecipitis profunditatis. Et cùm hominem immodicè edacem, bibacem, rapacem, & helluonem uolumus significare, eum Charybdim, aut barathrum uocamus. Hac de causa Diogenes ille Cynicus, uentrem facultatum Charybdim nuncupare solitus fuit, βίου χάρυβδιν. Et de lurcone quodam Horatius:

Ingluuies, & tempestas, barathrumq; macelli.

Rursus.] Metum & solicitudinem mit Æneae, ut omnino ea loca fugiat, insurgit in amplificāda hyperbolis Charybdis natura. At Scyllam.] Transitio in descriptionem Scyllae. Pingit prosopographiam à forma, & effectibus. Refert utramq; opinionem: & eorum qui scopulum è mari extantem, & qui monstrum esse crediderunt. Huius metamorphosis denarratur apud Ouidium lib. Transformationum 14. Caecis.] Hypallage, & metalepsis. Indicat immensam profunditatem. Ora.] Respicit ad sex huius monstri horrenda capita: nisi quis enallagen numeri malit interpretari. Exertantem.] extollentem & erigentem in auras. Naues.] ob effectibus Scyllae. Prima.] Diductio totius in partes. Postrema.] una parte corporis. Pistrix.] balena marina. Est autem haec syntaxis: usq; ad pubem, uirginis formam prae se fert: ab utero uerò reliqua infrà parte corporis caudis delphinum luporum pistrix commissa est. Poëticè casum accusandi, pro auferendi posuit. Infra uterum, pistricem referebat caudis luporum. Nam in uentre canes, lupi, & uituli marini horribilem ululatum edebant, aut certè edere uidebantur, ob suprà relatas causas. Porrò.] Pristis inter beluas marinas monstrosas quoq; ducenûm cubitûm in mari Indico est. Fuit & Scylla triremis admirabilis permeatis, [illegible], praedando: quòd piratae grassantes hac promyoparone, cùm Tyrrhenum & Siculum mare infestarit, uterentur, ac reliquas naues praeteruectae dispoliarent, atque hinc natam fabulam multi opinantur. Neq; uerò omnino abludit Maro ab eo significatu, cùm pistricem caudis delphinum commissam dicat. nel enim delphine uelocius. Est & Scylla insula quaedam deserta & ignobilis, haud procul à Coelo portu Cherronesi. Porrò Scilla per i scriptum, [illegible]: id est, herba species amara, & morifera edentibus. Praestat.] Concludit hunc locum de circumnauigenda potius insula, quàm ut compendio inter Scyllam & Charybdim transitum teneat. A tuto. Satius est in laeuam, meridiem uersus, qua Pachynus Graeciam spectat, classem dirigere, & omnem oram Siciliae circumnauigare, quàm compendiò dextrum littus legendo in Italiam contendere. Trinacrij.] Trinacria à tribus promontorijs, Sicilia Graecis appellatur.

B est

est autem triangulari specie. Quare à Lycophrone νῆσος τρίδειρος uocatur. In Pachyno tradunt Vlyssem nocturnis terriculamẽtis agitatum, Hecubæ cenotaphium posuisse, διὰ τὸ πρῶτον κατάρξαι αὐτὸν τῆς καταλεύσεως, τῶν ἐφ' ἣν λίθων ἐκ αὐτοῦ γεγονότος. Metas.] oram, fines, extrema, cardines Pachyni Græciæ obuersi. Lustrare Pachyni.] circumnauigare, cum non modico itineris dispendio. nam id indicat, cùm Cessantem dicit.

Tædiis ob id in Italiam uenturus omnino erat. Longos & circumflectere cursus.] Interpretatur uerbis luculentioribus, quid sibi uelit, Lustrare oram Pachyni: satius esse totam insulam ad læuam circumnauigare, quàm usquam propè ad Scyllam Ausoniam accedere. Caeruleis canibus resonantia saxa.] Exaggerat horrorem à terribili scopuli facie, & sonitu latrantium canum. A' maris colore, canes cæruleos uocat. A

ARGVMENTVM.

Hæc postrema est narrationis pars, in qua Aeneam duo præcipuè monet, ut supplex Iunoni preces ferat, & sacra faciat. deinde ubi Cumas appulerit, Sibyllam consulat: ex qua illum, inter alia, quomodo labores fugere, secundaq; nauigatione uti possit, edoctum iri pollicetur. locum, quem illa incolat, modumq;, quo in tetendis uel fundendis, disponendisq; uaticinationibus utatur, ordine declarat.

Præterea (si qua est Heleno prudentia uati,
Si qua fides, animum si ueris implet Apollo)
Vnum illud tibi nate dea, præq; omnibus unum
Prædicã, & repetens iterumq; iterumq; monebo,
Iunonis Magnæ primum prece numen adora,
Iunoni cane uota libens, dominamq; potentem
Supplicibus supera† donis: sic deniq; uictor, — tal. votis
Trinacria fines Italos †mittere relicta. — tal. mettere
Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,
Diuinosq; lacus, & Auerna sonantia syluis,
Insanam uatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat.
Quæcunq; in folijs descripsit carmina uirgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem uerso tenuis cum cardine uentus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquã deinde cauo uolitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat:
Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ.
Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti,
(Quamuis increpitent socij, & ui cursus in altum — tal. cursus
Vela uocent, possisq; sinus implere secundos) — tal. vocet
Quin adeas uatem, precibusq; oracula poscas.
Ipsa canat, uocemq; uolens atq; ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, uenturaq; bella,
Et quo quemq; modo fugiasq;, ferasq; laborem,
Expediet, cursusq; dabit uenerata† secundos. — tal. secũdos
Hæc sunt, quæ nostra liceat te uoce moneri.
Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera Troiã.

NASC. PRAETEREA (si qua est Heleno.] denuò quasi ex ordiñ renouãs, attẽtionẽ, beneuolẽtiamq; sibi cõciliat ab utili per extenuationẽ: per quam, quid hominis, quidq; uati cõueniat, planum facit: hominem enim prudẽtia uatẽ uerò fides decet, si quidẽ uates nõ ex sese, uerũ diuino afflatus numine loqui. quare subdit:

—animum si ueris implet Apollo)

Vnũ illud tibi nate dea.] locus est beneuolẽtiæ, & attẽtionis. Iunonis Magnæ primũ.] admonitio cùm ab utili, tũ ab honesto, deducta. unde causa quæ iã occulta deduci uidetur, cur placãda sit Iuno Troianis irata: quia magna est, ideo etiã magnopere nocere potest. unde & paulò pòst dominam potentem appellat. uel ideo Iunonis potestatem extollit, quò Aeneas in ea placanda diligentiã maiorem adhibeat. quòd uerò Seruius ait: Magnæ: id est, Superæ, mihi non facit satis, hoc præsertim in loco. adeas Macrob. libro 1 capite 4. non dissimilis prorsus admonitio est apud Apollonium, in 2. Argon. sub persona Phinei: qui Argonautas hortatur, ut studiosè Veneris auxilium implorent: cuius beneficio eos feliciter pericula euasuros ostendit. ita enim ait

» ἀλλὰ φίλοι φράζεσθε θεᾶς δολόεσσαν ἀρωγὴν
» Κύπριδος. ἐκ γὰρ τῆς κλυτὰ πείρατα κεῖται ἀέθλων.

Iunoni cane uota libẽs.] uariatio est, quæ speciem τῆς παρονομασίας habet. Dominamq; potẽtem.] explicatio superioris, cur magnam Iunonem dixerit. Supplicibus supera donis.] sacrificijs mitiga: infra enim dicturus est:

» Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, ritè
» Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores. B

Huc ubi delatus.] alterã admonitionẽ aggreditur, ut Cumæam Sibyllã adeat. Diuinosq; lacus.] uel sacros, ut Seruius admonet, uel reuera diuinos diuinitate plenos, propter Sibyllam. Quæ rupe sub ima Fata canit, foliisq; notas.] locũ docet, moremq; illius in uaticinijs declarãdis exponit. duobus autẽ modis indicare uidetur eã futura prædicere, uoce cùm ait: canit, & scripto: cùm statim C subdit: folijsq; notas, & nomina mandat. Seruius tertium addidit, signa, hoc est, notis. Sed cùm Sibylla scriberet oracula, notis utebatur: igitur duobus modis tantùm futura prædicebat, uoce, & scripto per notas. sunt autem notæ, literæ singulæ punctis utrinq; distinctæ: quæ integræ uocis significationem habẽt. unde furtiuæ notæ dicuntur, seu literæ notis furtiuis scriptæ, quæ de industria scribuntur à regibus, ne interceptæ intelligi possint, uulgo Ziphere appellantur, quarum Tyro Ciceronis libertus inuẽtor fuisse dicitur. quod uerò Sibylla notis scripserit, præter Varronis auctoritatem, & obsessa cum Romæ: cuius multum testimonium Seruius adducit. hoc altero testimonio declarari potest. nam Romæ in arcu quodam has literas iussu Sibyllæ perscriptas fuisse Beda testatur: quas ille quoq; interpretatus est:

P. P. P. R. R. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F.

Sed obseruandum est, quanta cum diligentia singulas rerum

A rum circumstantias attingat: nam principio uaticinationem suam confirmat a signo.

Insanam uatem aspicies.] Locum dicit, apud Cumas: & ne quaerendo [illegible] moretur, ad magis etiam singularia descendit, rupe [illegible] b ima, postremò, ut eo instructior, paratiorq; ueniat, morem Sibyllae in fundendis, scribendis, disponendisq; uaticinationibus illi ordine declarat. quod ideo facere uidetur, ne forte, ut alij multi, & ipse quoq; inconsultus ab ea recedat: nam cùm in folijs oliuae oracula scribat, ordineq; ante ostium speluncae disponat, uento uel leuiter flante foliorum numerus, oraculorumq; sensus ita confunditur, ut in suum ordinem amplius redigi non possit. itaq; qui eius consilio uti, futurorumq; certus fieri uelit, opportunam arripiat occasionem oportet. folium Sibyllae in prouerbium abijt de ijs, quae certa, atq; indubitata uideri uolumus. hinc est illud Iuuenalis:

» Credite me uobis folium recitare Sibyllae.

Verùm eadem uerso tenuis.] hinc illud in sexto Aen.

» —folijs tantum ne carmina manda:

» Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Nec reuocare situs.] non curat reuocare carmina

B ad priorem, quo sita, positaq; erant, locum, atq; ordinem.

Hic tibi ne qua morae.] consilium est ab utili. Illa tibi Italiae populos.] ratio consilij quae locum attentionis maximum habet. Haec sunt.] [illegible]. Vade age.] exhortatio ab honesto.

LAMB. Horc. Praeterea.] Transitio ad praeceptum de peculiari religione Iunonis, quae ad secundum cursum sit uel in primis necessaria: ut uotis ac precibus Iunonem sibi conciliet, nunc maximè, cùm Italiam sit ingressurus. Si qua est.] Iterat attentionem parenthesi, & beneuolentiam, à persona suae prudentiae & spiritus fatidici. Heleno.] Enallage personae. Fides.] copia. Quis uati non habet fidem? itaq; Vati dicit, ne uana, ne superstitiosa mandare uideatur. Sed & ne uulgaris uates credatur, aut minorum gentium, sed regius & qui à lacte nutricis, ab Apolline fatidico spiritu fuerit donatus: Si Heleno qua est, inquit, prudentia. Apollo.] Emphaticῶς, quippe qui nouus non sit. Vnum illud.] Attentio, à rei strictè repetendae magnitudine. Iunonis.] τὴν μεγάλην dicit. Annotat Macrob. Cassium Heminam authorem, Samothracas deos, eosdemq; Romanorum penates propriè dici μεγάλους θεούς.

C Hinc Maronem appellasse penates in principio huius tertij libri, μεγάλους θεούς:

» Cum socijs, natoq; penatibus, & Magnis dijs.

Et doctrinam suam Poëtam in singulis eorum numinum hac opinione confirmasse. Nam cùm Iunonis Magnae numen adorandum monet, τὴν μεγάλην nominat: cùm uerò Bonam, ut circa calcem lib. primi, in conuiuio Didonis. τὴν ἀγαθήν: Dominamq; potentem, τὴν δυνατήν. Omnium primùm Magni dij à Dardano e Samothracia, cuius religio longè uetustissima perhibetur, in Phrygiam delati fuerunt. Caeterùm, quàm religiosè initio Graeci Iunonem, postea etiam Romani coluerunt, testabantur tot fana & luci, tot delubra, tota Asia & Europa opulentis donarijs magnificè cōsecratis extructa. Anaphora in principijs uersuum uehementiam in praecipiendo auget. Supera.] [illegible] uince hostes, & persoluendis uotis. Sic denique.] Clausula huius praecepti, de religione & colenda Iunone, quae constat causa finali à spe commodorum. Huc ubi.] Transit postremùm ad res Italicas. Hic unum illud monet, ne omnino committat, quin Sibyllam adeat. Digreditur statim à praecepto in prosopographiam Sibyllae, à loco, & consuetudine uatis in reddendis oraculis. Huc.] in Italiam post longos errores & exhausta pericula.

Cumaeam.] Cumae in intimo sinus Puteolani recessu, ubi ferme Italia angustissima est, tum fuere sitae, in ipso littore, qua parte faelicissimus Campaniae ager se explicat. Haud procul inde amnis Vulturnus aberat. Ibi Misenum promontorium, Baiae, lacus Lucrinus & Auernus, & Cimmerium oppidum. In Phlegraeis campis, temporibus Latini Syluij, qui Albam condidisse existimatur, à Cumeis & Chalcidensibus ex Euboea Hippocle & Megasthene ductu profectis, Cumae conditae fuerunt. Duces ita inter se conuenerant, ut altera gens ubi nomen daret, alterius colonia diceretur. Atq; ita euenisse aiunt, ut à Cumaeis sit loco nomen factum, & Chalcidensium dicta sit colonia. [illegible Greek] Hae loca propter Baias & proximas aquas calidas mirum in modum ad delicias & morborum remedia conducebāt. Dionysius Eretrienses earum conditores fuisse prodidit, qui à Gallis & Cumanis postea pulsi fuerunt. Circa Cumas uestigia quaedam fabulosae necyomantiae, quae extat in Odyssea, ostenduntur: ut Styx, palus Acherusia, Acheron, calida lauacra uice Pyriphlegetontis. Est & effossum aquarum commissarium occultum & subterraneum, decursus exitusq; habens. Huc qui ingrediuntur, noctu ingrediuntur & egrediuntur: ut uel hinc colligere sit, illic esse, de quibus apud Homerum est, Cimmerios sitos esse. Quod ipsum item apparet circa uicinam Neapolim. Dumosi ipse lacus.] Per hos, ut dixi, descensus ad inferos creditus fuit. Proximè enim adiacent lacus Lucrinus & Auernus. Sed Auernus (Graecè ἄορνος) ob id Plutoni consecratus fuit. est enim auibus inaccessus, ob sulphureum, quem expirat, & grauissimum odorem. Testatur istud ipsum Lucret. lib. sexto:

» Principiò quòd Auerna uocant, non nomen id ab re

» Impositum est, quia sint auibus contraria cunctis.

Syluis.] Lacum Lucrinum & Auernum adeò inter se uicinos fuisse memoriae proditum est, ut maximis tempestatibus interdum committerentur. Hos syluarum densitate per longam uetustatem obductos, Caesar repurgauit, portumq; Iulium mari in utrumq; [illegible] fecit. Hic à quibusdam postea modò unda Iulia, modò opus Iulium appellatum fuit. Euagabor liberius. Sunt authores qui tradunt, Herculem post Phlegraeam pugnam inter Misenum & Puteolos, aggerem M. passuum opposuisse mari in Auernum restagnanti, quà Ibericas boues egit: & id opus Octauium Caesarem, fluctibus penè deiectum, 20 seruorum millibus manumissis instaurasse, idq; tempore hyberno. Alij Agrippae hoc adscribunt. Hinc obiectu molis commodius Lucrinus enauigari poterat. Quem quidem modico ostio excipiebat Auernus, septus quinq; stadiorum ambitu, sed supercilio undiq; arduo. Huius aquam quamuis limpidam, profunditas caeruleam effecit. Huc Vlyssem magicis sacris operaturus, profectus fuisse creditur, ubi inferorum uaticinia edebantur, & defunctos inde euocari solitos opinio fuit: adeò, ut à fonte proximo, qui in mare funditur, tanquam Stygia unda, accolae religiosè absti

nuerint. Ibi Cimmerios subterraneos specus habitasse, quidam persuasum habuerunt, & commercia inter ipsos in cauernis occultis fuisse. Sed & aduenas oraculorum ergò se huc contulisse & ab illis profundissimis speluncis excepisse solitos. Hinc genti uictus ex metallorum effossione quæsitus fuit, & diuinationis mercede. Tradunt & hos occulta latrocinia exercere solitos, neque unquam Solem aspicere, & noctu hiatum ingredi. Auerna.] Lycophron uocat λίμνην ἄορνον. Quem locum interpres illustrans, ἄορνος, inquit, καὶ ἄορνος λίμνη περὶ κύμην, περιφέρειαν δὲ ἔχουσα δισμὰ περιφερομένην. ἴσχει δὲ, ὥς φασί τινες, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἀνάπνοιαν. ἐκαλεῖτο δὲ ἄορνος, ὅτι ὄρνεα ὑπερπτῆναι αὐτὴν οὐ δύναται, διὰ τὸ ἄγαν αὐτὴν σκοτεινὴν καὶ μεγάλην. καὶ ὁ μὲν ... λίμνην λέγει τὴν ἄορνον, καὶ ἕτεροι τινες περὶ τὴν ... λίμνην ... φασίν. ... γίνεσθαι τὸ κατὰ τὴν φαίνεται. Sed de his supra commentati sumus. Insanam.] Sibyllam ἐνθουσιασμένην, diuino furore afflatam, Erythræam uidelicet, quæ his temporibus ibi claruit. Extat huius uaticinium de partu uirginis, regem æternum lacte suo educaturæ: deque Magis, puerum Christum triplicibus muneribus honoraturis. Varro in lib. quos de diuinis rebus ad Cæsarem scripsit, decem id genus mulieres fuisse fatidicas prodidit, cui adstipulatur & Suidas: Persidem, siue Chaldæam, cui autem proprium fuerit Sambetha, hac omnium uetustissima fuit. meminit eius Nicanor, rerum ab Alexandro gestarum scriptor. Secunda fuit Libyca, quam in Lamiæ proœmio celebrauit Euripides. Sequuta hanc fuit Delphica, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα, inquit Suidas. Quarta Cumæa, quæ & Italica quibusdam dicta fuit, & Cimmeria, ἡ ἐν Κιμμερίῳ Ἰταλίας. huius Neuius in bello Punico, Piso in annalibus, Chrysippus in libro de rebus diuinis mentionem fecerunt. Quinta memoratur Erythræa: ἡ πρὸ τῶν τρωικῶν προειρηκυῖα ... hanc Apollodorus Erythræus suam appellat ciuem. hæc, præterquàm quòd Troianum bellum prædixit, etiam Ilij excidium fuit uaticinata. eadem affirmauit, Homerum mendacia splendida scripturum. huius uiuacitas apud authores etiam in prouerbium abijt. quare à Marone in sexto, longæua sacerdos appellatur. Sextam Samiam produnt, cui nomen fuit Phyto. huius nomen Eratosthenes celebre in Samiorum annalibus fuisse scriptum reliquit. Septimam Cumæam numerant, quæ & Amalthæa & Hierophile dicta fuit. inuenio pro Hierophile, Demophile scriptum hæc Cumis clarum, uenitque ad Tarquinium cum libris, in quibus, ut ipsa dicebat, Romana fata uersant. de hac narratio extat apud Gellium in Noctibus Atticis, & Lycophron in Cassandra eam celebrat. hanc, quidam authores sunt, Deiphoben uocitatam. Octaua ordine floruit Hellespontia, nata in uica Marmisso, circa Gergithon: uel, ut alij, in agro Troiano. ἥ, inquit Suidas, τοῖς χρόνοις ... ἐγέννετο ἐν τοῖς ... Nona, Phrygia, & ipsam Hellesponticam natione Varro memorat. hanc Ancyræ uaticinatam memorat. Vltimo loco Tiburtinam ponunt, nomine Albuneam. huius simulacrum postea in Aniene repertum ferunt. Plinius id Sibyllæ fuisse negat. His decem, quidam addunt Europæam, & Agrippam. Multa hæ fatidicæ fœminæ in ... suis oraculis euentura cecinêre: de imperio Romano, de Græcis, Deo, seculi ... impostura Antichristi, diuersis insulis & regionibus: sed nominatim de Christo, quæ omnia manifesta fide euenêre. Quamobrem Aegyptij non temerè crediderunt, diuinum spiritum muliebrem sexum mansisse. Sibyllarum oracula multis seculis abstrusa fuêre: quorum fragmenta apud ueteres scriptores, Augustinum, Lactantium, Sozomenum in histor. Trip. leguntur. ... ἑλληνικὰς λόγους ... Xystus Betuleius Augustanus, homo doctus & diligens, & summi iudicij uir. Sibyllam quidam dictam uolunt ἀπὸ τοῦ σιός, Deo, Aeolicè: & βουλὴ, consilio, pro βουλῆς. Suidas tamen Romanam dictionem esse credit, & significare uatem. σίβυλλα ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστίν, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις. ὅθεν αἱ θήλειαι μάντεις ἑνὶ ὀνόματι ὠνομάσθησαν. σίβυλλαι τοίνυν, ὡς πολλαὶ ἐγένοντο, γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις, δέκα τὸν ἀριθμόν. Hinc uerbum σιβυλλιᾶν, ἀντὶ τοῦ χρησμὸν ἐρεῖν καὶ ἐνθουσιᾶν ... καὶ μαντικῶς ἔχειν. χρησμοὺς φαντάζεσθαι. χρησμολόγος γὰρ ἡ σίβυλλα, ... Aristophanes. ἀλλ' ... χρησμούς. ... σιβυλλιᾷ ... χρησμωδῶν, φησίν, ... προθεσμίαν τοῖς ... ἐφαίνοντο. ἀλλ' ... ὥσπερ ...

B ... Rupe.] Alto loco. Indicat obscurè, subterraneum locum illum Necyomantices Homericæ circa oppidum Cimmeriorum ad Cumas: aut certè nõ multo indè remotam altam rupem.

Folijs.] Huiusmodi erat in palmarum folijs oracula tradere, teste Varrone, quem & hoc loco sequutus est Poëta, ut in 6 Aeneid.

——folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Itaque huius Sibyllæ folia prouerbij uice celebrantur: de rebus uehementer ueris, quæque indubitata uideri uolumus: haud secus atque τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος. Aristophan.

ἐν τῷ ἀπλῶς, ὃ σὺ ταῦτ' ἂν σίβυλλα.

Et Iuuenalis

Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.

Porrò autem, quæ sequuntur, pertinent ad peculiarem huius consuetudinem in edendis oraculis. Cauo saxo.] rupe excauata, quam paulò antè altam rupem dixit. Tapinosis. Inconsulti.] consiliorũ incerti, sine consilio. Odere.] tristes, & irati: quòd spe destituti, incerti abire cogantur. Sedem Sibyllæ, ipsam rupem per copiam, uocat. Plinius: C Ex fœminis in Sibylla diuinitatem fuisse quandam, & societatem nobilissimam cœlitum: ut inter uiros apud Græcos, in Melampode, Calchante, & Mopso: & apud Romanos, in Marcio uate, & Nauio augure. Idem testatur, trium Sibyllarum statuas Romæ, reliquis minores positas fuisse. Hic tibi.] Postremò duo utilia pariter & necessaria accuratè identidem monet, ut uatem relictis omnibus rebus omnino adeat, & uatem ad canendum precibus inducat, ne si in folijs scribat, mentem operam aliqua aduersa fortuna fumat. Hic.] Cumis. Vbi eò perueneris, nulla tam damnum moræ tanti tibi sit, quin contemptis sociorum querelis, neglecta etiam uenta quamuis secundo, Sibyllam adeas. Dispendium, in hoc significatu contrarium est compendio. Sinus.] carbasa secundo uento implere. nam medium ueli uentorum flatu curuati, sinum uocat. Cæterùm sinus eam partem signat, quæ media est inter brachiorum & pectoris cõplexum. Et laxitas uestiũ supra cincturam. Sinus item maris, quem litora suo cõplexu inter terras efficiunt. Sinus oculorum, lacrymarum receptacula.

A Porrò latinè huius significatio patet, quàm ut hic explicari possit: & alibi de hoc annotatum est. Ipsa.] ne omnino scribat in palmarum folijs: nam ea res periculum manifestum habitura esset. Vocemq́.] Periphrastica expolitio: quid enim aliud est uocem resoluere, quàm loqui? Illa tibi.] Causa ab utili: Illa tibi mores & ingenium gentis, cum qua tibi negotium erit, edisseret: compendiò ostendet, quæ bella cum quibus populis erunt gerenda. Postremò uiam tibi monstrabit, qua pericula & res dubias declines: qua ratione, quaśpe in perplexa fortuna animum infractum habeas, & bene speres. Fugiasq́.] Polysyndeton, declines pericula, & feras res ambiguas. Cursus.] rationem nauigandi in fatalem Italiæ partem commonstrabit. Hæc sunt.] Clausula summaria totius antegressæ monitionis: hac exhortatur ducem Troianum, ad Troiam sua uirtute uehendam. Et obiter excusat occupatione, quamobrem ipse reliqua non aperiat, prohiberi se à numine. Factis.] Aliàs, fatis: ut fatorum auxilio patriam uirtute militari instruet. Ad æthera.] Hyperbole.

A R G V M E N T V M.

Liberalitatem Heleni regis describit erga Troianos: eiusq; munera vehementer extollit.

Quæ postquam uates sic ore affatus amico est,
Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri, stipatq; carinis,
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetes:
Loricam consertam hamis, auroq; trilicem:
Et conum insignis galeæ, cristasq; comanteis,
Arma Neoptolemi: sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additq; duces.
Remigium supplet, socios simul instruit armis.

NASC. Avro grauia.] à materia & ab opulentia. Sectoq; elephanto.] Græcè dixit, pro ebore. ita quoq; in 3. Georg.
» In foribus pugnam
B ex auro, solidoq; elephanto.

Stipatq; carinis.] regis liberalitatem amplificat, & à communi ad separatam munerum regis descriptionem transit. Dodonæosq; lebetes.] à regione uasa commendat. Pyrrhus Donati auctoritate fulfultus, lebetes poculorum esse genera scriptum reliquit: quo sensu hic accipiendum esse significare uidetur. ego uerò qui id fieri possit non uideo: nam cùm Dodonæos Poëta addiderit, ex ære fuisse liquido monstrat, & ex ære pocula non fiebant. uasa ergo fuisse dicendum est, uarijs rebus apta, ex ære Dodonæo conflata. est autem Dodona ciuitas Epyri: in qua conflabatur genus quoddam æris optimum, admodum resonans: ex quo etiam bractea ænea fiebant: unde in prouerbium cessit, ære Dodonæo loquacior. Arma Neoptolemi.] uel ad commendationem armorum Neoptolemi mentionem fecit, quasi dixerit magni imperatoris. ut:
» Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim
» Maxima natarum Priami.
C Aut ad insultationem illius. quod uictus uictoris arma possideat. ut paulò ante hoc in eodem libro:
» Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
» Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
» Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.

Sunt & sua dona parenti.] decorum, quod Græci τὸ πρέπον uocant in tradendis muneribus obseruandum fuit, ut quod cuiq; aptum, conueniensq; esset traderetur. Aeneas uir fortis galeam, & thoracem, Anchises senex seni congruentia accipit: quæ uerò, aut qualia fuerint Anchisæ dona, non memorat. Socios simul instruit armis.] nimirum armis, equis, & commeatu. ex quo regis munificentia magis etiam elucet, quod neminem à se indonatum dimisit.

LAMB. Hort. Qvae postquam.] Commemorat hospitalia munera, quæ priscorum mortalium consuetudine Aeneæ digressuro, tum hospiti, tum ciui suo, Helenus donarit. Et in primis hoc loco imitatus est Homerum, ut paulò pòst demonstrabimus. Ore.] Pleonasmus. Grauia.] Ectasis, extendit uocalem breuem in cæsura. Elephanto.] ebore poliro. synecdoche. Stipat.] densat, cumulat. Dodonæosq;.] Amplificatio narrationis, ab enumeratione donorum. Pausanias Dodonam Thesprotidis urbem fuisse: Stephanus uerò, Molossidis in Epiro, scribit: cui astipulantur Strabo, Plinius, Mela. Homeri scholiastes lib. secundo Iliados Pausaniæ affentitur, & eum locum situm ad septentrionem Thesprotiæ ait: χωρίον ἐν Θεσπρωτίᾳ τῆς Ἠπείρου, ἱερὸν Διὸς, [illegible] Hanc dictam uolunt, à Dodone nympha Oceanitide. nonnulli à Dodone Iouis & Europæ, Dodonem & Dodonam nuncupant. Hic templum fuit Iouis Dodonæi oraculo celebre. Herodotus testatur in Euterpe, hoc inter omnia Græciæ oracula fuisse antiquissimum. De cuius origine quid referat, non pigebit adscribere: [illegible] Id est: Duæ fusci coloris columbæ uno tempore ex Aegypto deuolarunt, quarum una in Aphricam, altera ad ipsos (in Epirum) uenerit. Hæc fago insidens, humana uoce loqui cœpit, in eo loco Iouis oraculum condi oportere, seq; interpretem futuram: fore, ut ea quæ ibi prodita essent, certò euenirent. Pari ratione, eam quæ in Libyam delata fuit, aiunt Ammoneum oraculum Aphros condere iussisse. est enim & hoc ipsius Iouis. Idem author eodem loco multa alia annotauit de Dodonæorum sacerdotibus, de columbis, quæ hoc loco non operæ est referre. Sed inter cætera, duas barbaras fuisse mulieres, quæ à fridore columbæ dictæ fuêre. Mirum in hæ columbæ impuri spiritus fuerint, qui ea specie Aphricæ & Europæ uno sunt tempore insidiati, ut cæcos mortalium animos tenebris abunde inuolutos maioribus, & quidem inextricabilibus malis immergerent. Ab hoc dæmone è fago, uel (ut alij) quercu uaticinante, Alexander Molossicus, & multi alij mortales turpiter decepti fuerunt. Et fuerunt qui illas

Sibyllas, si dijs placet, crediderint. Strabo indicat, hoc oraculum tandem perijsse: & Plutarchus adducit causas in libello peculiariter ea de re eduto. Eustathius existimat, non columbam, sed quercum ipsam fuisse, quæ consulentibus futura responderit. Thrasybulus uerò huiusmodi refert historiam. Deucalion post memorabile illud suæ tempestatis diluuium, cùm uenisset in Epirum, oraculum consuluit in quercu. Reddito ei à columba diuino responso, collectis undecunq; ijs qui ex diluuio superarant, locum illum incolere cœpit. Vlysses apud Homerum lib. Odyss. ιδ. in hospitio Eumæi subulci, huius quercus Dodonææ mentionem inter alia fabulæ de se ludibria facit.

τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσαι,
ὅππως νοστήσει' Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον.

Quem locum explicans Didymus, hanc historiam refert ex Proxeno· ποιμένα ἱστορίαν προβατα ἐν τοῖς τῆς Δωδώνης ἕλεσι τὰ ποίμνας, ὑφελέσθαι ποιμένα καμένου, καὶ ἄγξαν ... ἐφύλαττεν. ὅθεν φασὶ τὴν ... παρὰ τοῖς ποιμέσι τὰ ... ἐντεῦθεν ... τὸν θεόν, τίς ἐστι. τὸ δὲ πρῶτον φασὶ τὴν δρῦν φωνὴν ἀφεῖναι, ὅτι τῶν ἀπολωλότων ὁ ... Ἐξετάσαντα δὲ τὸ λόγιον ... παρὰ τῶν ποιμένων ... βουκόλων τῶν χωρίων. ... δὲ λέγονται οἱ ποιμένες. ... τὸ ὄνομα ... τοῦτον δὲ λέγεται ... τῇ δρυΐ, ... ἐν τῷ ... τοῦτο δρῦν. τὸν δὲ ... τοῦτο ... τῷ ἱερῷ τούτῳ ... ὁ μὲν ... καὶ διὰ τὸ ... ὅθεν καὶ ... μάντιν προάγει. *Hinc Dodonides nymphæ septem stellæ dicuntur in capite Tauri, quæ & Atlantides nuncupantur, & Pleiades. Erat circa hanc quercum fons sacer Ioui Dodonæo, qui cùm frigidus esset, & faces immersas extinguerat, & alias procul autè admotas etiam accendebat. Quercum istam fatidicam, Sophocles πολύγλωσσον, hoc est, garrulam & loquacem: Pausanias in Arcadicis, inter alias arbores diuersas diuersis dijs consecratas, quæ diutissimè floruerint, hanc quoq; quercum recenset.* Lebetes.] *huius optimum æs, ut Corinthium, fuisse, quidam tradiderunt. Cæterùm Δωδωναῖον χαλκεῖον, apud Græcos pariter & Latinos in prouerbium cessit, de homine improbæ & importunæ loquacitatis. Erasmus ex diuersis scriptoribus parœmiæ originē ostendit. In Dodona duæ fuerūt sublimes columnæ, in altera peluis ærea, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis. Quoties autem uentus uehementiùs flasset, fieri consueuit, ut scutica impulsa crebriùs lebetem feriret. Is autem percussus tinnitum reddebat, multum temporis durantem. At Suidas tradit ex quodam Demone, Iouis Dodonæi oraculum lebetibus æreis undiq; septum fuisse, ita contiguè collocatis, ut inuicem contingerent·* Δήμων γάρ φησιν, ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιέχεσθαι. τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλων, καὶ κρουσθέντος τοῦ ἑνός, ἐκ χειρὸς διαδοχῆς πάντας, ὥστε διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τὴν ἠχὼ τὴν περίοδον. Ἀριστείδης δέ, ὡς ... δύο φησὶ στύλους εἶναι, καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα, ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας, σειομένους ὑπ' ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν. τὸν δὲ ... ἠχῶν. *Hac quoq; ratione & Iupiter Dodonæus fuit dictus,* παρ' ὅσον ἐν Δωδώνῃ τῆς Θεσπρωτίδος ἐτιμᾶτο. *Idem author mulieres fatidicas in quercu ibi uaticinari solere* ἐν ᾗ ἵδρυτο δρυΐ, ἐν ᾗ μαντεῖον ἦν γυναικῶν προφητίδων. καὶ ... τῶν μαντευομένων, ... ἀπὸ τῆς δρυὸς ἠχοῦσα, αἱ δ' ἐφθέγγοντο, ὅτι τάδε ... καὶ ἀνδριάς ... καὶ παρ' αὐτὸν λέβης ἵστατο, καὶ ἔκρουεν ὁ ἀνδριὰς τὸν λέβητα. ... ἐναρμόνιος ἀπετελεῖτο. *Ad has pelues respexit Poëta. Et quia necessum erat, ut uno aliquo lebetum percusso, ut indicat Græcus, uniuersi omnes resonarent, sonitu mutuo contactu ab alijs ad alios succedente, in garrulos torquetur prouerbium. Hoc miraculum Ausonius eleganti uersu complexus est:*

Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni.

Chrestomathiæ author, χαλκεῖον ἦν, inquit, ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀγάλματα κορυφῶν. ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ, ἀλυσιδωτή, ἐξηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους. οἳ ... τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο. ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἤχου μέχρι τέλους, καὶ ἐπὶ ... ὅθεν ἡ παροιμία λέγεται, ἐπὶ ... *Illud autem haudquaquam prætereundum est prouerbium, æs Dodonæum, Plutarchum existimare torqueri posse in sordidas, & quantumuis pusilla de re querulos.* Hamis:] *Sūt autem hami propriè unci, quibus pisces capiuntur. Vsurpatur pro ferreis instrumentis, quibus sepiuntur arcæ.* Auroq;.] *Endyadis, pro hamis aureis: à materia.* Trilicem.] *Licium est lignum oblongum & teres, cui implicatur à textoribus stamen.* Conum.] *Conus, nux picea à Græcis appellatur. Hinc Græci mitræ, huiusmodi figuram conum uocant. Ab eius similitudine, curuaturæ, quæ sunt in summitate galeæ, in qua cristæ ponuntur, per translationem coni dicuntur.* Comantes.] *comatas.* Arma.] *Appositio: à possessoris dignitate.* Parenti.] *Anchisæ.* Addit.] *Repetitio.* Remigium.] *& remos, & remigum turbam: accipitur & pro agitatione remorum. Transfertur & ad aues, Remigium alarum.*

ARGVMENTVM.

Anchisæ classem paranti, atq; iter arripienti Helenus Italiam in conspectu quidem positam monstrat, sed eam longo circuitu arripiendam docet.

NASC. CONIVGIO Anchisa.] *huius orationis exordiū Anchisæ laudibus abundat. Sumuntur autē hæ laudes cùm ex singulari quadā dignitate, quòd dignus fuisse uisus est, qui Veneris coniugio frueretur: tùm ex diuina*

Interea classem uelis aptare iubebat
Anchises, fieret uento mora ne qua ferenti,
Quem Phœbi interpres multo cōpellat honore:
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,
Cura Deûm, bis Pergameis erepte ruinis:

Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc arripe uelis:
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ô fœlix nati pietate, quid ultra
Prouehor? & fando surgenteis demoror Austros?

A *uina quadam illius felicitate: quia dyis charus, ex patriis ruinis bis ereptus fuit: nam Hercules, & Græci diuersis temporibus Ilium expugnarunt. obseruandum est autem, quod iam antea Anchises infelicitati suæ ascribebat, ut*

» *——satis una superq;*

» *Vidimus excidia——.*

nunc illud ab Heleno in laudem conuerti.

Ecce tibi tellus.] *ἀναφορά: nam ex Epiro Italia optimè perspicitur tibi uerò ἐμφατικῶς: quā fata promittunt, uel quæ pietati Aeneæ debetur: aut certè unam Italiæ partem illam duntaxat uisurum, quam ei digito demonstrat.* Et tamen hanc pelago.] *à necessitate: Seruius interpres hic ἀνακόλουθον agnoscit: nam subintelligendum ponunt, quanquàm uicina sit.* Vade, ait, ô fœlix.] *concludit Anchisæ felicitatem extollens ex pietate nati: & occultè præproperam illius mortem significare uidetur, quando nō ex longinquitate illius uitæ, aut aduentu in Ita-*

B *liam, sed ex sola nati pietate eum felicem esse memorat. Seruius hanc uariationem notat: quæ profectò annotatu digna esse uidetur: nam cùm antea compellat dixisset, intulit modò, ait: quod iterum in quinto Aeneid. fecisse apparet, lege eius commentaria.*

LAMB. Hort. INTEREA.] *Transitio ad consilium de apparanda classe, ut aliquando à Buthroto soluant.* Classem uelis.] *Hypallage, pro uela classibus aptare iubebat.* Fieret.] *A causa finali: ne uento secundo ipsi essent in mora.*

Phœbi interpres.] *Periphrasis uatis Heleni. Alloquitur honorificè Anchisen. Est autem hic locus ad sensum communem delineatus. Nam inter alia societatis humanæ officia, ita natura comparatum est, ut affecti nescio quo modo erga eos simus qui à nobis sunt discessuri, & ipsis non solùm bene precemur, uerùm etiam monumenta & pignora mutuæ beneuolentiæ inter absentes largiamur. Deinde, ut datis dextris, arctæ ac indissolubilis amicitiæ symbolo, multis uerbis abeuntibus salutem optemus. Atque hunc morem priscis obseruatum, hoc loco celebrat Maro: & ante Maronem multò antè Homerus, & post eum omnium seculorum scriptores. Iam si hunc locum dili-*

C *gentèr excusserimus, primùm Poëtæ admirabile iudicium in decoro, deinde affectus tum in uerbis, tum in rebus deprehendemus.* Coniugio.] *Principium salutis in digressu à senibus. Habetq; orationem, exhortationem ad capessendam Italiam. In exordio beneuolentia ducta est à personæ Anchisæ dignitate, cui hoc nomine felicitatis portionem tribuit, quod Veneris consuetudine dignus sit habitus. Hoc stuprum sanctiori nomine coniugium uocat.* Superbo.] *nobili, & pleno maiestate.* Dignate.] *dignè habite.* Cura deûm.] *Appositio, quem dij curant. Boni Deo curæ sunt.* Bis.] *Confirmat ab antecedentibus exemplis.* Pergameis.] *Troianis, antonomasia. Bis eum capta urbe seruatum dicit, atq; ex hostibus elapsum. Argonautæ in expeditione Colchica è Lemno profecti, ui tempestatis, (ut inter omnes conuenit) lesiam, Sigæum tenuerunt. Ferunt Hesionem Laomedontis filiam per id tempus beluæ marinæ, ad periurij expiationem, expositam, Herculis interuentu seruatam: cui cùm equorum iugum, quæ potius pro puella fuerat, Laomedon negasset, Ilium intra decimum, à quo obsideri cœperat, diem expugnauit. Alij authores sunt, qui dicunt, Herculem hospitio prohibitum, & ob eam causam inopinatò regi bellum intulisse. Nonnulli, prædæ cupiditate & nobilium equorum fama eum commotum, in Phrygiam nauigasse. Rursum quidam existimant, quòd Herculem Ilienses inter Deos non fuissent uenerati. Vtcunq; hæc scriptorum uarietas habet de belli causa aduersus Laomedontem, Hesione Telamoni dono cessit. Priamus, Anchises, & nonnulli alij dimissi fuerunt.* Erepte.] *Iterum, Troia nuper capta à Græcis, saluus filij humeris in pacatū euasit. Cassandra apud Lycophronem luget patriam, quòd ter ab hostibus capta sit:*

« δισσὰς ... δοριὸς

« ... δίμου.

Primum omnium expugnatum fuit Ilium ab Hercule, ob suprà memoratas causas. Rursum per incursionem Amazonum, ut testatur Homerus lib. 3. Iliad.

« ἤματι τῷ ὅτε τ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι.

Postremò à Græcis, propter Helenen. Ne illud quidem hoc loco omittendum duxi, quòd in Græcorum historijs proditum inuenio, Priamum atate ob ineunte ætate Podarcen dictum fuisse. Verùm urbe ab Hercule capta & incensa, cùm ipse in hostium potestatem uenisset, sororis suæ Hesiones flammeo emptus ac redemptus fuit: atque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, Priamus mutato nomine appellari cœpit. Verba interpretis Lycophronis sunt ... [illegible]

Ecce tibi.] *Hortatur Anchisen ad Italiam petendam, quam digito monstrat, ut uiciniam: quam tamen prænauigare cogetur ob media, quæ occurrant, pericula, quibus compendium impediatur.* Et tamen.] *Occupat, quod superiori oraculo opponi posset, ne pugnantia dicere, ac sibi non constare dicatur.* Ausoniæ.] *Vates sui impos, & numinis plenus, adhuc plura docere uelle apparet: sed à spiritu prohibitus, orationem abrumpit.*

Apollo.] *Agrum Laurentum ostendit. Pars illa Italiæ est, quam te tenere oporteat: hanc inquam, Apollo tibi aperit, monstratq; ueniùs uelisq; petendam. Figura prouerbiali dixit, uelis arripere: neque uerò omnino ablusum ab his. Velis equisq;, remis uelisq; omnibus neruis, manibus pedibusq;, nauibus atque quadrigis, Iouis quadrigis, & similibus hyperbolis prouerbialibus, quibus summum & extremum conatum significamus.*

Vade, ait, ô fœlix nati pietate quid ultra.] *Clausula, à ualedicendi formula. Et obiter senem laudat à pietate filij.* Prouehor? & fando.] *pluribus uerbis, quàm fas mihi est, ista prosequor? cùm te remorer, & secundus te uentus ad nauigandum inuitet?* Austros.] *uentos: enallage, species pro genere.* Surgentes.] *Metaphora, ab animali ad non animal: Surgentes, pro spirare incipientes.*

A

ARGVMENTVM.

Soluentibus anchoras Troianis, Andromache Ascanium veste donat, illiq; blanditur.

Nec minus Andromache digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri † subtegmine uestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydē, nec cedit honori,
Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur:
Accipe & hęc, manuū tibi quę monumēta mearum
Sint, puer, & longū Andromaches testentur amorē,
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O' mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.

NASC. † al. subtemine.

DIGRESSV mœsta supremo.] *πάθος: non enim nisi grã dolore affici poterat ex eorum digressu, de quorum aduentu lætitiam incredibilem ceperat.* Fert picturatas.] *mire persona rum τὸ πρέπον hoc in negocio seruatur: nam mulier puero donat textilia: purpura distinctas uestes: quasi prætextam designet, quæ puerorum indumentum est, inde chlamydem præbet, quæ uestis militaris fuit, ut eum non solùm ad uirtutem excitet, sed ut etiam uestigia quædam auitæ uirtutis se in eo cognouisse planum faciat: qua in re Maronem Homero & acutiùs uidisse, & subtilius indicasse liquido perspicitur: qui libro Odyss. 15. Helenam Telemachum ueste donantem facit: quam uxori suæ det, cùm illam duxerit. ita enim scribit Homerus:*

δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι,
μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην
σῇ ἀλόχῳ φορέειν ——.

Et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori.] *duplex hic commendatio est, altera uestis, altera Ascanij: sed illa latens, hæc aperta. nam in ueste duo designantur, & quod Phrygia est. id est, ex genitali solo, ex eoq; loco, unde ille natus, eductusq; fuerit: & quod tale est, ut non cedat dignitati Ascanij, quasi dixerit paria facit cum dignitate Ascanij: uel ita intelligendum est, non cedit honori suo Andromacha ut regina atq; augustiss. matrona digni sua dignitate muneribus Ascanium donet: contrà uerò in Ascanio futuram esse uirtutem ex muneris qualitate insinuat: quod eum Chlamyde donat ueste militari: nam in puero signa futuræ uirtutis apparere possunt: at uirtus existere non potest. unde est:*

Ecquid in antiquam uirtutem, animosq; uiriles
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

Textilibusq; onerat donis.] *Helenus rex auro, argento, equis, & armis uirum fortem donauit: Andromacha mulier textilia puero impertit, uilioris quidem pretij munera, sed ipsius manibus facta quæ illi offerens ait*

Accipe & hæc manuum tibi.] *fœmina suo beneficio, atq; opere sui quoq; nominis memoriam in puero conseruari uult, non quòd famæ inseruiat, sed ut amoris erga illum sui æternum, si fieri possit, pignus, ac monumentum appareat: itaque igitur suum uehementer extollit, cùm illud suis manibus factum ostendit: artificis enim dignitas plerunq; opus nobilitat ut in 3. Buc.*

——pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

Cōiugis Hectoreæ.] *πάθος.* Cape dona extrema tuorū.] *auget πάθος.* O' mihi sola mei.] *exclamat præ lætitia quam ex filij similitudine capit, quam in Ascanio uidet: nisi quis libentiùs hic πάθος agnoscat ex dolore, propter nati iam extincti, ac miserabiliter per-empti recordatione: cuius imaginē cùm in Ascanio cōtemplabatur, Astyanacta filiū intueri uidebatur.* Sic oculos, sic ille manus.] *singulas corporis partes Ascanij, intuens Andromacha miro delectatione afficitur, quasi non Ascanium, sed Astyanacta ipsum oculis cernat: hac enim distributione Ascanij corporis, naturæq; similitudinem demonstrat. Græcis εἰκὼν dicitur. sic alibi Virg.*

Omnia Mercurio similis uocemq;, coloremq;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.

Iulius tamen Rufinianus εἰκόνα hic esse negat: sed ὁμοίωσιν appellat: quorum alterum ab altero ita seiungit, ut εἰκόνα fieri dicat cùm perfectè formæ similes conferuntur. quale illud est Virg. in 3. Georg. B

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, &, quorum Graij meminere poëtæ,
Martis equi biiuges, & magni currus Achillis.

ὁμοίωσιν uerò cùm ex partibus aliqua similitudo colligitur. ut hic fieri uidetur:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Cuius carminis singulas partes æquè si expendere liceat, exornatione triplici ornatum esse reperiemus: repetitione, propter idem uerbum sæpius repetitum: dissolutione, ob singula membra interuallis cæsa oratione distincta: adiunctione: ob id, quia uerbum unum multa membra complectens in fine positum est. Homeri locus est ex 4. Odyss. ubi de Telemacho hæc à Menelao dicuntur:

κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες
ὀφθαλμῶν τε βολαὶ, κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται.

Quibus in uersibus quod Homerus ὀφθαλμῶν βολάς: id est, oculorum iactationes, mirificè dixit, interpres noster non potuit, sed gestum apposuit, cùm dixit FEREBAT. *At illud mirum fuit quod addidit:* C

Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.] *ut augeret affectum memoriæ ex repræsentatione rei quæ non erat, & esset.*

LAMB. Hort.

NEC minus.] *Transitio ad imbecilliorem ætatem, muliebrem & puerilem, ut utrobique officiorum ratio constet.* Picturatas auri.] *quibus intertextæ uariæ rerum & animantium picturæ merant.* Subtegmine.] *Subtegmen, filum est sub flamine. Stamen in tela filum firmum est: subtegmen uerò, ultrò citroq; transmittitur.* Auri subtegmine.] *pro aureo subtegmine.*

Phrygiam.] *acu pictam: quod Phrygum inuentum fuit: hinc Phrygiones sunt appellati. Porrò aurum intertexere, cuiusmodi uestium hic mentio fit, in Asia existimatur Attalus inuenisse. Pictarum tamen uestium usum in confesso est Homeri tempestate fuisse, apud quem Iliad. tertio Laodice, una filiarum Priami longè pulcherrima, ingentem telam texens introducitur.*

—1 k

A —ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε,
δίπλακα, μαρμαρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους,
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

Et in Odyssea, Penelope texens telam, ac retexens, procos eludit. Textilibus.] Expolitio. Accipe.] Ad eundem modum apud Homerum Odyssea 15. Telemachus primum à Menelao donis magnifice, inde ab Helena non minus splendidis donatus dimittitur:

—ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρῃος
πέπλον ἔχουσ' ἐν χερσίν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε·
δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι,
μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην
σῇ ἀλόχῳ φορέειν.—

Monumenta.] Expressit Græcam uocem μνῆμα. μνῆμ' ἑλένης χειρῶν: id est, monumentum manuum Helenes. Quæcunque nos alicuius admonent, monumenta dicuntur. Et authorum scripta, & sepulchra, monumenta appellamus. Andromachæ] Enallage personæ, & appositio. Commendat donum à sua persona, & amplificatione ab Hectoris magni persona. Addit affectus a circumstantijs, cum ea ut extrema commendat. & etiam à fide, B nō uerò ab alieno ea proficisci dicat. O mihi.] ἠθοποιΐα, ab imagine absentis, ad concitandos affectus, cum dilatatione totius in partes. Super Astyanactis] imagine. Homerus Iliados 6. etymon huius nominis reddit, loquens de Andromacha, quæ Hectorem, ne in prælium uaderet, intra muros retinere conabatur:

ἡ δ' εἶσαν' ... ἅμ' ἀμφίπολος αἰψ' αὐτῇ.
παῖδ' ἐπὶ κόλπῳ ἔχουσ' ἀταλάφρονα νήπιον αὔτως,
Ἑκτορίδην ἀγαπητόν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ.
τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Ἀστυάνακτ'. οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.

Cæterùm expressit hunc locum Maro, ad eum qui est Odyss. 4. ubi Menelaus de Telemacho ita uerba ad Helenen facit:

κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες,
ὀφθαλμῶν τε βολαί, κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται,
καὶ νῦν, &c.

Vt Vlysses in Odyssea magnificis donis ab Alcinoo cumulatus dimittitur: ita hoc loco Aeneas ab Heleno uate digressurus. Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.] Pathos à collatione ætatis utriusq. Illud interim hic expendendum est, quòd Andromache filio spoliatam se dicat: cùm secundùm quosdam scriptores, Hectoris filij Scamandrius, qui & Astyanax, eiusq; fratres post 22. annū ab exciso Ilio, à Neoptolemo dimissi, auxilio Heleni patrui, Antenoridis pulsis, regnum paternum recuperarunt: & cum his Ascanium quoque Troiam repetijsse. At inter eum, Aenea, publica fide à Græcis accepta, profecturo in Italiam, in agrum ... seditiom, locorum accolis id petentibus, missum fuisse. Sed Poeta eos maximè sequitur, qui tradunt, capta Troia Astyanactem & omnes Hectoris liberos, ne quis regia stirpe superesset, è muris præcipitatos fuisse.

A R G V M E N T V M.

Decedens Aeneas Buthroto, Heleno, & reliquis bene precatur: eorumque felicitatem extollit per comparationem m... ... ... suorum: quod illi quietas iam sedes repererunt, ipse vero cum labore maximo futuras, & quasi fugaces inquirit.

Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta
Iam sua: nos alia ex alijs in fata uocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandū,
Arua neq; Ausoniæ semper cedentia retrò
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamq; uidetis,
Quam uestræ fecēre manus: melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
C Si quando † Tyberim, uicinaq; Tybridis arua
Intraro, gentiq; meæ data mœnia cernam,
Cognatasq; urbes olim, populosq; propinquos,
Epiro Hesperia (quibus idem Dardanus author,
Atq; idem casus) unam faciemus utramq;
Troiam animis, maneat nostros ea cura nepotes.

N.ASC. Lacrymis affabar obortis.] πάθ@ à dolore, non enim poterat absq; dolore (quem lacrymæ indicabant) à suis recedere. Viuite felices.] pro gratiarū actione hospitibus fœlicitatem precatur. Nos alia ex alijs.] πάθ@ à perpetuitate laborum, & calamitatū: unde latens emergit ἀντίθεσις, illos felices: quia iam calamitatibus perfuncti sint, se uerò infelicem, cui adhuc toleranda sint fortunæ incommoda. Vobis parta quies.] persistit in comparatione cum amplificatione felicitatis, & infelicitatis alterutrius: illustrat expolitione, & antithesi. Semper cedentia retrò.] renouat πάθ@ à perpetuitate laboris: tale est illud ex 5. Aeneid.

—dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & uoluimur undis.

Effigiē Xanthi, Troiamq; uidetis.] magna felicitatis cōmendatio. Quā uestræ fecēre manus.] amplificatio felicitatis: nam felices quidem erant, quod Troiam, seu effigiem Troiæ uidebant, sed eò feliciores putabantur, qui eam suis manibus fecerant: unde occultus educi potest dolor Aeneæ, quod maximè quærebat, ut urbem conderet, assequi non poterat: non dissimile illud est, ex 1. Aeneid.

O fortunati quorū iam mœnia surgunt,
Aeneas ait—.

Melioribus opto.] rursus felicitatem hospitibus precatur. ἀρχή. Si quando Tyberim] gratum se fore hospitibus pollicetur. ut in primo Aeneid.

—officio, nec te certasse priorem
Pœniteat: sunt & Siculis regionibus urbes,
Armaq; Troianoq; à sanguine clarus Acestes.
Quassatam uentis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam socijs, & rege recepto,
Tendere, ut Italiam læti, Latiumq; petamus:
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrūm
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iüli,
At freta Sicaniæ saltem, sedesq; paratas,
Vnde huc aduecti, regemq; petamus Acestem.

Gentiq;

Gentiq; meæ data mœnia cernam.] *Ascanio, & qui ex eo originem habituri erant: quasi non sibi, sed posteris imperium deberetur, unde est in 4. Aen.*

» *Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli*
» *Respice, cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus*
» *Debentur* ——.

Quibus idem Dardanus auctor.] *nam Helenus, & qui in Epiro erant Troiani, omnes à Dardano genus trahebant.* Atq; idem casus.] *iisdem, Troiæ casibus obnoxii fuerant omnes Troiani.* Vnam faciemus utranq; Troiam animis.] *rectè animis, ut Alii ὁμοῦ μία ψυχή: nam quæ uel natura, uel locorum intercapedine iungi non possunt, animo iunguntur: alludit autem ad fœdera quibus Epyrotæ cum Rom. coniuncti erant: & quia breue est, & irreparabile tempus humanæ uitæ, subdit.* MANEAT nostros ea cura nepotes.

LAMB. Hort. DIGREDIENS] *Pathos à gestibus digredientis: quare pietatem suam in ciues suos ostendit.* Lacrymis obortis.] *κατὰ δακρυχέων, frequens Homero.* Viuite.] *Exordium orationis à plausibili precatione perpetuæ felicitatis, post partam tranquillam sedem. Vnde ducit collationem utriusq; fortunæ, qua Heleni & Andromaches sortem infinitis partibus suæ anteponendam ducit. Ad postremum promittit, aliquando futurum ut Epirus & Italia animis consocientur, idq; posterorum futurum opera & uirtute.* Fortuna.] *Pathos à fortuna.* Peractam fortunam.] *uocat Aeneas, Heleni exactos errores, casum aduersum & seruitutem: unde in quietem tanquam ex alta tempestate eiecti, ad postremum portum tenuerint.* Nos alia.] *Opponit illorum felicitati tragicam suam sortem, fatum, & miserabilem suum casum, quo sursum ac deorsum adhuc iactetur: neque dum uidit, ecquis iactationis sit futurus finis.* Vobis.] *Interpretatio superioris sententiæ, ecquæ sit illa peracta fortuna, ob quam iam sint felices: contrà, quibus ipse, & in quæ fata trahatur. Quid autem aliud est fortunam peractam esse, quàm quietam sedem contigisse? Estq; antithesis utriusq; fortunæ. Sed ut suam infelicitatem euidentius coarguat, hæret in enumeratione incommodorum, quibus ipse exerceatur, antequam in arua fatalia perueniat. Nullum tibi mare nauigandum est, nulla Italia quærenda: sed diuersa omnia tibi contigerunt.* Arandum.] *Metaphora, à terra ad mare, per similitudinem ducta. Terra aratro & uomere, mare uerò nauibus sulco impresso finditur.* Cedentia.] *cedere & fugere nos apparentia. Ad uulgi iudicium hoc accommodatum est: nam ea retrò semper fugere uidentur, quæ sectati diu apprehendere non ualemus: id quod Aeneæ usu uenerat.* Effigiem.] *Suprà retulimus, omnia circa Butrotum loca, amnes & montes patriis nominibus Helenum appellauisse. Porrò Homerus author est, amnem à diis Xanthum fuisse appellatum, quē homines Scamandrum uocarent:* A

ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Plutarchus tamen ἐν τῷ περὶ τῶν ποταμῶν, existimat Xanthum fluuium initiò, postea Scamandrum, à Scamandro Corybantis & Demodoces filio in eo submerso, appellatum. ξανθὸς, πυῤῥός. Et Xanthus historicus in εὐρ-ἀνῳ, de quo multa Suidas. Troiam.] *fictitiam, de illa magna dictam. Regium est, locis nomina indere, & eorum uicissim uocabula nouis cōmutare.* Melioribus.] *successu & inceptu. Et interpretatur, quæ uocet illa meliora auspicia: urbem suam minus obuiam fore Græcis, quam hæc sit, quippe inter medios Græciæ populos sita.* Tibridis.] *Collusio. Tiberis ex Apenninis montibus oritur: sed in ipso cursu multis diuersis amnibus augetur, & aliqua sui parte per Tyrrheniam fertur. Inde ab ea primùm Vmbriam diuidit: mox Sabinos & Latinos, qui circa Romam habitant, usq; ad oras maritimas. Regio Tyrrhenia, quæ Italiæ pars est, à Liguriæ montibus incipit, & usq; ad Tiberim porrigitur. Latinorum regio media inter maritima [illegible] Ostiorum & urbem Sinuessam & Sabinam interiacet. Ostia, nauium statio est urbis Romæ, in quā T[illegible] se exonerat. Hanc autem oram, aut certè proximā, ipso statim appulsu in Italiam tenuit Aeneas. Itaque cum Tibridis arua dicat, agrum Latinum ostendit.* Cognatas.] *Italas & Epiroticas ita inter se propinquas, ut mari Ionio & Hadriatico tantùm diuimantur. uel ut ad cognationem generis referantur ista. Cæterùm Aeneas postrema nauigatione, cùm è Sicilia in Tyrrhenum solueret, primùm in eum Italiæ portum delatus fuit, qui ab eius gubernatore, ibi uita defuncto, Palinurus est appellatus. Parisino & Leucosia nomen inuenit ab Aeneæ necessaria muliere, eo loco extincta. Misenus item, in Opicis montibus, nomen promontorio est adeptus. Postremò in agrum Laurentem Troiani egressi, quatuor à mari stadia aduersus accolarum uim uallum muniuerunt. Locum Troiam Aeneas dixit. Ergo animorum consociatione, & suam in Italia, & Heleni in Epiro, urbem unam futuram auguratur. Potest & aptè ad Romanos Aeneæ posteritatem referri, à quibus Epirus, Macedonia, adeoq; tota Græcia in prouinciarum formam postea redacta fuit.* B

Dardanus.] *A maioribus, genere, patria, & casus similitudine. Vterque Troianus, uterque incensa patria exteras sedes uariis erroribus quærere compulsi fuimus. Patria, genus, fortunæ similitudo, arctissimo uinculo animos deuinciunt. Ad quæ si morum similitudo accedat, & æqualitas ætatis, multo firmius coëunt animi, etiam inter absentes.* Maneat.] *Clausula extrema colloquii.* C

Nepotes.] *Amborum posteritatem indicat, per quos eo præstabuntur.*

ARGVMENTVM.

Buthroto ad Ceraunios Epiri montes breui nauigatione prouecti Troiani, in littore quieti, ac somno se dedunt vsque ad dimidium fere noctis: inde Palinurus gubernator diligentissimus è stratos surgens, sydera, & ventos explorat. quibus prospere flantibus classicum canit: socij illicò anchoras soluūt, passisq; velis Italiam versus iter arripiunt.

Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimus undis.
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
† Sternimur optatæ gremio telluris ad undā.

NASC. SORTITI remos] *per sortem diuisi ad officia remigandi: nam sic facere consueuerant nautæ, ut cùm iter esset factum, uel longū, uel periculosum, sortes traherēt, quis cuiq; officio*

† al. Sternimus

Sortiti remos, passimq; in littore sicco
Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat,
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat uentos, atq; auribus aera captat,
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo,
Arcturũ, pluuiasq;, † Hyadas, geminosq; triones,
Armatumq; auro circumspicit Oriona.
Postquam cuncta uidet cœlo constare sereno,
Dat clarum è puppi signũ: nos castra mouemus,
Tentamusq; uiam, & uelorum pandimus alas.

† al. Pleiadas,

A officio nautico incum-beret. quod Virgil. eleganter, & fusè declarauit in oct. Aeneid. cùm ait:

„ Ocyus incubuêre omnes, pariterq; laborem
„ Sortiti ——.

Id est, diuiserunt inter se laboris officium. quod & milites tum in castris, tum in urbibus facere solent, cùm inter se aut noctis uigilias, aut loca ad defensionem periculi diuidunt. Virgil. in 9. Aeneid.

„ Omnis per muros legio sortita periclum
„ Excubat, exercetq; uices, quod cuiq; tuendum est.

Omneis Explorat uentos] cùm omnes dicit, cùm diligentiam, cùm exploras, solertiam Palinuri designat. Sydera cuncta notat.] quæ futuram serenitatẽ significabant. sunt autẽ septentrionalia sydera, quæ
B nautæ obseruare solent propterea sequitur: Arcturum, pluuiasq; Hyadas, &c.] quasi et & gubernatoris peritiam, & perfectionem Virgilius notare uideatur: nemo enim, nisi syderum penitus apprimeq; eruditus aërem captatur, syderaq; notare potest, præsertim cuncta. Dat clarum è puppi signum.] non assentior Seruio, neq; ijs, qui Seruij opinionem in suis scholijs approbaruot, de facula sublata, ut illud ex 2. Aeneid.

„ ——flammas cùm regia puppis
„ Extulerat ——.

Nam usus est Palinurus signo uocali: id est, strepitu tubæ, ad excitandos dormientes socios: quos muto signo excitare non potuisset. unde est:

„ ——quo non præstantior alter
„ Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

In 2. uerò Aeneid. regia illa puppis mutum signum extulit, qr. si uocale coemisset, dolus detegeretur. Nos castra mouemus.] obseruandum est, castra de nauibus dici: nam propriè castra sunt, ubi milites tentoria figunt. ita etiam usurpauit in 6. cùm ait:

„ ——sic acer equus turbata petiuit
„ Castra ——.

LAMB. Hort. PROVEHIMVR.] Soluit ex Epiro Aeneas. hanc autem suprà diligenter circumscripsimus, ab adiacentibus
C circumquaq; populis. Ad septentrionem à Ceraunijs montibus incipit: ab ortu, Ambracio sinu & amne Acheronte clauditur: à meridie, Ionio finitur: ab occasu Thesprotum cardinibus terminatur. nam hi unà cum Chaonibus Epiro accolunt: Ptolemæo. Porrò Buthrotum, unde nunc soluit dux Troianus, uetus Epiri oppidum in colle & in interiori sinus Ionici recessu situm fuit. Prouehimur] reflexo in occasum cursu inter Corcyram & Thesprotos, Italiam petimus. πύλαγ☉ interpretantur propriè, μέγιϛ☉, καὶ βυθὸς, καὶ ... πελαγίζειν, τὸ ἐλθεῖν ... καὶ ... Ceraunia.] Ab his montibus incipit Epirus: & Macedonia terminatur Elymiotarum Taulantiorumq; ora. A' Lyburnia usq; ad montes Ceraunos maritimos bis mille sunt stadia. Sunt autem hi montes penè omnium toto orbe Europæo excelsissimi, ab assiduo fulmine quo percutiuntur ita nuncupati.

ti. Et quoniam sublimi uertice in longum excurrũt, ab authoribus etiam Acroceraunia nuncupãtur. ἄκρα, promõtorium. κεραυνὸς, fulmen. Ab huius uertice in pelagus euagante, initium incipit nomen Ionij. Chrestothiæ scriptoris uerba sunt: ... Acroceraunia ad ortum leuiter in meridiem flexa, sed altitudine propè pari, excipit mons Pindus. Ab Acrocerauniis sursus in Hadriaticum pelagus est quo Italicum littus pulsatur. Est autem ea Hadriatici & Ionij angustissima pars, 700. stadiorum latitudine, hoc est, 21 milliarium Germanicorum spacio inter Acroceraunia & Hydruntem oppidum Italiæ maritimum, & item Lacmium. Sed uasti. ut uersus septentrionem se aperit. Vndis.] Itaque erudite Poëta compendium propositurus, breuissimum cursum mari ab Acroceraunijs in Italiam patere dicit. Sol ruit.] A' descriptione temporis uespertini. Hoc describit breui periphrasi, ab efficiente causa & signo. nam Solis occasus uesperum inducit, perinde ut sua absentia noctem. Porrò autem, eadem ratione cum subtracto prospectui mortalium montes obscurantur, signũ est temporis uespertini. Quare montes disertè opacos uocat: hoc est, obscuros. & qui non amplius iam Solis radijs inumbrantur. Spectat autem huc ea chronographia, ut desiderium nocturnæ quietis à lassitudine subijciat. Iam uerò & illud appositè dixit, & accommodatè ad iudicium uulgi. quòd sol in occasum deuergens & se nostro prospectui terræ interiectu subtrahens, cadere uideatur. Vmbrantur.] sublato è nostro hemisphærio Sole obscurantur, ... Opacæ.] ne iactatione fracti, nocturnâ nauigatione à recto cursu dijsiceremur. Gremio.] Metaphora ab homine ad non animal, ad littus. Sortiti.] dispensantes, siue sorte obtinentes, ut ad signum Palinuri quisque naualibus instructus adesset; non, ut Seruius, officia in remigando sortiti, quæ multò antè in uniuersum semel fuêre distributa. Curamus.] cibo ac potu reficimus: atque inde nos quieti componimus, ut ad laborem postea alacriores & expeditiores essemus. Quoniam autem nihil memorabile hic gestis, nulla fuit causa, cur diutius cunctaretur. Itaque gubernatorem statim à media nocte uentos explorantem facit, ne id quidem iniussu suo. Et profectò in talire non minus uigilantem & solicitum conuenit esse bonum gubernatorem, à quo uectorum salus pendet, quàm laudatum in suo regno principem, ὃ ... Quare aptissimæ similitudines hinc ad res publicas & rerumpub. rectores trahuntur. Orbem.] dimidium hemisphærij nocturni continuatum erat. Periphrasis concubiæ noctis. Itaque nondum nox media erat. Sed & particula Necdum emphasim habet uigilantiæ in optimo gubernatore, & solicitudinis: id quod ea quæ sequuntur, perspicuè arguunt.

Haud segnis.] Mirã alacritatem in obeundo commisso munere, & quidem uerbis paucissimis, in Palinuro describit;

scribit, à quo communis omnium salus pendebat. Quamobrem non conueniebat eum supinum, aut in utramuis aurem stertentem fingi. Explorat.] *Summatim studium uiei proponit: hoc est, explorandi uentos & notandi signa orientia & occidentia, quæ singulatim iam mox enumerabit. Cæterùm hypotyposis est gubernatoris de nocte surgentis ad explorandos uentos, & nauigandi tempus è syderibus. Vt in alijs multis, ita hoc loco in descriptione gestuum Palinuri, notantis accuratè cœlestia signa, ad quorum cursum nauigatur, admirabiliter sui similis est Poëta. Nam gubernator, qui sydera explorat, subinde ceruicem, modò in septentrionem, modò in austrum reflectere debet. Quod quidem, quàm diligenter in illo hic seruarit Maro, precium operæ est excutere. Quoniam autem liquet, Arcturum, & plaustrum utrumq;, ipsumq; adeò axem, quem Græci polum nuncupant, in septentrionali plaga esse: rursum Taurum, in quo collocatæ sunt Hyades, & Orionem ad austrum, Palinurum modò huc, modò illuc flectentem crebrò ceruicem facit. Cùm autem Arcturum notat, septentrionem suspectat: cùm uerò Hyadas, reflectit se in Austrum. Rursum cùm utramq; ursam intuetur, retorquet oculos ad septentrionem: illas enim geminos triones uocat. Iam uerò ubi Orionem oculis signat, aspectum iterum in meridiem auertit. Sed in uno uerbo* Circumspicit, *sedulitatem & curã subinde nunc in hanc, modò in illam cœli plagam se uertentis significanter expressit. Et in hac parte multo Homero disertior est, qui Vlyssem hærentem clauo, & semel Pleiadas ad meridiem, mox rursum bootem & arctum in Boream reflexum, peruestigantem inducit. Verba Poëtæ extant Odyssee* ε.

αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
ἥμενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Auribus.] *Venusta hypotyposis cœlo auribus uentum haurientis, ex quo cardine spiret.* Sydera.] *A' diuisione: enumerat enim stationum signa, quæ à nautis præcipuè obseruantur. Illud admonendi sumus, quod annotauit Aratus in Phænomenis, & nos alibi quoq; annotauimus de Arctis, quas Latini modò Triones, modò plaustra, aut etiam ursas uocant, earum alteram maiorem Helicen, Græcos inter nauigandum obseruare solere: alteram uerò minorem, Cynosuram, subobscuram quidem, sed nautis præsentiorem ob cœli axem, qui extrema stellarum in eius cauda est, Phœnices sequutos fuisse. Et nostra tempestate toto ferè orbe nauigantes, Phœnices imitari. Nam stella polaris ob diuinam naturam, qua ad se magnetem, unde index nauigatorius constat, trahit, immobilis est, & firmamento fixa nunquam loco discedit, cùm reliqua sydera ab ortu in occasum naturali motu mundi cum uniuersa machina cœlestis molis rapiantur. Arati uersus hi sunt:*

——δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι,
αἱ δ' ἤτοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
ἀλλήλων, αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι. εἰ ἐτεὸν δὴ
κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅτι μιν τότε κουρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο,
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν,
Δικταῖοι κούρητες, ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.
οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.
ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι,
τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

Tacito labentia.] *Haud scio an Poëta tacitũ cœlum tranquillum uocet, ac quietum: cùm Palinurum auribus aërem, hoc est, uentum captasse dicat. Retulimus in secundo, quàm apta translatione ab auribus ad oculos silentia tacitæ lunæ, ipsam lunam tum nondum lucentem appellarit. Nam ut silentio nihil auditur, ita in tenebris nihil cernitur. Sic Plinius silente luna seri iubet: Cato stercus euehi, ficos, oleas, mala, pyros inseri. Itaque, ut à quibusdam silens luna, coitus lunæ, & interlunium: ab alijs, id tempus quo luna nondum exorta est, uocatur: ita utrumque tacitum & silens scitè coniunxit eo loco Poëta. Nihil uetat, consimili modo hoc loco tacitum cœlum interpretari, illunè, quo maximè signa & australia & septentrionalia sunt conspicua, ac dinoscuntur, quæ lucente luna subiustriq; cœlo maximè obscurantur.* Arcturum pluuiasq;.] *Macrobius Pleiadas hic legit. Et sic copiosè de his disseruimus in primo, illud summatum hic suffecerit annotatum: Arcturum ipsum totum Bootem appellari. Propriè tamen stella quæ sub zona eius est, Arctophylax nuncupatur: quemadmodum Arctos, ursa in cœlo, quæ perpetuò mouetur.* Armatum.] *Armatum eum fingit Higynus, & cum Tauro decertantem. Auro armatum eum uocat Poëta, uel per superlationem ob aspectum syderis horribilem, cùm in statione nocturna silente luna clarus fulget: uel ob naturam syderis uiolentissimam in concitandis ortu suo tempestatibus: uel per similitudinem. Etenim tres maximè sunt in zona conspicuæ, secundæ, & totidem in clauo quintæ magnitudinis horrorem intuentibus incutere uidentur. Hunc æquinoctialis à zona & reliquo corpore diuidit medium, congredientem cum Tauro, incinctum ense, & spectantem occasum. Occidit ex oriente Scorpionis posteriori parte, & Sagittario. Exurgit totus cum Cancro, dextra clauam tenens, Tauro minitanti similis, & ut ait Aratus:*

λοξὸς μὲν ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
ὠρίων, μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐνὶ νυκτὶ
ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται, ἄλλα πεποίθοι
οὐρανὸν εἰσανιδὼν προφερέστερα θηήσασθαι.

Orionis, Arcturi, & Hœdorum exortu, tempestates, grandines, procellæ, & consimiles cœlestes iniuriæ concitantur. Orionis gigantis corpus in Creta, terræmotu rupto monte, 46. cubitorum aliquando inuentum fuisse, quidam prodidêre. Porrò Euphorion apud Græcos hanc historiam de cœlesti illa refert: υἱὸς ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀνταρέτης, μιχθεὶς τῷ ἄγαλμα? θυγατέρας, ὅτε μὲν ἐν ταναγρᾳ τῆς βοιωτίας. φιλοξενώτατος δ' ὢν, ὑπεδέξατο ποτὲ καὶ θεός. ξένοι δὲ καὶ ποσειδῶν καὶ ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες αὐτῷ, καὶ τὴν φιλοφροσύνην ἀποδεξάμενοι, παρήνεσαν αἰτῆσαι, τί ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ ἄπαις ὢν ἤτησε τὸ παιδίον, λαβόντες ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς

A [illegible Greek] ... ἀνθρώπων ... Reliqua περὶ τὸ μικρὸ ἑαυτοῦ consule circa finem libri primi. Illud obiter ceu additamentum hic adscribendum duxi: fuisse Orionem alium Thebanum ex Aegypto, sententiarum rhapsodum, qui ipsum opus Anthologum lib. 3. nuncupatis dicatum Eudociæ Imperatrici, Theodosij τοῦ μικροῦ. Proditur ab hoc diversus alius Orion Alexandrinus, professione Grammaticus, qui & ipse Anthologum scripsisse traditur, collectaneum dictionum Atticarum, de etymologia, & encomium Hadriani Cæsaris. Postquam.] Ab Acroceraunijs Sasonem obscuram insulam prætervehuntur: atque in claro cælo in Hadriaticum, superum litoris Italici mare, perveniunt. Porrò verbo Constare, perseverantiam serenitatis indicat. Dat clarum.] Translata similitudo est à re militari, in qua ad pugnam militibus classicum canitur, & à pugna item receptus. Datur item signum ad colligenda vasa, quoties castra promouentur longius. Quoniam autem mutandus hic Troianis locus fuit, & navigandum, aptè militarem vocem ad rem nauticam tradaxit. Nos castra.] Persistit in translatione. à consequentibus. nam causa dati signi erat, ut ad navigandum quisque se & arma navalia expediret. Causa, & consequens, in metaphoris aptissimè cohærent. Tentamusque.] Hysteron proteron. nam prius velorum alæ antennis attolluntur, quàm deducantur naves. Et periphrasis est, tentare viam, pro navigare: quemadmodum in voce Alas metaphora, ab Animali ad non animal. Pandimus.] expandimus: simplex pro composito.

ARGVMENTVM.

B Vbi die illucescit Italiam apparere incipientem Achates primù, deinde reliqui Troiani magnis clamoribus salutant. Anchises vero dijs marinis & terrestribus sacra facit in puppi. quo venti crebrescere incipientibus portum Italiæ capiunt, quem Poeta describit. ibi primùm sese illis prodigium ob oculos offert, quatuor equi candidissimi: quo omine Anchises illico quidem terretur propter significationem belli, sed re æquius expensa, omnis interpretationem in contrarium detorquet Aeneas ibi præceptorum Heleni non immemor Iunoni Argivæ sacra facit.

NASC. HVMILEM Italiam.] Quia Italia ibi altos montes non habet: sed colles, qui ideirco etiã humiliores videbantur, quia procul erant remoti. nam quæ longè absunt, humiliora videntur, quàm quæ re ipsa sunt, ad quæ quãto propius accedas, crescere, & in altũ attolli videntur, quiaobrem paulò pòst ait:

» ——attollit se diua

» Lacinia contrà,

Caulonisque arces, & navifragũ Scylaceũ. (*al. ab)

C Vel revera humilem dixit Italiam respectu maris: quod altum dicitur. Italiam primus conclamat Achates.] Frequẽti Italiæ nominis iteratione utitur ad exprimendam navigantium Troianorum lætitiam.

Iamque rubescebat stellis aurora fugatis,
Cum procul obscuros colles humilemque videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates,
Italiam socij læto clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratêra corona
Induit, impleuitque mero, divosque vocavit
Stans celsa in puppi.
Dij maris, & terræ, tempestatumque potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit
Iam propior, templumque apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu † curvatus in arcum, (*al. curvatur)
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes.
Ipse latet, gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugitque † à littore templum. (*al. ab)
Quatuor hic (primum omen) equos in gramine vidi
Tondentes campum latè candore nivali.
Et pater Anchises: Bellum ô terra hospita portas:
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait: tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima † excepit ovantes. (*al. accepit)
Et capita ante aras Phrygio † velamus amictu: (*al. velamus)
Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, ritè
Iunoni Argivæ iussos adolemus honores.

» Iuppiter. Ideæ qui maximus incolis arces,

» Da pater, ut placido me pectore sævus Achilles

» Accipiat——.

Dij maris & terræ.] Anchisæ precatio est: Græcis εὐχὴ dicitur. Iulius Ruffinianus lib. inter elocutionis figuras ẽnumerat: quam fieri ait, quoties à dijs aliquid precando petimus. deos autem maris precatur, quia navigat: tempestatum, ut prosperè naviget: terræ, quia terras inquirit.

Crebrescunt optatæ auræ.] occulta Anchisæ commẽdatio à probitate: quod quod à dijs petit, illicò impetrat. Portus ab Eoo.] portus primæ oris Italiæ descriptionem aggreditur: quem tranquillissimũ, nullisque obnoxium fluctibus esse depingit. curvus est: id est, formã arcus habet, cautes ex eo eminent naturales velut brachia mari opposita: quibus ab alto facilè frendi possint fluctus: ipse verò portus ab omni impetu, ac tempestate tutus latet. Quatuor hic, primũ omẽ.]

Magnum cratera corona Induit.] ex hoc frequenti apud veteres poëtas facto, colligitur, sacrificiũ vini dijs olim gratissimũ fuisse. Priamus apud Homer. Iliad. ω. prius, quàm ad Achillem proficiscatur, ab uxore admonitus vinum libat, huiusmodique precatione utitur:

» Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, & quæ sequuntur: id est,

omissa descriptio. quod primo aspectu infaustum esse putat Anchises. Bellum ô terra hospites.] *Anchises equorum subito aspectu territus exclamat, & ex opinione, quam de re illa pessimam conceperat, omen interpretatur: hæc autem propositionis officio fungitur: quam statim ratio sequitur.* Bello armantur equi.] *ratio ex usu equorum deducta superiorem propositionem confirmat: ex qua quidem ratione elicitur hæc conclusio. igitur hæc armenta bellum minantur: & locus illustratur annominatione propter diuersos eiusdem nominis casus, bellum, bello.* Sed tamen ijdem olim.] *inuersio, omnis significationem à prima interpretatione auertit, & in contrarium torquet. inuersio est propria oratoribus, cùm ostendimus nobiscum facere argumentum, quod contra nos detorquetur. Seruius hic ἀντανάκλασιν agnoscit.*

Tum numina sancta] *Heleni præceptum exequitur, quod ei præcipuum dederat.* Iunoni Argiuæ.] *non magnæ, ut Seruius ariolatur. sed quæ à Græcis præcipue, & in urbibus Græcorum colitur. nam locus hic, quò iam peruenerant Troiani à Græcis incolebatur. ideo paulò post ait:*

Graiugenûmq; domos suspectaq; linquimus arua.

LAMB. Hort. IAMQVE.] *Attexitur status matutini temporis descriptio, ut aliud quiddam maius inducat. Hanc autem uestit signis quibusdam, quæ à uulgo mutuatur: accessu Solis & adueniente lumine quoniam stellarum lumina bibebantur, obscurabanturq; fugari cœlo illæ uulgò creduntur.* Obscuros] *nondum Solis radijs adumbratos, humiles, propter intercapedinem, ut Italiam conspectui nauigantium obiectam procul è fluctibus monstret, aurora sublustris tempus describit quo minus radiorum Solis umbra ex repercussu maris obtutibus oculorum ucenit* Humilemq;.] *propter interuallum humilem apparentem, & depressam. Ergo maria terris editiora uidentur, ad quod Geometræ argumentatis eminere conantur. Atq; haud scio an expolitionem synonyma interpretemur. Cæterùm obscuros colles Iapygiam dicere uidetur, quam Græci Messapiam uocant. Est autem peninsula bifariam fissa, in Salentinos & Calabros. Supra hos sunt Peucetij à Pisato dicti, Picentini ad Boream, & Appuli. Porrò Iapygia à Brundusio ad uentū usq; ad Tarentum, in occasum abest circum stad. & decem. Ipsa uerum in modū Iapygum regio est ausa. Superficie quidem apparet aspera & sterilis, sed ... experitur, cùm finditur, & cùm est fodior atque, ac fune aquit, pinguis tamē & ferax, & ad pascendum idonea, arborumq; fœcunda deprehenditur. Atq; hic quidem sepultus ille est, quem authores Iapygium uno consensu nominant. Longè ac latè in pelagus procurrit, & hortum hybernum. Hinc molliter reflectit se in Lacinium (cuius paulò pòst mentionem faciemus) promontorium agri Brutij: quam regionem ueteres à Pythagoræ ibi Philosophati consuetudine & auditorio, Magnam Græciam nominarunt Contra hoc ab occasu se erigit, clauditq; os & fauces sinus Tarentini. Pari ratione Acroceraunia contra Iapygiam. Ionium sinum distermiṅant. Distat ab Acroceraunijs Lacinium, 700. stadia. Sason insula media est inter Iapygiam & Ceraunios montes. Illud autem operæprecium fuerit adscribere, multos scriptores esse, qui hanc peninsulam (circa eius Isthmum, Tarentum est, in interiori recessu) indiscriminatim Messapiam, Iapygiam, Calabriam & Salentinam appellent.*

Italiam]*Repetitio, desiderium fatalis terræ indicat, quam iam aliquot annos sequuti fuerant quidem, sed nunc conserta propè manu tenere uidebatur.* Tum pater] A *Religiose, ex immodica lætitia; ob uisam Italiam, sacrificantem scorem Neptuno facit. Hoc pacto inter nauigandum Neptuno & aliqe dijs, in quorum tutela maria, terræ, & tempestates esse credebantur, sacrificabatur, cùm alias hostias eorundem sacra terræ postularent:*

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,

Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Itaq; hos nunc inuocat religiosè, ut secundum uentum consequutus, Italiam in conspectu se attollentem tenere queat. Induit.] *coronauit, periphrasis: id quod lætitiæ argumentum erat. Idem mos litandi Baccho in conuiuijs hilarioribus apud priscos seruatus fuit. Sed inter nauigandum è celsa puppi liquor, religiosè uotis prius conceptis, perinde ut exta Neptuno in littore hostijs cæsis in fluctus porricie bantur, quod ne ipsum quidem sine mero fiebat, quod in caput uictimæ fundebatur.* Vocauit.] *inuocauit, simplex pro cōposito.* Dij.] *Breuis petitio, ut secundum non solùm, sed & facilem cursum donent. Deprecatur tempestatem, quæ perniciem, quamuis secunda, foret allatura. Ad istum modum tradunt Scipionem, classem è Sicilia soluturum precatū fuisse.* Crebrescunt.] *Perspicue more, preces pàtris à numine exauditas, cùm illico gratissima aura sequeretur. Narrat omnia sensus communis conuenienter. Nam propius adnauigantibus, urbes, montes, portus, littora sese attollunt magis atq; magis.* B

Templum.] *Non illud quidè, quod in Mineruæ promontorio uisebatur. Eò enim propter Scyllam & Charybdim accedere non potuit. Erant autem illa media inter Siciliam & Leucopetram. Verùm illud Palladis templum indicat, quod in Iapygiæ dorso eminebat, cuiusq; portus contra Ceraunia in diuersa ad ortum fronte occurrebat. Nisi quis Garganum portum malit interpretari, aut flumen Frentonem portuosum. Sed hinc nimis longo circuitu Iapygium circumlegendum erat, de qua ut uniuersum solet Poëta. Cæterùm illius portus statim hic sequitur, qualiscunq; descriptio, hoc est, non esse fictis: cuiusmodi est illa in littore Libyco, cuius in primis meminit Poëta.* Legunt.] *colligunt.* Portus]*casteæ Mineruæ Topographia portus Salentini. Describit autem hunc à situ, forma, materia. Fronte spectabat ortum, introrsum impetu maris in arcum curuatus. In hunc fluctus illisi saxa utrinq; obiecta conspergunt spuma. Duo ingentes scopuli in cœlum dextra læuaq; tolluntur, ut duo muri & brachia, quibus interior portus aduersus maris & cœli iniurias defenditur.* C Eoum fluctum.] *orientalem uocat, quem maximè excipiat idest, aurora, dies. Tapinosis est in fluctu.*

Brachia.] *Metaphora remota, ab hominibus ad scopulos. Ostendit interiora munita esse aduersus iniurias & cœli & maris.* Turriti.] *turris instar in cœlum ex naturali saxo erecti.* Templum]*in dorso promontorij depressum nam accedentibus refugere à littore & subsidere uidetur. Sumptum est à sensu communi, & hominum indicio. Hoc templum in Locris conditum, ut alia arces in Salentinis à Cretensibus, ut testatur Varro & Strabo.*

Quattuor.] *Superstitiosa antiquitas omnia ubi illa in omē rapiebat. Et Anchises equos per proximos campos pascentes, littus ingressus statim oblatos, in omen belli uertit, quòd eorum usus plurimus sit in bello. Equos, omen appositio. Describit autē hos à loco, officio, & colore: à quibus diuersa ducit auguria.* Tondentes.] *depascentes gramen. Latè pascentes per cāpum.* Candore.] *A' colore.*

Rursum

A *Rursum propter candorem bellum portendere non uidebantur. Nam alba & candida omnia auspicata creduntur. perinde ut furua & atra, infoelicia. Itaque candor in equis uictoriæ rapiendum est, si omnino bellum minentur.* Latè.] *palantes per campos.* Pater.] *Decere augurandi scientiam senis prudentia donet.* Hospita.] *quæ nos excipis hospitio: auersa. Interpretatur omen oblatum, uidelicet equos bellum promittere. Addit causam, quòd equorum usus sit in bello.* Minantur.] *denunciant.* Sed tamen.] *Correctio interpretationis, ab usu diuerso. nam & equorum ministerijs pacis temporibus utimur, maximè in re rustica. Quare etiam diuersa interpretamenta corrigit, fieri posse ut pacem portendant, non uerò, quòd eam certò denuncient: Spes est pacis, ait, ad eam respiciens, quæ parta uictoria postea est sequuta.*

Palladis.] *bellorum præsidis, in cuius tutela is locus erat. Porrò de hac Italiæ regione quid sentiam, liberè fiat commentari, sed citra reprehensionem cuiusquam tamen, quantum partim ex sequentibus, partim præcedentibus, adeòq; historiarum fide colligere ualui. Monuerat Helenus uates, ut transmisso æquore, cùm uota diuis eurfus sui*

B *auspicibus in littore persoluturus esset. certis quibusdam cæremonijs ea sacra uelato ore faceret, ne hostium interuentu ea turbarentur: & ut eam religionem etiam posteritati suæ commendaret. Quo loco ostendi. Aeneam postea usu uenisse, ut cùm circa Graias urbes, in quibus Diomedes consederat, eo ritu sacris operaretur, ille cum Palladio fortè sacrificantibus interuenires. Et ne sua præsentia rem diuinam interturbaret, Nautæ cuidam illud tradidit. Porrò si liberum est iudicium interponere, hic ipse locus fuisse uidetur, in quo illud acciderit. Etenim ut altiùs aliquantu res repetatur. quam paulò suprà annotauimus, Brundusium à Tarento ducentum stadiorum spacio distat: quæ uia Isthmi faciem præ se fert. Reliquam uerò in duo cornua muliter excurrentem Cherronesum, quidam authores modò Iapygiam, communiquam Græco nomine Messapiam, modò Calabriam, interdum Salentinam uocant. Supra hos in eadem peninsula sunt Picentini & Appuli. In agro Picentino, qui Thuscorum fuit, erat templum Iunonis Argiuæ, opus Iasonis, ut testatur Plinius libro 3. capite 5. cui ex Heleni uatis præcepto hic uotum persoluit. Iam uerò tria genera Appulorum tradunt authores, inter quos Daunij sunt. Hic Harpi, aliquando Argos, antiquitùs Argyrippium, urbs ab argenteis seu candidis equis ita dicta. Pustea uerò Argyrippa ad postremum Harpi. Diomedis opus. Itaq; hoc loco Palladium Aeneæ restitutum, uideri potest probabile. Illud autem παρέργως adijciam, quòd de Diomede authores uarient ὡς ἄλλος ἄλλῳ νοῶν. Sunt qui eum Argos reuocatum, atq; ibi decessisse affirment. Alij Harpis Dauniæ: quidam in una eius insularum, quæ circa Garganum ab eo Diomedeæ sunt appellatæ, eum periisse. Nonnulli in Venetis eum in deos relatum credunt. Ab hoc Diomede postea aduersus Hetruscos & Rutulos auxilia Troianis profecta sunt. Sed de Diomede aliàs à nobis instituta fuit narratio: & Lycophronis enarrator, cuius uerba diuersis locis citauimus, plura commemorat uario habitu.* Iunoni Ar.] *Palephatus libro de narrationibus fabulosis: Argiui, inquit, existimant Iunonem deam sui tutelam & ciuitatis custodiam agere. Quare publicè festum in eius honorem ritu peculiari & ordine celebrant. Hæc ille. Iunoni Argiuæ Iason templum condiderat. Sed & Oenotrij quoq; in his oris ei aram ex Heleni uatis iussu posuerant. Erat & Argis Iunonis Argiuæ ara, ad quam Diomedes, è bello Troiano domum reuersus fugit, cũ ab adultero Comete, filio Stheneli, & uxore Aegialea sibi insidias strui aduertisset, ut refert Lycophronis scholiastes. Suidas indicat, Iunonem simpliciter Argiuam: id est, ἀργείαν dictam. Sed est & alia huius appellationis ratio. In regione Argiuorum fabulantur Neptuno prata fuisse consecrata, in quibus equi eius pascebant: ubi de Argiuæ regionis possessione cœpit cum Iunone cõtendere. Ad ultimum ea Iunoni adiudicata, Neptuno uerò abiudicata fuit.* Adolemus.] *sacrificamus, & quasi dijs gratum odorem præbemus. Adolere, urere: Adolescunt ignibus aræ, & accrescere: unde adolescens, & adolescentia.*

ARGVMENTVM.

Perfectis Iunoni sacris, Troiani non Tarentum (vt quidam falsò existimant) peruenerunt, sed primam Ita-
C liæ oram prætereuecti, ad eam Siciliæ partem, quæ Aetnæ monti adiacet, appellunt.

NASC.

Haud mora, continuò perfectis ordine uotis,
Cornua uelatarum obuertimus † antemnarum,
Graiugenumq; domos, suspectaq; linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si uera est fama) Tarenti
Cernitur, attollit se diua Lacinia contrà,
† Caulonisq; arces, & † naufragium Scylacæum.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq; saxa.
Audimus longè, fractasq; ad littora uoces:
Exultantq; uada, atq; æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: Nimirum hæc illa Charybdis,
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrẽda canebat:
Eripite ô socij, pariterq; insurgite remis.
Haud minus ac iussi faciunt: primusq; rudentem
Contorsit læuas proram Palinurus ad undas:
Læuam cuncta cohors remis, uentisq; petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem
Subducta † & maneis imos † descendimus unda.

†al. antennarum,
†al. Caulonisq;
†al. naufragum
†al. ad
†al. desedimus

Haud mora, cõtinuò.] *Propter id, quod sequitur: Graiugenumq; domos ad Græcorũ, qui eas Calabriæ partes incolebant, iram, impetumq; timebant.* Hinc sinus Herculei.] *mare Calabrum duos habet sinus: primus Tarentinus appellatur, inter duo promontoria, Salen, & Lacinium positus. in eoq; sunt, ut ait Mela Pomp. Tarentum, Metapontus, Heraclea, aliaq; urbes: alter Scylaceus nuncupatur: qui inter Lacinium, & Zephyrium promontorium medius est. ex hoc igitur portu unde digressus est Aeneas uterque sinus procul cernebatur. & oppida in promontorijs posita: Tarentũ inprimis, & reliqua, quæ in contextu recensentur, loca.* Si uera est fama.] *ut Phalantus ab Hercule oclauus oppidũ auxerit, priscoq; nomine Tarentũ appellã-*

Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedêre:
Ter spumam elisam, & rorantia uidimus astra.
Interea fessos uentus cum Sole reliquit,
Ignariq; uiæ Cyclopum allabimur oris.

ris, lege Seruij cômentaria sed Poeta omnino rei meouit fidem. Attollit se diua Lacinia.] *Templum Iunonis Laciniæ. hoc est, quæ in urbe Lacinio, quam hodie caput columnarum appellant, colebatur: quo in loco cùm urbis, tùm etiam templi adhuc uestigia apparent.*

Et naufragum Scylacæum.] *de oppido fortasse, iuxta quod, propter latentes scopulos, naues graue periculum subeunt, nô de mari: hoc est, de sinu Scylaceo, qui hodie sinus Squillachi appellatur, intelligendum est. utrû uerò naufragû, uel naufragum legendum sit, Grammatici certant: sed omnino legendum est naufragû Scylaceum, per simplex l, ut stet uersus & sensus.* Pullataq; saxa.] *Scyllæ.* Ad littora uoces.] *impropriè uoces, pro sonitu undarû se ad littus frangêtium.* Exultantiq; uada,] *etsi Pharo's (ita enim illa freti angustia uocatur, quæ triquetram ab Italia diuidit) eo loco, quo tunc Troiani peruenerant, longè abest, eius tamen uis, impetusq; tantus est, ut procul etiam uehementer fluctuet.* Læuam cuncta cohors.] *uidetur Anchises socios admonuisse, ut pelagus occuparent, quod ad læuam est, ne in Scyllæ, Charybdisq; periculum deferrêtur.* Tollimur in cœlum curuato gurgite.] *ὑποτύπωσις rem describit, taq; orationis perspicuitate, atq; splendore, ut cerni potius quàm uel legi, uel audiri uideatur, eam Græci ἐνάργειαν appellant.*

LAMB. Hort. Haud mora.] *Iuxta Heleni præceptum fugã hinc præcipitat, id quod ne ipse quidê dissimulat, cùm eam magnæ Græciæ partem suspecta arua uocet, & Græcorû ditionem.* Cornua.] *Metaphora ab animali ad non animal. Docet se eam oram soluisse.* Graiugenûmq;] *Syncope, pro Graiugenarum: quasi dicat, Græciam magnã deserimus.* Suspectaq;.] *Copia.* Hinc sinus.] *Describit ordine omnê oram eam maritimam Calabriæ, & loca terra mariq; proxima, quia prætemauigârit.* Sinus Her.] *Hic in ultimo recessu ad septêtrionê, è Salêtino Siciliam petentibus primùm cernitur. Porrò Tarentum Apuliæ, Lucaniæ & Calabriæ caput, sinui nomen indidit. Ipsum autem Tarentum nomen accepisse ferunt ab heroë quodam Tara, Herculis in omnibus expeditionibus comite, filio Neptuni & Nymphæ eius regionis. Locus ab initio natura & opere humano munitissimus fuit, & inde a Spartanis restauratus, Phalanto Parthemarum duce, qui octauus ab Hercule fuisse creditur. Quare Silius Italicus, Tarentum uocat Phalanteum. Altiùs huius rei narratio est repetenda. Quo tempore in Iudæa Ezechias imperauit, Lacedæmonij cum Messenijs bellum habebant. Quidam Laconicas uirgines in Messeniorum sacris uiolarant. Lacedæmonij iniuriam haud ferêdam rati, Messenijs bellum fecerunt, iureiurando prius inuicem obnoxij, non antè ab armis se discessuros, quàm Messenam cepissent. Durarunt itaque in obsidione decem annos, multis ferro & alijs iniurijs absumptis. Iam cùm frequens delectus Spartã exhauriret, neq; uxoribus spes sobolis domi superesset, breui res Spartana dilapsura uidebatur. Postremò uxores longam uiduitatem pertæsæ, maritos ab obsidione domum reuocant, criminantes eorû obstinatam pertinaciam, quòd priuatæ iniuriæ ulciscendæ studio seipsos & patriam perditum irent. Itaq; grauibus eos querelis domum pellicere conantur. Illi uerò etsi uxorum querelas iustas esse fa*terentur, *sacramenti religione tamê ifti, bellum omittere non ausi fuerût. Varij itaq; cura ancipites, hoc tandem côuenerunt, ut iuniores domum dimitterentur, ij qui post sacramentû diuersis delectibus in castra fuerant acciti. His permissum est, ut promiscuè cum omnibus uxoribus consuescerent. Ab his concubitibus ortos Parthenias dixerunt. Hi ubi iam adoleuissent, cùm eorum nulli certus esset pater, nec proinde cuiquam certa successio bonorum expectanda, trigesimo anno postquàm id acciderat, ductu Phalantij, qui iuuenibus domum dimittendis concubitus causa author extiterat, adolescentes iniquo animo ferentes adulterio se conceptos, ne matribus quidem salutatis, Lacedæmone profecti sunt: ac uarijs diu casibus iactati, tandem in Italiã delati fuerunt. hîc Tarentû restaurarunt. Ephorus scribit, non ob stuprum uirginibus illatû, bellum inter eos populos fuisse ortum. sed quòd Telochum Spartanorum regem, sacrorum causa ad se profectum interfecissent. Præterea iuuenibus permissum, ut cum uirginibus tantum Spartanis côcumberent. Idem aliam profectionis causam Parthenijs fuisse prodit.* B *Vndeuicesimo anno, quo Messenæ obsideri cœperat, capta fuit. Spartani cùm Parthenias sua portione per contêptum defraudassent, illi duplici iniuria moti, cum Elotibus (serui hi erant) in reliquos ciues coniurant. Signû perpetrandæ cædis erat, Laconicû pileum sublatum. Sed coniuratione quorundam indicio detecta, quia coniuratorum multitudo dubiam uictoriam factura uidebatur, si res ad certamen tracta fuisset, seniorum consilio & suasu urbe excessêre: & quidê his legibus, si nullam terram in qua consisterent, adepti essent, in Laconiam reuersi, tertiam Messeniorum agrorum partem sortirentur. Itaq; in Italiam delati, ab Achiuis, tum bellum cû barbaris gerentibus, in armorum societatem recepti, Tarentû obtinuerunt. Antiochus Syracusanus author est, Spartanos ad bellum Messenacum ituros, publicè edixisse, omnes eos se pro seruis habituros, qui in eo reipublicæ defuissent. Inde infames eos habitos, quotquot eo bello domi relicti essent: & Parthenias appellatos. Postea illi præsentem fortunam haud ferendam rati, cum Phalanto duce a sceto consilium cœperunt, ut in Hyacinthiorum ferijs, cùm certamen in Amyclæo celebraretur, Phalanto pileum* C *capiti imponente, ad destinatam cædem discurrerent. Et inter spectandum, præcone nescio quid imperante ipsi Phalanto, ne pileû capiti uidelicet imponeret, Parthenæ per territi, ac proditam coniurationem rati, (id quod res erat) ut testatur Chrestomathiæ author, è theatro se abripuerût, & incerta fuga dilapsi euaserunt. Multi supplices in medium processêre, & aliquandiu in publica custodia sunt habiti, quoad Delphos de deducenda colonia oraculum consulturus Phalanthus mitteretur. Pythiû carmê hoc retulit:*

Σατύριόν τοι ἔδωκα, Τάραντά τε πίονα δῆμον,
οἰκῆσαι, καὶ πῆμ' Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

Quos uersus quidam eruditè sic reddidit:

Satyreum, tum pingue solum tibi trado Tarenti,
Incolere, & laté eadem per Iapygas ædes.

Hoc instructi oraculo Partheniæ, ductu Phalanthi profecti, à Cretensibus & Barbaris, qui eam tum Italiæ partê tenebant, summa cum humanitate sunt accepti. Cretenses Minois comitre ex Sicilia, rege amissa, in Italiam transmiserant. Horum quidã Hadria ora peragrata, in Macedoniam

A niam sunt delati, ac Bugai appellati. Cæteri, qui in Apuliæ remansère, ab Iapyge Dædali filio Iapyges dicti sunt. Hæc eadem ferme Chrestomathiæ commentator refert. additque [illegible] Ergo non restaurarunt, sed condiderunt: neque Taras Herculis comes, sed alius quispiam hoc nomine heros ex Parthenijs, urbi nomen dedit. Hæc urbs Democratia diu administrata, res præclaras & magnas gessit: multisque ornamentis illustrata fuit. Gymnasium habuit celeberrimum. In amplissimo media urbe foro Colossus erat Iouis, fama celebris toto Orbe, non multò Rhodio inferior. Sed cùm iam in luxum ex magnis opibus & potentia Tarentini essent prolapsi, à maiorum suorum claritudine degenerarunt. Manè inebriabantur, totumque die forum temulentorum hominum plenum erat. Quam ob causam a multis scriptoribus notati fuerunt. Horatius Tarentum molle: Iuuenalis coronatum, petulans, & madidum appellauit. Dedit tamen ea urbs illustres aliquot scriptores, Aristoxenum musicum, Rhinthon tragicum, Iccum medicum, duos Apollodoros, illustrem philosophum Archytam. Hic Vergilius, hic Pacuuius mortui dicuntur.

B Chrestomathiæ author de Tarento hunc in modum scribit: [illegible] Nobilis fuit ueteribus lana Tarentina, perinde ut Tarentina nux, castanea, uinum. Hinc [illegible] Et [illegible] Diem Tarentini, Agear Tarentinæ dixère.

Lacinia.] Lacinium promontorium est Crotonis, uel ut Ptolemæus ait, Brutiorum, inter Hadriaticum & Ionium. Stephano mons est Crotoniæ. Suidas, [illegible] Obtinet sinistrum cornu à

C Leucopetra. Plinius templi meminit Iunonis Laciniæ, lib. 35. cap. 9. Idem author est lib. 2. cap. 107. in Laciniæ Iunonis ara sub diuo posita, cinerem immobilem esse, perflantibus undique procellis. Tertium Iapygum promontorium excipit Lacinium, templum Iunonis opulentissimum. Inde Crotoniatacum regio. Hinc Scyleticus sinus, nomen à Scylacio mutuatus, cum oram claudit. Scylatium initio Scyletium dictum fuit, Mnesthei Atheniensis opus. Huic proxima est Caulonia ad Sagram. [illegible] Hoc enim promontorium, ut Æsarus fluuius, & Croton ciuitas, principium sunt Crotoniatis. Itaque extra Crotonem urbem uetustam in extrema ora, templum fuit Iunonis Laciniæ, multa religione horrendum: ibi etiā lucus proceris arboribus sepius cernebatur. In medio pascua, in quibus pecus omne genus sacrum deæ, sine pastore pascebatur. Et quod magis mirū, gregibus ad stabula sua sponte remeantibus, nullis hominum aut feræ insidiis [illegible] Ex horum prouētu solida ex auro columna deæ dedicata fuit. Ipsum adeò templum religione & diuitijs claruit. Et auxit eam religionem ara sub diuo posita cuius modò meminit. Circa hoc tēplum Iunonis Laciniæ, Annibal æstatem egit, ibique aram condidit, cum ingenti rerum à se gestarum titulo, Punicis Græcisque literis insculpto. Lacinio [illegible] ecent opposita, Dioscorion, & Ogygia Homero celebrata. Huic Lacinio nomen fecit latro Lacinius, quem Hercules ex Italia reuersus, quòd per furtum boues aliquot abegisset, ibi interfecerat: quo in loco Iunoni templum condidit. Lycophronis enarrator. [illegible] inquit, [illegible] De quo etiam Theocritus:

[illegible]

[illegible]

Sunt qui ab heroe quodam di[illegible] arbitrentur. A Lacinio, Lacinius, a, um: & Laciniensis. Caulonisque arces.] Ad Sagram, a Locris Italiæ fronte, Magna Græcia incipit: hic Caulonia, & quemadmodū Plinius inquit, uestigia oppidi Caulonis Mystra Consentinorum castrū. Cocinthū, Longissi, Italiæ promontorium. Deinde sinus, Scylacium, Scylletium dictum ab Atheniensibus cùm conderent: quod proximū ui currisse dicit: Locrensium opus est, Caulon oppidū in Apennino. Sunt qui [illegible] quasi Vallona à uallibus. Scylaceum.] [illegible] proximam contrà sit. Primus sinus est Tarentinus, qua inter terra que cornua committitur, inter Salentinū & Lacinium promontoria: hi[illegible] Tarentū est, Metapontum, Croto, T[illegible] Secundus, Scylaceus, inter Lacinium & Zephyrium promontoria: hic Petilia, Cerinthum, Scylaceum, Mystia. Tertius, inter Zephyrium & Brutium, Consilinum, Caulonia & Locri. Nauifragumque.] Nauib. periculosum, propter cautes & pleraque loca uadosa. Scyllā item & Charybdim. Tum.] Relicta dextra Italiæ ora grauiter insurgit in descriptione ingruentis periculi & difficultatis in toro quendam ad Iæuum classe. Hanc autem hyperbolis & metaphoris Tragicis, quòd potest amplificat. Gemitum.] Astignat Scyllæ & Charybdis naturam circumscribit, resp[illegible] subin ad superiorem rarum [illegible] Gemitum: metaphora, ab animali ad non animal: hoc est, ad monstrosum Scyllæ scopulum, cuius descriptionem hoc eodem libro suprà Heleno uati attribuit. In huius uentre, canes, lupos, uitulos marinos habitare, & horrendum sonare, fabulantur poëtæ, ut dictū est. Pulsataque.] Epexegesis: interpretatur quis sit ille gemitus. Voces.] Quod animantis est, trāstulit ad fluctus littoribus illisos. Exultant.] Hyperbole, sæuientis Charybdis. Et pater.] Decorè maturitatem consilij ad senilem prudentiam refert. Hortatur itaque Anchises solicitè socios ad remigandum, & auertendi cursum in Austrinam plagam. Rudentem.] Hypotyposis magno certamine ecmis incumbentium propter uicinū periculum Scyllæ & Charybdis. Eleganti metaphora proram fluctibus percussam, rudere dicit: quod asinorum est, transtulit ad nauem. Primùm studium gubernatoris & officium in regendo clauo commendat: inde quod proximum est, remigum diligentem conatum arguit. Illud interim obseruandum est, prouerbiali specie dictum, Velis remisque, cùm summum conatum & celeritatem uelis significare. Nam nauis utroque adiuta, ocyssimè impellitur

ac mouetur. Tollimur.] Hyperbolis Charybdis uiolentiam, æstumq́ terribilem fluctus uicissim in immensam altitudinem modò attollentem, modò rursum in uastam profunditatem dehiscentem exprimit. Opponit inter se cœlum sursum, & inferos, quos nunc imos manes uocat, deorsum.

Ter scopuli.] Amplificat Scyllæ ex aduerso sæuientis rabiem numeri ternarij iteratione, qua Poëtæ assiduitatem, uehementiam summum pertinacemq́ conatum signare solent. Ad eundem modum Homerus de Charybdi:

» τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Et Iliad. ε. narrans quo impetu Diomedes in Aeneam irruerit in singulari certamine:

» τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεαίνων,
» τρὶς δέ οἱ ἐστυφέλιξε φαεινὴν ἀσπίδ' Ἀπόλλων.

Et lib. 8. de Diomede dubio consilij:

» τρὶς μὲν μερμήριξε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
» τρὶς δ' ἄρ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεύς.

In 18. ubi acerrimè, circa Patrocli ab Hectore interfecti corpus pugnatur:

» τρὶς μέν μιν μετόπισθε ποδῶν λάβε φαίδιμος Ἕκτωρ,
» ἑλκέμεναι μεμαὼς, μέγα δὲ Τρώεσσιν ὁμόκλα.
» τρὶς δὲ δύ' Αἴαντες θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκὴν,
» νεκροῦ ἀπεστυφέλιξαν. ——

Clamorem.] Metaphora remota, ad subijciendam terribilem rei naturam & faciem. Nam fluctus in excauati & exesi scopuli saxa illisi, ululatum & canum latratum imitantur. Rorantia.] Hyperbole rei admirabilis magnitudinem attollit. Interea.] Clausula huius narrationis. Hac autem, remissa tragico spiritu uerbis paucissimis, cur in portum atq; adeò in quem sint delati, docet. Diei finis erat: lassi erant remigando: remisit uentus: itaque remis agenda res fuit. sed & ora huius erant ignari: quare sub ingruentem noctem portum proximum deligere consilium stabat, & necessitas urgebat. Fessos.] luctando remis cum æstu maris sæuientis. Cyclopum.] Huc quoq; Vlysses se delatum, in Alcinoi Phæacum regis frequenti conuiuio narrat:

» Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
» ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
» οὔτε φυτεύουσιν χερσὶν φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν,
» ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
» πυροὶ καὶ κριθαὶ, καὶ ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν,
» οἶνον ἐριστάφυλον, καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.

Cyclopum tres scopulos esse haud procul à Peloro affirmant: portum quoque Vlyssis, quem alij (ni fallor) ἀκρωτήριον ὀδυσσεῖον: id est, Vlysseum promontorium uocant: quanquam hoc non procul à Pachyno esse, probare nituntur. Rationem nominis Lycophronis scholiastes adducit: ἀπὸ ἂν ὀδυσσεὺς ἐν χερρονήσῳ μῦθος δὲ ποιήσας βάλλει νίκας τὴν ἑκάβην ... κατὰ ... ἔσχατος, καὶ ... ἔθηκε, καὶ ἐγένετο ... ὀδυσσεῖον ἄκραν ... ταφείου ... Interius Læstrygonum campos collocant, qui omnium primi cum Cyclopibus Siciliam coluerunt. Sed reuera Cyclops & Læstrygon fratres erant, qui barbara immanitate Vlyssem exceperant, cum socijs periturum, nisi Antiphatæ Cyclopis, & Polyphemi, Læstrygonis filij beneficio seruatus esset. De horum moribus & barbarie fabulosa, extat in Odyssea narratio in symposio Alcinoi. Sunt qui Phæaces Leontinos interpretentur: & in eadem insula Lotophagos Agragentinos. Rursum fuerunt qui Aetnam assiduis ignibus flagrantem, eos tulisse crediderunt. Erant autem Cyclopes, homines uno oculo orbiculari in fronte insignes. κύκλος circulus, ὤψ oculus, hinc κυκλώπιον βλέμμα, Cyclopicus aspectus. σημεῖα δὲ ... Didymus Homericæ Odysseæ enarrator, existimat omnes iustitia insignes fuisse, extra unum Polyphemum: quare ὑπερφιάλων apud Poëtam non uituperij, sed laudis epithetum esse: ut κυκλώπων ὑπερφιάλων. nunc, μεγάλων & δικαίων, μὴ ἐχόντων χρείαν νόμων, quibus nihil legibus opus esset, quod quisque naturæ legibus liberos & uxores suas regeret. Vnus Polyphemus uniuersam gentem sua impietate infamauit. Quoniam autem illi impij erant, & diuûm contemptores, addidit Poëta, θεοῖς ... Varia historia scriptor Ioannes Tzetzes, Cyclopum mores & studia paucis, & ijs quidem lepidis uersibus descripsit. Tradit hoc ipsum, quòd minus Siciliam incoluerint, sed palantes domos sparsim habuerint. Nulla fuêre inter ipsos commercia, sed quisque familiam regebat suam. Hospites haudquaquam ad se admittebant, adeò ut mutuo etiam odio se inter se prosequentes, ab omni humana consuetudine & conuictu abstinerent. Formidabant hospites, ipsi nullorum adeò hominum, ne in insulam appulissent, eam gigantum genere delecta occupassent. Erant autem ipsi compingendarum adhuc nauium imperiti. Verba authoris sunt:

οἱ κύκλωπες οἱ πρότεροι οἰκοῦντες σικελίαν, «
σποράδας εἶχον ἔχοντες αὐτῶν τὰς κατοικίας «
ἐπιμιξίας ἔχοντες μηδ' ὅλως πρὸς ἀλλήλους, «
ἀλλὰ ἀπαίδευτος ἕκαστος αὐτῶν γυναικὸς καὶ τέκνων, «
ξένους δὲ ὅσοι ἀφίκοντο ... «
οἱ ... [illegible] «
καὶ ὀλιγαρχία ... «
μὴ ... αὐτῶν ... τὴν χώραν «
... ἐκάλουν. «

Cyclopes ferream fabricam inuenisse creduntur, quemadmodum & ærariam: quod tamen inuentũ multi ad Chalybas referunt. Atq; hinc poëtis fabulandi materia præbita fuit, Cyclopes Vulcani ac Iouis in fabraria officina ministros fuisse. Quam persuasionem auxêre insulæ septem citra Siciliam, contra amnem Metaurum, 22. ferme millibus passuum ab Italia, insulæ Lyparæorum, à Latinis Vulcaniæ, à Græcis Hephæstiades appellatæ. Eædem & Aeoliæ nominantur, ab Aeolo, qui ibi Iliacis temporibus imperârit. Hæ, ut mons Aetna, perpetuo incendio flagrant, atq; hanc ob causam eas gigantum insulas dixerunt. Citat Ioannes Tzetzes Aeschrionem quendam, qui in septimo Ephesidis earum meminerit, & has olim incoluisse primum referat. ὅπερ, inquit, ἐστὶ χθαμαλὸς αὐτὸς, κατ' αὐτὸν ... τὰς νήσους, ... ἔνθα ... τοὺς δὲ ... καὶ ... γιγάντων. Cyclopum.] Hesiodus canit, Cyclopas Saturni filios esse: recensetq; eorum, Bronten, Steropen, & Argen, qui Ioui tonitrua sua & fulmina cuderint, in cælijs ipsi Dijs pares: & ob id Cyclopes uocatos, quòd unum oculum circularem in fronte haberent:

γείνατο δ' αὖ κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας, «
βρόντην τε, στερόπην τε, καὶ ἄργην ὀβριμόθυμον. «
οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν, τεῦξάν τε κεραυνόν. «
μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσον ἦεν ἐνὶ μετώπῳ. «

[illegible]

A [illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

Est autem occasio locus hic ad topographiam, & nouæ fabulæ narrationem de Encelado, oblata à portu, Vlysse errore & casu celebrato. Cyclopum.] Quoniam autem Cyclopum uita ab Homero effera uehementer, & barbara, quæq; nullis legibus humanis aut diuinis gubernetur. Odyss. nono describitur: Cyclopica uita à dictis lagῃ uiee celebratur. Euripides Homerum imitatus, Cyclopem loquentem ita introducit, ut neque Iouis fulmen horreat, sed ne ipsum Iouem quidem, quo se præstantiorem ducit:

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

Ergo Albani, quod per ignauiam, neque agricultura essent studiosi, neque ullam uitæ humanæ partem officijs præstarent, Cyclopicam uitam agere uulgò dicebantur: author est Strabo libro 11. Annotauit hoc ipsum quoque Chrestomathiæ author: [illegible Greek]. Cyclopum item donum, pro inutili munere: cuiusmodi sunt tyrannorum beneficia. sumptum à Cyclope, qui dulci uino Odyss. 9. delectatus, quod ab Vlysse acceperat, promittit beneficij compensationem, quo ille magnopere sit gauisurus, si denuò de sua lagena impartiat. Vlysses muneris spe lactatus, reposcit beneficium. Cui Cyclops ita respondit, Itin postremum deuorabo post socios, reliquos uerò prius, hoc tibi erit munus hospitale:

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

ARGVMENTVM.

Portum iuxta Aetnam montem, ipsumq; Aetnam vna descriptione complectitur.

Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà † sonat Aetna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit.
Interdum scopulos auulsaq; uiscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu † glomerant, fundoq; exæstuat imo.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis.
Et fessum quoties † motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlum subtexere fumo.
Noctem illam tecti in syluis immania monstra
Perferimus, nec quæ sonitum det causa uidemus.
Nam neq; erant astrorum ignes, neq; lucidus æthra
Syderea polus, obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

† al. tonat
† al. glomerat
† al. mutat

NASC. PORTVS ab accessu.] Portum in primis ex duplici cōmodo, à tranquillitate, immò à fluctuum immobilitate, & à magnitudine commēdat. nam cùm multarū nauiū est capax, tùm ab omni uentorum impetu tutus. hoc unū tamē B illi incōmodū est, quod mōti nimiū uicinus adiacet: cuius fragore, ac strepitu nautæ terreri possint. hunc hodie portū Siculi, portū Augustæ uocāt, de nomine arcis in insula posita, & à portu circundatæ: quæ hodie diruta, & quasi funditùs prostrata cernitur. montem uerò illis circumstantijs, figuris, uerborumq; strepitu depingit, quib. res oculis subijci, & grandior interdum (quod poetarum est) quàm omnino sit, uideri possit. non desunt tamen, quibus haud satis C arrideat hæc descriptio, ceu parum idonea, nec satis ad ueritatem expressa: in quibus est potissimùm Gellius: cui tumidior, inflatiorq; Pindari (ex quo illam Poëta sumpsit) descriptione uidetur: asseritq; Maronem, si diutiùs uixisset, hunc locum proculdubiò fuisse correcturum. nam Pindarus, inquit ille, ueritati magis obsecutus dixit, quod res erat, quod illic usu ueniebat, quodq; oculis cernebatur, interdum fumare Aetnam, noctu flammigare. Vergilius autem, dum in strepitu, sonituq; uerborum conquirendo laborat, utrunq; tempus nulla discretione facta confundit. Hæc Gellius. Sed quàm rectè, paulò infrà declarabitur.

Prorumpit ad æthera nubem.] non semper, sed interdū magno impetu euanit, & est, ut Seruio adlubescit, noua, uel, ut magis existimo, impropria, siue insuetata locutio: uerumtamen ita quoq; locutus est Terent. in Eunucho:

Iam ne erumpere licet hoc mihi gaudium?

Et alibi Vergilius:

His animum arrecti dictis, & fortis Achates.

Et pater Aeneas iamdudum erumpere nubem
Ardebant ——,

Nisi fortè duo eiusdē significationis uerba diuersa ratione ponātur. nam utrum prorumpo hanc rem ita dicatur, ut erumpo, mihi omnino incertū est, neq; adhuc ullum præter hoc Vergilij exemplū reperire potui. Sed utcunq; est, impetū æstuātis montis hoc uerbo exprimere uoluit Poëta omnem uentisse. cuius rei nobis egregiè fidem facit hyperbole illa ad æthera. nam uerbum prorumpo ita est uiolentum, ut eo etiam historici utantur.

Attollitq; globos flammarum.] hoc Pindari est: quod duriter, ac impropriè translatum Gellius asserit, nam quod ille ait [illegible Greek]: id est, Vulcani fluentia, hic globos flammarum scripsit. Sed non uidit Gellius Vergilium non Pindari uerba uertisse, uerùm eandem rem uerbis diuersis protulisse. nam Pindarus [illegible Greek] effectū exurgentis flammæ exprimit, quæ instar undæ fluuij currentis (ut ita dicam) fluere, ac manare uidetur. Vergilius autem uel propriè, uel metaphoricè locutus est. Si uerborū proprietate usus est, globos flammarum ideo dixisse uidetur, quia flamma, si quando impedimento aliquo reprimitur, non rectà sese attollit, sed in globos effingitur. idq; præsertim in Aetna monte olim factum fuisse manifestum est: qui non flammas tantùm, sed saxa etiam cum flammis effundebat. si uerò per translationem sermonis locutus est, dicendum uidetur, habitám ab eo fuisse elementorum rationem: quæ, ut inquit Aristot. in libris de Cælo; sphærica: id est, rotunda sunt: itaq; flamma, tùm alicunde exit, sui naturam seruat, & in globum formatur. non ergo duriter, aut impropriè Vergilius locutus fuisse uidetur: qui in reliqua montis descriptione Pindarum egregiè imitatus;

tatus, hac in re à uia Pindari paululùm diuertere, & Physicam rationem, imò quod res habet, exprimere maluit non enim, etsi quempiam in ea aliqua Poëta imitandum suscipit, omnia tamen eodem modo dicenda sibi proponit, quæ ille dixerat, sed rem quandoq; perstringit, interdũ latius effundit. quædã addit, minuit, nonnulla mutat, quæ uel sibi commodiora, uel suo poemati aptiora, atque etiam meliora esse diiudicat. nam, cùm uaria sint poëmatum genera, non idem dicendi genus, nec idem uerborum strepitus omnibus conuenit, sed intra suos fines Poëta quisq; sese continere oportet. Pindarò, cùm esset lyricus, à sua lyra non fuerat recedendum at Vergilio, qui epicus, & heroicus est, implenda erat tuba illa heroica, magnoq; personandum ore. quamobrem non nisi magna, non nisi grandia in hac tota montis descriptione promit tonitruum, ruinas, turbinem, piceam, fauillam candentem, erectos scopulos, auulsa uiscera, saxa liquefacta, quod ideo fecisse uidetur, ut hominum aures, oculos, animos admiratione simul, atque horrore compleret. Erigit eructans.] quia ruptis caminis, effractisq; (ut ita dixerim) claustris igne, uento, uaporibus, quæcunq; obuiam facta sunt, in altum tolluntur. Liquefactaq; saxa sub auras.] expolitio est: nam idem est scopulos, & uiscera montis eructare, quod saxa sub auras glomerare: attamen, si rem altius cogitemus, cũ dicit uiscera & liquefacta, & auulsa, designat tũ ingentissimam uim uentorum, tum quòd ignis est excoquere, ac liquefacere lapides, tum quòd materia ipsa monte continetur, atq; illic generatur. ubi uerò ait glomerat, pugnam ostendit confligentium corporum. Fama est, Enceladi.] descriptio montis incendio, & tremore Siciliæ, sequebatur, ut tantæ rei causam etiam assignaret: quam hic subnectit quidem, sed fabulosam quòd igitur ardet Aetna, attollitq; flammas, ratio est quia gygas Enceladus à Ioue fulminatus, & monti subiectus fulmineas flammas spirat: qui, quoties mutat latus, totã insulam tremere facit. in descriptione montis Aetnæ Vergilius in Opusculis, modò sint Vergilij. causas illius incendij profert physicas, & hanc quoque fabulosam suggerit hoc modo:

Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladum, uasti quoq; pondere montis
Aestuat, & petulans expirat faucibus ignes.
Hæc est mendosæ uulgata licentia famæ.

Quoniam igitur hæc res à ueritate aliena est, Aeneas, ne rerum ἀδυνάτων: id est, quæ fieri non possunt, autor esse uideatur, addidit fama est. Nec quæ sonitum det causa uidemus.] sonitũ quidem audiebamus, sed unde fieret non uidebamus, & causam suggerit. Nam neque erant astrorum ignes.] nullus erat ex stellis splendor. physicè loquitur, ut alibi admonuimus. Et lunam in nimbo, &c.] perelegant uersus ex Ennio ad uerbum ferè sumptus.

LAMB. Hort. PORTVS.] Topographia portus Siculi, ad quẽ habitarũt Cyclopes. Describit hũc à tranquillitate, quantitate, & propinquo monte Aetna. Inde transit in montis naturæ descriptionem, ob nocturnum, adeoq; perpetuũ eius incendium. Polybius author est, Aetnã in Sicilia omniũ montiũ esse eminentissimum. Huius uertex flammarũ globos eiaculatur, & quidem (quod maximè mirum est) nunquam deficiente materia, quæ tot seculis incendio suffecerit. Ora autem ipsius crateris maxlis est hybernis mensibus, quibus totis egestis niuibus & pruinis obtegitur. Loci autẽ ipsius facies prodigiosè uariatur, igni modò in unum collabente, modò flamma prorupta, scissoq; uertice in cœlũ emicante. A Ignis nonnunquam flumine suo, atque flamma fumo & caligine obducta, interdum ardentes eructans lapides. Fuere, qui explorandi miraculi causa summum iugũ conscẽdere sint ausi, qui aream summam patentẽ ambitu 20. stadiorum se uidisse testati sint, inclusam supercilio cineroso in muri speciẽ. In media planicie nebulosum apparere tumulum. Nec defuerunt qui labrum crateris transgressi, per ipsam aream paululùm processerint, sed eluoris cineris calore retrò pedes flexerint. Ferunt Empedoclem studio curiosè explorandi miraculum rei exitũ, in hos locos peruasse: altero calceorum ferreorũ, quos in eum usum parauerat, haud procul à crateris supercilio reperto. Porrò, si Pindaro credimus, tota hæc regio à Cumis usque ad Siciliam, ignita est. Existimatur habere sub terra & mari concauitates quasdã inuicem contingẽtes. Hinc factũ, cur eiusdem naturæ sit cũ insulis Liparæorum: tum autẽ & ea loca, quæ proxima sunt Dicæarchiæ & Neapoli, sed Pithecusæ. Qui Chrestomathiã scripsit, graues causas naturæ ipsius montis & proximarum regionum adducit. uerba ipsius authoris adscribam: [illegible] B [illegible] Id est, Amphinomus & Anapias pij homines, parentes humeris sublatos è sinu Aetnæ ignis Cataneam usque effusis seruarunt. Porrò Cataneorum regiones cineribus contectæ ad tempus apparent: inde suo tempore uitibus ponendis aptæ redduntur, & optimis serendis fructibus idoneæ, cum reliquæ sui parte non sint uini feraces. At loca cineribus oppleta radices effundunt. Saginant & pinguefactũt in tantum oues, ut præfocentur. quare quarto quoque die aures earum sanguine repurgant ut in insula Erythea faciunt. Porrò riuus ille in solum densatum coalescens, ad iustam profunditatem lapidescit, ut summam superficiem moliri fodiendo uolẽtibus lapidicinæ usum præbeat. Nam liquefacto in crateribus saxo, deinde eiecto, humor in summitate superinfusus, atrum lutum est, quod per montosam regionem defluit. Postea sumpta soliditate durescit in lapidem molarem, eundem seruans colorem, quem habebat tum cùm flueret. Iam uerò & cinis ardentium lapidum perinde apparet, ac si ex lignis redactus esset. Quemadmodum igitur ruta cineribus ex ligno fouetur, ita (ut apparet) Aetnæus cinis eo ingenio est, ut cũ uite peculiariter mansuescat, & domesticè coalescat. Hactenus ille. Ceterũ superiora Aetnæ loca, ut idem author ex Strabone annotauit, tenuia sunt, & cinerib. oppleta, hybernaq; niue obsita. inferiora uerò syluis & plãtis uarijs distincta sunt.

Summa

A *Summa montis uidentur uicissitudines admirabiles ex pastura ignis accipere. Nam hic modò in unum craterem fertur, modò discinditur, modò riuos euomit. Rursum, interdum flammas & fumū effundit, nonnunquam ignitum ferrum expirat.* ἀλλοιοῦσθαι, inquit, ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις, τότε τὴν ἐπὶ γῆν πόρον συμμεταβάλλειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν, τὴν [illegible]. *Idem uenustis uerbis, sed non paulò illustrioribus, superiorem Aetnae descriptionem prosequitur:* ἀναβάντες ταῖς εἰς τὴν ἄνοδον, ἰδεῖν πεδίον ὁμαλὸν ἐρημότατον, τεφρῶδες, καὶ ἐν μέσῳ βουνὸν, καὶ αὐτὸν τεφρώδη, καὶ ἐξ αὐτοῦ καπνὸν ὀρθὸν ἀνιόντα ἀεὶ μεθ᾽ ὑμῶν ὀρθῶς ἄνω, καὶ ἄνεμον ἀπὸ καπνοῦ τοῦ φλέγματος τοῦ κρατῆρος. καὶ τὸ λεγόμενον ἀναχειρ... [illegible] ὅτι ὁ χαλαζ... ὑπ᾽ αὐτοῦ ἰσχυροῦ ἐκφυσηθείσ, ὅτι αὐτὸς κατάνοιαν δὲ τὸν ἐφιέμενον ἕνα τὸ μὴ ἐπιπλέον ποιεῖν τὸ [illegible] καὶ τὰ στόματα ἐπιπλεῖον τῆς ὕλης, ἐν ἄλλοις ὁ μὲν ἐπὶ τοσοῦτον γε, ὥστε ἀντὶ τῆς τοιαύτης βίας ἐρύκειν ἀνθρακα ψῆφον τὸν πυρακτωμένον. νύκτωρ μὲν ἐν φέγγει φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ᾽ ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται. *Caeterùm tota Sicilia concaua est, fluminum & ignis plena, ut mare*

B *Tyrrhenum & Cumas usq; & aquarum calidarum referta. Circa Acragantem stagna sunt sapore quidem planè marino, sed natura tamē diuersa:* ἰδιώτης τοῖς πλεονάζουσι βαλλίζουσι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζειν. οἱ δ᾽ ἐνιαχοῦ καὶ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβλύζοντας ὕδωρ [illegible] ἀναφύσημα, καὶ [illegible] μυχόν. *Lipara insula eādem fermè natura est, qua Sicilia. Habet enim aquas calidas, & fermè ignem expirat. Inter hanc & Siciliam ea est, quam Vulcano sacram dicunt, tota saxosa, aspera, deserta, ignem ebulliens. Habet & uelut ex tribus crateribus tria expiracula: ex quorum maximo, massa candens & flamma se exerunt, quae iam bonam partem illius meatus obruerunt.* Aetna.] *Hanc descriptionem Aetnae sumpsisse Poëtam ex primo Pythiorum hymno Pindari, quidam aliquando contenderunt:*

» ——κίων
» δ᾽ οὐρανία συνέχει
» νιφόεσσ᾽ Αἴτνα πανετὲς,
» χιόνος ὀξείας τιθήνα,
» τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
» του πυρὸς ἁγνόταται
» ἐκ μυχῶν παγαί, ποταμοὶ
C δ᾽ ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
» αἴθων᾽ ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι πέτρας
» φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόν-
» του πλάκα σὺν πατάγῳ.
» κεῖνο δ᾽ Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
» δεινοτάτους ἀναπέμπει τέρας.
» θαυμάσιον προσιδέσθαι.
» θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι.

» *Mirum est, quàm exactum iudicium olim quidam de hoc loco, ubi Poëta Pindarum exprimere conatus uidetur, temerè ferre ausi fuēre. Prima censura extat apud Aulum Gell. lib 17. cap. 10. altera apud Macrob. lib. 5. cap. 17. Mihi certè illi quidem, quales quales fuerunt, magis materiā calumniandi quaesiuisse uidentur, aut ostentandae naritae sua, quàm ut candidè ac syncerè suam censuram ferrent. Macrobij uerba sunt: Cùm Pindari carmen, quod de natura atque flagrantia montis Aetnae compositum est, aemulari uellet, eiusmodi sententias & uerba molitus est, ut Pindaro quoq; ipso, qui nimis opima & pingui facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco, tumidiorq; sit. Et paulò pòst, ubi utriusq; uerba posuit: Iam principio, inquit, Pindarus ueritati obsequutus, dixit quod res erat, quodq; illic oculis deprehenditur, interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Vergilius autem dum in strepitu sonituq; uerborum conquirendo laborat utrumq; tempus nulla discretione facta confundit. Atque ille Graecos quidem fontes imitatus, ignes eructare, & fluere amnes fumi, & flammarum fulua ac tortuosa uolumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos amnes, luculenter dixit. At hic noster, atram nubem turbine piceo & fauilla fumante* ῥόον καπνοῦ αἴθωνα: *id est, fluxum nigrum fumi, crassè & immodicè congessit: globosq; flammarum, quod* κρουνοὺς: *hoc est, torrentes, qui è montibus cum ingenti strepitu labuntur, dixerat, duriter posuit, &* ἀκύρως. *Hoc uerò inenarrabile, quod nubem atram fumare dixit, turbine piceo & candente fauilla. Non enim fumare solent, neque atra esse, quae sunt candentia: nisi fortè candente dixit, peruulgatè & impropriè, pro feruenti, pro relucenti. nam candens est à candore, non à colore dictum. Quod autem scopulos eructari & erigi, eosdêmque ipsos statim liquefieri, & gemere, & glomerari sub auras dixit: hoc nec à Pindaro scriptum, nec unquam fando auditum, & omnium quae monstra dicuntur, monstrosissimum est. Hactenus ille. Pontanus in Antonio, eruditè Poëtam è calumnia asserit. Non fuisse Vergilio consilium, Aetnae montis naturam pro destinata materia describere: nec causas rerum exquirere, ut Claudianus fecit: nec spumantis materiae flumina ostendere uelle, ut Pindarus: sed cùm describere portum Aetneae orae coepisset, dixissetq; ab accessu uentorum immotum, & ingentem ipsum quidem, subdidit rem maximè admirabilem, adeòq; monstrosam, cuius Aeneas ipse memor factus esset, ut à portus descriptione, rei ipsius miraculo auerteretur. Ipse, inquit, portus ingens quidem hoc est, nauium plurimarum capax: sed iuxta, sed auditu mirabile est, Aetnam montem terrificis iuxtà ruinis tonare. Qua commotus admiratione, atque à portu auersus, in illa explicanda, primùm ab auditu coepit. Videtis artificiosi Poëtae prudens consilium, quòd in admirabili re enarranda, tractum se admiratione ipsa ab initio statim ostendit? Audire est, inquit, cùm nulli corporum uideantur conflictus, è quibus soni fiunt, non sonitum modò, ac si parum esset sonitum dicere, sed tonitrum ex horrificis montis ruinis. Quae in aëre maximo cum terrore fierent, ea dixit sub terris fieri. Simul cum rei miraculo causam quoque leuiter attingit. nam neque decebat Aeneam causas inuestigandi atque fragoris illius exactiùs quaerere, aut aperire. Tantus autem fragor, nisi è fractione esse non poterat, quam fractionem ruinas nominans ostendit. Cùm etiam dicit, tonat, montem confragosum innuit. Namque conflictus illi, & tanti sub terris fragores, nisi in concauo & cauernoso fieri nequeunt, eàq; conflictiones uentorum atque ignium in cauernis esse dicit, ut confligentium inuicem tonitrua imitentur. Singulis uerbis rem auditu mirabilem facit, quòd iuxtà, quòd tonat, quòd ruinis & quidem horrificis: cùm horror absq; membrorum concussione, animiq; consternatione nō contingat. Dehinc cùm auditui satis fecisset, transit ad uisum, aliquanto longiùs in parte hac immoratus, ut per hunc sensum rem admirabiliorē redderet, quod uidendo quàm audiendo plura apparere soleant.*

Viq;

Vt'q; audientium animos magis ac magis rei miraculo afficeret, non secernit ea quæ noctu, quæ'ue interdiu uiderentur, ut Pindarus. Dicit interdum id est, nunc hoc, nunc illud: dum nó uult diem à nocte secernere. Atram prorumpit ad æthera nubem.] *Videtis ut à se non recedit. Dixit tonat, dixit nubem itonare & nubescere in aëre contingunt. Cernitis ut rem efferet, cùm non fumum, sed nubem, & quidem atram: & prorumpit, quod est uiolentú uerbú. & æthera potius quam aërem, ut nimium impetum absolueret.* Fumantem.] *non ita quidem ueritatem uelat, ut non suis aliquando nominibus rem exprimat. Fumi enim ex aspiratione ignea, non nubes exurgunt, turbine piceo. & impetum & colorem non sine quadam animi commotione designat. Est enim turbo uentus & tortuosus & uiolentus: & fortasse respexit ad turbinis ipsius glomerationem. Ad hæc piceus color in nubibus terrificus est: duo hæc simul coniunxit, ut rei miraculum augeret. Nec non flammas, fumos, lucem, tenebras, fauillas simul misces, & turbinem piceum & fauillam candentem: quid amplius? globos etiam flammarum attollit: & quod satis hoc non uideretur, lambit etiam sydera, ut quo ultrà prodiret, non haberet. Non possum primo loco non magnopere Gellium admirari, uel potius ridere, qui Vergilium arguat, quòd dixerit,* fumantem turbine piceo, & fauilla candente: *cùm nec fumare soleant, ut ipse dicit, nec atra esse, quæ sunt candentia: nisi si peruulgatè dixit, & impropriè, candente pro feruente, non pro ignea & relucenti: quod candens est à candore dictum, non à calore. O' bone Gelli, cum noctes istas Atticas scriberes, non potuisti non aliquando dormitare. Ignorabas, an parum animaduertebas, antiquissimum & latissimum hunc loquendi morem Vergilio etiam familiarissimum? Neque enim dixit* fumantem candente fauilla, *sed nubem candente fauilla, ut puella forma adeò uenusta, & magno uir ingenio: & quod in loco maximi simulis legitur:*

» *Ipse Quirinali lituo*

» *parua'q; sedebat, Succinctus trabea. atq; ut ibi non, succinctus Quirinali lituo, sed succinctus parua trabea, Quirinalem'q; tenens seu gestans lituum: sic neque hic nubem fumantem fauilla candente, sed fumantem turbine piceo, & emittentem & spargentem atque efflantem simul candentem fauillam. Expressit autem, quod fieri sæpissimè in aëre uidemus, ut è nigerrimis nubibus post tonitrum erumpant fulgura & coruscationes, uideatur'q; interdum cœlum dehiscere, flammas'q; euomere. Dici non potest, quàm sibi undiq; in eorum quæ fiunt in aëre, similitudine constet. Solebat irridere Antonius, qui Vergilium dicerent uoluisse montis Aetnæ flagrantiam ad Pindari imitationem exequi, eos'q; censebat & caecutire & delirare: nec Fauorinum, sed Fabarium nasu suspendere: cùm nemo tam auersi aut praui esset ingenij, qui non palàm uideret, Vergilium se totum à Pindarica enarratione auertisse, ut nec uerbis, nec translatione, qua ille utitur, parte aliqua similis esse uellet. Etenim Pindarus ad fontium, fluminum, fluctuum similitudinem, ferè omnem exequitur, amnes in incendij enarratione imitatus. At noster, nulla huiusmodi similitudine usus, rebus ipsis inhærens, & quàm potest, & Aeneæ narrantis dignitas patitur, uerbis explicans, ab ipso igne, & à nubibus & ab ijs quæ in aëre fiunt, non recedit. Et Pindarus quidem solum fluxum & scaturiginem habet, quam in aquis imitetur. Vergilius, omnia pro materia, pro'q; suscepta explicatione à rebus ipsis, non aliunde sibi dicenda atq; ostendenda assumit. Videri'q; Vergilius potest parum hac in parte Pindarum probauisse: qui dum se totum ad amnes, ad fluctus, ad scaturiginem uertit, eructationem ipsam, quæ'q; inter erumpendum eructandum'q; contingerent, inexpressè leuiter'q; attigerit, nec monstrum illud suum tum auditu, tum uisu mirabile plenè absoluerit.* A *Referam Pindari uerba à Gellio ipso conuersa: Sanè eructantur inaccessi ignis purissimi ex imis fontes: flumina uerò interdiu quidem inundant fluctum feruentem fumi: at per noctes punicea proglomerata flamma, ad profundum ponti fert solum: cum strepitu illa Vulcani fluenta serpentia emittit sæuissima, monstrum profectò tum uisu tum auditu mirabile. At Vergilius & aures, & oculos, & animum admiratione implet, cùm montem tonare ait, & è terræ penetralibus atras nubes prorumpere, fumare piceum turbinem, uolitare candentem fauillam, attolli globos flammarum. quid amplius? lambere etiam sydera: & tamen à rei natura non recedit. Siquidem eructatio illa talis est, præterquam quod sydera non lambit. Sed hæc exuperantia poëtarum est propria, & haud scio an alibi magis quàm hic deceat. At tanquam minora hæc quæ dicta sunt essent, quippe, quæ frequenter contingant, ea subdit, quæ ut maiora, & rarius contingerent, & longè monstrosiora essent. Itaque & scopulos erigit, & auulsa montis uiscera eructat, & saxa sub auras glomerat, & quidem liquefacta, & cum gemitu.* B *Ac ne quid, quod mouere admirationem posset, prætermitteret, quid ultimo loco ponit?* Fundoq; exæstuat imo.] *quod cum oculis exponere nó posset, animis existimandum permisit. Quid hoc Vergiliano monstro absolutius? & tamen docet, glomeratus eos fieri non posse, nisi uento igne'q; intus æstuante. Ac Pindaro quidem dare potest ueniam lyricum carmen, at Vergilio implenda erat tuba illa heroica, & magno personandum ore. neq; ut illi succinendum, qui à lyra sua non ita longè recessit. Quocirca noster heroicam tubam sic implet, ut monstrum Pindaricum, per tonitrum, ruinas, turbinem, picem, candentem fauillam, erectos scopulos, auulsa uiscera saxa liquefacta, sub auras ad sydera usq; intonet. Ac mox:* Tonat Aetna ruinis.] *Cœpit Vergilius à tonitru, in quo Pindarus obmutescit. Pòst etiam tempus nullum secernit: tum ut rem admirabiliorem faceret, tum ut qualis res ipsa esset exprimeret. neq; enim noctu solùm flammarum illi globi cernuntur, sed etiam interdiu, quoties & aër est nubilus, & cacumen montis exhalatis incendij fumigationibus caligat atque suffunditur. An non die multo, cùm cœlum maximè nubilum est,* C *uidentur coruscationes, & medij è nubibus ignes emissi? quod Poëta noster sentiens, non antè dixit* candente fauilla, *quàm præmisit,* turbine piceo, *ne à rerum natura recederet. Ad hæc, non nisi pòst multos annos amnes illos Pindaricos fluere: cú Vergiliana tonitrua, fragores'q; & fumi picei, & prorumpentes in cœlum nubes fauilla'q; frequentiores contingát, præsertim flante aut impendente austro. Ac nihilominus pòst liquescere saxa, & auelli montis uiscera ostédit. adeò nihil prorsus omittit. Videtur'q; noster Maro rem ipsam & loci situm contemplatus: siquidem cacumen montis, quà tanta fumigatio emittitur, hiatum habet profundissimum ac latè amplum, quem dixerunt craterem: hodie pleriq; os uocant, exesis undiq; atq; exustis rupibus. Quocirca non uti è fontibus fluere ignes possunt, sed materia ipsa ui uentorum incensa, & diutius intra cauernas agitata, tandem euomitur, magno'q; in aërem impetu effertur: pòst in partem, quà uentus inclinat decidens,*

igne

A igne liquefacta fluere incipit. Vnde alibi, ut huius rei peritus, dixerat:

" Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,
" Flammarumque globos, liquefactaque voluere saxa.

Et hic verè ac naturaliter dicit:

Interdum scopulos auulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat. ——

Prudentissimè omnia. nam interdum, quia non semper: & cum gemitu, quia tanta ebullitio & pugna illa intra cauernas, uentorumque & concepti ignis uiolentus ac praeceps exitus absque ingenti fragore fieri nequit. Et, erigit eructans: quia ruptis cauernis, effractisque (ut ita dixerim) claustris, igne, uento, uaporibusque, quaecunque obuiam facta sunt, in altum tolluntur. Et cùm dicit glomerat, ostendit pugnam confligentium corporum: & cùm dicit uiscera & liquefacta & auulsa, designat tum ingentissimam uim uentorum, tum quòd ignis excoquere & liquefacere lapides, tum quòd materia ipsa monte continetur, atque illic generatur. Dicet aliquis, at fluere liquescentem illam materiam mare uersus, omisit. Primùm nec B mare uersus semper fluit. nam & saepenumerò in mediterranea se abijcit: deinde quòd cùm dixisset, sub auras glomerat, uisum est Poëtae tam defaecati iudicij, quodcunque adderetur, minus esse. & profectò minus mirum est, fluere decidentem illam liquefactamque materiam, quàm ex imis terrae uisceribus ad auras maiore quàm exprimi possit impetu ferri. Itaque hoc omisso, imò despecto ac repudiato, concludit, Fundoque exaestuat imo, relinquens in audientium animis, quae non cernerentur, cum admiratione cogitanda: atque qui intus aestus, quae ruinae, quanta etiam certamina, ex ijs quae oculis abijcerentur, existimanda. Quae etiam ad fabulosum commentum, ut mirificum, ut ad deos relatum transijt: adeò nihil, quod audientium animos admiratione impleat, praetermittit: Fama est Enceladi, & quae sequuntur. Quamobrem Pindarum non solùm imitandum à se Vergilius non iudicauit, sed ab illo sic recessit, ut non uerba, non rei faciem, non ullam sit Pindaricae descriptionis adumbrationem sequutus. Nunc ostendat nobis Fauorinus iste, tam enucleati iudicij, tam teneri auditus philosophus, ut opimam & pinguem Pin- C dari (ut ipse cum Gellio fortasse non rectè sentiebat) facundiam praetereamus, ostendat inquam, ubi nam Vergiliana insolentia? ubi tumor? Mihi quidem, cum duobus maximè modis concipiatur tumor, re: id est, sententijs, atque oratione: ubi sunt uerba ista tumentia? ubi res insolentia parientes? At dixit, tonat Aetna: quia tonat aër, & nubium conflictus tonitruum facit: prorumpit ad aethera nubem atram: nihil hic insolens, nihil hic tumidum. nam prorumpo uerbum sic usitatum est, ut eo etiam historici utantur. & nubes atra, ut nox atra, turbine piceus: an quo uerbo uel impetum uel colorem expressius potuisset efferre? cum è pice densissimus: id est, nigerrimus habet fumus. Et turbo enim impetuosus, non agitur tortuosus atque glomerosus sic: & fauillae flammaeque, seu coruscationes è nigerrimis nubibus erumpere sic soleant, ut candere uideantur: nihil à natura recedit, & uerba rebus accommodat. Non dicet Poëta globos, cùm idem uerbum ab historicis non reformidetur? non lambere, si dicet lambere sydera? atqui honestiori uerbo uti non potuisset, ut leuem ac fluitantem ignis (ut ita loquar) attractum significaret. Nec cùm dixit, candente fauilla, Pindari uerba fluxum fumi calidi significantia nec cùm globos flammarum, ignis flumina, crassè, duriter atque improprie interpretatus est: hoc est, [illegible] quippe qui ne interpretatus quidem sit, cùm illum non modò imitari nollet, uerumetiam hac in parte non probaret, propterea, quas attulimus rationes, uelletque rem ipsam ut admirabilem, ut horroris plenam, uerbis suis ante oculos ponere, animisque infigere, ac tubae suae canorem tenere. Nec cùm dixit scopulos, & auulsa uiscera, & liquefacta saxa, & lambit sydera, & exaestuat imo fundo, uerba & strepitum uerborum conquirit: rem, inquam, ipsam inquam rem, suis atque heroicis uerbis enarrat. Adhaec, quod non semper ignis fluant amnes, interdum hoc fieri dixit: atque ubi fit, non diffluere cratere illo perinde ac è fonte aut è fornace massae illius riuos: sed iactari in sublime materiam per frusta, per saxa, per scopulos, quae ubi in terram decideret, & intra eius ac liquescentis spumae modum coacta flueret. Quocirca bone Fauorine, ad philosophiam tuam redi, de syllogismo, deque bonorum finibus tantùm sententiam laturus: quando nec mihi satis magnus Physicus uideris, qui montis Aetnae naturam ignores: ac poëtarum figuras lineamentaque, & quid carmini conueniat, quid materiam susceptam deceat, qua ratione humiles res tollantur, quae elatae premantur, indicandum profitendumque poëtis relinque. Vidimus in Aenaria insula factum, quod Vergilius de Aetna scribit, cùm è quadam eius parte ignis erupisset centum ante annis, aut paulò amplius. Nam & ad mare, & sparsim per agros, praeter fluxum illum magna mole lapides iacent: & in ipso litore, & paulum etiam intra mare, grandes eminent scopuli, adeò excocti exustique, ut hodie quoque appareat spumosa illa liquefactio. Quinetiam Pindarica fluxa lapidum sunt in spumam solutorum, non materiae continuae liquentisque, quale liquefactum fluere ait solet. Cur autem praeter naturam cuiquam uideatur, ab incluso sub Aetna igne torqueri lapides: cùm uideamus aeneis è tormentis, quae bombardae dicuntur, tanto impetu pilas torqueri lapideas? turbinesque illos piceos glomerari? tanto etiam fragore, ut ad sexaginta passuum millia exaudiantur? Hoc quod in Aenaria factum diximus, legimus scriptum in monumentis Caroli Neapolitanorum regis, quo incendio etiam castellum haustum est. Hactenus Pontanus: qui quàm acutè ac diligenter excussisset huius montis descriptionem, & uerborum pondus perspexerit, rursum quàm acriter aduersus Gellianam sycophantiam Poëtam defenderit, quamque eruditè obiecta refutârit, quiuis uel mediocriter literatus facilè diiudicârit. Mihi profectò id persuadeo, si Gellius, si Fauorinus, si sycophanta ille nasutus Macrobianus reuiuiscerent, ac ista legerent, eos iudicij sui tam caeci ac tam crassi de hoc loco pudendum iri, [illegible] recantaturos. Verùm id quorundam ingenijs innatum est, ut calumniando notandoque aliorum labores, gloriam uenentur. Atram.] Grandisonis metaphoris & hyperbolis Aetnaei incendij miraculum amplificat agitque id sedulò, ut rei naturam oculis subijciat. Incendium ingens atra fumi nubes antecedit: inde sequuntur interspersae scintillae, quibus ad postremum succedit aestus flammae erumpentis. Globos.] Quid potest aptius remota metaphora exprimi? cùm rei magnitudinem uerbis aequare uellet? Atque haud scio, an à Pindaro melius aut significantius ignis purissimi fontes unde eructari dicti sint: certè grauius & ad sensum communem accommodatius à nostro id expressum uidetur.

Lambit.]

Lambit.] Remota metaphora ab animali ad flammã: quam intendit hyperbole. Scopulos.] Constat saxa ingentia æstu huius incendij ad multa stadia in subiectum mare torqueri. Viscera.] Metaphora: & tamen perspicuum est ex superiori descriptione, materiam nunquam deficere. Eructans.] Reddidit Græcam uocẽ ἐρεύγονται, qua Pindarus est usus in eiusdem descriptione. Liquefacta sąx.] Eundem liquefacta. nam saxis intra crateras liquefactis, & æstu incendij eiectis humor superinfusus, in uertice lutum fit atrum. Cum gemitu.] Huius fragor tantus est, ut ad Matonem & colles gemellos usque, fauilla uerò adhuc ardens in Tauromenium & Catanam usque perueniat. Fundo sąx.] Significantur ignes uiolentiam, quæ tum oculis, tum auribus percipitur, longo inde interuallo, ostendit. Neque minus disertè hoc dictum est, quàm illud à Pindaro:

» τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι,
» θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι.

Quæ quidem quamuis tam diuite uerborum copia Poëta non reddidit, paucis tamen sententiam complexus est. Fieri non potest, quin æstus flagrantia oculis pariter & auribus percipiatur. In Aetna Proserpina à Plutone rapta, & inde abducta fertur: de cuius raptu elegans extat Claudiani poëma. Huius montis moles abijt in molestiæ & tædij prouerbium, idq́ hanc ob causam, quòd gigantem, perinde ut Athus, suo pondere premere dicatur. Qua figura, Cato apud Ciceronem, senectutem onus Aetna grauius à quibusdam existimari dicit. Hinc Aetnæum, magnum, ingens. Aetnæus cantharus: Aetnæi fratres, gigantes pullus Aetnæus, magnus. αἰτναῖος ἐπὶ μεγάλου ἀνθρώπου. αἰτναῖον πῦρ, τὸ σκληρὸν πῦρ, ἐκ τοῦ ὄρους Αἴτνη ὀνομασθὲν οὕτω, dicit Suidas & αἰτνίζω. Quoniam autem mons ingens est, inquit, pro magno accipitur: ut Aetnæus cantharus: id est, scarabeus magnus. Fama.] Digreditur in fabulam Enceladi, per occasionem à loco oblatam, ut causam flagrantiæ perpetuæ, & motuum montis fabulosam reddat: & physicam rationem, quia decorum scriptis id poscit, dissimulat. Quod porrò perpetuò ardeat, & tamen suo sufficiat materia, diximus in causa esse, quòd ea ipsa regio ad Cumas usque cauernosa sit, & sulphureis uenis scateat. Atq́ hinc fit, cur hybernis diebus niualis sit, quòd egestum cinerem nix & pruina superueniens operiat. Rursum tremor montis, ex incluso spiritu, meatibus terræ cauernosis nasci, à pluribus existimatur. Postremò, terras concuti nisi tranquillo mari non putant. Enceladi.] Est autẽ Enceladus propriè maris epitheton. quare ueteres Enceladum Neptuni equum finxerunt. Quod uerò ad hunc attinet, fabulantur eum ex Titano & Terra prognatum. Hic, cùm iam diis bellũ faciendo indictus adesset, quo cælum oppugnaret, à Ioue fulmine ictus, sub Aetnam prostratus fuit. Lycophron tamen Typhonem sub Aetna conditum, author esse uidetur, uocatq́ Siciliam νῆσον γιγάντων:

» ὅθεν γιγάντων νῆσος ἡ μιλὰς ὕπερ
» θλασθεῖσα, καὶ τρηχεῖαν ἀγρίου δέμας
» φρενοῦ Κρόνου ἀλᾶσθαι μενέσθον.

Hesiodus quoq́, τυφῶνα in Sicilia Iouis fulmine ambustum canit:

» φλὸξ δὲ κεραυνωθέντος ἀπέσσυτο τοῖο ἄνακτος,
» οὔρεος ἐν βήσσῃσιν ἀϊδνῆς παιπαλοέσσης.

Alij Gigantum insulas Pithecusas dixerunt, quæ sunt circa Italiam: quòd Lycophron statim addat, A

» ἐν ᾗ πιθήκων παλμυς ἀφθίτων γένος,
» δέμας γεγὼς ὡς λεκασμὸν ὠκείων τόδον, &c.

Harum insularum meminit Aeschrion in septimo Ephesiacis. Initiò eas gigantes coluerũt, postea Iupiter arma aduersus se mouentes ubi debellasset, eis insulas impusuit, atq́ simijs incolendas dedit. Quare ἀπὸ τῶν πιθήκων, Pithecusas appellarunt. Ferunt solum Aristæum gigantem seruatum, quem neq́ fulmen ambusit, neq́ Aetna pressit. Claudianus libro 1. de raptu Proserpinæ:

» In medio scopulis se porrigit Aetna perustis,
» Aetna Giganteos nunquam tacitura triumphos.
» Enceladi bustum, qui saucia membra perustus
» Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.
» Et quoties detrectat onus ceruice rebelli,
» In dextrum læuumq́ latus, tunc insula fundo
» Vellitur, & dubia nutant cum mœnibus urbes.
» Aetnæos apices solo cognoscere uisu,
» Non aditus tentare licet. pars cætera frondet
» Arboribus, teritur nullo cultore cacumen.

Et quæ sequuntur, omnes elegantiæ sunt referta. B

Flammam.] Causam incendij Aetnæ ad Enceladum refert. Caminis.] ex imis focis. Allusit ad Vulcani caminum, in cuius officina fulmina & arma deorum fabricati feruntur. Agathocles in commentarijs quos περὶ τῶν χαλκέων ἔργων scripsit, ait, circa Siciliam duas uideri insulas: quarum altera Sacra, altera Strongyle uocatur, quæ noctu interdiuq́ perpetuum fundunt ignem. Hoc ipsum testatur idem, in eiusdem operis libro septimo, quarum altera Aeoli, altera Vulcani dicatur: cæteras Vulcanias dictas, Vulcanum habitare uideri. Hinc ignes fremitum exaudiri. Fessum.] Causam motus ad Enceladum refert, hyperbolicè, respiciens subin ad naturam montis fumantis. Noctem.] Redit ad omissam narrationem. Occiduo Sole huc appulerunt: & noctẽ insequentem metu in sylua latuerunt: Exaggerat consternationem à fragore montis proximi, & tenebris cælo obducto, ac nubibus crassis, quibus prospectus adimebatur.

Monstra.] Auxesis. Sonitum.] horribiliorem auditu, propter altissimam quietem. Videmus.] Metaphora propinqua: intelligimus. Nam] Hæret in metaph. uerbi uidere, accommodatq́ rationem ad sensum communem. Nam uulgò existimant nullas esse stellas, C quoties cœlestium corporum lumen per obiectas nubes adimitur. Astrorum.] stellas uocat. Neq́] Copia.

Aethra.] Sic Ennius poëta:

» ——interea fax
» Occidit, oceanumq́ rubra tractu occidit æthra.

Syncope. Ablatiuus, à nominandi casu, ab accusatiuo tertij ordinis Græco factus Obscuro.] Reddit illustrioribus uerbis antecedentia. Nox intempesta inde nomen habet, quòd id temporis non sit rebus gerendis idoneum. Hanc præcedit modò concubia, quam prima fax, quæ uesperam suscipit. Et nimbum, densam nubem dicit, cuius alioqui significata plura alibi recensuimus. Ennius:

» Cùm superum lumen nox intempesta teneret:

Noster,

» Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

A

ARGVMENTVM.

Achæmenidem in antro Cyclopis ab Vlysse desertum Aeneas supplicem recipit: cuius formam, habitumq; corporis habitudinem, miseriam, calamitatemq; describit.

Postera iamq; dies primo surgebat eoo,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram:
Cum subitò e syluis, macie confecta suprema
Ignoti noua forma uiri, miserandaq; cultu
Procedit, supplexq; manus ad littora tendit.
Respicimus, dira illuuies, immissaq; barba,
† Consertum tegmen spinis, at cætera Graius
Et quondam patrijs ad Troiam missus in armis.
Isq; ubi Dardanios habitus, & Troia uidit
Arma procul, paulum aspectu conterritus hæsit,
Continuitq; gradum: mox sese ad littora præceps
Cum fletu, precibusq; tulit: Per sydera testor,
Per superos, atq; hoc cœli spirabile † numen,
Tollite me Teucri, quascunq; abducite terras:
Hoc sat erit: scio me Danais e classibus unum,
Et bello Iliacos fateor petijsse penates.
Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri,
Spargite me in fluctus, uastoq; immergite Ponto.
Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.
Dixerat, & genua amplexus, genibusq; uolutãs
Hærebat, qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse pater dextrã Anchises, haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animũ præsenti pignore firmat.
Ille hæc deposita tandem formidine fatur:

† al. Cõsertumque

† al. lumen,

NASC. POSTERA iamq; dies.] Nascentis diei descriptio. Cũ subitò è syluis.] sumptus est totus hic locus ex Sophoclis Philoctete: ubi Philoctetes ipse queritur, suaq; Neoptolemo calamitatẽ narrat: quòd desertus à Græcis in litore maris ercu, & sagittis uictũ sibi parare cogitur. locus est doctissimus: aduerte autem quàm scitè famelici hominis habitudinem, formamq; describat: cuius maciem gradu auget suprema: remq; hic uerisimilem facit à loco, & paulò infrà etiam à tempore sub persona Achæmenidis, cùm ait:

B

» *Tertia iam lunæ se cornua lumine complent,*
» *Cùm uitam in syluis, inter deserta ferarum*
» *Lustra, domosq; traho —.*

Non enim è syluis exire potest homo, tribus præsertim illic mensibus inter feras diuersatus, qui macie suprema confectus non fuerit. Ignoti noua forma uiri.] *propter extremam maciem.* Miserandaq; cultu.] *hæc singula circumstantiæ, & quæ sequuntur, cùm mouendæ, tum etiam augendæ commiserationis uim habent: nam ingens, supraq; credi potest, macies, horridusq; habitus, adde illuuiem, barbamq; promissam, atque impexam, spectaculum hominis præbebant miserandum, minimeq; oculis iucundum: ac illud præcipuè spectaculi fœditatem augebat, quòd supplex cum lacrymis manus attollebat, ut misericordiam impetraret.* Dira illuuies.] *sordem hominis auget epitheto: quasi dicat adeò tetram fuisse, ut ira deorum illi immissa uideretur.* Cætera Graius.] *figurata locutio à Græcis deriuata ut* [illegible]. *Horatius primo epist.*

C

» *Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,*
» *Excepto quod non simul esses cætera lætus.*

Præ quantum ad cætera: hoc est, ex reliquo habitu satis cõstabat, illum esse Graium. Patrijs in armis.] *non paternis, sed patriæ.* Paulum aspectu conterritus.] *uel & à timore.* Mox sese ad littora præceps.] *locus est commiserationis à desperatione salutis: nã adlictus, & quasi necis certus, se hostium potestati dedit: non enim timet mortem, sed genus mortis. nam paulò pòst ait:*

Si pereo manibus hominum, perisse iuuabit.

Per sydera testor.] *oratio Achæmenidis deprecatoria. nõ uitã, salutemq; precatur (nam se Græcum esse, & ad Troiã cum Vlysse militatum abijsse Troianorumq; causam ac saluti oppugnasse confitetur) sed tantum ut de eo loco tollatur, ne aut ferarum dentibus dilaceretur, aut à Cyclopibus deuoretur: ex obtestatione precationis exordium sumit: unde oritur commiserationis affectus, qui ad Troianorum beneuolentiã illi conciliandã plurimũ ualet.* Atque hoc cœli spirabile lumen.] *uel quo uiuimus, & spiramus, uel quod uitam in se, & spiritum habet. Cic. 1. Tusc. illam uerò funditùs eiciamus indiuiduorum corporum leuium, & rotundorum concursionem fortuitam, quam Democritus concalefactam, & spirabilem esse uoluit: intelligit autem uel Solem, uel aërem.*

Tollite me Teucri.] *summa precationis est: hæc precatio, totusq; hic locus ex Sophocle sumptus est, in eius nominis tragœdia, qui Neoptolemum precatur, ut quotus terrarum potius abducatur, quàm in ea solitudine relinquatur. uersus Sophoclis ita habent:*

» *πρὸς νῦν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον,*
» *πρός τ᾽ εἴ τί σοι κατ᾽ οἶκόν ἐστι προσφιλὲς,*
» *ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ᾽ οὕτω μόνον*
» *ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ᾽ οἵοις ὁρᾷς.*

Scio me Danais.] [illegible] *occurrit obiectæ, & se Græcum, Troianisq; inimicũ esse apertè fatetur, nec tamen ueniam petit: sed quasi expers salutis tantũ se aliò occidendum abduci postulat, ne aut in solitudine fame pereat, aut à Cyclopibus interimatur: nam perire fame (ut inquit Homerus) miserrimũ, & Cyclopum dentibus discerpi, ac deuorari teterrimum est.* Si sceleris tanta est iniuria nostri.] *ut hoc calamitatis genere mitigari non possit: sanè artificiosè, & obliquè loquitur: nam sceleris sit, ut Græcorum facinus extenuare, sed ex opinione Troianorum loqui uideatur: qui scelus maximum fuisse iudicabant, Troiam à Græcis per dolum captam fuisse: cæterum astutè nostri addidit, non mei, quo uerbo latenter innuit non æquum esse, peccati, quòd unà plurimi admiserint, ut solus ipse, præsertim ita affectus, pœnas pendat, uerumq; multorũ crimen morte luat. itaq; sub conditione pœnam poscit.* Spargite me in fluctus.] *solet locus iste* [illegible]. *hic autem (ut inquit Rutilius rhetor)* [illegible]

D yerò,

porò, cùm nostræ causæ diffisi indicibus cognitionem permittimus: atque exemplum ille huiusmodi profert: Ego iam iudices summum, ac legitimum, quod exposui, meæ causæ ius omitto: uobis quod æquissimum uidcatur, ut constituatis permitto: ita Achæmenides cùm suæ causæ diffidat, uoluntatibus Troianorum se ipse subijcit: est autem hic locus ad misericordiam apud pios homines comparandam efficacissimus: quo, haud mirum est si Achæmenides utatur, qui Græcus est, & animos Troianorum optime exploratos habet.

Si pereo manibus hominum.] *τὸ ἄτοπον est: quod πρόληψιν habet: obijci enim posset, cur tolli uelit, si nullam ex hostibus salutem speret: ipse uerò respondet, satius esse perire manibus hominum, quàm dentibus ferarum dilaniari: unde ingens quoque elicitur commiserationis affectus ex magnitudine calamitatis eius, qui eò loci redactus est, ut nihil præter mortem amplius sperare queat.*

Et genua amplexus.] *hic fuit uetus supplicandi ritus: qui ad misericordiam impetrandam plurimum facit: nam supplicum (ut inquit Cicero) misereri oportet.*

Qui sit, fari.] *tria poscunt: nomen, genus & fortunā.*

Ipse pater dextram.] *τὸ πρέπον est, ut Anchises tanquàm princeps Achæmenidem excipiat: sic Priamus in secundo Sinonem recepit: hic autem occultè Anchisæ humanitas, & clementia commendatur: qui homini abiecto, & hosti dextram porrigit, nec diutiùs se rogari permittit.*

LAMB. Hort. Postera] *Auroræ descriptio huc spectat, ut rem ex improuiso oblatam narret. Descriptio periphrastica constat causa efficiente. Accessu Solis obscurantur stellæ, & dispalescunt tenebræ.* Eoo.] *oriente, siue matutino. ἠῶς, ἠῷος, sicut ἰὼς, ἰῷος.* Et surgebat.] *metaphora ab animalibus sumpta.* Humentem.] *Humentem umbram, periphrasticè noctem uocat: ut aliàs non uno in loco, noctem humidam, ὑγρὰν νύκτα.* Cùm subitò.] *Narratio rei præter spem oblatæ, cuius gratia præmissa est auroræ descriptio.* Viri.] *Prosopographia: quam ceu penicillo delineat, à forma inusitata, cultu, gestibus, partibus corporis, habitu, natione & acta uitæ studijs.*

Noua] *Attentio ab inusitata specie hominis, qui ex improuiso apparuerit.* Miseranda.] *Ab habitu affectus, quo uel hostibus miserandus fuit.* Supplex.] *A' gestibus, quibus hospitum gratiam sibi conciliauit, & misericordiam in afflicta fortuna.* Dira.] *A' qualitate hominis: hoc est, corporis dira illuuie, forma cadauerosa, & squalore. In uniuersum, totum hominem in partes aliquot paucis diducit. Et cùm nolit singulas partes ad amussim persequi, orationem summatim hominis à signis complectitur, cùm dicit,* At cætera Graius. *Illud interim hoc loco obseruare operæpretium fuerit, hanc qualemcunque descriptionem eò spectare, ut lector nequaquam supinus hoc* A *sit attentior, quo prosopographia monstrosior appareat.*

Consertum.] *densum spinis & lappis, cuiusmodi est habitus eorum qui per metum in syluis & spinis diu delitescentes, fame & situ contabescunt.* Cætera.] *cæteris: habitu, oris sono, armis, Græcus erat: τὰ δ' ἄλλα Ἰταλός, familiaris figura Græcis, etiam in oratione soluta.*

Quondam.] *dudum, & nuper admodum, bello Troiano: à studijs superiorum annorum. Quondam posuit pro aliquando: ut in illo,* Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Isque] *Splendida narratio rei prosopographiam suscipit. Exponit, qui Achæmenides subito armorum hostilium aspectu exterritus fuerit: haud quidem periculi metu, sed propter prodigiosum & inexpectatum Troianorum occursum, appulsumq́ in eas terras: id quod perspicuè clarum est, ex ipsius uerbis.*

Per sydera.] *Exordium orationis petitoriæ abruptum, ab obtestatione, quale diuturno metu exanimato, & fame longa confecto conuenit, cui honesta mors magis quàm uita tam misera expetenda fuit.*

Testor.] *pro obtestor: simplex pro composito.* Spirabile.] *quo spiramus, quo nos aspiramur.* Tollite.] B *Petitio, ut à Troianis inde abducatur quolibet terrarum. Ouid. scribit, eum cum Aenea in Italiam profectum fuisse.* Quascunque.] *in quascunque, defectio.*

Scio me] *Confessio rei manifestæ, quam inficiari non poterat: lingua & habitus id satis euarguere poterant. Quare ne in alijs uanus habeatur, à confessione ueri orditur. Facit item ad concitandam misericordiam: Si recusaueritis me hinc uobiscum aliquò auehere, ut manendum hic mihi omnino sit, arma in uos sumpsi: ergo pœnas de me, ut hoste pro uestro iure sumite: præcipitem me date in mare, ut hominum manibus potius peream, quàm ut immanium beluarum dentibus discerpar.*

Vastosq́.] *Expolitio.* Genua] *Pathos à gesto.*

Qui sit.] *Suppeditatur uicissim materia, à locis narratorij generis, ad nouam narrationis telam ordienadam: Quis, qui parentes, quod genus, quæ studia anteacta uita, quo casu huc delatus es, & cuius auspicijs.*

Ipse pater.] *Quo singula liberiùs memoret, confirmat Anchises hominis animum pignore fidei suæ interposito.* Multa mouitus.] *Nomen plurale loco aduerbij.* Præsenti.] *Expolitio. Dextra enim uirtuti & fidei* C *dedicata fuit, ut frons uerecundiæ, aures iudicio, os impudentiæ, nasus irrisioni, genua misericordiæ antiquitùs, & aliæ item partes corporis alijs rebus consecratæ, fuerunt. Vnde illa apud poëtas nusquam non obuia: dare dextram, & dextra uiam inuenire, per dextram iurare, obtestari, & similia, quæ passim legendis authoribus occurrunt.* Firmat.] *pro confirmat: simplex pro composito.*

ARGVMENTVM.

Quæsitis respondet, nomen, & genus profitetur suum, & fortunam: calamitatemque suam ordine exponit, cuius causam ex feritate Polyphemi deducit: quem varijs quoque modis deturpat.

NASC. † al. Nomen † al. Adamasto.

Svm patria ex Ithaca.] *fatetur, quod dissimulare nō potest, genus, & patriā suā, additq́ nomē & suū, & parentis.* Comes infelicis Vlyssi.] *cùm Ithacam nominasset, nomen Vlyssis tacendū nō fuerat;*

Sū patria ex Ithaca, comes infelicis Vlysi,
† Nomine Achęmenides: Troiā genitore † Adamasto
Paupere (mansissetq́ utinam fortuna) profectus.
Hic me (dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij) uasto Cyclopis in antro

Deseruêre: domus sanie dapibusq; cruentis,
Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaq; pulsat
Sydera: (dij talem terris auertite pestem:)
Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli:
Visceribus miserorum, & sanguine uescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cũ corpora nostro,
Prensa manu magna, medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, sanieq; † aspersa natarent
Limina: uidi atro cùm membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerẽt sub dentibus artus.
Haud impunè quidem, nec talia passus Vlysses,
Oblitusue sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus, uinoq; sepultus,
Ceruicem inflexam posuit, iacuitq; per antrum
Immensum, saniem eructans, & frusta cruento
Per somnum cõmixta mero: nos magna precati
Numina, sortitiq; uices, unà undiq; circum
Fundimur, & telo lumen † terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar:
Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras.

† al. expersa

† al. tenebramus

A rat: quo ipsius animi candor Troianis notior fieret: cùm planè fateretur, se illius comitem fuisse: quem & pessimum Græcorum, & peiorem cæteris omnibus hostẽ sibi extitisse iudicabant: huiusmodi enim puritatem uel Sinon ostẽdit, sed dolosè, cùm ait:

» —neque me Argolica de gente negabo:

Astutè autem Vlyssem infelicem appellat, ratus id Troianis gratissimum fore, si eum, à quo maximum B detrimentum acceperant, in aliquam incidisse calamitatem intelligant.

Troiam genitore Adamasto, Paupere.] ueniam quærit per excusationem paupertatis: nõ enim hostili odio in Troianos adductum, sed paupertatis importunitate coactum se contra eos arma sumpsisse indicium facit, non dissimili excusatione usus est Sinon in 11. Aen. cum ait:

» Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.

Mansissetque utinam fortuna.] uox paululùm attollenda est ad significationem doloris per locum communem ex infausta, atque infelici fortuna: nam quod antea summam calamitatem putabat uitam in egestate degere, id nunc, præsentis calamitatis comparatione, maximam felicitatem esse adiudicat.

Hîc me dum trepidi.] hactenus genus suum, nomen, & nomen patriæ professus est: iam uerò ad fortunæ suæ conditionem exponendam accedit (nempe ut ad illud respondeat, quæ deinde agitet fortuna fateri) quam uerisimilem facit ex nauigatione Vlyssis in Troianorum: causam uerò sumit (ut antè dictum est) ex imma- C nitate Polyphemi. cuius personam, mores, naturam, domicilium cum ingenti eius deturpatione depingit.

Domus saniē.] antri descriptionem duplici ratione uituperat, quòd immunda est, & quòd opaca.

Ingens] appositè ingens, quia sequitur: Ipse arduus.] nam iuxta corporis Polyphemi magnitudinem, domus quoque magnitudo describenda erat.

Altaq; pulsat Sydera.] proceritatem corporis Polyphemi ὑπερβολικῶς extollit. Dij talem terris.] parenthesis est, quæ Polyphemi detestationem habet.

Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli.] crudelitatis hæc indicia sunt, talis nempe erat, ut neq; eius uultum intueri, neque eum adfari potuisses: & est (ut Macrobius admonet) Attij locus de Philoctete: cuius tragœdiam ad Sophoclis imitationem perscripsit: ita uerò Polyphemũ effingit Poëta, ut in eo nihil extitisse uelit, quod nõ aut immanitatẽ, aut fœditatẽ spirare uideretur: propterea subdit: Visceribus miserorũ, & sanguine uescitur atro.] hic duplex affectus esse uidetur, alter commiserationis ex eorum miseria, & calamitate, qui à Cyclope Polyphemo crudeliter laniati deuorabantur, alter indignationis ex impuritate, & spurcitia, nec non ex immanitate ipsius Polyphemi: qui humanis carnibus atro sanguine, hoc est, sanie rorantibus uescebatur.

Vidi egomet duo.] Polyphemi crudelitatem confirmat à testibus: id est, à suo testimonio: tale est illud Ouidianum ex 1. de Ponto:

Vidi ego Linigeræ numen uiolasse fatentem «
Isidis, Isiacos ante sedere focos. «

Hic autem uersus tragicè proferendus esse uidetur, uelut illud Horatianum in serm. 1.

Vidi egomet nigra succinctam uadere palla «
Candiam pedibus nudis, passoq; capillo. «

Et est locus ex nono Odyss. sumptus: ubi horum etiam duorum meminit Homerus:

ἀλλ' ὅγ' ἀναΐξας ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλε, «
σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥς τε σκύλακας ποτὶ γαίῃ «
κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν. «

Sed inter utriusque descriptionem hoc interesse uidetur, quod Maro narrationem facit quasi nudam, & breuem (ratio enim temporis habenda fuerat) exponit, contrà Homerus uerborum copia uoluit & inseruit: & dolore narrandi inuidiam crudelitatis æquauit: notissimus est uel semidoctis locus.

Frangeret ad saxum.] εἶδος à modo interficiendi. Sanieq; aspersa natarent.] ὑπερβολικῶς ad augendam Polyphemi crudelitatem, & Troianorum tum indignationem tum etiam terrorem. Vidi atro cùm membra fluentia tabo.] immanitatem auget per αὔξησιν: nam immanius est humanis carnibus uesci, quàm homines occidere: illud enim ferinum est belluinum, & ab omni prorsus humanitate alienum: repetitione eiusdem uocis rem acriorem facit, maius odium in illum concitat, maioremq; Troianis timorem inijcit.

Oblitusue sui est Ithacus.] Vlyssis prudentiam extollit: qui ne in summo quidem uitæ periculo territus est: quod non omnibus usu uenire solet: qui timore correpti, quid in re dubia, ac difficili sibi agendum sit, minimè uident. rectè ergo dixit Terent.

Isthuc est sapere, in periculo sapere. «

D. Augustinus lib. XIIII. de Trinit. hinc colligit, memoriam non solùm præteriti, uerùm etiam præsentis temporis esse. Quid est aliud, inquit, oblitusue sui, nisi quòd tunc sui meminerit sed quantum ualeat, aliqui uiderint: nihi enim uirum tam doctum in præsentia insectari religio est: quid autem sit hoc, quòd Vlysses sui meminerit, Homerus loco iam antea adducto planum facit, cùm eum ita loquentem inducit:

Αὐτὰρ ἐγὼ βούλευον ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο. «

Εἴ τιν' ἑταίροισιν θανάτου λύσιν ἠδ' ἐμοὶ αὐτῷ
Εὑροίμην.

Secum enim cogitabat quomodo socios suos, seq; ipsum de Cyclopis manibus liberaret: consiliumq; illius obcaecandi cepit, quod & Virgilius hoc in loco Achaemenidem referentem facit: uel sim non oblitus est Vlysses: id est, sua astutia: ubique enim Vlysses astutus inducitur: ut sit allusio ad illud Homeri ex Iliad. 23. ubi lucta Vlyssis cum Aiace describitur: quem supplantando Vlysses dolo in terram deiecit quamobrem Homerus:

——δόλου δ' οὐ λήθετ' Ὀδυσσεύς.

Id est, doli non est oblitus Vlysses, quasi omnia astu faceret atq; dolo. Nam simul expletus dapibus.] Homeri est ferè ad uerbum, nam sic ait:

ἦ, καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος, αὐτὰρ ἔπειτα
κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, κὰδ δέ μιν ὕπνος
ᾕρει πανδαμάτωρ, φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος
ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι. ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

Si uerò huius facti descriptio aequa lance expendatur, illis planè circumstantijs ornata, atque insignita reperietur: quibus uerisimilis effici possit: atque in primis occasio ponitur: quod per antrum iacuit somno grauatus: quod à causa probabile redditur: quia ebrius erat, & cibo expletus: nam ex cibo, & potatione somnus quoque profundus exoritur: non defuit deliberandi tempus, quia uices sortiti sunt: modus denique facti ponitur: quis telo acuta obcaecatur. Iacuitque per antrum Immensum.] prodigiosam magnitudinem corporis Polyphemi magnitudine loci metitur.

Et frusta cruento.] argumentum est magnae ebrietatis crapulam uomere Quamobrem inter caetera illud ceu foedidissimum à M. Cicerone obiectum fuit Antonio 2. Philippica, quod crapulam uomit. frustisq; esculentis, ac uinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal impleuit. Nos magna precati.] rei difficultatem ostendit: quae nisi deorum auxilio confici non poterat.

Sortitiq; uices.] à deliberatione consilij: unde colligitur spatium temporis opportunum ad rem deliberandam extitisse. Et telo lumen terebramus] à modo facti. Sub fronte latebat.] in fronte sub ingenti capillorum sylua latebat, uel ὑπὸ [illegible] adeò uastam, & prodigiosae latitudinis frontem illius fuisse Poëta designat, ut oculis, & magnitudine, & fulgore insignis in illo latere uideretur. Argolici clypei.] oculi magnitudinem clypei exemplo, seu comparatione declarat.

Aut Phoebaeae lampadis instar.] comparatio haec à superiori distat: illa enim ad magnitudinem, haec uerò ad splendorem refertur: aliter tamen Donatus sentire uidetur cùm ait: sub fronte latebat, quod ingens fuisse dicebatur usqueadeò, ut orbi lunae, uel Solis aequari potuisset, faciebant rugae torua frontis, & ingentes capitis comae: quibus uerbis appares comparationem hanc non ad splendorem, sed ad magnitudinem referri oportere. altera tamē expositio mihi magis arridet.

LAMB. Hort. Svm patria.] Narratio, in qua ratione circumstantiarum necessariò omissum est exordium. Nam narrātis persona in re dubia, & auditores cupiditate cognoscendi praesentem fortunam, operosam circuitionem uerborum recusant. Ad haec locus periculosus compendium postulat. Tum autem, ne uideatur fuco aliquo narrationem palliare, non admodum necessarium fuit prooemium, ut simplici oratione sua constet ueritas. Accedit huc, quòd sat ducat ad interrogata respondere. & quidem citra beneualentiam & attentionem, quorum loco superiores affectus suffecerunt. Narrat itaque in re trepida apte, distinctè, ornatè, breuiter & dilucidè, (ut omnia & quidem uerisimiliter, ut penes dicentem sit fides. In quo laconismo diligenter artificium narratorij generis in prosopographia expressit & obseruauit. Patria.] A' natione, & patria Natione Graecus, patria Ithacensis. Comes.] liberè narrando hostilia de se, maximè auditorum fidem meretur. Nomine.] Quis sit, ne quid dissimulare dicatur, eruditè Maro, ut in omnibus, hominis fortunae iniquitate infoelici & calamitoso, à re nomen fecit. ἄχος, dolor. Adamasto.] A' parente, & eius tenui fortuna, & studio uitae suae anteactae: Militaui ad Troiam. Educatio, quia ad narrationis huius seriem nihil requiritur, neque conducit, aptè omittitur. Et ut factū paenitudinem probet, optat pauperem eam fortunam cum summa tranquillitate coniunctam, ut huc miseriarum redactus esset. Facit autem id ad concitandos in se affectus hostium. Hic me.] Respondit ad interrogationes, quis sit, quo sanguine cretus: reddit nunc ad interrogatum, quae fortuna agitet? hoc est, quo casu in hanc insulam sit delatus, & quo in statu eius res sitae sint. Exponit breuibus, totus in exaggeranda Cyclopis inmani barbarie. Huius Achaemenidae grauis oratio ad Macareum extat apud Ouid. 14 Caeterùm apud Homerum Odyss. 9. splendida huius fabulae explicatur narratio. Noster uerò pro temporis ac loci ratione, nudam ac breuem contexit, cùm ille loco longè diuerso ac dissimili affectus admisceat uarios, hypotyposibus exornet, & narrandi dolore inhumanitatis inuidiam aequet. Hic me.] in scopulis Cyclopum Ergo satis indicat, huc Vlyssem cum socijs appulisse: id quod breuitatis causa omisit narrare. Trepidi.] ne à Cyclope exoculato, ob strepitum ad naues & mare trepidè fugientium, stationem petunt, occuparentur, me in antro relicto, soluerunt. Vasto.] ingenti. Et priusquam ad Cyclopicam inhumanitatem beluinam perueniat, dilatat narrationem à descriptione antri Polyphemi, quod nunc antrum, nunc domum, nunc saxum appellat.

Sanie.] corrupta occisorum sanguine foeda: nam carnes humanas mactatas, dapes cruentas uocat.

Opaca.] Metalepsis: aliud ex alio intelligit: per opacitatem magnitudinem, ex qua Cyclopis Polyphemi uastam corporis molem arguit, id quod statim attexit. Ipse arduus.] Personae descriptio, à quantitate. Proceritatē prodigiosam hyperbole amplificat. Dij talem.] Abominatio per exclamationem, qua absoluit prosopographiam amplificatam auxesi, cùm perniciosum hominem pestem uocet. Visceribus.] A' uictu barbaro hominis. Confirmat autem hoc ipsum ab attestatione, cùm à se uisa narret exempla horrendae immanitatis. Vidi.] Ab attestatione. Homerus libro 9. Odyss.

σὺν δὲ δύω μάρψας ὥς τε σκύλακας ποτὶ γαίῃ,
κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν,
τοὺς δὲ διὰ μελεϊστὶ ταμὼν ὁπλίσσατο δόρπον,
ἤσθιε δ' ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

Pensa.] Singula penè uerba habent hypotyposim, uel emphasin cum hyperbolis coniunctam. Resupinus.] κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων. Quae porrò sequuntur, ad amplificationem barbariei horrendae pertinent. Oblitus.] Sui oblitus, siue, qui non est apud

se

A se redimeret, qui præsens adest. ut de Vlysse prædicat Poëta, non sui obliuiscitur, sed præsentibus consilijs ualet.

Vinoq́ue.] Vlysses aduersa peruicit fuctum, suos post alios bitos deuorari, ac futurum tandem ut postus in orbem ad se ueniret, eodem lib. Homer.

καὶ τότ' ἐγὼ, inquit, Κύκλωπα προσηύδων ἄγχι παραστὰς,
κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. (φάγες
Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα,
ὄφρ' εἰδῇς οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει
ἡμετέρη· σοὶ δ' αὖ λοιβὴν φέρον, εἴ μ' ἐλεήσας
οἴκαδε πέμψειας· σὺ δὲ μαίνεαι οὐκέτ' ἀνεκτῶς.
ὣς ἔφατ', αὐτάρ οἱ αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα οἶνον
σχέτλιε, πῶς κέν τίς σε καὶ ὕστερον ἄλλος ἵκοιτο
ἀνθρώπων πολέων, ἐπεὶ οὐ κατὰ μοῖραν ἔρεξας.
ὣς ἐφάμην, ὁ δ' ἔδεκτο καὶ ἔκπιεν· ἥσατο δ' αἰνῶς
ἡδὺ ποτὸν πίνων, καί μ' ᾔτεε δεύτερον αὖτις·
δός μοι ἔτι πρόφρων, καί μοι τεὸν οὔνομα εἰπέ.

Et paucis mox uersibus interpositis:

τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων, τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσιν.

Ceruicem.] Polyphemus uicissim pro uino donatiuo munus hospitale pollicitus, postremum omnium cum suorum promittit, cui post sociorum cladem fatum immineret.

B Inde uino grauis in terram procumbit: ut Hom. 9. Odyss.

ἦ, καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος, αὐτὰρ ἔπειτα
κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, κὰδ δέ μιν ὕπνος
ᾕρει πανδαμάτωρ, φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος,
ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι· ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

Quos uersus graphicè expressit noster, cùm dicit:

—— saniem eructans, & frusta cruento
Per somnum commixta mero ——.

Significantiùs & euidentiùs quàm Homerus, naturam & imaginem hominis uino & crapula grauati per somnum expressit, qui sic habuit dixisse, cum uinum eructasse, & frusta humana. Vergilius ut rem uiua hypotyposi ab oculos ponat, addit eum saniem eructasse, respiciens ad carnes humanas crudas, unà cum sanguine absumptas, quas dormientis supinus per ebrietatem eiecerit. Ad hæc frusta illa cruda in cruenta saliua natantia, quæ ore patulo stertens euomuerit. Numina.] nulla communium inuocatarum mentio fit apud Homerum. Reliqua uerò quæ sequuntur, his uerbis ab eo lib. dicta referuntur:

καὶ τότ' ἐγὼ τὸν μοχλὸν ὑπὸ σποδοῦ ἤλασα πολλῆς,
εἷος θερμαίνοιτο, ἔπεσσί τε πάντας ἑταίρους
θάρσυνον, μή τίς μοι ὑποδείσας ἀναδύη.
ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ὁ μοχλὸς ἐλάϊνος ἐν πυρὶ μέλλεν
ἅψεσθαι, χλωρός περ ἐὼν, διεφαίνετο δ' αἰνῶς,
καὶ τότ' ἐγὼν ἆσσον φέρον ἐκ πυρὸς, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
ἵσταντ', αὐτὰρ θάρσος ἐνέπνευσεν μέγα δαίμων.
οἱ μὲν μοχλὸν ἑλόντες ἐλάϊνον ὀξὺν ἐπ' ἄκρῳ
ὀφθαλμῷ ἐνέρεισαν, ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς
C δίνεον, ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήϊον ἀνὴρ
τρυπάνῳ, οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι
ἁψάμενοι ἑκάτερθε, τὸ δὲ τρέχει ἐμμενὲς αἰεί,
ὣς τοῦ ἐν ὀφθαλμῷ πυριήκεα μοχλὸν ἑλόντες
δινέομεν, τὸν δ' αἷμα περίρρεε θερμὸν ἐόντα.
πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας εὗσεν ἀϋτμὴ
γλήνης καιομένης, σφαραγεῦντο δέ οἱ πυρὶ ῥίζαι.

Et mox post amplificationem à comparatione:

σμερδαλέον δὲ μέγ' ᾤμωξεν, περὶ δ' ἴαχε πέτρη.

Argolici.] Ab uno, ut dictum est, oculo, Cyclopes appellati fuerunt. Estq́ue amplificatio oculi à duplici comparatione. Phœbææ.] Solis periphrasis. Et tandem.] Epiphonemate concludit narrationem. unde ad epilogum transit, quo hortatur amici Troianos, ad capessendam fugam maturè, antequam à Polyphemo occupentur, & eandem infeliciter fortem experiantur.

ARGVMENTVM.

Troianos ad fugam hortatur: & quamobrem id faciat, ostendit: causamq́ue ex immanitate, & multitudine Cyclopum deducit: unde & occasionem arripit exponendæ calamitatis suæ.

Sed fugite ô miseri, fugite, atq́ue à littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantusq́ue cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq́ue ubera pressat:
Centum alij curua hæc habitant ad littora uulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent,
† Dum uitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra, domosq́ue traho, uastosq́ue ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitumq́ue pedum uocemq́ue tremisco.
Victum infœlicem, baccas lapidosaq́ue corna
Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans hanc † primum ad littora classem
Conspexi uenientem, huic me (quæcunq́ue fuisset)
Addixi: satis est, gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunq́ue absumite leto.

NASC. Sed fugite ô miseri.] exhortatio est ab utili & sanè aptissima dispositione utitur: qui antequam Troianis fugam accelerandam demonstret, naturam, formamq́ue Cyclopis exponit, ut periculo territi celeriùs fugiant, utq́ue fugiendi necessitatem, grauemq́ue, atque imminens Troianis morantibus periculum ostenderet, iteratione uerbi fugite usus est. Nam, qualis, quantusq́ue cauo.] persuasionis rationem κατασκευὴν assignat: occurrebat enim si caecus est, cur timetur? soluit obiectum non solus est Polyphemus, sed alij plures extant Cyclopes tales, ac tanti, qualis, quantusq́ue est Polyphemus.

†a'. Cum

†al primâ

Lanigeras pecudes] epithetum est Lucretij: nam sic ille in 5. lib.

Lanigeraq́ue simul & pecudes, & bucera sæcla. Alibi barbigeras pecudes ipse appellat. Tertia iam lunæ.] rem suo ipsius testimonio confirmat: unde occasionem trahit commemorandæ infelicitatis, calamitatisq́ue suæ ad beneuolentiam auditorum sibi comparandam per commiserationem: quam ex circumstantijs auget, præsertim à loco, & à tempore. à tempore quidem, quia tribus mensibus. à loco, quia in syluis, inter ferarum lustra non absq́ue salutis discrimine uersatur: huc accedit terror ex aspectu, ex sonitu, & ex uoce Cyclopum.

Victum infelicem] κατασκευὰς obiectum occupat, unde nam uiueret. Hanc primum ad littora classem.] delabitur ad conclusionem.

Addixi.] uerbum est salutem desperantis; unde commiserationis affectus educitur. Vos animam hanc.] affectum commiserationis renouat à desperatione salutis.

LAMB. Hort. Sed fugite.] Epilogus ab exhortatione trepida ad fugam. Terret à cunctatione periculosa, noua denuo Cyclopum prosopographia. Trãsit inde ad affectus à tempore, quòd ibi infeliciter egerit, & uictus interea temporis ratione. Fugite.] Iteratio uerbi singularem fugæ præcipitantiam indicat, quòd in extremo discrimine conclusi teneantur. Et uerbum Rumpite, uim celeritatemq; ostendit: qualem uidere est in nauiis, quoties ex improuiso hostibus imminentibus, ne in naues insiliant, funes nauticos non soluunt, sed trepidè ferro abrumpunt, quippe quibus mora omnis & segnicies periculosa sit. Nam qualis.] Causa, quamobrem debeant rudentes abrumpere: ab immanitate Polyphemi, & aliorum Cyclopum frequentia. Cauo.] Metalepsis: intelligitur immensa magnitudo specus, atque ex ea uastitas molis gigantea. qua exaggerata ad fugam concitantur facilius Troiani. Lanigeras] A' studio. Nihil à suo scopo discedit: nam oues pascere, & eas mulgere, fingitur ab Homero, & lacte omnino uictitare Odyss. 9.

» ἡμεῖς δὲ δείσαντες ἀπεσσύμεθ' ἐς μυχὸν ἄντρου
» πάντα μάλ' ὅσσ' ἤμελγε, τὰ δ' ἄρσενα λεῖπε θύρηφι.

Idem paulò pòst de eodem Polyphemo:

» [illegible]
» ἑζόμενος δ' ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας,
» πάντα κατὰ μοῖραν ——.

Et mox post paucos uersus:

» αὐτίκα δ' ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος,
» πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκεν.

Vbera.] mulgere, periphrasis. Centum.] Numerus certus pro incerto. Homerus loco suprà citato refert, ad clamorem Polyphemi reliquos omnes Cyclopas è montibus excitos, ad ferendam ei opem undiq; concurrisse.

» αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν, οἵ ῥά μιν ἀμφὶς
» ᾤκεον ἐν σπήεσσι δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας.
» οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος,
» ἱστάμενοι δ' εἴροντο περὶ σπέος ὅττι ἑ κήδοι.

Montibus.] Tres enim scopuli sunt, qui Cyclopum appellantur: & Homero in specubus habitant, quem noster hac in parte sequutus est. A' loco argumentum agrestis indolis & uitæ beluinæ. Errant.] hoc est, incertis sedibus uagantur, omnis expertes humanitatis: societatis ignari, nullis uiuentes legibus, ut non hominum uitam agant, sed ferarum, quarum proprium est errare. Tertia.] Ad postremum uertit se ad affectus à ratione præsentis fortunæ: primùm à temporis diuturnitate, quod illic latuerit. Periphrasticè à pleniluniis, totidem menses indicat in eo se discrimine ibi pecuinam uitam uixisse, Pathos à loco. A

Syluis.] A' loco pathos, cum amplificatione euentorum, quæ suprà quàm credi par est, mouent uersantq; auditores. Et plus est uitam ducere inter deserta lustra ferarũ, quàm in syluis: nisi quis malit per epexegesin interpretari. Sunt autem syluæ nihil aliud quàm ferarum latibula, quæ mox μεταφορικῶς domos uocabit. Longè uerò uehementius mouent illa argumenta horroris ex aspectu & uoce Polyphemi, sub in se lotum ad mare recipientis: quoties uniuersam gentem procul item interea uidisset. Exaggerat inhumanitatem hyperbole, cùm sonitum pedum se tremiscere dicat. A' minori exaggeratio, sumitur coniectura de maioribus. Victum infœlicem.] Occupat id quod de uictu obiici potuit, quo genere alimenti uitã sustentarit. B Sunt autem baccæ fructus omnes minorum arborum, ut lauri, oliuæ, cornus, & id genus à quarum similitudine, gemmæ baccæ quoq; dicuntur. Baccas & lapidosa corna, uictum infœlicem, Appositio: non humanum, sed beluarum. Cornus circa solstitia traditur primò candidum fructum, inde sanguineum gignere. Fœmina post autumnum baccas gustatu acerbas fert, & nulli animanti gustabiles. Neque uerò infœlicem uictum dicit, eadem ratione qua nonnullæ arbores infœlices existimantur, quæ damnata religione, neque feruntur unquam, neque fructum ferunt. Fructum autem solæ arborum nullum ferunt: hoc est, ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus Attinia, alaternus.

Omnia collustrans hanc primum ad littora classem] Pathos à gestu cupidè circumspectantis auxilium, sicubi uterem hunc cursum suum uertentem conspiciat. Vos animam] Emphaticῶς: ut fœlicem me ducam, quòd hominum manibus perierim, potius quàm ut talium monstrorum dentibus conficiar.

A R G V M E N T V M. C

Ad confirmationem verborum Achæmenidis signum ponitur, vt res ipsa appareat, ne, veluti alter Sinon, Troianos dolis capere voluisse videatur. Describitur ergo Polyphemus ad littora veniens ea magnitudine, ac effigie homo, vt Troianos facilè terrere posset: itaque territi fugam arripiunt. Polyphemus vero eos per mare gradiens insequitur: quos cùm nec assequi, nec apprehendere possit, magna ac horribili voce socios de montibus, vt sibi auxilio sint, vocat.

Vix ea fatus erat, summo cum monte uidemus
Ipsum inter pecudes uasta se mole mouentem,
Pastorem Polyphemũ, & littora nota petentem,
Monstrũ horrẽdũ, informe, ingẽs, cui lumẽ adẽptũ:
Trunca † manu pinus regit, & uestigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues. ea sola uoluptas,
Solamenq; mali: de collo fistula pendet.
Postquã altos tetigit fluctus, & ad æquora uênit,
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,
Dentibus infrendẽs gemitu, graditurq; per æquor
Iam medium, necdum † fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto

NASC. Svmmo cum mõte uidem9.] qa Troiam à Simone decepti fuerant, fieri potuisset, ut Achæmenidis, cùm & ipse natione Græcus esset, parũ fidei adhiberẽt: itaq; sapientiss. Poëta ad confirmationem dictorum Achæmenidis signum secutum fuisse dicit, ut ex tanta calamitate meritò liberari posset: non enim, quod oculis cernitur, credi non potest. Vasta se mole mouentem.] ingens, ac supra quã natura proferre consueuerit, hominis corpus designat: quod expressius paulò infrà

† al. manũ
† al. fluctu

A infrà describit. Et littora nota petentẽ.] προκατάληψιν soluit, quod obijci poterat, quomodo ad littora cæcus ueniret: quia nouerat, inquit, uiã priùs quàm lumine oculi priuaretur.

Val. Trinacriæ,

Supplice, sic merito, tacitiq; incidere funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit, & ad sonitum uocis uestigia torsit.
Verùm ubi nulla datur dextrã affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo,
Clamorẽ immẽsum tollit, quo Pontus, & omnes
Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus
Italiæ, curuisq; immugijt Aetna cauernis.

minut, quàm habet ret, narrasse uideatur. Summo] Persistit in fide historica. Cyclopũ sede esse tret scapulos excelsos. Praeterea, ut uastior corporis moles appareat, in summo cũ scopulo se attollẽtem fingit. Adiungit oues, & fistulam pastoralem, ac locum δαφνοῦ, ut opinor, pinum, qua in usus orbitate manum regat, ut nihil ab Homero dissideat. Nota] Etenim antrum Cyclopis excelsum in montis supercilio fuit (ut Græcus uates affirmat) lauris, quercubus, & omnibus arborum generibus haud procul à mari horrendum, quò subinde greges compelleret:

" ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς ἐόντα,
" ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης,
" ὑψηλὸν δάφνῃσι κατηρεφές, ἔνθα δὲ πολλὰ
" μῆλ', ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον· περὶ δ' αὐλὴ
" ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισιν,
" μακρῇσίν τε πίτυσσιν, ἰδὲ δρυσὶν ὑψικόμοισιν.
" ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος, ὅς ῥά τε μῆλα
" οἶος ποιμαίνεσκεν ἀπόπροθεν, οὐδὲ μετ' ἄλλους
" πωλεῖτ' ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ᾔδη.
" καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἐῴκει
" ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
" ὑψηλῶν ὀρέων, ὅ τε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων.

Monstrum horrendum.] *Polyphemum uerbis esfingẽdo deturpat: extant & alia apud Maronem hominum deformationes, Briarei, Tityi, Gerionis, & aliorum: Homerus multos deformat. & apud Pindarum extat Typhi deformatio in Pythijs oda prima.* Informe.] *causa hæc est, cur horrendum.* Ingens] *ad illud:*

" *——altaq; pulsat Sydera.——*

Trunca manum pinus regit.] *ὑπερβολικῶς est enim inauditum, aliquod animal humana specie formatũ tanti roboris unquam fuisse, ut arbore, & qua arbore bone Deus? pinu cæteris penè arboribus crassiore, & procriore, pro baculo usus fuerit. Sed Poëta emmentiſs. aliud ex alio* B *auxit, utq; uires in Polyphemo humanas uiribus maiores fuisse ostenderet, truncam arborem pro baculo illi fuisse describit. quantum enim corpus illud extitisse animo concipiendum est, cuius manum trunca pinus regit?* Ea sola uoluptas.] *postquam oculo orbatus est.* Solamenq; mali.] *multi hũc uersum ceu adulterinum expungunt uideto integra Pyerij commentaria.* Fluidum lauit inde cruorem.] *fortasse sanitatis gratia: nam aqua maris putatur morbis omnib mederi posse. inde est illud Eurip. in Ephig. Taurica:*

" κλύζει θάλασσα πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Dentibus infrendẽs gemitu.] *πάθος ab iracundia, itẽ à dolore.* Nec dũ fluctus latera ardua tinxit.] *ὑπερβολικῶς iterũ corporis Polyphemi magnitudinẽ extollit. cuius ardua latera ne profundi quidem maris unda ingere poterat.* Sic merito.] *quia uera dixerat.*

Dextram affectare.] *magno affectu, atq; auiditate manum intendere, siue inijcere, ut nauem apprehendat. sic & affectare uiam ad aliquid dicimus. Terent. in Phorm.*

" *Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam.*

Clamorem immensum tollit.] *Homeri est. sic* C *enim ait Odyss 9.*

" Αὐτὰρ ὁ κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν, ——.

Sed Virgilius ὑπερβολικῶς effectum magnitudinis uocis expressit, cùm ait: ——quo pontus, & omnes Intremuere undæ.] *Sic ferè Euripides de Thesco uerba faciens in suppl.*

" ἔβρυχε δ' ἀργαλέον, ὥσθ' ὑπηχῆσαι χθόνα. *id est,*
" *Rupit uerò uocem, ut resonaret terra.*

LAMB. Hort.

SVMMO.] *Ne uanus coarguatur homo miserrimus, & τρὶς τε καὶ τετράκις κακοδαίμων, ea specie, forma, habitu, studio Polyphemum, quasi in rem præsentem inducit: simul ut delectandi causa simulacrum hominis lepida descriptione proponat. Estq; confirmatio dictorum Achæmenidæ à præsenti exemplo Polyphemi. Illud interim diligenter expendendum est, num & hoc spectârit Poëta, in conspectum attollendum necessariò fuisse Cyclopem, ne Troiani stultè creduli uerbis hominis obscuri, & uenu hastis, per ignauiam & uanum metum in fugam abijssent. Itaq; oculis prosopographiam hypotyposi luculenta exponit. Addit euidentissima signa truculentiæ & uastitatis, si*

Monstrum.] *Quatuor uerbis totum hominẽ descripsit absolutè. Monstrum, monophthalmus. Informe qui oculum iam cum amiserat. Horrendum aspectu, horribile: quo conspecto, nemo non præceps ibat in fugam.* Ingẽs.] *uastitate ipsa monstrosus. Ita ipsa qualitate & quantitate totum Polyphemum expressit.* Lumen] *A deformitate, cui oculus titione ab Vlysse effossus fuerat.*

Trunca.] *Hypotyposis habitus, formæ, & gestuum. Fistula caprarium arguit, qua uulgo etiamnũ pastores utuntur. Pecus unicam solamen Polyphemo cæco sui fuit, quo se in tanto malo oblectaret.* Postquam.] *Hysteron proteron: nam præposterus ordo est sententiarum, priùs ad mare descendit, inde se in fluctus immisit. Addit uero causam, ut saniem oculi effossi salsa aqua ablueret uidelicet. Quare acrimoniam salsedinis ostensurus Poëta, adiecit eum dentibus cũ claro gemitu infrenduisse. Frendere propriè est frangere. ut, nux fresa faba fresa, mola leniter comminuta & fracta. Et frẽdere, irato animo stridentibus collisisq; dentibus uocem edere, & quasi tragi.*

Nec dum.] *A signa coniectura de monstrosa corporis uastitate ducitur, cuius in medium mare progressi latera aqua nondum attigerit: hyperbole.* Nos] *Graphicè trepidationem fugæ describit. Vlysses Homericus lib 9. simplicius, minusq; euidenter fugæ laborem narrat: solum ordine sedentes socios mare remis uerberasse:*

ἑξῆς δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.

Noster uerò multo uenustiùs fugæ præcipitantiam, & uiuum simulacrum ob oculos collocat. Primùm procul inde se abripuit, mox certatim remis omnes incubuerunt. Et at studium & conatum summum sociorum coæquat, pronis (inquit) remigamus. Quid? incidere tacitè, annon præsentissimum periculum declarat? Sed & uariatio modi in uerbis celerare, & incidere, pro celerabamus & incidebamus, manifestam emphasin præcipitantiæ habet.

Supplice.] *Achæmenide, bene de nobis merito, à quo tempestiuè periculum edocti, perniciem euasimus. Ferunt hunc supplicem hinc ab Aenea comitem in Italiam fuisse abductum.* Verrimus.] *Metaphora à scopis ad remos, & solido pauimento ad mare.*

Sensit.] *Aduertit ex ictibus & percussione remorum, strepitum fugientium. Hanc hypotyposin in totum prætermisit Homerus: uerùm rursum Polyphemum ex interuallo, quanto clamor audiri potest, conuicijs incessentem Vlyssem facit.* Dextram.] *in naues inijcere.*

Clamorem.] *Cùm Ithacenses occupare nequiret, precatus Neptunum patrem suum, ne Vlysse unquam incolumis in patriam perueniret, ingens saxum in fugientes torsit, quod ponè puppim modico interuallo in mare concidit. Idem effoso oculo horrendum clamat, quo saxa & rupes reboent. Ad hunc clamorem exciti omnes undiq; Cyclopes confluunt, periclitanti auxiliaturi.*

» *σμερδαλέον δὲ μέγ' ᾤμωξεν, περὶ δ' ἴαχε πέτρη.*

Idem paulò pòst:

» *αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν, οἵ ῥά μιν ἀμφὶς*
» *ᾤκεον ἐν σπήεσσι δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας.*
» *οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος.*

A

Itaq; huic peculiare fuit, in rebus afflictis horrendum clamorem edere, saxa torquere in eos, quos intermertere nequiret. Cuius ad rugitum, ceu datum signum, reliquum Cyclopum uulgus ad ferendas suppetias occurrebat.

Pontus & omnes.] *Hyperbolis rem per se grauadem amplificat, sed aliquanto splendidiùs quàm Græcus, qui effosso oculo horrendum gemuisse, & saxum sonuisse tantum, & Cyclopas euocatos canit. Noster uerò quanto sublimius omnia? qui ad Polyphemi fremitum maria intremuisse, Italiam exterritam, Aetnæas cauernas immugisse dicit.* Immugijt Aetna cauernis.] *Metaphora remota, rei tragicæ amplificandæ accommoda: quam rem Homerus pressiùs ac remissiùs extulit, ἴαχε δὲ πέτρη, sonuit autem saxum.*

ARGVMENTVM.

Vocati à Polyphemo Cyclopes de montibus, & syluis ruunt ad littus. quorum aspectu Troiani perterriti, quanquam tam longè à littore nauigabant, vt eorum impetum euitare possent: tamē celerius fugere, & qua ventus spirabat (nisi Heleni vatis monita obstarent) vela tendere consilium capiebant. Sed ecce Boreas ventus diuino fauore ex Peloro promōtorio missus eò impulit Troianos, qua Helen⁹ præceperat, vt nauigaret. B

NASC.

At genus è syluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum, ruit ad portus, & littora complent.
Cernimus astantes nequicquam lumine toruo
Aetnæos fratres, cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum: quales cum uertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylua alta Iouis, lucusue Dianæ.
Præcipites metus acer agit, †quacunq; rudentes
Excutere, & uentis† intendere uela secundis.
Cōtra iussa† monent Heleni, Scyllā, atq; Charybdim
Inter, utramq; uiam leti discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori
Missus adest: uiuo prætervehor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides, comes infelicis Vlyssi.

†al. quocūque
†al. extendere
†al. mouēt

At genus è syluis Cyclopū & mōtibus altis.] *Homeri locus est: q̄ de mōtibus quo que, & speluncis excitos à Polyphemo Cyclopas ait:*

» *— οἱ δὲ μιν ἀκούσαντες*
» *ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος.*

Et littora cōplēt.] *magnū fuisse numerum designat.*

Cernimus astantes.] *corporum proceritates Cyclopū hyperbolicè describit: quos etiam deturpat ex quibusdam corporis qualitatibus, præsertim ex aspectu.*

Nequicquam.] *rectè nequidquam: non enim longinqui nocere poterant.* Quales cum uertice celso.] *collatione à quercubus, & cyparissis deducta locum exornat: & Cyclopum proceritatem supra humanā extollit. est autem collatio per magnitudinem ut,*

» *Ceu duo nubigenæ cum uertice montis ab alto*
» *Descendunt Centauri.*

Hac comparatione iterum diuersis tamen uerbis Poëta usus est in 9. Aen. de Bitia & Pandaro uerba faciens:

» *Quales aëriæ liquentia flumina circum*
» *Siue Padi ripis, Athesim, seu propter amœnum,*
» *Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo*
» *Attollunt capita, & sublimi uertice nutant.*

Sylua alta Iouis.] *ad quercus refertur, quæ sunt in tutela Iouis.* Lucusue Dianæ.] *ad cyparissos: nam cupressus feralis arbor est, ideoq; Dianæ inferæ sacer.*

Præcipites metus acer agit.] *duplex est metus à timore, & periculo. nā metu cogebantur eò rudentes excutere: id est, eò uela intendere, quò in præsentia impellebantur: sed periculum maius erat, ne in Scyllā, & Charybdim inciderent: quæ pericula euitanda esse Helenus uates eos admonuerat* Scyllam atq; Charybdim.] *appositiuè positum est et hæc lectio melior est,* C *quàm si legas Scyllæq;, Charybdis.* Leti discrimine paruo.] *magnitudinem periculi Scyllæ, & Charybdis ostendit: per quas nisi cum mortis discrimine transire non poterant.* Ecce autem Boreas.] *in ijs ferè omnibus, quæ repentino, atque insperato ueniunt siue læta, siue tristia, utitur Virgilius hoc signo ecce.*

Panthagiæ.] *fluminis Siciliæ.* Megarosq; sinus.] *sinus Megaræ oppidi.*

Tapsumq; iacentem.] *insula est Tapsus non longè à Syracusis Siciliæ urbe.* Talia monstrabat.] *ἀκολουθῶν, qui occultam πρόληψιν habet: occurrebat enim, unde hæc loca nouerat Aeneas.*

Comes infelicis Vlyssi.] *hoc etiā epitheto antea usus fuerat, sed sub persona Achæmenidis: quod optimè quadrare uidebatur:*

» *Sum patria ex Ithaca comes infelicis Vlyssi.*

Nam, ut à Troianis gratiam iniret, Vlyssem infelicem dixerat, nihil enim hosti gratius, quàm audire hostem suum

A *suum in summas calamitates incidisse. hic uerò non ex persona Achamenidis, sed ex Aeneæ persona dictum fuisse intelligitur: cui an tam bellè conueniat, non facilè dixerim. Seruius interpres putat ad implendum uersum positum esse more Græco sine respectu negocij: ego uerò arbitror, cùm Achamenides Vlyssem infelicem dixisset, Aeneam, qui, quæ ab Achamenide audierat, exponebat, illius quoq; epitheto uti uoluisse, quasi non ex sua, sed ex illius persona loqui uideatur.*

LAMB. Hort. Atgenus.] *Homerus, Cyclopas alios aliunde ad speluncam Polyphemi confluere fingit. Vergilius uerò uersibus non paulò robustioribus, plenis sanguine, & neruis, è syluis & montibus ad littus & portum eos ruere canit, ad clamorem Polyphemi:*

οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος.

Complent.] *Admirabili breuitate multitudinem Cyclopum expressit: non enim pauci littora complere poterant. Quare ingens agmen ad strepitum hominis contractum, & ad latus præcipitatum ostendit.* Cernimus.] *Vt ui& pius uera pertexere, ac proin existimationem nominis minimè uelle lædi uideatur, confirmat rem à testimonio sui ac suorum.* Aetnæos fratres.] *Periphrasis à loco, quem incolebant. Annotauimus suprà ex Suida & alijs, Aetnæum pro magno ab authoribus usurpari. Qua ratione κάνθαρος Αἰτναῖος: id est, scarabeus Aetnæus, in Pace Aristophanica magnus appellatur: uel à monte, uel à montis Aetnæ habitatoribus Cyclopibus: uel quòd equi Aetnæi & uelocissimi & maximi fuere. Annotauit Cælius Rhodig.* Cœlo.] *ad cœlum usq. Hyperbole.* Concilium.] *Appositio.* Quales.] *Amplificatio à comparatione, quam Homerus omisit in uniuersum. Ductæ autem hæ comparationes sunt à forma & quantitate excelsarum in montium uerticibus arborum. Aërias eas uocat, quòd sublimes se in aërem extollant: aliàs aereum id dicitur, quod constat ex ære.* Coniferæ.] *conos ferentes. Est autem propriè conus, in aliquantam longitudinem rotunda forma, specie botri ac nucis pineæ. Est & ipsa nux pinea conus dictus, quam mulieres in sacris Dionysi manibus portabant. Etenim admodum cordi humano simulis est eius figura. Nam Græci Dionysium cordi præfectum aiunt: quare in eius mysterio quodam peculiari hac facilitate consueuêre. Annotauit Suidas, cuius hæc*

C *sunt uerba: κῶνος δὲ λέγεται, ὁ θυρσοειδὴς τοῦ ὀρεινοῦ καρπός, ὃν θύρσον αἱ γυναῖκες βαστάζουσιν ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς. ἐπειδὴ ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ κώνου τῷ τοῦ ἀνθρώπου καρδίᾳ. ἐπιστάτην δὲ φασιν εἶναι τὸν τῶν ἀνθρώπων καρδιῶν τὸν Διόνυσον. οἰκεῖον οὖν τινι μυστηρίῳ τὸν ἱερὸν, καὶ θύρσον χαριστήριον κωνοφόρον καλοῦσι. Hæc κωνοειδής, σχῆμα τετραγωνον, οἷον σφαιροειδής. Est & κῶνον, unum. Aristophanes in Ranis:*

κῶνον ἀπολέψω γλυκύτατον.

Hinc κωνοφόρος, ἰ. στροφίλος.

Ab huius similitudine baccas cyparissinas, conos nuncupat, ipsamq; cupressum κωνοφόρον Maro uocat. Cupressus, Græcis κυπάρισσος. Cyparissi.] *Latini cupressum dicunt, aut cyparissum, imitatione Græcorum. κυπάρισσος, ἡ κυπαρίσσινος. teste Hesychio. κυπαρίσσια, εἶδος ἀκάνθης. Est & cyparissias herba, ut & cyperus, apud Plinium, seu cyprus. Cypirus arbor, quæ omnium ocyssimè crescat, quemadmodum pseudocypirus frutex. Cæterùm cupressi arboris plena descriptio est apud Plinium lib. 16. cap. 33. estq; una ex ijs quæ difficulter nascuntur. De hac multa Cato prodidit in lib. de re rustica, cap. CL. Nam morosa est, fructu superuacua, baccis torua, folijs amara, odore uiolenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, Diti sacra: quare etiam funebri signis ad domos funestas nobilium Romæ ponebatur:*

Et non Plebeios luctus testata cupressus.

Fundi picem: succisa non regerminat, nisi in Aenaria: non decidunt folia, ut nec edera, nec lauro, nec palma, olea, myrto, pino, & rhododendro. Non sentit cariem aut uetustatem, quemadmodum nec cedrus. Huius arboris semen maximè formicis gratum est. Dedicata Proserpinæ est.

Præcipitis.] *Ab efficiente causa.*

Excutere.] *captum colligere & quòcunq; uenti uocarent, eò cursum intendere: nam omnes uenti secundi sunt, si quò impellant nauem, clauum regimus. Est itaq; hic sensus: Tanta ibi oboriebatur trepidatio, tantaq; animi amentia, ut salutis causa omnis uentus secundus duceretur. Quare si Euronotus (hunc Latini Vulturnum uocant) exortus inter Scyllam & Charybdim misisset, illà cursum tenere certò stabat. Sed quia Helenus diuersum præceperat, ea loca declinare omnino consilium erat, ut si retrò, unde fueramus profecti, cursus uertendus fuisset, cùm interim numinis alicuius beneficio uentus exoptatus, sed cum itineris dispendio adesset Boreas, qui classem à Scylla & Charybdi dispulit, quibus obuersus iacet Pelorus. Itaq; in austrum pulsi, totam Siciliam circumnauigant.* Retrò.] *in Calabriam, aut sinum Tarentinum.*

Lintea.] *carbasa: ex materia, res confecta.*

Ecce.] *Non quidem hoc loco monstrantis particula est, sed attentionem ad rem nouam & insperatam captantis. Ardebat omnino, retrò potius, unde ueneramus, cursum reflectere: quam uentum Vulturnum sequutus, me ac meos in apertum discrimen coniicerem, cùm præter expectationem boreas è Scylla & Charybdi, quas ubi scissa fronte obiectus Pelorus, exortus, nos in meridiem, quà Pachinus Græciam spectat, ad lustrandam omnem eam oram dispelleret, id quod Helenus salubriter faciendum potius monuerat, quàm Scyllam & Charybdim uidisse:*

Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni,
Cessantem, longos & circumflectere cursus,
Quàm semel informem uasto uidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.

Angusta.] *A septentrione Pelorus ubi iacet Italia, boream ex aduerso obtinens. Aquilo à solstitij æstiui meta. βοῤῥᾶς, ἢ βορέας, ἀπὸ τοῦ βοᾶν: id est, boare, quòd uiolenter sæuire ac sonare soleat.*

Angusta à sede Pelori.] *A freto Siculo, quod perangustum inter Pelorum ac Leucopetram medium est. Sed & uerbum Adest fauorem significat. Porrò nominis ratio proditur. Pelorus gubernator ab Annibale ibi conditus fuit. quem idem uir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul inuenti uidebantur continua esse littora & non peruium pelagus, proditum se arbitratus, occiderat.* Viuo.] *natura, non humana opera sic parata. Cyclopum scopulis propinqua est Catana: quibus proxima sunt Symæthum & Terias. Intus campi Læstrygonij, errore Vlyssis celebrati. Oppida, Leontini, & Megaris. Amnis, Pantagies. Quare sinum Megaricum statim adiungit. Pantagias, ἀπὸ τοῦ παταγεῖν, sonitu nomen habet, totus resonans. Antea, quotiens plenis alueis*

auslior iret, totam insulam penè magno sonitu complebat: donec à Cerere, cùm amissam Proserpinam quæreret, placidiùs ire, & fremitum illum suum compescere iussus esset. Megaros'q;.] à Megaride urbe sinui nomen est. Eiusdem nominis Macedoniæ regio est, & oppidum Μέγαρα, Megara τὰ οἰκήματα, ædes. à Megara urbe, μεγαρεύς. Hinc natum prouerbium, μεγαρέων ἄξιοι μερίδος: id est, Megarensium portione digni· ἀντὶ τοῦ, ἄτιμοι: in eos usdelicet, qui notati sunt infamia, eiusmodi enim erant Megarenses. ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, δηλοῖ καὶ σαφῶς οἱ μάρτυρες, ὡς ἄδοξοί τινες, οἱ δὲ τῆς σοφίας τὰ πρῶτα. Et Megarensium lacrymæ, quæ parœmiæ loco celebratur, quoniam multum alij in Megaride nascitur: in eos qui fictas lacrymas fundunt, ac ui lacrymas terendo oculos exprimunt, non autem ex animo. μεγαρίζοντες, κλαίοντες, ὡς μέγα τι πάσχοντες, Megaricæ sphinges, μεγαρικαὶ σφίγγες, πόρναι, scortilla. ἰστέον δὲ ὅτι οὕτω καὶ σφιγκτοὶ, οἱ μαλακοὶ ὠνομάσθησαν. ἢ καὶ ἀπὸ μέρους ὅτι μηχανὰς μεγαρικὰς, Megarica machina, mala. διεβάλλοντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ μεγαρεῖς. μεγαρίζω, τὰ μεγαρέων φρονῶ: id est, idem cum Megarensi opinari. Stilpon philosophus Megarensis erat, illius urbis, quæ in Græcia est, qui eloquentia ac oratoria dicendi facultate (τῇ ἐριστικῇ καὶ σοφιστικῇ, inquit Suidas) in tantum reliquos superauit, ut propemodum tota Græcia in eum conuersa, Megarensia saperet, μεγαρίζει. Tapsum]Tapsus insula est modico 10. stad interuallo à Sicilia. Huic nomen quidam dedisse putant ἀπὸ τοῦ θάπτω, sepelio quòd plana sit. ac subinde mari tota perfundatur. aspera in tenuem mutata. Humilia & depressa, iacentia appellantur. Est & Tapsus Numidiæ oppidum. Monstrabat.]Refert eorum locorum cognitionem ad Achemeniden, qui paucis antè mensibus cum suo duce omnem eam oram peruerrarat. Hinc errata uocat, errore cognita.

ARGVMENTVM.

Reliqua Siciliæ loca, quæ nauigando prætereuectus fuerat, recenset: quorum postremus Drepanum fuit. ubi Anchises cum senio, tum longæ nauigationis iactatione fatigatus, fatis concedit: cuius obitum dolenter, ac piè, ut optimum filium decet, deplorat.

NASC.

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum, nomen dixêre priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.
Numina magna loci iussi ueneramur, & inde
Exupero præpingue solum stagnantis † Helori.
Hinc altas cautes, proiectaq; saxa Pachyni
Radimus: & fatis nunquam concessa moueri
Apparet † Camarina procul, campiq; Geloi,
Immanisq; Gela, fluuij cognomine dicta.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.
Teq; datis linquo uentis palmosa † Selinis:
Et uada dura lego saxis Lilybæia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit: † hinc pelagi tot tempestatibus † actus,
Heu genitorem, omnis curæ, casusq; leuamen,
Amitto Anchisen. hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis:
Nec uates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta uiarum.
Hinc me digressum, uestris Deus appulit oris.
Sic pater Aeneas intentis omnibus, unus
Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat.
Conticuit tandem, factoq; hic fine quieuit.

† al. Elori. † al. Camerina. † al. fortas. Selinus: † al. hic † al. actis.

Sicanio prætenta sinu.] Plemmyrium insulam describit, quam antiqui-tus Ortygiam nominatam fuisse memorat. circa Siciliam est ex opposito Plemmyrij fluminis: unde forsitan nomini sortita est. Alpheum fama est huc Elidis amnem.] id fabulosum esse, atque ab omni ueritate alienum indicare uidetur Poëta, cùm ait, fama est. ut in sexto Aeneid. de Dædalo:

» Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,
» Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.

Pomponius tamen Mela in calce secundi libri hoc uerum esse affirmat: cuius uerba hoc habent: Arethusa fons est, in quo uisuntur iacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponnesiaco littori infusum: unde creditur non se consociare pelago: sed subter maria, terrasq; depressus huc agere Alueum, atque hic se rursus extollere. Hinc altas cautes.] loci asperitatem ostendit. Apparet Camerina procul, campiq; Geloi, Immanisq; Gela, fluuij cognomine dicta, Arduus inde Agragas.] hæc omnia κατὰ πρόληψιν figuram à Marone dicta multi contendunt: quia inter Geographos constat, hæc oppida non fuisse, quo tempore Aeneas nauigabat. quam opinionem non probat Seruius interpres, quoniam ex persona narrantur Aeneæ · sicuti nec illud ex 6. Aen. recipit Gellius:

» portusq; require Velinos.

Quia ex Palinuri persona refertur. Alciatus in parerg. non de oppidis Poëtam sentire autumat, sed de campis, & fluminibus, quæ procul dubiò semper fuerunt. ego uero non de fluminibus. sed de oppidis intelligendum esse existimo: quæ etsi post multos, quàm Aeneas nauigauerat, annos, condita fuisse constat, tamen sub persona Aeneæ nominari posse absq; erroris labe exemplo grauissimorum poëtarum, quos auctores Virgilius secutus fuisse iudicatur, facilè comprobari potest. si quidem à Græcis adnotatum est Triptolemi temporibus Pythia primum cœpisse annis post Orestem propemodum sexcentis. fingit tamen in Electra Sophocles Clytemnestra à Pædagogo nunciari Orestem in Pythicis: hoc est, in Delphicis periisse certaminibus. uerba Sophoclis ita habent:

» ἐλθὼν γὰρ εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος Δελφικῶν ἄθλων χάριν,
» ... ἀθλοῦσ' ...
» ...

Et pan-

A *Et paulò infrà queritur Clytemnestra quomodo perierit Orestes:*

» ——ἱμοὶ Κρεῖσσων

» τέθνηκας ἀπὸ τοῦ ἀχθεο δεῖμαυτα

» ἐπ' ὀλομένῳ πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πῦρ φρόνεο

» προσχαιρ' ὁ ὅλον ἀνάκαμπον ἄλλον χαίρειν.

Et reliqua per 70. uersus item in Trachinijs fingit Deianiram Solonis illam sententiam proferre, neminem ante obitum dici beatum posse. fuit tamen Solon Deianira longè posterior. ijsdem exemplis locus ille defenditur ex 6. Aeneid.

» ——portusq; requirite Velinos,

Aduersus Virgiliomastices. hæc figura ab alijs ἀναχρόνισμος, à nonnullis uerò πρόληψις appellatur. de Camarina à fato moueri non concessa Seruius longam texit historiam: ex qua ductum est prouerbium, mouere Camarinam: id est, sibi ipsi malum accersere.

Magnanimum quondam.] *ab equorum præstantia oppidum laudat.* Palmosa Selynis.] *ἀναφορὰ ad urbem Selynem. quam palmosam ideo uocat, quia iuxta illam, sicuti in alijs Siciliæ locis, palmarum agrestium*

B *multitudo ingens nascitur. Cic. act. ult. contra Verrem.*

Et uada dura lego.] *difficultatem, periculumq; nauigandi in illis locis ostendit.*

Et illætabilis ora.] *πάθος à dolore propter amissum parentem cuius mortem describens uarios mouet commiserationis affectus tum ex actis laboribus suis, tum etiam ex insperato ipsius Anchisæ patris casu: quod eo adiumento priuatus est, ubi se conquieturum sperabat: cuius in consilio omnes curas, anxietatesq; animi deponere solebat, genus peripetiæ est: quæ totam hanc contextus partem amplectitur.* Heu genitorem] *exclamatio doloris plena, & ex nimio amoris affectu deducta.*

Omnis curæ, casusq; leuamen.] *locus commiserationis est ex deploratione incommodorum.*

Hic me pater optime] *affectum commiserationis amplificat per apostrophen diuersum autem hoc ab historia Strabonis est: qui Aeneam unà cum Anchise patre, & Ascanio filio Laurentum peruenisse: Pausanias uerò Anchisen in Arcadia perijsse literis prodidit.*

Heu tantis nequicquam erepte periclis.] *queritur Aeneas, & præ nimio dolore iterum exclamat:*

C *atq; coram Didone sic quasi cum patre loquitur, ut eum præsentem habere uideatur. unde beneuolentiam Didonis occulte sibi comparat ex ingenti erga patrem suum pietate.* Nec uates Helenus.] *dolorem suum exaggerat ex insperato incommodorum euentu: nam quæ præuidentur, iacula minus ferire solent, & omnia repentina grauiora. designat autem hunc de patris obitu dolorem sibi longè omnibus alijs incommodis fuisse grauiorem.*

Hinc me digressum, uestris Deus appulit oris.] *Didonis animum confirmat, illiusq; beneuolentiam & gratiam sibi conciliat ex euentu rei, cùm se ad eam Deorum uoluntatem dicat accessisse.*

Sic pater Aeneas.] *Conclusio est per enumerationem ex persona Poëtæ: quam Græci ἀνακεφαλαίωσιν uocant. breuiter enim repetit capita rerum, quæ in secundo, & in tertio libro latiùs, fusiusq; tractârat.*

Fata renarrabat Diuûm.] *id est ea, quæ in secundo continentur libro, refertur.*

Cursusq; docebat.] *designat, quæ in hoc tertio libro tractantur.*

Conticuit tandem.] *diuturnitatem, ac fortasse etiam molestiam narrantis expressit. illud uerò præter cætera obseruandum est, singulos huius primæ Epopeiæ partis libros alicuius uel miseratione, uel morte finiri. nam primus commiserationem Didonis continet: secundus Creusæ obitum habet: tertius Anchisæ: quartus necem Didonis: quintus casum Palinuri: sextus Marcelli acerbum, atq; immaturum claudit interitum. itaq; fit ut singuli libri pathetici esse uideantur & re uera sint.*

Sicanio.] *Per occasionem in descriptionem amnis prodigiosi transit. A' Peloro usque ad Pachynum, omnis ea ora quæ suo excursu Ionium mare attingit, hæc habet oppida illustria: Messanam, Tauromenium, Catinam, Megarida, Syracusas, & fontem Arethusam mirabilem: in quo, inquit Mela, uisuntur iacta in Alpheum amnem, Peloponnesiaco litori infusum. Vnde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maris terrasq; depressus, huc agere alueum, atq; hic se rursus extollere. Sed de Arethusa paulò pòst.* Plemmyrium undosum]*Quidam Siciliæ amnem esse dicunt, qui per agrum Syracusanum labitur. Est autem promontorium magno Syracusanorum portui accubans, ἀπὸ τοῦ πλημμύρω, exundo, πλημμυρὶς exundatio, καὶ ταραχή. Contrà Plemmyrium Siciliæ est Ortygia cum amne Arethusâ. Arethusam Poëtæ fabulantur aliquando uenatricem fuisse nympham, quæ cùm fortè lassa in Alpheo flumine se lauaret, ab eo adamatam. Illam, cùm amatorem fugeret, in Sicilia in sui nominis fluuium uersam. Addunt transformationem miraculum sequutum: Alpheum per occultos terræ meatus eam insequutum, & quidem subter mare, donec illi in Sicilia misceretur. Fabulosum id quidem, sed haud temerè commentatum. Nam mirum est, si sit uerum, quod Alpheus ex Triphylico littore subter mare in Siciliam fluat, & ibi in Arethusa amne caput rursum attollat, labaturq; priori amisso nomine, in mare. Neq; solùm uerò id apud poëtas, ut Pindarum, Vergilium & alios proditum legere est, sed etiam Geographos, & diligentissimos reconditarum rerum naturalium inuestigatores. Timæus omnium primus eius miraculi fuit obseruator, & author, qui id in literas inserit: adducitq; eo argumento, (ut quidam arbitrantur) quòd poculum Olympiæ in Alpheum casu quodam deiectum, in Arethusa rursum apparuerit. Adhæc obseruatum fuerint in sacris Olympiacis, ob celebrem Græciæ in eum locum conuentum, sordibus in amnem dilabentibus, ipsum ad Syracusas fontem turbidum fluere solitum. Sed cùm in confesso sit, Alpheum in pelagus deuolui: nec ullum esse circa mare terræ hiatum, quo absorptus subtermeare posset: neq; eo impetu in pelagus descendat, ut potabiles aquas per tantam maris uastitatem in Siciliam secum ferre posset, iccirco id uniuersum fabulosum uidetur, quòd à uetustate de his amnibus traditum diximus: maximè cùm, teste Strabone, nullus circa mare sit specus, per quem præcipitatus amnis tam prodigiosos moliretur cursus. Hoc tamen memoratu dignum de Alpheo apud scriptores haudquaquam proletarios scriptum inuenio, quòd eius aquæ albas maculas tollere credantur, & impetigines: unde uerisimile est, nomen amni factum. ἀλφὸς enim uitiligo est. Plutarchus in libello περὶ ποταμῶν. grauissimus author est, Alpheum initio Stymphalũ, à Stymphelo Martis & Dormothea filio dictum: & Alpheum postea appellatũ à quodã, qui è genere Heliadum fuerit. Hic cùm de uirtutis palma* LAMB. Hort.

cum Germano decertans, eum interfecisset, à pastoribus in amnem Nyctimum pulsus, se praecipitem dedit (nam hic postea Stymphelus uocatus fuit) ac nomen mutauit. Idem author annotauit ex primo lib. Ctesiae, in Alpheo nasci herbam, quam elixam mente captis bibendam medici praebere solent: qua hausta, illi à furore liberentur. Addit aliud quiddam multò magis mirum, de propinquo monte Cromo, & qua ratione is à Saturno nomen sit adeptus· μετὰ τὴν, inquit, γιγαντομαχίαν, ἱερὸν τοῦ διὸς ἀπολλῶνα ἐκάλεσαν, ὡς ὅρ© παρεγίνετο κρόνον, ὃν ἐπ' αὐτοῦ κρόνιον μετωνόμασαν. αὐτὸν δὲ περὶ ἐλαίαν γὰρ καιρὸν, καὶ ἀφορμῆς δραξάμεν©, δίφρον ἀναλαβὼν τὴν θυσίαν. γεννᾶται δ' ἐν τῷ τινα εὐκινδρ© λεγόμεν© λίθ©, ἀπὸ τοῦ συμπτώματ©, εὑρίσκεται γὰρ ἂν ἀκριβῆ ζηνὸς, ὁ βροντήσας, τοσαυτάκις ἀπὸ τῆς ἐν στροφῆς διὰ φόβον κυλίεται. Huius miraculi authorem citat Dercyllum in primo de lapidibus. Chrestomathiae author annotat, Alpheum circa Olympiam, Celadontem, & Erymanthum, aliosq; praeterea amnes secum abreptos in Siculum tantum pelagus effundere. Priorem fabulam, ut historiam, his uerbis adducit item Suidas· ἀλφειὸς ποταμὸς τῆς ἀρκαδικῆς πίσσης, ὃ πάντα κατὰ τὴν πελοπόννησον. ἀνέμιγ© διὰ τοῦ ἐν δρίμυλλ© θαλάσσης, εἰς τὸ πέλαγ©, μηδαμῶς τῇ ἅλμῃ μιγνύμεν©, κατὰ τὴν νῆσον ἀναδίδοται σικελίας, περὶ τὴν πηγὴν τὴν λεγομένην ἀρέθουσαν, ὡς ἂν πάντως λεγόμεν©, ἀλλ' ἐνταῦθα τρίχα τις ἀλφειὸς πίνων, ἔτι συντόμως τρέχει, ἀπὸ ὀλυμπιακὸς καθαιρόμενος ἀπὸ τοῦ παραρρέοντ© ποταμοῦ. Idem multo lucidentius eiusdem fluminis naturam, cursum & αὔξησιν describit· ὃς ἐκ τῆς πηγῆς ἀφανὴς κρύπτεται. καὶ πολὺν ἐπελθὼν τόπον ὑπὸ γῆς, ἀναδύεται περὶ λυκόαν τῆς ἀρκαδίας. ὁ δὲ ποταμὸς ὁ πολὺν τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς, κρυπτεὶς ἐπὶ δέκα σταδίους, πάλιν ἀνεῖσι. καὶ τὸ λοιπὸν φερόμεν© διὰ τῆς μεγαλοπολίτιδ©, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρός, εἶτα λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς, πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν ἐν τοῖς δέκα σταδίοις ἀφανὴς γίνεται πρὸς λυκόαν, ὅθεν προσλαβὼν καὶ τὸ τοῦ λουσίου ῥεῦμα, παντελῶς ἄβατ© ἂρ καὶ βαρύς. Alpheus, inquit, è fontibus ortus, extemplò occultatur, donec multum loci sub terra emensus, rursus circa Lycoam Arcadiae rebulliat. Hic enim amnis non procul ab ipso fonte, unde ortum ducit, ad 10. stadia conditus, rursum emergit. Inde reliquum loci labens per Megalopolim, circa initia uelox, postea augescens ac peremetiens dictam regionem, ad 10. stadia exerit se illustrius ad Lycoam: ubi assumpto flumine Lusio, fit prorsus irremeabilis & uiolentus. Itaq; cùm Poëta Alpheum subter mare ferri, ac cum Arethusa in Sicilia misceri dicat, oraculum uetus propemodum ad uerbum reddidit. Est autem id tale:

" ὀρτυγία τ' ἀνται ἐν ἠεροειδεῖ πόντῳ,
" θρινακίης καθύπερθεν, ἵν' ἀλφειοῦ στόμα βλύζει,
" μισγόμενον πηγαῖς ἐϋρρείτης ἀρεθούσης.

E'ορτυγίας, uel quòd statim erumpat in mare, & ad Eliadem in fontem uersa, subterraneis meatibus in Siciliam feratur: uel ab Euripo Euboeae iuxta Chalcidem, ubi aquae Arethusae dictae fuêre. Caeterùm fabulam Alphei & Arethusae refert Ouid. lib. Metamor. 5. Et Lucan. eius meminit in 3.

" ——populisq; per aequora mittens
" Sicaniis Alpheus aquas.——

Silius Ital. lib. 13.

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat "
Alpheon, sacrae portantem signa coronae. "

A

Sed longè uenustissimè Papinius, in Epithal. Stell. & Vol.

——tenuide sic transfuga Pisa, "
Amnis in externos longè flammatus amores, "
Flumine demersa trahit intemerata canali, "
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo "
Ore bibat fontes miratur dulcia Nais "
Oscula, nec credit pelago uenisse maritum. "

Sed & Moschi Graeci Poetae uersus adscripsimus, quos Latini ceu amussim quandam diligenter sunt imitati. hi non sol in rei miraculum, uerùm etiam amoris uim eleganter exprimunt:

ἀλφειὸς μετὰ πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ, "
ἔρχεται εἰς ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ, "
ἕδνα φέρων, φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱράν. "
καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι. τὰν δὲ θάλασσαν "
νέρθεν ὑποτροχάει, κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ, "
ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένω ποταμοῖο. "
κῶρ© δεινοθέτας κακομάχαν©, αἰνὰ διδάσκων "
καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβᾶν. B

Haec hic exoleto pristino nomine, Rophea nuncupatur: ac Pisam praeterlapsus in mare effunditur. Elidis.] Strabo lib. 4. Elidis situm paucis uerbis circumscribit: Eleam, inquit, hodie omnem eam regionem nominant, quae inter Messeniam & Achaiam propriè dictam, ad mare usq; interiacet, mediterraneis sese ad Arcadiam iuxta Pholoën montem, Azanas & Parrhasios extendentibus. Itaq; ab ortu Arcadiae iungitur, ab occasu clauditur Siculo mari: ad septentrionem Acarnania, Cephalenia, Ithaca, Echinadibus insulis ἀντίπορθμ© est. Per hanc itaq; funditur Alpheus. In Elide quondam sedecim urbes fuisse memorant. inter quas & Pisaeos diuturna certamina item exercuisse. Aberat Pisa ab Elide 50. stadia. Has controuersias matronae ex singulis urbibus lectae, admirabili dexteritate ad postremum diremerunt. Harum autem urbium celeberrimae fuêre, Elis, Pylos, Olympia, Pisa. Hic quinquennalia illa ueteribus scriptoribus, sed praecipuè Pindaro decantata certamina Olympica, in honorem Iouis Olympij celebrabantur. Confluebat eò quinto quoq; anno ingens hominum uis ex tota Graecia, cùm propter Iouem, quo nihil putabatur maius, tum ob ipsa certamina omnium agonum maxima. Qui in Olympia uictores praeconis uoce declarabantur, omnium spectatorum ora in se conuertebant. Ex Eleis unus initio iudex, inde duo, postremò nouem eligebantur, qui iureiurando abnoxij uictores declarabant. Hi ἑλλανοδίκαι appellabantur· ἱερεὺς, οἱ καθόρωσι ἐς τοὺς ἀγῶνας. Centesima tertia Olympiade, primùm duodecim lecti sunt: qui tamen numerus postea, bello ortu inter Eleos & Arcades, mutatus fuit. Ore.] Auersio. Numina.] Et in periculis optimo principi cura religionis necessitas eorum locorum, quae praeternauigat, ut nusquam non memor sit praeceptorum uatis Heleni. Exupero.] praeteruehor. Est autem Helorus, amnis uastus & ingens. Meminit huius Pindarus Nemeorum hymno nono:

ἕκτορι μὰν κλέ© ἀνθῆσαι σκαμάνδρου χεύμασιν "
ἀγχοῦ βαθυκρημνοῖσι δ' ἀμφ' ἀκταῖς ἑλώρου. "

Et diligens lector hic expendat, cur Stagnantem uocet, cùm à Silio clamosus Helorus dicatur. Quoniam autem sæpè alueos suos excurrere, & proximos ripae agros perfundere

C

A *fundere solet, ex limo relicto solum pinguius est, & gleba feracior. quare solum præpingue Poeta uocat. Nomen flumini datum mueniò à rege quodam Heloro, qui id ponte in agno iunxerit. Alij uolunt ab Heloris quibusdam, quibus Argos profectis huiusmodi oraculum redditum fuit, ne amnem sine nomine transirent. Hi contemptu oraculi monitu abiuerunt. Vbi ad flumen iam peruenissent, in eo ibi traiectu unà cum equis submersi perierunt. ab his nomen amnis sortitus est.* ὁ δὲ ποταμὸς ἕλωρος ἐκλήθη ... βασιλέως ... ἐπὶ τὸν ἀρχὸν, καὶ ... ποταμόν. ... Proiectáque.] *in mare excurrens, & porrò iactata, usitata consuetudine. Idem alibi:*

» ——proiecto dum pede læuo,
» *Aptat se pugnæ.* ——

Lycophron lepida catachresi Pachynum ... *uocat: id est, cacumen insulæ. Est autem* ... ἄκρον τοῦ δόρατος *hoc est, summitas siue cuspis hastæ.*

B *& per catachresin, pro quauis re* ... *in acutum exeunte. In hoc promontorio fertur Vlysses Hecubæ, nocturnis terriculamentis ac spectro illius agitatus, cenotaphium posuisse.* ... *Spectat Pachynus Græciam.* Radimus.] *Metaphora: remigando prænauigamus.* Camarina.] *Oppidum est, & eiusdem nominis palus. Hæc cùm olim pestem siccata genuisset, uetuit eam Deus moueri penitus, oraculo consulto. Illi non obtemperantes diuino responso, eam repurgarunt. Cessauit quidem pestis: sed per eam ingressis hostibus, pœnas neglecti oraculi dederunt. Eadem fermè Suidas refert sed addit, quibusdam uideri fruticem, cuius ramos si quis commoueat, aut quatiat, tetrum odorem edere. Stephan.* περὶ πόλεων:

» μὴ κίνει Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Et libro tertio ... :

» μὴ κίνει Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Pindarus Olympiorum Hymno quinto, Camarinam Oceani filiam uocat:

» ὠκεανοῦ θύγατερ Καμάρινα.

Quo loco interpres addit: ἐνταῦθα δὲ πόλις Καμάρινα, καὶ

C λίμνη. ... *Ab eadem aliud natum est prouerbium,* Καμαριναίους λέγειν, *Camarinè loqui, pro* ... *præcisè, audacter & synceriter loqui. Camarinæi, à Iuuenale inter uetustæ nobilitatis familias recensentur. Hesychius,* ... *uocat* καμάρας. *Quare fieri potest, ut ab horum ferocia natum sit prouerbium. Idem author docet, columnas quasdam, in quibus depictus erat Asiæ circuitus,* καμάρας *dictas* ... *Fortassis, inquit Erasmus, ab hac ostentatione dicti sunt Camarinè loqui, qui sese iactitarent barbarico more.* καμάτια, κοιτὼν καμάρας ἔχων, *cubile multas habens cameras.* καμπίς, κοσμάριον γυναικεῖον, *muliebre ornamentũ.* καμάρα, *fasciculus, uia. Cæterùm, ut aliæ pleræque urbes, in Sicilia condita fuit, quo tempore Tarquinius Priscus Romæ regnauit. Vt autem noster Poëta hic à calumnia uindicetur: non loquitur hic de ipsis oppidis, sed de campis & fluminibus, quæ à rerum conditione extiterant. Multæ enim Siculorum urbes postea à fluminibus & paludibus nomina sumpserunt: ut Syracusa, Gela, Imera, Selinus, Phœnicois, Eryx, Camarina, Acragas: ita ut iuxta regulam iuris, è præsenti præteritum accipiatur.* Geloi.] *Antiphemus è Rhodo, Eutimus è Creta profecti, colonias deducentes, Gelam condiderunt, anno quinto & quadragesimo quàm Syracusæ cœptæ essent habitari. Nomen urbi fecit uicinus amnis Gelas. A fronte Pachyni flumen Hirmenum est, oppidum Camarina flu. Gelas: inde Acragas, inter Lilybæum & Pachynum.* Agragas.] ... *masculino genere extulit. Hanc urbem, quidam authores sunt initiò Aegestam uocatam. Gelenses, centum circiter annos post urbem ad Gelam amnem conditam, Acragantem coluerunt, & ipsam à proximo amne sic dictam, lectis author. Pistilo & Aristono. Acragantem Latini Agrigentum dixerunt. Edidit tyrannum Phalaridem, & philosophum Empedoclem. Laudat urbem à fœcunditate nobilium equorum,* ... *Sita est in ea insulæ ora, contra meridiem, inter Himeram amnem, & Hispam. Fuerunt qui existimarent, Ionum fuisse coloniam. Iam & magnanimûm uocat, pro, magnanimorum: syncope. Didymus author est, Acragantinos à quibusdam Lotophagos autumari rursum ab alijs Camarinæos. Fuit & scriptor clarus Acragas. Quidam Acragantem, ab Acragante Iouis & Asteropes filio dictum putant. Polybius ab* ... *quæ campus fuit circa amnem, ubi ciuitas postea condita fuit, propter terræ bonitatem.*

Teque.] *Austriu. Palmosam Selinuntem uocat, à palmarum syluis. Post Acragantem Thermæ sunt, coloniæ: mox amnes, Atys, Hipsa, & Selinus: inde Lilybæum oppidum, & promontorium Drepanum, & mons Eryx. Ibi occurrunt oppida Panormũ, Selinus, & Himera: fluuius Cephaledis: Aleuntium, Agathyrsum: Tindaris colonia: oppidum Mylæ. ibi Pelorus Italiæ oppositus. Cæterùm Selinuntis conditores fuisse memorantur Megarenses, regnante Romæ Tullo Hostilio.* Vada.] *quia promontorium in pelagus excurrens, proxima quæque uadosa efficit, ut saxa latentia & cautes sub summa aqua periculosa sint nauigantibus. Cæca ob id uocat, quasi non apparentia in summa aqua, neque extantia.* Drepani.] *Drepanum, siue Drepana, à falce nomen habet: sed diuersæ rationes à diuersis adducuntur. Ferunt circa hanc urbem Saturni falcem cecidisse. & quidem hac de causa, quod ipsa regio frugum ferax sit.* δρέπανον, *falx. uel ἀπὸ τοῦ δρέπω, uindemio. Apollonij enarratio festiuum commentum adducit de etymo uocis* ... *Loquitur de Corcyra insula, quæ initiò Drepane dicta fuit. Et paulò pòst.* ... *Hæc ille de Macride, quæ & Corcyra, à Corcyra Aesopi filia, dicta fuit. Eandem autem insulam initiò Drepanen dictam, & Scheriam, author est Aristoteles in Corcyræorum politia, adduç*

cum Germano decertans, eum interfecisset, à pastoribus in amnem Nyctimum pulsus, se præcipitem dedit (nam hic postea Stymphelus uocatus fuit) ac nomen mutauit. Idem author annotauit ex primo lib. Ctesiæ, in Alpheo nasci herbam, quam elixam mente captis bibendam medici præbere solent: qua hausta, illi à furore liberentur. Addit aliud quiddam multò magis mirum, de propinquo monte Cronio, & qua ratione is à Saturno nomen sit adeptus· μετὰ τὴν, inquit, γιγαντομαχίαν, Κρόνος τὰς δίκας ἐκκλίνων, εἰς ὄρος παρεγένετο ἕτερον, ὃ ἀπ' αὐτοῦ πρότερον μετωνόμασεν. καθὼς δὲ πρὸς ὀδύνην πατρὸς, καὶ ἀφορμῆς δεασάμενος, ἀνῆρεν ἐκ ... τῆς ... γεννᾶται δὲ ἐν τῷ τούτῳ κόνιοδος λαχύμενος λίθος, ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. ὁπόσαι γὰρ ἂν ἀστράψῃ Ζεὺς, ἢ βροντήσῃ, τοσαυτάκις ἀπὸ τῆς κορυφῆς διὰ φόβον κυλίεται. Huius miraculi authorem citat Dercyllum in prima de lapidibus. Chrestomathiæ author annotat, Alpheum circa Olympiam, Celadontem, & Erymanthum, aliosq; præterea amnes secum abreptos in Siculum tantum pelagus effundere. Priorem fabulam, ut historiam, his uerbis adducit item Suidas· ἀλφειὸς ποταμὸς τῆς ἀρκαδικῆς πόλεως, ὃ νῦν κατὰ τὴν πελοπόννησον. λούμενος διὰ τῆς ἀνδρείας ἐκκλίθεις, ἐς τὸ πέλαγος, μηδαμῶς τῇ ἀλομορίδι μιγνύμενος, κατὰ τὴν ῥύσιν ἀναδίδοται σικελίας, περὶ τὴν πηγὴν τὴν λεγομένην ἀρέθουσαν, ὡς ἂν ταύτης ἐρώμενος, ἀλλ' ὅταν ἐν τρίχα τις ἀλφειὸν πίνῃ, εἶτα συντόμως τρίχα, καὶ ὀνομαστὸς καλιοδρόμος ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ. Idem multo luculentius eiusdem fluminis naturam, cursum & αὔξησιν describit· ὃς ἐκ τῆς πηγῆς ἀθέως κρύπτεται. καὶ πολὺν ἐπελθὼν τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβαίνει περὶ λυκόαν τῆς ἀρκαδίας. ὁ δὲ ποταμὸς ὁ πολὺν τόπον ἐπισχὼν τῆς πηγῆς, κρυπτὸς ἐπὶ δέκα σταδίους, πάλιν ἐκπίπτει. καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ τῆς μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἶτα λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς, πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν ἐπὶ δέκα σταδίους ἐκφανὴς γίνεται πρὸς λυκόαν, ὅθεν προσαναλαβὼν καὶ τὸ τοῦ λουσίου ῥεῦμα, παντελῶς ἄβατος ἂν καὶ βαρύς. Alpheus, inquit, è fontibus ortus, extemplò occultatur, donec multum loci sub terra emensus, rursus circa Lycoam Arcadiæ rebulliat. Hic enim amnis non procul ab ipso fonte, unde ortum ducit, ad 1 0. stadia conditus, rursum emergit. Inde reliquum loci labens per Megalopolim, circa initia uelox, postea augescens ac permouens dictam regionem, ad 2 0. stadia exerit se illustrius ad Lycoam: ubi assumpto flumine Lusio, fit prorsus irremeabilis & uiolentus. Itaq; cùm Poëta Alpheum subter mare ferri, ac eam Arethusæ in Sicilia misceri dicat, oraculum uetus propemodum ad uerbum reddidit. Est autem id tale:

ὀρτυγίη τ' κεῖται ἐν ἠεροειδεῖ πόντῳ,
θρινακίης καθύπερθεν, ἵν' ἀλφειοῦ στόμα βλύζει,
μισγόμενον πηγαῖς εὐρείαις ἀρεθούσης.

E'ὐρείαις, uel quòd statim erumpat in mare, & ad Elidem in fontem uersa, subterraneis meatibus in Siciliam feratur: uel ab Euripo Eubœæ iuxta Chalcidem, ubi aquæ Arethusæ dictæ fuêre. Cæterùm fabulam Alphei & Arethusæ refert Ouid. lib. Metamor. 5. Et Lucan. eius meminit in 3.

——populisq; per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas.——

Silius Ital. lib. 13. A

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alphean, sacra portantem signa corona.

Sed longè uenustissimè Papinius, in Epithal. Stell. & Vol.

——timidè sic transfuga Pisa,
Amnis in externos longè flammatus amores,
Flumine demerso trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibat fontes miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago uenisse maritum.

Sed & Moschi Græci Poetæ uersus adscripsimus, quos Latini ceu amussim quandam diligenter sunt imitati. hi non solùm rei miraculum, uerùm etiam amoris uim eleganter exprimunt:

ἀλφειὸς μετὰ πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
ἔρχεται ἐς ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
ἕδνα φέρων, φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱράν.
καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι, τὰν δὲ θάλασσαν
νέρθεν ὑποτροχάει, κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ,
ἁ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένω ποταμοῖο
κῶρος δεινοθέτας κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων
καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον ἔρως ἐδίδαξε κολυμβῆν. B

Hodie exoleto pristino nomine, Rophea nuncupatur: ac Pisam præterlapsus in mare effunditur. Elidis.] Strabo lib. 4. Elidis situm paucis uerbis circumscribit: Elaam, inquit, hodie omnem eam regionem nominant, quæ inter Messeniam & Achaiam propriè dictam, ad mare usq; interiacet, mediterraneis sese ad Arcadiam iuxta Pholoen montem, Azanas & Parrhasios extendentibus. Itaq; ab ortu Arcadia cingitur, ab occasu clauditur Siculo mari: ad septentrionem Acarnania, Cephalenia, Ithaca, Echinadibus insulis ἀντίπορθμός est. Per hanc itaq; funditur Alpheus. In Elide quondam sedecim urbes fuisse memorant, inter quas & Pisæos diuturna certamina item extitisse. Aberat Pisa ab Elide 5 0. stadia. Has controuersias matronæ ex singulis urbibus lectæ, admirabili dexteritate ad postremum diremerunt. Harum autem urbium celeberrimæ fuêre, Elis, Pylos, Olympia, Pisa. Hic quinquennalia illa ueteribus scriptoribus, sed præcipuè Pindaro decantata certamina Olympica, in honorem Iouis Olympij celebrabãtur. Confluebat eò quinto quoq; anno ingens hominum uis ex tota Græcia, cùm propter Iouem, quo nihil putabatur maius, tum ob ipsa certamina omnium agonum maxima. Qui in Olympia uictores præconis uoce declarabantur, omnium spectatorum ora in se conuertebant. Ex Eleis unus initio iudex, inde duo, postremò nouem eligebantur, qui iureiurando abnoxij uictores declarabant. Hi Hellanodicæ appellabantur· ἀρεταὶ, οἱ καθήμενοι ἐς τοὺς ἀγῶνας. Centesimatertia Olympiade, primùm duodecim lecti sunt: qui tamen numerus postea, bello orto inter Eleos & Arcades, mutatus fuit. Ore.] Aurisio. Numina.] Et in periculis optimo principi cura religionis inerat eorum locorum, quæ præternauigat, ut nusquam non memor sit præceptorum uatis Heleni. Exupero.] præteruehor. Est autem Helorus, amnis uastus & ingens. Meminit huius Pindarus Nemeorum hymno nono: C

Ἑλώρῳ μὲν καὶ ἀνθέων σκαμάνδρου χεύμασιν
ἀγχοῦ βαθυκρημνοῖσι δ' ἀμφ' ἀκταῖς ἰκάρυ.

Et diligens lector hic expendat, cur Stagnantem uocet, cùm à Silio clamosus Helorus dicatur. Quoniam autem sæpè alueos suos excurrere, & proximos ripæ agros perfundere

A *fundere solet, ex limo relicto solum pinguius est, & gleba frescior. quare solum præpingue Poëta uocat. Nomen flumini datum uaenio à rege quodam Heloro, qui id ponte magno iunxerit. Alij uolunt ab Heloris quibusdam, quibus Argos profectis huiusmodi oraculum redditum fuit, ne amnem sine nomine transirent. Hi contemptu oraculi monitu abiuerunt. Vbi ad flumen iam peruenissent, in eius traiectu unà cum equis submersi perierunt. ab his nomen amnis sortitus est:* [illegible] **Proiectáque.**] *in mare excurrentia, & porrò iactata, uetusta consuetudine. Idem alibi:*

» —— *proiecto dum pede læuo,*

» *Aptat se pugnæ.*

Lycophron lepida catachresi Pachynum [illegible] *uocat: idest, cacumen insulare. Est autem* [illegible]*: hoc est, summitas siue cuspis hastæ.*

B *& per catachresin, pro quauis re* [illegible]*, in acutum exeunte. In hoc promontorio fertur Vlysses Hecubæ, nocturnis terriculamentis ac spectro illius agitatus, cenotaphium posuisse.* [illegible] *Spectat Pachynus Græciam.* **Radimus.**] *Metaphora remigando præternauigamus.* **Camarina.**] *Oppidum est, & eiusdem nominis palus. Hæc cùm olim pestem siccata genuisset, uetuit eam Deus moueri penitus, oraculo consulto. Illi non obtemperantes diuino responso, eam repurgarunt. Cessauit quidem pestis: sed per eam ingressis hostibus, pœnas neglecti oraculi dederunt. Eadem fermè Suidas refert: sed addit, quibusdam uideri fruticem, cuius ramos si quis commoueat, aut quatiat, tetrum odorem edere. Stephan.* [illegible]

» [illegible]

Et libro tertio [illegible]*:*

» [illegible]

Pindarus Olympiorum Hymno quinto, Camarinam Oceani filiam uocat:

» [illegible]

Quo loco interpres addit: [illegible]

C [illegible] *Ab eadem aliud natum est prouerbium,* [illegible]*, Camarinè loqui, pro* [illegible] *præcisè, audacter & synceriter loqui. Camarinæi, à Iuuenale inter uetustæ nobilitatis familias recensentur. Hesychius,* [illegible] *uocat* [illegible]*. Quare fieri potest, ut ab horum ferocia ortum sit prouerbium. Idem author docet, columnas quasdam, in quibus depictus erat Asiæ circuitus,* [illegible] *Fortassis, inquit Erasmus, ab hac ostentatione dicti sunt Camarinè loqui, qui sese iactitarent barbarico more.* [illegible]*, cubile multas habens cameras.* [illegible]*, muliebre ornamentũ.* [illegible]*, fasciculus, uia. Cæterùm, ut aliæ pleræque urbes, in Sicilia condita fuit, quo tempore Tarquinius Priscus Romæ regnauit. Vt autem noster Poëta hic à calumnia uindicetur: non loquitur hic de ipsis oppidis, sed de campis & fluminibus, quæ à rerum conditione extiterant. Multæ enim Siculorum urbes postea à fluminibus & paludibus nomina sumpserunt: ut Syracusæ, Gela, Imera, Selinus, Phœnicois, Eryce, Camarina, Acragas: ita ut iuxta regulam uetis, è præsenti præteritum accipiatur.* **Geloi.**] *Antiphemus è Rhodo, Eutimus è Creta profecti, colonias deducentes, Gelam condiderunt, anno quinto & quadragesimo quàm Syracusæ coeptæ essent habitari. Nomen urbi fecit uicinus amnis Gelas. A fronte Pachyni flumen Hirmenum est, oppidum Camarina flu. Gelas: inde Acragas, inter Lilybæum & Pachynum.* **Agragas.**] [illegible] *masculino genere extulit. Hanc urbem, quidam authores sunt initiò Acgestam uocatam. Gelenses, centum circiter annos pòst urbem ad Gelam amnem conditam, Acragantem coluerunt, & ipsam à proximo amne sic dictam, lectis author. Pistilo & Aristono. Acragantem Latini Agrigentum dixerunt. Edidit tyrannum Phalaridem, & philosophum Empedoclem. Laudat urbem à fœcunditate nobilium equorum,* [illegible]*. Sita est in ea insulæ ora, contra meridiem, inter Himeram amnem, & Hispam. Fuerunt qui existimarent, Ionum fuisse coloniam. Iam & magnanimûm uocat, pro, magnanimorum: syncope. Didymus author est, Acragantinos à quibusdam Lotophagos autumari. rursum ab alijs Camarinæos. Fuit & scriptor clarus Acrages. Quidam Acragantem, ab Acragante Iouis & Asteropes filio dictum putant. Polybius ab* [illegible]*, qua campus fuit circa amnem, ubi ciuitas postea condita fuit, propter terræ bonitatem.*

Teque.] *Auersio. Palmosam Selinuntem uocat, à palmarum sylua. Post Acragantem Thermæ sunt, coloniæ: mox amnes, Atys, Hipsa, & Selinus: inde Lilybæum oppidum, & promontorium Drepanum, & mons Eryx. Ibi occurrunt oppida Panormũ, Selinus, & Himera: fluuius Cephalœdis: Alontium, Agathyrsum: Tindaris colonia: oppidum Myle. ibi Pelorus Italiæ oppositus. Cæterùm Selinuntis conditores fuisse memorantur Megarenses, regnante Romæ Tullo Hostilio.* **Vada.**] *quia promontorium in pelagus excurrens, proxima quæque uadosa efficit, ut saxa latentia & cautes sub summa aqua periculosa sint nauigantibus. Cæca ob id uocat, quasi non apparentia in summa aqua, neque extantia.* **Drepani.**] *Drepanum, siue Drepana, à falce nomen habet: sed diuersæ rationes à diuersis adducuntur. Ferunt circa hanc urbem Saturni falcem cecidisse, & quidem hac de causa, quod ipsa regio frugum ferax sit.* [illegible]*, falx. uel* [illegible]*, undemo. Apollonij enarrator festiuum commentum adducit de etymo uocis:* [illegible] *Loquitur de Cercyra insula, quæ initiò Drepane dicta fuit. Et paulò pòst.* [illegible] *Hæc ille de Macride, quæ & Cercyra, à Cercyra Aesopi filia, dicta fuit. Eandem autem insulam initiò Drepanen dictam, & Scheriam, author est Aristoteles in Cercyræorum politia, adde*

deiq́ causam mutati nominis. Eadem etymi ratio huius [illegible] huc quoq; conuenquēda est, nisi quòd ab loci ubertatem Saturni falcem eò decidisse fabulentur [illegible] uel quòd ibi condita fuerit falx, qua Saturnus Cœli testes absciderit, & uerenda. Lycophron in Cassandra [illegible], id est, falcem subobscurè, ut omnia, uocat:

" [illegible]
" [illegible]

Quem locum diligentissimus enarrator illustrans: [illegible] Id est [illegible], uidelicet Drepanum, Phæacia, Cercyra, & Sicilia dicuntur. Cercyra, quòd ibi condita fuit, occultataq; falx, qua Iupiter Saturnũ patrem suum execuit: aut Drepanum (falx) quam Ceres à Vulcano accepit, ad demetendas aristas. Porrò autem & ipsa Sicilia, falx, hoc est, Drepanum dicitur, quòd ibi esset falx, qua Cœlum Saturnus execuit. Quamuis Lycophron uidetur falcem [illegible] appellare: nam apud Siculos falx Zanclon dicitur. Meminit autem & Callimachus in Causis. Hactenus ille. Annotat Aristos ex Timæo, [illegible]. Sed missis fabulis & deliramentis poeticis ad historicam ueritatem transferamus explicati. Primùm omnium Drepanum Siciliæ urbem esse constat, inter amnem Bathum & Segestanum promontorium, à littore in falcis speciem curuato, ita nuncupatam. Abest à Lilybæo urbe xv millibus passuum. Hæc duo oppida nobilitauit primum bellum Punicum, quo grauiter afflicta fuerunt à Romanis quàm diu sub umbra Carthaginis latebant. Est & Drepanum Cypri promontarium, & aliud in Marmarica. Illætabilis.] tristis. quòd huc delatus, patrem dulcissimum amiserit, oram illætabilem uocat. hoc est, tristem, quæq́ ei dolorem pepererit: quam quidem uocem per expolitionem alijs uerbis reddidit. Hic me.] Pathos à relatione per apostrophum mouet, cum luculenta doloris exaggeratione: Pater, deseris me, deseris fessum tot annorum iactationibus, frustra tot periculis exemptus. Exaggerat dolorem querimonijs: quòd patrem è tot periculis circumductum amiserit. Sed neq; uates ullus extiterit, qui hoc incommodi multo antè denunciaret saltem. Pathos à minori. Queritur, omnia quæ passus sit, minora uisa, quàm patris mortem. Scholiastes Homeri lib. Iliad. 13 longe huic diuersam historiam de morte Anchisæ refert. Capta, inquit, iam Troia, Aeneas cum patre fugam init, ac circa Atho montem naufragio facto, cum patre proximam continentem ascendit. Moritur interea ibi Anchises circa amnem Anthemum, haud procul à monte Calauro. Aeneas humato patre, eo loco, ubi et annum hodie Anchisæ sepulchrum in Pyane ostenditur, ex matris Veneris consilio urbem condidit, quam de suo nomine Aneada dixit. Quo quidem è rebus humanis sublato, Illius in patriam reuersus, urbem Troiam restaurauit: atq; inde cum exercitu in Italiam nauigasse creditur. Tanta scriptorum in hac repugnantia est, & diuersitas. Retuli supra, quo casu quidam scriptorum Aeneam ad oraculum Dodonæum delatum fuisse affirment. Locus hic postulat, ut narrem, quo casu ac fortuna reliquum Aeneæ cursum ijdem prodidère: usq; ad postremum in Siciliam sit delatus. Aeneas relicta Dodone, sacratisq; Deo muneribus, quæ postea multis seculis in eodē loco durauère, Ionium emensus, eam Italiæ oram tum primùm tenuit, quæ postea Magna Græcia fuit appellata. Ferunt cum classis gubernatore quodam tum usum, Patrone Thurio. Abeunti ex Epiro, multi se illius nauigationi comites adiunxerant, quorum plerique conspecta Italia domum sunt reuersi. Patro cum Aenea perseuerauit, ac postea in Aluntio Siciliæ habitasse fertur. Quidam Troianorum ex comitatu Aeneæ, Iapygias arces tenuerunt: alij Athenen, qui primus in Italia locus occurrit. Sed multò plures cum Aenea duce oram Ausonij maris emensi, ad Siculum usq; fretum peruenerunt. Hic recto cursu excussi, incertum casúne an consilio, eam insulæ partem prætervecti sunt, quæ Drepana dicta fuerunt, in quorum descriptione modò uersati sumus. Hic in eos inciderunt, qui cum Helymo & Aegesto ex Troade profecti, circa Crinisum fluuium sedes suas posuerant: accepta dono agri parte à Sicanis in gratiam Aegesti, ibi consederunt. Fuerat is uir illic educatus à puero: etenim Laumedon auum eius maternum opibus potentem, deleta omni uirili stirpe, ob nescio quod dissidium occiderat. Et quia parum honestum duxerat, & minus decorum, filias occidere, aut in eum sexum sæuire, dedit eas negotiatoribus, procul ab Ilio in extremas terras asportandas. Fortè una naui & uirgines & adolescens quidam Phrygij sanguinis uehebantur. is unius amore captus, eam post appulsum in Siciliam duxit uxorē, ex qua Aegestum tulit. qui amissis parentibus, à Priamo reditum in patriam impetrauit. Capto Ilio, iterum cum Helymo in Siciliam transmisit & aliquātò priùs quàm Aeneas, eò cum classe delatus, sedem sibi [illegible] suis in ea terra fixerat. Hæc Dionysius. Itaq; post mutuam gratulationē Aeneas hospitaliter ab Helymo & Aegesto appellatur, essíq; nonnihil in ea terra moratus. Inde ambobus author fuit, ut duas urbes conderent, quarum alteri Aegestæ, alteri Helymæ nomen fecit. Iam ut hi populi aliquanto citius coalescerēt, ex ea multitudine, quam Aeneas secum traduxerat, in utramq; urbem colonos adscripsit. Inde ad postremum traiecto Tyrrheno Italiæ portum tenuit, qui ab ipsius gubernatore ibi extincto Palinurus est dictus. Horrenda.] religiosa, & mira horrorē incutienda. Epilogus narrationis Aeneæ breuis, quo in compendium cursum suum contrahit, quem splendidè & copiosè hactenus prosequutus est. Restabat ergo ut narraret, quo casu soluta Siciliæ ora, in Italiam transmissurus retrò in Africam peruenerit. Sed quia hinc, ut à fine eius, exordium operis du[illegible] narrauit in primo, quo consilio & iniuria Iunonis concitata tem[illegible]te, amissis nauibus, cursu excussus, ægrè Aeneam p[illegible] tenuerit: artificiosè hic narrationem abrumpit, [illegible] tribus uerbis in uniuersum dicere e Sicilia [illegible] Deo sic uolente, in Africam se delatum. Et [illegible] ex oratione partim Ilionei, partim ipsius adeò Aeneæ didicerat, è Sicilia profectos, coorta tempestate e[illegible] suo depulsam, & huc reiectam. Hic ab historia recedit, ut argumento cœpto inseruiat, semper Homerum [illegible] opum suum intuens. Nam è Sicilia profectus, non in Africam, sed in Italiam delatus fuit. Deus.] Non sine Deo. Indicat nulla se humana opera, sed præsenti numinis ope euasisse periculum, & in portum Carthaginensem illatum.

Ad

A Ad consimilem modum Homerus Odyss. 12.

> ἰφθίμῃ τ' ἀλόχῳ· ἐχθρὸν δέ μοί ἐστιν
> αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.——

Peroratio Poëtæ, quæ Laconica quadam enumeratione ostendit, hoc pacto summa animorum attentione, excidium Troiæ & iactationem suam septem propè annorum, Aeneam denarrasse: atque hic narrandi finem fecisse. Constat hæc peroratio, ut dixit, breui enumeratione præcipuarum partium totius narrationis telæ, quæ duæ maximè sunt: excidium Ilij, & nauigatio. Itaque fata Diuûm, Troiæ euersionem uocat: cursus uerò, Troianorum iactationem. Conticuit.] *Pari breuitate Homerus de Vlysse suo perorat, lib. Odyss. 13.*

> ὣς ἔφαθ'. οἳ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Sed Græcus, perorantem consuetarum silentium, quod obstupentium est admiratione, fuisse sequutum addit. Noster, facto dicendi fine Aeneam quieuisse tantum. Perorat paucis, idque decorè. nam tempus, locus, ipsique adeò auditores, auribus prolixa narratione fatigatis longas uerborum ambages in clausula abnuunt. Et ipsius narrantis persona non fert cramben odiosè recoctam, in recenti dolore, & commemoratione mortis paternæ concepto. Atque ita multa simul illustris Poëta, in utroque epilogo, prudenter & eruditè, à fide historica exorbitaturus obseruauit.

FINIS COMMENTARIORUM
in Librum tertium.

ARGVMENTVM IN LIBRVM QVARTVM AENEIDOS VIRGILIANAE.

A DILON.

Vritur in quarto Dido, flammasque fatetur.

MODESTINI IVRISCONSVLTI
Argumentum Libri 4.

At regina graui Veneris iam carpitur igne:
Consulitur soror Anna, placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clàm fœdera iungunt.
Facti fama uolat: monitus tunc numine diuûm
Aeneas, classemque fuga sociosque parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent, nec iam datur ulla facultas,
Conscenditque pyram, dixitque nouissima uerba,
Et uitam infœlix multo cum sanguine fudit.

D. NASCIMBAENI A
NASCIMBAENII,
ET
D. LAMBERTI HORTENSII,
MONTFORTII,
EXPLANATIONES
IN
Quartum librum
P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII,
in Quartum Aeneidos librum explanatio.

ARGVMENTVM.

TOtus [illegible] liber extra causam est, ideoq; ab Aristotelicis *episodicus* appellatur. [illegible] episodia sunt digressio- [illegible] ex proprio rei instituto ornatus, appa[illegible] tum oratores, tum maxime poetæ B recte [illegible] inprimis Epici, quorum propri[illegible], & [illegible] admodum [illegible] amplam in [illegible] exercere. Sed quanquam [illegible] huius materia [illegible], si [illegible] m[illegible] est, [illegible] tamen [illegible] valde pe[illegible] videtur [illegible] Dido Aeneæ capitur amore, & propter [illegible] Quod verò ad præ[illegible] argumentum attinet, Dido inflammata amore Ae[illegible] formam, [illegible] generisq; nobilitatem [illegible] in animo versari, nec quiescere, nec omnium [illegible] potest [illegible] sororem suam [illegible] *At regina.* In hoc libro plus multo elegantia, quàm [illegible] confirmante [illegible] tractan[illegible] amoris quanta sit, ex [illegible] Didas ele[illegible] depingit [illegible] Sed in expl[illegible] potestate plurimum immoratur [illegible] ipsorum quoq; affectuum [illegible] atem prope infinitã expressit, ea venustate dicendi [illegible] opera, [illegible] Au[illegible] Aug[illegible] Didonis querela profiteatur, nec immeritò [illegible] est, quod [illegible] miseriç ama[illegible] affectum pertinere videretur. In hoc verò perscribendo libro [illegible] Argon Apollo[illegible] fuisse meminerat [illegible] in quibus est potissimum Seru[illegible] Sed [illegible] conuenit, nisi [illegible] quòd [illegible] contextu longè alius est. Sane paucula quædam ex Apollonio in hunc librum ducta videntur [illegible] locis [illegible] quædam ex Euripidis Medea, Hippolyto, alijsq; tragœdijs nonnulla et [illegible] Calypsone Homerus [illegible] totum ferè huius libri a[illegible] prorsus est rerum, verborumq; [illegible] ita, ut nullus certus auctor [illegible] imitatus. Credendum igitur Poetam nostrum huius [illegible] d varijs ex auctoribus varia, quæ ad illud ornandum facerent, collegisse.

NASC. AT regina graui.] *Summo artificio hunc librum Poëta superiori annectit: nam cùm Aeneas finem di[illegible] fecisset, quod optimè Poëta exposuit, cùm ait:*

—— factoq; hic fine quieuit.

con erat [illegible], cum regina mé- tio fieret, quamobrem ita subsequutus est. At regina graui. *maximam lectoribus admirationem offerre posset: adde etiam poetis maximè [illegible] Ouid. in Heroid.* C

Vt tibi Colchorum (memini) regina, uacaui.

Et Lucanus

At procul extremis terrarum Cæsar in oris.

Cùm quidem principij tria carmina si quis verborum qualitate metri uelit, negocio, & officio Poëtæ aptissima esse perspiciet: negorū enim hoc, quod totū in amore. ambitiq; affectu explicādo positum est, suapte natura humile est: Poëtæ uerò, præsertim epici, officium est sublimia semper prosequi. cùm igitur hæc duo cōtraria quasi hostis concurrerent, uidit sapientissimus Poëta tempe- ramento

quod uidem cōnexus sedicat. Aeneas quidem quiescebat, at Dido magnis amoris perturbationibus agitabat[illegible] Sed ne omninò illi[illegible] opinio refellenda esse uidetur, qui ex abrupto Poëtam huic libro principiū fecisse existimant. est enim nouum & uenit insignē argumentum, & quod

AT regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.
Multa uiri uirtus animo, multusq; recursat
Gentis honos. hærent infixi pectore vultus,
Verbaq;, nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram,
Cùm sic unanimem alloquitur malesana sororem.

G

A temperamento quodam verborum utendum esse, ut rei utrumque τὸ πρέπον servaretur. Quamobrem propriis nominibus metaphoras miscuit: nam verborum proprietas humili cõvenit rerum argumento, perspicuumque sermonem reddit: tralationes autem sublimem, erectamque faciunt Poëtae orationem. licet ... hoc exemplo intueri quomodo temperari oratio possit, ut neque obscura, neque humilis existat, sed cùm magnitudini Poëtae, tum etiam rei humilitati respondeat. gravi, cura, saucia, metaphora est regina dictio propria. vulnus alit venis, tralatio, seu mavis analogia. caeco igni, tralatio cũ epitheto. carpitur, metaphora: multus viri, propriae sunt dictiones: recursat, metaphora est. itaque sic aptè mixtio fit in his versibus, ut iuxta Aristotelis praeceptum in poetica neque humilis sit sermo, quia metaphoras habet, neque obscurus, aut nimium elatus, ideoque argumento parum conveniens: quia propriae sunt dictiones intermixtae. Iamdudum saucia cura.] ex perturbatione animi Didonis, quam ex amore capiebat, commiserationem movet. quam auget à tempore, cùm dicit: Iamdudum.

Cura.] inquiũt Grãmatici, ex eo quòd, quasi cor urat, nomẽ sumpsit. videtur autẽ Poëta ad Ennianũ illud alludere:

B » Quae nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.

Vulnus alit venis.] amoris naturam veneno persimilem esse indicium facit, quod per venas sese diffundens cor occupat. unde ... ex primo Aeneid.

» Occultum inspires ignem, fallasque veneno.

Et caeco carpitur igni.] auget commiserationem ex dolore Didus, quae nimio amoris aestu flagrabat, & consumebatur: & quasi per definitionem loquitur: nam amor ignis est occultus, interiora consumens. unde & paulò pòst

» ... est mollis flamma medullas.

Alludit autem ad tela, & faculã Cupidinis: nam sagittarũ vulnus, facis est incendium. Cupido enim sagittis pingitur à poëtis: cuius rei causa adducta est à nobis in primo commentario. Multa viri virtus animo.] τὸ αἴτιον est amoris Didus: quod ex dotibus Aeneae natum esse planum facit. nam cùm regiae pudicitiae rationem Poëta habere vellet, reginam virtutibus, non pulchritudine Aeneae commotam finxit. multa virtus, figuratum Servius agnoscit, quoniam ad numerum transtulit, quod quantitatis erat: secus tamen sensit Tib. Donatus cuius ego sententiae propius accedo nam plures erant in Aenea cum animi, tum corpo-

C ris admirandae virtutes, quibus sublato etiam Cupidineo amore, ad eum amandum Dido plurimum incitari poterat.

Multusque recursat Gentis honos.] Accedebat nobilitas generis: quod ex illis dotibus est, quas Rhetores externa vocant. quod ... paulò antè dixerat, multa viri virtus, animi, corporisque virtutes communiter complexus fuisse videtur: nisi mavis transitionem factam esse à genere ad partes: quia cùm dixerit, Multa virtus, statim subiecit partes, quarum aliae animi, aliae corporis, aliae sunt externarum rerum, ex quibus (ut rhetores aiunt) plena, perfectaque laus comparari solet. ergo quae sequuntur, vultus ad corporis laude, nẽpe ad pulchritudinem, verba ad animũ referas. Nec placidam membris.] amoris amplificat ... solicitatione animi Didonis. Postera Phoebea.] ... est nascẽtis diei. Humentemque aurora polo.] ... πρότερον in sensu: aurora enim Solem praecedit, & per definitionem loquitur. est enim nox nil aliud quam umbra terrae unde illud est in 2. Aeneid.

» Vertitur interea caelum, & ruit oceano nox

» Involvens umbra magna terramque polumque.

Cum sic unanimem alloquitur.] amorem, se contineri non potest, cum fideli, ac taciturno communicandum innuit Poëta eminentissimus.

At regina.] Continuat Poëta narrationem historicã, à qua circa principium secundi libri ...gressus fuit, cum ducem Troianum, & Ilii excidium & errores suos in gratiam Didonis narrantem faceret. Quoniam autem in calce superioris libri Poëta adiecit, Aeneam dicendi finem fecisse: deinceps hunc quartum librum, transitionis particula, quae historiam intermissam continuat, ceu novam narrationem, & à superiori Aeneae diversam institutuus, orditur. In primo explicavit, quibus artibus & consiliis Venus Punicam fidem veritam, subtracto Ascanio Cupidinem supposuerit, qui Didonem amore accenderet: in hoc verò, Cupidinis officia & opera in regina prosequitur, ut dispiciat quid valeat amor, & quàm res sit violenta, qui etiam continentissimos urat, versetque & à sede à mentis cõsilio ac sede eò dementiae agat, ut pudorem prostituant, & abiiciant ad postremum; fidem violent, manium iura labefaciant, & ipsi se religione solvant. Huc denique amentiae labuntur, ut turpem amorem honesto praetextu coniugium vocent. Iam verò identidem, quod alias de philosophia admonuimus, hic meminerimus, in Aenea, animam in carne brutescentem, dum voluptati indulget originis suae oblitã, nam semel recordari Italiam, non regni promissi memorem esse, in quo carnis huius illecebras extra sedes pacatas sit habitura. Itaque diu carnis libidinis immersa, ad postremum à Mercurio, qui ab interpretando Graecis ἑρμῆς dicitur, ceu divino spiritu illustrata resipiscit, ut omnibus pravis cupiditatibus contemptis, ad immortalitatẽ per aequa & iniqua, aspera & levia, forti, excelso atque invicto animo grassetur. Porro autem, si libri huius principium, progressum & catastrophen diligẽter expendamus, tragœdiae effigiem in eò admireris. Etenim protasis tristior est, à querelis, luctu, lacrymisque ductas: licet statim etiam nonnulla laetitia habeat, sed quotula illa? Sic effata sinum, inquit, lacrymis impleuit obortis. Inde et epitasis vehementer motoria est, & turbulenta. Continet n. expostulationes acerbas, felles ac stomachi plenas, loedorias, & convitia amara propter fugae consilium, quam Aeneã occultè adornare subodoratur regina. Ergo furenti similis, per totã urbem sursum deorsum vagatur. Catastrophe nimis quàm tragica est: nam propter mortem Didonis, luctum publicum, & fugam Aeneae, omnia divina & humana miscentur. Sed & personae, quae fabulam agũt, planè tragicae sunt: ut Iupiter, Mercurius, Aeneas, Dido, Anna, rex Iarbas, & similes. Nam & dii hic introducuntur, ut nodus vindice dignus dissolvatur. Sequutus hoc libro maximè Homerum est, apud quem in Odyss. Ulysses à nympha Calypso in insula Ogygia, perinde ut hic Carthagine Aeneas à Didone detinetur. Uterque à Iove per Mercurium in patriam navigare iubetur quidem sed diversis fatorum fatis. Dido discessum Aeneae indignè ferens, necem sibi parat: Calypso Iovis mandatis accepta, quatuor diebus per luxum & laetitiam absumptis, quinta demum luce magnificis xeniis cumulatum ad solvendum dimittit. Sed & illud interest, quòd nymphã immortalẽ fingat Homerus, Atlãtis filiã: Atlantis duri, caelũ qui vertice fulcit noster verò, reginam mortalẽ, & novam à fuga urbem condentẽ. Servius & alii nonnulli affirmant, hunc librum ad tertium & quartum Argonauticõν Apollonii Rhodii expressum esse: ita ut Didonis & Aeneae amores, Iasonis & Medeae incontinentiam repraesentent. Sed permultum interesse, non supi-

LAMB. Hort.

[illegible] mihi adversus cum Medea Iasonem sequentem, [illegible] consilium, [illegible] sequitur [illegible] Troi[illegible] [illegible] hui, [illegible] sequitur [illegible] in ferro ab [illegible] [illegible] [illegible] sextus [illegible] [illegible] generis suasore est. habet enim con[illegible] [illegible] [illegible] & diversas conti[illegible] qua [illegible] Aeneae coniungatur. Versatur item in [illegible] ratione rerum faciendarum hoc est, num uterque alteri iungendus, an non. Hoc sibi volunt consultationes [illegible] & Annae, [illegible] & Iunonis. Posterior libri pars propter in[illegible] questus, [illegible] & [illegible] iudicialis est. Aeneas enim accepto mandato Iovis à Mercurio [illegible] occulte [illegible] adornat, causas criminationum praebet & [illegible] rum. unde omnia [illegible] tur. At regina [illegible] particula in [illegible] [illegible] Poëtam narrat[illegible] ordine, earum rerum quae [illegible] in [illegible] Iamdudum. ex quo narrare occepit. S[illegible] a. Haret in metaphoris propin[illegible] ad [illegible] translatis: ut vulnus, venus, & [illegible] amore accensum periphrasi hic circumscri[illegible] ad [illegible] naturam qui [illegible] caecus fingitur, [illegible] item temporis circumstantiam [illegible] ab ipsius narrationis principio [illegible] [illegible] de longiori temporis [illegible] accipitur. Cura.] amore quo urebatur [illegible] ea quiete valent pernoctare. Sumptum hoc e[illegible] est, ap[illegible] quem [illegible]

Multa viri.] Causarum amoris enumeratio. virtus vi[illegible] nobilitas generis, gentis dignitas, forma decus, eloquentia, quae praecipuè inter mortales amorem conciliant.

Gentis.] Troianae gentis nobilitas à natione. Vultus] pro singulari numero pluralis. à decore formae, quae si cum virtute coniuncta, multo amabilior, longéque gratior habetur. Haerent] animo obversatur. Verba.] Licet vel ad eloquentiae naturam, vel ad commemorationem [illegible] vel suavitatem pronunciationis referre. Postera] Temporis matutini descriptio huc spe[illegible] ut ostendat quanta sit amoris vis, & æstus in regina. Cum enim opportunum consulendi locum cum sorore, ac tempus capere po[illegible] amor accensum pectus adeò non sinit quiescere, quin pernoctibus curis nocturnis subexortum [illegible] se amoremque [illegible] proderet sorori. Postera] Ad Homericum [illegible]

[illegible] μ' [illegible]

Constat autem haec temporis descriptio, causis efficientibus, & perpetua per phrasi temporis matutini. nam Phoebeam lampadem, solem: & umbram humentem, noctem vocat [illegible]

Lustrabat] lustrabat radiis suis simplex pro composito [illegible] Humentem.] Perissologia. Quid enim [illegible] terra [illegible] quam tenebrae [illegible] Meo iudicio (quia de exortu Sol[illegible] haec [illegible] Poeta sensu [illegible] B sententia [illegible] posterior [illegible] Loquitur de exortu matutino ad quem usque [illegible] noctis reliquum [illegible] [illegible] non autem de lustratione [illegible] diei.

Unanimem.] Rectè [illegible] concordem semper, adeo [illegible] exhortantem sororem ad id, quo incendio amoris sua sponte rapiebatur, nedum [illegible] Malesana.] amore [illegible] Rationem enim amentia quadam amor excaecat. Sororem] Annam quae cùm salubriter consulere debeat sorori, accendit praeterea plus satis furentem.

ARGUMENTUM

Oratio [illegible] haec est, qua suum erga Aeneam amorem [illegible] ad [illegible] cum col[illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] se [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & errores illius [illegible] [illegible] post [illegible] suo [illegible] [illegible] omnique admiratione calami[illegible] [illegible] [illegible]

NASC ANNA soror] Loquitur ex E[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] amore [illegible] nutrice [illegible] [illegible] [illegible] ita enim ratiocinando, ac diu dissimulando, iam tandem amorem confitetur suum. Sed longum [illegible] omnia [illegible] carmina in [illegible] sententiam [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] extat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] regit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

† al. terret?
† al. [illegible]
† al. violo
† al. esolvo.
† al. sinum

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent?
Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?
Quem sese ore ferens? quàm forti pectore & armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis? quae bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum immotúmque sederet,
†Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit,
Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset:
Huic uni forsan potui succumbere culpae.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichaei
Coniugis, & sparsos fraterna caede penates,
Solus hic inflexit sensus, animumque labantem
Impulit: agnosco veteris vestigia flammae.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Antè pudor quàm te †violo, aut tua iura resolvo.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit, ille habeat secum servetque sepulchro.
Sic effata, †sinum lacrymis impleuit obortis.

mirata talem sibi maritum exoptat foemina.

[illegible] μοι ἀμφὶς [illegible] [illegible]

[illegible]

A [illegible] [illegible] εἴη [illegible]
» ἀλλ' [illegible]
Existimauit Iulius Scaliger hanc Didonis orationem ex illo Apollonij carmine in [illegible] Argonaut. desumptam esse:
» [illegible]
» [illegible] [illegible] &
» [illegible]
Quod utrum [illegible], in medio relinquo alijs iudicandum.

Anna soror. [illegible] Quoniam hoc causæ genus turpitudinem quandam habet, ideo per obliquum procœmij genus, quod Græci [illegible], nostri insinuat. unē uocant, longo uerborum curriculo exorditur: cuius initio sororis beneuolentiā colligit per [illegible] miserationem ex animi sui solicitudine, [illegible] sui dormire nequit, aut quod somnijs terreatur, unde ad [illegible] amoris excusationē (ut antè dictū est) colorē præparat per procatasceuē. id est, παρασκευή [illegible]. Quis nouus [illegible] c[illegible]] cum stupore admiratur uirtutis in [illegible] [illegible]. in [illegible] uerbis summa laus est Aeneæ [illegible] hoc dicat, nouus: hoc est, magna eū animi [illegible] [illegible] ingenti [illegible], neq; unquam in ullo uiso ursa. [illegible] [illegible] ore ferens [illegible] quàm pulchro, & de[illegible] [illegible] Aeneæ Os, hum[illegible] Deo similis.

B [illegible] [illegible] re, Xarinis [illegible] ingenij ad[illegible] [illegible] Aene[illegible] [illegible] peritiam ex[illegible] Credo equidem [illegible] [illegible] Aeneam ex Diuûm originem du[illegible] id est, [illegible] quada[illegible] heroica, atq; diuinas præ[illegible] esse, quod [illegible] causa [illegible] facit, ut non absq; ingenti causa [illegible] amore [illegible] uideatur. Degeneres animos timor [illegible] [illegible] [illegible] ex [illegible] ad [illegible] et primo aspectu ex causa [illegible] mentam esse uideatur. ita enim Dido [illegible] [illegible] [illegible] affectibus [illegible] uirtutis [illegible] agnoscitur [illegible] [illegible] degener [illegible], ignobilis, abiec[illegible] [illegible] indicari [illegible] quadam a[illegible] [illegible] [illegible] se pr[illegible] ostendit, non igitur ignob[illegible] [illegible] generoso sanguine ortus est. & quia usq; [illegible] [illegible] [illegible] uocatione in[illegible] ideo sequitur: Heu quibus ille iactatus fatis.] probat ex factis Aeneæ, [illegible] peric[illegible] commiserationem mouet, & [illegible] feras quæ in re difficili, ac periculosa dolorem [illegible] interponit Heu. Quæ bella exhausta canebat.] [illegible] est laus, quod teterrima

C inchoat [illegible] non modò usq; ad finē tolerauit, sed etiam [illegible] non animo fixum [illegible]] sensim, & pe[illegible] ad suam causam hoc est, ad amorē suum declara[illegible] [illegible] qui tamen se fugiturū dissimulat, & cautā [illegible] dolui[illegible] [illegible] necessaria assignat: quos dolores ante Sychæi coniugis [illegible] passa [illegible] Deceptam morte fefellit.] [illegible] locutio, id est, decepit, & fefellit, uel deci[illegible] [illegible] est ex 1. Aen.
» ——submersasq; obrue puppes

Si non pertæsum, &c.] [illegible] ad faces alludit, quæ antiquitas in nuptijs adhiberi [illegible] quæ ex [illegible] arbore fiebant. Plin. lib. 16 ca[illegible] nat. hist. Huic uni forsan potui succumbere [illegible] singula huius esse [illegible] uerba sū emphasim, tum pondus maximū habent. nā ut [illegible] amoris sui mollire, huic uni dixit. quasi iustior sibi hac in re uenia esset quæ nulli alteri delicto locū esset datura [illegible] dixit non peccato, no[illegible] crim[illegible], nec tamen [illegible] [illegible] potui, inquit, forsan. quod nihil habet certi, [illegible] succumbere, ut non sponte, [illegible] amoris impetu id si fecerit, factū esse uideatur. Anna fatebor enim.] hic tandem amorē aperte confitetur suum, quē longo uerborū circuitu dissimulando hucusq; distulit, & appositè in retegendo amore, sororis nomen præfert, quasi arcanum quoddā illi cōmissura, quod nisi cum sorore cōmunicandū sit. Miseri post fata Sychæi.] mouet commiseratione ex acerbo Sychæi coniugis casu. cuius etiā necis atrocitatē exaggerat per indignationis locum à persona fratris.

Sparsos penates.] domū cruore Sychæi pollutam.

Solus hic inflexit sensus.] hac efficacia quadā labefactati animi ingens perspicitur ad laudem Aeneæ, in quo maius quiddā, quàm in alijs fuisse indicatur: quo ad eū amandum Dido impelleretur, unde & amoris ipsa sui magnitudinē indicat. cum illū priori cōparet. Sed mihi uel tellus optem.] imprecatio est resipiscentis animi, in qua rationis consiliū uiget, appetitusq; resistit: uel contra ipsa animū sui [illegible], quid soror responsura sit, tentationem pollicetur, quod minime præstatura est. Prouerbialis autem hic uersus est ex illo Homeri in 4. Iliad. sumptus:

τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. id est, »
Tellus ipsa mihi tunc ampla dehiscat. »

Vel pater omnipotens.] altera imprecatio Pallentes umbras.] iteratio maiorem uim ostēdit. Antè pudor.] [illegible] uenustiorem orationem facit. Ille meos primus.] conclusio est, qua Dido firmam animi sui constantiā in amore coniugali ostendit: occulte tamen sorori uiam necessariæ persuasionis aperire uidetur. Qui me sibi iunxit.] pia honestissimæ reginæ locutio. poterat enim dicere: cui ego iūcta fui, sed hac minus bone, [illegible] illud uerecūdiæ plenū. & uidetur Poeta alludere ad Spartanæ illius dictum, cuius meminit Plutarch. rogata enim an cum uiro rem habuisset, egu, inquit, nequaquam, sed ille mecū rem habuit. Sic effata sinum lacrymis.] more naturam, ac morem uerecundantis mulieris exprimit, quæ quod uerbis explanare erubescit, lacrymis indicat.

ANNA soror. quæ.] Suasoriæ generis oratio est: uertit enim in consultationē, utrum se [illegible] amori, an nō. Reijcit consiliū, à turpi: quòd mortuo marito Sychæo perpetuam pudicitiam, uouerat, [illegible] confitetur amorem, cui tamen adeo se non uult dedere, ut imprecetur sibi etiā infortunium, prius quo se exoluat. Exordium ductū est ab insinuatione. Laudat mirū in modū Aeneam, ut amantem statim agnoscas, ut intelligas, eum dignum esse qui ametur. Et addit amplificationem, à tēporis circunstantia:

LAM[illegible] Hora

Suspensam.] dubiam & hæsitantem, adeòq; incertam quid sim factura. trāslatio à corpore ad animum. Insomnia.] Sunt insomnia, [illegible] quæ in somnis uidemus, insomnia & insomnis, primi ordinis uigilia. Fingit se nocturna quiete uisis turbatam, id temporis, quod à fine narrationis ad auroram usq; reliquū erat. Proponit de insomnijs, quibus se terreri dicit sed (ut est amātium inconstantia) à propositione in laudē personæ labitur. Quid enim conueniunt, quæ inuicem dissident. Insomnia terrent me, &, Quis nouus hic hospes successit in ædes meas? Unde obseruare est ingenium perditè amantis Didonis, usq; quam sibi constantis in deliberatione. Quis nouus.] Missa propositione, ut dixi, sui impos, in laudes Aeneæ digreditur. quare feruentē amore facile est agnoscere. Nouus.] Haudquaquam hoc loco nouū, pro magno, ut noster Seruius nugatur, accipiendū est. sed usitata significatione. Sunt enim inter se opposita, & noua uetera. Vetus enim is est hospes, cui multū tēporis assueuimus contrà nouus, quē obi[illegible] recēs, adeoq; antehac incognitum uicerimus. Non [illegible] omnes alioqui

 sunt,

sunt, qui se sua uirtute nobilitarunt. Successit.] *huc ad nos diuertit. Habet succedo aliam constructionem. Succedo tibi, & succedo in locum alicuius.* Quem sese.] *Alij hoc ad formæ decus trahunt, mihi rectius ad militarẽ laudem referendũ uidetur. ut sit sensus qua uirtute, quàm strenuum narrando se esse prædicauit. Illustrat eam sententiam expolitione, id quod Poetæ peculiare est,* Quàm forti pectore, & armis, *à constantia, & gloria militari.*

Genus.] *A' generis dignitate, & imaginibus maiorũ.*

Degeneres.] *A' natura contrariorum. Admiratur maximè constantiam uiri, qui neq; longo bello, neq; iactationibus fuerit fractus: quæ omnia ex narratione captæ euersæq; urbis, & errorum insequutorum statim collegit.*

Heu.] *pro heu, admiratiue, quòd per tot pericula terra & undis iactatus, animum infractũ adhuc geras.* Si mihi.] *Propositio deliberationis utrũ uotũ irritum faciat, an nõ.*

Thalami.] *synecdoche nuptiarum & coniugij. Mirifica copia Poetæ obseruanda est. Nunc coniugiũ, uinclũ iugale, nunc thalamum, nũc tædam uocat. Porrò aũt tæda, δαδὶ, de genere laricum arbor est, picto succo abundans, liquidiore tamen quàm picea. Huius pix liquida maximè in Europa coquitur, muniendis naualibus, & ad alios plures usus. Sed tæda flammis in primis & luminis sacrorum erat gratissima. Hinc faces item nuptijs fiebant, quæ nouis nuptis præferebãtur. Vnde figuratè, pro nuptijs & coniugio, perinde ut thalamus & cubile, usurpatur. Hæc montes maximè amat, sicut omnes eæ è quibus resina gignitur. Hanc mares parere consueuerunt.* Huic culpæ.] *A' turpius uotum irritum facere. Honorificum fœminis erat ueteribus, à morte mariti in uiduitate se cõtinere, nec nubere amplius.* Culpæ.] *uiolatæ fidei.* Fatebor.] *Confessio culpæ, ne expurgare se existimetur. Vim amoris coarguit, quo se coactã propè uictam esset traditura. Sed* [illegible]*, forsan omnino planè non affirmat. Sed & fatebor significatiue dixit, quasi coacta, adeo'q; inuita, & amoris uiolentia impulsa. cùm alioqui confiteri ad ultroneam libidinem referatur, ac non coactam.* Miseri.] *post mortem indignissimam Sichæi mariti mei, quem iure miserum uocat, quòd propter opes à Pygmalione fratre Didonis esset interfectus.* Fraterna.] *Pygmalione: Pathos à persona & loco: cùm domum suam cæde fraterna pollutam dicat. historiam explicauimus in primo.* Hic inflexit.] *Est autem hæc culpæ confessio, solum Aeneam post mortem mariti mouisse eius animum, & de suo c[illegible] ilio ac proposito abstulisse. itaq; labentem, quasi labi incipientem, circumspectè subijcit, ne omnino se uictam dedere uideatur.*

Flammæ.] *amoris & libidinis: metaphora, ut in Vestigia.* Sed mihi.] *Epilogus, constans imprecatione, si se uictam dedat. Sed fictè omnia dicuntur, & accommodatè muliebri ingenio, quod cùm quid deprecatur, tũc cupit maximè. Recẽsetur inter prouerbiales uersus Hom. ex li. Il. 4.*

τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Id est,
Tunc mihi terra uasta dehiscat.

Indicat Lucianus in Lapithis quoq; prouerbij uice iactari solitum, [illegible] *Cicero lib. 9. ad Atticum citat quoq; Homericum illud hemistichium, ut prouerbiale: Aberit, inquit, non longè, quin hoc à me decerni uelis, neq; sit contentus, Galba, Scæuola, Cassio, Antonio,* τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. *Aristides in Themistocle* [illegible] *uiuo.* Pater omnipotens.] *Quasi simplex imprecatio satis non sit, addit alteram, ut seriò se obfirmare uideatur.* Pallentes.] *Hac copia tantùm inferos signat, quò se Iouis fulmine prius optat præcipitari, quàm fidem Sichæo datam, & uotam pudicitiam uiolet.* Erebi.] *quasi* ἔρεβος, *niger,* ἔρεβος, *obscurus, tenebræ. pro inferorum loco. Habet autem ista repetitio affectum, quemadmodum & auersio.* Ille.] *Sichæus: emphasis. Apollon. libro 3. Argonaut. Medeam ad eundem modum deliberantem singit, ac reijcientem consilium cum dira imprecatione. Et lacrymas fundit ubertim, quomodo affecta hic introducitur Dido. Verba Apollonij adscribam:*

[illegible]

Mihi, inquit, satis foret eadem nocte mortem obire, fugienti suggillationem fœdam mortalium, quàm ut ista dedecorosa patrarem. Resoluam.] *Ipromanus censet legendum Violo, & resoluo: atq; ita Poëtam scriptum reliquisse:*

[illegible]

Sinus lacrymis impleuit obortis.] *Seruius sinus oculorum intelligit: sed quia lacrymantis reginæ habitum subijcit, & Græcum Apollonium imitatur, apud quem,* [illegible] *id est, madefecit indesinenter sinus lacrymis, legas. ubi* [illegible]*, pro gremio magis, quàm sinu oculi, meo iudicio, accipitur: maximè cùm statim præcedat,* [illegible] *: quod simulacrum planè est ubertim lacrymas fundentis, nequaquam sinus oculorum huc quadrare possint.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Anna respondet sorori, eiq; persuadet vt Aeneæ sese in matrimonium collocet: quod quamobrem facere debeat, confutatis obiectis, quæ fieri potuissent, varias affert rationes, quibus eam nõ solum amice, vt uberq; ac monet, verum etiam incusso terrore, eius animum turbat, vt facilius, quò velit, impellat.

Anna refert: O' luce magis dilecta sorori,
Soláne perpetua mœrens carpêre iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexêre mariti:
Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas,
Ductoresq; alij, quos Africa terra triumphis
Diues alit: †placidóne etiam pugnabis amori? †al. placitóne
Nec uenit in mentem, quorum consederis aruis?
Hinc Getulæ urbes, genus insuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, latéq; furentes
Barcæi: quid bella Tyro surgentia dicam?
Germaniq; minas?
Dis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda,
†Huc cursum Iliacas uento tenuisse carinas. †al. Hunc
Quã tu urbẽ soror hanc cernes? quæ surgere regna,
Coniugio tali? Teucrûm comitantibus armis,
Punica se quantis attollet gloria rebus?
Tu modò posce deos ueniam, sacrisq; litatis
Indulge hospitio, causasq; innecte morandi,
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
Quassatæq; rates, †dum non tractabile cœlum. †al. &

O' LVCE magis dilecta.] præcipiò sororis beneuolentiam aucupari studet, significatione animi erga illam sui: nam quantopere eam diligat, per comparationem à luce deductam, qua nihil hominum charius est, conatur ostendere.

Soláne perpetua.] declarato sorori amore suo reprehensionem quandam, uel potius formam reprehensionis ex integro, pro quo animo prouenientis ingreditur: quam propositionis loco iniuno suæ orationis accõmodat, unumq; maximũ persuasionis habet à iuuendo: quasi deducit

B

e communi more fœminarum: quarum ne unam quidem esse ait, quæ nuptias repetere non malit, quàm tacito mœrore uitam trahere. Tu igitur esse indicas, id ne facias, quod omnes fere mulieres, quam sola uiro secunda, ab omniq; uoluptate aliena perpetuo mœrore uitam trahere uelis.

Carpêre iuuenta.] ingenuosè eã ætatis partem nominat, quæ tota amoribus dicata est. Nec dulces natos.] pergit in persuasione à iucundo. contrario: contrarium enim iucunde uiuere contrarium est ei, quod est in mœrore uiuere, monet igitur, ut iucundam uitam afflictæ uitæ anteponat, nec tantùm animo, tum corporis

C

uoluptate carere uelit. quam & in liberis procreandis, & in exercenda Venere percipi soles. Tib. Donatus argumentum hoc ab honesto deductum esse iudicat, cùm ait: Nec dulces natos: causam honesta proponit, ne libidinis, sed liberorum procreandorum causa illam mouere uideatur: quod ita est, κατ᾽ ἀνάγκην factum esse dicendum est. apparet tamen & libidinis causam proponi, quæ quia coniugium est, nõ minus, quàm heroeum honesta esse uidetur.

Veneris nec præmia noris.] Aphrodisia. Id cinerem, aut manes.] confutat illud, quod de cõiuge dixerat Dido: cui se iniuriam illaturam putabat, si nuptias repeteret: mitiuéq; argumento probabili ex iis, quæ in opinione posita sunt: quæ quãtum fieri potest, extenuat: ait enim cinerẽ, & sepultos manes. alludit ad Epicureorũ opinionem, qui animam cum corpore interire dicunt.

Esto, ægram nulli quondã flexêre mariti.] [illegible] urrit obiecto, nullis unquam conditionibus flecti potuisse, ut alicui nuberet, quod per concessionem confirmat: [illegible] rei occultã assignat cautã ex illius nolentate deductam, quia non placuerint proci: id quod tum ad commouendam Didonem, tum etiã persuadendam plurimũ ualet. Non Libyæ, non antè Tyro.] in communi procorum mentione permanet, licet Iarbæ Libyæ regis præsentia meminerit, quem constat inter ceteros procos Didonem uxorẽ ducere uoluisse: sed ab ea despectum Carthaginem bellum intulisse: Iustinus, & alij. Distinguendus igitur est ita locus iste, ut sit sensus, multi non principes in Libya, & antequam in Libyam uenires, Tyri in patria tua coniugiũ tuum appetiuêre.

Ductoresq; alij.] ad constantiam Didonis hoc dictum est: quæ nullorum persuasione, aut occasione à proposito uolũtatis suæ reuocari unquàm potuit. & ne fortè ab infimæ conditionis hominibus tẽtata fuisse, ob idq; noluisse uideatur, se subiit: Quos Africa terra triumphis.] id est, nobiles, & præclaros uiros. ex prouinciæ nobilitate, ac gloria hominũ: hoc est, principũ gloriam, splendorẽ, generisq; nobilitatem spectandam proponit: & ad uictorias, triumphosq; Annibalis alludit, quibus ditata est plurimum, & locupletata Carthago. atqui Poeta noster procul dubiò non Carthaginis, sed Didonis laudis rationẽ habuit, ut planũ faceret, summos, clarissimosq; principes illius coniugium optauisse, illã uerò nullis unquam iungi noluisse. Placitóne etiam pugnabis amori?] responsio occulti obiecti, quæ ex causis contrariis firmatur, & ab honesto deducta esse uidetur, hoc modo: si coniugiũ recusasti, quod tibi non placuit, quod placet, non accipies? uidetur autẽ simplex uerbum pugnabis pro suo composito repugnabis positum esse. pendent autẽ uerba hæc ex eo quod Dido dixerat: Solus hic inflexit sensus.

Nec uenit in mentem.] hactenus quæ sororẽ mouere poterãt, argumentis usa est à iucũdo, & ab honesto. iã uero ad illa etiam accedit, quæ eam cogere possint, à necessitate deducta. Terret autem primum à feritate gentis, deinde à solitudine, & sterilitate regionis, postremò etiam à minis, & persecutione Pygmalionis fratris. Quorum consederis aruis?] duo attingit, homines, & regionẽ: quæ qualia sint quàm primũ describit. Hinc Getulæ urbes.] obsessã illã undiq;, atq; circumuallatã hostium urbibus ostendit: quorũ etiã potentiã, sæuitiamq; extollit, quo eã magis perterrefaciat. Et inhospita Syrtis.] à solitudine regionis propter Syrtes, de quib. in 1. Aeneid. dictũ est.

" *In breuia, & Syrtis urget, miserabile uisu.*

Hinc deserta siti regio.] *à penuria aquarum: qua maxime pluribus in locis Africa laborat.* Lateque furentes Barcæi.] *à furore Barcæorum. Hieronymus in epistola ad Marcellinum & Anapsychiam legit lateque uagantes Barchæi.* Quid bella Tyro.] *terrorem amplificat ab expectatione aliorum malorum: quæ à fratre sorori imminebant: quam rem uerisimilem facit ex minis, quas Pygmalion in illam sæpe iactabat, ac intendebat.* Dijs equidem au[illegible]icibus.] *felicem, faustumque hunc Troianorum aduentum esse conijcit ex præiudicijs Deorum, præsertim Iunonis, quæ & urbi Carthagini, & coniugijs præest. eò enim uidetur alludere: quoniam non absque auspicijs nuptiæ fiebant. huc accedit, quòd quæ præter spē ultro obtingunt, ea diuinitùs, uel prouerbio ueteri fieri dicūtur. Terēt.*

" *Quid si hoc quispiam uoluit Deus?*

Quam tu urbem soror hanc cernes?] *addit animum sorori, eamque in spem erigit futuræ felicitatis, & gloriæ: putat enim Carthaginem urbē fore inclytam, atque illustrē, si hi duo populi tanta uirtute, animique magnitudine præditi in unum populū coaluerint, sumpto à cōsequentibus argumento: nam uirtutem necessario sequitur gloria.* Punica se quantis.] *Rhetorica expolitione hūc locum exornat ad amplificationem rei.* Tu modò posce deos.] *iam tandem concludit: Deosque sacrificijs propitios faciendos, uotumque impetrandum esse monet: perinde ac si diceret, multa uides concurrere, quibus non solùm debeas, uerum etiam rogaris huiuc tanti hospitis matrimonio iungi: reliquum est, ut Deos obsecres, hanc tibi ueniam dent, ut rem hanc denique perfici, & ad faustum, felicemque exitū perduci posse.* Sacrisque litatis.] *noue dictum est, ut etiam Seruius admonet: nam Deos, non sacra litamus.* Causasque innecte morandi.] *quod factū est conuiuiorum iteratione & uenatione, ut infrà patebit.* Dum pelago.] *nonnullas occasiones recenset, quæ ad retinendum Aeneā idoneæ sese obtulisse uidebantur, mare turgidum, procellisque agitatum. Orionis ortum, qui longam polliceri tēpestatem uidebatur, naues cōcussas, quæ proculdubiò reficiendæ erant: cœlum denique asperum, & intractabile.*

LAMB. Hort. O LVCE.] *Suasoria oratio, qua sororem hærentem, ad fidem irritam faciēdam, placutis dijs, impellit: utque Aeneā in regnum recipiat. Exordium ductum est à beneuolentia perso[illegible] idonis amplific[illegible]tur, cùm eam uita sua charioré uocet.* S[illegible]ori mihi, cum lege personæ. Solane.] *Propositio. Valetque perinde ac si diceret: non est iuuēta mœrore transigenda: danda opera est procreandis liberis. In summa, reginæ nubendum est. Negauit Dido: Anna affirmat. Refutatis argumentis Didonis, docet ab utili necessario, iucundo & tuto, nubendum esse.* Carpere.] *consumere. Subijcit interpretationem, quo pacto perpetuam iuuentam censeat non esse terendam, absque liberis procreandis uidelicet, ne una inter fœminas sterilis, ac sine sobole in m[illegible]d quod probro fœminis dabatur, ut ueteris lex testa[illegible]r.* Veneris.] *Verecūda expolitio, [illegible]* Id [illegible]inerem.] *Interpretatur, quid cinerem appellet, mortuorum animos. Refellit propositionem Didonis: nisi religio & uotū obstarent, solum Aeneam animum eius solicitasse. Respondet ad id Anna: aut nihil ad mortuos uiuentium uota pertinere, aut nullum eorum sensum ad illos peruenire. Sed & Epicureorum assertio erat, animum unà cum corpore interire: unde sequeretur, nihil Sichæū, qui nusquam esset, posse curare, utrum nuberet, an non.*

Esto ægram.] *Concessio, qua amplificat opes procorū Libyæ, à quibus eius coniugium expetitum fuerat. Sed eam dissoluit à præsenti periculo, & difficili. Quid difficilius fœminæ, quàm cum amore depugnare, à quo ipse Iupiter, & quantum deorum hominumque est, expugnatur.* A

Aegram.] *animo, ob mortem Sichæi recentiorem, quæ ei adhuc ob oculos uersabatur: quamobrem nubere noluit.*

Mariti.] *Viri ac proceres Libyæ, qui certatim tuas nuptias affectarunt, quorum alios post alios religionem constantiæ reieceris.* Tyro.] *hoc est, non è Libya, aut Tyro, & à Carthaginensibus spectat. Nisi ita interpretemur: Esto, non flexerint te ulli mariti, sed nec Iarbas quidem, despectus Libyæ, & multo ante Tyro: ut synecdochicos, pro Libycis & Tyrijs accipiamus.* I[illegible]rbas.] *Mauritaniorum rex. Dido post suū in Africam appulsum, ea fortuna, qua in primo huius Operis libro exposuimus, urbem & arcem posuit. Interea regni rebus tanto successu crescentibus, & multitudine, ut neque reginam conditricem fortunæ suæ, neque comites fugæ pœniteret: Iarbas Mauritaniorum rex, quorū opes ea tempestate inter Afros pollentissimæ erant, Didonem per legatos uxorē de[illegible]oscit & nisi potiretur, Pœnorum primoribus ad se accitis bellum ferociter denunciat. Carthaginensium legati eorum dubij in perplexo negotio,* B *quoniā norant reginam [illegible] à morte mariti, non aus[illegible] fuerunt ei illud indicare. Ergo opportunum tempus na[illegible]ctæ eam aggrediuntur. Indicant Iarbam se offerre ad d[illegible] cēdum [illegible]haginenses, mansuetiores uitæ cultus & mores. Neque uerò quenquam illo ad eam [illegible] nec ū inueniet posse, ut barb[illegible] ferarum ritu uiuentes mitescerent: aut qui ad eos migrare uellet. Ad ultimum exponunt, eā uxorem deposcere & nisi illi fieret satis breui fore, ut ciuitas in graue discrimen attraheretur. Dido consilio accept[illegible], lacrymauit manes Sichæi in secretiori conclaui implorat. Postremò perplexè respondit fuit, se ituram, quo sua se uocarent fata. Cæterùm breue exorat ante nuptias spatiū, dandi inferias ob uotū uiulationem marito, & ad cædendum hostias interuallum. Inde secretà conscensa pyra, ad populum exclamauit, iam tum se ad maritum ituram. Sic suos al[illegible]quuta, ferro pectus transfixit. Ergo habes pōdus & momentum hoc loco exemplum contempti Iarbæ quidem sed Poëta suo instruit argumento.* Ductoresque.] *Amplificatio, à procorum mul[illegible]itudine, à quibus certatim expetatur: cùm aliòqui ab Iarba rege, reginæ nuptias uffestatas contet.* Africa terra [illegible]ppositio. Triūphis.] Prom de bellicosa Pl[illegible]cido.] *amabili grato. Seruius legit placito ut [illegible] sens[illegible]: Contemp[illegible] istis est qui displicebāt, pugnabis nunc cum amore placito: hoc est, qui animo tuo adlubescat? Græca figura dixit, Pugnabis amori, ut & Certat illi, uel cum illo. Contendo tibi, siue tecum & apud Catullum: Noli pugnare duobus, pro, cum duobus. Figura poëtis nostris tantùm familiaris, Græcorū (ut dixi) imitatione.* C Amori.] *Violenta res amor est, & [illegible].*

Nec uenit.] *A non tuto. Vetseris medie intre nationes barbaras, bellicosas, & opibus pollētes. tu fœmina, fratris & amicorum præsidijs destituta, cui non sit cuius auxilium implores. Itaque censeo tibi nubendum esse, ut habeas, qui te, ciues, urbem, & regnū cōsilio armisque tueatur.*

Hinc Ge[illegible]læ.] *ut discrimen præsentius oculis subijciat, circumscribit circumiacentes populos, & digito propè monstrat. Nam ab ortu Syrtim maiorem aspicit, à meridie Getul[illegible], ab occasu Mauritanos, à septētrione mari Africo cingitur Italiam contra.* Getulæ.] *Getula, inquit Salu-stius,*

A situs, initio Africam habebant & Libyes, asperi incultiq; quibus caro ferina cibus erat, & humi pabulum, uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; legibus, neq; imperio cuiusquã regebantur, uagi palantesq; qua nox coegerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interijt, exercitus eius compositus ex uarijs gentibus, amisso duce, ac passim sibi multis imperiũ petentibus, breui dilabitur. Hactenus Salustius. Caeterùm Getuli magis aliquanto ad Solem eiecti sunt: Numidae uerò ea loca tenent, quae proximè Carthaginem Numidia appellatur. Et Getuli haudprocul ab ardoribus, maturè oppida habuerunt. contrà Numidae, (Armenij hi. Persae & Medi fuerant, ex Herculis comitibus) serius. Hi paulatim Getulas [illegible] per connubia adiunxerunt. Et quia saepe tentantes agros, alia [illegible] atq; alia loca petiuerant, Numidas appellarunt, [illegible] permutandis papilionibus νομάς, pasco [illegible] Numidae, [illegible] sua aedificia agrestia mapalia uocarunt: hoc est, domos quas plaustris circumferunt. Sũt enim oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinae. νομάδες, βοσκήματα [illegible] dicuntur [illegible], [illegible] pascua, [illegible] pasturis & plaustris uagabantur, sedibus incertis,
B à Graecis ἀμαξ[illegible] [illegible] sunt appellati. Sunt & Numidae, siue Nomades, gentes Scythicae. etenim hae propter frigoris intolerantiam hyeme, rebus in plaustra conuectis, loca mutant: & quibus plaustra non sunt, in nullo habẽtur numero, sed ignominia notãtur. Itaq; ut exaggeret periculum, alteram gentem ab armorum uirtute, alteram ab agresti ingenio & indomito circumscribit. Inhospita.] Ad ortum Syrtes sunt, quae inhospitas uel ob id appellat, quòd accolae gentes barbarae sint & inhospitales, omnisq; humanitatis expertes. Nam cùm à Syrtibus nullum periculũ immineret ibi, notat eas gentes quae maritimam oram incolunt. Syrtes dicuntur ἀπὸ τοῦ σύρω, traho [illegible] enim arena in montem attrahuntur. Vnde fit, ut [illegible] dò sit uadosus, modò arenis rursus depulsis [illegible] locus in profundum praecept. Duae Syrtes sunt [illegible] yco, periculosa loca, dispari quidem magnitudine, sed periculo pari, quae litus Africũ obsident ad Catabathmon, qui locus Aegyptũ ab Africa diuidit. Secũdo mari prima habitatio Cyrene est, colonia Theraeon: deinde duae Syrtes, interq; eas Leptis, (sunt autem in eo tractu
C Phoenicum colo[illegible], Leptis, Hippo Adrumetum) quae hodie Tripolis appellatur. Deinde ara Philaenorum, quem locum Aegyptum uersus, finem postea habuêre Carthaginenses. Caetera loca ad Mauritaniã usq; Numidae tenent. Sed Syrtis minor est centũ ferè millia passuũ, qua mare patens & uastum accipit: trecenta ferè, qua cingitur: uerùm importuosus & atrox, teste Mela, & propter uadorum frequentium breuia, & [illegible] multò ob alternos motus pelagi affluentis refluentisq; infestior. Altera Syrtis circa Leptim, spacio altero ferè quã dehiscit, quàmq; fluxũ egit, amplior, sed ingenia par (ut dixi) priori. Huc obiectum est promontorium Borion. Vrbes.] Amplificatio, cùm non in urbibus, sed oppidulis habitarent, Numidis adhuc agrestibus tectis, quas mapalia ipsi appellabant, palantibus. Genus insuperabile.] Accommodata ad persuadendum amplificatio opum & gloriae militaris Getulorũ. Numidae infreni.] Indomiti bello, & sedibus incertis adhuc uagi, palantesq;. Metaphora ab equis non frenatis sumpta: qui absq; freno regi gubernariq; nequeũt. Et Numidae, quae diu ferarum ritu susq; deq; uagarentur, nullis neq; legibus, neq; politica disciplina regebantur. Rectè ergo infrenos Numidas uocat. Deserta siti.] Ad austrum, quae ad ardorem Solis uergit, uastiores sunt solitudines, & inculta, quatuor ut minimum dierum itinere, ac propter & aquarum penuriam non habitata. Desertã igitur dixit, siti desertam regionem, pariter & torriditatem plagae.

Siti.] inaquosa. In interiore recessu sabulosa & uasta, Iouis Ammonis templum fuit, ad qu[illegible] religionis ergo Alexander cum exercitu, difficilibus aquae penuria itineribus penetrauit. Ibi Aethiopes, & Troglodytae in cauernis speluncisq; subterraneis habitantes [illegible] Athl[illegible], ac deserta sterilitasq; locorum Numidiae. Itaq; Carthago undiq; locorum difficultatibus conclusa fuit. Barcae.] Libyci populi bellicosissimi, à Barce oppido, (hodie [illegible] appellatur, teste Suida) metropoli [illegible] Libyae, cui id nominis fecit Barce regina, quae eam condiderat. Sunt qui Barcaeos, à Barco oppido ... [illegible] (quod ex hoc loco uerisimile esse uidetur) dictos [illegible] & reuera de ijs noster Poeta hic loquitur. Sunt autem hi Carthaginensibus australes. Afri eos hodie uoce nominis corrupta Baricianos nuncupant. Sed Barcaeos, qui Ptolemaidos Pentapoleos populi sunt, tradunt im[illegible] apprimè studiosos fuisse, adeóq; primos à Neptuno [illegible] cura [illegible] subiungere doctos, à Minerua uerò agere currum, ut author est in rebus Libycis Mnaseas. Barcaei.] Consilio Didonem à proposito sub. horum mentione territ, quod hi Phoenicas in Libyam irrumpentes, magno praelio superarunt. Vrbem ipsam, quam de Ptolemaei nomine Ptolemaida dictam retuli, & quia aq; urbibus ampliarunt. Barcion herba in Aegypto est. Quid bella.] Praeteritio: nam fingit se nonuelle dicere id, cuius maximè mentionẽ iniecit à praedicto. nam bellum planè praesens, hauddubiè Pygmalion sorori facturus uidebatur, maximè urbis Carthaginensis accepta celebritate. Tyro.] è Tyro. Exponit his euidentioribus uerbis, quod bellum dicat, minas uidelicet fratris germani Pygmalionis, ob sublatae pecuniae [illegible]dem, ludibrium, & fugam occultam. Dijs equidem.] Ominatio, à uerisimili. Vt res enim Punica ad magnas opes proueherentur, defendanturq; ab hostibus, quibus undiq; sumus cincti, nulla dubitatio potest incidere, cum dijs ita uolentibus, huc classes Troianae sint appulsae. Admonet Erasmus, prouerbium omnis illa sap[illegible] [illegible] dijs, propitijs dijs, dijs auspicibus, [illegible] & hoc loco Iunone secunda [illegible] dilectus, & similia: quod prisci rerum op[illegible] singulis hominibus genios boni attribuerentur, [illegible] daemones appellabant, quorum alter perniciem [illegible] moliatur, alter salute studens. Neque uerò solùm hos hominibus datos, uerumetiam locis atque aedibus. Proinde dijs auspicibus & Iunone secundante est, feliciter & approbantibus autem reor Troianos huc cursum suum tenuisse. Iunone.] Non Venere, aut Minerua, aut deorum aliquo uolente, sed Iunone secundante, quae propter summos honores qui ei illic habebantur, ipsam urbem patriae Samo [illegible] praetulit toto Orbe. Sed & nubentibus & parentibus praesidet Iuno. unde Iuno, Lucina, & [illegible] ἀπὸ τῶν γάμων. id est, à nuptijs, & Iugalis. Apud ueteres enim nil nisi auspicatò fiebat. Huc cursum. Periphrasis nauigationis: id est, huc Troianos adnauigasse. Quam tu urbem.] A consequentibus coniugium, quo hac utile, & proin iucundum proponit. Si homini tam forti & illustri heroi nubas, futurum est, ut breui amplissimum imperium

imperium habeat, opibus iuxtà & armis pollentissimum. Expolitio synonymia uehementer ad commouendum accommodata est, ut agitatum animum uidelicet ad coniugium magis magisq; accendat. Dilatat amplificationibus, cùm promittit gloriam rerum Punicarum. Variatus est orationis color per admirationem Quaniam uidebis hanc urbem, quàm opibus & armis florentem? quod regnum? imitatio numeri. Tali coniugio, quo regina Carthaginensium Troianorum duci sit coniuncta. Tu modo.] Complexio, à salubri & honesto consilio, ut ob uiolatæ fidei religionem, & deos & mariti manes placare studeat. Hortatur item ad tractandum hospitem summa cum humanitate, ad beneuolentiam conciliandã. Dum pelago.] ab opportuno rationem detinendi monstrat, ducto à circumstantia temporis hyberni, quo per tempestatem aeris cœliq; inclementiam maria non temerè tentanda sunt.

Hyems [illegible] tempestas. cuius causam efficientem addit, signum pluuium & tempestuosum, Orionem: cuius exortu, ut & arcturi, & Hyadum, procellis & turbinibus omnia miscentur. Cæterùm de Orione in primo & tertio diffe- A ruimus. Nunc illud tantùm dicemus, authores huius uocabuli penultimam in obliquis modò extendere, modò contrahere. ut, Orionis astrum: Armatumq; auro circumspicit Oriona. Docet Anna multas opportunas detinendi hospitis causas: quàm diu turbantur maria tempestatibus hybernis: Orion suo exortu sæuiat: dum naues longa nauigatione quassatæ reficiuntur, & per cœli asperitatem maria tentari nequeant: Expolitio. Heliacum haudubiè Orionis exortum notat, qui in diem undecimum Aprilis, alijs decimumquintum Cal. Maias, Tauro oriente, in cuius latere sedet, incidit: nisi cosmicon qui malit accipere, qui sub hyemem decimoquarto Octobris agitur.

Morandi]id est, haerendi ac manendi. Tractabile]inclemens sit cœlum, per pluuium Orionem, quem ob id aquosum uocat. Obliquus latus Tauri claudit, cum quo armatus decertare fingitur Aratus in Phænomenis:

[illegible] «

[illegible] —— «

ARGVMENTVM. B

Persuasa sororis oratione Dido unà cum [illegible] ipsa templa Deorum a[illegible] [illegible]biq; mactatis Cereri P[illegible], & Baccho bide[illegible], Iunoni uerò uacca c[illegible], Deorum sibi bene[illegible]ntiam aucupa[illegible], apertisq; p[illegible], eorum etiam deorum uoluntates per exta noscere studet quam rem cen uanam, & fœminæ flagranti amore nocituram Poeta exclamat [illegible] sua persona.

His dictis incensum animũ inflammauit amore,
Spemq; dedit dubiæ menti, soluitq; pudorem.
Principiò delubra adeunt, pacemq; per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidenteis
†Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo:
Iunoni ante omnes, cui uincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis uaccæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras,
Instauratq; diem donis, pecudumq; reclusis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
Heu uatum ignaræ mentes. quid uota [illegible]rentem,
Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas
Intereà, & tacitum uiuit sub pectore uulnus.

†al. Frugiferæ

NASC. INCENSVM animum inflammauit amore.] alludit ad prouerbium igni ignem addere, siue oleum camino. unde Horat.

» Adde poëmata nũc: hoc est, oleum adde camino.

Porrò quàm efficax fuerit sororis oratio, indiciũ facit, quæ sororem in amorem incitatã ad eum amãdum etiam [illegible]mat, & in spe futuri cõmodi ita confirmat, ut omnis uerecundia, pudorq; [illegible] concesserit. propterea sequitur. Soluitq;] apposite soluit dictum est propter castimoniæ nexum, cui sese addixerat: unde illud fuit:

» Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet,

» Ne cui me uinclo uellem sociare iugali.

Principiò delubra adeunt.] ex affectis cognoscitur an ab oratore fuerit persuasus auditor. Hic Dido exequitur, quæ Anna soror agenda esse monuerat: ut præcipuè deorum beneuolentiã per sacrificia sibi compararet.

Mactant lectas] declarat quomodo per aras deorũ beneuolentiam, atq; uoluntatem explorauerint, sacrificio uidelicet pecudum biennium: tales enim pecudes sacrificio apta esse uidebantur. Gell. lib. 16. cap. 6. Legiferæ Cereri.] [illegible] Græcis dicitur accuratè satis hunc locũ explicauit Seruius interpres: attamen nos etiã obiter annotandũ censuimus huius Deæ festa, quæ [illegible] dicebantur, apud Athenienses sic celebrari solita, ut mulieres Aegyptio more à cibis abstinẽtes, id quod Plin. & Aelianus retulerunt, in folijs hagni arboris stratæ iacerẽt.

Cui uincla iugalia curæ] [illegible] est, cur ante omnes Iunoni sacra faciat, quia nuptijs præs. & [illegible]dit, opinor, ad morem priscorũ Ro. qui ad eã Iugæ Iunonis, quæ, ut ait Festus, Romæ in uico fuit, quod propterea iugarius dictus est, ueniebantur uinculis in omẽ futuræ cõcordiæ iungebãtur. Vicus autem iugarius (uti ex Liuio compertũ est) ad radices Capitolij, qua parte Palatinum montem spectat, fuit, & cum foro Rom terminauit. Ipsa C tenens dextra pateram.] ita enim requirebat sacrificandi lex, at qui sacra facturus esset, ipse hostiã exploraret, modò illa fuerit exploratio, & non potius purgatio, siue expiatio quædã hostiæ: nã uti ex Dionys. Halic. liquet in [illegible] antiq. apud Rom. illi, quibus immolandi ius erat, lotis manibus sacra pura circũ purgabant aqua, frugibusq;: id est, farre, & mola salsa in capite hostiæ inspersis, precibusq; nuncupatis, hostiã ministris tradebant mactandã: quibus ex uerbis apparet interpretes errore lapsos fuisse: qui putant Didonem hoc facto explorasse hostiã, utrum apta esset, nec ne. Videtur autem occultè alludere ad legẽ Numæ, qua cautum erat, ut Plutarchus scriptum reliquit, ne mulieres ab obitu coniugis ante ad decem menses nuptias repeterent: quæ uerò infrà id temporis nubere uellent, uaccam prægnantem sacrificarent. Spatiatur ad aras.] cum quodam motu, ut modestè saltare uideretur Sic enim facere solebant olim matronæ, quæ Dijs sacra facere solebant. Horat. in poët.

Vt festis

» *Ut festis matrona moveri iussa diebus.*

A Pecudumq; reclusis Pectoribus.] *ut explora- ret nunquid Dij vellent huic matrimonio assentiri. Hoc sacrificij genus haruspicina dicebatur, in quo Deorum volun- tas per exta: hoc est, per hostiarum interstitia exquirebatur.*

Heu vatum ignaræ mentes.] *hic suggillant no- vi quidam Critici Virgilium, quod ex sua persona contra- ius, fasq; Poëta exclamavit, id quod ab Homero inquiunt nusquam factum fuisse apparet. quasi verò nihil fieri pos- sit præter id, quod Homerus fecit. sed ausim dicere nul- lam hic esse exclamationem, verùm potius indicationem quandam cum irrisione in sacerdotes, qui Didonem non credituram admonuerant: maior enim est in fœmina a- more flagrante vis amoris, quàm religionis. cuius rei non ignarus Poëta iudicium suum adhibuit sacerdotum inscitiam irridens: qui cùm multa prænunciassent futura huic iugali copulæ contraria, non tamen viderant, Didonem nimio amore Aeneæ flagrantem minimè verbis ipsorum fi- dem adhibituram. Sed sit, ut re vera est, exclamatio cum irrisione, unde nam mihi ostendent isti delicatiores critici, poëtas Epicos ex sua persona exclamare non posse?*
B *quando hac de re Aristoteles, qui multa in poëticam fa- cultatem præcepta tradidit, ne verbum quidem fecit? at Homerus ex sua persona non exclamavit. quid si alij fe- cerint gravissimæ auctoritatis viri? sed stultum est nos au- ctoritate magis, quàm ratione moveri, nulla, quamobrem id fieri non possit, ratio est. quod verò fieri possit, ipsa na- tura, & auctoritas persuadet: nam cùm Poëta homo sit, humani ab eo nihil alienum esse putandum est: est autem cuiusq; hominis proprium moveri, perturbari, huiusmo- di q; affectibus varijs in rebus, præsertim duris, atq; diffi- cilibus, affici. quamobrem effectum est, ut poëtæ plurimi cùm Græci, tum Latini atque illi quidem non infimæ ce- lebritatis viri, ex sua persona gemuerint, doluerint, præ gaudio, dolore, stupore exclamaverint, Hesiodus, Apollo- nius, Lucretius, Ovidius, Lucanus, Statius, sed in primis Virgilius nec iudicio, nec fortasse etiam doctrina Homero inferior, qui tametsi animadverterat Homerum nunquam ex sua persona exclamasse, tamen ipse hic, & sæpius voluit exclamare in 4. Aeneid.*

» *Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis?*

C *Et in eodem libro:*

» *Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris,*
» *(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros.*

Et in septimo:

» *Huius apes summum densæ (mirabile dictu)*
» *Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ,*
» *Obsedêre apicem.*

Et in nono:

» *Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,*
» *Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.*

Sed quid ego illa recenseo, quæ cuiq; legenti ultrò sub o- culos venire possunt? sunt enim non pauca, in quibus non adeò frequens fuisset Poëta eminentissimus, nisi illud ex sua persona iure fieri potuisset. at Poëta humanas tantùm actiones sub aliena persona imitatur, quid eum? igitur ex- clamare ex sua persona non potest? miror profectò viros doctos in huiusmodi ineptias incidere, & absq; iudicio lo- qui. Est mollis flamma medullas.] *τὸ ἄπορον est, cur vota amanti nihil prosint, ex amoris potestate dedu- ctum, cuius naturam præclarè etiam Poëta exprimit, ad facem, sagittasq; cupidinis iterum alludens. ad facem qui- dem, cùm ait, mollis flamma, ad sagittas verò, cùm taciti vulneris mentionem facit.*

His dictis.] *Ab effectis orationis suasoriæ flagran- tem amore multò magis accendit. procline est enim ani- mum eò impellere, quò sua sponte fertur. Hæret in meta- phoris à corpore ad animum: ut, incensam, inflamma- vit.* Dubiæ.] *miberet nec'ne incerta ac ictæ religione, quam soror illi ex animo excussit, ut divos & mariti ma- nes sibi minus eo nomine infestos speraret. Nam si neq; dij res humanas curant, ut persuasa fuit: neque sensus ullus rerum præsentium ad mortuos pervenit, quid reliquum est, nisi ut violata voto appetitui obediat, & pudorem pro- stitutum habeat? Volens Poëta amantis furorem significa- re, discrimine turpis & honesti confuso, duobus verbis rei naturam explicavit,* solvitq; pudorem. *Et amantis inco- stantia observanda diligenter est: nam quæ paulò antè ter- ram sibi dehiscere optavit, maluitq; ad inferos præcipitari, & Iovis fulmine feriri, quàm pudorem prostitueret, eadem blandiuscula sororis oratione à proposito flexa, illicò se religione solvit, ac frontem abijcit.* LAMB. Hort.

Delubra.] *A religione auspicia sumit, ut placatis dijs consilium benè succedat, sitq; faustum ac fœlix, quod in- cœptabit: ut est perversitas & persuasio falsa. Veteres ut nil nisi auspicatò incœptabant, ita in cõtrahendo matrimonio exta consulere ijs mos erat, num fœlix fortunatumq; esset futurum coniugium. Maximè verò Iunoni cædebantur ho- stiæ nuptiarum præsidi: videlicet Gamiliæ. Delubrum porrò quid sit, variant authores. Varro author est lib. rerum divinarum octavo, teste Macrob. quosdam existimare, lo- cum esse, in quo area sit assumpta præter ædê deorum cau- sa. Nonnulloe rursum arbitrari locum, ubi dei alicuius si- mulacrum dedicatum sit. quemadmodum enim locus in quo candela figitur, candelabrum appellatur: ita locum in quo deum ponerent, delubrum dici. Utranq; opinionem a- struxit Poëta, cùm dicit:*

Aut ante ora deûm pingueis spaciatur ad aras.

Quid *enim spaciari aliud est, quàm ampli loci alicuius spacia obambulare? Festus tradit, delubrum fustem signi- ficare delibratum: hoc est, decorticatum, quem prisci mor- tales venerabantur pro deo. Alij ligneum simulacrum di- cunt, à raso ligno, quod Græci ξόανον, aut ξόανον dicunt, quod Latini statuam interpretãtur.* Pacemq;.] *veniam, gratiam favoremq; numinis, ut eorum pace facere liceret, quod omnino esset factura.* Per aras] *ad aras, diligenter per exta hostiarum Dei mentem & voluntatem explorans, observansq; quid illa portendant. Duo maximè hostiarum genera veteribus erant: unum, quo dei voluntas per exta disquirebatur: alterum, quo sola deo anima consecrabatur, vel voti vel piaculi causa, ad placanda numina: vel, ut id quod à dijs precarentur, impetratum ferrent, quo recon- ciliari credebantur. Ad prius genus hæc hostia pertinet: ad posterius verò illæ, quarum mentio est in secundo, ter- tio, & alijs libris. In secundo:*

Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa, «
Cùm primum Iliacas Danai venistis ad oras: «
Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum «
Argolica.—— *In tertio:* «
Sacra Dionææ matri, divisq; ferebam, «
Auspicibus cœptorum operum, superoq; nitentem «
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum. «

Et ad Polydori tumulum, sacri sanguinis pateras ex cæ- sis hostijs fundit:

» *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,*
» *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam,*
» *Ad aras mactat.* ——

In quinto, Entellus pro morte Daretis meliorem animam Eryci magistro suo cædit. Macrobius author est, Poëtam hoc loco hostiæ utrunque genus complexum: ut & martis manes diuosque animalis uictima sibi conciliaret, & diuorum uoluntatem in extis fibrisque inquireret.

Bidentes.] *oues eximias. Huiusmodi sacra eximia, & maiores hostiæ opimæ & pingues dicebantur, ab omnibus selectis, quæ ad sacrificia destinatæ è grege legebantur, unde & egregia dicta: uel quòd specie eximia, quasi numinibus afferendæ, eximerentur. Bidentes nonnulli appellant omnes bestias binas, nedum oues solas, cum initio bidennes dicerentur: sed ad uitandum concursu duarum uocalium hiatum, d litera postea interposita est, ut pro biennes, bidennes primùm dicerent. longoque usu corrupta uoce, bidentes dixerunt. Hyginus tamen bidentes hostias appellatas scripsit, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent.* Mactant.] *θύουσι. Seruius existimat sacrificantium uocabulum esse, atque κατ' ἀντίφρασιν dictum. ac propriè mactare esse, magis augere: propter Macte uirtute esto: &, Macte noua uirtute puer. ubi Grammatici, pro uocandi casu accipiunt, quasi magis aucte dicas. Plaut. κατ' ἀντίφρασιν Extra sacra usurpauit in Aulular. Donatæ autem mactant & malo & damno uiros.* Legiferæ] *θεσμοφόρῳ. sic enim à Græcis dicta fuit θεσμοφόρος & θεσμοθέτης, legislator: θεσμὸς, lex. Triptolemus cùm fruges serere à dea edoctus, et uellet pro beneficio honorem habere, condito Eleusio, quod de patris sui nomine ita dixit, sacra Cereri instituit, quæ θεσμοφόρια, siue Eleusinia, Latinè Cerealia uocant. Porrò cùm sus aliquando læta sata scrobibus factis effodisset. eam ad Cereris aram arreptam, frugibus capiti impositis Deæ mactauit. Vnde illud natum existimant, quod salsæ fruges hostiarum capitibus imponerentur. A' θεσμοφόρος, θεσμοφοριάζειν, Cereris sacra celebrare. Porrò cur Ceres legifera, & Græcis θεσμοφόρος dicatur, in causa est, quòd ante repertas fruges, cùm nullis homines legibus ægerentur dissoluti, nulli quicquam erat proprium, sed communia omnia. Verùm postquam abiectis glandibus, illa inuenta sunt, homines posita feritate, sub legibus uiuere cœperunt. Ex agrorum enim diuisione primùm iura nata sunt. Atque inde (teste Plinio libro. 7. capite 56.) Ceres prima leges dedit. Et Cererem in Sicilia frumenti usum inuenisse constat. Illud autem hoc loco in quæstionem trahitur, quamobrem Dido Cereri sacrificet, cùm in eius sacris Eleusinijs uinum adhibere non liceret? Apud Athenienses, matronæ solæ quibus perpetua pudicitia uitam degere consilium stabat, uiticeis in Thesmophorijs coronatæ, sacris operabantur, quæ deinceps à castis fieri oporteret. Extat Aristophanis comœdia θεσμοφοριάζουσαι: id est, mulieres Cereri sacrificantes. Itaque Dido pudicitiam uiolatura, Cereri Legiferæ mactat lectas de more bidentes, uti eius pace fortasse pacem petat, uel ut constantem adhuc & offirmatum in seruanda pudicitia animum testetur. Potest alia adduci ratio. Per Cererem & Bacchum spiramus, urgetamur, & ab interitu uindicamur. Dido itaque numinum uolens propter periurij crimen auertere, eorum inquam numinum, quorum beneficio uita mortalio conseruatur, sacris animalibus ea placat, eorumque uoluntatem in extis explorat. Iam uerò, quoniam huius sacris nefas erat inferre uinum, sicut* A
in alijs quibusdam sacris apud Græcos mos erat Cereri sacrificare, in schema prouerbiale exijt, de conuiuio abstemio. Plautus in Aulul. Cererin' Strobile hi sunt facturi nuptias? Qui? Quia temeti nihil allatum intelligo: significans, sine uino futuras nuptias. Eadem Ceres existimata fuit, quæ Isis apud Aegyptios, cui in primitijs frugum suarum, manipulum aristarum agricolæ offerre consueuerunt. In huius sacris ac Orgijs mos tenebat, triticum & hordeum præferre. Et propter Proserpinam ab ea quæsitam aliquando, matronæ sacrum facturæ circa aram eius cum facibus ac tædis deambulabant. Phœboque] *Quamobrem autem Phœbo mactet hostias, uidetur ratio esse augurandi scientia: quoniam uerò auspicia, extispicia, ignispicia & similia mantices species sunt, cui Phœbus præsideat, rectè & consultò Apollini simul sacrificat, ut exta hostiarum & fibræ permittant, quod de coniugio constituit: simul ut rerum omnium testis præscius, licitarum item & illicitarum conscio.* Lyæo.] *Libero patri antonomasia, ἀπὸ τοῦ λύειν: hoc est, à dissoluendo. nam immodicum uinum, perinde ut Venus immoderata, eneruat uires corporis, & membra debilitat. Quare à Græcis λυσιμελὴς, à soluendis* B
membris appellatur. ut epigram.

λυσιμελὴς βάκχος καὶ λυσιμελὴς ἀφροδίτη.

Iunoni.] *Huic in primis: & quidem ob multas causas & eius diuersa officia, diuersa epitheta inuenit. Tutelaris Carthaginensium fuit, & ut beatium pronuba. A' Curibus Sabinorũ, Curitis à Saturno, Saturnia: Sororia, quòd soror Iouis sit: Lucina, quòd edendo in lucem partus præsit: Gamelia, ἀπὸ τῶν γάμων, iugalis.* Vincla iugalia.] *Ab officia, quæ Pronuba, Gamelia. Iugalisque ob id ipsum appellatur: periphrasis coniugij: id est, cui nuptiæ uiddices & coniugium curæ sunt.* Patera.] *Sacrificia ceremonias breuiter subijcit. Cæterùm patera quid sit, superiori libro explicauimus: poculum orificio amplo, & patenti, unde denominatum est.* Candentis *id est, coloris candidi, quod lætum & auspicatum omen futurorum nuptiarum esse uelut uaccæ: cùm alibi taurus Neptuno, & taurus Apollini cædatur. Nitrum inter cornua fundi solere credimus.* Aut ante ora. *Fuit ergo area delubra adiuncta, ubi ad deambulandum spacium patebat.*

Ora deûm.] *ante statuas diuorum, quas hic ora deorum uocat.* Pingues.] *uel opulentas, dites & opimas: uel* C
ut respiciat ad humum & aras sanguine uictimarum perfusas, in quibus uictimæ concremabantur.

Instauratque.] *in statum redigit eum diem solennibus sacris.* Inhians.] *auida intentaque tum ad explorandum numinis uoluntatem in extis, tum ad extispicum responsa. Translatio à corpore ad animum: nam qui serio intenti ad rem quampiam dubios animos applicant, ore hianti, sui quodammodo oblitusci solent.*

Pectoribus inhians.] *Diastole in cæsura. Exponit, quibus donis diem eum instaurarit: hostijs animalibus, quarum exta identidem consulebat.*

Spirantia consulit exta.] *exhalantia ac palpitantia. Ipsa ars & diuinandi ratio, extispicium uates, extispex dicebatur sicut aruspex, & aruspicium. Sed in extis hæc præcipuè obseruabantur: cor, quod aliquando defuisse, memoriæ proditum est: caput exterum si desit, aut geminum reperiatur, iecinora, ab una fibra intumescens explicata: fel geminum, & alia id genus, ridicularum superstitionum plena.*

Heu

A Heu uatum.] *Exclamatio in uanitatem & superstitionem uatum & aruspicum inscitiam, qui periuria fueriti, uictimis aut hostijs expiari posse arbitrantur, aut amantem aliquid sani agere. Frustra Dei uoluntas in eam tentatur, ubi appetitus (quæ caro est) rationi: hoc est, spiritui dominatur. Quid porrò consuluit exta, cùm omnino fiet sen eius fidem uiolare, & amori succumbere? Quorsum spectant expiamenta, cùm fœdeat flagitium expiare pesumût Præpostera religio est, religionis conciliata specie praua libidines palliare, & honestum prætextum obtendere.* Furentem.] *Amentem, & insanam: uel, ut alij placet, zelantem.*

Est mollis] *exedit. perpetua metaphora Amorem mollem flammam nocat. Estque ratio, quamobrem nec uota, nec delubra Didonem iuuant. Tacitu uulnus uiuit metaphora, à corpore ad animum ducta. tacitum uidetur occultum dixisse: quod tacitum habuit uatibus.*

ARGVMENTVM.

Didonis amorem amplificat per comparationem à ceruæ telo pastoris uulnerata, quæ uti dolore cõfecta huc, illuc discurrens, stare loco nescit: ita Dido amore saucia huc, illuc vagatur, has, illasque ineptias nulla dignitatis suæ habita ratione, facit. & sane huic negotio quam aptissima comparatio esse videtur: nam Dido telo Cupidinis ceruæ sagitta pastoris, vulneratæ, syluæ ciuitati, mobilitas, cursusque ceruæ Didonis motibus, ineptijs, concursationibusque comparantur.

NASC.

Vritur infœlix Dido, totaque uagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitque uolatile ferrum
Nescius. illa fuga syluas saltusque peragrat
Dictæos, hæret lateri lethalis arundo.
Nunc media Aenean secum per mœnia ducit,
Sidoniasque ostendat opes, urbemque paratam:
Incipit effari, mediaque in uoce resistit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
*Iliacos iterum demens audire labores
Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.

*al. Iliacosque iterum

Totaque uagatur.] *causam præfatus est cùm ait Vritur infelix Dido: nam amoris quasi stimulis* B *agitata per urbem uagabatur.* Qualis coniecta cerua sagitta.] *amoris amplificationem comparatione illustrat, quæ ex 11. Iliad. minimè sumpta est, ut quidam, in quibus est Macrobius, falsò existimarunt, illis uersibus*

» [illegible]

» [illegible]

Et quæ sequuntur. nihil enim simile habet comparationi Homeri præter ceruæ & sagittæ mentionem.

Incautum] *aptè & scitè: nam ut cerua à pastore incauta figitur: sic Dido Cupidinis telo incauta uulneratur. alludit enim occultè ad cupidinis insidias, de quibus in primo libro mentio facta est.* Nemora inter Cressia.] *hæc præsertim ceruis abundant.* Nescius.] *à se percussam ceruam. aliter sentiunt interpretes sequatur quisque, quod magis probet.* Lethalis arundo.] *conuenit hoc*

C *Didoni propter futuram ipsius necem, unde illud est ex eodem libro:*

» *Præcipuè infelix pesti deuota futuræ*

» *Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo*

» *Phœnissa.*

Obseruandum uerò est, quanta cum grauitate hic orationis copia luxuriet, quàm ue copiosè eandem rem uariet Poëta, sagitta, telum, ferrum, arundo.

Nunc media Aenean] *Didonis ineptias, quas amore uicta faciebat, describit. unde colligi potest, quanta sit uis amoris, cùm præter reginæ, pudicæque fœminæ decorum sint stultè, ac temerè ipsa facere cogeretur.*

Ostentat opes.] *cum iactantia ostendit quasi magnas, magnique precij fortunas.* Mediaque in uoce resistit.] *ita plerunque fieri solet, ut amantibus inuicem de amatorijs rebus loquentibus lingua adeò reprimatur, ut inceptum sermonem absoluere nequeat. unde Horat. lib. 4. carmin. Ode 1.*

» *Cur facunda parum decoro*

» *Inter uerba cadit lingua silentio?*

Totus uerò hic locus ex tertio Argonaut. Apollonij libro sumptus est, de Medea uerba faciens: ita enim ait:

[illegible] «

[illegible] «

[illegible] «

[illegible] «

Sed in uno tot Apollonij carmina hoc uno uersu complexus est:

Incipit effari, mediaque in uoce resistit.

Labente die.] *antiqui inclinata iam die: hoc est, post nonam diei horam cœnabant. Horat. epist. lib primo ad Mecœnatem:*

——sic ignouisse putato «

Me tibi, si cœnas hodie mecum, ut lubet: ergo «

Post nonam uenies. «

Demens] *quia quæ semel ab aliquo noueris, eadem iterum ab eodem uelle audire dementia est.*

Pendetque iterum.] *pendere ab ore alicuius dicuntur, qui eum diligenter, attentèque audire uolunt. Ouid. in epist. Penelop.*

Narrantis coniux pendet ab ore uiri. «

Sed hic amantis affectus exprimitur: quæ ex ore uiri pendebat, non modò ut eum audiret, uerumetiam ut intueretur: nam oculi, ut antè dictum est, amoris sunt duces.

VRITVR.] *A re corporea, ad incorpoream: pro, perditè amat.* Totaque] *A signis amoris: uagatur per totam urbem furenti similis. Vtica ita & amor, furor quidam est, quo animus de sua sede mouetur ut discrimen nullum honesti ac turpis dinoscat,* Qualis.] *Comparatione illustrat rem, à ceruorum natura & pastoris exemplo ducta. Pastor, Aeneas: Dido, cerua: amor, telum: nemus Cretense, urbs Carthago, per quam sursum deorsum uagatur regina.* Cressia.] *Speciei pro genere. Verùm inde maximè comparationem duxit, quòd Cretenses præstantissimi sagittarij fuerunt, quibus ex arundine sagittæ conficiebantur.*

LAMB.
Hora.

bantur. *Quare aptissimam collationem à saltu Cretensi duxit, ubi pastorem uenari fingit, & ceruam telo figere. Hinc illa: Cretensis arundo, Gnosia tela, & similia: Creticusq; rhythmus. Creticum, uestis genus, cuius meminit Aristophanes: & κρητικὸν, mentem, propter eius gentis peculiarem uanitatem. Idomeneus ut ex spolijs redactum distribuere iussus, optima ex ijs sibi delegit. Sed de rebus Cretensium in tertio fusissimè annotauimus.* Saltus. *syluas difficulter peruias, in quibus æstiment, lustráq; sua feræ habeant,* Dictæos.] *Cretenses. Est enim Dictus, ut & mons Ida, in Creta: à parte totum.* Arundo.] *sagitta: à materia, res confecta.* Inscius]*Passiue exponunt. Sed si rei naturam perspexerimus, uidebimus actiuæ significationis hic esse.* Nunc media Aen.] *Enumerat certissima amoris argumenta, à signis: hoc est, à dictis factisq;. Estq; relatio in particula* Nunc.

Sidoniasq;.] *quas Tyro fugiens mortem fratris, huc secum extulerat: nisi quis per antonomasiam, Punicas opes malit intelligere, ipsam urbem uidelicet luculentam, & regia magnificentia extructam. In Phœnicia erat Tyrus, olim insula, postea ab Alexandro terris annexa, de qua alio loco nobis est memoratum. In ea trans Libanum ducentis stadijs à Tyro, fuit Sidon, antequam à Persis caperetur, opulenta, & maritimarum urbium maxima. Sidonij post multos annos ab Ascalonitarum rege expugnati, Tyrum delati, nouam urbem sub id tempus condiderunt, quo Troia à Græcis capta & excisa fuit. Hic uitriaria officinæ plurimæ fuisse produntur, arenis Beli amnis eò transuectis, quibus fusis nobile uitrum conflabatur. Chrestomathiæ author, Sidonem πολύτεχνον uocat πόλιν, καὶ καλλίτεχνον, καὶ φιλόσοφον. καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ λογιστικὴν, καὶ ἀστρονομικὴν, καὶ ἐμπορικὴν, καὶ ναυτικὴν: quemadmodū Aegyptus tota Geometriæ studiosa fuit. Hinc Sidoniæ stolæ, tapetes, καὶ σινδόνες & quies.* Ostentat.]*ad captandam gloriam & laudem, ex magnificentia & splendore cæpti operis. Porrò quas dicat opes, ipse exponit, cùm dicit, Vrbemq; paratam.* Incipit.] *Amantis inconstantiam depingit quæ cœptam orationem, quasi sui oblita, abrumpit, affectatq; eadem audire sæpius, ut est dementia* Labores Iliacos, *excidium Troianum uocat: cùm alioqui sanè crambe recocta sit nimis quàm molesta & odiosa.* Pendetq; iterum narrantis ab ore.] *attenta ad auscultandum, non tam uoluptate ipsius narrationis, quàm capta uiri amore. metaphora in uerbo pendet.* Ab ore.] *Ab labiis amantis, quæ dicentis uerba obruendo excipiat.* B

A R G V M E N T V M.

Perorata ab Aenea calamitatum, errorumq; suorum narratione, dormitum omnes discedūt, cùm ad multam noctem uigilassent: at sola Dido iamdudum amore saucia, somnum oculis non capit: sed modo in stratis Aeneæ cubat, modò illum absentē quasi præsentem uidet, & alloquitur: interdum gremio Ascanium detinet, vt ex imagine amantis ardorem sui amoris sedare paululùm possit. quia in re vsq; adeò occupata erat, vt nec vrbem, nec quæ vrbis interessent, sed solum amorem curare uideretur. quod diligenter Iuno animaduertens insidias parat, & callidè Venerem alloquitur.

NASC. Vbi digressi.] *è conuiuio, siue ex triclinio, ubi cœnarāt.* Lumenq; obscura uicissim.] *ad multam noctem uigilatū fuisse ostenditur, propterea subdit:* suadentq; cadentia sydera somnos, Sola domo mœret uacua.] *non placet, quod Seruius, alijq; interpretes dicunt, sola, sine eo, quem amabat: quia nunquam solæ sunt reginæ, sed sola mœret in ampla domo, quoniam cùm omnes læti essent, Troiani cùm propter sociorum incolumitatem, tum maximè propter summam reginæ erga eos beneficentiam: Afri propter aduentum hospitum suæ reginæ gratissimorum. sola Dido amore saucia domi mœrebat. unde colligitur conquestione affectus per locum communem ex afflicta conditione uitæ Didonis. uel reuera sola mœret in ea parte domus, quæ uacua erat: nam amantes solitudinem quærunt: ut de Bellerophonte narrat Homerus Iliad. 6.*

" ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
" ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quos uersus ita uertit Cic. in 3 Tusc.

" *Qui miser in campis mœrens errabat Aleis*

Post ubi digressi, lumenq; obscura uicissim
Luna premit, suadentq; cadentia sydera somnos,
Sola domo mœret uacua, stratisq; relictis
Incubat: illum absens absentem auditq;, uidetq;.
Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercent, portusue aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.
Quam simulac tali persensit peste teneri
Chara Iouis coniunx, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:

Ipse suum cor edens, hominum uestigia seruans. "
Nec profectò addidisset Poëta uacua domo, nisi reuera Dido sola fuisset. Stratisq; relictis Incubat] *non extra strata iacebat, sed in stratis ab Aenea relictis in triclinio cubabat, quasi unà cū Aenea cubare sibi uideretur.* C Illum absens] *pulcherrima alliteratione exprimit amantis affectum. ita quoque Ouid. in Epistol ad Aeneam:*

Aeneasq; oculis semper uigilantibus hæret, "
Aeneamq; animo noxq;, diesq; refert. "
Sed nemo melius Terentio: qui in Eunucho Phædriam cum Thaide ita loquentem facit:

Cum milite isto præsens, absens ut sies: "
Dies, noctesq; me ames: me desideres, "
Me somnies: me expectes: de me cogites: "
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis: "
Meus fac sis postremò animus, quando ego sum tuus. "

Genitoris imagine capta.] *nam filius est imago patris. dum igitur Ascanium in gremio tenebat, illius allecta imagine Aeneam se continere putabat.*

Non

A Non cœpta [illegible] assurgunt turres] amoris ubique [illegible] uel potius [illegible] carpit, qui ab omni negotiorum cogitatione [illegible] occulit. Eo [illegible] liberum fidum [illegible] fu[illegible] lat, quæ antè perfecta, [illegible] sua, [illegible] omnia aliud [illegible] erant, negligere [illegible] ignauos reddere uidebatur: [illegible] in [illegible] urbibus conseruandis maximè necessaria, q[illegible] Dido stultè neglexisse uidebatur, iuuentutis exercitationem ad arma, portum ad commoditatem uictus, muros, turres, & propugnacula ad tuitionem urbis, & populorum.

Pendent opera interrupta] eandem rem commutatis uerbis, & sententijs proferens orationem uariat per [illegible] nihil enim aliud est hoc in loco pendere opera interrupta, quam cessare, & ad tempus intermitti [illegible] perfecta manere [illegible] tali peste.] plus est, quam [illegible] amore dixisset: nam ita sese diffuderat amor in uenis Didus, ut ita se diffundat pestis quæ hominem de medio tollit.

Nec famam obstare furori.] hoc magni, ac feruidi amoris est signum, cum regina ne famæ quidem suæ rationem ducat. Talibus aggreditur Venerem.] hoc uerbo futuræ orationis [illegible] ostenditur, dolo uidelicet, & insidijs plenæ: est enim aggredi interdum dolosè,
B & insidiosè, hoc est decipiendi causa quempiam adire. Terent. in Phorm.

» Itane agitis mecum? satis astutè aggredimini.

Verba sunt Phormionis insidias timentis.

LAMB. Hort. Post.] Graphicè à signis efflicti [illegible] & perditi amantis ingenium depingit. maerorem in solitudine, imaginationem conspectus & uocis absentis, complexum Ascanij, in quo parentis imaginem contemplatur, negligentiam circa administrationem reipublicæ, & publicorum operum curam.

Digressi.] diuersi sublata cœna cubitum concesserunt. Luna.] Indicat noctem profundam, qua signa alia occidere, alia rursum exoriri uidentur. Cadentia.] uel occidentia, uel cadere uulgò apparentia, quoties attractus uapor suo pondere grauis & maturus è corporibus cœle[illegible] stibus desiluit. Mœret.] in thoro uiduo, amoris impatientia: cum enim amaret, tamen se prodere & amorem nondum sustuit. Absens] Collusio, cum polysyndeto: à natura æquantis. Nam quod amamus, id non solùm amemus, sed etiam in oculis nostris obuersatur. Et amans sibi somnia fingit: inde ueteribus in prouerbium abiectis, Ex aspectu nascitur amor, [illegible] & in [illegible] Oculi potissimùm amorem con[illegible]. Quare ueteres Poetæ Cupidinem in oculis excubantem, iacula sua mittere finxerunt. Sunt enim adamandum illices, ut in quibus peculiaris sit amoris sedes. Vergil in Bucol.

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Et in Georgicis:

—— uritque uidendo

Fœmina. ——

Genitoris.] Aeneæ, cuius simulacrum in uultu pueri eluebat. Non cœptæ.] A consequentibus. Amor negligentes facit, & segnes ad officia. Abiecta reipub. cura, nulla habetur armorum ratio: intermittuntur publica ædificia, adeoque perpetuum ocium propè publicè indictum fuit, & iustitium. Principum mores uulgus plerumque imitatur, ut uel alacres sint, uel segnes circa officia. Assurgunt.] Metaphora, ab animato ad non animal. Eminebant urbis munimenta, quæ ab amante principe neglecta perstant. Minæque [illegible] autem pinnæ, murorum extantes eminentiæ, quas pinnas dicunt [illegible] minari, quod non solùm minae iniiciunt, uerum etiam extantia ferri & eminere significat sed tum à manendo [illegible] lans. Zeugma. Aequata [illegible] Hyperbole. Machina. [illegible] Transit [illegible] à narratione, ad consilia deorum, quorum aus[illegible] imaginatur. Persic. Auxfit. [illegible]] Vbi pudor positus est, ibi [illegible], nec curatur infamia neque honesti aut turpis discrimen, ratioque habetur. Quare finis & principium iuxta habentur.

ARGVMENTVM.

Iunonis oratio est deliberatiua [illegible] sint [illegible] strenuitas, initio [illegible] uidetur, postrema verò parte ironia est remissa, [illegible] tranquilla, ad [illegible] uersa [illegible] primum [illegible] callido fieri consilio, attamen [illegible] uersutissimo. Persuasio huiusmodi est, ut depositis simultatibus [illegible] iam inter se constituant pacem: hoc est, ut duo populi unus fiat popu-
C lus, unaque in urbe Carthagine æquali potestate regantur, Veneris, videlicet, & Iunonis.

NASC. Egregiam uerò laudem] ex ironia dicitur ab ironia, quæ irrisione plena est, nam Venerem irridet, quòd spreto penè dignitatis decoro, nullaque diuinitatis suæ habita ratione, unà cum eius filio cupidine insidias fœminæ tetenderit. unde communes etiam indignationis locus dedu[illegible]

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,
Tuque puerque tuus, magnum & memorabile † nomen,
Vna dolo divûm si fœmina victa † duorum est.
Nec me adeò fallit, ueritam te mœnia nostra,
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quò nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam, pactosque hymenæos
Exercemus? habes tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribusque regamus
Auspicijs, liceat Phrygio seruire marito,
Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextræ.

† al. nomen.
† al. duarum

—— non te dignum Chatea «

Ferissimam segete digna hac cæterum [illegible] «

Summatim, ac tu indignus qui facere tamen. «

Et spolia ampla refertis.] quasi magnum triumphum egisse uideantur, quia fœminam uicerint.

Magnũ, & memorabile numẽ.] perstat in ironia, & irrisione ab indecentia sũt, quibus magis placet nomẽ. Vna dolo diuûm si fœmina uicta duorũ est.] in singulis huius carminis uerbis emphasis inest, & quædam derisione, atque contentio. emphasis quidem, quia cum fœmina, & Deorum

ri potest, qui apud Ciceronem undecimus est, quem alij indecentiam, nonnulli inconuenientiam appellant per quem ostenditur ab eo factum fuisse aliquid, à quo minimè oportebat, ut apud Terent. in Eunuch. Thais factum indecens Chereæ obijcit:

mentio fit, duo quædam attinguntur extrema, infimum, & supremum, propter quod fœmina deorum insidijs resistere nequit. Veris. ne nerò [illegible] quæ una opponitur duobus fœmina Dido: dolus uictoria, & laudi, spolijsq; non enim dolo, uera laus acquiritur, sed uirtute. unde illud est Virgilianum ex 2. Aeneid.

» ——dolus, an uirtus quis in hoste requirat.

Nec me adeò fallit.] remissius agere incipit, & Veneris timorem, ac necessitatem excusat per statum concessionis: quam posteriores uenialem appellarunt.

Sed quis erit modus?] ficta dubitatio. nam paulò post consilium proponit. Pactosq; Hymenæos.] rectè post mentionem pacis Hymenæum intulit. nam absque nuptijs, affinitatisq; coniunctione hæc pax fieri æterna non poterat. persuasio est ab utili, & honesto.

Habes tota.] ab occasione. & est sensus: ea enim de causa Cupidinem sub forma Ascanij ad reginam allegarat, ut illa perditè Aeneam adamaret.

Ardet amans Dido.] occasionem explicat ex amore Didonis desumptam, & ne parua, aut ex minima causa deducta esse uideatur occasio, subdit:

Traxitq; per ossa furorem.] quibus uerbis amorem Didonis sic amplificat, ut eam non amore, sed furore propter amorem correptam esse ostendat. nam quod antè dixerat,

» ——est mollis flamma medullas.

Nunc idem uerbis planè diuersis profert, traxitq; per ossa furorem. Communem hunc ergo populum.] cùm tam opportuna sese obtulerit conciliandæ æternæ pacis occasio, concludit, faciendam esse hanc pacem, modumq; proponit, ut duo populi unus fiat populus, uni Regi Aeneæ obnoxius: ita tamen ut æquali sua uidelicet, & Veneris potestate, & studio (quatenus ad Deos pertinet) regantur. propterea sequitur: Paribusq; regamus auspicijs.] eadem quoque significatione Liuius auspicium capere uidetur. quamuis, inquit, in prouincia Liuij res gesta est, & eo fortè die, quo pugnatum esset, auspicium eius fuisset. quod fortasse à comitijs tractum est, in quibus ijsdem auspicijs creati magistratus, licet simul non crearentur, par tamen illis imperium erat, honorq; habebatur æqualis.

Liceat Phrygio seruire marito.] ne fortè crederet Venus, Didonem sibi æqualem cum marito regnandi potestatem reseruaturam, aut quempiam ex Tyrijs Aeneæ regni socium fore, [illegible] obiectionem diluit, summamque Aneæ Africani regni potestatem traditam esse memorat, non absque tamen inuidiæ, indignationisq; affectu. quamobrem liceat, inquit, quasi diceret, & si minimè licet. propterea [illegible] subdit Phrygio marito. perinde ac si diceret, exuli. Dotalesq; tuæ Tyrios permittere dextræ.] hæc singula penè uerba [illegible] habent, & inuidiæ, indignationisq; plena sunt: nam summam dotem esse indicat, cùm Tyrios ait dotales, & Aeneam indignum tanta dote, utpote Phrygium, & effœminatum hominem, quod perbellè significauit sub persona Veneris, cùm ait, tuæ dextræ.

LAMB. Hort. SATVRNIA.] Iuno antonomasia. Egregiam.] Periocha suasorij generis. Propositio petitionis. Iungatur Dido Aeneæ, ut ex duabus gentibus una respublica, unusq; adeò populus coalescat. Diuina miscentur hic humanis, ut coniugij species humanis deorum consilijs coisse uideatur: aut ut ostendatur, res humanas dijs curæ esse, ac nihil fortuitò geri. Spectat hoc quoq; ut prepenat, cùm A Iunonem coniugium suadentem faciat, quantis difficultatibus Aeneas in Italiam peruenit. Etenim Italiam rebus Troianorum semper infestam fuisse, scribunt poëtæ: nunc uerò cùm benignior Aeneæ fingatur. id eò spectat, ut nuptiarum lenocinio hic detentum Aeneam Italia prohibeat.

Egregiam.] Exordium ab ironia. quæ per antiphrasin extenuat Veneris & Amoris conatum. Extenuando singula, ostendit eos nullam prorsus laudem ex uictoria de Didone tulisse. [illegible]uep.] Polysyndeton. Puerq;] Cupido.

Magnum.] Haeret in ironia, tùm ut magnum, duobus dijs dignum sit perpetratum, quod duo dij, hominem, unò fœminam suis machinis debellarint. Nec me.] Narratio, quam suscipit propositio. Porrò inter ceterò & timere hoc interesse uolunt, quòd illud propriè liberorum sit erga parentes, hoc uero seruorum, qui formidine pœnæ in officio continentur. Sed differentia confunditur.

Suspectas.] Expolitio. Sunt suspecta, de quibus sinistra concipitur existimatio. Sed quis.] Dehortatio ab ira & odio pristino ad conciliandam amicitiam, defectione deest enim uerbum [illegible]. Quin potius.] Consilium propositionis, quæ in deliberationem uenit: B Faciamus pacem perpetuam, ac celebremus nuptias.

Hymenæos.] nuptias. Est autem [illegible] Danaus Beli filium, quinto numerantur inter eos qui primò ludos fecerunt. Hic quòd in filiarum nuptijs cantus exhibuisset, Hymenæus appellatus fuit. [illegible] tenuissima pellecula. De Hymenæo alias. Habes.] Fingit Veneris consilium hoc spectare, cùm longe aliud esset. Quare etiam gratiam studet inire.

Ardet.] Metaphora à facili & opportuno. Metaphoram expolit periphrasi. Communem.] Hypallage, communibus auspicijs. Epilogus conflat repetitione propositionis suauius sarcasmo.

Phrygio.] Virulenter dictum hoc, ut & illud, Seruire: quasi uerò Aeneæ nubat, in seruitutem detur, quia Carthaginenses Veneri in dotem cedant. Est enim seruitus iuris constitutio gentium, qua quis domino alieno contra naturam subijcitur. [illegible] Nam cùm natura omnes liberos produ- C, xit, bellorum industria seruitutem excogitauit, inuexitq;. Quare uere belli uictis in possessionem uictorum cedunt.

Phrygio.] ut molli, effœminato, & parum uiro [illegible]. Phrygia lana, mollis, tenera, & elegans. Phrygia cantio, Phrygia [illegible]: ut, Doricæ musæ, Phrygius tenus, & Phrygius lapis, item celebrantur.

Phrygio seruire.] Laudatissima mancipia è Phrygia uenire solere, testatur Athenæus. Unde in prouerbium abijt, in homines barbaro seruilique ingenio, qui uerberibus non pudore meliores redduntur, Phryx plagis emendatur. [illegible]. Itaque cùm Iuno dicat seruire marito Phrygio, non dubium est quin ad gentis ingenia seruilia respexerit quæ indole &. Cares eiusdem Asiæ populi fuere.

Dotalesq; tuæ.] in dotem datas. Tyrios permittere.] Pancratiasticè, Dextræ.] fidei & connubio: metaphora.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Respondet Venus non minus astutè, quàm fuerat locuta Iuno: videt enim illam, quæ fuco utitur: æquè uicodum fuc[illegible], iuxta prouerbium: [illegible] igitur conditionem accipit, ea tamen lege, si fata, & Iupiter ipse hanc duorum populorum coniunctionem probet.

NASC. † al. adverteret.

Olli (sensit enim simulata mente loquutam,
Quò regnum Italiæ, Libycas † auerteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus: Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factũ fortuna sequatur?
Sed satis incerta feror, si Iuppiter unam
Esse uelit Tyrijs urbem, Troiaq; profectis,
Misceriue probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando,
Perge, sequar. Tum sic excepit regia Iuno;

Quis talia demens.] collidit quasi eius consilium probet, Iunonis uotis se præsto futurã simulat: nõ enim ignorat fictum esse nonnunquã retinere simulatũ amicũ, quàm reddere apertũ inimicum. Verumtamen ostendit se sentire fucum, cùm conditiones ferat, inquiens:

Si modò quod memoras, factum fortuna sequatur. Videtur autem Poëta Homerum fuisse imitatus, qui Venerem Iunoni in re tamen diuersa, iisdem respondentem facit sic enim ait Iliad. 14.

» [illegible] Id est,
» Quæ petis, illa tibi nulla ratione negare
» Me decet——.

Aut tecum] [illegible] quæ Iouis es coniux, ac Deorũ regina. Sed satis incerta feror] [illegible] est id est, dubitatio: nõ incerto est: nam memoria tenet, quæ suprà pollicitus est sibi Iupiter, nec ignorat fata mutari nõ posse: sed astutè dissimulat, ne renisi uideatur. Tu coniux.] Homeri hemistichium est ex libro superiùs citato. Sed Maro uno uerbo expressit, quod Homerus pluribus dixit.

» [illegible] Id est,
» Iouis enim optimi in sinũ dormis.

Argumentatur autem à facultate & ab honesto: quasi dixerit: Tu hoc facilè scire, & honestè etiam à Ioue petere potes, quia illi uxor es: quibus uerbis occultè significat licere interdum uxori à uiro magna etiam rogando impetrare. Perge] tanquam dux, huiusq; negocij princeps: uel Iunonis numen suo numine maius esse iudicium facit, uel reuera illam hortatur, ne hoc in negocio deficiat, in quo se quoque defuturam neget cùm ait sequar.

Excepit.] dolorî subsecuta est: nam dolus, atque insidiæ sunt in uerbo excepit, ut infrà:

——motusq; excepit prima futuros.

LAMB. Hort. » O Lli.] [illegible] hoc est, uulpinatur cum uulpinatricem Venus: nam cum dolo de cõditionibus utrique propositis fert Iuno, non quòd ex animo benè uellet Troianis, sed ut eorum fata impediret, & eos Italia arceret, scilicet uicissim Venus ad propositionem respondet, & consultationem ad Iouis arbitrium reijcit, quia nouit fata filij alioqui integra habiturum. Quare ipsam Iunonẽ honorificè eius arte nunc excitum mouit, quem fugit, quæ sit apud eum authoritate aliquid æqui obtentura.

Olli.] Antithesis, siue antistœchum pro illi, robustioris sonus gratia. Sic contrà] hoc est, ad sermonem illi Venus uicissim respondit. Sensit.] Ratio parenthesi inclusa docet, Iunonem in fraudem Troianorum, de nuptijs illa proposuisse: additq; causam finalem consilij, ut fata Troianorum de regno Italico occuparet. Cognita metaphora in uerbo sensit. Libycas.] pro, in oras Libycas: ellipsis, & Libycas, pro Africæ: antonomasia.

Quis talia.] Exordium ab approbatione consilij, facta, & permissione eleuata, argumento à difficili.

Tecum.] Emphasis, cum dea, domina potente, forore Iouis magni, & coniuge. Si modò.] Corrigit permissionem, interposita conditione. Sed satis.] Reiectio in fatorum Iouis arbitrium, ne absque illis quid statuere priuatim de suo uideatur. Tyrijs.] Pœnis: antonomasia. Troiaq;.] Periphrasis Troianorum.

Misceri.] in corpus populi unius coalescere. Callidè numen appellandi Iouis Iunoni, ut dignori deferrent quæ negotium etiam sua maximè causa urgeat. Constat autem eam id non facturam, propter fatorum [illegible] immutabilem. Perge.] Epilogus, constans exhortatione, ad explorandam mentem Iouis. Excepit.] Verba Veneris. Regiam Iunonem uocat, [illegible], siue quòd deorum regina sit, siue quòd Saturni filia. & regum filiæ, reginarum appellatione censentur.

ARGVMENTVM.

Iunonis responsio est, atq; illa quidem bimembris: nam primum breuiter diluit, quæ Venus de uoluntate Deorum obiecerat, cui[illegible] Venerem securam reddit, cùm totius negocij onus se suscepturam esse pollicetur: deinde quid actura sit interea, [illegible] sententia connubium celebrari, conficiq; [illegible] ordine [illegible] rat, quod quidem con[illegible] ex uenationis occasione capitur: nam Dido, & Aeneas uenatum abituri sunt.

NASC. † al. Quo fieri † al. Hic

Mecum erit iste labor: nũc qua ratione, quod instat,
† Confieri possit; paucis aduerte, docebo.
Venatum Aeneas unaq; miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem:
† His ego nigrantem commixta grandine nimbũ,
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,

Mecum erit iste labor.] explorandæ scilicet uoluntatis Iouis: prima pars est responsionis, quæ totũ hoc negocium se suis humeris sustentaturã pollicetur. Nũc qua ratione, quod instat.] uiã sternit ad alterã responsionis partẽ, docetq;, & orationem facit Veneri, nam & quæ dictura sit.

Desuper infundam, & tonitru coelũ omne ciebo. A
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem
Deuenient: adero, & (tua si mihi certa uoluntas)
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Hic Hymenaeus erit: non aduersata petenti,
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

sit, monet, & ea se pau[illegible] de[illegible]rum pollice[illegible]tur. Venatũ Aeneas.] narratio est, qua consilij sui rationem exponit. Exculerit Titan.] Hyperion [illegible] ex Titanibus Solis, ac Lunae, stellarumque motus obseruasse, atque deos [illegible] fertur, ideo Solis, & astrorum pater dicitur, hinc Sol T[illegible]an dicitur, & Luna Titanis. Cicero in Arato:

Quem cum perpetuo uestiuit lumine Titan.

Dum trepidant [illegible] [illegible] quia dextra, sinistraque solum parte [illegible] in corpore [illegible], [illegible] pertam feris [illegible] ad excurrendum relinquebant, siue equo [illegible] i. sensimque insultanti clamore [illegible] reb[illegible], ne aliorum quam per medias [illegible] [illegible] ideo sequitur: saltusque indagine cingũt.] Hoc Graeci [illegible] Demosth. in [illegible] Philipp de Philippo uerba faciens: [illegible]. Et nocte tegentur opaca.] nubium caligine, ut,

——Pennata nox incubat atra.

Et tua si mihi certa uoluntas.] assensionem approbationemque Veneris requirit, ut stabilius, firmiusque matrimonium fiat, sine cuius uoluntate se nihil prorsus facturam innuit. Non aduersata petenti, Annuit.] nutu assensa est Venus, quod Deorũ proprium est. unde illud est:

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

LAMB. Hort. Mecum] Recipit transigendi negotij prouinciam quidem, quae tamen non transiget. propter uiam [illegible] fatorum [illegible]. Quare ad consilium utriusque [illegible] iungendi, [illegible] nuptiarum auspicijs, nullis ceremonijs legitimis se [illegible]: rata hac ratione, ea coitione connubium [illegible] fore [illegible] firmum. Sed callidior Venus est, & sagacior, quam non fallunt [illegible], de Italia, fataque [illegible] uidet, & ad id connititur. Nunc.] Attentio a breuitate narrationis, de consilio, quod promptum. Instat.] Hoc est, de quo et transigenda, teneat consultatio. Venatum] Narratio, unde [illegible] Iunonis [illegible] ab opportuno. C[illegible] [illegible] locutus fuit, quam orationem expolitione ex[illegible]. Porrò, quae [illegible], mox dicetur. Titane Grammatici [illegible] existimant [illegible], sendo, & perspicuo rem explico. Sunt autem Titanes, [illegible] terrestres daemones. Vnde [illegible] Titana terra, quam nonnulli totam Atticam dixerunt: a Titano quodam antiquissimo Tyranno, qui circa Marathonem habitauit. Hic solus aduersus deos non arma induisse creditur, ut author est Philochorus [illegible]. Citatur & Istrus quidam in primo rerum Atticarum. [illegible], Titanas [illegible], quia dissidens suis [illegible], alienum imploret auxilium [illegible] Titanes, audita uociferatione, hominibus auxilium ferre cõsueuere, authore Nicandro in primo [illegible]. Existimabantur & Priapo [illegible] deorum genus quoddam esse. Est item [illegible], unde [illegible]. Alij, pe[illegible] quos [illegible] facultas non esset, [illegible] nominabantur: quibus [illegible] esset. [illegible]. Sunt qui [illegible] uocant, & Antichristi nomen. Est & Titanus mons Thessaliae: calx, lapis combustus, gypsum album. Tita-

nicum obuerti, [illegible] [illegible], de terribili toruoque aspectu [illegible], Titanicum semen, Aelianus [illegible] [illegible] [illegible]. A ratione temporis opportuna. Radij [illegible] splendore & fulgore, quo caelum illustrat, & tenebras depulsas aperit. [illegible] radij [illegible] quo [illegible] sunt radiantur, quam [illegible] bos [illegible] nuncupantur. Radius Geometrici [illegible] latitudines & rotundas profunditates metiuntur [illegible] Radiu[illegible] oleae genus.

Hic ego.] Exponit [illegible] suum, quid [illegible] impossibile Reginae [illegible] Praeest enim [illegible] Pluuia [illegible] [illegible]. Nigrantem [illegible] [illegible] B
sequenti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dextra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] prolequitur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Dux & Troianus.] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Hymenaeus [illegible] Hymenaeo [illegible] [illegible]. At [illegible] est [illegible] enarrator [illegible] [illegible] lib [illegible] [illegible] uocabulario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Id est [illegible] etymologiam reddunt. C
Quod [illegible] [illegible] [illegible] sit & sponsa [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] pellicula est, [illegible] rumpitur. Nonnulli [illegible] referunt. [illegible] quendam Argiuum, Athenas [illegible] delatum, [illegible] uirgines Atticas a Pelasgis quibusdam raptas: quibus Pelasgos persequutum, [illegible] uiolarentur. [illegible] de causa puellae, quae [illegible] nuberent, quasi inuocantes hominum aliquem in cum decere [illegible], quem [illegible] appellarunt Hae [illegible] gratum [illegible] [illegible] Thalassio, [illegible] quodam [illegible] [illegible] raptu addictis fuit: cuius uox [illegible] in nuptijs sonare coepit. Idem [illegible] [illegible] [illegible] Romanis allatum fuit, proditum est [illegible] pellerent, ut nuptiae [illegible] essent. Cytherea.] Venus antonomasia. De uocis huius ratione in primo diximus. Risit Venus, quod illi proprium est. quamobrem [illegible] ab Homero [illegible] appellatur. Blanda est enim, amabilis,

A amabilis, quæq; risu & serena fronte animos conciliet & alliciat. Repertis.] pro compertis, intellectis, & animaduersis: non quòd coniugium faustum aptet & auspicatam, sed ut fata Troianorum interuertat, quæ Venus immota & immutabilia nouit. Quamobrem rectè conceptum dolum ridet Venus.

ARGVMENTVM.

Cùm Aeneam, & Didonem supra venatum ituros Iuno dixisset, non omittenda fuit ipsa venationis descriptio: primum ergo ait, delectam fuisse iuuentutem venationis peritam, & diluculo ex vrbe Carthagine in agros prælata fuisse venationis instrumenta: retia, plagæ, venabula, equites quoq;, & canes adductos, sine quibus venatio exerceri non poterat, quibus comparatis Didonem iam tandem produxisse auro, & purpura ornatam.

NASC. † al. relinquit, † al. portis

OCEANVM interea.] cùm in secundo libro Aeneas noctis meminisset:

» —et iam nox humida cœlo

» Præcipitat, suadentq; cadentia sydera somnos.

B Hic nõ omittenda fuerat diei nascentis mentio, cùm transacta uix illa nocte regina, Aeneasq; ipse ad uenationem surgant.

† al. auro,

Oceanum interea surgens aurora † reliquit,
It † portis iubare exorto delecta iuuentus:
Retia rara, plagæ, lato uenabula ferro,
Massylíq; ruunt equites, & odora canum uis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant: ostróq; insignis, & auro
Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo:
Cui pharetra ex humeris, crines nodantur in † aurũ,
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

rox: nam ueteres scriptores, Ennius in primis, & Plautus, duas, aut plures uoces ab eodem elemento incipientes continuare oppidò delectabantur: at Virgilius numquam ferè absque ratione posuit: at ergo equi ferocitatem magis exprimeret, duriusculis uerbis usus est ab f. incipientibus, frena, ferox, id quod magis etiam expressisse uidetur dactylorum compositione, quorum celeritate equi celeritatem uiuidamq; naturam designare uoluit.

Delecta iuuentus.] non omnis iuuentus, sed quæ illi negocio apta, atque idonea uidebatur. Obseruandum est etiam, quod ait iuuentus: non enim senes, aut mediæ ætatis uiri huiusmodi exercitatione delectantur: abeunt quidem & ipsi uenatum, sed uidendæ magis, quàm exercendæ uenationis gratia. Xenophon in libello quem de uenatione perscripsit, uenatorem probat, qui annos uiginti sit natus· χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγρέτην ἐπιθυμοῦντα τῷ ἔργῳ ... Et quæ sequuntur, alia. Et odora canum uis] & multitudinem, cùm canum, numero multitudinis ait, & perfectam quandam narium canum sagacitatem significat, cùm inquit: Vis odora. figurata autem locutio uidetur, pro canum odoratorum, quam etiam Grammatici κατὰ χρῆσιν Paétam locutum fuisse contendunt: nam propriè odorum, inquiunt, illud dicitur, quod fragrat: odoratum uerò, &
C quod odorem spirat, & quod aliunde etiam odorem accipit. Sed utcunque est, ex Lucretio sumptum uidetur: nam ille fida canum uis, dixit.

Reginam thalamo cunctantem.] post uenationis apparatum ratio exigit, ut reginæ progressio sequatur, qua in re morem regum egregiè designat, qui diutiùs expectari uolunt, uel ad mulierum consuetudinem alludit,
» quæ, ut ait Terent. dum moliuntur, dum comuntur, annus est: ubi maiorem quoque operam reginam adhibuisse credendum est, ut Aeneæ pulcherrima uideretur.

Ostróq; insignis, & auro.] regalis luxus omni ambitionis genere exprimitur. Nam ne equus quidẽ splendido carebat ornatu: extollitur autem duplici laudationis genere equus, primùm ex ornamentis, quod ostro, & auro insignitus est: deinde ex quibusdam generosæ naturæ argumentis: quod ferox, quod frenum mandit, quod spumat agit: ergo stat, paratus est: nam qui stat, non probatur: unde illud lib. Georg. 3.

» · Stare loco nequit —.

Hic quoq; obseruanda est elegans alliteratio, frena fe-

Tandem progreditur.] tardum reginæ progressum, & ornatum, cultumq; corporis describit.

Cui pharetra ex auro.] Lasciuiæ muliebris est descriptio: sanè Dido uti fieri potuit, lepida, elegansq; Aeneæ uideri uoluit: ita quoq; Iuno apud Homerum Iliad. ξ. accessura ad Iouem sese mirificè exornat.

Crines nodantur in aurum.] hoc Homeri est loco superius adducto, in quo enim:

—— ἰδὲ χαίτας
πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινοὺς,
καλοὺς ἀμβροσίους ἐκ κράατος ἀθανάτοιο. «

OCEANVM.] Dicturus uenatum deducturus, principium à temporis matutini periphrastica descriptione sumit. Indicat autem id tempus, quod Solis exortum statim antecedit, aptum uenationi. Tunc enim feræ è lustris in pascua maximè prodeunt, quemadmodum & uesperi sub occasum Solis. Oceanum.] Oceanus e regione circumductionis sphæræ perfusus, totius Orbis alluit fines. Huic uasta illa terræ moles imposita uidetur. Surgens.] Respicit ad Tithoni & Auroræ coniugium. Tale Homericum illud est:

LAMB. Hort.

ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο «
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι. «

It portis.] exit è portis. Enallage speciei: pro, delecti iuuenes. Iubare exorto.] Varro libro 6. de lingua Latina: Iubar, inquit, stella dicitur Lucifer, quæ in summo lumen habet diffusum. Ergo orta stella matutina, quæ Veneris est, & à Græcis φωσφόρος appellatur, huncq; anteambulat, uenatum se conferunt. Seruius hysteron proteron exponit, quòd iubar auroram antecedat, ut ipse dicit. Transfertur autem iubaris significatio longius, sed durius, ad quemlibet splendorẽ: ut gemmarum, argenti, & similium. Delecta.] Diligenter uenationem à personis & earum ætate; & armis uenatorijs describit.

Xeno-

Xenophontem Poëta uidetur sequutus, qui in bello κυνηγετικῷ ἐπιγραφόμενῳ, uult uenatorem esse iuuenili ætate adolescentem. Et ne qua ætatis circumscriptio desit uigesimum in eo requirit annum, quæ ætas delecta est iuuentutis. Desiderat agilitatem, proceritatem corporis, robur, & omnium laborum incommodorumque patientem. Hanc prosopographiam duobus uerbis Poëta exprimit, cùm delectam iuuentutem portis uenatum emittit.

Retia rara.] *Præcipit idem Xenophon, in promptu esse debere sagenas, casses, retia, & hastilia sagenarum. Rara uocat, minus densa: nam plagæ, retia cætera sunt, in quæ feræ compulsæ capiuntur Appulsio. Porrò funiculi, quibus plagæ tenduntur, epidromes uocantur, quòd in eas feræ incurrant: metaphoricè plaga, pro parte cæli ac terræ, ac linteo insitiori usurpatur: pro parte lecti, adeoque ipso lecto. Atque in his significationibus corripit priorem. Pro uulnere uerò, seu ictu ac percussione, extendit priorem, deducitur ἀπὸ τοῦ πλήσσω, ferio. Hinc plagiarius, plagium, & lex plagia.* Venabula.] *uenatorum telum, cui latum ferramentum præfixum est, ad conficiendam feram.* Massyliq.] *Massylia uicina Mauritaniæ est, in extremis oris Libyæ, haud procul ab hortis Hesperidum. Hanc Plinius in Tingetania statuit. Dionysius ἐν περιηγήσει:*

ἀλλ' ἤτοι πυμάτην μὲν ἐπὶ γλωχῖνα νέμονται,
ἀγχοῦ στηλάων μεγαλόφρονος ἔθνεα γαίης.
τοῖσιν ἐπὶ Νομάδων παραπέπταται ἄσπετα φῦλα,
ἔνθα Μασαισυλιοί τε καὶ ἀγρόνομοι Μασσυλῆες
βόσκονται σὺν παισὶν, ἀν' ἄγριον τε καὶ ὕλην,
μαιόμενοι βιότοιο κακὴν καὶ ἀεικέα θήρην.
οὐ γὰρ γειομόροιο τομὴν ἰδάησαν ἀρότρου.
οὔποτε δ' ... ὁλκοῖς ἀμάξης.
ἀλλὰ βοῶν μυκηθμὸς ... ἐρχομένων,
ἀλλ' αὔτως, ἅτε θῆρες ἀνὰ δρία βοσκόμενοι,
οὐκ ἄμητον καὶ ἄροτον ἀμήτοιο.

Id est, authore Rhemnio:

Sed summam Libyen habitãt ad Tethyos undas,
Alcidæ qua sunt statuæ, Maurusia plebes.
Post hos immensæ Nomadum de semine gentes,
Atque Masæsyli, nec non Massylia proles.
Saltibus hos duris asper, syluisque uagantes,
Victus alit, sæuo quæsitus more ferarum,
Scilicet ignaros terras proscindere aratris,
Agricolæque boues plaustris domitare sonoris.
Namque errant nemorum per dumos, more ferarum.

Idem author testatur, Massylos Carthaginensium fines una cum Numidis pertingere, quorum hoc loco meminit noster Maro. Massyles, & Masuli, à Polybio appellantur. Nonnulli ll litera geminata, Masyllos & Masylos eos uocant. Proinde Masæsyli sunt, & Massyli, illi, quorum hic facit mentionem, qui cum Numidis Carthaginensibus finitimi sunt. At illorum qui in extremis Libyæ oris collocantur, quos Græce Μασσαλεῖς dicunt (nisi quis unam & eandem esse gentem arbitretur) meminit circa finem huius libri:

Oceani finem iuxta, Solemque cadentem,
Vltimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum,
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos, &c.

Massylorum gens in equis neque ephippijs neque frenis utebatur, sed uirgis tantùm, ut author est Lucanus:

Et gens quæ nudo residens Massylia dorso
Ora leui flectit, frenorum nescia, uirga.

Fuit quondam ea gens, ut Thessali, maleficijs infamis, ut ex fine libri huius existimare licet. Est & alia Massilia in Gallijs, quã Cicero & Valerius lib. 2. cap. de Institutis, grauissimi authores sunt, olim haud aliam gentem laudatiorem disciplina ac morum ciuilium seueritate fuisse. Nullos enim in scenam mimos admittebant: ne impudicis fabularum argumentis ciuium mores inficerentur. Sed in dubium uocari non potest, utrum ea continentia de Massylia Africa, an Græca ea prodita sit, quæ Phocensium fuit colonia, inter feram Gallorum gentem & Ligures condita. Strabo enim & ex eo Chrestomathiæ author, illam ad Gallicam Massyliam referunt, libro tertio: ἡ Μασσαλία πόλις ἐστὶν ἰωνική. οὕτω δὲ σώφρων καὶ μετρία, ὥστε καὶ νόμον ἔχει. τὴν μεγίστην προῖκα χρυσοῦς ἑκατὸν εἶναι, τὴν δὲ ἐσθῆτα χρυσοῦς ε', καὶ τὴν τῶν γυναικῶν κόσμου ὁμοίως χρυσοῦς ε'. τοσοῦτον δὲ τοὺς λόγους καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἔργῳ ἐξήσκησεν, ὥστε τοὺς φιλομαθεῖς τῶν Ῥωμαίων, μὴ ἐς Ἀθήνας, ἀλλ' ἐς Μασσαλίαν πορεύεσθαι ... *Id est, Massilia urbs Græca, ea fuit continentia & frugalitate, ut maxima dos legibus esset centum aureorum, uestis aureorum quinque, mundus muliebris similiter quinque. Hi dicendi facultatem, adeoque ipsam philosophiam re in tantum excoluerunt, ut Romani, qui literarum humanitatis studio tenerentur, non Athenas, sed Massiliam peterent. Est autem ea ciuitas Phocensium colonia. Ex his liquet, non Libycam illam quidem, sed Græcanicam hanc Massiliam tantopere à Cicerone & Valerio continentiæ nomine fuisse celebratam, quæ à Phocensibus Italiæ oram prætereuectis, in Gallia eo tempore condita fuit, quo Tarquinius Priscus Romæ imperabat. Isocrates in Archidamo, causam Phocensibus condendæ huius urbis fuisse tradit, nec refragatur ei Aristoteles, quòd μεγάλου βασιλέως dominationem fugientes, in Massiliam communiter commigrassent. Huius commigrationis author est Herodotus lib. 1. Etenim Phocenses in his rebus dubijs positi, cum communi consilio de relinquenda patria cogitassent, inuicem iureiurando adegerunt, additis deuotionibus & execrationibus, ne quis unquam de repetenda patria cogitaret. Itaque accepto à Dione oraculo, Galliam Narbonensem petiuerunt ibique Massiliam condiderunt. Inter huius gentis instituta laudatissima, illud item fuit, ne ignaui & ociosi uentres, qui religionis prætextu inertem uitam sectaturi uidebantur, in urbem reciperentur. Ergo in Massylienses Afros dictum est prouerbium,* πλεύσειας ἐς Μασσαλίαν: *id est, nauiga Massyliam, in molles & effœminatos. Fuerunt enim & malis artibus & luxu infames, ut testatur Athenæus. Iidem prouerbio locum fecerunt, de cultu satis indecoro,* ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, *è Massilia uenis,* ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων καὶ τεθηλυμμένων, ... *Luxu enim perditi muliebri ornatu incedebant, capillis unguento delibutis, religatisque capillis. Græci utranque Μασσαλίαν: Latini alteram Massyliam, alteram Massiliam appellant.* Ruunt.] *portis effunduntur.* Odora.] *indagines, canes εὐρετικοί. Odorum Latini uocant, quod odorem suapte natura effundit, ut flores & herbæ. Canes odores Poëta appellat, quòd odorando feram inuestigent. Tria canum genera potissimùm recensentur: εὐρετικοί, ἐλάφοι, & ...*

A rium, qui à delicatis in delicijs habentur. Sonipes.] equus. Ostro(que).] Ab ornatu purpurae. Liquor muricis & conchylij artificis temperatura fit color purpureus, tendens in uiolaceum. Murex & ostrum frequenter pro purpura usurpantur. Sidoniam.] à loco & qualitate. Allusum est ad stolas Sidonias & tapetes. Ab ea gente purpura reperta, & primum nobilitata est. Hinc Tyrius murex, ostrum, purpura epithetice. Limbo.] Extremā proprie est cuiuslibet uestis. Describit reginam ob habitum uenatricis. Nocantur.] in nodos colliguntur. Fibula.] Propriè lignum est, quod disclusas distinet trabes, in operibus. Accipitur pro acu, qua subnectuntur uestes.

ARGVMENTVM.

Aeneas, & Iulius filius, nec non alij Troiani iungunt se reginae comites, sed Aeneas caeteris forma praestantior Apollini cōparatur: cùm per iuga Cynthij mōtis graditur pharetratus, auro, ac frōdibus coronatus.

Necnon & Phrygij comites, & laetus Iülus
Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omneis
Infert se socium Aeneas, atque agmina iungit.
Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthi(que) fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instaurat(que) choros, mixti(que) altaria circum
Cretes(que) Dryopes(que) fremunt, picti(que) Agathyrsi.
Ipse iugis Cynthi graditur, molli(que) fluentem
Fronde premit crinē fingens atque implicat auro:
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore:

NASC. LAETVS Iülus.] morem puerorū expressit, qui uenationibus gaudent, ex lusionibus(que) uel laboriosis summam capiunt delectationem, unde paulò pòst ait:

At puer Ascanius mediis in uallibus acri
Gaudet equo.

B Ante alios pulcherrimus] quod Ascanio conueniret magis, id Aeneae tribuit propter amorem: & reuera Veneris artificio omnium erat pulcherrimus: summa igitur haec pulchritudinis commendatio est, quam elegantissima comparatione amplificat, cùm ait:

Qualis ubi hybernam Lyciam.] genus comparationis est, quod Graeci ἀκύρα uocant, cùm singularem Aeneae pulchritudinem humana comparatione monstrare non posset, ad diuinam confugit: erat enim Aeneas facie paulò humana augustiore, ut qui à Venere tam excellentem uirilis formae pulchritudinem accepisset: cum(que) in primo Aeneidos Didonem reginam Dianae comparasset, nunc Apollini Aeneam comparandum esse censuit: hanc uerò comparationem non desunt, qui propterea non probent (in quibus est Fabius Quintilianus) quia quod similitudinis gratia ascitum est, cùm clarius eo ipso esse debeat quod illustrandum sumitur, tamen obscurum, ignotum(que) magis esse uideatur: hanc tamen ueniam poetis dari permittunt: quam oratoribus concedi posse negant: locus est

C ex Apollonio sumptus Argon. 1. & 2. sic enim ille inquit in primo:

οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων
Δῆλον ἀν' ἠγαθέην, ἠὲ Κλάρον, ἢ ὅγε Πυθώ,
ἢ Λυκίην εὐρεῖαν ἐπὶ Ξάνθοιο ῥοῇσιν.

Quam quidem comparationem ex duobus Apollonij locis expressam, à Poeta nostro auctam, longo(que) interuallo superatam fuisse perspicuum est. Hybernam Lyciam, Xanthi(que) fluenta.] totus hic uersus Apollonij est.

ἢ Λυκίην εὐρεῖαν ἐπὶ Ξάνθοιο ῥοῇσιν.

Praeter uocem, hybernam. nam Apollonius εὐρεῖαν: id est, uel amplam, uel bene fluentem dixit: noster autem rationem Apollinis habuit: qui in Lycia: id est, apud Pataram Lyciae urbem sex hyemalibus mensibus responsa dabat.

Delum maternam.] Apollonius Δῆλον ἠγαθέην: id est, Delū sacrā. Instaurat(que) choros, mixti(que) altaria circū.] allusit ad morem Cretensium in sacrificijs: qui saltantes aram circuire solebant à sinistra dextrorsum, & à dextris laeuorsum. Legito Caelium Rhodig. libro 1. capite 3. Picti(que) Agathyrsi.] Pomp. Mela lib. Geographiae primo hunc locum praeclare, atque optime declarat: Agathyrsi, inquit, ora, artus(que) pingunt, ut quisque maioribus praestat, ita magis, uel minus: caeterum quidem omnes notis, & ita, ut ablui nequeant: ita quoque his temporibus Aegyptij, praesertim qui Alexandriam, Memphim(que) incolunt, notas nuptas pungunt: quibus uerbis liquido perspicitur, Seruium metae nugas effutire, ac somnia commentum. Ipse iugis Cynthi graditur.] non uidetur hoc in loco, graditur, simpliciter accipiendum, sed cum emphasi quasi claro gradu: tale est illud ex primo Aeneid. de Diana:

—gradiens(que) Deas supereminet omnes.

Molli(que) fluentem Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro.] hoc ex secundo Apollonij libro sumptum est: uerum illud interest, quod ille simplex capillorum Apollinis defluxum utrinque genarum describitur. sic enim ille ait:

—χρύσεοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε
πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιόντι.

Hic uerò additur compositio, commemorata ipsa fronde, atque auro, unguento etiam interposito: nam mollem etiam unguentatum intellige. Tela sonant humeris.] hoc eidem ex Apollonio est, loco paulò antè adducto: & profectò locupletior est Apollonij descriptio, qui Apollinem in laeua manu arcum tenentem, ex eius(que) humeris Pharetram pendentem facit: sic enim habent Apollonij uersus:

λαιῇ δ' ἀργύρεον νώμα βιόν, ἀμφὶ δὲ νώτοις
φαρέτρη τετάνυστο κατωμαδίη.

Hic uerò noster breuitati consulens, Tela sonant humeris, dixit, nullam arcus mentionem faciens. Sed facilè intelligitur, qui pharetram telis plenam gerit, eum quoque arcum gerere: sonare autem ideo dixit, quia ipsum gradientem describit. Haud illo segnior ibat.] comparationis institutum accommodat: unde summa laus Aeneae pulchritudinis emergit: quam sequenti epiphonemate uehementer extullit Tantum egregio decus enitet ore.] nisi malis ἀντιθεσιν esse superiorum: ut sit sensus, haud erat Aeneas Apolline deformior: nam ingens admodum ex ore eius uenustas elucebat: sed epiphonema magis probatur.

LAETVS.] Aetatem puerilem adiungit, ne publico gaudio qua aetas deesset. Postremò aetatem grandiorē quoque addit, LAMB. Hor.

addit, quorum ducem Aeneam reliquis omnibus longè antecellentem facit. Qualis.] Amplificatio à collatione. Hæc autem eò spectat, ut formæ dignitatem in Aenea, ac plausum utriusq; gentis hyperbolicῶς subijciat. Volens speciem uiri humana non paulò augustiorem facere Poëta, Apollini eum comparat, maximè ob habitum pharetræ choros in Delo instauranti, quem diuersæ gentes plausu & fauore prosequuntur. Hybernam.] Hybernum appellatur: quicquid meridiem obtuetur: unde hybernare, & hyberna loca, in quibus milites stationes certis anni temporibus habent: hybernacula, loca ad hybernandum parata. Sunt qui uocem ab hiatu deducant. Asia, in qua Lycia est, aspicit meridiem: quare Lyciam uocat hybernam. Sunt qui Lyciam ita dictam contendant, à Lyco Pandionis, qui Solymos condiderit. A Phaselide, intra complexum Tauri, ad extrema maris littora usque, Lycia se aperit, [illegible] clarissima oppida complexa quondam regio: sed Augusti temporibus, 36. tantùm superfuêre. Reliqua partim bellis, partim terræmotibus hausta periêrunt. Lyciam ingreditur Taurus etiam: alicubi Massycites, ut Cragus & Anticragus, ac Cadmus, qui spectat Laodiceam. Oram maritimam ordine claudunt, Callida, Chydæ, Caria, Dædalis, Telmessus, & Patara. Verbium tamen oppidum clarissima fuerunt, Xanthus, Patara, Olympus, Pinara, Myra, & Tlos. Ex amnibus clarioribus è Crago, uel, ut alij, è Cadmo, Xanthus non procul à Pataris, Lymira è Massycite fusus, in mare inter Rhodum & Cyprum euagantur. E diuerso latere huius montis Lycus amnis, quem celebrem in illis regionibus. Liuius lib. 8. de bello Macedon. & Plin. Nilum uocat. Mæandro per Phrygiam & Lycaoniam lapsus miscetur. Lycia miraculum habet Vesuuio non dissimile, montem Chimæram, per noctes flagrantem. Modico inde interuallo oppid. Ephæstium simili miraculo celebratum est. Myra urbs nomen habet ab amne Myra. Cæterum Pataris celeberrimum Apollinis fuit delubrum, mortalium frequentia, ut Ephesi Dianæ templum: opibus & oraculi fide, ut Delphicum nobilitatum. Vnde Apollo Patareus ipse appellatur. Lyciam] De Lycijs multa Herodotus in Clio. Antiqua tamen origine Lycij Cretenses fuêre. Eam insulam multo barbari tenuêre. Postea discordia inter Sarpedonem & Minoëm coorta, cùm huius factio superaret, Sarpedon pulsus cum manu suorum in Asiam transmisit, & in Myliada se recepit: sic Lycia tum uocabatur. Et Solymi, Myliæ, Termilæ sub imperio Sarpedonis erant. Post aliquantum temporis Athenis uenit Lycus Pandionis in Myliada, urbe à fratre Aegeò exturbatus, hæsitq; apud Sarpedonem. Ab hoc Lyco postea tota ea regio Lyciæ appellationem sumpsit. Patara, ubi Apollini celeberrimum erat templum, Lyciam deserere fingitur: à parte totum. Et migrare, in Delum migrare, ubi meisium senos menses oracula reddebat.

Xanthiq;.] Hunc amnem, quia non procul à Pataris mare intrat deserere quoque dicitur.

Delum maternam.] quòd mater eius Latona illic habitarit, eumq; illic pepererit ac educarit.

Altaria.] In Delo nulla sacra fiebant sine musica & saltationibus. Chori puerorum tibijs ac citharis modulantium prodibant: quorum exercitatissimi saltabant. Horum carmina ὑπορχήματα dicebantur, à ratione saltandi. A Tria potissimùm hymnorum genera erant: prosodion, hyporchema, & stasimon. Prosodion dicebatur λιτανεία: id est, supplicatio, qua uictimam ad aram deducebant. Hyporchema, circa altaris circuitum cantabatur, igne hostiæ admoto. Stasimum canebatur, cùm quiescerent. Iam circumeuntes aram, hunc è more seruabant ritum, ut à sinistris dextrorsum conuerterentur, cœli motu & errantium syderum: mox à dextris sinistrorsum, imitatione globi mundani uerterentur.

Fremunt.] in Apollinis sacris, ad eius aram hyporchemata prosodia, & stasima modulantur.

Dryopes] ad montem Parnassum, in Apollinis tutela. Alij gentem flagitiosam extitisse uolunt, quam Hercules aprum Erymanthium gestans, cùm cibum ab ea postulasset, & impetratum non ferret, aliò transtulerit. Quare Strabo, eos in Asine urbe Peloponesi habitasse postea tradit. Agathyrsi.] Scythica gens est, trux, habitansq; intra Hæmum. ab Agathyrso Herculis filio, uel à Thyrsis Dionysij. Plinius his crines cæruleos tribuit: apud Polybium. Agathyrsa Siciliæ urbs est,

——Cretesq; Dryopesq;: B

Polysyndeton, & diastole in cæsura.

Fremunt.] Metaphora, βρέμουσι. Pictique Agathyrsi.] Agathyrsi & Sauromatæ, flexum Mæotidis, quem Buges amnis secat, sparsim ambiunt. Et quia pro sedibus plaustra habent, ἁμαξόβιοι etiam dicuntur, παρὰ τὸ ἄμαξα καὶ βίος. Hodie Moscouitæ dicuntur. Ibi Essedones colunt, ingenijs & cultu ab Agathyrsis nonnihil diuersi. Hi parentum funera uictimis, festo solennique familiarum congressu celebrant. Corpora eorum laniata, cæsis pecorum uisceribus immixta epulando absumunt. Capita affabrè expoliunt, atque ea auro inclusa ornataq; pro poculis circumferunt. Atque hæc sunt Essedonum Scytharum extrema pietatis in parentes officia. Sed Agathyrsis mos est, ora & artus pingere, atque ut maiorum imaginibus excellunt, aut humilibus locis orti sunt, ita magis aut minus. Creduntur tamen sibi inuicem germani, quippe quibus communes sunt uxores, ipsiq; auro suprà quam credi par est abundant. Nomen autem inuenêre, quòd Dionysij & cultu & thyrsis oblectarentur. Author est Tzetzes, Chiliade 8. cap. 222. Sed notis ijsdem, & quidem cæruleis pingebantur omnes, C ac figuris, ut ablui non possent. Omnium primus Bacchus ex uictoria Indica reuersus, creditur eos pinxisse. Tutelarem Apollinem habent diuum. Hi negabant Scythis auxilia aduersus Darium, & quidem nullam aliam ob causam, quàm quòd ipsis ab illo nulla iniuria profecta esset. Sed Sarmatæ auri argentiq; usum in uniuersum ignorant, uerùm commercia rerum permutationibus inter se exercent. Sedibus in terram demersis, propter assiduæ hyemis inclementiam, toto corpore ita braccati sunt, ut nisi ora, qua parte uident, conspicua sint.

Ipse iugis Cynthi graditur, mollique fluentem.] Apollo in Cyntho Deli monte spaciatur, à quo Apollo Cynthius, & Diana Cynthia, & Cynthiades dictæ. Descriptio constat ab habitu & dignitate personæ. Itaque per omnia Apollini similis, fuit immixtus uenatum iuit Aeneas. Occ.] [illegible]

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Venatio … descriptio tractatur: quam κατ' ἐνάργειαν ita belle Poeta depingit, ut ante oculos legentium fieri uideatur. Subsequitur repentinus tempestatis fragor: Aeneas, & Dido, aliis huc, illuc fugientibus, in speluncam (ut Iuno praedixerat) deueniunt, & coeunt. Signa quoque fiunt ex terra, ex aere, & ex Nymphis pessima: quae connubij infelicissimum exitum portendunt.

Postquam altos uentum in montes, atque inuia lustra,
Ecce ferae saxi deiectae è uertice caprae
Decurrêre iugis, alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.
At puer Ascanius medijs in uallibus acri
Gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia uotis,
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.
Interea magno misceri murmure coelum
Incipit, insequitur commixta grandine nimbus,
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusque nepos Veneris, diuersa per agros
Tecta metu petiêre, ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & Tellus & pronuba Iuno
† Dat signum fulsêre ignes, & conscius aether
Connubij, summoque ulularunt uertice Nymphae.
Ille dies primus lethi, primusque malorum
Causa fuit: neque enim specie, famaue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem,
Coniugium uocat, hoc praetexit nomine culpam.

NASC. Ecce ferae]. *Quasi improuiso uenere.* Saxi deiectae uertice caprae.] *praeclarè atque optimè singulis animantium generibus singula tribuit lata conuenientia, capreis saxa, ceruis campos patentes.* At puer Ascanius.] *Iulij Ascanij puerilē affectum osten*B*dit: ipsumque obiter laudat ex animi magnitudine tanta, quantā puerilis aetas capere potest: nā quae in maioribus natu in credū leuia esse uidētur, ea in pueris maxima indicari, maximeque cōmendari solent. de illis n. futurae uirtutis spes quaedam ingens praesentium factorum cōiectura concipitur.* Spumantemque dari.] *Locus hic de Salustio sumptus esse uidetur: qui Iugurtham scripsit adolescentem plurimi fecisse leonem, aliasque feras se primū in uenatione ferire.* Votis optat.] *aut uehementer sibi dari aprum desiderat: aut desiderio uotum adiungit. Nam uenatores olim Apollini, & Dianae uota facere, partemque praedae polliceri solebāt. Xenophon in libello de Venatione, de uenatore ipso uerba faciens, sic ferè ait: ad haec autem custos ferat retia oportet: ipse uerò accepit canibus saltus indagine circuat;* [Greek text illegible] *est, & implorato Apollinis, & Dianae uenatricis auxilio, ut ipsi quoque uenationis participes fiant, unam ex canibus solutam uestigandi peritissimam, si frigus fuerit, oriente Sole: si calor, ante diem.* Interea magno.] *tempestatis descriptio est.* Speluncam Dido.] *suggillant Critici quidam posteriores Vergilium, utpote qui rem parùm uerisimilem scribat, Didonem reginam coeli tēpestate deterritam, nullo uel satellitum grege stipatam, ne una quidem ancillula associatam, sed cum solo Aenea, speluncam ingressam fuisse: qui si nutu, ac uoluntate Iunonis (uti sùpernè Poëta ostendit) id factum fuisse animaduertissent, fortasse cum tanto uiro remisisent, clementiusque egissent. Quod si mihi objicias Poëtam probabilia semper sequi, & obijs, quae ab opinione hominum abhorrent, abstinere debere: respondeo. Necessarium quidem esse, ut poëmatis fabula ex rebus uerisimilibus, atque inter se cohaerentibus constet, quemadmodum Aristoteles in Poët. tradidit, & nos iam antea docuimus, sed non omnia, quae in poëmate tractantur, uerisimilia esse oportere: alioquin & Homerus ipse, ut omnes poetae tū Graeci, quàm Latini, à quibus praeter fabulam: hoc est, poëmatis argumentum, multa neque uera, neque uero similia scribuntur, procul dubiò peccassent. uerùm hoc animaduertāt studiosi, Aristotelem sentire: poëma in uniuersum probabile quidem esse oportere, hoc est argumentum, sine, ut ipse appellat, fabulam poëmatis: ex rebus probabilibus, atque inter se cohaerentibus componi debere, non tamen damnare, quin delia quaedam, quae ipsi fabulae adiunguntur, hoc est episodia, quae sùm augendi, tum etiam ornandi poëmatis gratia fieri solent, nisi parum credibilia sunt, induci queant esse ne quaeso probabile, Sysiphum apud inferos damnatum sursum, deorsum saxum uoluere? aut Tantalum sitientem, & in flumine usque ad os mersum, nec posse bibere? aut Iouem in aquilam, in taurum, in aliasque formas conuersum pueros, puellasque rapuisse? aut Aeneam ad inferos descendisse? aut Herculem ex inferis ad superos Cerberum reuocasse? haec tamen omnia à poëtis scribuntur. quamobrem falsò etiam, & absque iudicio à quibusdam reprehensus fuit Vergilius, quod naues Aeneae in Nymphas conuerti fecerit. Sed his de rebus alias pluribus.*

Val. Dant

C

Prima & tellus, & pronuba Iuno.] *Hic omnia ferè attinguntur, quae in nuptijs uel obseruari, uel adhiberi solebant: de quibus interpretes, atque inprimis Seruius copiosè pertractarunt. nostrum uero aliud est institutum.*

Vlularunt.] *ut in ijs nuptijs, quas mors secutura esset. nihil enim aliud quàm mortem ululatus ille portendebat. quod egregiè Poeta ipse declarat, cùm subdit:*

Ille dies primus lethi.] *mouet commiserationem, ex infelicitate, incommodisque Didus quae in propemodum imminere uidebantur.* Neque enim specie famaue mouetur.] *Alia uis amoris recensetur: quae in homines obliuionem honoris inducit, efficitque ut nulla prorsus bonae famae, bonaeque existimationis ratio habeatur.*

Coniugium uocat.] *honesta causa est, quae obiectū (si quis forte obyciat) de coitu, optimè purgare potest: nam ubi semel dixerit, coniux mihi est Aeneas, statim omnis culpa tollitur.*

L. AMB. Hort.

POSTQVAM.] *A' collatione ad uenatū transit, narratque*

rasq; accommodarè ipsi rei. Nam canum & uenatorum discurrentium strepitu exturbantur è latibulis suis feræ.

Inuia] sine uijs. Iauium proprie dicitur, per quod iri non potest: uel peruium, per quod itur. Lustra.] ferarum latibula. Festus exponit lamas lutosas quæ in syluis aprorum cubilia sunt. Per translationem loca abdita & sordida, in quibus amori & desidiæ inseruitur. Est & lustrum quinquennorum tempus, & idem quod lustratio.

Vertice.] Metaphora ab homine ad montem. Saxi.] montis saxosi. Puluerulenta] pulueribus conspersa. Glomerant.] colligunt se, à ceruorum gregatim pascentium natura, qui & in fuga, ubi casus eos coniungit, se conglomerare solent. A ceruorum cornuum similitudine, dicuntur & cerui, sudes bicornes in [illegible] extantes, quibus infixis in terra defixis [illegible] muniuntur. Et in ea quidem significatione accipiendum est in Bucolicis:

Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos.

Ceruorum uiuacitas, ut coruorum & cornicum à scriptoribus celebratur. His, remissis auribus, nihil surdius est; contra, arrectis nihil auritius. Ceruus nihil fugacius. Hinc prouerbij uice iactatur, [illegible], Ceruinus uir, de formidoloso, ac fugæ magis fidenti quam uiribus. In uenatu, canum latratu ceruus accepto, pedibus salutem quærit, qua est pernicitate. Achilles apud Homerum imbecillum Agamemnona uolens obijcere, [illegible], cor ceruinum illi exprobrat. Inter à [illegible] & præpostera celebratur & illud Theocriti, Ceruus canes trahit, [illegible]. Consimile huic illud est in Pharmaceutr.

Nunc & auce ultrò fugiat lupus. ——

Puer.] Delectandi gratia puerilem ostentationem uiribus maiora conantem adiungit. Fuluum] epithe ton leonis: & fuluum aurum dicitur. Est autem hic color propriè ex rufo & uiridi mixtim factus, qualem in leonibus & auro uidere est. Monte] de monte, subaudis ea præpositione. Interea] Absoluta protasi fabulæ, tum Poëta per occasionem tempestatis in uenatu utrunque alteri coniungit. Nam is scopus planè est huius loci, ut mox hinc epitasis & occasio & principium nascatur. Efficit Iuno, quod promisit se præstaturam. Et quia aëri præsidere existimatur, uelit in Didonis gratiam, per eam Poëta tempestates concitari fingit, quo duces inter se per obiatam occasionem furtiuas nuptias celebrent.

Misceri.] turbari. Metaphora prouerbialis, miscere eleganter pro omnia perturbare usurpatur. Et cum adiunctis casibus, miscere mare cœlo, diuina humanis, sacra prophanis, & terram ignibus miscere. Murmure.] Metaphora tonitru & tempestatibus, [illegible], de aqua terræ illisa: uerbum sicilicum Cœlum, aërem dicit. De nimbo in primo docuimus. Venustè geminauit particulam copulatiuam Et.

Tyrij.] Pœni. Dardaniusq;] Ascanius. periphrasis. Amnes] aqua. hyperbole. Dux.] Aeneas. Speluncam.] Defectio, in speluncam. Dant signum.] prodigia edunt. Enumerat prodigia, quæ tanquam præindicia sunt nuptiarum inauspicatarum: nam Ioue aut fulminante, aut tonitruante, nefas ducebatur aliquid inceptare. His duobus addit & tertium, ululatu Oreadum. Sed & priscis mos erat aquam & ignem habere in nuptijs. Conscius.] qui, perinde ut Sol, omnia collustrat. Suidas ætherem propriè interpretatur, [illegible] A.

[illegible] Hoc loco pro aëre usurpasse uidetur: & interdum pro cœlo, [illegible], ardeo. Pindarus, & ante eum Homerus, fœminino genere extulit. [illegible]. Cum contra igneum sit, nihil aueris. Vlularunt.] [illegible]: quod propriè de mulieribus, teste Suida, dicitur, [illegible]. Homerus [illegible]. Et Virgilius.

—— & fœmineo ululatu.

Nostri porrò Grammatici interpretantur, lugubrem uocem edere. Hesychius [illegible], inquit, [illegible]. Item: [illegible], Vlulatus. [illegible]: Ololygum animalculum est quod in aquis nascitur, uitissimo adsimile: ignauos item solemus eo nomine appellare. Nymphæ] Oreades, montium nymphæ. Vertice.] ab homine, ad montis summitatem. Nymphae, puellas B

uocant recens nuptas, Musas, & deas. Sunt & nymphæ formicæ alatæ, & uermes quibus alæ innascuntur. [illegible]. Sed & capra illa Amalthea inter sydera à Ioue collocata, nympha appellatur, quæ & Musa à quibusdam dicitur, [illegible]. Hinc [illegible], nympham ducere. nymphagogus, qui alteri sponsam ex ædibus paternis adducit: ut parochus qui unà cum sponso & sponsa in eodem uehiculo ut paranymphus uehitur, [illegible]. Et in Ponto: Nymphaum est. Est & nymphæum, nympharum templum. Nympheutria, quæ unà cum sponsa à parentibus mittitur. nymphæa lauacra [illegible], quæ ad nuptiarum usum de foro ex fonte sumebantur. Nymphæa domus, in qua nympha fit. & nymphicus mundus, ut Tyrius, Lydius, & Phrygius. Nymphius, dominis nomen. Denique qui ducit, aut quæ nubit, quibus liberis procreandis C

dat operam, nymphius & nympha dici potest. [illegible], quæ nympham adornat. [illegible], qui corripiuntur nymphis. Sunt autem hi uates, & afflati. [illegible], idem qui nymphagogus. [illegible], quæ circa sponsam occupatur. [illegible] Sponsi uitam uiuis, paromia, de molli ac delicato: nam proci suffimentis & folijs quibusdam ad nuptiarum usque diem coronati incedebant, ac delicatiis nitidiusq; colebantur, siue quòd molliores uideantur, nuptijs inhiantes.

Pronuba.] Gamelia. Dat signum.] Verecundè ipsorum congressum quatuor uerum elementa, infelicem & infaustum testata ostendit. Ille dies.] Ecphonesis ex causis futuri exitus planè tragici collecta in flagitium reginæ. Specie, famâue mouetur.] Coniungit priuati negotij deformitatem cum fama publica, ut si illa minus, hæc saltem à flagitio illam absterrere debuisset. Sed amor pudorem exuit; neque honesti aut turpis discrimen

A *men dinoscit, ut est cæcus. Et facilè inuenit prætextum, quo rem palliet.* Culpā.] *stupri cōsuetudinem, quam su- prà uerecundè cum extenuatione facti, culpam ipsam appellauit: Huic uni forsan potui succumbere culpæ.*

ARGVMENTVM.

Ita est profectò, ut scriptores memoriæ tradiderunt, facta regum, maximorumque principum latè conspicua esse, & quasi in alta pyramide constituta abscondi non posse. id quod egregiè Poeta designat hoc Didonis exemplo: quæ cum Aenea amoris arbitris, speluncam ingressa, extemplo vagatur fama per omnes Libyæ regiones, cuius quidem famæ vim, potestatemque, nec non totius corporis figuram, generisque originem eleganti descriptione depingit. monstrum esse ait oculatum, & auritum (imo quod infinitos propè oculos, auresque habet) ea magnitudine, vt capite cœlum attingat, ea pedum, alarumque celeritate, vt huc, illuc, per cœlum, per terras momento temporis volet: ea vigilantia, vt nunquam somnum oculis capiat: ea sagacitate, vt quid in cœlo apud Deos, quid in toto terrarum Orbe, tum apud reges, ac principes, tum etiam apud priuatos homines rerum geratur, acutissimè odoret. quamobrem verò monstrum hoc horrendum genitum sit, hanc potissimum causam Poeta assignat: Quod terra propter gigantes filios sibi à Diis interfectos ira, furoreque percita, hanc omnium filiorum extremam sibi genuit, quæ deorum in primis, hominumque etiam facta detegeret.

Extemplò Libyæ magnas it fama per urbes:
† Fama malum, quo non aliud uelocius ullum,
Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo.
Parua metu primò, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum,
Extremam, (ut perhibēt) Cœo Enceladoq; sororē
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrū horrendū, ingens, cui, quot sunt corpore plumę,
Tot uigiles oculi † subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
Nocte uolat cœli medio, terræq; per umbram,
† Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuncia ueri

NASC.
† al. Fama malū, qua
† al. subsunt
† al. Stridet,

EXTEMPLO.] *non poterat fieri, quin tantum reginæ facinus è uestigio uulgaretur.*
B *ingens enim hæc illi erat infamia, quamobrem putāt nonnulli Poëtam impropriè locutū, famamq; pro infamia posuisse: quod ideo aiūt, facilè est cognoscere, quod ingens reginæ subsecuta est infamia.* Fama malū.] *paulò antè à me dictū est, digressiones: quæ ab Aristotele episodia uocantur, tum augendi, tum maximè ornandi, illustrandiq; gratia à poëtis fieri: nam si simplici quadam ratione Poëta scripsisset, famam incaluisse, aut per Libyæ regiones rumorem permanasse, reginam cum Aenea Troiano in spelunca rem habuisse, frigida admodum profectò, atque sicca extitisset oratio. ne igitur poëma, suo hac in re præcipuo lumine careret, hanc elegantem famæ descri-*
C *ptionem apposuit. tunc enim ornandæ orationis cura (ut inquit Aristoteles in Poë.) præcipuè suscipienda est epico poëtæ, cùm res languentes, exilesq; sibi propositas esse animaduertit. ita ergo hoc monstrum effingit Poëta eminentiss. ut in eo describendo nullam ipsius monstri proprietatem omittat. existimauit Seruius in hac famæ descriptione inclusam esse quoq; illius definitionem. est enim definitio, quæ uim, siue, ut Aristoteles ait, οὐσίαν: hoc est, substantiam cuiusq; rei breuiter explicat. ut homo est animal rationale, rhetorica est benedicendi scientia. itaq; cùm ait Poëta,* Fama malum est, quo non velocius vllum. *id ut cum Seruio uidetur rei substantiam designare. mihi uerò simplex descriptio uidetur: nam & si latiùs sese diffundit definitione descriptio, uariasq; rei describendæ circumstātias, accidentiaq; complectitur, non tamen rei interdum, atq; substantiam una continet, ut hoc in loco. nam dicere famam esse malum, quo nullum aliud est uelocius, magisq; mobile, quod innumerabiles penè oculos, auresq; habet, quod perpetuò uigilat, quod cœlum capite attingit, aliaq; quæ in contextu referuntur, perinde mihi uidetur, ac si dicas, hominem esse animal capite erecto, cui brachia ex humeris defluunt, quod loquitur, multarumq; disciplinarum est capax, & similia. quibus quidem dicendi modus simplex descriptio declaratur: etsi genus illud complectitur, animal, quod definitionis totam ferè uim habet: nam omnis uera definitio ex genere, atque differētia struitur.*

Quo non aliud uelocius ullum.] *famæ circumstantias ingreditur: primumq; illius uelocitatem extollit, augetq; summa comparatione: sic eam appellare uidetur Quinctilianus: qua his, ac sæpius utitur Poëta cùm ad laudem, tum etiam ad uituperationem. ad laudem quidem, ut in primo Aeneid. de Aenea:*

——quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

Et in sexta de Miseno:

——quo non præstantior alter
Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.

Ad uituperationem uerò, ut in 3. Aeneid. de Harpyis:

Tristius haud illis monstrum, nec sæuior ulla
Pestis, & ira Deûm Stygiis sese extulit undis.

Viresq; acquirit eundo.] *cōmendat à contrario: nam cùm omnia labore fatigentur, atque decrescant, hæc sola crescere, uiresq; augere uidetur nam dat ei incrementum, ut Fab. ait, credulitas. uel idcirco hoc dictū est, quia fama res semper auget, ac maiora quàm sunt, facere solet.*

Parua metu primò, mox sese attollit in auras, Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.] *Ii duo uersus Homeri sunt ex 4. Iliad. sed cùm ille de contentione loquatur, eos hic noster famæ accōmodauit: itaq; non defuerūt, qui hoc à Marone incongruè factū fuisse dicerēt, quibus egregiè respōdit Pontanus multi, atq; celebrati nominis auctor, in dialogo, qui Antonius inscribitur. Sed uideamus quid dicat Hom. quæ res melius agi, ac discuti posiit sic enim ait:*

Ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Vt ergo Homerus à paruo contentionem ait incipere, deinde ad cœlum usque succrescere, sic quoque Maro de fama. Sed incongruè, inquit Macrobius, & causam assignat, quia paria non sunt famæ, & contentionis argumenta: nam contentio etiamsi ad mutuas, inquit, uastationes, ac bella processerit, adhuc contentio est, manetque ipsa, quæ creuit: fama uerò cùm in immensum prodijt, fama esse iam desinit, & fit notio rei iam cognitæ. præterea Maronem Homericam illam hyperbolem æquare non potuisse. ille enim cœlo dixit, hic astris, & nubila. quibus argumentis pluribus, uti iam dictum est, respondet Pontanus ipse uerò alijs quoque additis rationibus, paucioribus absoluam. Quod ait Macrobius, famæ, & contentionis argumenta non esse paria, eamque, ubi in immensum prodijt, famam esse desinere, ac rei cognitæ notionem esse, non uidetur quid sit fama intelligere, uel si intelligat, quid de fama senserint antiqui scriptores, non legisse, aut illis, quoniam sibi erat, fidem non adhibuisse. Nam Liuius, Salustius, Cicero, aliique probatissimi scriptores aliter, atque Macrobius sentiunt: qui strenuissimorum imperatorum famam, licet eorũ facta notissima, atque præclarissima fuerint, nulla uetustate deleri posse dixerunt. sed non'ne Ouidius ait?

» Famaque post cineres maior uenit ——.

Et Vergilius in septimo de Caieta nutrice Aeneæ:

» Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix,
» Aeternam moriens famam Caieta dedisti.

Ergo quæ præsertim ad summum uenit fama, immortalis est, quod si immortalis, igitur nunquàm esse desinit, quod falsò affirmat Macrobius. Quod uerò ait Maronem diuinam illam Homeri hyperbolem assequi non potuisse (nam ille contentionem in cœlum, hic autem famam inter nubila caput abscondere dixit) non dissimili errore iudicij labitur. nam paucis mutatis scribere potuisset:

—— & caput inter sydera condit.

Sed auctoris rumorum, qui ferè incertus est: & famæ ipsius rationem habendam duxit: quæ sæpenumerò incerta pro certis euulgare, ac uera falsis immiscere, & facta atque infecta nunciare solet: ideo caput eius condit intra nubila, cùm reliquum corpus uideri dicat. itaque & magnitudinem eius ostendit, cùm attollit eam in auras, & uersari inter homines docet, cùm ingredi eam solo facit. adde illud etiam, nubila, non cœlum dixisse, quia ad nubes usque peruenire à terra clamor potest. Quamobrem liquido perspici potest Maronem non incongruè, ut impudenter Macrobius asserit, sed aptè, & ingeniosè, magnoque iudicio locutum fuisse, & quæ à Græco homine sumpserat (quod Latinorum, Maronis præsertim proprium est) meliora fecisse, itaque & uocem illam metu, addidit, rei ualde appositam, quæ in Homeri uersibus non habetur. sed ὀλίγη μὲν πρῶτα, tantùm dixit ille: id est, parua quidem primum.

Illam terra parens.] causã assignat, cur fama genita sit: quam etiam deturpat à genere, cùm eam Gigantũ sororem esse dicat. Extremam] quocunque modo exposueris, uituperatio est: nam aut post Gigantes ultimam dicit, quasi, ut aiunt interpretes, ad Deorum ultionem natã: aut pessimam intellige: Nam qui multorum extremus nascitur, is, ut physici docent, futilis est, atque omnium pessimus. Pedibus celerem, & pernicibus alis.] duplici epitheto famæ celeritatem extollit. existimat Seruius inuersa esse epitheta, ut quod alis congruit, pedibus datũ sit, & è contrario, attamẽ Plautus in Milit. glor. dixit, pernix sum manibus, cùm pernix pedum epitheton proprium esse uideatur. Monstrũ horrendũ, ingens.] figurã A corporis famæ deliniant per effictionem. nec absque ratione tria hæc famæ tribuisse uidetur: ut sit monstrum, & horrendum monstrum, & ingens monstrum. nam primò ob id monstrum appellari uidetur, quod nulla ui unquam superari potest. immò ut quisque maximè eam conatur opprimere, ita maximè sese attollit, maiorque fit, quod omnino monstri persimile est horrendum monstrum est, quia cum magna quædam & inopinata nobis annunciantur, si bona sunt, stupescimus, sin tristia, horrore perfundimur. ingens uerò, quia paulò antè dixerat: & caput inter nubila cõdit, cuius rei ratio iam antea assignata est. Cui, quot sunt corpore plumæ. hoc fictum est, ut intelligatur, unumquenque de re aliqua sermonem habẽtem pennam unam addere famæ itaque fit, ut ex multis, cùm multæ sint auiũ pennæ, non ex paucis fama conficiatur. Tot uigiles oculi subter.] quia non, nisi uocibus hominum uigilum peruolat fama. Tot linguæ, totidem ora sonant.] hinc propterea est, quod dixerat:

—— & uires acquirit eundo.

quæ omnia ad rem exaggerandam faciunt. Tot surrigit aures.] B ut attentè audiat, quæ in uulgus proferre uelit. Nocte uolat.] elegans, appositumque figmentum. nã quantò aliquid occultius est, tantò maiore studio peruestigari solet. Terræque per umbram.] uera noctis definitio est Nec dulci declinat lumina somno.] ex Catullo locus sumptus uidetur. sensus uerò est, fama non quiescit unquã donec rem ubique gẽtium euulgauerit. quod ubi factũ est, quiescet quidem, sed non dormit, propterea subdit: Luce sedet custos.] speculatur, si quæ alia sese afferunt euulganda: nã ubi res omnibus manifesta est, fama quiescit quidem, non tamen ociatur, sed alia obseruat, quæ in diẽ, & horam emergunt at quibus in locis speculatur? subdit Poëta: aut summi culmine tecti.] in ædibus nobilium. Turribus aut altis.] aulas magnorũ principum designat. Et magnas territat urbes.] magnos populos. sed lege quid de fama scribat Ouidius lib. Metamorph. 12. Tã ficti, prauique tenax, quàm nuncia ueri.] quæcunque sparserit seu uera, seu falsa, perseuerans. ideo tenacem appellat.

EXTEMPLO] Vertit narrationem, per trãsitionem ad ea quæ statum flagitium admissum sunt secuta, & uulgo sequi solent. inde digreditur à cœpto narrationis cursu in elegantissimam ὑποτύπωσιν famæ. Fama.] Didonem duci Troiano, externo homini, ac patria profugo nupsisse. C Magnas.] in magnis urbibus citius rumores sparguntur, & crebriores, ob hominum frequentiam, ultrò citroque commeantium, quàm in obscuris humilibusque oppidulis. Fama.] ἡ προσωποποιία famæ, quam eandem uult esse quæ apud Homerum ὄσσα sit. Sparguntur sæpenumerò rumores, quasi diuinitùs incertis authoribus, qui uoluntates hominum diuersas & animos commoueant, eoque flectant, quo inclinentur, quòdque maximè suspicentur. Describit autem famam deductione totius in partes, à qualitate, forma, quantitate, officio proprio, & effectis, ut singulis amplificandis insurgat, nusquam ab eius natura discedens. Poëtis autem familiariter peculiare est, ut rebus, quæ mortalibus usuuenire solent, ut πάθεσι, quædam corpora affingere, quibus illarum naturas ad uiuum ceu imaginem exprimant: ut hoc loco, Famæ προσωποποιίαν. In sexto, eorum malorum species, quæ hominibus perniciosæ sunt, in uestibulo inferorum collocantur. Huius generis sunt &

LAMB. Hort.

A apud Homerum, ἴον, ἄνα, λίνα, ἴδον, ὄνος, & similia. Apud Ouidium sunt id genus non pauca, in quibus affectuum, passionum, perturbationumq; naturas, effectus, & causas dispicimus. Malum] Appositio. Famæ descriptio non obtinet, & locum definitionis. Fama est malorum propè maximum, quod sua mobilitate paulatim latiùs atq; latiùs serpendo, uires sibi comparat. Primùm totum monstrum summatim complectitur, cùm malum fingit uelocissimum. Id enim indicat, cùm dicit, diuagando Famæ uires sensim augeri. Parua.] A' quantitate: nam quamdiu inter paucissimos hæret, parua est, & uehementer tenuis. Vbi uerò in personat, ut in comœdijs fieri solet, spargi occœperit, paulatim in immensum crescit. Hanc prodigiosam magnitudinem egregiè amplificat, cùm terram pedibus, capite cœlum pulsare dicat. Effecti autem hi uersus sunt, ad descriptionem Eridis Homericæ Iliad. 4.

ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Hanc imitationem reprehendit quidam apud Macrob. Neq; enim, inquit, æqua sunt argumenta Contentionis & Famæ: quia Contentio, etsi usq; ad mutuas uastationes & B bella processerit, adhuc contentio est, & manet ipsa quæ creuit. Fama uerò, cùm in immensum prodit, fama esse iam desinit, & fit notio rei iam cognitæ. Quis enim famam uocet, cùm res aliqua à terra in cœlum nota sit? Deinde, nec ipsam hyperbolen potuit æquare Ille cœlum dixit, hic auras & nubila. Hæc ille. At Pontanus contrà, Poëtam ab eius dente uendicat. Nesciebas, inquit, puto Grammatice uersus facere, qui non uiderit tribus tantùm syllabis potuisse hyperbolen æquare, & Caput inter sydera condit, dicere. O' crassum & supinum ingenium. Atqui noluit Virgilius intra sydera dicere: nam cùm intelligeret Famam plura sæpè, quæ certa non essent, diuulgare, ac uera falsis miscere, & facta atq; infecta nunciare, caput eius condit intra nubila, cùm cæterum corpus uideri dicat. Itaq; & magnitudinem eius ostendit, cùm attollit eam in auras: & uersari inter homines docet, cùm ingredi eam solo facit, & quòd multa secum ferret, quæ non statim cernerentur, uera'ne an falsa essent, intra nubila caput abscondit. Etenim cum oculis nostris offusa nubes est, ueras cernere rerum species nequimus. Vnde ipse alibi, nubem, quæ mortales hebetaret sensus, caligaretq; oculos, C circumeripit. Agnoscitis singularem Maronis prudentiam, Grammaticis non modò non perspectam, sed ne quidem nisi maximis poëtis perspectabilem. Non sunt, inquit, æqua famæ contentionisq; argumenta. Detur ignorantiæ hominis, non esse paria. Sed tu mihi uideris, bone Macrobi, fama quid sit, non intelligere qui dicas, eam, postquam in immensum prodijt, famam esse desinere, ac rei cognitæ notionem esse. Quod si sit, passim Liuium, Salustium, Ciceronem, & rerum scriptores alios errare inueniemus: nec permissum nobis erit dicere, Fama prælij ad Cannas facti adhuc manet: Rerum à Pop. Rom. gestarum fama perpetua erit: nec, Atheniensium res gestæ minores aliquando fuêre, quàm fama feruntur: nec, famæ consulendum est. Atqui scriptores famæ potissimùm studêt. Et Cæsar Alexanderq; plura famæ gratia fecisse uidentur. Nec temerè Alexander dicebat, fama bella constare. Aliud est igitur fama, quàm tu Grammatice putas: nec fama esse desinit, cùm in immensum creuit, efficiturq; cognitæ rei notio, ut tu ipse garris. nam & Ciceronem consulem planè fuisse scimus, tamen famam consulatus eius dicimus magnam adhuc esse. Et, Annibalem in Africa superatum fuisse à Scipione, notissimum est: tamen famam eius uictoriæ extare dicimus. Cæsarem maximas res gessisse, etiam mulierculis cognitum est: num propterea minus dicimus, rerum à Pompeio & Cæsare gestarum famam maiorem esse? aut Alexandri famam nulla posse uetustate obliterari, licet eius facta sint cognitissima? Et quod ab occasu Solis ad ortum usq; Herculis labores sint, famam præterea laborum Herculis dicere non licebit? Desine igitur oblatrare catelle: & fama quid sit, & quot etiam dicatur modis, disce: nam & uetustissimarum rerum celebritas fama dicitur: & quæ nunc etiam à Turcarum geruntur rege, fama per Orbem feruntur. Et Theodorus Græcus, qui nuper diem obijt, magnam ingenij sui famam posteris reliquit. Et qui nunc scribundis annalibus dant operam, famæ suæ, illorumq; de quibus scribunt, consulunt: & fama est, gentes quasdam uagantes, atq; incertis sedibus uitam agere: &, nescio cur pecuniæ magis quàm famæ seruiendum sit. ac si quibus alijs modis, fama inter loquendum scribendumq; usuuenit. Hæc Pontanus. Quoniam autem tam de ueris, quàm de fictis fama circumfertur, alia fama alia maior & constantior est: quantumuis res fama innotescat apud omnes mortales, nihilominus fama dicitur. Hinc illud Plinianum: Magna Isæum fama præcesserat, maior inuentus est. Neq; uerò quis illud propriè famam dixerit, quod paucissimi norunt, puta duo, tres, quatuorúe: sed quod passim & apud omnes iactatur, adeóq; omnibus in ore est: nec id quod cernitur, sed narrando accipitur solum, famæ appellatione censetur.

Illam.] A' parentibus. Humiles enim & obscuros eius natales coarguit. Terræ filij prouerbiali figura dicuntur, homines obscuri, & nullis humanis parentibus, sed quasi è terra nati. Veteres, gigantes Terræ filios existimarunt, quòd eorum parentes ignoti incertiq; essent: quamobrem Famam Gigantum sororem fingit. Terra communis omnium parens est, ex qua ueteres historiæ primos mortales natos prodiderunt. Terræ filios, modò terræ progeniem, modò fraterculos Gigantum, modò Tellure satos, poëta uocant. Itaq; Famam tellure satam: id est, obscuris parentibus prognatam dicit, quòd rumores ab humilibus ijsq; incertis ferè nascantur, neque temerè authores inueniuntur, unde primùm sint orti, ut è terra prodijsse possit planè uideri. Contrà, Cœli filios dixerunt, qui subitò apparentes, ac quasi è cœlo lapsi, ob raras uirtutes mortalibus admirationi sunt. Ira irritata.] Terra prouocata ira numinis, Famam pestem quandam hominibus perniciosam progenuit. Vltimam, γηγενῶν fortassis: quòd Gigantes cœlum expugnare adorti, iuxta fabulas, primi famam & nomina celebria ex impijs facinoribus apud posteros quæsiuêre Prius ultimam dixit, ut perniciosissimam ac deterrimam. Cœo.] Ex his duobus reliquos omnes intelligit. Hunc Cœum Latonæ patrem fuisse fabulantur. Telluris & Titani filium, ἀπὸ τοῦ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι, ὅπερ ἐστὶν ὁ κοῖος, à sapiendo & intelligendo dictus, quippe ipse prudēs. Enceladoq;.] De hoc in tertio dictum est. Pedibus.] A' pedum uelocitate, ac uolatu. Nam fama nihil non propagando exaggerat, deprauatq;, sua uelocitate. Monstrum.] complectitur Laconicè totum monstrum, quod in partes suas partitur.

Plumæ.] Quo uigilantiam famæ ac loquacitatē amplificet, collationem à plumis, quibus tecta uestitaq; fingitur, hyperbolicam ducit. Tot linguæ.] Hyperbole:

 nam

nam à diuersis fama inuulgatur. Surrigit.] erigit aures audientium, ad narrata à diuersis, & quidem locis & temporibus diuersis. Nocte.] A circumstantia temporis ac loci: noctes & dies muulgat. Luci propagatur per urbes, noctu ἀγορεύει Valerius Flaccus libro secundo Argonaut. ad Homericæ ὄσσης descriptionem, hanc Famæ ὑποτύπωσιν grauissimè imitatus est paucis uerbis:

» Cum dea se piceo per suduum turbida nimbo
» Præcipitat, famamq́ uagam uestigat in umbra:

Quàm pater omnipotens, digna atq́ indigna canentem, »A
Spargentemq́ metus, placidis regionibus arcet »
Aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis. »
Nam ecbi, non datur poli terrasq́ fatigat, »
Quà datur, audentem primi spernuntq́ fouentq́, »
Mox omnes agit & motis quatit oppida linguis. »

Tam ficti.] Exclamatio in uanitatem famæ, falsi tenaciorum, quam ueri. Nunquam rumor rei detrahit quidem, sed semper affingit aliquid, ut ad postremum per omnia manus sit.

ARGVMENTVM.

Aenea, & Didone in speluncam ingressis, uariam, multiplicemq́ de illis famam dissipatam esse, protinusq́ ad aures Iarbæ regis uenisse, ac illius animum amore perculsum, uehementer commouisse docet. cuius etiā regis genus, religionemq́ describit. qui cùm eius filius esset, habereq́ uellet, Ioui Ammoni templa centum cum igne peruigili, arás centum dicauit. Sed rumore illo, & Zelotypia ductus, Didonem, quam perditè amabat, Aeneæ nupsisse, to illam, Aeneamq́ ipsum demens obloqui, ac debacchari cœpit.

NASC.

Hæc tum & multiplici populos sermone replebat
Gaudens: & pariter facta, atq; infecta canebat
Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum,
Cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido:
Nunc hyemem inter se luxu quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hæc passim dea fœda uirûm † diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
Incenditq; animum dictis, atq; aggerat iras.
Hic † Hāmone satus, rapta Garamantide nympha,
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, uigilemq; sacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas, pecudumq; cruore
Pingue solum & uarijs florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.

† al. diffudit

† al. Ammone

Hæc tum.] Redit ad rem: quam modico interuallo dimiserat, ut famam describeret. Multiplici sermone.] quia non idē semper eadem de re nūciari, referriq́, sed quod exiguum est, sæpenumero augeri, maiusq́ fieri solet. quamobrem & hoc sensu illuc accipi potest, quod paulò antè dictum est:

» —— & uires acquiri eundo.

Gaudens.] lætitia fingitur in fama, quia homines nouis rebus maximè delectantur: maximamq́ ex illis iucūditatem capiunt. Venisse Aeneam.] hic obseruanda est Poëtæ dexteritas atq; prudentia, qui si recta uti oratione uoluisset, famam introducere oportuisset, quæ Iarbam alloqueretur: quamobrem melius id per speciem illam prosopopeiæ fieri posse uidit, quæ sermo attribuitur uulgò tale illud est ex 2. Aeneid.

» Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles

Cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido.] Singula penè uerba ἔμφασιν habent. cui exotico, & peregrino: Pulchra Dido, quæ ob nimiam pulchritudinē, cui uellet, maximo principi, atq; regi Afro iungi potuisset: nisi mauis ἀρέσκειν esse, quasi non ad famam, sed ad mores id referendū sit. ita Cic. Tusc. 1. Proximo hoc, inquit, pulchro Critiæ qui fuerat in eum teterrimus dignetur, tanquam superior: quæ generis nobilitate Aeneam post se longo interuallo relinquat. Nunc hyemem inter se luxu quàm longa, fouere.] id est, ducere hyemē luxu, quàm longa est hyemi. uerborum circuitu, quam Græci περίφρασιν uocant, absurditatem euitauit. nam præter cæteras uoluptates concubitum quoq; intelligit: propterea sequitur:

—— turpique cupidine captos.

Hanc uerò formam, figuramq́ dicendi, HYEMEMq; longa, iterum à Vergilio factam, Seruius interpres ob- seruauit. Regnorum immemores.] Hoc facit luxus, ut B rerum omnium, nostriq; etiam obliuiscamur. Hæc passim Dea fœda.] Homerum imitatur: qui compluribus locis ὄσσαν suā inducit, & Deam appellat. Protinus ad regem.] Rectè ad aures Iarbæ famam primùm uenisse scribitur, non solùm quia Libyæ rex est, uerumetiam quia cùm procus fuisset, Didonemq́ ducere uxorē uoluisset, ab ea turpiter repulsus fuit. Hic Ammone satus.] Paulùlum à re digreditur, & Iarbæ genus, religionemq́ describit. uideto interpretes, quid de illo dicant. Templa Ioui centum.] Numus extollit à numero & à magnitudine Centum Ioui struxit immania templa, arasq́, centum posuit.

Vigilemq; sacrauerat ignem.] Amplificat à C circumstantijs. nam templa illa eò etiam diuiniora, augustioraq́ erant, quòd in illis peruigil ignis seruabatur, sicut Romæ in templa Deæ Vestæ: ad quod fortasse allusit. quanquā non apud Romanos tantùm ignis perpetuus seruabatur, sed Athenis quoq; in Prytanæo: apud Persas, Aegyptios, item apud Cappadoces, ubi eum Magi, sicuti Romæ Vestales uirgines, summa ueneratione custodiebant. Strabo libro decimoquinto Argis quoq; in templa Apollinis seruabatur ignis: qui in agrum Argiuum cœlitùs decidisse ferebatur. Pecudumq; cruore.] Altera circumstantia est à sacrificijs, quorum ibi ingens multitudo fiebat. Et uarijs florentia limina sertis.] Ab ornatu, & cultu commendatio. obseruaui apud antiquos poëtas, cùm sacrificiorum, quæ in templis celebrantur, mentio fit, interdum quoq; sertorum, & ornatus mentionem fieri. Vergil in 1 Aeneid.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit »
Læta suas. ubi templum illi, centumq́ Sabæo »

Thure

A Thure calens ara, fertis'q; recentibus halant.
Et in tertio Aeneid.

Sacra Dionaeae matri, Diuis'q; ferebam
Auspicibus coeptorum operum, superoq; nitentem
Caelicolum regi mactabam in littore taurum.
Fortè fuit iuxta tumulus: quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Accessi, uiridem'q; ab humo conuellere syluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras.

quibus rebus solennis, ac festus dies designatur. Rumore accensus amaro.] Perinde dixit rumorem amarum: id est, acerbum, atq; hostis amarus, & amarae mulieres Latinè dici solent. Virg in 10. Aeneid.

Hostis amare quid increpitas?

Et Terent in Hecyra:

Amarae mulieres sunt, non facilè haec ferunt.

Media inter numina diuûm.] uel inter simulachra Deorum, cùm ante aras oraret: uel, ut Seruio adlubescit, quasi Dijs testibus. Manibus supinis.] de more precantium: nam qui preces effundebant, manus attollebant hinc illud est ex 1. Aeneid.

——& duplices tendens ad sydera palmas,
Talia uoce refert.

B Et in tertio Aeneid.

Corripio è stratis corpus, tendo'q; supinas
Ad coelum cum uoce manus, & munera libo
Intemerata focis. Item alibi saepius.

LAMB. Hort. Haec tum.] Clausula idolopoeiae, qua summatim enarrat ea, quae tum per Libyã de Didone & Aenea sparsit fama, quorum partim uera, partim falsa fuerunt.

Facta atq; infecta.] Prouerbialis species. Venisse] Vera illa, si Poëtae fidem sequamur. Aptè gaudentem famã uera falsis miscuisse narrat. nam rumores cum plausu quodam serpunt, & narrando, ut homines sunt, alys atque alijs fucis pinguntur: & quae uerisimilia alia post alia adduntur, pro ueris ab alijs inde referũtur. Hyemem] Infectum hoc & uanum, nondum totam hyemem per luxum perdiderant. Quàm longa.] Enallage partium, nomen positum pro aduerbio, & heterosis species, positiuũ pro superlatiuo, quàm longissimè. Immemores.] Verum hoc: nam uterq; regni sui oblitus, luxui & uoluptati uacabat. Aeneas Italiam, Dido regnum Carthaginense eius'q; gubernationem neglexit. Haec passim.] Clausula, qua reddit, memorata esse ea ipsa, quae fama per Libyã diuulgauit. Dea] Cùm Poëta Famam deam uocat, cum

C Homero sentit, qui non uno loco τὴν ὄσσαν, quae eadem cum Fama existimatur, inducit: ut illud secundo:

——μετὰ δὲ σφισιν ὄσσα Διὸς.

Itaq; omnibus cauendum modis est, ne per temeritatem in infamiam aliquam perueniamus, ut uulgi fabula fiamus. Monet id satis prouerbium. Non temerè esse quod uulgo dictitant. Cui cõsentit illud Hesiodi ὧδ᾽ ἔρδειν. Quamobrem rectè idem monet, omnibus modis cauendos esse, uitandos'q; sinistros hominum rumores:

——δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.
φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀεῖραι
ῥεῖα μάλ᾽, ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ᾽ ἀποθέσθαι.
Rumores hominum cures uitare molestos:
Fama malum est, oritur surgis'q; facillima, uerùm
Difficile hanc perferre, graue est sedare coortam.
φήμη δ᾽ οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
λαοὶ φημίξωσι, θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.

Hos uersus ita uertit D. Erasmus:

Nam non ulla quidem prorsum perit irrita fama,
Per populos quaecunq; uolat, quia numen & ipsa est.

Itaq; duorũ poëtarum principum authoritatem sequutus Maro, nunc famam deam foedam uocat, quam paulò antè Monstrum horrendum ingens dixit. Proinde omnes huius paroemiae meminisse conuenit, non planè falsum uideri id quod omnib. in ore est. Nam rumor haud temerè potest extingui, qui semel in uulgum dimanauit. Virûm.] pro uirorum: syncope. Ostendit in uniuersum famae naturam: transit inde ad personae Iarbae descriptionem, ad quem rumor statim dimanârit. Huius in primis referebat, uel quòd Dido ab eo partem soli dolo emptitasset: uel quòd per eam tempestatem, cùm facilè inter Libyae reges opulentissimus foret, ab exponitis Reginae nuptijs repudiatus esset. Est aũt haec occasio ad epitasin tragoediae, unde paulò pòst magni motus concitabũtur. Protinus.] porrò tenus, & longius hinc ad Iarbã proserpsit rumor, Didonem, contemptis Africae nobilissimis heroibus, externum Troiãnum Aeneam in regnũ recepisse, atq; illi firmasse fidẽ. Poëta in idolopoeia persistit, cùm famam cursum suum, quod animantis est, eò torsisse dicat: illius celeritatem indicans, ut non tardè, sed statim ad eum peruenisse coarguatur. Iarbam.] Iouis filium ex Garamantide, filia Garamantis regis, quam ad flumen Bragadam compressu suo grauidam fecerat.

Hammone] A' dignitate parentum. Iupiter Hammõ nomẽ habet à sabulosa terra, in qua in uentus putatur ἄμμος, arena. Pausaniae uerò à nomine pastoris, à quo illi primùm est simulacrum erectum. In Cyrenaica prouincia apud Nasamonas fuit Hammonis Iouis oraculum celebre toto Orbe, ob fidem inclytũ. A' Mareotide qui ultimus littorum tractus est, quem Alexandria & Aegyptus [illegible] unt, quatriduo per desertum sabulosum & aquarum usu destitutum eò peruenitur. Erat ibi templum Hammonis, syluarum fontium'q; amoenitate & coeli clementia ita celebre, ut Alexander Macedo loci fama motus, per maximas itinerum difficultates illò penetrare non dubitârit. Rupes ibi erat Austro consecrata, quae cùm humanis manibus attingeretur, ille immodicè exurgebat, saeuiebátque agendis arenis, perinde ut mare fluctibus. Fons ostendebatur minimè fabulosus, qui Solis dictus fuit, qui nocte media feruebat, inde paulatim tepescente luce frigebat, ut quò Sol ascenderet magis, hoc magis ac magis frigeret, & meridie rigeret ceu gelu constrictus. Inde tepebat rursum: & circa noctis principiũ calidus, media feruebat. Miraculi huius diligens scriptor est Curtius lib. 4. rerum Alexandri. Facit huius mentionem item D. Augustinus lib. 21. cap. 5. de Ciuit. Dei. Circa has sedes ulterius habitant hae gentes: Nasamones, Hasbytae, & Macae. Sed sedes ipsius Dei inter uastas solitudines, undiq; ambientibus eam, adeo'q; Sole uix in densam umbram cadente, contecta fuit. Fontes frequentes dulcibus aquis manantes passim alunt syluas. Coeli temperies perpetua est, uerno tempori maximè similis. Accolunt ad ortum Troglodytae, proximã Aethiopiae: ad occidentem alij Aethiopes, quos Symnos uocant. Septentrionales Hammonijs sunt Nasamones, Syrtica gens nauigiorum spolijs quaestuosa, & littora obsidens Hammonij, memoris suprà memorati incolae, tuguriji sparsim habitans. Medium nemus arx ipsius est, triplici muro cincta. Prima munitio ueterem regiam tyrannorum ac dynastarum inclusam habebat: proxima coniuges, pellices & liberos affines'q;, ubi quoq; ipsius dei oraculũ erat.

Vltima munitio satellitum armigerorumq́ erat. In alio nemore prodigiosus ille fons uisebatur. Caeterùm multorum testimonio confirmatur, ipsum deum κριοπρόσωπον, hoc est, cornutum, forma arietina, uel (ut alij) metae effigie his locis cultum fuisse: terra arida, ut diximus, & fabulosa, teste Dionysio,

» ἠ τίμε⊕ λιβυκοῖο θεῦ ψαμμάθα [illegible]

Templum autem ipsum pauperrimum fuisse scribunt, nullis neq donarijs, neq gemmis excultum: de quo Lucan.

» *Ventum erat ad templum, Libycis quod gẽtibus unum*
» *Inculti Garamantes habent: stat corniger illic*
» *Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina uibrans,*
» *Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.*
» *Non illic Libycae posuerunt ditia gentes*
» *Templa, nec eois splendent donaria gemmis.*
» *Quamuis Aethiopum populis, Arabumq́ beatis*
» *Gentibus atq Indis unus sit Iuppiter Hammon.*
» *Pauper adhuc Deus est, nullis uiolata per aeuum*
» *Diuitijs delubra tenens, morumq́ priorum*
» *Numen, Romano templum defendit ab auro.*

Diodorus Siculus Hammonis statuam smaragdis & alijs quibusdam gemmis reuinctam prodidit, & templum aureum esse, in quo deus ab octodecim sacrificis circumferatur. Qu. Curtius lib. 4. rerum Alexan. tradit umbilico maximè similem habitum esse, smaragdo & gemmis coagmentatum. Illud autem daemonis prodigiosi ludibrij miraculum est: gestantes simulacrum sacrificos, quo Dei nutus monstret, eò sua sponte, uel (ut ipse scribit) αὐτομάτως ferri. Hos sequuntur matronae uirginesq́, paeanas & inconditum quoddam carmen cantillantes, quo Iouem propitiari credunt, ut certum edat oraculum. Hunc, cùm oraculum petunt, nauigio aurato gestant sacerdotes, cum multis argenteis pateris ab utroque nauigij latere dependentibus. Huius loci celebritate motus Alexander, rebus Aegyptiorum constitutis, cùm oraculum Hammonis consulere decreuisset, in itinere à Cyrenensibus obuijs honorificè exceptus fuit: cum quibus iuncta rex amicitia, profectus est ad sacrarium Hammonis. Inde in deserta Libyae & inaquosa progressus, arenosam & uastam eam solitudinem offendit. Quarto die, quàm eam ingressus fuerat, absumpta aqua, quam in eum usum asportarat, exercitus siti deficere coepit. Iam cum moerore & aquae penuria laboraretur, repentè insperatus imber tantus toto coelo effundebatur, ut refectis restitutisq́ corporibus, uasa rursum in quatuor dies onerarint. Statim fabulosam regionem egressis, duces itineris regi nunciarunt, dextros coruos semitam, quae ad Hammonis templum ferebatur (dubia erat ob arenae copiam) unguibus frangere, & quasi callem ad delubrum commonstrare. Rex augurio confirmatus, tandem ad destinatum locum magnis itinerum difficultatibus peruenit. Haec de Hammone. Huiusmodi eius oraculi originem tradunt. Duae columbae fuscí coloris uno tempore ex Aegypto, uel (ut nonnulli) è sinu Veneris deuolarunt, quarum alteram Epiro è fago, alteram in delubro Iouis Hammonis oracula reddidit, sedens inter cornua arietis. Herodotus barbaras tradit foeminas fuisse à Phoenicibus uenundatas. Hammites, lapis piscium ouis similis. Cornu Hammonis inter sacratissimas Aethiopiae gemmas, aureo colore, arietini cornu effigiem reddens, promittit diuina somnia se repraesentaturum. Celebratur & Hammoniaca arbor, & lacryma: tum autem & Hammonitrum. Est & Hammon festum, quod Athenis solenne habebatur. Sunt & serpentes Cyrenaei, authore Hesychio. Celebratur & Hammonia Iuno, & Parammon Mercurius. Garamantide.] *Ammonijs proximi sunt Garamantes, quorum oppida sunt, Matelgae, Debris, & Garama, caput Garamantum: quae omnia armis Romanis superata, & à Cornelio Balbo triumphata fuère. Plinius author est, ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuisse, per latrones, qui puteos harenis operirent: ac proximo bello, quod Romani auspicijs Vespasiani cum Oeensibus gessère, compendium uiae quatriduum deprehensum: atque hoc quidem iter uocatum, praeter caput saxi. Matrimoniorum exortes sunt, & passim cum foeminis degunt.* A B

Centum.] *In eius templo centum aras fuisse proditum est, cum statua arietis, quem numerum Iarbas patri suo Ioui dedicarat, unà cum perpetuo & inextinguibili igne: nisi numerum certum pro incerto, per amplificationem uelimus accipere.* Immania.] *ingentia, uisenda. De huius uocis origine ac significatione alibi diximus.*

Vigilem.] *perpetuum, qualis apud Romanos fuit ignis aeternus, Vestae consecratus.* Excubias.] *Appositio periphrasis aeterni ignis, constans finitione.*

Florentia.] *metaphora.* Lumina.] *synecdoche.*

Accensus.] *perturbatus ira.* Multa.] *multum, nomen positum pro aduerbio.*

ARGVMENTVM. C

Iarbar, audito Didonis cum Aenea coniugio, iratus Aeneae & Didoni absens stomachatur, nec non in Iouem ipsum stultè obloquutus.

NASC. † al. Maurisia

Iuppiter omnipotens, cui nunc † Maurusia pictis
Gens epulata thoris, Lenaeum libat honorem,
Aspicis haec? an te genitor, cùm fulmina torques,
Nequicquam horremus? caeciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Foemina, quae nostris errans in finibus urbem
Exiguam precio posuit, cui littus arandum:
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris, cum semiuiro comitatu,
Moeonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.

IVPPITER omnipotens.] *Oratio est Iarbae partim expostulatoria in Iouẽ: partim exprobratoria in Didonẽ accepti ab eo beneficij parũ memorem: partim etiã in Aeneam, reginámque ipsam contumeliosa: nam utrunq cõtumelijs, iurgijsq incessit. cuius quidem orationis sensus huiusmodi est, ut una hac diuisione comprehendi uideatur. aut haec uides Iupiter, quae in me fiunt iniquè, aut non uides: si uides, iniquus es, qui ea non punis: si nõ uides, stulti nos sumus, qui te Deum, cùm Deus non sis, colimus, fulminaq́ tua horrescimus. non dissimilis ferè*

A ferè extat apud Eurip. in Hipp. acerba in Iouem expostulatio, ubi Hippolytus peccato patris laceratus, hunc in modum loquitur:

» Ζεῦ, Ζεῦ, τάδ᾽ ὁρᾷς;
» ὅδ᾽ ὁ σεμνὸς ἐγὼ καὶ θεοσέπτωρ,
» ὅδ᾽ ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερσχὼν,
» προῦπτον ἐς Ἅδην στείχω κατ᾽ ἄκρας
» ὀλέσας βίοτον.
» μόχθους δ᾽ ἄλλως τῆς εὐσεβίας
» εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα. Id est,
» Iuppiter, ô Iuppiter uides ne haec?
» Hic religiosus ego, & Deorum cultor,
» Hic ille castitate omnes superans,
» Certè ad inferos abeo omnino
» Perdita uita.
» Labores uerò frustra huiusce pietatis
» Erga homines exercui. Sic igitur inchoat.

Iuppiter omnipotens.] Non ut illum sibi conciliet, aut supremam illius potestatem extollat, uocat, sed κατ᾽ εἰρωνείαν, tanquàm nihil possit. Iupiter, frustráq; ab hominibus eius potentia timeatur per speciem laudationis illum perstringat. Cui nunc Maurusia.] Cum irrisione in Tyrios, qui Ioui uinum libant, quasi libatione indigno, &
B cum indignatione in Iouem: aut Deus non est, aut si est, qui ne tum quidem res mortalium respicit, cùm ei honos sacrificij habeatur. alludit autem ad libationem illam, quam Dido fecerat in primo Aeneid.

» Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
» Hunc laetum Tyrijsq; diem, Troiáq; profectis
» Esse uelis, nostrosq; huius meminisse minores.

Aspicis haec?] amara, felliśq; plena interrogatio (nisi magis irrisionem probes) quae ad complexionem redigi potest: nam si haec non uidet, inferri potest, Deum non esse, Deo enim omnia patent. sin uideat, & patiatur, iniquum, quia impios non punit. quamobrem subdit: An te genitor, cùm fulmina torques.] haud illud dissimile est, quod in Hecuba ex persona Talthybij legitur apud Euripidem:

» ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ᾽ ἀνθρώπους ὁρᾶν;
» ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην,
» ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
» τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
» O' Iuppiter quid dicam? an te homines respicere?
» Aut hanc sine causa opinionem habere
C Falsò, qui existimant Deorum esse genus,
» Sed fortunam omnia, quae sunt mortaliũ, administrare?

Caecíq; in nubibus ignes.] obscuri propter diuersas philosophorũ opiniones. Terrificant animos.] maiorem horroris affectum secum affert hoc uerbũ, terrificant, quàm si, terrent, dixisset. Foemina quae nostris.] singula haec duorum carminũ uerba emphasim habent. hoc uerò potioris querelae initium est, quòd à foemina, & peregrina illusus, spretusq; fuerit. igitur inuidiosè, & cũ contemptu, nec absq; indignatione ingenti foemina ait, à sexu reginam deturpans. porrò etiam indignationis affectus augeri uidetur per incrementum: quam Graeci αὔξησιν uocant: indignatur enim ualde, quia foemina: magis, quia peregrina: maximè, quoniam suae ditioni obnoxia sit, & à se locum emerit, aedificandaéq; ciuitatis potestatem acceperit. Nostris errans in finibus.] πλανωμένη errans. nam malè audiebant apud ueteres peregrinae, hinc propterea est, quod Medea apud Ennium Corinthijs matronis persuadere conabatur, ne sibi illae uitio uerterent, quod procul abesset à patria. auget etiam, quod ait, nostris in finibus. Vrbem exiguam.] cum contemptu, nec absq; ingentis indignationis affectu: se maximum, potentissimumq; regem à pauperrima, infimaéq; ditionis regina recusari, atq; negligi. Precio posuit.] quasi quae nec gratis meruerit, nec uirtute inuaserit. Cui littus arandum.] suam potentiam extollit Iarbas, Didonisq; potestatem deprimit omnino ex ipso eam pendere, ideóq; sibi obnoxiã esse demonstrat. Connubia nostra Repulit.] cum magno doloris affectu. Ac dominum Aeneam.] auget doloris affectum per comparationem à persona. & profectò hinc omnis oritur regis indignatio: quod ipse rex, & finitimus repellitur: Aeneas uerò exul, & incognitus in regnum ab ipsa recipitur. Et nunc ille Paris.] à Didonis persona ad Aeneam trãsitionem facit: quem per pronominationem contemnit, & à circumstantijs deturpat quod eum Paridem hoc est, lasciuum, effoeminatumq; hominem, uel alienarum uxorum oppressorem, qualis fuerat Paris, appellat. Cum semiuiro comitatu.] Troianos omnes perstringit à mollitie cùm animi, tum etiam corporis. hinc illud est Numani ex 9 Aeneid.

O' uerè Phrygiae, neq; enim Phryges. «

Moeonia mentum mitra.] ex habitu, & cultu corporis sic in nono:

Vobis picta croco, & fulgenti murice uestis «
Desidiae cordi. «

Crinemq; madentem.] non paruae mollitiei signũ est crines unguentare, quod Phryges, aliíq; Asiae populi, lasciuiae gratia, facere solebant. Rapto potitur.] ut Paris Helenam. intentio criminis est, siue locus accusationis.

Nos munera templis.] inuidiosa exprobratione Iouem iniustitiae arguit: illiúsq; potestatem deridet, quasi nulla sit: propterea quod nec impios punit, nec bonos, religionisq; studiosissimos, quo digni sunt praemio, afficit. ergo concluditur. aut eum non esse Deum, ut hominum uulgus existimat: aut si est, iniquum esse, quia res mortalium aequè non aestimat.

IVPPITER.] Precatio Iarbae inconsatoria est, quae expostulat cum Ioue patre suo, quòd acceptam à Didone iniuriam ferat. Aduenam ab ea receptum, se exclusum qui Ioui religiosè pariter ac lautè sacrificet. Indignitatem rei grauiter à circumstantijs exaggerat, Aeneam uituperans, perstringensq; Phrygũ gentis mollitiẽ, quo maius indignitati sit pondus. Iuppiter.] Beneuolẽtia ab honoribus & religione, quibus Iupiter à Mauris colitur. Maurusia.] Gens Maurorum. ipsa autem regio Mauritania, à Graecis Maurusia est appellata, quamuis à Stephano distinguuntur gens magna & potens. Est autem Mauritania terrarum ab occasu in Africa principiũ. Saeuitia C. Caesaris. Germanici filij, in duas diuisa fuit prouincias. Promontorium Oceani extimũ Ampelusia nominatur à Graecis. Terminus Mauritaniae est ad ortũ, amnis Mulucha: ad meridiem, qua lõgissimè euagatur, mõte Atlante terminatur: qua uerò in occasum obuersa est, promõtorio finibus, & freto Herculeo cõstringitur. à septentrione, mari Iberico pulsatur. Et nusquã neq; cultior, neq; fertilior est, quàm circa haec littora. Praeter Atlantem, septem montibus ordine attollitur, qui per similitudinem septem fratres nuncupãtur. Mons praealtus, qui Hispaniae obtenditur. Abyla, obiectus ex aduerso in littore Europaeo, Calpe nuncupatur. Ea autem horum montium forma est, ut iuncti aliquando fuisse appareant. LAMB. Hort.

Quare

A Transfertur longiùs, ad proprietatem & imperia rerum, quæ principes in suos usurpant tandem dominum, & dominatio, & dominor uerbum. Regnis.] ut regnum, numerus pro numero. Ille Paris.] ille importunus adulter, non uulgarem alterum Paridem innuens. Nam quemadmodum Paris, homo luxu perditus, mollis & effœminatus, propter raptum coniugis alienæ, urbi Troiæ excidij fuit causa: ita Aeneas Paridi similis, ob coniugium Didonis, Carthaginis euersionis minatur. Semiuiros Troianos uocat, propter Gallos sacerdotes matris Deûm, quos exectos spadones esse oportebat. Itaque semiuirum comitatum dicit, fractum mollicie. Mæonia.] ab habitu fracti luxu animi. Lydia mitra mixum id est, pileo Phrygio, siue Lydio in capite habitu, parum uiris decoro. Est autem Mæonia, eadem quæ & Lydia, Asiæ minoris regio mediterranea, ab occasu Ioniam & Aeoliam, ab ortu Phrygiam attingens: unde Mæonia mitra. ab Austro Mæandrum alicubi & Cariam, à septentrione Mysiam pulsans. Fuit autem quondam hæc regio inter omnes Asiaticas longè opulentissima, Crœsi diuitijs & fama maximè celebrata Herodoto: qua tempestate nulla gens, ut idem author scribit in Clio, tota Asia

B fuit uel fortior, uel bellicosior. ἐθνος δὲ οὐδὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὔτε ἀνδρηιότερον οὔτε ἀλκιμώτερον τοῦ Λυδίου. Capto autem Crœso à Cyro, regnum ad Persas translatum fuit. Regni caput, Sardes fuêre, antea Hyda dictæ, urbs regia & populosa, clara stagno Gygæo in latere montis Tmoli. Hic mons Tmolus amnem Pactolum auriferum, & ob id antiquè Chrysorrhoam nuncupatum, fundit. Iuxta hunc Magnesia est, ad Sipylum dicta. E Lydia oriuntur amnes Caystrus & Hermus. Inter clarissimas & opibus Lydiæ pollentissimas urbes Philadelphia numeratur, ubi & Thyatira. Hæc quia totius Asiæ fertilissima, & ubertate agrorum, uarietate fructuum, pastionum magnitudine, ac copia rerum quæ exportentur, facilè reliquis regnis antecelleret: factum fuit, cur luxus Asiaticus à scriptoribus tantopere sit celebratus. Postea Romani Asiaticis opibus delibuti, nullum non flagitium in urbem inuexerunt, donec ad postremum omnia ipsi in sese mutuò induxerint. A Lydis hæc prouerbia emanarunt, λυδιος ὕμνος, Lydia cantio: λυδίζω, τὸ τῇ λυδῶν φωνῇ. λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει, Lydus in meridie ludit: de intempestiuæ libidinis hominibus, quod his horis Lydi præcipuè luxui & libidini uacarent. οἱ γὰρ λυδοὶ ὥραν ἀνάρμοστον ἐχρῶντο ἀφροδισίοις. Cui

C similis paræmia, αἰπόλος ἐν θέρει, Caprarius in æstu: nam ijs ipsis horis caprarij intempestiuæ libidini indulgêt. De Lydia alibi annotauimus. λυδία στολὴ, Lydia uestis: τὰ λύδια ὑφάσματα. Lydia textura siue panni, molles & elegantes: lapis Lydius, quo aurum exploratur, & qui ferrum attrahit, ut magnes. Lydia machæra. Volsus Lydius: & λυδίζω, χύρδιον. Lydi spectaculorum inuentores memorantur, quæ à Romanis inde ludi, quasi Lydi appellantur. Fuerunt & augures ad superstitionem usque λυδίων νόμῳ, Lydia lege, pro fandica, seu cautione: Lydi enim uates credebantur. Huic genti mos erat, capita in ambitu frontis, fasciis a quibus aurata catena impexis, uincire: uel, ut alij, reticulis fœminarum, ut erat ipsorum mollicies. Hunc capitis ornatum minimè uirilem, Lydiam seu Mæoniam mitram uocat Poëta. Lydus ostium claudit, λυδὸς τὴν θύραν ἀπέκλεισε:

uel, ut alij, ἐκλεψάν τε παρασχών, de stultè furacibus, quod Lydis mos esset non priùs discedere, quam aliquid abstulissent. Erasmus annotat, & quidem, ut mihi uidetur, simili coniectura, dici de ijs qui aliquod obscœnum perpetrarunt, arbitros fugiant: propter mollitiem, cuius infamia notati fuerunt, ut demonstratum est. λυδὸς καπηλεύει, Lydus cauponatur, ita effœminatus. Cyrus Persarum rex Lydis deuictis imperauit, ut cauponariam exercerent, neque arma tractarent, sed ueste fluxa & ad talos usque demissa uterentur, ut eò eum modò uelut in fœminas transformati, ad rebellionem forent inutiles. Lydi mali, & post hos Aegyptij, de malis & sceleratis inter se collatis. Lydium currus, de ijs qui in certamine cæteris sunt inferiores iuxta Lydium currum currunt. Lydorum carycæ, de opiparo, & eo quidem apud genere, quod ut rès cupidiis sit conditum. Alioqui genus Candaulum erat, ex carne elixa, pane & caseo Phrygio, cum anetho & pingui iure. E Lydia Tyrrhenus cum ingenti suorum popularium manu profectus, colonias in Italiam deduxit. Lydia inter alias & gentes & urbes, Homerum suum ciuem iactitauit. Lydia postea ea regio dicta est, à Lydo, quem Atys Herculis filius & Omphales, ablegato Tyrrheno regni successorem moriens reliquit, cùm ad id temporis usque Mæonia diceretur, ut testatur Herodotus in Clio. τοῖς πρότερον ἄγγελος βασιλείης, τοῦτοι δὲ χώρας ἐπιμεληταὶ ... ἀπὸ τοῦ ἄτυος τοῦ λυδοῦ ... πρότερον μηονὴς καλεόμενοι. Traditur est, Adramytenum gentis regem, omnium primum fœminas ibi eunuchas fecisse, eisque eunuchorum uice abusum. Ad postremum, eò usque Lydorum mollities euasit, ut alienas uxores & uirgines in locum producerent, quem ob eam rem Agneona uocabant, omnesque constuprarent. Vnde tyrannidem consequuta Omphale, uno stupratorum, ulcisca iniuriam, seruis dominas prostituit, loco eodem quem Lydi rei atrocitatem mollientes, γυναικῶν ἀγῶνα uocarunt. Hæc Xanthus in secunda rerum Lydiarum. Porrò autem de legibus & inuentis Lydorum in fine Enarrationum libri secundi diximus, ex eodem scriptore. Mentum.] synecdoche. Mitra.] Polyshistor signat fasciam siue taniam, qua obligatur caput: diadema, zonam, thoracem, uittam, coronam, & balteum. Sunt qui mitram interpretentur corollas ex fastigij hora- rijs concinnatas, quasi μίτος, hoc est, filum. Hinc μιτροφόροι, qui mitras gestant ergo & molles, ἀμιτροχίτωνες. Sic μίτρα χρυσῆ, aurea lamina, quæ in fronte geritur, ... Est & zona, quam parentes soluunt. & dicunt Dianæ ... quo nomine Athenis templum erat. Persæ Mithram solem appellabant, cuius simulachrum leonis rictu præ se ferebat cum tiara, utraque manu cornua bubala tenens. Madentem.] delibutum unguentis: quod euidens signum est hominis mollicie perditi: pro crinibus madentibus. Rapto.] quasi præda, perinde ut Paris, qui per rapinam Helenæ fuit potitus, eamque in Phrygiam abduxit. Potitur.] Enallage coniugationis, ut Ouid. poteremur dixit, pro potiremur. Nos.] Enallage numeri, in prima persona. A minori ad maius: ille aduena, ego indigena: ille mollis & effœminatus, ego fortis ac continens: ille parum religiosus, ego hostias in tua templa infero: atque hic quidem excipitur, ego excludor. Frustrà audio fœlix aliquando nuptijs Didonis. Abrumpitur querela indignanti conuenienter.

ARGV-

A

ARGUMENTUM.

Verbis Iarbæ adductus Iupiter urbem, urbisque reges torue aspicit: & Aeneæ illicò per Mercurium mandat, ut soluat Carthagine: grauiterque ipsum increpat: quod immemor officij, & gloriæ cùm suæ, tum etiam filij sui prætereat, fatisque parum consulens, illic tam ociose moratur, ut aliena magis negocia, quam sua, ac diuina mandata curare uideatur.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem,
Audijt omnipotens, oculosque ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
† Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade agè nate, uoca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisque datas non respicit urbes,
Alloquere & celereis defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Graiùmque † iterum bis uindicat armis:
Sed fore, qui grauidam † imperio, belloque frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
† Ascanione pater Romanas inuidet arces?
Quid struit, aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam & Lauinia respicit arua?
Nauiget: hæc summa est, hic nostri nuncius esto.

† al. Tunc

† al. ideò

† al. imperijs.

† al. Ascanione.

NASC. ARASQUE tenentē.] allusio ad prisci religionis morem, cùm Deos precantes aras tenebāt. Audijt omnipotēs.] Benignus Iupiter, & si iniurijs lacessitus, Iarbæ amantis misereretur, licet omnipotens illū perdere posset: non enim ignorat, quanta sit uis amoris, quàmque sint suspecti, qui amāt, quàm leue, quàm deo mentes, atque ob omnia inter dū ratione aberrāt. audijt ergo non illius fatuam orationē, sed ipsum nimio amoris affectu fatuè orantem. Oculosque ad mœnia torsit Regia.] non benignè aspexit, ut faueret, quemadmodum in primo Aeneid.

Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare uelivolum, terrasque iacenteis,
Littoráque, & latos populos, sic uertice cæli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.

Sed torsit oculos: id est, toruè aspexit subiratus. unde illud est, quod paulò infrà Dido ait:

——iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Et oblitos famæ melioris amantes.] hoc in causa est, quamobrem torquet oculos Iupiter, & Aeneæ in primis subirascitur: quod ocio, uoluptatique deditus aliter se gerat, atque officij sui dignitas honosque sinat, & gloria filij sui postulat id quod planius declarat mox ipse Iupiter, cùm ait:

——fatisque datas non respicit urbes.

Vade agè nate, uoca Zephyros.] magnum omnino illud est negocium, quod magnis uiris magna cum celeritate mandatur. hanc igitur apparet rem magni esse ponderis, cum Mercurio Iouis filio detur: quam ut celerius exequi possit, eum hortatur, ut Zephyros uocet, quorum nō minus quàm alarum beneficio uolet. Homerum imitatur Poëta in 24. Iliad. ubi Mercurius Priamum iussu Iouis ad Achillem adducit: sic enim alloquitur Iupiter:

Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν
& quæ sequuntur, alia.

Expectat.] ociatur. Fatisque datas.] ἐμφατικῶς: quasi diceret, quas maximè respicere deberet. Genitrix pulcherrima.] Seruius, pulcherrima, perpetuum epithetum esse [illegible], ociosum, & ad hoc negocium nihil attinens. tale quoque uidetur illud ex hoc libro:

Quam simul ac tali persensit peste teneri

Chara Iouis coniux. Sed in Vergilio existimare aliquid esse ociosum, piaculū est, quàmobrem fatuus est, pulcherrima accipiendum ἐμφατικῶς in uictoria Aeneæ, quasi hæc ut retineret referat Veneris sotuéque sit Venereus. Graiùmque ideo bis uendicat armis.] Semel ex Diomede, iterum de Achillis manibus, quidquid interpretes dixerunt, ereptus. cum altero sponte, ut Pandari corpus de Græcorum manibus eriperet. Homer Iliad. 5. cum altero autem Apollinis hortatu congressus est. Homer. Iliad. 20. & quanquam Neptuni opera ereptus fuit, ut Homerus ipse testatur, unde illud est Neptuni ex 5. Aeneid.

——Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aenean, nec Dijs, nec uiribus æquis,
Nube caua eripui.

Tamen κατὰ τὸ σιωπώμενον illud precibus Veneris factum fuisse intelligendum est. Sensus igitur hoc habet, cum non idcirco bis ex Græcorum armis ereptum, ut ocio, uoluptatique se dedat, sed in ea, quibus ad altum gloriæ, immortalitatisque fastigium euehi potest, prosequatur: feroces Italiæ populos domet, surgentiaque imperia sua ingenti uirtute compescat. Sed fore, qui grauidam.] occulta laus Aeneæ à prudentia: non enim nisi prudentibus, atque sapientibus maximarum rerum administratio committi solet. Italiam iisdem commendat Poëta à peritia, & studio rei militaris: ut quæ multos imperatores ad bella gerenda parere possit: propterea subdit: Belloque frementem.] acrem, ferocemque bella, ac tractandis armis propemodum natam. Ac totum sub leges.] ad Augusti Cæsaris monarchiam alludere uidetur. Si nulla accendit tantarum gloria rerum.] obiurgatio à demissione animi: quam tamen hypothetica dictione mitigat. Si animo est, inquit, ita demisso, ut gloriam (cui maximè debet) nominisque immortalitatem cōtemnat, suam filio salutem ne defraudet. Super sua laude.] Græca locutio, ut ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς. Ascanione pater.] Vtrumque emphasim habet. Ascanio, cui regnum debetur: pater, qui pro laude, & gloria filij plurimum laborare debet.

Aut qua spe inimica in gente moratur?] imprudentiæ arguit: qui non uideat ex hostibus nihil esse sperandū boni. appositè uerò fit ex persona Iouis præoccupatio prædiuinātis, Carthaginem fore sanguini Troiano inimicam.

B

C

A *micam.* Nauiget.] *Imperiosa conclusio: quæ ex animo non parùm commotu proferri uidetur.*

LAM B. Hort.

TALIBVS orantem.] *Orátem Iarbam audit Iupiter, non ut libidinem suam expleat, Didonis nuptijs potitus, sed ut Troianus ad originem suam, & à fatis destinatã sedem à diuino spiritu illustratus, curis terrenis excussis festinet. Sternitur uia ad epitasin Tragœdiæ, in qua pacata hactenus turbis miscebuntur.* Arasq.] *Vetustum precantium ritum exprimit, quibus inter precandum dextra aram tenere mos erat. Varro aras dictas autumat primùm ansas, quod eas à sacrificantibus teneri necesse esset, permode ut uasa ansis prensantur: & literarum commutatione aras postea dici cœptas ut Valesios, Fusios, nunc Valerios & Furios dicimus. Quam tenendarum ararum consuetudinem hoc loco disertè Poëta expressit ut idem alibi:*

Tango aras medioś ignes & numina testor.

Famæ.] *regnorum fatalium & continentiæ.* Mercurium.] *Sequutus hoc loco Homerum est, apud quem Odyss. ε. ex deorum consilio Iupiter Mercurium ad Vlyssem, apud Calypsonem desidentem in insula Ogygia, missurus, ad istum modum alloquitur:*

B

Ἑρμεία, σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελός ἐσσι,
νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ εἰπεῖν νημερτέα βουλήν,
νόστον Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος, ὥς κε νέηται,
οὔτε θεῶν πομπῇ, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλ' ὅ γ' ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου πήματα πάσχων,
ἤματί κ' εἰκοστῷ Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο
Φαιήκων ἐς γαῖαν, οἳ ἀγχίθεοι γεγάασιν,
οἵ κέν μιν περὶ κῆρι θεὸν ὣς τιμήσουσιν.
πέμψουσιν δ' ἐν νηῒ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις ἐσθῆτά τε δόντες
πόλλ' ὅσ' ἂν οὐδέποτε Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσσεύς,
εἴ περ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν ἀπὸ ληΐδ@ αἶσαν.
ὣς γάρ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Atque hæc quidem Iouis mandata sunt ad Vlyssem, apud Homerum, & nympham Calypso, ut illum in patriam nauigare permittat. Hunc Mercurium poëtæ Atlantis ex Maia filia nepotem, & Iouis filium fingunt, oratorem & nuncium deorum, furum & negociatorum præsidem: quem Lycophron in Cassandra τρικέφαλον: *id est, tricipitem appellat.* τρικέφαλ@ φασὶν ὁ θεός, ὅτι Ἑρμῆς,

C *inquit enarrator,* ἐμπολαῖ@, ἐναγώνι@ καὶ ἐπίχθονι@. ἢ διὰ τὸ φωνεῖν ἀληθῆ, καὶ λογικόν. [illegible] αὐτοῦ θυγατέρας. φασὶ δὲ [illegible], ἀντὶ τοῦ [illegible]. καὶ γὰρ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς Ἑρμῆς [illegible] τιμᾶται. [illegible] γὰρ Ταναγραῖοι ὑπὸ [illegible], [illegible] παῖδα καὶ κόρας κατὰ χρησμόν, [illegible] λαμπάδι Ἑρμῆν. *De Mercurio paulò post dicturi sumus.* Alloquitur.] *Extensio mœæ fura.* Vade age.] βάσκ' ἴθι. *Mandatum Iouis, ut Mercurius Carthaginem profectus, inde Aeneam facessere iubeat.* Zephyros.] *Hic uentus occidentalis maximè est: adeoq; Mercurium ab ea mundi plaga Carthaginem petere uult, propter Atlantem auum maternum, in extrema Africæ ora ad Oceanum collocatum. Sunt alioqui Zephyri, flatus nonnunquam uehementes ac plauij, id quod liquet ex illo Homeri lib. Odyss. ξ.*

νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνι@, ὗε δ' ἄρα Ζεὺς
πάννυχ@, αὐτὰρ ἄη Ζέφυρ@ μέγας αἰὲν ἔφυδρ@.

Zephyrus à Latinis Fauonius nuncupatur, à Græcis etiam λίψ, *& Argestes.* Ζεφυρίη, *Zephyri flatus.* [illegible] *uento aà, oua subuentanea, quæ aues aliquot sine coitu gignere dicuntur, quòd eo uento flante cuncta maritentur, & quidem uerno tempore tantùm, quo sæpiùs quàm aliàs spirans. Et quia tenuis frigore terras aperit & arboribus, herbis, satisq; saluber est, Cato in hunc alineta spectare iubet. Hic uites putandi, inquit Plinius, frugesq; curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit, afflatuq; nutricum exercebit. Itaque secundo & salubri maximè uento Carthaginem petiturus Mercurius, ex ultimis Africæ oris, ubi Atlas mons est, cursum capit.*

Pennis.] *Talaria dicit, quæ Mercurio peculiariter tribuuntur. Causam obiter legationis ad Aeneam adijcit, quòd ipse fatis suis desit.* Dardaniumq.] *Periphrasis Aeneæ.* Non illum.] *Principium mandatorum ab expectatione, & spe promissorum falsa. Sunt autem hæc breuia & concisa, neque minus perspicua, qualia ea esse conuenitat. Est autem horum summa, reprehensio desidiæ, à turpi, & exprobratione ingratitudinis, quòd matris & Neptuni beneficiorum oblitus, à quibus semel atque iterum hostium armis subtractus fuisset, nulla matrimonij dignitate, sed turpitudinis societate se Didoni coniunxisset, non respiciens fatale regnum, quod oraculis alijs post alia petere iussus esset.* Graiûm.] *Græcorum: syncope. Non fuit à Venere matre in hunc exitum à cæde seruatus, ut amori Carthagine operam daret: sed ut reliquias ac posteros Dardani in Italiam reportaret. A causa finali seruati Aeneæ, in bello Troiano.* Bis uindicat armis.] *Præsens pro præterito. Liberat, ab hostium cæde. Primùm, cum Diomedes Mineruæ auxilio confirmatus, multis Troianorum cæsis, fortiter pugnando Græcorum res tueretur: Venerẽ à Troianis stantem in uola manus uulnerauit, & Martem sub hæc mox Aeneam adortus, saxo ita percussit, ut in genua procumberet. Quo casu fractus haud dubiè perierat, nisi peplo Veneris matris circumfusus, cædi subtractus in pacatum euasisset. Extat h[æ]c res apud Homerum lib. Iliad. ε.*

——ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδεΐδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'. ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶ@.
τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθά τε μηρὸς
ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι.
θλάσσε δέ οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε.
ὦσε δ' ἀπὸ ῥινὸν τρηχὺς λίθ@. αὐτὰρ ὅ γ' ἥρως
ἔστη γνὺξ ἐριπὼν, καὶ ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ
γαίης, ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε.
καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀνδρῶν Αἰνείας,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη,
μήτηρ, ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι.
ἀμφὶ δ' ἑὸν φίλον υἱὸν ἐχεύατο πήχεε λευκώ.
πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμ' ἐκάλυψεν,
ἕρκ@ ἔμεν βελέων, μή τις Δαναῶν ταχυπώλων
χαλκὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλὼν, ἐκ θυμὸν ἕλοιτο.
ἡ μὲν ἑὸν φίλον υἱὸν ὑπεξέφερεν πολέμοιο.

Rursus lib. 20. cum Achille singulari certamine commissus Aeneas, ibi occubuerat, nisi à Neptuno nube oculis illius abiecta, in gratiam Veneris in postremam aciem se abripuisset. Verba Poëtæ sunt:

αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν
Πηλεΐδῃ Ἀχιλῆϊ. ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον
ἀσπίδ@ ἐξέρυσε μεγαθύμου Αἰνείαο.
καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆ@ ἔθηκεν.
Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας.

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Sed fore.] *Causa à fine, quamobrem bis è manibus hostiũ à diuis sit ereptus: ut è sanguine Troiano superesset unus, qui imperium Italicum susciperet, quod toto Orbe in posterum aliquando latissimè dominaretur. Ea de causa Neptunus Aeneam à cæde uindicãdum censet, ne Priamo cum sobole extincto, cuius genus odisset Iupiter, Dardani sanguis internecione deleretur: quem Aeneas propagaret, & quidem in ea terra, unde ille in Phrygiam esset profectus. Verba Neptuni sunt:*

B ἀλλ' ἄγεθ' ἡμεῖς πέρ μιν ὑπὲκ θανάτου ἀγάγωμεν,
» μή πως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, αἴ κεν Ἀχιλλεὺς
» τόνδε κατακτείνῃ· μόριμον δέ οἵ ἐστ' ἀλέασθαι,
» ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται
» Δαρδάνου, ὃν Κρονίδης περὶ πάντων φίλατο παίδων,
» οἳ ἕθεν ἐξεγένοντο γυναικῶν τε θνητάων.
» ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἔχθηρε Κρονίων.
» νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
» καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Grauidam] *Remota metaphora, ab animali ad nõ animal: ut in frumentum, quæ pondus rei tragicæ præbet.*

Genus.] *Appositio.* **Italiam.]** *Italos. continens pro contento, metonymia.* **Proderet.]** *propagaret, dilataretq; imperium Romanũ, sub cuius iu. totus Orbis aliquando traheretur. Amplificatio promissorum Veneris de filio.* **Sinulla]** *A' persona Aeneæ & filij Ascanij, cui in hac securitate animi imperium Italicum inuidere uidetur.* **Pater.]** *Emphasis: qui naturali storge in filium parũm ducatur: adeoq; per quem stat, quo minus is in Italiæ possessionem sit uenturus.* **Quid struit.]** *Reprehensio ab interrogatione, qua ocium uiri & luxum obiter perstringit.* **Gente]** *ab ingenio & idole gentis, in qua hæret, quæ olim aduersus eius posteritatem crudele odium sit exercitatura. Ab hac cùm nihil emolumenti sit sperandum, sed bellum & uastitas Italiæ: turpe planè est, & fuga gillatione dignum, ignauia ac luxu ibi tempus perdere.*

Spe inimica in gente moratur?] *expectatione inutilitatis ibi moratur. Licenter neglexit elisionem, Græcorum imitatione.* **Prolem Ausoniam & Lauinia respicit arua?]** *Posteritatem Romanæ gentis Lauinia arua, regnum Lauinium, ex futura affinitate regis Latini, uel regnum Italicum. A' recordatione, certa spe, & promissis futurorũ commodorum. Expolit identidem orationem, quo mãdata ad mouendũ sint efficaciora.* B

Nauiget.] *Clausula, quæ summam mandatorum complectitur.* **Nostri]** *mandatorum nostrorum.*

ARGVMENTVM.

At iussa Iouis exequenda Mercurius sese accingit: pennas assumit, vt itineris celeritatem adaugeat, caduceum capit, vt verus Iouis nuncius esse appareat: est enim illud insigne Mercurij: qui orationis est, & eloquẽtiæ Deus. cuius quidem caducei admirandas virtutes eleganter, & scitè describit.

NASC.

Dixerat: ille patris magni parẽre parabat
Imperio & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallenteis, alias sub † tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat:
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila: iamq; uolans apicẽ & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui uertice fulcit:
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & uento † pulsatur, & imbri.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

† al. tartara tristia

† al. quassatur,

Dixerat.] *Sumptus locus est uel ex 24. Iliad. uel ex 5. Odyss. in quo enim duobus locis apparatus clarũ, uirgæq; fatalis Mercurij fit mentio ab Homero: sic uerò ait in Odyss. 5.*

» αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
» ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
» ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
» εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
» ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

tatis uerbis, ornatus gratia, dicit, quid enim aliud est animas sub Tartara mittere, & ab Orco reuocare, quã dare, adimereq; somnos, & oculos morte resignare? **Illa fretis agit uẽtos.]** *uenuste finxit hic noster, quàm Homerus, qui simpliciter dixit. Odyss. 1.* C

» [illegible] μακρὰ, αἳ γαῖάν τε
» [illegible] ἀμφὶς ἔχουσι.

Parẽre parabat Imperio.] *parabat, cũ sese apparabat: id est, talaria, induebat ad mandata Iouis exequẽda.* **Talaria nectit Aurea.]** *pluribus epithetis talaria illustrauit Homerus, καλὰ πέδιλα, ἀμβρόσια, χρύσεια: id est, pulchra talaria, diuina, aurea.* **Rapido pariter cum flamine portant.]** *ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.* **Tum uirgam capit.]** *sic Homerus εἵλετο δὲ ῥάβδον.*

Hac animas ille euocat Orco Pallenteis.] *hac in re copiosior, ornatiorq; fuit Homero Virgilius: nam semel hoc expressit Homerus Iliad. Ω.*

» —— τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
» ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Virgilius uerò expolitione utitur, eandemq; rem commu-

Et latera ac 'ua cernit Atlantis duri.] *Atlantem Mauritaniæ montẽ ex occasione describit: qui quoniam hominis habuisse nomen dicitur, illius quædam sub humanæ corporis figura depingit. Sylius Italicus Atlantis montis sub humana specie descriptionem longiori, nec minus falsa oratione complectitur libro primo.* **Duri]** *saxosi montis asperitatem designat.* **Cœlum qui uertice fulcit.]** *ὑπερβολικῶς miram mõtis altitudinem significat.*

Atlantis.] *nomen Atlantis repetit, quasi rei admirãda magnitudinis mentionem faciens.* **Piniferum caput.]** *iam uerò nõ quasi montem, sed quasi hominẽ effingat, humani corporis partes recenset, caput, humeros, mẽtum, barbam, in quibus recensendis eo tamen artificio utitur, ut rei utriusq;, hoc est, montis, hominisq; significationẽ afferre uideatur: nam & piniferum caput, & humeros niue infusos, tum flumina à mento fluentia, & barbam glacie rigentem*

cit rie

A de cygenitem dicit: quibus uerbis facilè Poëta declarat, se in hac Atlantis descriptione non hominem, sed montem, qui hominis nomen sortitus fuerit, artificiosè describere.

LAMB. Hort. DIXERAT.] Homerus Odyss quinto:

ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος ἀργειφόντης.
αὐτίκα δ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον, ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.

Quis uenustius Homerica ista, quis splendidius, aut copiosius reddiderit, quàm noster? ut planè hoc loco Graecum uatem superârit. ὣς ἔφατο, noster uertit, Dixerat: quod ille, οὐδ' ἀπίθησε: id est, paruit: hic reddidit, Ille patris magni parêre parabat Imperio. Quod ille, αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα: noster, Et primum pedibus talaria nectit. Adiecit Graecus, ἀμβρόσια χρύσεια: id est, ambrosia, & aurea: at mox, τά μιν φέρον, ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν, ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. Latinus, Quae sublimen alis siue aequora suprà, Seu terram rapido pariter cum flamine portant. ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο, pariter cum flamine: quae omnia ita dissimulanter in suum usum accommodauit, ut hic nata, non aliunde adscita uideantur.

B Sunt autem πέδιλα talaria, ὑποδήματα, quasi πεδίλινα, calciamentum uarium. Talaria, à talis, quibus annectuntur. Nonnulli exponunt, calciamenta cum alis: cùm Agamemnon Homericus pedibus quoque talaria inducat, ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα Iliad. 2. Porrò autem Mercurij habitus, quem hic describit Poëta ad eloquentiae naturam à doctis refertur, qua nihil ualidius, nihil potentius est, aut etiam uelocius. Affirmant Mercurium negotijs praesidere, ferre uirgam, quam multiplici gyro serpentes duo amplectuntur, & indutum pennatis talaribus. Faciunt etiam eundem, ut paulò suprà dictum est, deorum internuncium, & Deum furum. Horum autem omnium hanc reddunt significationem. Et primùm quidem, quod ad etymon uocabuli, Mercurium dictum contendunt, quasi mercium curam: ac proin omnes negotiatores rectè Mercurios appellari posse, ob id quod unicè mercium suarum rationem habeant, easque sedulò curent. Pennata talaria uerò, quòd in mercimonijs obeundis, ueloces sint, & ultrò citróque commeando quasi alati. Tribuunt Mercurio uirgam, serpentibus implicatam: quod sibi uelle credùt, quòd hominibus id genus regnum soleat aliquando obtingere, ad cuius administrationem prudentia

C opus est, & rerum domina sapientia, quae & ipsa quoque in mercimonijs obeundis uel in primis necessaria est. Caput eius opertum est galero: nam rerum precia, & lucra inde manantia, tecta esse debent, ut quantilibet extrudantur emptoribus. In Mercurij tutela est gallus: negotiatorem enim minimè somnolentum esse conuenit, sed semper ad quaestum attentum: quare nunquam in multam usque lucem stertere. A Graecis Ἑρμῆς dicitur, quasi ἑρμηνεύς, interpres, παρὰ τὸ ἑρμηνεύειν, interpretor, quòd mercatorem linguarum peritum esse deceat, quippe cui cùm diuersarum linguarum hominibus res sit. Hermes idem, modò apud superos uersatur, modò apud inferos, quod uidetur Horatius explicasse eruditè, cùm dicit:

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Eundem & tutelarem diuum furum fingunt: quòd planè nihil inter furum & negotiatorum rapinam intersit, cùm uel iniustam mensuram admetiantur, uel mercem uitiosam pro bona extrudant. Sed qui typum Mercurij huius ad eloquentiae naturam accommodant, τοῦτον (inquiunt) οὐδὲ γὰρ λέγουσι καὶ μαίας, οἷον τοῦ τὸ καὶ φρονήσεως. ἐκ τοῦ γὰρ καὶ φρονῆσαι ὁ λόγος γεννᾶται. διὰ τοῦτο καὶ πτερωτὸν αὐτὸν ποιοῦσιν, ὡς ταχύν. οὐδὲν γὰρ λόγου ταχύτερον. καὶ Ὅμηρος, ἔπεα πτερόεντα· παρθένον δὲ νεάτατον αὐτὸν ἐργάζονται, διὰ τὸ μὴ γηράσκειν τὸν λόγον. ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι, διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ κέρδους αἴτιον, καὶ τὴν ἐμπορικὴν ἔφορον. ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱδρῦσι βαλάντιον φέροντα. ἀλλὰ καὶ οἱ φοίνικες τοὺς θεοὺς αὐτῶν πλάττουσιν ἐπιφέροντας βαλάντια, ὡς τοῦ χρυσοῦ σύμβολον ὄντος δυνάμεως. οἱ δὲ Ἕλληνες σιδηροφορέοντας αὐτοὺς πλάττουσιν, ὡς τοῖς ὅπλοις ὑποτεταγμένων τῶν ἀνθρώπων. Horum autem uerborum hic sensus est: Hunc Iouis & Maiae filium esse aiunt, Mentis uidelicet & prudentiae: nam ex mente & prudentia omnis oratio nascitur. Quamobrem alatum eum fingunt: quippe celerem, & pedibus uelocem. nihil enim oratione pernicius. Et apud Homerum, uerba alata. Hunc & adeò ta iuuenem faciunt, quòd oratio nunquam senescat. Sed & quadrangulum fingunt, ob firmitatem uerae orationis. Aiunt eum quoque causam quaestus esse, & praesidem mercatorū: quare statuam eius ita effigiabant, ut marsupium gestaret. Et Phoenices fingunt deos suos crumenas gestantes, nempe quòd aurum potentiae sit symbolū. Porrò Graeci autem, eos ferrum portantes exprimunt, quòd homines uidelicet armis sint subiecti. De Mercurio ita Ioannes Tzetzes Chil. 2.

Ἑρμῆς τοῦ Μαίας ὁ υἱός, Ἑρμῆς δὲ καὶ ὁ λόγος.
Ἑρμῆς καὶ σώρευσις ἀνδριάντων, καὶ ὁ σωρὸς τῶν λίθων.
Ἑρμῆς καὶ πᾶς ἑρμηνευτής, ἀπὸ γλωττῶν ὁ λέγων.
Ἑρμῆς καὶ ἀγοραῖον δὲ προτόμωμα, ἡ πίσσα.
ἡ πίσσα χρυσοχόων δέ, πρὸς ἣν τυποῦσι ζῷα,
θέντες αὐτοῖς ἐπάνωθεν ἄργυρον ἢ χρυσὸν δέ.
ἡ οὖν τοῖς λεκτοῖς τὸ Ἑρμῆς γραφὴ δὲ ἰῶτα. Id est,
Mercurius ille Maiae filius, Hermes est, & id. oratio.
Hermes autē est & omnis statua, atque lapidū aceruus.
Hermes & omnis interpres dicitur, siue linguarū siue uo
Hermes itē forensis effigiatio, aut etiā pix: (rationū,
Pix inquā, aurū fundentiū, ad quā effigiāt animalia,
Argento ipsi superimposito aut auro.
Qum & lectis pes Ἑρμῆς per iota scriptum dicitur.

Patris magni.] Iouis periphrasis, πατρὸς μεγάλου. Parēre.] Similiter incipiente. Cuiusmodi & illud in tertio: —fatis Cassandra canebat. Aequora.] Anastrophe, ab usu talarium. ἐφ' ὑγρὴν. supra humidā. Talaria.] Cicero allegoria prouerbiali dixit Talaria inducere, pro fugam adornare, & quasi uelle quópiam auolare, lib. 14. ad Atticum: Quare talaria uideamus. Tum uirgam.] Ab habitu Mercurij. Describit autem caduceum Mercurij ab eius potentia seu uirtute. Hanc uirgam Mercurio, ut incantatori tribuunt, caduceum uocant. Haec autem descriptio sumpta est ex Odyss quinto:

εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Et eiusdem operis lib. 24.

—ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
καλὴν, χρυσείην, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, &c.

Has animas.] Didymus hunc enarrans locum. Κ... (inquit) ... ψυχοπομπὸς ὁ Ἑρμῆς, ὅτι τὸν ἀπόπλουν ἐπὶ τῆς ποιητικῆς, ...

μὴ ἅπαξ. ἀλλ' ἐπὶ χρόνιος ὁ θεὸς, ἐν ἀθῴας ὁ ἂς ὧδε κατειλῆφθ' ὑπὸ καὶ ἄλλων δὴ ἱερεῖα, καὶ ἄλλο ἀκούμενος. [illegible] ὁ ἀδελφὸς Ἀπόλλων, ὃ ἄναξ, ἐκ λύρας τοῦ τρόπου. καὶ οὗτος, καὶ ἰδὼν ἀκούων. ἀπὸ οὖν ἐν φωνὴ αὐτόματον κατεῖχεν, ὡς ἐν ἰδὼν ὅλην ἐκείνην, καὶ παραιτήσαντος αὐτὸν τινές. ἀλλ' αὐτὸν καὶ ἄνευθεν κατιδεῖν, ἵνα δι' ἄλλων τι κατάσχοι, ὁ δὲ τὴν ἑρμοῦ τρόπον ἐκδύων τῇ ὁδηγίας, διὰ τὴν συγχώρησιν.

Orco.] ab inferis. Orcum Molossorum regem fuisse produnt, per id fermè tempus, quo Eleusius Athenis regnum tenebat, & ab illo Proserpinam raptam fuisse: & inter annes inferorum orcus celebratur. Pesto, ab urgendo, quòd ad mortem urgeat. Virgam.] caduceum. Virgula diuina in prouerbium abijt, quoties id quod optamus, citra humanam operam, sed quasi diuinitùs nobis contingere uolumus significare. Cicero lib. primo Offic. Quid si nobis omnia quæ ad uictum cultumque pertinent, uirgula, ut aiunt, diuina suppeditarentur? Citatur titulus unus Satyrarum Menipp. M. Varronis, à Nonio Marcel. Virgula diuina. Etenim antiquitas, ut in annulis, ita in uirgis quoque ferendis, credidit aliquam fatalem ac ceu magicam potentiam inesse, qua prodigiosa multa edebantur. Parœmia nata uidetur ab Homerica illa uirga, quam ipse Palladi tribuit, tam celebrem, ut Antisthenes sectæ Cynicæ author, de ea librum peculiarem scripserit, teste Laërtio in eius uita. Homerus lib. Odyss. 5.

" ὣς ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη.

Cùm Vlyssem è sene putido in iuuenem uiridi iuuenta trãsformaret: se rursum eundem in senem Odyss. 16.

" ἀγχὶ παρισταμένη κάρψειεν ὀλέσσω
" ῥάβδῳ ἐπιμασσαμένη ποιήσατο γῆρας.

Ac mox eodem lib. eundem iuuentuti restituit, auget'que robore pristino:

" ἦ καὶ χρυσείῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη.

Apud eundem Circe in transformandis socijs Vlyssis, uirga utitor. Odyss. 10.

" ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ,
" οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς ——.

Sed & Moses in literis Hebræorum, in edendis prodigijs uirgula utitur: hanc modò in anguem uertens, modò formæ restituens: hac flumina uertit in sanguinem, hac excitauit cyniphes & cynomias, multitudinemque diuersorum animalium: hac erexit maris rubri aquas in murorum species, hac è silice uerberata undas elicuit, ἐν ἄνω θεῷ, Exodi 4.

וַיֹּאמֶר מַה זֶּה בְיָדֶךָ. Et Cap. 7. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה וַיֹּאמֶר הַשְׁלִיכֵהוּ אַרְצָה וַיַּשְׁלִיכֵהוּ אַרְצָה וַיְהִי לְנָחָשׁ וַיָּנָס מֹשֶׁה מִפָּנָיו וַיָּרֶם בַּמַּטֶּה וַיַּךְ אֶת הַמַּיִם אֲשֶׁר בַּיְאֹר לְעֵינֵי פַרְעֹה וּלְעֵינֵי עֲבָדָיו וַיֵּהָפְכוּ כָּל הַמַּיִם אֲשֶׁר בַּיְאֹר לְדָם Cap. 4. וַיִּקַּח מֹשֶׁה אֶת מַטֵּה הָאֱלֹהִים בְּיָדוֹ. Sed pauca ista e multis adduxisse sat esto. Reuocatur ad Mercurium illud quidam in quæstionem trahunt, quo consilio, casuue Mercurius uirga hac diuina ab Apolline donatus credatur. Homeri enarrator lib. Iliad. 15. huiusmodi fabulam refert: Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἄτλαντος, εὑρὼν λύραν, καὶ τὰς Ἀδμήτου βοῦς κλέψας φωραθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τῆς μαντικῆς. ἀπειλοῦντος δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔκλεψεν καὶ τὰ ἐπ' ὤμων τόξα. μειδιάσας δὲ ὁ θεὸς, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν ῥάβδον, ἀφ' οὗ καὶ χρυσόρραπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη. ἔλαβε παρ' αὐτοῦ καὶ λύραν, ὅθεν καὶ χρυσάορος ὠνομάσθη, ὁ [illegible] τῆς κιθάρας ἀορτήρ. Id est, Mercurius Maiæ A
Atlantis & Iouis filius, lyram inuenit, & Apollinis boues suffuratus, mantices beneficio ab eo in furto deprehensus fuit. Minante illi infortunium Apolline, si iterum quid moliretur, arcum ab humeris illius abstulit, & quidem furtim. Risit Deus, donauitque ei uirgam diuinam: unde Mercurius Chrysorrhapis dici cœpit. Accepit & ab eo lyram, quare & Chrysaoris, à cithara loro, quo gestatur, appellationem sumpsit. Id enim Græcè ἀορτὴρ signat. Hactenus ista. Cæterùm, extra controuersiam, legum, lyræ, literarum, & philosophiæ inuentionem Mercurio tribuunt. Quoniam autem eloquentiæ & disciplinarum parens creditus fuit, prouerbialis ironia iactata est, Mercurius infans, quoties aliquis rudem se simulat earum literarum, quarum sit peritissimus, Ἑρμῆς ἀμύητος. ὁ ἀμύητος: id est, non initiatus, prophanus. Nemo mysteriorum callentior est isto Mercurio: quippe qui mystagogus sit, & facundus interpres diuorum. Et quia orationis author est, in adagium cessit, τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν, quid ad Mercurium? ὁ κοινὸς Ἑρμῆς. Item, ficum Mercurio: de obuio expositoque beneficio. Ficum repertum Mercurio suspendere anti- B
quitùs mos fuit, quòd furibus fauere crederetur. Communis Mercurius, quòd furtorum author sit, & repertor: Primus docuisse ea produtur, quæ furto parta sunt, in medium conferre: uel, ut alij interpretantur, quòd orationis sit parens, qua omnia commercia inter homines constant: medius inter superos & inferos, utrisque ex æquo gratus. Est enim sermo animi interpres, quo summi inter se reges & infimi conciliantur. Mercurius non è quouis ligno fit: omnibus ingenijs non congruunt omnia: omnes non sunt apti disciplinis. Mercurius superuenit. Statuæ Mercuriales, quæ errantibus uiatoribus rectam uiam monstrant. Ἑρμῆς πρὸς τῇ πυλίδι, Mercurius ad portulam. Principes Atheniensium, tribubus Mercurium circa portas dedicarant, ut tradit Philochorus in nono. Herba Mercurialis, apud Plin. quam is inuenit: idem & Bacchi nutritor fuit. Illa fretus agit uentos, & turbida tranat.] τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης. Mercurium uolantem tantum, non autem Zephyrum cogentem inducit Homerus: noster uerò etiam tranantem nubes, ac statim montem cernentem fingit. Addit & prosopopœiam Atlantis, ut omnia sint splen- C
didiora, ac poëticæ maiestati magis quadrent. Homerus Mercurium suum in Pieriam deducit: unde mox ex alto in subiectum pontum se præcipitat, qua proximum iter est in Ogygiam:

Πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ, "
σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς, "
ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, "
ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ. "

At Maro Carthaginis situm diligenter contemplatus, ab occasu secundo Zephyro è monte Atlante, materna auo, supra mare uolantem in Africam mittit. Fingit personam Atlantis, quam à partibus, ad montis naturam respiciens, & partium adiunctis describit. Apicem.] summitatem. Atlantis.] Anaphora rei magnitudini conueniens. Huic poëtæ ferreos humeros affingunt: unde parœmia, Atlas cœlũ, subaudi, suscepisti: de ijs qui arduis negotijs sunt implicati, inciduntque in calamitates. Atlas Libycus, ut Sophidi & Aegyptijs placet, Osyridis, Dionysij, & Noë temporibus clarus, qua tempestate item & Hermes

A *Hermes Trismegistus in rebus humanis erat. Fuerunt & Atlantes in Libya, à duobus Atlantibus montibus nomen sortiti, à quibus Oceanus occidentalis, & Atlanticum pelagus nomen est consequutum. Huic genti peculiare fuit, Solem & Orientem & Occidentem, perinde ut ogris & ipsis pestilentem execrari Quamobrem Lycophron ἀτλαντῶν οἰκητόριον uocat. Atlas à Poëtis cœlum humeris sustinere dicitur: sed rei haudquaquam temeraria ratio est. Etenim Mauritaniæ rex fuisse memoratur, rerum Astronomicarum egregiè doctus, qui de cœli machina & axe naturáque mundi primus ausus fuerit disputare: Herculi uerò laboranti succedere, quòd is in philosophia proximè post eum claruerit. Interpres Lycophronis diligentissimè eius rei rationem reddit: ac fabulam siue historiam potius perspicuè explicat. quare eius uerba non grauabor uel ob id hoc loco adscribere, quòd nonnihil lucis huc uideantur allatura:* ἄτλας γὰρ μαθηματικὸς ὢν Λίβυς τὸ γένος, ὃς ὡς ὄρος ὑψηλὸν ἀνερχόμενος, καὶ ἀναβιβάζων κατανοοῦν τῶν ἄστρων ποτὲ παρασφαλεὶς, κατέπεσεν ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν καὶ ἀπεπνίγη· ὅθεν ἀπ' αὐτοῦ, τὸ ὄρος καὶ ἡ θάλασσα Ἀτλαντικὴ ἐκλήθη.

B πολύιδος δ' ὁ διθυραμβοποιὸς τὸν ἄτλαντα τοῦτον ποιμένα Λίβυν φησὶν, οὐ μαθηματικόν. ἀπελιθώθη δὲ ὑπὸ Περσέως, δείξαντος αὐτῷ τὴν γοργόνα, διὰ τὸ μὴ ἐᾶν αὐτὸν διελθεῖν, ἀλλὰ ἐρωτᾶν αὐτὸν τίς εἴη. τοῦ δὲ καὶ τὸ ἄτλαντος υἱὸς ἕσπερος κατὰ τινὰς, οὐ κατὰ τὸν πολύιδον. *id est: Atlas mathematicus fuit Libycus, qui ut exactiùs propiúsque sydera contemplaretur, altissimum montem conscendit, à quo, impacto pede, in subiectum mare decidit, perijtque: à quo tum mons, tum pelagus denominari cœpit. Polyidus dithyrambicus poëta hunc Atlantem adserit pastorem Libycum fuisse, non autem mathematicum: & à Perseo, obiecto Medusæ Gorgonis capite in saxum uersum, ob id quòd transitum illi per ea loca negasset: sed ea negasset tamen, ecquis esset. Huius item Atlantis & Hesperus filius fuit, iuxta quosdam, non uerò secundum Polyidum. Hesperus ille. Sunt & Atlantes sticulæ in ædificijs, quibus columnarum onera sustineri uidentur. Illud uerò prætereundum non est, ipsum cœli axem etiam Atlantem dici, qui utrunque hemisphærium diuidit suprà infráque. Atlantis filias celebrant Poëtæ Pleiadas & Hyadas astra. Proclus in carmen illud Hesiodi,* νύμφας αἳ πάσας καλέουσι, *septem tradit Atlantis filias Pleiadas, Celæno, Steropen, Meropen, Electram, Alcyonen, Maiam, & Taygetam: atque hos nihil aliud esse putat,* ἢ δυνάμεις ἀγγελικὰς τῶν ἑπτὰ σφαιρῶν: *id est, angelicas potentias septem sphærarum. Celæno Saturni, Steropen Iouis, Meropen Martis, Electram Solis, Alcionen Veneris, Maiam Mercurij, Taygetã Veneris. μαῖαν Græci patris ac matris matrem uocant, nutricem, medicũ parientibus, & obstetricem, quæ infantibus umbilicum præcidit. Est & honorifica aniculam alloquendi formula: quasi dicas, ô nutrix.* Caput] *A partitione. Totum enim personam fictam montis in sua membra secat: à capite: hoc est, à summitate montis nemorosa ordiens. Mons ipse altus est, adeò ut uerticem acie assequi nequeas. Medius mons nubibus feritur, rigetque niuibus hyeme & æstate. Accolæ ob immensam eius altitudinem, columnam cœli eum uocant, qui & ipsi à monte Atlantes nuncupãtur. quibus religiosum est animalibus uesci. Plin. tradit, Suetonium Paulinum, ducem Romani exercitus, ad summum Atlantis cacumen penetrasse. Extat diserta Atlantis descriptio apud Silium lib primo, quam libet hic adscribere, quòd ad hanc prosopopœiam expressa sit:*

"*Nec patitur nomen proferri longius Atlas,*
"*Atlas subducto tracturus uertice cœlum.*
"*Sydera nubiferum fulcit caput, æthereasque*
"*Erigit æternum compages ardua ceruix.*
"*Canet barba gelu frontemque immanibus umbris*
"*Pinea sylua premit, uastant caua tempora uenti,*
"*Nimbosóque ruunt spumantia flumina rictu.*
"*Tum geminæ latecum fauces maria alta fatigant.*
"*Atque ubi fessus equos Titan immersit anhelos,*
Flammiferum condunt fumantia gurgite currum.

Caput, & uento pulsatur & imbri.] *Totum Atlantem in partes suas deducit. Ostendit summos montis, ob prodigiosam altitudinem niuibus obsessa omnia glacie rigere, & horrida esse.* Flumina mento] *quòd amnes inde oriantur, ut Nilus.*

C

ARGVMENTVM.

De Atlante monte: ubi primùm è cœlo missus constiterat, præcipiti uolatu Mercurius, tanquam mergus, Carthaginem defertur: ibique Aeneam purpurea, manibusque Didonis texta ueste indutum, atque ense iaspide ornato accinctum, nec non arcem Carthaginis fundantem conspicit: cui statim mandata Iouis exponit.

Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis,
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad undas
Misit, aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis uolat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlumque uolabat,
Littus arenosum Libyæ uentosque secabat,
Materno ueniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,
Aeneam fundantem arces ac tecta nouantem
Conspicit, atque illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice læna
Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuò inuadit:——

NASC. Paribvs nitens Cyllenius alis.] *auis à uolatu parùm quiescere uolentis morẽ, naturámque exprimit: quæ paribus alis se sustinens leni uolatu quietis locum capit.*

Aui similis.] *collatio est per similitudinem: totus autem hic locus Homeri est ex lib. Odyss. quinto. sic enim ait:*
σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς,
ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.
Sed mergi naturã magis expressisse uidetur Virgilius: quem circũ littora, & scopulos piscosos humiliter uolãtem facit: non enim altè nimis uolat mergus,

neq; longè à littore, uel à scopulis, ubi magna piscium copia est, discedit. Homerus uerò simpliciter dixit κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο: id est, extum magnos sinus immensi maris mergum, scilicet pisces uenando capere, ἰχθῦς ἀγρώσσων. Seruius interpres periphrasi Poëtam iccirco hic in loco usum fuisse autumat, quod uox mergus heroico carmini parùm idonea uidebatur, quod si uerum esset, nullibi profectò in Aeneide Poëta hac uoce usus fuisset. Sed cùm in quinto dixerit:

—— & apricis statio gratissima mergis.

Perspicuum est non eum ob id uocem hoc in loco omisisse, quòd heroici carminis maiestati incongrua uideretur, uerùm quia periphrasis grauior, ornatiorq; est, & Poëtis frequentior. Homerus proprio, &, ut uocant, appellatiuo uerbo usus est: λάρῳ ὄρνιθι. hic uerò noster appellatiua tantùm uoce aut contentus fuit. Haud aliter.] institutam comparationem accommodat. Littus arenosum Libyæ.] eam Libyæ partem designat, quæ arena, & saxis horret: nam Aeneas in Libya quidem erat, sed non in arenosa. Ventosq; secabat.] nam dictum est:

——rapida pariter cum flamine portant.

Cyllenia proles.] à Cyllenio Arcadiæ monte, ubi Maia Mercurium enixa fuisse dicitur. Virg. in 8. Aen.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum uertice fudit.

Aeneam fundantem arces.] huic loco similis locus est apud Apollonium in 4. Argon. ubi Thetis à Iunone ad Argonautas missa, eos disco, & sagittis oblectantes reperit: quos hortatur, ut Iunonis præceptis audientes soluant è littore. sic enim ait ille:

τοὺς δ' εὗρεν παρὰ νηὶ σόλῳ ῥιπῇσί τ' ὀϊστῶν
τερπομένους. id est,
Illos autem inuenit iuxta nauem disco, iactibusq; sagittarum
Oblectantes.

Et quæ sequuntur alia.

Atque illi stellatus.] regis ditissimum cultum describit, adaptauerat sibi, inquit, ensem gemmis preciosissimis distinctum lana purpurea indutus, totus micabat. Læna uestis erat, quæ à militibus per æstatem deferebatur, Græci χλαῖναν uocant: ea quoque uillosa in sacrificijs usos fuisse antiquos Cicero in Bruto testatur: demissam ex humeris dixit, ut morem exprimeret Roman. in chlamyde induenda, quæ ab humeris dependens bonam anterioris corporis partem relinquebat: hoc facilè ex statuis cognoscere est: præsertim ex ea P. Puppij, quæ Ferrariæ est in maiori templo iuxta sacellum omnium sanctorum: quam multi literarum antiquitatisq; ignari templi illius conditori erectam fuisse autumant.

Diues quæ munera Dido.] ex opulentia materiæ, & ex grauitate artificis uestem commendat, nõ enim potest esse uestis non maximi pretij. quam diues regina suis manibus texuit. Continuò inuadit.] acerba dictione aliam, atque est, fore orationis habitum Poëta ostendit: nam cùm ait, inuadit, futuram inuectionem significat: quæ tamen inuectio nõ est, sed, ut rectè Tib. Donatus sentit, obiurgatio, ut tamen rem ita componit, ut acrimoniæ dictionis acerrimum orationis principium optimè respondere uideatur.

LAMB. Hort. Hic primùm.] In Atlante monte, unde uolatus sui initium sumpsit. Aui similis.] Homerus Mercurium suum laro comparat, (quem quidam fulicam appellant) uenanti pisces, rapaci & uoraci, respiciens ad furacem illius naturam, quippe qui furum deus sit. Comici larum figuratè furacem uocant,

σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς,
ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.
τῷ ἴκελος πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς.

Maro eum mergo comparat, nullos sectanti pisces quidem, sed supra aquam uolanti tantùm. Ea autem huius auis natura est, ut pennas rostro purgans uentum signet: ut fulica matutino clangore, & cana uocaliore solito, echinique affligentes sese, aut arena saburrantes tempestates denunciant. Et mergi maria aut stagna fugientes, & grues silentio per aërem uolantes, serenitatem præsagiunt. Nidificant in arboribus, temporibus uernis.

Cyllenius.] Mercurius: antonomasia à Cyllene monte & oppido Arcadiæ, Cyllenius creditur appellatus Mercurius. Hodie Chiarenzam nominant, haud procul ab ostio amnis Penei. Mela quoque testatur, urbem Mercurio ibi nato celebrem esse. Didymus montem Cyllenum uocat, [illegible] id est, quòd in Cyllenio Arcadiæ monte sit educatus: siue quòd somni largitor sit, quasi teneat sinu uim habenas. Sunt autem κυλλάδες, contracta litera υ partes circa oculos. Atque has quidem Atticorum grauissimi κυλλάδας appellant. Homeri enarrator lib. Iliad. ultimo, festiuam de huius cognominis ratione & mercuria historiam ex Eratosthene adducit: [illegible] Sunt qui eum in uia Cyllenia, alij à Cyllene nympha educatum autumant. Sed qui Mercurium eloquentiæ exemplar fingunt, dictum putant ἀπὸ τῶν κυλλῶν, à debilibus, claudis, mutilatis, & quibus genitalia sunt crassiora, tum autem qui manibus careant. Etenim sermo omnia efficit, citra ullam manuum opem κυλλοποδίων apud Homerum Vulcani epitheton est, pedibus æger ac debilis.

Circum.] Venusta eiusdem uocis repetitio.

Piscosos.] Epitheton, ob imam concauitatem, piscium referens. Iuxta.] Anastrophe. Haud aliter.] Applicatio. Inter.] Anastrophe. Secabat.] uolando diuidebat. Auo.] ab Atlante monte: de quo modò dictum est. & in primo. De Cyllenio paulò post copiosior instituetur narratio. Nunc cætera omnia quæ sequuntur, diuersa sunt ab Homero, qui specum Calypsus diligenter describit, cum qua etiam Mercurium familiariter colloquentem facit. Illa excepto illicò mensam ambrosia ac nectare oneratam sternit: quam quidem ob ulam nymphæ humanitatem Mercurius adeò non aspernatur, ut etiam de appositis edat, bibatq;. Atque inde sublata mensa, legationem suam exponit. At Maro primùm Aeneam à studio & habitu circumscribit: atque inde Mercurium eum cum acerba increpatione inuadentem, exponentemq; mandata Iouis introducit. Vt primùm.] Homerus libro suprà citato:

ἐκ

A ἀν' ὅτι δὴ πόντον ἀπείρονα ... ἠδ' ὕδωρ,
ἠδ' ἐπὶ γαῖαν ... ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.

Plantis.] pedibus alatis, quibus talaria innexa erant. Indicat uelocitatem in legationibus obeundis necessariam esse, ne mora noxam gignat, aut calamitatem. Vt primùm igitur Carthaginem uenit. Magalia.] Carthaginem Pœni lingua sua, Magalia uulgò appellant. Magar, domum rusticam, perinde ut casas agrestes, mapalia, similesque tuguriorum. Arguit eum locum quondam casas & humilia rusticorum tuguria habuisse, quæ nunc regalis magnificentiæ luxu ac splendore in opulentam urbem excreuerant. Fundantem.] ab studio, quo occupatum ducem Troianum offendit. Ensis.] Descriptio rei, à materia & qualitate. Stellatum uocat, quasi stellis lucentem, aut stellarum in modum fulgentem, aut certè stellulis ex Iaspide lapide confectis miré splendescentem: à uerbo stello, & stellor, luceo. Quare stellatum fuluo Iaspide enseim dixit? Iaspis lapis est preciosus, cuius descriptio extat apud Plin. libro 37. capite 8. Hanc autem uirere dicit, & sæpe translucere: gestanti miram gratiam conciliat. Hanc plurimæ gentes ferunt, smaragdo similem Indica. Cyprij

B dicunt glaucum pinguemque, Persæ aëri similem: ob id uocatur ἀεριζοῦσα, talis. Et Iaspis est cærulea circa Thermodoontem amnem: in Phrygia, purpurea: in Cappadocia, ex purpureo cærulea, atque non refulgens. Tracia Indicæ similem mittit: Chalcidea turbidam. Et statim Optima ergo, quæ purpuræ quidquam habet: secunda, quæ rosæ: tertia, quæ smaragdi. Acmox: Quarta apud eos (Græcos) uocatur Borea, cælo autumnali matutino similis. Et hæc erit illa, quæ uocatur ἀεριζοῦσα. Similis est & Sardæ, imitata & uiolas. Non minus multæ species reliquæ: sed omnes in uitio cærulea, aut crystallo similes, aut myxis. Item, Terebynthizusa improprio (ut arbitror) cognomine, ueluti è multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem præstantiores funda clauduntur: id est, patescunt, nec præterquàm margines auro amplectente. Vitium est, & breuis in ijs nitor, & longè splendens, & sal, & omnia quæ in cæteris. Et uitro adulterantur, quod manifestum fit, cùm extra fulgorem spargunt, atque non in se continent, nec in diuersa, quas sphragidas uocant, publico gemmarum dominio in ijs tantùm data, quoniam optimè signent. Ex his Plinij uerbis pariùm liquet, quæ Ia-

C spis fulua sit, cuius hoc loco meminit Poeta. Proinde uidetur onychopunctam innuere, quæ & Iasponyx uocatur, quæ nubem complexa imitatur niues, & rutilis punctis est stellata. Fuluam dixisse uidetur, pro rutilam, seu uiolacei coloris, propter cognationem.

Stellatus.] pro, stellata rutilis punctis Iasponyche: hypallage. Idem Plin. testatur, Iaspidi aureum puluerem interdum inesse. Fuluus color is proprie est, qui conficitur ex ruffo & uiridi, qualis color in leonibus apparet: diluitur uerò rutilus est, luteus, qualem uidere est in auro uncie lutea aurora, & luteola uiola. Iaspidem gestanti gratiam conciliari putant. Ardebat.] Metaphora, à similitudine coloris purpurei. Murex conchæ genus est, perinde ut purpura. Purpuræ traduntur ut plurimum annos septem uiuere: rùm congregantur uerno tempore: lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Eodem modo & murices. Purpuræ florem, quo uestes tinguntur, in medijs faucibus habent conclusum. In candida uena minimi liquoris est, quo nigrantis rosæ colore, & sanguine, (unde αἱμαςερίζειν) sublucens nobilis ille bibitur. ... hæ uiua capiuntur: nam liquorem unà cum uita euomunt. Minores purpuras cum lapidis frangunt Tyrij, atque ita eum rorem excipiunt: quare epitheticè muricem Tyrium uocat. Vsurpantur pro calore & uestibus, eo liquore imbutis. Idem per excellentiam etiam conchylium dicitur: quare uestes murice tinctæ & conchyliatæ appellantur. Et ipsum conchylium pro colore usurpatur, sicut purpura & murex. Conchylij ernor grauis in fuco est, color austerus in glauco, & irascentis mari similis: ostrum id appellatur, ab ostreis, quæ asperam scabramque, minimè uerò politam leuemue habent testam. ὄστρα, ἀπὸ τοῦ ὀστράκου id est, testa Græci nominarunt. Tyrio.] Epitheton à loco, ubi nobilissima purpura conficitur, unde & Tyria uestes. Cæterùm Phœnicia toto illo tractu, à Tyro, Sidone, Sarepta, Beryto, Byblo, usque ad Adonim & Eleutherum, conchylio & purpura inficiendis uestibus laudatissima est. De Tyro alibi prolixior sermo nobis fuit.

Læna.] Læna uestimenti quoddam militaris genus fuit, uillis crassum: maximè hyeme ad calfaciendum accommodatissimum, pallium: quare Homerus Iliad. κ. duplicem uocat, ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν uidelicet contra frigora: ut Vlysses nauigaturus.

ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν ... χιτῶνά τ' ἔσσεν ἰδόντες,

omnibus uestibus superinducebatur. A læna Varroni deductum est etymon. Sunt qui ἀπὸ τῆς χλαίνης deducere malunt, quæ uox detracta est à uerbo χλιαίνω, tepefacio. Plutarchus in Numa: καὶ γὰρ ἃς ... οἱ βασιλεῖς λαίνας, χλαίνας Ἰόβας φησὶν εἶναι: Etenim quas reges gestabant lænas, Iuba chlænas esse affirmat. Suidas crassam quoque & hybernam uestem interpretatur, τὸ παχὺ καὶ τὸ χειμερινὸν ἱμάτιον. Idem, χλαῖναι (inquit) περιβολαί ... τοὺς ... ἀπὸ τῶν χλαινῶν, ὃ ... ἱμάτιον ... τὸ δὲ αὐτὸ ... καὶ ... id est: Chlænæ togæ sunt. distinguit autem Homerus peplos à chlæna, quod est indumentum muliebre, nullis uarietatibus distinctum. ... idem uocat ἑανόν. Et quia huius chlænæ usus erat tempore hyberno, prouerbio locum fecit, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, æstate penulam deterit: ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων. qui intempestiuè suis rebus abutuntur. Constat autem hyemem fuisse tùm ex hoc loco, tùm ex eo uersu:

Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion. item,
Quin etiam hyberno moliris sydere classem.

Pallij loco apud ueteres, lænis utebantur cœnatorijs, id quod Martialis quoque testatur: Et tecum lænis sæpe duabus abit. Pollux lib. Onomasticῶν 7. cap. de uestium speciebus, duo chlænarum potissimum genera fuisse tradit: alterum simplex ἁπλοΐς, ἢ ἁπλοΐδα,

χλαῖνάς τ' ... ἁπλοΐδας ...:

Alterum duplex, διπλῆν ἐκτάδιον, ut apud eundem loco paulò antè citato, contra frigora comparatum. Hæc Attici ἁπλοΐδας, διπλοΐδας καὶ διβόλους nominabant. Mos item erat Gallis, lænis uillosis uti, authore Strab. libro 4. καὶ ἐρέα, τραχεῖα μέν, ἀκρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, οὓς λαίνας καλοῦσιν. Homerus lib. secundo Iliad. ubi Agamemnonem uestibus & armis instruit, uidetur usurpasse pro paludamento, seu pallio militari, quod Græci χλαμύδα ἢ χλανίδα dicunt. Erant & lænæ Pallenicæ, quæ præmia ludicrorum certaminum uictoribus constituebantur. Strabo libro 8. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ

ἄθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Cicero lib. tertio de Natura deorum: Pellenicæ lænæ celebrantur, quæ antiquis uictoribus athletis præmij loco dabantur. Sunt & χλανίδες, ἀπὸ χλαίνη, ... χλανίδιον ... puella larum mundia. Diues.] laus lænæ à persona donantis & Artificis. Auro.] A' materia. Continuò inuadit.] Quasi infesto animo adortus, & feroci spiritu, quod ici est, ad orationem transtulit.

ARGVMENTVM.

Legati ad reges missi non aliam, quàm sibi imperatum est, orationem habere solent. itaq; Mercurius cùm Iouem Aeneæ subiratum esse cognosceret, ab eoq; orationis, qua in illum uteretur, quasi formam accepisset, non erat quod à beneuolentiæ loco, aut ex aliquo alio exordij munere sermonem auspicaretur, sed obiurgantis hominis morem naturamq; seruaret, qui totcedum ironicè, & cum irrisione quadam sedato animo quandoq; magno & vocis, & orationis impetu delinquentem reprehendit. quibus duobus modis in præsentia Mercurius tale orationis suæ initium dedit.

—Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramq; uxorius urbem
Extruis? heu regni rerumq; oblite tuarum.
Ipse deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras:
Quid struis? aut qua spe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, & spes hæredis Iüli
Respice, cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus
Debentur.—

NASC. Tv nunc Carthaginis altæ.] Irridet Aeneam, illiusq; imprudentiam ironicè designat: qui libro nius, diligentiusq; aliena, quàm sua curare uideatur. sed pacatè agit, quasi eum minimè obiurgaturus. duæ autem illæ uoces. TV NVNC, emphasim habent. tu qui notu Deorum nauigas, & cui fata Romanum Imperium ex te nasciturum, debent. nunc, cum refectis nauibus summa tibi nauigandi facultas existat. uel præsens tempus futuro opposuit: nunc struis, quæ postea nepotes tui destruent.

Pulchramq; uxorius urbem] idem repetit per ... Aeneamq; imprudentiæ arguit, qui non quod ratio suggerit, efficit, uerùm quod uxor ei præscribit, qua in re uxoris uoluntatem Deorum uoluntati eum anteponere ostendit. Pulchram urbem ... dictum arbitror, pro urbe Roma, quam conditurus erat Aeneas: cuius etiã gratia ad Italiam nauigabat. Heu regni, rerumq; oblite tuarum.] hactenus quasi iocabundus Aeneæ imprudentiam reprehendit, iam uerò plenè, ut aiunt, uelis per pathеticam exclamationem: quæ signum doloris habet, in obiurgationem fertur. Ipse deûm tibi me.] ex persona Iouis, ... auctoritatemq; suæ comparat orationi. tale est illud ex tertio Aeneid.

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, uobis furiarum ego maxima pando.

Vtq; maiorem Aeneæ timorem inferat, ... Iouis potestatem extollit. Quid struis? aut qua spe.] duplicis culpæ ... reprehensio: & quòd inimicæ urbis commodis inseruit, & quòd nulla spe ocio uitam trahat. ergo illum tum inertiæ, tum etiam imprudentiæ accusat, & locum exornat traductione.

Si te nulla mouet.] reprehensio ab animi demissione: quam tamen, ut suprà ostendimus, hypothetica dictione mitigat: si te tua, inquit, gloria, atq; existimatio non mouet, filij tui surgentis ratio tibi ducenda est, cui Romanum imperium fatis debetur.

LAMB. Hort. Tv nunc.] Propositio, ab acerba reprehensione. quod in hostium terrà, proprijs neglectis fatis, reipublicæ gubernationem susceperis. Tu nunc.] Singulis dictionibus inest emphasis. Tu, qui hostium manibus bis ereptus, qui tot periculis, terra mariq; deorum cura defunctus, in Italiæ possessionē missus sis, ore fortis hactenus, & rerum bellicarum laude clarus, nũc in ipso propè Italiæ portu, cùm maximè in medijs hostibus uerseris de tua sociorumq; salute anxius sollicitusq; esse debeas, Carthagini, hostilia odia cum tua posteritate olim exercituræ, rempub. curas? Tu Dardani, adeoq; summi Iouis ex Venere nepos, hic ... libidini operam das, ac uoluptati? Noras monstrosam metamorphosim hominis, quòd è forti uiro in effœminatum sit transmutatus. Itaq; ... uxorium appellat. Sunt autem uxorij, qui imperio uxorum reguntur, ijsq; parent, indigni qui magistratum aliquem in repub. gerant. Eos Aristoteles lib. 2 Politicõ ... appellat. Horum ... dici potest, ubi uidelicet mulieres imperant. Plin. lib. 6 scribit, populos quosdam uictos ab Amazonibus bello ... fuisse: & ob id ... quòd ... Amazonum imperio deiecti paruerint. Quamobrem Lacedæmoniorum politia iure uituperata fuit ab Aristotele, quòd mulierum imperio propè administraretur. καί τοι τί, inquit, διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει: id est, Atqui quid interest utrum mulieres imperent, an rectores à mulieribus regantur? perinde planè est. Hanc gynæcocratiam disertè à Iuuenale depingitur satyra 6.

Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.
—clames licet, & mare cœlo
Confundas, homo sum.—

Item: Nil unquam inuita donabis coniuge: uendes,
Hac obstante, nihil: nihil, hæc si nolet, emetur:
Hæc dabit affectus. ille excludetur amicus ... &c.

Heu.] Non tam dolentis, quàm indignantis hoc loco est. Indignatur, quòd regni Italici oblitus, alienum regnum ... curet: pathos ab indignatione.

Ipse deûm.] Narratio ad exequenda mandata.

Deûm.] deorum: syncope. Regnator.] Periphrasis Iouis. Celeres.] ... : Hypallage.

Quid struis?] Eruditè Poëta decorũ exemplo Homerico seruat. Nuncius ac legatus de suo in obeundis mandatis nihil addere debet, aut detrahere, uerùm ea quæ receperit

A reperit fide, perorare. Spe Libycis teris ocia terris?] A' causa finali, ut temere ibi haerere nō uideatur: aut si nihil certi expectet, turpe tanto uiro, Carthagine ocio tempus perdere. Si te nulla mouet tātarum gloria rerum.] Ab honesto. Est, secundum Deum maxime a pietas parentum sorge in liberos, ut eos procreatos studiose educent, curent sedulò, ditent, eorum salutem, incolumitatem ac felicitatem quaerant.

ARGVMENTVM.

Mercurius perorata oratione, euanuit. Aeneas verò cùm illius aspectu territus, tum Iouis monitu, atq; imperio attonitus, fugiendi quidem incredibili desiderio ardet, sed amor Didonis, fugeq; difficultas ipsum animo suspensum facit. attamen re diligenter perpensa opportuno tempore fugiendi consilium capit. itaq; vocans ad se socios Sergesto, Mnestheo, & Cloantho, mādat, vt taciti classem parent, socios cogāt, harumq; rerum causam dissimulent: se verò tantaturum, obseruaturumq; tempus cùm alloquendae Didonis, tum etiam arripiendae fugae idoneum.

—Tali Cyllenius ore loquutus,
Mortales uisus medio in sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At uerò Aeneas aspectu obmutuit amens,
Arrectaeq; horrore comae, & uox faucibus haesit.
Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu imperioq; deorum.
Heu quid agat, quo nūc reginā ambire furentē
Audeat affatu? & quae prima exordia sumat?
Atq; animū nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq; rapit uarias, perq; omnia uersat.
Haec alternanti potior sententia uisa est:
Mnesthea, Sergestūq; uocat, fortēq; Cloanthum:
Classem aptent taciti, sociosq; ad littora cogant:
Arma parent, & quae sit rebus causa nouandis
Dissimulent: sese interea (quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores)
Tentaturum aditus, & quae mollissima fandi
Tēpora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio laeti parent, ac iussa facessunt.

NASC. MEDIO sermone.] quia Aeneas nihil respondit. Obmutuit amens] effectū, effectiuiq; causam ponit: obmutuit, quia amens: nam quia B se uehementer errasse cognouerat, nec ullā, nisi dementiae, excusationem proferre poterat, obmutuit. huc accedebat diuinus Mercurij uultus ualde humana facie augustior, splendidiorq; admista seueritatis grauitate quae illum terrebant. Arrectaeq; horrore comae.] ex hoc qualis fuerit Mercurij Iouis mandata nunciantis aspectus intelligi potest, quod non solùm stupidus effectus, obmutuit, uerùm etiam prae nimio timore, atq; admiratione perhorruit.

Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras.] quod hominis persuasione fieri nō poterat, ut Aeneas dulces, iucundasq; sibi terras relinqueret, id Mercurij, uel Iouis potius oratione perficitur. quamobrem rectè admo- C net Aristoteles in poëtica. ut quod per homines fieri potest, id Deorum interuentu fieri non debere, & è contrario. omnino non poterat Aeneas absque diuino monitu à Didone recedere, tanta uis erat amoris: ueruntamen hac in re laude dignus est Aeneas, qui semel admonitus, dictis paret: nec quod appetitus suggerit, uerùm quod ei ratio praescribit, Deorumq; uoluntas iubet, exequitur. Heu quid agat?] in rebus arduis, atq; difficilibus arduum, ac difficile consilium est: ideoq; Poëta exclamat non absque doloris significatione: quae non ad Poëtam, sed ad Aeneam referenda est. hinc amor amantis, illinc uoluntas cupientis deorum implere iussa animum fatigant. Quo nunc reginam ambire furētem.] exordij munus quale sit, aperte designat: nam reuera in exordijs causarum oratores quid aliud conari uidentur, quàm ut suis blanditijs auditores circumueniant, eoq; quo maximè uelint, arte trahant?

Atq; animum nunc huc celerē.] diuturnā hanc fuisse deliberandi rationem designat: sic enim prudentes homines facere solent, ut diutissimè deliberent. iuxta illud Isocratis praeceptum. περὶ Δημόνικον· βουλεύου μὲν βραδέως

dicas, festina tardè, hinc illud Augusti Caesaris. σπεῦδε βραδέως, festina tardè, quod uerò ait animū celerem Aeneā ingenia propriam esse declarat: uel animi naturam designare uoluit, qui tantae celeritatis est, ut ne tum quidem, ut auctor est Cicero, cùm sopitus est, conquiescat. Haec alternanti potior sententia uisa est.] prudens Aeneas rem dubiam in sui ipsius consultationem ponit, ut qui ex se ipso (quod sapientis est) non ex alio pendere uideatur: propterea Cic. in fam. nunquam labere, si te audies. hic autem uersus Homeri est ad uerbum ex 14. Iliad.

ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.

Alternanti.] è duobus modò unum, modò alterū cogitanti. respondet uerbo Homeri φρονέοντι: sed Virgilius cogitantis hominis naturam, rationemq; diligentius expressit. Classem aptent taciti.] quatuor socijs Aeneas imperat: ut classem aptent, ut socios cogant ad littus, ne ulla fiat, cùm dabitur occasio, nauigandi mora. ut arma praeparent, quibus uim, impetumq; hostium à se propulsare queant: postremò ut harum rerum causam perbellè dissimulent. se uerò tentaturum occasionem ait, tempusq; obseruaturum, ut minus incommodè discedere queant. illud autem discedendi tempus maximè opportunum in hoc rerum discrimine autumat, cum regina eos minimè discessuros putauerit. Mollissima tempora.] opportuna: & quibus reginae animus mollis, tractabilisq; existat.

Qui rebus dexter modus.] ut commodè, atq; aliqua cum dexteritate res tractari possit: quibus uerbis occultè spem socijs rei perficiendae praebere uidetur.

ORE.] Pleonasmus. Cyllenius] Paulò antè de huius appellationis ratione aliqua diximus. Cyllene mons Arcadiae altus, nomen sortitus à Cyllene Elati filio. Montis autem altitudinem praecipitem & perpendicularem tradunt 20. stadiorum, alij 15. prodiderunt. Pausanias refert, merulas albas hic capi. Itaq; in huius montis antro LAMB. Hort. fabulan-

fabulantur poëtæ Iouem cum Maia Atlantis concubuisse: natumq́ ibi atq; enutritum Mercurium unde & appellationem sumpsit. Huic uicinus fuit mons Sepia, sub quo bustum fuit Aepyti, Elati filij, qui à sepe percussus in uenatione perijt, serpente tam immedicabilis ueneni, ut ictos putredine immedicabili absumat. Estq; magnitudine uiperæ, si uera scribit Pausanias, cinericia colore, uarius maculosusq; sparsim punctis, capite lato, collo angusto, sed uentriosus, exiguaq; cauda. Sepem Plin. millepedem nominat, oblongam, & pilosis pedibus, sed pecori uehementer perniciosam. Sed busti illius Aepyti tam celebre fuit monumentum, ut nullum aliud celebrius Homerus uiderit, unde & ab eo etiam fuit celebratum. Tumulus erat terræ inclusus, subiectus saxis. Vltra montem Cyllenen uersus Achaiam, Pheneos, haud procul à Stymphalo & Orchomeno, iuxta Aegiram Achaicam. Orchomeno uicina erat Mantinea. Sed ab Arcadia, cuius describendæ occasio alibi opportunior occurret, ad Poëtam reuertamur.

Auram.] *Dij nihil aliud quàm spiritus & uiti esse creduntur, quare in auram Mercurium euanuisse dicit.*

At uerò.] *Terror infelicis conscientiæ amentiam parit, adimit defensionis rationem, efficitq; animi perturbationem, quam à signis externis & accidentibus notat. Est in uoce* Arrecta, *æschrologia: sicut in illo Terentiano. Arrige aures Pamphile. Vox deficit metu, & comæ erigi existimantur.* Ardet.] *Metaphora: uehementer cupit. Lucianus carnis ac spiritus coarguit, cùm animum paratum ad parendum deorum mandatis dicat, terris dulcibus relictis, quibus caro immortua fuerat.* Tanto.] *Impulsiua causa ad abeundum, deorum iussus.*

Heu quid.] *Exclamatio Poëtæ, ad commiserationem concitandam. Etenim cùm tot reginæ merita, tot beneficia, quibus detineri potuisset, in eum extarent, cogitat, quàm indignè abitum suum sit latura. Rursum illis omnibus deorum iussum opponit, quibus non parere impium est. uicit, cui æquum fuit uincere: uicit pietas, uicit religio, carnis affectus, atque oraculo ad postremum morem gerere constituit.* Ambire.] *blandimenta multa dando adire. Huius uerbi significatio latius patet.* Atq; animum.] *Respexit ad uerbum Homericum μερμήριξεν, cuius geminam significationem disertè periphrasticè expressit: quemadmodum & mox: Hæc alternanti potior sententia uisa est. Homerus Iliad. A.*

Ὣς φάτο· Πηλεΐωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ "A
στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν, Iliad. β. "
ἢ ὅ γε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ "
τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι. "

Alternanti.] *uicissim uersanti, quo pacto potissimum abitum suum excusaret, posteaquàm omnino certum esset numinis uoluntatem sequi.* Mnesthea.] *Exponit consilij rationem, de tentanda fuga, ac conuenienda regina. Cæterùm quia Aeneam animi ancipitem facit, ancepi animus de incerto consilio dicitur, tractum ab illo Homerico Iliad ξ.*

ὡς ὁ γέρων ὅρμαινε δαϊζόμενος κατὰ θυμόν· Id est, "
Sic senior uersans animo disquirit utrumq;. "

Et Iliad υ.

διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι· "
Id est,
Huc animus, mihi uersanti inclinabat & illuc. "

Classem.] *naues instruant armis naualibus: reficiant tempestatibus fractas, ut ad nauigandum sint aptæ & expeditæ.*

Taciti.] *dissimulantes fugam, ne quid regina suspicetur: tum autem, ut consilium tacitum habeant.*

Cogant.] *colligant, conuocent: Tityre coge pecus: cogere senatum.* B Arma.] *aduersus Pœnorum arma, si sit opus eam repellere, tum autẽ & naualia.* Dissimulent.] *quasi nesciant, quamobrem naues sarcire cogantur, principis imperium exequentes. Cæterùm res nouare, apud authores accipitur pro nouis rebus studere, & noua moliri. Dicimus &, ad nouas res cõsurgere, in deteriorem partem. Hic nouare res uideri posuisse, pro sarcire naues: nisi quis existimet, hoc ipsum quod classem reficiant, esse res nouare.*

Quando.] *Hanc differentiam Grammatici statuunt inter quando, quandoquidem, quatenus, & quoniam, ac reliqua, ut hæc causam antecedant: illa uerò sequantur.*

Mollissima.] *maximè opportuna ad indicandum abitum: alioqui natura inter se contraria sunt, durum & molle. Mollissima tempora itaq; metaphoricè dixit, opportuna ad colloquendum conueniendumq; de ea re, cùm minus indignè fugam sit latura.* Quis rebus.] *Interpretatur, quæ mollia fandi tempora intelligat, quibus uidelicet res dextrè ac benignè sit acceptura.* Iussa facessunt.] *Interpretatio. Reddit enim, quid sit imperio illius parere: pro in facessere iussa, exequi iussa.* Læti.] *ob discessum ex Africa in terram fatalem.* C.

ARGVMENTVM.

Dum Troiani sui ducis mandata curant, Didoni nunciatur, classem in littore parari, quo audito, vt sunt amantes, præsertim mulieres suspiciosę, illico suspicatur Aeneam fugam ornare. quamobrem, acta in furorem veluti Thyas, cum sacra Bacchi celebrat, vltro illum alloquitur.

NASC.

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsensit, motusq; excepit prima futuros,
Omnia tuta timens: eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursumq; parari.
Sæuit inops animi, totamq; incensa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cythæron.
Tandem his Aeneam compellat uocibus ultrò:

Qvis fallere possit amantem?] *hinc illud Ouidianũ: Res est solliciti plena timoris amor.*

Excepit prima.] *eorum præcipuè intererat, & cui omnia uel tuta suspiciosissima erãt. & excepit, adeò dictũ est, ut id clàm delatũ esse intelligatur: nã insidias, dolosue inesse uidet in uerbo excepit. ut Tũ sic excepit regia Iuno. i. dolosè subsecuta est.* Omnia tuta timẽs.] *à maiori. si tuta timet, magis igitur suspecta.* Eadẽ impia fama.] *quã antea fœdam, ut.*

Hæc passim Dea fœda uirum diffundit in ora "

Nunc impiam appellat: hoc est, ab omni pietate alienam: quæ

A quæ tam triste nuncium Didoni attulerat. eadē, meo quidē iudicio, accusandi casus est: licet Seruius interpres aliter sentiat, qui eadem, inquit, impia fama, quæ & Iarbæ nunciauerat. Sæuit inops animi.] parat se ad concitatos affectus: iamq; commiserationem mouet ex infelici sorte, afflictaq; conditione Didonis: quæ eò loci estactia erat, ut, ueluti Baccha per totam urbem fureret. Qualis commotis excita sacris.] elegās, negocioq; maximè apposita comparatio: quæ πάθος habet, quod Macrobio pathos à parabola uocatur. reliqua uideto apud Seruium.

LAMB. At regina.] Mirè decorum seruat in descriptione misere amantis Didonis, ex signis cursum Troianorum præsensisse mentis. Sunt autem amantes semper suspicaces in deteriorem partem, ex minutis ac leuissimis rebus, adeoq; ut unde aliquis nihil possit suspicari. Dolos.] occultam ac prudenter dissimulatam fugam. Motus] turbas, ac futuras expostulationes: cùm Aeneæ statuisset, opportunum tempus obseruare, ad excusandum discessum, quem occultè moliretur. Omnia tuta] Acyrologia in uerbo Timare. pro sperare: ut contrà, sperare pro timere. Ostendit autem, reginam discessus Troianorum securam, ac

HORT.

B quiduis potius quàm eorum fugam sperauisse. Respexit ad prouerbium, Metum mauem metuisti, ἀδείας δέος ἀδείας: ubi quis formidat in re tuta. Eadem impia.] quæ suprà sparsit Didonem nupsisse Aeneæ, & quæ rem ad Iarbam detulit. Furenti.] Metaphora, Didoni Docet autem, quid fama ad Didonem detulerit: armari naues instrui, & parari fugam. Incensa.] Metaphora, commota, agitataq;. Bacchatur] furit, ductâ metaphora à ritu bacchantium, orgia Bacchi celebrantium. Hæret in translatione, ducitq; per occasionem inde comparationem, ut furentis simulacrum per amplificationem subijciat.

Excita sacris.] Orgijs Bacchi, quæ bacchantium furijs agitantur. Thyas.] baccha, παρὰ τὸ θύω, ὁρμῶ: hoc est, impetum facio, sacrifico, incito. αἱ δὲ βάκχαι γυναῖκες ἦσαν ἱεραί, πρόπολοι Διονύσου, αἳ τινες περὶ τὰ ὄρη σὺν αὐτῷ ἀναστρεφόμεναι, καθάπερ εἰκάσαι χρὴ οἰνώσας καὶ ἄγρια θηρία, καὶ ἀπὸ ταῦτα ἐκτείν, καὶ ἐπάταξαν τὴν γῆν καὶ τὰς πέτρας ποιοῦσαι, ὥστε διαθύειν, γάλα καὶ μέλι καὶ οἶνον ἀναβλύζειν. Δράκοντας δὲ περὶ τὰς κόμας εἶχον ἐσπειραμένους. Hoc est: Bacchæ mulieres erant, Deo consecratæ, Dionysij orgiorum ministræ, quæ circa montes, quando unà cum ipso conuerterentur, manibus suis leones, & animalium ferarum id genus circumducebant, atque crudis uescebantur. Quoties uerò sitirent, ferientes terram ferulis, & petras, efficiebant ut inde lac, mel & uinum scaturirent. Gestabant & dracones circa caputum comas, in spiras contractos. Lycophron θυάδα, in Cassandra, Helenam uocat, quæ quinq; uiris nupserat:

C

ἴσῃ χέρσῳ ἄλλον ἀγκαλισμένη

τὴν πεντάλεκτρον θυάδα πελειάδα.

Suidas. Thyadas exponit ὁρμητικὰς & θεῖα Bacchi festum. Trieterica.] triennalia. τριετηρὶς καὶ τριετηρίς, triennium, ἀπὸ τοῦ τρία καὶ ἔτος. Sacra Liberi patris Trieterica dicta fuere quæ ex Indica uictoria à trienni expeditione reuerso sunt instituta, ut tertio quoq; anno iterarentur, sed annuis orgijs sumptuosiora. Antiquitas apud Atticos consueuerunt annos ac numerum accedentem à Dionysijs numerare, quemadmodum ab Olympiadibus postea. Dionysiorum festum tertio quoque anno, ut dixi, iterabatur: quare trieterica orgia à Poëta appellantur. Quantum ex Bacchanalibus prouerbium, de rebus uehementer expectandis [illegible] expectatis. Hæc triennalia sacra ipse Bacchus tradit[illegible] ad Calirrhoem Stimulant.] incitant [illegible].

Orgi[illegible] sacra. Sunt autem ὄργια, μυστήρια, ἱερά, παρὰ τὸ [illegible] sacrifico, excito, & impetum facio: nominatum [illegible] Bacchi, propter fanaticos mores ac ritus bacchantium fœminarum. Quidam ἀπὸ τοῦ ἔργειν: id est, ab ira & furore deducere malunt. Vsurpatur interdum pro ceremonijs aliorum diuorum

Nocturnus.] quod noctu, cùm media latent, turpia illa sacra celebrarentur: unde νυκτέλια uulgò appellabantur, ἀπὸ τοῦ νυκτός, nocte. Autumant Bacchum dicit, quasi inuitantem clamore nocturno suas thyadas. Cithæronem dicit: Plinius, saltum esse Thebis, Musis datum. Alij montem: ex hoc, numen claris clamoribus suas sacerdotes connotare solere ad nocturna sacra innuit. Cæterùm iuxta Bœotiam duos montes maximè celebeat Thessalia: Cithæronem libero patri, & Heliconem Musis dicatum. In hos duos ceu iuga exit Parnasus. Tandem.] cùm nec diutius iram continere, nec indignitatem concoquere posset, his uerbis eum alloquitur:

ARGVMENTVM.

Acerba est Didonis accusatio, & querela in Aeneam: cui precipua quæstio est, quod crudelis fugam parat, seq; solam ærumnis, mœroreq; confectam ab hostibus vndequaq; vexandam, atq; dilaniandam relinquat. obijcit officia in illum sua Dido, eumq; ceu ingratum, ac beneficij accepti parùm memorem denique: ita tamen vt postremò ad deprecationem deueniat, eoq; orationis suæ vim dirigat, vt roget, ne amatus amantem deserat. itaq; fit, vt oratio cùm indignationis tum etiam commiserationis plena sit, adeò vt eam legendo dicat Augustinus se ad lacrymas fuisse compulsum.

Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitusq; mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris sydere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis? quid? si non arua aliena, domosq;
Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret?
Troia per undosum peteretur classibus æquor?
Méne fugis? per ego has lacrymas, dextramq; tuā, te

NASC. DISSIMVLARETIS] Dido ira, & amoris furore percita nō à beneuolētiæ loco orationē auspicatur, sed ex abrupto inchoat, & statim Aeneæ crimina obijcit, nō illa quidē leuia, sed grauissima, perfidiam uidelicet, & crudelitatis: est uerò obseruādū huius orationis artificiū, in qua Dido nō solùm Aeneā criminatur, sed & sibi quoque cōsulit per speciē utilitatis Aeneæ.

Tantū nefas?] auget factū, quod nefas, &

A " *Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos.*

Si bene quid de te merui.] *Comparationē meritorum facit, sed per conditionē ut modestiae consulat.* Fuit aut tibi quidquam Dulce meum.] *Rem inhonestam uerborū honestate protegit. Sic Terent. in Andria:*

" *Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.*

Non dissimilis est ferè oratio Pelopis ad Neptunum apud Pindarum. Miserere domus labentis.] *Mouet commiserationem ex imminenti domus suae calamitate: nō enim pro se orat, sed pro domo: cuius ipsum quoq; participem fecerat: causamq; addit miserandi, labentis.* Et oro.] *Conclusio est huius obsecratariae partis: quam per uarias commiserationis affectus, longo uerborum tractu, quod Graeci σχετλιασμὸν uocant, huc usq; distulit.* Si quis adhuc precibus locus.] *Parenthesi commiserationem auget. Si quid, inquit, apud te adhuc meae preces ualent.*

Te propter Libycae gentes.] *Satis plena, perfectaq; oratio fuisset, si hic perorasset, uerùm quoniam ad commiserationem augendam, animosq; demoliendos enumeratio incommodorum plurimum ualet, iccirco per distributionem praeteriti, praesentis, futuriq; temporis Dido sua incommoda deplorat, exaggeratq; per αὔξησιν: utq; aerumnosam orationem maiorem adiungat, colore utitur*

B *repetitione: quod ad amplificationem maximè facit: nam à gentibus, & quod grauius est, à regibus Libycis se odia haberi dicit: idq; quod grauissimum est, adiungit, sibi Tyrios esse infensos.* Et, qua sola sydera adibam, Fama prior.] *Tanta est in faemina ait pudicitiae, ut ea saepenumerò à magnis incommodis tuta conseruari uideatur. hoc igitur munere regina aidetur: quod licet inter barbaras, ferasq; nationes urbem posuerit, indeq; magnum undiq; sibi periculum immineret, tamē antea sperabat fore, ut pudicitiae probitatisq; suae, ex qua celebrem sibi iam famam compararat, ratio haberetur: nunc uerò cùm omnis pudor eius extinctus sit, nihil sibi praeter excidium, extremamq; calamitatem expectandam esse.* Cui me moribundam deseris hospes?] *Hactenus praeterita enumerauit incommoda, iam uerò ad futura recensenda, per locum misericordiae communē, sese accingit, & minus profectò sese ostendit in ijs duobus uerbis effectus, moribundam, deseris, neque à tertio pathetica ἔμφασις abest, hospes. ita quoq; Euripides in Helena:*

" τί δῆτα ἔτι ζῶ; τίνα ὑπολείπομαι τύχην; *Id est,*

" *Quid amplius uiuo? cui fortunae relinquor?*

C Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.] *Cum ingenti doloris affectu pronunciandum est, quali Vergilium pronunciasse fertur cum paucis praesentibus hunc librum recitauit Augusto.* Quid moror?] *in uita scilicet quia dixerat:*

—*cui me moribundam deseris hospes?*

Perinde ac si diceret, si per te omnis pudor meus, per quem tutò, ac honestè uiuebam, extinctus est, quid est amplius, quod sine te, & abs te deserta uelim uiuere: praesertim cùm ex Pygmalione fratre meo, cuius auaritiam, crudelitatemq; effugi, & ex Iarba Getuliae rege, cuius connubia parum aestimaui, mihi periculum ingens immineat. qui locus per commiserationem tractari, & κατ' αὔξησιν augeri, amplificarique uidetur. nam subdit:

An mea Pygmalion dum moenia frater Destruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?] *Reginam uidere urbem, aut regnum suum destrui, & si ualde acerbum, perpessuq; difficile est, ipsam tamen capi, & in triumphum duci proculdubiò acerbissimum est.*

Saltem.] *τὸ ἐσχάτων. & à captiuis salutem sibi implorantibus tractum ueteres Maronis interpretes literis tradiderūt.* Ante fugam soboles.] *amatoriè, & amarè: nam fugam rursum illi obijcit: & ingentem amoris sui affectum ex nimia habendi filij desiderio declarat.* Si quis mihi paruulus aula.] *eandem sententiam uariat per ταυτολογίαν: quam eleganti illustrat repetitio.* Qui te tantum ore referret.] *Codices manuscripti uariant. Ta tantum, tantum te. quorum transpositione uerborum quidam existimāt sententiam identidem uariare. Sed quidquid alij dixerint, locus iste sic intelligendus esse mihi uidetur, ut Dido simpliciter optet, imaginis Aeneae memoriam apud se perpetuò permansuram: cuius aspectu sese oblectare, & solitudinis taedium leuare, amorisq; ardorem, atque amaritudinem leuire possit. Qua in re cùm petitionis honestatem, tum magnum amoris affectu[...] ostendere, ac declarare uidetur. quod ei in suscipien[...] asui tenere potuisset. quamobrem optata minuit, ut si, [...]d maximè uelit, ab Aenea non impetret, filium saltem habeat uultu eius similem: quem assiduè spectando, delectationis, consolationisq; aliquid capere possit: tota autem uis orationis eò uerti uidetur, ne deserat amatus amantem: aut si deserturus omnino sit, non ita tamen miserabilem in aerumnis, calamitatibusq; derelinquat.* Non equidem omnino capta, aut deserta uiderer.] *Quidam legunt, ac deserta qua lectio proculdubiò infelicitatē auget nam multi captiui sunt quidem, sed non tamen omni auxilij spe destituti: multi spe deiecti, non tamen captiui: se uerò ait Dido omnino captam, & nisi ex sese gnatum pariat, qui patrem Aeneam referat, etiam desertam.*

DISSIMVLARE.] *Expostulatoria oratio, ad fugā dissuadendam parata. Decorum sexus in ipsa expostulatione seruauit. Nam cùm faeminae, qua nihil inconstantius, uehementem, propter acceptam iniuriam, orationem expostulatoriam tribuat, quae commemorationem beneficiorum, ac uicissim ingratitudinis exprobrationem habere debeat, antequàm ad enumerationem benefactorum perueniat, deficit in obtestationem & lacrymas ad concitandos affectus. Habet oratio dissuasoria argumenta à facilitate manendi, à maiori: demq; uarijs modis mouet affectus, à periculis, praeiudicijs, obtestationibus, precibus, ac similibus. Exordium abruptum est, constans propositione expostulatoria, uehementer concitata conuenienti.* LAMB. Hort.

Dissimulare.] *Iusserat Aeneas suis, ut causam nouandarum rerum prudenter dissimularent: sed amantibus nihil potest esse clàm, nihilq; tàm dissimulanter geri, quod nō subodorentur.* Perfide.] *Dura appellatio, & atrox, indic[...] ab eo discrepans:*

Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes? "

Quem sese ore ferens, quàm forti pectore & armis? "

Sed nullae inimicitiae sunt infestiores, quàm amantium, si mulatq; iniuria intercesserint.

Perfide.] *qui coniugij fidem iam uiolare meditetur.*

Tantum] *quo grandius nefas committi nequeat. Et quod illud sit, statim subdit, quòd se insalutata, ex Africa constituat discedere, datae fidei ac matrimonij oblitus.*

Noster amor.] *πάθος à commiseratione. At plus est, data fides coniugij: sed longè maximum est, quòd Dido mortem sibi manu sua ob fugam eius quaesitura sit. Enallage personae.* Tenet.] *Hypozeugma. Crudelem mortem dicis, quam ipsa sibi consciscet.* Quinetiam.] *ab intempestiuo*

pestiuo ad nauigandum tempore, argumentatur manendum esse: ut si maximè in animo esset nauigare, uernum saltem aut tempus æstiuum expectandum foret, quo magis sit reprehendendus. Sydera.] *pro tempore uidetur posuisse, ac non tantùm pro tempestuosis ac pluuijs signis, Orione, A stuto, & Hyadibus, quorum exortu tempestatibus omnia miscentur. Constat autem Orionem ἀκαλᾶς unà cum tauro exoriri, quare id tempus ἡ ἀγγελιαῖος hybernũ uocat.* Molin classem]*pro apparare dixit, & sarcire.*

Aquilonibus.] *Amplificatio, medijs hyeme, cùm ea iam exacta sit: uel maximè fauentibus uentis.* Quid si.] *A' maiori nam si Troiam notam, patriã dulcissimam, sæuis quibus uentorum procellis non repeteret, multò minus ignota regna turbulento cœlo quærenda sunt. Rectè crudelis, nihil me miseratus, tam indignè abitum meum ferentem.* Méne fugis] *Ab expostulatione, in obtestationem amantem labascit. ut est amantium inconstantia*

Per ego.] *Pathos ab obtestatione. Copia obtestantis, & amplificatio, miro affectus exprimit. Per lachrymas has, per fidem connubij, perq; ipsum coniugium, & cœptum matrimonium. Etenim cùm uerba desint plura, quæ dicat, unum & eandem rem, uerbis per copiam uariatis, inculcat.* Hymenæos.] *Metonymia.* Si bene.] *Pathos à merito: unde honestũ infert, si maneat.* Dulce.] *Verecundè id, quod alioqui in legitimo coniugio sanctè honestéq; fit, uerbis notat, quò maximè amor cõglutinatur, ... Quapropter inquit Moseh,* עַל כֵּן יַעֲזָב אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד. Domus.] *familia peritura, si me deserueris. Repetendo preces auget identidem commiserationem.* Mentem.] *deserendi me.*

Te propter.] *Anastrophe. A' commemoratione incommodorum suorum, propter Aeneam: efficax argumentum ad retinendum, si qua uia possit fieri. Quatuor potissimùm mala recenset, quæ illius maximè causa ipsa sibi accersiuit: odium regum Numidarum, Tyriorum ciuium suorum à se alienatas mentes, prostitutam pudicitiam, & famæ castitatis amissæ dedecus. Relatio particula. Te magnos habet affectus ad commouendum auditoris animum. Authores sunt qui tradunt, ipsum Poëtam hos uersus non dicendis affectibus coram Augusto cùm præsentium omnium admiratione pronunciasse.* Tyranni.] *reges. Suidas citat Hippiam sophistam authorem, poëtas ante tempora rerum Troianarum reges tyrannos appellauisse, ac postea ad Græcos dimanasse temporibus Archilochi.* A *Homerus tamen Echetum mortalium omnium perditissimum regem nuncupat, non autem tyrannum. Porrò ipsa uox tyrannus: à Tyrrhenis appellationem sumpsit, qui latrocinijs infesti ei regioni erant. Aristoteles in republica Cumæorum, tradit tyrannos initiò æsymnetas dictos, illudq; plausibilius fuisse, ac reliquos tyrannidem exercuisse. Cæterùm cùm urbes & regna oppressa ui magis quàm legibus gubernarentur, ita ut id quod libido, non quod æquum dictaret, pro lege ratum haberetur, ipsos non reges, sed tyrannos dixerunt. Pestilentissimi omnium fuêre, Dionysij, Agathocles, Polycrates, Phalaris: & apud Athenienses, Pisistratus.* Tyrij.] *Suos ciues dicit, quos constat rem eam indignè tulisse, ob contemptum ab Iarba bellum metuentes.* Pudor.] *Gradatim ascendit, donec ad summum perueniat. Plus est, pudorem prostituisse, quàm uel Iarbam, uel suos sibi inimicos fecisse, qui aliqua tamen uia reconciliari poterant, cùm amissæ semel pudicitiæ recuperandæ nulla spes esset.*

Fama.] *pudicitiæ, quæ opibus omnibus potior est. Hyperbolen sapiunt, adire sydera, & super æthera notum esse, & similia. Ostendit pudicitia sua nomen apud omnes mortales clarum fuisse, cuius abijciendæ causa ipse extitisset.* B Moribundam.] *uel, te digresso, mox mox certò morituram: uel morti destinatam. Alioqui uerbalia in bundus, uel copiam, uel proclinitatem, seu inclinationẽ ad rem quampiam, uel similitudinem signant.* Hospes]*ubi ergo fides coniugij? ubi data dextera quondam? Protin sponsi, quæ est inconstantia, nunc dicas, quod argumentis conuicta fateri cogeretur* Solum nomen.]*hospitis: quod fugam meditetur, id quod hospitum est, haudquaquam maritorum, quibus indissolubilis necessitas, & perpetua, cum uxoribus communis ac firma sedes esse debeat.*

Quid moror] *quid extraho mortem? quur cesso mihi inferre manum?* An mea.] *A' periculis, quæ Aeneæ causa odierit, commiserationem concitat, & ù præiudicijs Tradunt, Pygmalionẽ, ubi fuga Didonis se delusum sensisset, de ea persequenda consilium agitasse. Et Iarbas, cùm contemptus à regina nuptias eius desperaret, bellum Pœnis parauit. Qua de causa conscensu rogo, mortem ipsa sibi consciuit.* Saltem.] *Extenuatio doloris, à spe & expectatione solatij, quod consequuta, pro nihilo eius abitum pependisset. Vtitur autem translatione ægritudinis suæ.* Capta.] *Respicit ad ius belli, quo capta ab Iarba aut fratre Pygmalione, abducerer.* C *tur. Nec uiderer abs te deserta, cùm te præsentem in nulo in sobolis ubi uerer. Abrumpit orationem, ægrotæ conuenienter.*

ARGVMENTVM.

Verba Didonis huiusmodi fuerant, vt hominem quamuis gelidum accendere, atq; inflammare debere nt. Sed & si magna est vis amoris, maior tamen est potestas Iouis: cuius monitu Aeneas ne oculos quidẽ mouebat, nec quam maximè cupiebat, Didonem aspicere poterat. Sed amorem suum mutus, nec absque ingenti dolore sub corde suo premebat. quibus verbis physicè declaratur, animum Aeneæ immobilem esse, nec vlla ratione à proposito reuocari posse.

NASC. Et obnixus curã sub corde premebat]*Hinc facilè colligitur hominis prudentiam, nisi diuinus aliquis fauor intercedat, plerunq; amoris potestati succumbere: nam Aeneas monitis Iouis immota quidem tenet*

Dixerat. Ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat:
Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando
Enumerare uales, nunquam regina negabo
Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ,

Dum memor ipse mei, dũ spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar: † neq; ego hãc abscõdere furto
Speraui (ne finge) fugam, nec coniugis unquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera ueni.
Me si fata meis paterentur ducere uitam
Auspicijs, & sponte mea componere curas,
Vrbem Troianam primùm, dulcesq; meorum
Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,
Et † recidiua manu posuissem Pergama uictis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussêre capessere sortes.
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces,
Phœnissam, Libycæq; aspectus detinet urbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago.
Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuûm Ioue missus ab ipso,
(Testor utrunq; caput) celeres mandata per auras
Detulit, ipse Deum manifesto lumine uidi
Intrantem muros, uocemq; his auribus hausi.
Desine meq; tuis incendere, teq; querelis.
Italiam non sponte sequor. —

† al. nec

† al. Rediuiua

A *tenet lumina, doloremq; premit suum, attamen sic amoris stimulis agitur, ut uix se contineat, quominus in lacrymas erumpat, ideo ait, obnixus* Tandẽ pauca refert.] *diutius respõsum protulit, quasi prohibitus loqui: sed amoris affectu uictus iam tandem loquitur.*

Ego te, quę plurima fando.] *Ateneæ responsio est: quæ duabus cõtineri quæstionibus uidetur, iuridiciali ex concessione criminis, quod profectionis suæ causam in Iouis uoluntatẽ transfert, & definitiua: quoniam fugam sibi obiectam nomine profectionis expurgat. primũ igitur omnia quidem refellit obiecta, sed illud in primis, quod omnium maximum putabat, à sese crimen ingrati remouet: ita enim arte fieri solet, ut à ualidioribus aduersariorum argumentis auspicetur orator: nam quemadmodum in confirmandis causis, quæ firmiora sunt, postremo loco reseruamus, ita in confutandis aduersariorum obiectis, quæ ualidiora sunt,* B *primum infirmare debemus: id quod omnibus ferè in locis Cicero obseruasse uidetur. in primis ergo reginæ beneuolentiam sibi conciliat honorifica nominis appellatione, illiusq; liberalitatis amplificatione: cuius beneficia etiam uehementer extollit à numero.* Nunquam regina negabo Promeritam.] *palàm se accepisse à Didone beneficium profitetur: utq; ingrati animi obiectum sibi nomen expurget, se illi gratam perpetuò, & memorem polliceatur fore. subdit enim:* Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.] *expolitione utitur, quam repetitione exornat, & dissolutione. locus ex Hom.*

C *Iliad. 22. sumptus esse uidetur.*

» ——ὄφρ' ἂν ἔγωγε ζωοῖσιν μετέω, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ.

» [Greek line as printed: Ζωοῖσιν μετέω, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ.]

Sed hoc nescio quid magnificentius habet: dum spiritus » *hos reget artus, quàm illud Homericum, donec chara mihi genua mouentur. nec omnino dissimile illud est Apollonij in 3. Argonaut.*

» καί κεν ἐπαΐσσων ὄλεθρον ἐπὶ μέτρ' ἕλωμαι

» οὐδ' ἐπιλήσομαι χάριτος

Sed ne hoc quidem Vergilianæ maiestati proximè accedit.

Pro re pauca loquar.] *confutato ingrati animi crimine, in causam præcipuæ quæstionis ingreditur, & attentam docilemq; Didonem reddit.* Nec ego hanc abscondere furto.] *ad illud respondet:*

» ——*tacitusq; mea decedere terra.*

Speciem habet locus iste artificiosæ argumentationis: nam hæc est ueluti propositio, quod non fugam, sed profectionẽ pararit: quam statim subsequitur ratio quædam. Nec coniugis unquã Prætendi tædas, aut hæc in fœdera ueni.] *Hæc ratio est: quæ probat, non esse cur fugeret, quia nulla extitit matrimonij conuentio. non ueneram, inquit, ut te uxorem ducerem, neq; id etiam feci. atque se id minimè fecisse probat argumento à consuetudine celebrandarum nuptiarum ducto: quòd nullis solitis ceremonijs coniugium celebratum fuerit. locus est ex Euripide sumptus in Hip. apud quẽ sic loquitur Hippolytus:*

νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς » ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποτ' ἅψασθαι γάμων, » μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν. »

Id est ad uerbum:

» *Nunc autem per Iouem, qui incœlitis præest, & terram*
» *Iuro, me tuas nunquam tetigisse nuptias,*
» *Neq; uoluisse, neq; illis animum adiecisse.*

Me si fata meis.] *rem confirmat probabilibus argumentis, primùm ab officio, & charitate in patriam, tum ab amore cognatorum, postremò etiam ex ui quadam natura hominum: quæ à negocio ad ocium, à labore ad libidinem procliuis esse solet. quibus argumentis abeundi, & nauigandi necessitatem ostendit: nullus enim exul est, diruta patria, qui nõ libentiùs, si posset, reædificaret urbem suam, ibiq; pacato animo uiueret, quàm in alienis regionibus urbem condere, aut diutiùs peregrinari uellet.* Meis auspicijs.] *prouerbialis locutio, pro meo arbitrio, meisq; præsidijs, tractum ab Imperatoribus Rom. uidetur: quibus nisi consultis auspicijs, prælium committere mos non erat. eius autem auspicijs res geri dicebatur, penes quem summa rei gerẽdæ potestas erat.* Dulcesq; meorum Relliquias colerem.] *cum ingenti affectu: nam patrius amor dulcis, iucundusq; est.* Et Priami tecta alta manerent.] *ambitiosè rem extollit, ut magni se animi uirum indicet, qui in magnis rebus animum occupatũ habet: id est, qui de urbe, id est, Ilio post casum restituendo, qui de alta illa, atq; egregia Priami regia reædificanda cogitat.* Sed nunc Italiam magnã Grynæus Apollo.] *profectionẽ excusat: quam in oraculum Apollinis reijcit: eamque uerisimilem facit à loco, iteratione utitur: quæ cùm magnum pondus habet, tùm etiam uim quasi afferendæ ueritatis habere uidetur.* Lyciæ sortes.] *apud antiquos dabantur etiam oracula sortibus. lege in Alciati parerg. lib. 5. cap. 22.* Hic amor, hæc patria est.] *cũ pondere, nec, ut opinor, absq; emphasi.* Si te Carthaginis arces.] *reginam arguit inuidiæ per locum à comparatis.* Extera quærere regna.] *obseruanda est hæc*

I 2 *parla,*

quirit, & asperitas, difficultasq; pronunciandi propter triplicatam re syllabam in harum dictionum continuatione, quærere regna: quæ non fortuitò, sed de industria facta esse uidetur, ut syllabarum asperitate rei quoque: id est, nauigandi, & quærendi extera regna difficultatem significaret. Me patris Anchisæ.] amplificat ex iis, quæ antè experta sunt, uidelicet ex apparitione imaginis paternæ: eamq; uerisimilem facit à tempore: nocte enim umbræ apparent. Sic apud Homerum anima Patrocli apparet Achilli lib. Iliad. ψ.

» παννυχίη γάρ μοι πατρόκλῆος δειλοῖο,

& reliqua, notus est doctis locus. Et turbida terret imago.] amplificatio est. non admonet solùm, uerumetiam terret. quamobrem magis etiam sibi parendum designat. Me puer Ascanius.] alia amplificatio ad excusationem sui ab officio, & charitate sua erga filium. debet enim fillo gloriam pater: hoc est id, per quod maximè gloriam sibi filius comparare posit. uerbum iterandū est, admonet: quod quia nimis longè repetitum uidetur, quidam Grammatici uitiū agnoscunt solecophanes, quod & ἀκαιρίαι dicitur. Nunc etiam interpres diuûm.] alia amplificatio ex nuntio Deorum & ex mandato Iouis: unde planè cognoscitur proficiscendi necessitas: quam à seipso remouēs in Deorum uoluntatē reijcit. Testor utrunq; caput.] obtestatio est Græco more: nam Græci per caput alterius iurare consueuerunt. Iuuenal.

» ——Græcis nondum iurare paratis
» Per caput alterius. Et alibi Vergil.
» Per caput hoc iuro.

Vtrunq; uerò caput, & Mercurij intelligendum est. Ipse Deum manifesto.] ex sua ipsius testimonio, quod à signo uisus, & auditus confirmat. Desine meq; tuis incendere, teq; querelis.] peroratio est: in qua cùm abeundi necessitatem ostendit, tùm Didonem ne frustrà se maereret, ab illi monet.

LAMB. Hort. Ego te.] Excusatoria oratio, qua discessum suū ita excusat, ut uel inuitus præsenti necessitati pareat, nisi planè impius in deos & fuor esse uelit. Et quia abitus causam à se remouet, transfertq; in alios, quare etiam ueniam meretur: statum uenialem faciunt. In exordio captat beneuolentiam, redditq; reginam attentam. Inde refutat quædam obiecta, quæ turpe esset confiteri: excusat discessum, transfert, concludit. Ego te.] Beneuolentiam captat à sua & reginæ persona, quæ in gratitudinis crimen à se depellit. Pertinet autem ad commemorationem incommodorum, quæ ipsius causa acceperit: Te propter Libycæ gentes, Numidumq; tyranni Odere infensi. Proinde rectè inde beneuolentiæ loco initium expurgandi se de ingratitudine sumpsit, maximè in re subita & perplexa. Nec me.] Enallage personæ: pro, meminisse tui. Dum memor.] Copia. Pro re.] Attentio à breuitate defensionis. inter Homerica prouerbia recensetur, Quoad aixero: de eo, quod in uita perpetuum esse uolumus. Iliad. 10.

» ὄφρ' ἂν ἐγὼ ζωοῖσι μετείω, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ.

Neq; ego.] Diluit, quod regina obiecerat, de tecta & callidè dissimulata fuga. Negat se occultum abitum moliri, aut etiam posse sperauisse. Quamobrem uanum esse cur istud confingat. Nec coniugis.] Respondet ad datam dexteram, fidemq; coniugij, quam negat inter ipsos intercessisse. Sed ne eo quidem consilio in Libyam classe delatam, cùm iter in Italiam esset. Tædas.] Synecdoche: à signo signatum intelligit. Me si fata.] Excusat translatione discessum. fatorum uis me hinc uocat: quæ si permitterent me meam uoluntatem atque arbitrium sequi, restaurarem Troiam, patriam longè dulcissimam. A Retortum ad id est, quod rogarat regina, si non peteret arua aliena, ac Troia incolumis staret, num eā repetiturus esset. Auspicijs.] Reddit, quæ uocat auspicia sua: si per fata liceret arbitrium suum sequi. Meorum.] ciuium: patriæ reliquias extruerem. Recidiua Pergama dicit. post excidium restitutam Troiam. Interpretatur, quod statim antecedit. Sed nunc.] A monitis diuorum, & primùm quidem oraculorum necessitatem fugæ excusat: ut uel ibi hærere, uel patriam excisam repetere sui arbitrij non sit. Et constat, eum Deliaco, inde Dodonæo oraculo iussum Italiam petere, quamobrem iustam fugæ causam prætexit. Grynæus.] Epithetis cūs Apollo à rebus, locis, & factis diuersa sortitur nomina: ut à percusso Pythone, Pythius: à percutiendo, ἀπὸ τοῦ παίειν, Pæan dicatur: sic Loxias, quòd circulo obliquo Sol ab ortu in occasum rapiatur: Delius à Delo insula, uel quòd omnia aperta & manifesta suo lumine reddat: Phanes & Phanæus, ἀπὸ τοῦ φαίνω, quòd idem nouus semper appareat. Argenetes, quòd exoriens ipse gigni uideatur, & omnia gignere. Lycius, à lupo, B quòd quemadmodum lupus disperdit pecus, ita Sol humores radijs suis consumat: uel ἀπὸ τοῦ λευκαίνειν, albescendo, quòd eius exortu albicent uniuersa. Nomius, quòd pecus Admeti pauit: item Eleleus, Chrysocomus, Argyrotoxus, Smintheus, Tymbræus, Cynthius. Postremò Grynæus, à nemore ipsi Deo consecrato, quod erat circa Grynæam urbem Aetoliæ, postea Clazomenen dictam, ubi celebre Apollinis oraculum uisebatur. Sunt qui Grynæum & Clarium oraculum idem atque unum fuisse contendant, cui præsederit Mopsus uates & augur: de quo, & Amphilocho qui mutuis uulneribus ceciderunt, ita Euphorion:

» ἀλλ' ... [illegible] ...
» ... [illegible] ...
» ... [illegible] ...
» ... [illegible] ...

Lyciæ.] Apollinis oracula. In Delo iussus erat in Italiā tendere, non in Lycia. Lycium Apollinem quidam dictum autumant, ἀπὸ τοῦ λύκου, lupo: quòd quemadmodum lupus pecus dissipat, ita sol humores pestilentes conficiat. Vel παρὰ τὸ λευκαίνειν, quòd eius exortu rerum natura nouam faciem induat. Sed reuera in Lycia Patara urbs C erat, ubi Apollinis Pataræi delubrum celebre uisebatur, ut suprà diximus. Hinc Licius dictus ipse, & Lyciæ sortes. Sex menses Pataris, totidem in Delo oracula reddere credebatur. Sed quæ porrò Lyciæ sortes sint, etiamnum disputatur inter doctos. Constat à ueteribus hæreditates sortitò adiri solere: & proconsules sortibus eligi. Hac quoque ratione oracula sortibus dabantur. Hinc sortes Prænestinæ, in agro Burensium, in fano Herculis, in Achaia iactis in mensam talis præsentia præsagia colligebantur. In agro Patauino Geryonis oraculum ita reddebatur, ut in aquam tesseræ mitterentur. In Lycia, de qua nunc agitur, Myra urbs erat, ubi oraculum Apollinis uetustate celebre uisebatur. Plin. lib. 32. testatur, in Lyciæ Myris, fonte Apollinis, quem ipsi Diuùm uocant, ter fistula euocati ueniunt ad augurium. Martialis lib. 9. Campis diues Apollo sic Myrinis. Myra Stephano, » à Myrrone, uel à Myrro præterfluente nomen habet.

Idem

A Idem ostatur, Grynos Myrrenaeorum insulam esse, ubi Apollini templum ex albo lapide, & oraculum dedicatum erat: quorum urbem Hecataeus Grymam uocat. Hae eruditè annotauit Alciatus. Sic.] Collatio: nam inter se componit Didonem è Phoenicia in Africam profectam, & Troianos è Phrygia Italiam petentes.

Et nos.] Applicatio. Nos coacti oraculis Italiam petimus, cùm tu sponte patria relicta in Africam traieceris. Me patris.] A' iustis paternis. Astra ignea.] lucida, siue ignea natura. Me puer.] Necessitas à pietate sua erga filium: Defectio, mouet in Italiam transmittere. Nunc etiam.] Necessitas à recentibus ad se deorum mandatis, & pietate sua in deos. Interpretem diuorum, Mercurium uocat periphrasticè, ab officio & munere inter deos: διὰ τ' ἑρμηνεύειν, interpretando, ἑρμῆς dicitur. Testor.] Attestatione confirmat defensionem rei gestae, ad conciliandam fidem. Vtrunque.] tuum meum, tum Ascanij Graecorum imitatione capita testatur: A' testibus. Celeres] ipse celer per auras mandata ad me pertulit. Ipse.] ἐμφατικῶς, ne uideatur testimonio alterius niti: additq; loci circumstantiam. Hausi.] Periphrasis · audiui ipsum loquentem. Lumine.] Pleonasmus. Desine meq; tuis incendere.] Epilogus constat petitione, ut desinat querelis suis esse odiosa, & necessitatis iteratione. Sequor.] ut semper uisam fugere nos.

A R G V M E N T V M.

Oratione Aeneę vehementer ad iram excitata Dido, ipsum primò tortè aspicit, ac tacita oculis totum perlustrat: deinde magis etiam inflammatà ipsum oratione impetit: qua eius crudelitatem, ferinosq. mores urguit: vndé colligit non eius esse filium, cuius ipse maximè uideri velit, admodumq; etiam esse profitetur. Sed ex Caucaso Scythiæ monte genitum, tygribusq, Hyrcanis altum, aenutritum fuisse.

NASC. Nec tibi diua parens.] Ab exprobratione exordiū peroabruptum, concitatumq; principium: tale enim (ut saepe dictum est) iratos decet. Sanè totus hic locus rhetoricam ὑπόκρισιν: id est, uehementiorum affectuū, perturbationūq; expressionem habet, non illam quidem, quae tota in cōmiseratione uersatur, quaeq; eliciuntur lacrymae, uel misericordia commouetur, uel captatur uenia: cuius quidem partis exempla obuia sunt in perorationibus Ciceronis, & in querelis apud poëtas, maximè apud Virgilium: sed illam quam Graeci δείνωσιν, nostri alioqui imaginationem uocant: qua dolor ira inprimis, furor, odium, aliiq; affectus, animorumq; perturbationes describuntur, & excitantur.

B

C

Talia dicentem iamdudum † auersa tuetur,
Huc illuc uoluens oculos, totumq; pererrat,
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Nec tibi diua parēs, generis nec Dardanus author,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeq; admorunt ubera tigres.
Nā quid dissimulo? aut quae me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nū lacrymas uictus dedit, aut miseratus amātē est?
Quae quibus anteferā? iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
Nusquam tuta fides: eiectum, littore egentem,
Excepi, & regni demens in parte locaui.
Amissam classem, sociosq; à morte reduxi.
Heu furijs incensa feror: nunc augur Apollo,
Nunc Lyciae sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuûm fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat: neq; te teneo, neq; dicta refello:
I sequere Italiam, uentis pete regna per undas.
Spero equidē medijs (si quid pia numina possunt)
† Supplicia hausurum scopulis. & nomine Dido
Saepe uocaturum: sequar atris ignibus absens:
Et cùm frigida mors anima † seduxerit artus,
Omnib. umbra locis adero: dabis improbe poenas:
Audiam, & haec manes ueniet mihi fama sub imos.

† al. aduersa

† al. Supplicio hesturū

† al. subduxerit

Non Thetis est genitrix, glaucū te protulit aequor, "
Abneaeq; rupes: "
menti quod tibi dura, ferox est.

Illud autem annotatu dignum est, quòd, relictis utriusq; comparationibus, uterq; per μείωσιν ad extrema descendit: nam cùm Deorum mentionem fecissent, alter Pelei, & Thetidis, alter Veneris, & Dardani, non homines, sed saxa alter, alter mare, abruptasq; rupes intulit. Virgilius uerò unum nutritionis addidit, quā Homerus omisit. nam sequitur. Hyrcanaeque admorūt ubera tygres.] Nā in morientem inolescendi (ut physici dicunt) non exiguam partem ingenium nutricis, & natura lactis tenet. quamobrem ab illis ualde damnari solent matres, quae partus suos deserunt, aliisq; lactandos, nutriendosq; tradunt: eò quod uinculum illud amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, interscindi, seiungiq; uidetur. locus haud ferè huic dissimilis est apud Catullum in Argonaut.

Quaenam te genuit sola sub rupe leaena? "
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis? "
Quae Syrtis, quae Scylla uorax, quae uasta Charybdis? "
Talia qui reddis pro dulci praemia uita. "

Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.] A' negatione ad affirmationem. non Venus te genuit, sed Caucasus, nec ex Dardano originem duxis, uerùm ex Hyrcanis tygribus: quibus uerbis designare uidetur Aeneam crudelem, atq; ab omni pietate, ac humanitate alienum. id quod paulò infrà probabit per locum effectiorum. locus est ex Homero sumptus Iliad. 16.

» νηλεὲς, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
» οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
» πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Id est,
» Non eques ipse pater fuerat tibi mehercule Peleus,

Nā quid dissimulo?] πρόληψις: tacitae quaestioni occurrit, ne fortè quis inferat Aeneam posse uel precibus, uel alia aliqua ratione mitigari. Nū fletu ingemuit

I 3 nostro?]

nostros] quaestionem soluit & ab effectu Aeneam crudelem esse probat: qui, ipsa lugente, ne ingemuit quidē, aut ullum pietatis, ac misericordiae erga illam signum ostendit, perinde quasi sensibus omnibus careret. percurrit autem omnes ferè extenuationis circumstantias, quae in hac re attingi possunt gemitus, oculorum flexiones, lacrymas, misericordiam: haec omnia humanitatis, pietatisq; signa sunt: quorum omnium cùm Aeneas se expertem praestiterit, illius crudelitas uehementer deprimi, deturpariq; uidetur. atq; animum reginae concitatum, iracundia, dolorisq; affectibus perturbatum Poëta ostenderet, colore repetitione usus est, quae breuibus sententijs, crebrisq; figurarum mutationibus adiuncta, cùm orationem ualde patheticam, tùm iratae personae naturam, moerorem demonstrat. Quae quibus anteferam?] Dubitatio est, quam Graeci ἀπορίαν uocant: Seruius ἀμφιβολογίαν appellat: id est, quid prius, quid ue posterius dicam? figura prouerbialis est: qua utimur, quoties aut rerum copiam tantam significamus, ut haesitemus, unde potissimùm exordiamur: aut cùm perplexi dubitamus quid agere debeamus. Graeci dicunt τὸ πρῶτον ἢ τὸ ὕστατον: id est, quid, primùm, aut ultimum. Homer. Odyss. 9.

τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

Id est,

Quid primùm, quid mox, & quae tandem ultima dicā?

Iam iam nec maxima Iuno] nimio iracundiae aestu agitata Dido, ubi satis in Aeneam oblocuta est, ne Dijs quidem parcit, Iunoni, & Ioui: in quos more desperātium iram omnem effundit iniustitiae, iniquitatis illos accusans talis ferè exitus Iarbae regis in Iouem inuectiua:

Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenaeum libat honorem,
Aspicis haec? & reliqua.

Nusquam tuta fides] communis querela, quae magnum doloris affectum habet. Eiectum littore egētem.] aperte iam incipit illi beneficia exprobrare, tanquā ingrato, ac parùm memori. quae multa numerando, atque amplificando percensetnon absq; ingentis animi affectu: nā ingēs hoc beneficium esse putat, ut reuera est, eum eiectum littore, unde nihil subsidij sperare poterat excepisse, quem expellere potuerat, & exceptum in parte regni sui collocasse. auget igitur paulatim beneficium suum in Aeneam & Troianos, ut per comparationem, quantò ipsa in illos benignior fuit, tantò illos erga se magis ingratos inhumanosq; fuisse ostendat. talis querela est apud Ouid. in epist. Phyllidis ad Demoph.

Vix tibi excidimus, nullam puto Phyllida nosti:
Hei mihi si quae sim Phyllis, & unde rogas,
Quae tibi Demophoon longis erroribus acto,
Threicios portus, hospitiumq; dedi:
Cuius opes auxēre meae, cui diues egenti
Munera multa dedi, multa latura fui:
Quae tibi subieci clarissima regna Lycurgi
Nomine foemineo uix satis apta regi.
Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hemum,
Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.

Non dissimile est illud Euripidis in Medea: quem locum fortasse imitatus est Poëta noster. ita enim Medea Iasonem alloquitur beneficia illi exprobrans sua:

ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν,
ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,

πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην A
ζεύγλαισι, καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην,
δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμπέχων δέρας,
σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄυπνος ὤν,
κτείνασ' ἀνέσχον σοι φάος σωτήριον. & reliqua alia, notissimus est doctis locus. Amissam classem.] ita quoq; apud Ouid. Phyllis queritur:

Has laceras etiam puppes furiosa refeci
Vt, qua desereres, firma carina foret.
Remigiumq; dedi: quo me fugiturus abires,
Heu patior telis uulnera facta meis.

Heu furijs incensa feror.] oblocutura in Deos quasi excusationem praefatur, quod furijs agitetur. & profectò credere Deos non curare mortalia hominis est uel insipientis, uel furentis, & ab humanae rationis potestate alieni. Nunc augur Apollo] totus iste locus usq; spero equidem, cum ironia legendus est: irridet Aeneam, ut qui non uera dicat, sed profectionem suam Deorum uoluntate excusare uelit: utitur repetitione, quae acriorem hoc in loco orationem facit. Donatus Terentij interpres NVNC, id est, serò exponit, quale illud est in Eunucho. nunc ego, & illam scelestam esse, & me miserum sentio. quae interpretatio magnum in se doloris affectum habet. perinde ac si B diceret, utinam citius à Ioue, seu à Mercurio admonitus fuisset, ut hinc abiret: non enim in tantis aerumnis, atq; lacrymis uersaret. Scilicet is superis labor est.] Sic Terent. Id populus curat scilicet. Sentit autem cum Epicureis Deos haec inferiora non curare. Neq; dicta refello.] uerbum est oratorium refello: nā oratoris est aduersariorum argumenta refellere: id est, confutare. atq; redarguere. I sequere Italiam uentis, pete regna per undas.] ironica concessione Aeneam occultè arguit imprudentiae, ac temeritatis, qui in tanta tempestatis turbine, rerumq; difficultate audet nauigare: id quod luce clarius ostenditur ijs duobus uerbis ventis, per undas: quae procuidubiò periculosam nauigationem declarant. Donatus Terentij interpres figuram ἐπιτροπὴν uocat: qua nos inuitos permittere ostendimus, quod fieri nolumus. Fab. uerò Quintil. hic εἰρωνείαν agnoscit. Spero equidem.] Aeneae pessimè ominatur, coniectura ex eius crudelitate, & ex Deorum iustitia deducta. ubi etiam obseruanda est animi furentis inconstantia, cùm modò Deos mortalia curare neget, modò id etiam affirmet. Supplicia hausurum scopulis] perquàm scitè, & appositè, cùm de nauigatione uerba faciat, hausurum: id est, luiturum supplicia dixit. C Sequar atris ignibus absens] soluta corpore facibus te furialibus, ut ex Horatio infrà patebit, persequar. Cùm frigida mors animam seduxerit artus.] de illo planè mortis genere intelligendum est, quo corpus ab anima seiungitur: nam datur & animae separatio à corpore, iuxta Platonis sententiā: ad cuius opinionem hic procuidubiò allusisse uidetur. Omnibus umbra locis adero.] cùm homo tribus cōstet, anima, corpore, imagine: Plato, quē Poëta noster ubiq; ferè sequitur, in libro de legibus 14. imaginem animae uult esse sensum in aëreo corpore: ipsum autem corpus aëreū esse animae umbram. Sed pluribus, & apertiùs infrà super eo uersu:

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Non dissimile est imprecationis genus apud Horat. in Epodo cùm ait:

Diris agam uos: dira detestatio
Nulla expiatur uictima.

Quin

A » Quin ubi perire iussus expirauero,
» Nocturnus occurram furor.
» Petamq́ uultus umbra curuis unguibus:
» (Quae uis Deorum est Manium)

LAMB. Hort. TALIA.] Huiusmodi oratione & se expurgantem, & fugā excusantē, ab initio tum quasi auersata, intuita fuit. Id autem indicat cùm ipsam iamdudum auersam intuentem dixit. Huc illuc.] ab habitu oris indignantis, & furore exagitatae. Totum.] totum praesentem ædium, nisi quis tectū malit legere. Pererrat.] perlustrat, ut gestus sunt hominum furibundorum, qui prae impotentia irae sui impotes, taciti huc illuc uersant oculos. Tacitis.] Hypallage, tacita. Accensa.] ira concitata: metaphora.

Nec tibi.] Inuectiua oratio, acerbitatis referta. Exprobrat Aeneae generis obscuritatem. Argumentatur à loco natali, ab educatione, & affectibus. Exprobrat ingratitudinem, sua in eum commemorando beneficia, & effusam beneuolentiam. Argumenta ut crebritatis immensibus ridet magis, quàm refutat. Verùm haec singulatim excutiamus.

Nec tibi.] Exordium abruptum & uehemens ab obscuritate generis, & personae Aeneae uanitate: qui se Venere prognatum toties dixerat, paterno uerò genere à Dardano, atq; hinc à Ioue profectum. Secutus est hoc loco Homerum, qui sic habet:

B » νηλεὲς, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
» οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
» πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Notatur his locus, ut quo Homero sit superior nam Virgilius, ut inquit Macrobius, non solum partitionem, ut ille, quem sequebatur, sed educationē quoq; nutricationes, tanquam belualem & asperā, criminatur. Addit enim de suo: Hyrcanaeq; admorunt ubera tigres. Quoniam uidelicet in moribus molescendis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet, quae infusa tenero & mista parentū semini adhuc recenti, ex has gemina concretione unam indolem configurat. Hinc est, quòd prouidentia naturae similitudinem natorum atq; gignētium ex ipso quoq; nutricatu praeparans, fecit cum ipso partu alimonia copiā nasci. Nā postquam sanguis in penetralibus suis omne corpus finxit atq; aluit, aduentante iam partus tempore, idem ad corpus matern superna conscendens, in naturam lactis albescit, ut recens natis idem sit altor, qui fuerat fabricator. Quamobrē non frustrà creditū est, sicut ualeat

C ad fingendas corporis atq; animi similitudines uis & natura seminis, ita ad eandem rem lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neq; in hominibus id solùm, sed in pecudibus quoq; animaduersum est: nam si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni forsitan alantur, constat fermè in his lanā duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus ad indolem uel detrectandam, uel augēdam maior plerunq; uis & potestas est aquarū & terrarum quae alunt, quàm ipsius quod iacitur seminis. Ac saepè uideas laetam nitentemq́ arborem, si in locum alterum transferatur, succo terrae deterioris elāguisse. Ad criminādos igitur mores defuit Homero, quod Virgilius adiecit. Hactenus Macrobius. Eiusmodi multa eruditè disputantur à Phauorino philosopho apud Gellium, libro 12. cap. 1. Perfide.] qui coniugij fidem uiolas. Sed ubi illa nunc uerba

» Credo equidem, nec uana fides genus esse deorum. Et,
» Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

& alia, quae magnificè de Aenea paulò antè depraedicarat?

Sed duris.] A natali loco, ab inexorabili & duro ingenio, argumentatur eum non Troiae, sed in Caucaso mōte, non inter homines, sed beluas, editum esse. Et terrae natalis ingenium, nō mediocre momētum ad indolem humanam molescendā habet. Horrens cautibus.] aspera, dura saxis & abruptis scopulis. Caucasus.] Taurus mons à Cappadocia se attollens, Caucaso committitur. Ciliciam Armeniamq́ montes se ita praeterit, ut plura inter se iuga, continua serie inter se cohaerentia, perpetuum in ortum dorsum extendant. Ex his omnia propè Asiae flumina oriuntur, quorum partim in rubrum atq; Indicū, partim in Caspium mare effunduntur. Armeniam eiusq; gentes, Oceanus Sericus ab occasu, iuga Caucasi à meridie, Tauri: à Septentrione, Oceanus Scythicus distermenat. Plinius Caucasum montem, quasi Graucasum, hoc est, niue candidum, dictum existimat. Caucasi partes recensentur hi mōtes coniuncti, Imaus, Emodus, & Paropamisus, à quibus tota decurrit in planiciem immensam, & Aegypto similem. Hunc Caucasum septendecim diebus cum exercitu superauit Alexander: ubi rupes illi fuit monstrata, in qua Prometheus in fabulis religatus fuisse creditur. Ad radices Caucasi accolunt, Paropamisse, Hydaspy, & multae aliae gentes. Caucasiae portae, falsò Caspiae dictae: ingens naturae opus, inquit Plinius, & montibus interruptis repente, ubi fores obductae ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente: citraq; in rupe castello (quod uocatur Cumania) communito, ad arcendas transitu gentes innumeras: ubi loci terrarū Orbe portis discluso, ex aduersum maximè Harmastis oppidi Iberum, à portis Caucasijs per montes Gordyaeos, Valli, Suarni, indomitae gentes, auri tamen metalla effodiunt. Et paulò pòst: A portis Caucasijs ad Pontum, 200. mil passuum esse constat ferè. Haec ille. Altissima Caucasi iuga sunt ea, quae maximè austrina sunt, circa Albaniam, Iberiam, Colchos & Heniochos: suntq́ hyeme inaccessa, propter nimium altitudinem: aestate conscendunt, sed ὑποδούμενοι καρβατίνας ὠμοβοείας, ἀντὶ τυμπανοειδεῖς κεντρωτὰς, διὰ τὰς χιόνας καὶ τοὺς κρυστάλλους. καταβαίνουσι δ' ἐπὶ δορᾶς κείμενοι σὺν τοῖς φορτίοις, καὶ κατολισθαίνουσιν, ὅπερ καὶ κατὰ τὴν Ἀτροπατηνὴν Μηδίαν, καὶ κατὰ τὸ Μάσιον ὄρος τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ γίνεται. ἐνταῦθα δὲ καὶ τροχίσκους ξυλίνους κεντρωτοὺς τοῖς πέλμασιν ὑποτιθέασι. Circa Albaniam & Caucasi montes incolunt Amazones.

Hyrcanaeq;.] Hyrcani Scythiae populi: nam ultra Arimphaei, Scythae Cimmerij sunt, Cisianthi, Georgi, & Amazonum gens: & haec usq; ad Caspium mare, & Hyrcanum, quod in Scythicum Oceanum erumpit. Multae gentes circa Hyrcanum mare, quas recenset Plinius lib. sexto, capite decimoquinto. Mela, Solinus, & alij. Ab ipsa regione, mos Hyrcanus nomen consequutus est, sicut Caspius, Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus. Sunt & Hyrcani Ioniae populi. Tigres.] Disertè Hyrcanas tigres dicit: nam tigrim Hyrcani & Indi ferunt, animal mirae uelocitatis. Eius foetus, qui numerosus est, equo pernicissimi insidijs rapitur, ac tum demum eius uelocitas perspicitur. Foeta, uacuo cubili reperta, praeceps fertur, ad inuestigandum odore hostem suum. At raptor ille accepto insequentis fremitu, unum abycit catulum. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumq; consequitur, facitq́ subinde, donec hoste in nauem regressa, frustra belua fremit, frendetq́ in littore aduersus abeuntem in altum. Sed & Asangi Indi fluminis accolae tigri fera scatent. Apud Indos è tigribus

canes concipiuntur, & ob id in sylvis coitus tempore alligant fœminas. Ab huius tigridis velocitate, & tigri amni nomen est. Locus ab educatione: quasi inferat, Si homine matre editus atque lactatusque foret, futurum ut affectibus etiam humanis duceretur. Verùm cum fermo lacte sit nutritus, minimè mirum esse, si ferinum, durum & adamantinum pectus gerat. Admorunt.] lactarunt. Nam quid.] Attentio, ad confirmationem. Num fletu.] Confirmatio, ab antecedentibus signis: Aeneam è Caucaso editum, & à tigribus enutritum: quòd neque oculos ad suas lacrymas mouerit, neque ingemuerit: hoc plus, illud verò minus est. Ut si non gemuisset ad fletum amantis, saltem oculos suos in eam torsisset. Multa simul congerit, quibus ingratitudinem & ingenij asperitatem exprobrat. Quæ quibus.] Quod Servius ita enarrat, ut sit amphibologia: pro eo, quid prius, quid posterius dicam? Mihi porrò ita videtur exponendum, ut sit amplificatio indignitatis rei: ut nihil furenti tam crudele occurrat, nihil tam indignũ, quin illi iniuriam hanc anteponat. Summam ergo iniuriam, summamque indignitatem ostendit. Cæterùm, cùm dicat Dido Num fletu ingemuit nostro: videtur respexisse ad paroemiam, Boni viri lacrymabiles, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. in eos, qui facilè mouerentur ad misericordiam, simulque precibus flecterentur: cùm contrà duros & inexorabiles, ferreos, adamantinos, & fibris corneis dicamus. Iam iam.] Obiectatio, seu variato sermonis colore: videtque perinde ac si dicat, Obiestor Iouem & Iunonem, ut ista aliquãdo æquis oculis aspiciant, & ingratitudinem & acceptam iniuriam sua æquitate ulciscantur.

Saturnius.] Iupiter: antonomasia. Sed & maximam vocat Iunoni: vel quòd soror sit & coniunx Iovis, vel quòd coniugio præsideat, unde Gamelia illi nomen: sive quòd Ipsa clarior sit: sive ut respiciat ad illud, quod alibi à nobis est relatum, τὴν μεγάλην, χρυσῆν, καὶ ἄνασσαν θεάν.

Nusquam.] Transitio ad commemorationem beneficiorum, quæ quasi immemori exprobrat, quæ in re decorum personæ servat. Nam is sexus, ubi desunt conuicia, illicò ad exprobranda beneficia transit, ijsque amplificandis immodicè non tantùm nihil admit, ut etiã multa affingat.

Fides.] Notat illum perfidiæ. Eiectum.] ui tempestatis naufragum è mari appulsum. Littore.] Cùm littora iure sint communia, ut & maria, qui potuit egere littore, ubi id contigisset? Respicit ad illa Ilionei, Hospitio prohibemur arenæ. Nam ob unam ab accolis illatam, littus ingressi Troianis absente Aenea, auxilium suum exprobrat. Obijcit egestatem in rebus afflictis, vel egenum è littore: sed prior expositio placet magis. Et regni.] Ab obuis s... erga eum benevolentia. Plus dicit, propter futuras nuptias, quàm ipsa res habet. Demens.] ultrò se ipsa accusat, qua in re intendit indignitatem rei. A

Amissam.] Iussis subduci naues, prohibuit non. Hæc vera sunt: nã & classem farciri permisit, & tutos à periculo socios esse iussit. Heu furijs.] Cùm desint plura exprobranda, exclamat per indignationem. Et quia culpæ, si qua fuga esset, translatione in deos fuerat usus Aeneas, hanc Dido cùm conetur refellere argumentis, neque valeat, ironicè ludit. Et quam Rufinus ἀνασκευὴν appellat, videtur ponit obiectionem adversarij, cum derisione, propterea quòd eius rei veritas infirma planè esse videatur.

Nunc Lyciæ.] Ludit verba rursum Aeneæ suprà explicata, quibus discessum à necessario excusavit. Scilicet is superis.] Ludit argumenta & causas navigationis, ironia, cùm non sit, quibus refutet: respiciens ad quorundã philosophorum impiam opinionem, negantium prouidentiam divinam. Refello.] Non refellit, at ludit, id quod rhetores alioqui facere solent, cùm rei veritas vel infirma sit, vel parùm adversarij argumentum nos lædere videatur, aut nil sit quod contrà opponamus. I sequere.] Concessio, per indignationem. Concedit id, quod prohibere nequeat: quidem cum stomacho & risu: cùm & per undas Italiam petere & quærere iubeat. Quod enim adhuc quæritur, nondum certum, neque nostri iuris est. Arguit Italiam, eiusque possessionem, incertam adhuc esse, in qua sequenda tot annorum iactationibus fatigatus fuerat, cùm Carthaginis imperium præsentissimum esset. Spero B equidem.] A difficultate perveniendi in Italiam, si modò perveniat. Nam si in scopulos impingat, (id quod optat) expendit dijs perfidiæ suæ pœnas. Illud interim observandum est medios scopulos hîc dici, qui inter Africam & Italiam sint occursuri: & haurire supplicium, pro dare pœnas, pendere pœnas. Vocaturum.] quasi in afflictis rebus, opem Didonis vel absentis, vel mortuæ, imploraturum. Promittit Aeneæ talionem, cùm constituit mori, atque manu vita abrupta, persequuturam fugientem: ut si nequeat eum perdere, furijs tamen quibusdam ubique sit territura. Dido.] Enallage personæ tertiæ, pro prima. Veteres Theologi putabant, animas violenta morte è corpore migrantes, ut nullis piaminibus purgatas, infestius perturbationibus agi, & easdem hostes suos post hanc vitam inimicè insectari. Seduxerit.] Hypallage. Audiam.] te mihi pœnas dedisse, quod præsens non videbor & proinde voluptatẽ ex tua calamitate sum perceptura. C

Manes.] ad inferos, te perijsse. Depingit ingenium fœminæ iratæ, quæ natura gaudeat vindictâ, cùm ipsa ulcisci se nequeat. Allusit ad infœlicem eius exitum in bello contra Rutulos, quo in amne Numicio haustus perijt.

ARGVMENTVM.

Dido nimio dolore affecta, nimioque iracundiæ æstu inflammata Aeneam loqui volẽtem audire non potest, sed ab eius conspectu sese auferens, semianimis in terram procidit: famulæ eam suscipiunt, & in toro reponunt. Aeneas verò blandis verbis eam lenire quidem, deque pectore eius dolorem auferre cupit, utpote qui sauciũs & ipse amore erat, magnumque dolorem ex amantis dolore contraxerit, veruntamen Deorum iussa facit, potiorque illi est Iouis voluntas, quàm suus, aut Didonis dolor. revisit igitur classem suam: cuius præsentia commoti socij certatim omnes accingunt se operi, eaque parant, & faciunt, quæ navigationi necessaria esse putant.

NASC. SERMONEM abrũpit.] Aenea scilicet quæ multa dicturus erat: quamobrem sequitur paulò post:

His medium dictis sermonem abrũpit, & auras
Aegra fugit, seque ex oculis avertit & aufert,
Linquẽs multa metu cunctantẽ, & multa parãtem
Dicere: suscipiunt famulæ, collapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.

Linquẽs multa metu cunctantẽ, & multa parantem Dicere. Collapsaque membra.]

At pius Aeneas (quanquam lenire † dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas)
Multa gemēs, magnoq́; animū labefactus amore:
Iussa tamen diuûm exequitur classemq́; reuisit.
Tum uerò Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues, natat uncta carina,
Frondentesq́; ferunt remos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.

A bra] *Hoc uerbo mi.* ‡*al.* dolorē: *re, & perquàm uenustè mulieris exanimatæ casum expressit.* Marmoreo referunt thalamo] *regiæ magnificentiæ τὸ πρέπον.* At pius Aeneas, quanquàm lenire dolentem.] *Pietas commendatur Aeneæ, sed eius magis extollitur animi prudētia, atq; fortitudo: qui in rebus illis, quæ sensus (ut ita dicam) titillant, ita se gerit, ea constantia est, ut minimè succumbat, sed illis potius imperare uideatur.* Tum uerò Teucri incumbunt.] *diligentiam, celeritatemq́; Troianorum in curandis parandisq́, quæ ad nauigationem faciunt, Poëta describit.*

Natat uncta carina] *quæ priùs uncta fuerat, quàm è littore deduceretur.*

LAMB. Hort. His medium.] *Vt epitasis insurgat, fingit Didonem iræ impotentia & ægritudine animi exanimari: rursum Troianos fugæ studio classem studiosè renouare omnia sarcire, priusquàm à Pœnis opprimantur.* B *Atque admirabili artificio ingenia amentium, excandescentisq́ reginæ ac furentis, tum autem Troianorum uim metuentium sedulitatem in expediendis nauibus, oculis subijcit.* Medium.] *orationem nondum finitam. Deest epilogus, quem per stomachum subtexere non potuit. Et in patheticis id ferè obseruatur, & natura rei hoc ipsum postulat.* Abrumpit.] *A re corporea ad incorpoream. Abrumpuntur funes, abrumpuntur uerba & orationes.* Aegra fugit] *non corpore, sed animo: unde ægrescentia, dolor ex inuidia alterius felicitatis concipitur: & ægritudo, uel ex iniuria, uel damno, uel malo accepto. Itaque ægra animo persuasione acceptæ iniuriæ: item dolore fugæ duris Troiani.* Aufert.] *Interpretatio.* Cunctantem.] *Aeneam metu Didonis cum mora meditantem defectionem sui.* Suscipiunt.] *Defectio: reginam, cuius membra externata exanimataq; referunt in conclaue.* Marmoreo referunt thalamo.] *A materia epitheton, ostendens regiam magnificentiam ædificij pro referunt in thalamum, & reponunt in stratum*

At pius Aeneas] *Sapientis est, affectus suos ratione uincere: ut factitantem hic indocet Aeneam. Amat Didonem quidem, cupitq; eam blandis uerbis consolari, licet remedium dolori non admittat: numinis tamen iussa hominum gratiæ anteponit.* Curas.] *ægritudinem animi.*

Multa gemens.] *multum nomen pro aduerbio.*

Animum.] *synecdoche: κατὰ τὸ ἐκ, pro animo.*

Frondentesq́;] *ligna in remorum usum, quæ sub uernum tempus iam frondescerent: licet Dido paulò antè, ad facilitatem manendi persuadendam, obiecerit, eum tempore hyberno classem moliri.* Robora.] *Amplificatio, cùm integra robora, arbores glandiferas indolatas è sylua in naues conuexisse dicat. Addit obiter præcipitantiæ causam efficientem, studium fugæ nempe, antequam à Pœnis opprimerentur.*

ARGVMENTVM.

Troianos è Carthaginis littore fugientes formicis cibaria ex agro in suas latibulas deferentibus cōparat.

Migrantes cernas, totaq́; ex urbe ruentes.
Ac ueluti ingentem formicæ farris aceruum
Cū populant, hyemis memores, tectoq́; reponūt:
It nigrum campis agmen, prædamq́; per herbas
Conuectant, calle angusto: pars grandia trudunt
† Obnixè frumenta humeris, pars agmina cogūt,
Castigantq́; moras: opere omnis semita feruet.

NASC. Ac ueluti.] *Quidam putant hanc comparationem ex decimosexta Iliad. sumptam esse: cumq́; Homerus de muscis agat, Virgilium, relicta muscarum mentione tanquam indigna, soliq; poëmatis maiestati parùm conuenienti, ex formicis comparationem duxisse. Sed mea quidem sententia hallucinantur: nam comparatio illa, quæ de muscis Homerus utitur, ita eius negocio quadrat, ut huic loco nulla ex parte conuenire uideatur: non enim cùm de muscis ageret, earum industriam, laborem, solertiamq́; descripsit: quia ad rem facere non uidebatur. hoc enim Homeri consilium fuit, & intentio, milites sic uersari circa Sarpedonis cadauer, ut muscæ tempore Veris per mactas lacte plenas uolitare solent. Sed Virgilius Troianorum fugam parantium laborem, industriamq́; in ferendis ad naues rebus nauigationi necessarijs designare uolens, eas formicis comparauit: quibus nullum aliud animal est, aut in rogandis cibarijs diligentius, aut in ijs, quæ contingere possunt, aduersis cautius, aut prouidum magis. de quo ita quoq; Horat. in primo Serm. Satyr. 1.*

‡*al.* Obnixe C

Paruula nam exemplo est magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; potest: atque addit aceruo,
Quem struit haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non usquam prorepit, & illis utitur antè
Quæsitis patiens ——

Sed ut res tota melius, aptiusq́; intelligi possit, Homeri comparatio adscribenda est:

οἱ δ' αἰεὶ περὶ νεκρὸν ὁμίλεον, ὡς ὅτε μυῖαι
σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει.
ὣς ἄρα τοὶ περὶ νεκρὸν ὁμίλεον.

Hyemis memores, tectoq́; reponunt.] *ita quoq; de apibus in Georg.*

Venturæq́; hyemis memores æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

It nigrum campis agmen.] *Rei humilitatē magnitudine uerborum extollit: uidetur enim cùm ait: It nigrum campis agmen, non de formicis, sed de militum turmis agere. Sic in 4. lib. Georg cùm de apibus loquatur, rem uerbis mirum in modum effert:*

Admi-

» *Admiranda tibi leuium spectacula rerum,*
» *Magnanimosq; duces, totiusq; ordine gentis*
» *Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.*

Hoc Ennij hemistichium de elephantis ait Seruius esse.

Conuectāt calle angusto.] *nō conuehunt dixit, sed conuectant, quia non semel tantùm, sed sæpius more militum prædantium hoc faciunt. Verg. in 9. Aeneid.*

» *Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.*

Illud etiam diligenter obseruandum est, Poëtam eminentiss. spondei tarditate uehendi tarditatem, difficultatemq; designare uoluisse: nam formica animal paruum est, nec nisi magno labore, ac tarditate granum impellere potest. cui illud quoq; accidit perincommodum, quod calle angusto, multisq; difficultatibus impedita illud trahit. propterea sequitur: Pars grandia trudunt Obnixæ frumenta humeris.] *grandia comparatione formicarum, ideò obnixè.* Castigantq; moras.] *nam principes habent, sicuti apes.*

LAMB. Hort. MIGRANTES] *Sūmatim hypotyposin ex urbe fugientium Troianorum proponit. Hanc statum illustrat eleganti comparatione, sumpta à natura & indefesso studio formicarum.* Ruentes.] *continenti agmine fugientes: metaphora.* Ac ueluti.] *Sedulitatem ac studium Troianorum fugientium, laborantiumq; circa farciendas naues, formicarum disciplinæ comparat: idq; exemplo Homerico, qui suam similitudinem à muscis duxit Iliad. secundo:*

» ἠΰτε μυιάων ἁδινάων ἔθνεα πολλά,
» αἵτε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν
» ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει.

At Vergilius suam comparationem sumpsit è paræneſi Phocylidis, quam no solùm aptè huc accommodauit, uerumetiam doctè uertit:

» μύρμηκες γαίης μυχάτοις πολλοί ποτε οἴκων
» ἔρχονται βίοτον κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι
» λοῖα κείρωνται καρπῶν πλήθουσιν ἀλωαί.
» οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο φορεῦσιν ἄχθος ἔχουσιν,
» ἢ κριθῶν, αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει,
» ἐκ θέρεος περὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐσάγοντες,
» φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.

Id est,

» *Formicæ obscuris antris æstate relictis*
» *Descendunt, dulci uictus ratione carentes,*
» *Quando rura iacent demessis frugibus alba*
» *Tonsa satis, complent uacua horrea fructibus acres.*
» *Triticeum quarum hæc tritum super graue pondus*
» *Conuectant humeris, aut hordei: & usq; ferentem*
» *Sectatur, quæ gestat onus: uictumq; cibumq;*
» *Ad brumam gelidam cogunt æstate sub antrum:*
» *Infractum genus, & modicum, multiq; laboris.*

Formicæ tempore uerno uermiculum ouis similem gignunt. Et quemadmodum utiles faciunt cibos apes, ita illæ prudenter in hyemem sequentem condunt. Ore onera uiribus maiora gerunt: sed auersæ maiora pedibus postremis humeris obnixæ moliuntur. Semina arrosa condunt, ne rursum integra in fruges expullulent è terra madefacta proferunt ac siccant. Operantur noctu, maximè plenilunia: & interlunio ab opere cessant. Tanta est earum sedulitas, cùm ex diuersis locis conuehentes, altera alterius sit ignara, ut signa recognoscant: certi dies ad recognitionem mutuam, nundinis dantur, in annum cibum condunt: & ipsæ se inter se sepeliunt. Cum obuijs quasi A *quædam collocutio est. In earum itinere apparent attrita silices: & semita in opere facta. In India formicæ habent cornua. Apud Dardas, Indos septentrionales, aurum egerunt ex cauernis terræ. Felino sunt colore, magnitudine Aegypti luporum. Inter alias arborum pestes recensentur & formicæ, ut conuoluoli seu uolucres. Verùm illas abigunt, rubrica ac pice liquida perunctis radicibus: item pisce suspensa iuxta in unum locum congregant, aut lupino trita cum oleo radices linunt. Sunt & hortis infestæ formicæ, maximè non riguis: aduersus quas Sabinus, authore Plin. remedium primus monstrauit, limum marinum, aut cinere obturata earum foramina. Sed longè efficacius heliotropia herba necari creduntur: aut aqua diluto latere cruda, quæ planè inimica eis putatur. Formicæ tempestatum præsaga sunt animalcula: nam & absconditæ contra industriæ suæ naturam, concursantes, progerentesq; oua, præsagium aëris sentiunt. Sunt & formicæ uenenatæ, sed quas tantum Italia nouit. Est ubi etiam aurum eruunt. Inueniuntur formicæ, quas uocant Herculaneas: quibus tritis, cum modico salis, lepra, lentigo, & id genus uitia curantur. Huius animalculi prudentia itaque speculum est & exemplar ad* B *laborandum, ne in posterum egeant. Nata fabula est formicæ & cicadæ: quarum altera industriæ & prudentiæ mortalibus, altera ignauiæ documentum esse debet. Iam uerò idem animal, quantumuis sit pusillum, tamen irritatum, perinde ut serphus lacessitus, cupit se ulcisci. Hinc parœmia; Inest & formicæ & serpho bilis sua: qua monemur, ne temerè inimicum, quantumuis infirmum, contemnamus lacessitum, quod per occasionem se queat ulcisci. Formica camelus, uel de uehementer inæqualibus, modò minimis, modò maximis, quod perinde esset, ac si camelus repentè in formicam conuersus esset: uel in eos qui sibi non constant, in utranq; partem immodici.*

Ac ueluti.] *Comparatio formicarum ad sedulitatem Troianorum referenda est, perinde ut id quod statim sequitur, à re militari metaphoricè ductum est, quo res alioqui minutas natura, egregiè amplificet, ut est Poëta in eiusmodi rebus artifex.* Ceruas.] *Enallage personæ, secunda pro tertia.* Farris.] *frumenti.* Populant.] *pro populantur, generis enallage: hoc est, prædantur: militaris uox.* C Hyemis me.] *Industriam ac prudentiam formicarum significanter proponit, cùm alioqui cicadarum ingenium ignauum sit, & iners,* Tectoq;.] *in tectum, in antrum metaphoricè.* It nigrum.] *Mirè insurgit in amplificandis rebus minutis: quæ ut multò habeant maiorem gratiam, hæret constanter in metaphoris à re militari ductis: ut agmen nigrum conuectant prædam, cogere agmina, & castigare tardiùs incedentes, aut cessantes. Hemistichiū hoc ex Ennio sumpsit.* Agmen.] *ab agendo dictum: neque uerò solùm ad homines, uerumetiam ad alia quælibet refertur prolepsis.* Calle] *Callem Grammatici dictum uolunt semitam, quæ callo pedum induruerit: & semitam arctam, ac quasi uiam dimidiam.*

Feruet.] *studio ac assiduis laboribus plena est: metaphora. Ferueo, seu feruo, non solùm ignis est ac flammæ, uerumetiam frigoris & uentorum: quemadmodum & uerbum æstuo, & æstus. Feruet hyems, feruet mare, perinde ut æstuat: feruet æstas. Itaque uia formicarum laborum operibus agitatur.*

ARGV-

A

ARGVMENTVM.

Conuertit se κατ' ἀποστροφὴν ad reginam Poëta: quasi illius vicem dolens, quòd, quem tantopere amat, propediem amissura sit. quamobrem inuehitur in amorem, cuius vim, potestatemq; exemplo Didus occulte declarat.

Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quosue dabas gemitus? cùm littora feruere latè
Prospiceres arce ex summa, totumq; uideres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos † submittere amori,
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

NASC. CERNENTI talia.] nam oculi augent dolorē. unde & maior commiserationis affectus moueri uidetur. Quosue dabas gemitus.] uel, ô quâ dolore. *vel summittere* Cùm littora feruere latè.] Quod modò uno uerbo expresserat, nunc idem pluribus dilatat uerbis, ad amplificandum Didonis dolorem: qui eò magis excitabatur, quò magis Troianos oculis cernebat ad fugā paratos. Totumq; uideres Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.] duorum hic sensuū mentio fit, uisus, & auditus, uidebat, quæ parabant, ut abirent, ipsos præ lætitia clamantes audiebat: quæ omnia ad mouendam, augēdumq; dolorem efficacissima erant.

B Improbe amor.] præ indignatione exclamat Poëta in amorem, illiusq; potestatem uehementer extollit. talis est illa ex 3. Aen.

» ——quid non mortalia pectora cogis
» Auri sacra fames?

Et est locus ex Apollonio sumptus lib. Argon. 4.

» Σχέτλι' Ἔρως μέγα πῆμα, μέγα στύγος ἀνθρώποισιν,
» Ἐκ σέθεν οὐλόμεναί τ' ἔριδες στοναχαί τε πόνοι τε,
» Ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἀπείρονα τετρήχασιν.

In hoc autē alter ab altero differt, quod Apollonius nonnulla quæ ex amore incōmoda proueniunt, separatim pluribus recenset, discordias, luctus, gemitus, doloresq; infinitos. Virgilius uerò communiter paucis omnia complectitur, quid non mortalia pectora cogis?

Ire iterū in lacrymas.] ad quid amor Didonē coēgerit, planū facit, nempe ut fletu, ac precibus sese iterū Aeneæ submittat: quod præter reginæ decorū fieri uidet. Sed

C tanta est uis amoris, ut nullus amans sit liber, neq; suus, sed alienus, ideo uerbum addidit odiosum. Supplex.] deinde illud etiā subdit: Animum submittere amori.] quod minimè decet hominem sui compotem. id autem est commodum, decorumq; uidere, & agnoscere, & tamen utrunq; negligere. Ne quid inexpertum.] hoc ad Didus excusationem additum esse uidetur: nam cùm ex uita migrare illius iniussu, qui uitam donauit, magnum sit nefas, Dido sibi conscia, omnia experitur, omnia tentat, ut, si fieri potest, Aeneam à sententia reuocet, priusquam sibi mortem inferat, ut eius excusatio uere accipi possit, si, cùm nihil sit, cur uiuere uelit, seipsa sponte necauerit.

dem ut ex amplificatis causis ægritudinis reginæ, lectoris affectus concitet, quibus fingatur ipsa tum fuisse. Hac apostrophe utitur ad absoluendā epitasin huius tragœdiæ. Cernenti.] Ecqua illa sint, quibus uariè affecta fuerit, iam mox ipse enarrabit, ut omnia sint clara & perspicua. Sensum uidetur posuisse pro affectu, seu mente, seu animo: quasi diceret, quomodo fuisti affecta? quo erat animo? Eclipsis, fuit. Feruere.] Enallage coniugationis. Veteres multa id generis uerba in utraq; coniugatione flectebant, secunda & tertia: ut fulgeo, cauo, & similia. Hodie ad secundam tantùm pertinent coniugationem, sicut tergo & fugo ad tertiam. Causas itaque lacrymarum ac gemitus auxit. Arce summa.] inde prospiceres ex arce, ex summa arce: ut multò præsentius discursus Troianorum oculis subijciatur. Arces principum sunt: non autem priuatorum ædes, ut à quibus uis arceatur. Misceri.] turbari. ipsum autem uerbum in hoc significatu prouerbium sapit: & cum adiunctis, misceri omnia, miscere sacra prophanis, mare cœlo miscere, & similia. Clamoribus.] uidelicet Troianorum, ac nautarum festinantium, apparantiumq; naualia. Quod uerò Ante oculos addit, emphasis est. Ostendit admirabilem animi dolorem ex ipso aspectu: cùm minus discessus oculis sublatus reuera doleat. Itaq; singularem ægritudinem reginæ uolens exprimere multa simul coniunxit: Prospiceres ex arce, & quidem summa, ac uideres ante oculos. nisi quis malit pleonasmum interpretari. Improbe amor.] Exclamatio per auersionem, in uiolentiam amoris, per quem mortales eò amentiæ ueniunt, ut sui impotes prorsus reddantur. Quid.] Defectio: quid non cogis humana pectora moliri? uel, ad quid non cogis pectora humana? quasi dicat, ad nihil non: nam ipsi eius id genus, uim habent uniuersalem. Ire iterum.] iterum in lacrymas fundere. Animos, animum: pluralis pro singulari. Nam quæ paulò antè infestè cum Aenea, exprobatis etiam beneficijs, expostulauit, eidē nunc supplicem se dedere statuit, ut est amoris inconstantia. Ad eundem modum Terent. Thrason Quid nisi ut me dedā Thaidi? Ne quid.] Causa, quamobrem supplicem legationem mittere cogitur. Inexpertum, passiua significatione usurpauit, pro intentatum, quamuis frustrà, ne sibi defuisse dicatur.

LAMB. Hort. QVIS tibi.] Auersione torquet orationē suam ad Di-

ARGVMENTVM.

Didonis oratio est obsecratoria, siue petitoria, qua hanc à sorore ueniam petit, uideat diligēter, an ab Aenea tantùm profectionis moræ induciarum impetrare possit, ut suo dolori callum obducat: & patiendo aduersa perferre discat: quæ enim repentino contingunt, feriunt magis: quibus si aliquid temporis concedatur, in dies molliora fiunt.

Anna, uides toto properari littore circum,
Vndiq; conuenêre, uocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

NASC. ANNA, uides.] A profectione Troianorum exorditur: quā probat à signo. idq;

propterea, opinor, facit, ut sororem celerius ad negocium impellat: quasi innuere uelit,

Et perferre soror potero: miseræ hoc tamen unum
Exequere Anna mihi (solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola uiri molleis aditus & tempora noras)
I soror, atq; hostem supplex affare superbum.
Nō ego cum Danais Troianā excindere gentem
Aulide iuraui, classemúe ad Pergama misi;
Nec patris Anchisæ cineres manesúe reuelli.
Cur mea dicta negat duras † dimittere in aures?
Quò ruit? extremū hoc miseræ det munus amanti:
Expectet facilemq́; fugam, uentosq́; ferentes.
Non iam cōiugium antiquū, quod prodidit, oro:
Nec pulchro ut Latio careat, regnumq́; relinquat.
Tempus inane peto, requiem, spaciumq́; furori,
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro ueniam, miserere sororis:
Quā mihi cū dederis, cumulatā morte † relinquā.

† al. demittere

† al. remittam.

uelit, hoc in negocio exequendo non opus esse cunctatione, sed celeritate: cùm iam omnes cōuenerint Troiani, ut abeant: naues coronarint, uelaq́; uentis expanserint. quæ signa sunt abitionis notissima. Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.] Lætitiæ, securitatisq́; animi signum est coronare naues: id enim facere solebant nautæ cùm præsertim aliquò migrarent, ubi se aliquid boni consecuturos sperarent. Hunc ego si potui tantū sperare.] argumentatur à minori per ἀκυρολογίαν: hoc est, per sermonis improprietatem: nā sperare pro timere positum est. ut in 1. Aeneid.

At sperate Deos memores fandi atq; nefandi.

Et in 11 Aeneid.

Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro, &c.

Speramus enim bona, timemus aduersa. hoc autem designare uidetur, nihil sibi inopinatum cōtigisse, sed id malum antea secum commentatam fuisse: unde sit quidem uelut, sed non à loco præter spem: ut quidam falsò existimarunt. Miseræ hoc tamen unum Exequere.] per commiserationem petit, ut facilius sororem ad negocium impellat: nec tamē quid ipsa uelit, statim postulat, sed artificiosè petitionē differt, rationesq; assignat, quamobrem ipsa per sororem se uoto potiri posse putet.

Solam nam perfidus ille.] argumentatur à facili sub uerisimili causa ex amore deducta, quod ab Aenea colitur, &, quod magis etiā refert, illius cōsilijs intima est.

Sola uiri molleis aditus.] impetrādi facilitatem exaggerat ex cognitione sororis: cui & natura Aeneæ, & tempus adeundi, atq; alloquendi illius ualde exploratum erat: hoc enim sorori dat soror, ut sola habeat perspectos diligenter illius mores, solaq́; ea temporis momenta aptiùs perspiciat, quibus Aeneam adire possit, ut ab eo, quod uelit ipsa, benignè impetret, quibus uerbis Poëta eminentis affectum, diligentiamq́; designare uidetur: quam orator in perspiciendis moribus, auditorumq́; animis adhibere debet: maxima enim uis oratoris (inquit Cic. in orat.) in mentibus hominum existit, uel ad iram, aut ad odium, aut ad dolorem incitandis, uel ab ijsce ijsdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamq́; reuocandis: quæ nisi qui naturas hominum, uimq́; omnem humanitatis, causasq́; eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitùs perspexerit, dicendo, quod uolet, perficere non poterit.

I soror, atq; hostem supplex.] Blāda exhortatio ex necessitate, quam elegans exornat ἀντίθεσις: nam supplex, & superbus ἀντίθετα sunt: occultè autem monet Poëta cum homine duro, superbo, & intractabili animi demissione utendum esse. obseruandum porrò est, quod cùm animi ingrati in Aenea uitiū Dido exaggerare uellet, eum hostem superbum appellasse: qui non solùm beneficia non rependerit, sed tanquam hostis eam ab hostibus

diripiendā reliquerit. A

Non ego cum Danais.] per auersionis interpositionē à proposita quæstione Annā abducit. Quint. lib. 9. cap. 2. uocari quoq; auersionem ait, quæ à proposita quæstione auducentem auertit: citatq́; hunc Vergilij locum: & id fieri ex multis, uarijsq́; figuris docet, cùm aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus uidere posse ignoramus, quale est principium pro M. Cælio. sanè exprobrat Aeneæ crudelitatem, quod perinde ab eo ipsa tractetur, ac si una ex illis fuisset: qui in Aulide in perniciem Troianorum cōiurant, aut, quod certè maius est, si Anchisæ patris eius sepulchrum uiolasset. persimilis est apud Eurip. locus in Andromache ubi ipsa hunc in modum loquitur: B

[illegible]
[illegible]
[illegible] id est,
Audi, cur occidis me? quamobrem? quam urbem
Prodidi? quem tuorum interfeci filium ego?
Quam domum succendi?

Nec patris Anchisæ cineres.] Quod impiū, & irreligiosum fuit uel Eurip. testimonio in Phœnissis.

[illegible], inquit, [illegible].

Sed & iureconsulti sepulchrorum uiolatoribus pœnas diuersas statuūt. Constantinus n. qui de sepulchro saxa, uel marmora, uel columnas, aliamue quancunq; materiā aut uendēdi, aut ædificandi gratia abstulerunt, decē auri pondo fisco inferre iubet. Si uerò corpora ipsa de sepulchris extraxerint, uel ossa eruerint, humiliores quidē Pauli I.C. sententia, summo afficiuntur supplicio: honestiores aūt in insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallū damnantur. Sed lege apud Iurecons. Tit. de sepulchrorū uiol.

Cur mea dicta negat.] p̄muniit sibi uiā ad petitionem, uel potius sorori præscribit petitionis modū: uidetur enim uelle huiusmodi increpationibus ex amoris, dolorisq́; affectu prouenientibus Aeneæ animum mulceri, atq; allici. C

Duras demittere in aures.] non superbas dixit, sed animi uitium mitiori uoce temperauit, nō oblita quod suprà dixerat: —— atq; hostem supplex affare superbū. non enim elatis, tumidisq́; uerbis eū affari, aut irritare debebat, ut qui supplex accesserat. Quò ruit?] quasi dicat, præter rationē, præterq; necessitatem? Extremum hoc miseræ det munus amāti.] quæ extrema petuntur, faciliùs impetrari solent, unde & paulò pòst:

Extremam hanc oro ueniam ——.

Sed duæ, ueluti calcaria additæ sunt uoces affectibus plenæ, misera amanti, quæ ferreum cuiusuis animū mollire, tractabilemq́; reddere possunt. Expectet facilemq́; fugam.] sibi regina cōsulit per speciem utilitatis Aeneæ, unde ex sua persona illius beneuolentiam colligit, quod amantis commodum suo præferre cōmodo uidetur. Non iam coniugium antiquū.] [illegible] Aeneā coniugē

A [illegible] dispositione liberat: & quodque ita est, comparatione [illegible] rerum concessu facile, honestumque etiam esse dederat. Coniugium antiquum.] [illegible] frequens. Est Euripidis locutio, sed non hoc sensu. nā hóc in loco antiquum charum intelligo, uel reginæ, uel Aeneæ, quod si nunc secus appareat, ita tamen initio Dido putabat. Tempus inane peto.] hæc summa est, ac totius petitionis punctus. Dū mea me uictam.] eandem sententiam ita protulit Ouid. in epist. Didus ad Aen.

» Dum freta mitescunt, & amor dum temperat usum,
» Fortiter edifcam tristia posse pati.

Extremā hanc oro ueniam.] peroratio est per commiserationis affectum, quæ grati animi, nec beneficij immemoris significationē habet, ideò sequitur: Quā mihi cùm dederis, cumulatā morte relinquā.] Secus, aliique interpretes hic distinguendū putāt, Quā mihi cū dederis cumulatā. Sed malè: qui neque profectò sensum Poëtæ satis percipere mihi uidētur. illic igitur distinguendū est, Quā mihi cū dederis: ut postea sequatur: cumulatā morte relinquā. & est sensus si mihi hanc ueniam dederis,
B non moriar prius, quàm tibi cumulatissimè satisfaciam.

LAMB. Hort. Anna uides.] Suasorij generis oratio est, qua à sorore petit, ut legationem suam ad Aeneam obeat, persuadeatque illo, ut ad tempus aliquod saltem, si non in totum manere dignetur. Docet discretè sororem, quibus argumentis, ad persuadendum accommodatis, ut est amātis animus sollicitus, uti debeat: à nullis suis commeruit in gētem Troianam, quamobrem se fugiat. à nulla sua impietate in mortuum parentem, à difficultate & importunitate temporis, & petitionis extenuatione. Sed & principis est, in legationibus mittendis mandata edocere, inter quæ nihil immutare fas sit legatis. Ergo diligenter mandat, quibus argumētis, in dissuadēda subita fuga utatur. Anna uides.] Exordium ab attentione ductum est, à demonstratione rei præsentis. Nam mādatura furori, quod curatū uelit, monstrat è sublimi arce discursum properantium Troianorū: quo attentam facit ad id, cuius causa eò conscenderint.

Properari.] Impersonaliter, quæ oratio aliquādo personali uehementior est. Circum.] licet aduerbialiter posita sit præpositio, sed quia postposita est. quasi dicat, littora circū, anastrophē interpretari licet Carbasus.] Hypallage: pro auræ & uenti uocāt carbasa. Puppibus.]
C Quo pacto apud ueteres soluturi portum, ubi hyematurum erat, nautæ naues coronabāt, parum liquet: constat certè, uel summo malo ramum, uel coronam [illegible] eos imponere solere, signum lætæ nauigationis. Hodie è portu in altum abituræ naues, signa in summo malo fixa explicant, & tormenta ferè emittunt. Ex signo id intelligimus, quod eo significatur: mox mox Troianos deducturos in altū naues. Læti.] propter nauigationem in Italiam. ac prorsus nihil fore uidētes uim Punicām. Sperare.] timere. acyron. Est autem propriè spes, unde sperare futurum bonum sectari ac persequi: perinde ut metuere, & metus, futurum imminensque malum fugere. Potui.] pro potuissem, modus pro modo. Facilè hanc omnem ægritudinem pertulissem, si multò antè eum tam præcipitanter abiturum fuisse præscissem: sed ne tam perditè quidem eum unquam adamassem à loco, præter spem. Mihi.] Propositio petitionis, ut cùm huiusmodi mandatis Aeneam adeat. Te colere.] A facili & enallage modi, pro colebat, credebat tibi omnia sua arcana consilia Hostem.] Aeneam. Hostes, ab antiquo dictos uolunt. unde hostire, comprimere, æquare, cædere. Sed ueteres, etiam hostem peregrinū uocabant, quòd cum suis moribus, suisque legibus uiueret, uobis æquus uideretur Verùm ea significatione exoleta, nunc usurpatur pro eo qui contra aliquem arma induit. Videtur Vergilius hanc uocem usurpasse pro uetusta significatione: hoc est, pro peregrino: ut contemptim illum ipse appellatione uocet, cùm aduersus reginam nulla arma tulerit, nisi fortassis eum uel ob id hostis loco ducat, quò ipse inuita sit nauigaturus.

Non ego.] Mandata Didonis, cum argumentis, quibus ad dissuadendam fugam utatur. A pio, & à nullis suis malis meritis. Vtitur autem enthymemate huiusmodi Is fugiendus est, qui in excidium gentis Troianæ, in Aulide, portu Bœotiæ, coniurauit. ergo me fugere non debet. Aulide.] In Aulide Defectio. Aulis in Bœotiâ est, nobilis amplissimo portu, & nauium capaci. opposita Calcidi in Eubœa In Aulide exercitus Græcorū Helenam à Paride raptā bello repetiturus cōiurauit. Tradunt quidam, Agamēnonem in hoc, ut in aliis quibusdam per totam Græciam locis, puteps fodisse, quos Agamemnonios appellā[illegible] Homeri enarrator lib. Iliad. 2. Aulidem dictam contendit, ab Aulide Euonymi filia, uel quod Græci ibi castra metati sint, ibique hæserint. [illegible] quòd Græci ibi collecti essent aduersus Troiam. uel, [illegible] ut quæ fluentia quæque Trypi[illegible] Præter Aulidem in Bœotia multæ aliæ nobiles fuerunt ciuitates, ut Oropus, Amphiarai templo & oraculo celebris, Lebadia, Aliartee, Platea, Cheronea: sed omnium illustrissima, Thebæ Bœotiæ dictæ. In Aulide tradunt classem Græcorum tempestatibus detentam, donec filia ducis Agamemnonis Iphigenia Dianæ Aulidensi mactata, dea placaretur. Lucretius lib. 1.

Aulide quo pacto Triuiai uirginis aram »
Iphianassai turparunt sanguine fœde »
Ductores Danaûm delecti.—— »

At Græci scriptores, pro Iphigenia, quā Lucretius Iphianassam uocat, ceruā suppositam, translatam in Tauricā uirgine, tradunt quos Ouid. lib. 12. Metamorph. imitatus:

Nec dilata foret (inquit) uindicta, nisi æquora saui »
Inuia fecissent uenti, Bœotaque tellus »
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras. »
Hic patrio de more Ioui cùm sacra parassent, »
Vt uetus accēsis incanduit ignibus ara, »
Serpere cæruleum Danai uidere draconem »
In platanum, cœpit quæ stabat proxima sacris. »
Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore summa: »
Quas simul & matrem circum sua damna uolantem, »
Corripuit serpens, auidaque recondidit aluo. »
Obstupuēre omnes, at ueri prouidus augur »
Thestorides, Vincemus, ait gaudete Pelasgi: »
Troia cadet, sed erit uestri mora longa laboris, »
Atque nouem uolucres in belli digerit annos. »

Classem.] Nō solùm nō coniuraui cū ducibus Græcorū in Aulide contra Troianos, sed ne auxilia quidē misi, cur debeat me ut hostem fugere Sed & de Aulide ita Statius:

Pernamates Danai Hecatea congregat Aulis. »

Nec patris.] A pio in patr[illegible] inclusum, fato dudum defunctum. Varro auctor est [illegible]omedem Anchisæ ossa effodisse, ob quam impietatem, cum aliis super alias calamitatibus affligeretur, coactus fuit oraculo Aeneæ patris sui ossa unà cum Palladio restituere. Hinc illud fortasis in quinto, ubi exacto anno ad sepulchrum patris rursum delatus esset:

—salute recept Nequicquam cineres.— Ad istum modum video Seruium hunc locum explicare. Mihi porrò Poeta uidetur ad Solonis sanctiones respexisse, quarum una erat, Ne in uita defunctos conuicia iacerentur: altera, Ne quis sepulchra uastaret. Vnde leges postea 12. tabularum descripta fuerunt his uerbis: Defunctis iniuria non afficiuntor: &, Deorum manium iura sancta sunto. Vnde lex: Vbi corpus demortui hominis condas, sacer esto. Et Plutarch mortuos quoq; sacros docet. Per has leges nefas erat, sepulchris ossa extrahere. Quod si sepulchrorum uastatores, ossa mortuorum eruât, Pauli sententiis humiliores extremo supplicio mulctantur: honestiores uerò, aut in insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur. Verba iurisconsulti sunt ff de sepulchro uiolato: Rei sepulchrorum uiolatorum, si corpora ipsa extraxerint, uel ossa eruerint, humiliores quidem fortunæ summo supplicio afficiuntur: honestiores in insulam deportantur: aliàs, aut relegantur, aut in metallum damnantur. Adeò p nulla gens ferè tam effera est, quæ nolit, sepulchrorum rationem esse habendam, præter nescio quos Lotophagos, qui per extremam barbariem, defunctos in mare abijciunt, nihil referre arbitrantes, igniue, an aqua, an terra putrescant. Pari ferè barbarie in mortuos erant Sabai & Albani. Quod autem Regina cineres manesue reuellere dicit, id Paulus corpora extrahere, uel ossa eruere uocat, Cod de sepulchro uiolato: Qui sepulchra uiolant, domos (ut ita dixerim) defunctorum, geminum uidentur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & uiuos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa, uel marmora, uel columnas, aliamúe quamcunq; materiam fabricandi gratia: siue id fecerit uenditurus, decem pondo auri cogatur fisco inferre. siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudiciū querelam detulerit, siue quicunq; alius accusauerit, uel assicta nunciauerit, quæ pœna prisca seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra uiolantibus uidetur impositum. Huic autem pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerit. Hactenus ille. Tam seuerè idem Imperator Constantinus sepulchrorum uiolatores puniri uult, ut iudices in ea re supinos 20. libris auri uoluerit mulctari: Cod. eodem tit. l. Si quis sepulchrum. Et l. Si seruus in demoliendis sepulchris fuerit apprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallis adijcietur. Si uerò domini authoritate, uel iussione, relegatione plectitur. Et si forte detractum aliquod de sepulchris, ad domum eius uillamq; prouectum reperitur: uilla, siue domus, aut ædificiū quodcunque erit, fisci iuribus uindicetur. Proinde cùm Dido uelit ostendere, se nihil neq; Troianæ gentis uastatam fuisse, neq; impium in mortuum Anchisen, quamobrem se fugiat, de duobus illis, ut summis criminibus se expurgat, antequam accusator, quare eam odisse posit, aut debeat.

Quò ruit] præceps, non bene animo deliberato, nec rationibus consiliorum bene subductis: quòd per anni tempus & signorum tempestatis orientium inclementiam haudquaquam tutum sit maria tentare.

Expectet] A difficultate temporis præsentis Sed, cùm fugā dicit, atracia ace abitum significat. Ventos ferentes, secundos dicit, ac fauentes. Non iam] concessio quasi dicat, Esto, nullum coniugij fœdus intercesserit, quod ipse negat inter nos coiuisse: neque peto ut sua Italia possessione desituatur. Antiquum.] uel charum, ut Sat. uiuit et pamt: uel quod ab initio inter nos firmum est, tumq; fuit. Porrò, prodidit pro uiolauit usurpatum est.

Tempus.] A facili, cum extenuatione petitionis: ut saltem abitum suum differat, dum hic furor senescat. Et ueniam, beneficium hauddubiè dixit. Nam tantillum spacium, beneficij loco ponit. Miserere sororis.] Ludouis: Pathos à sexu. Cumulatam] abunde pensatam mea morte.

ARGVMENTVM.

Annæ sororis oratio nihil profecisse ostenditur: licet argumentis usa fuerit, eosq; animi affectus concitauerit, qui hominem uel obstinatissimum mouere possint cuius rei causa fatis assignatur quæ Aeneam ita firmum, ita hac in re pertinacem reddiderant, ut uirtute merito robori hinc, illinc uentorum flatibus agitatæ, ueruntamen immobili comparetur.

NASC. Fert. refertq.] fert à Didone, & refert, i. exponit Aeneæ. Sed nullis mouetur Fletibus.] animū excelsum, ferūt Stoici, nullis perturbari minis, nullis casibus, nullis fortunæ sæuitiis procellis moueri attamen est nemo adeò firmus, adeò rectore animo septus, quin nisi diuino præsidio muniatur, amoris iam in se accensis facibus resistere queat. quamobrem cùm Poëta eminentissimi in ea cupidinem flamma Aeneam tam animo firmum, & constantem descripsisset, causam statim tantæ firmitatis assignauit, inquiens.

Talaterram

Talibus orabat, talesq; miserrima fletus
Fertq; refertq; soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut uoces ullas tractabilis audit.
Fata obstant, placidasq; uiri Deus obstruit aures.
Ac ueluti annosam ualido cum robore quercum
Alpini boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terras concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum uertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc atq; hinc uocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas,
Mens immota manet, lacrymæ uoluuntur inanes,

Fata obstant.] & rectè sanè: nam aliter probabile nō esset, Aeneā languentis reginæ amori non succubuisse. Sed illi uicem rependit in sexto ab eo lacrymante, atque etiam orāte nihilo melius mouetur ipsa quàm hic mouetur Aeneas, ideoq; uti Aeneā quercui, sic in sexto Didonem silici Poëta cōparauit, cùm ait 6. Aeneid.

Nec magis incepto uultum sermone mouetur, "
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. "

Ac ueluti annosam] animi firmitatē Aeneæ elegantissimi, ualdeq; negocio apposita similitudine exaggerat: nā uentis persuasiones sororum suas: non enim boreas, sed borean

A rex numero multitudinis dixit: propterea quod Aeneas ab Anna, & Didone uerbis obtunditur. stridor uentorum ad dolorem pertinet Aeneæ. frondes lacrymæ sunt Aeneæ: nam quemadmodum uenti, etsi diu quidem, & cum impetu stridentes folia tantùm prosternunt, quercum uerò annosam, radicibusq; bene firmatam mouere non possunt, ita nec uerba, nec lacrymæ Didus, & Annæ Aeneam à firmo animi sui proposito auertere, aut reuocare possunt, eò tamen impellitur, ut sæpe doleat, interdum etiam lacrymetur.

Et altè Consternunt terram.] altè, non longiter, aut diu, uti perperam Seruius, aliiq; interpretes opinantur, ad uentos aduerbium referentes. Sed copiosè, & ubertim: nam ad frondes referendum est: quarum tantus defluit numerus, ut altè: id est, ubertim, seu ualdè, seu copiosè terram consternant. Ipsa hæret scopulis.] immobilis permanet. Et quantum uertice ad auras.] causam immobilitatis roboris Physicè ostendit: nam Physici parem esse altitudinem radicum, atque arborum opinantur. Haud secus.] negotium similitudini accomo-

B modat.

LAMB. Hort. FERTQVE.] Iam, ne qua otiosa referantur, expositis Didonis mandatis, sat habet dicere, Annam frustrà cũ Aenea his de rebus egisse: additq; causam animi obfirmati. fata, per quæ pertinax hæserit in sententia, adeoq; nemini afflata preces & lacrymas forti pectore contempserit. Quod quidem ut splendidè narratum, non tenuem gratiam habeat, constantiam mentis graui comparatione illustrat. Fertq;.] Polysyndeton. Tractabilis.] nullas preces ipse inexorabilis, & propè adamantinus admittit.

Fata.] Constantiæ uel reprehensionem uel laudem, in fata & Iouem transfert. Deus.] Iupiter, à quo per Mercurium Carthagine facessere iussus fuerat.

Aculuti.] Ob firmatam fortis animi constantiam, & quibus machinis tentatus ipse non cesserit subiecturus, comparatione illustrat. Hanc autem aptissimè duxit à natura uenti septentrionalis, qui sua uiolentia annosas arbores sternere conatur. Sed quia altissimis radicibus hærent, frustrà undiq; oppugnantur. Ventorum septentrionalium flatus, preces, studium ac conatum sororum uocat: Aeneam annosæ arbori comparat, quæ firmis nixa radicibus immota obsistat. Comparationem hanc sumpsit Poëta ex

C 12. lib. Iliad. Homeri:

» ἕστασαν ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι,
» αἵ τ' ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα,
» ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι. Id est,
» Stabant, umbrosæ ceu quercus montibus altis
» Vertice sublimes, quæ uentos semper & imbres
» Assiduæ maneant magnis radicibus actæ.

De Polypete & Leonteo, qui portas castrorum fortiter defendebant, magnum Asium intrepidè aperientes. At Maro haud paulò sublimius καὶ τραχύτερον, quod corporis est, ad animi fortitudinem transtulit: & quidem liberius, amplificatis singulis comparationis partibus. Quod enim Græcus δρῦς dixit, id noster, annosam quercũ ualido cum robore, id quod rei magis quadrat: quo enim ueterior arbor, hoc altius agit radices, & proinde ualidior est, ad sustinendas uentorum procellas. Græcus solùm eas uentum & imbrem totum diem manere scribit, quod noster membris amplificatis, propositaq; rei natura copiosè uertit. Etenim sæuiente borea, arbores huc illuc agitantur, strident susurro rami, decutiuntur folia, stipite ipso immoto. Inde hoc dictum ab Homero:

ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι. «

At quantò splendidius Maro? qui, præterquàm quòd eam scopulis hærere fingit, etiam hyperbolicè altitudinem cadicis missæ amplificat? Annosam.] ueterem. Rectè annosam, neque abs re appellauit. Nam inter arbores prodigiosæ uiuacitatis uulgò creditur: quippe quæ centùm amplius annos nascatur, ac totidem senio emoriatur. Cæterùm glandiferarum arborum genus robur est, reliquæ eius sunt species. Robur, propter ligni duriciem, transfertur ad animi & corporis fortitudinem. Plinius author est, libro 16. capite 2. roborum uastitatem in septentrionali plaga Hercyniæ syluæ intactam, & congenitam mundo, propè immortali sorte miracula excedere.

Alpini.] septentrionales, quasi ex alpibus spirantes. Epitheton haudquaquam ob id boreæ tributum est, quod propter immensam altitudinem præ cæteris uentis & motum habeant: uerùm quod Italiæ septentrionales sint: nam à Tergesto in boream modica terræ interuallo, uasta altitudine alpium iuga attolluntur. Quæ recto cursu in occasum excurrentia, in Veragros & Sedunos eleuantur. Vnde in Austrum reflexa, mare Ligusticum à fronte excipiunt. Sunt authores non unius subsellij, qui tradant, Posidonium & Protarchum scripsisse, Rhyphæos & Alpes eosdem dici montes, qui ab Hyperboreis habitentur: & ultra Rhyphæos, à quibus spirat aquilo, collocantur Hyperborei. Et poëtis familiare est rebus à locis sæpe epitheta accommodare. Chrestomathiæ author. ὄρη ἐν ἄκραις ἀπὸ τῆς [illegible] ἀρξάμενα [illegible] ἐπὶ τὸ [illegible] ἐκτείνεται. Sunt autem Alpium iuga omnium totius Europæ montium altissima. Boreæ.] uenti, qui à solstitiali æstiua meta descendunt: hunc uentum Latini à uelocitate flatus Aquilonem dixerunt: quemadmodum Græci eundem Boream, ἀπὸ τῆς βοῆς: hoc est, boatu, quoniam sit uiolenti fremitus ac sonori. Verùm cùm Alpinas Boreas inter se certare dicat, septẽtrionales intelligit: Boream, quem Græci Aparctiam nuncupant: eiq; duos laterales, occasum uersus, Thrasceam: & ad orientis metam spectantem, Aquilonem, tres uidelicet ab Arctico cardine spirantes.

Certant.] Summum eorum conatum coarguit.

Stridor & altè.] Amplificatio. metaphora à cardinibus ducta, ad horrendum uentorum septentrionariarum latratum. Consternunt.] Ab effectu. Vertice.] Metaphora, ab hominibus ad quercum. Hyperbole, ad arboris robur & firmitatem amplificandam congruens.

Tartara tendit.] sub terram deorsum, at frustrà uentorum uiribus impugnetur. Hyperbole.

Haud secus assiduis.] Applicatio, quæ ostendit quidem eum motum nonnihil affectibus, at non uictum.

Tunditur. & magno persentit pectore curas.] Quod corporis est, ad animum transtulit: ut in illo quod sequitur, Voluuntur. nam inanes ob id fuerunt, quòd nihil apud ducem Troianum æqui obtinerent.

Hinc atque.] expostulationibus Didonis, & precibus Annæ.

A

ARGVMENTVM.

Signa varij generis Didonis mortem portendentia describuntur: quæ ipsa dum vina in sacris funderet, & vidit, & audiuit. nam vina nigrescere, & in sanguinem conuerti videt. & mortui coniugis voces, bubo- nis querimoniam accepit, quæ vnà cum ijs, quæ a vatibus audierat, quæq; ipsa videre videbatur, magnum illi horrorem inferebant.

NACS.

Tum uerò infœlix fatis exterrita Dido,
Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri.
Quò magis inceptū peragat, lucemq; relinquat,
Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusaq; in obscœnum se uertere uina cruorem.
Hoc uisum, nulli, non ipsi effata[*] sorori.
Præterea, fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum,
Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis
Visa uiri, nox cùm terras obscura teneret.
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere uoces.
Multaq; præterea uatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant: agit ipse furentem
In somnis ferus Aeneas, semperq; relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata uidetur
Ire uiam, & Tyrios deserta quærere terra.

[*] al. sorori est.

Fatis exterrita.] quod Aeneas à proposito reuocari nō poterat, quasi fatum esset, ut eo necis genere ipsa interiret.

Mortem orat.] mortis commiseratio- ne à desperatione ui- ta propter dolorem, quo adeò premebat, ut uita etiam pigeret.

Tædet cœli cō- uexa tueri.] q mo- ri cupiēs, ut lux, quæ ipsa uita est. semp mo- lesta esse solet. hinc illud est ex sexto Aen.

—lucemq; perosi
Proiecere animas.

Obseruandū hic præterea est, Virgilium (ut Nonius etiā Mar- cellus admonuit) præter aliorum auctorū morē fœminino genere bubonem appellasse: legitur & feta bu- bo apud eundē id est, tristis: quod propriū est inauspicatæ volu- cris, ιν̓ίδυτρυ quam- obrem ... de eadē aue ait: B

Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis

Nocte sedēs serum canit importuna per umbras.

Quò magis inceptum peragat.] *accesserunt uisa, ac portenta quorū hic descriptionem aggreditur quæ sponte currenti quasi calcar addiderunt. eò enim libentius sibi moriendum putabat, quòd spectra uiderat, uocesq; audierat, quibus ad necem propè iam inuitari uidebatur.*

Latices nigrescere.] *Vinum in sacrificijs, ut ait Flaccus, super uictimas spargebatur. propterea subdit:*

Fusaq; in obscœnum se uertere uina cruorem.

Hoc uisum nulli.] *quod Græci φαντασίαν, Cicero in quæst. Academicis uisum appellat.* Non ipsi effata sorori.] *cuius fides maiora etiam commiserat.*

Præterea fuit in tectis de marmore templum.] *alterum describit portentum unde maior etiam horror, quàm ex uino illo nigrescente, nasci poterat: magis enim uox mortui hominis terret, quàm uini in colorem sanguinis conuersio. hunc locum ita imitatus est Ouid. in epist. Didus ad Aeneid.*

Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus,
Oppositæ frondes, uelleraq; alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari:
Ipse sono tenui dixit Elisa ueni.

Quibus ex uerbis satis liquet hoc templum Sichæo Herculis sacerdoti dicatum, in eoq; ipsius Sichæi statuam fuisse.

Miro honore.] *quo Deos uenerari solebat, propterea sequitur:* Velleribus niueis, & festa fronde.] *hæc in Deorum solennitatibus adhiberi solebant.* Nox cùm terras obscura teneret.] *tempus hoc monibus atq; umbris ualde opportunum est: uel ideo fictum est uocari Didonem à coniuge, quod lucem moriendo desertura esset, quasi ad tenebras & ipsa uocaretur.* Solaq; culminibus ferali car.] *tertium est prodigium noctu- rnum bubo suo cantu, uel potius gemitu tristia nunciat: id eò ait ferali carmine. Ouid. 15 metamorph.*

Tristia mille locis stygius dedit omina bubo.

Et lōgas in fletū ducere uoces.] *id est, ducere uoces in fletum, quod alibi flendo dixit, ut in sexto Aen.*

—sic flendo ducimus horas.

Multaq; præterea.] *à singularibus ad generalia transitionem facit, eaq; memorat, quibus Didonem furore correptam fuisse indicari potest: cùm eam dicat in somnis agitari ab Aenea. hoc uerò alludit ad illud, quod suprà dixerat:*

Heu uatum ignaræ mentes, quid uota furentem,
Quid delubra iuuant?

Horrificant.] *in ea significatione uerbum hoc accipi uidetur, ut id non solùm frequenter metum metum uehementi quodam impetu illi contigisse uelit: nam & Catullus in argon de Zephyro, qui magno, atque horribili quodam impetu spirat, uerba faciens, horrificantem appellat, cùm ait.* C

Horrificans Zephyrus procliuas incitat undas.

Semperq; relinqui, Sola sibi.] *pessimum omen, reginæ imprimit, quæ sola nunquam relinquitur: unde in augurali disciplina legitur, columbas regibus augurium facere, quia nunquam solæ uolant.* Ire uiam.] *Græcè di- xit ὁδὸν ἰέναι, i. ...*

Tum uerò.] *Principium catastrophes sumit à tristibus omnibus, uatum responsis & ostentis, quæ reginæ mortem portendebant, denunciabantq; in quib. omnibus Poëta pene augurorum peritiam se ostendit. Sunt autem hæc antecedentia omnia, causa propè, cur mortem sibi accersere accelerarit regina, licet alioqui mori statuerit.* LAMB. Hort.

Tum uerò.] *Transitio ad ea quæ rebus omnibus desperatis, Dido constituerit. & primùm quidem ad enumerationem prodigiorum, quibus perturbata ad mortem properauit.* Exterrita.] *quòd fatis & fatali necessitate ex Africa Aeneas traheretur, & ipsa in interitum rapi uideretur per obiecta tum oculis, tum animo in somnis uisa.*

Itaq;

A itaq; ergo mortem expetit. Conuexa.] lucem hanc. Cóuexum concauo globi oppositum est. Poëtæ conuexum pro ipso cælo usurpant. Inceptum.] consilium, quod apud animum suum proposuit, quare diserte impellentes causas ad propositum exequendum attexit.

Vidit.] Primum futuræ mortis præsagium, quòd in sacris, liquor fusus in atrum cruorem mutatus apparuerit: quod signum erat mortis ferro accersendæ. Sunt autem atra, tristium & infelicium rerum argumenta. Itaq; cùm uinum sacrorum ceremonijs optimum, in sanguinem uerteretur, indicium præsentius mortis omen profectò obijci oculis potuit. Thuricremis.] Epitheton ex secundo Lucretij sumptum est:

Nam sæpe, inquit, ante deum uitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Dona.] sacra, libamina, quibus mactauit parentare mos tenebat. Fusáq;] Interpretatur, quos dicat latices sacros, uinum, quod funderetur. Obscœnum, tetros dicit, atque atros. Quod quidem monstrum, quia sola inter sacrificandum obseruarat, nulli indicare uoluit, ſed ne sorori quidem, omnium consiliorum alioqui participi: nam id emphaticôs, particula ipsi signat. Præterea.] Secundum præsagium imminentis mortis, insomnia: hoc est, quæ in somno sibi uisa fuit audire: seu potius phantasma, quod uisum appellant, quod inter somnum & adultam quietem, in quadam prima somnij nebula, uigilare se existimãs uisa sibi audire fuit. Fuit autem prioris mariti uox, quam noctu ex templo illi dedicato, ad se, tanquam uocantem, peruenire sibi persuasit. Est enim ea insomnij natura, ut ea quæ dormienti occurrant, quibus uigilans se fatigârit. Interdiu reginam conscientia uiolatæ Sichæo fidei terrebat: quamobrem eam carnificinam diutiùs non ferens, cùm mori decreuisset, quod interdiu meditabatur, id noctu præsentius inter somnum & uigilias animo obuersabatur.

Præterea.] A descriptione templi, quod in regia, Sichæo priori marito condiderat. In tectis.] in regia. Non autem ceterũ templum fuit hoc, in quo sacris operabatur Dido: sed sepulchrum Sichæi, ut quorundam testimonio affirmatur: uel eius cenotaphium, è marmoreo opere extructum. quod corollis & frondibus filamentisq; uestiret.

Tectis.] Synecdoche: ædibus. Marmore.] A materia. Antiqui.] chari, prioris mariti. Velleribus.] cãdidis filamentis, quibus pudicitiam & pristinum amorem
C illi testabatur. Respicit Poëta ueram historiam, non autem fabulam quam hic contexit. Nam per Aeneam & memoria & amor prioris mariti iam exolescere debuisset. Constat enim, Aeneam ante trecentos quadraginta annos, quàm Roma conderetur, in Italiam appulisse: & conditionem Carthaginis, originem urbis Romæ antecessisse annos 40. Festa.] ramis ac frondibus, rebus diuinis gratis, qui mos etiamnum in templis durat: à cultu & religione, qua Sichæi siue templum, siue sepulchrum coluerit.

Reuinctum.] cinctum, coronatum. Hinc.] ex hoc templo. Nox.] A temporis circumstantia; ut uerisimile fit commentum. Solaq;.] Tertium præsagium mortis, inauspicatum omen bubonis solitarij, in summo tecto triste carmen querentis. de quo idem alibi:

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Veteres signorum genera tradebant, uel è cælo, uel ex auibus, uel tripudijs, uel quadrupedibus, uel diris: proinde ut auis funesta hoc loco mortem Didonis ferali cantu uaticinatur, sola in summo tecti culmine sedens. De auspicatis auibus, & fœlicit omine alibi diximus. Inauspicatas omnes ueteres habebant, cornicem, coruum, & bubonem. Cornix inauspicatæ garrulitatis est, etsi à nonnullis laudem sit merita. Fœtus tempore, post solstitium, inauspicatissima iudicatur. Corui pullos robustiores nidis pellunt. Hi in auspicijs soli uidentur intellectum habere significationum. Cùm glutiunt uocem, uelut strangulati, inauspicatum est. Bubo feralis est & funestus, & abominandus, præcipuè publicis auspicijs: incolit deserta, & dira, & inaccessa noctis monstrum nec cantu aliquo uocali, sed gemitu. Inurbibus, aut luce uisus, dirum ostentum est. Priuatorum domibus insidentem, accidit pluribus non fuisse inauspicatum, aut feralem ululat semper transuectus. Vrbs Roma aliquando lustrata fuit, quod Capitolij cellam intrasset. Augures, uolantes aues ab ortu, dextras: ab occasu, sinistras uocabant: ex gestu earum futura diiudicabant. Dextræ ab ortu conuolantes, si uoces modulamine temperatas aut diuinæ edidissent, fœlicem rei euentum portendebant. Si ab occiduo cardine, cum garritibus obscuris aut obtusis proficiscerentur, inauspicatum rerum futurarum erat præsagium. Iam & aliæ aues Romanis agrestes habebantur, sed ex earum genere, quæ hordeo uescerentur: quas chummabant aucupes. Vbi uerò augurio captandæ essent, hordeum ijs apponebatur. Quod si uel auidè exciperent, uel rostrorum ictibus disijcerent, ex auguratiæ di disciplina inde auspicato inauspicatáq; præsagiebant. Rursum augurandi genus, ex circuitibus auibus, hordeo pastis, solenne uulgò erat: unde gentis regionisq; uictricis bello, aut uictæ nomen obseruabatur: (ridicula ne dicam stulta, res) auibus subiectum apponebatur: inde minutas 24. chartulas, numero literarum Græcarum capiebant, in quarum singulis singula elementa scriptitabant, ab α litera usque ad ω. inde singula accepto grana hordei, singulis chartis apponebantur. Sequebatur sub hæc obseruatio. Si bellum esset inter Cæsarem & Pompeium, capto grano literæ κ: colligebatur Pompeium uictum, Cæsarem uerò uictorem esse. Aut si Græci, quos Hellenes uocamus, bellum gererent aduersus Alexandrum sumptis granis ex, ac relicto τῷ α, præsensionem ducebant augurium, Alexandrum superaturum, Hellenes bello uictum iri. Ad consimilem modum ex aliis animantibus fiebantur auguria: ex occursu, aut latratu canis atri, uel albi: ex lapsu equi, ex fortuita sternutatione, ex angui per impluuium decidente, ac similibus. Certè in terrióne magnus honos huic disciplinæ fuit habitus. Huius autem ergo in Romuli temporibus ex Hetruria Romam migrauit, qui & ipse auguralem disciplinam ita coluit, ut in augurum collegium uoluerit ascribi. Sed & Ascanius malis ante ea arte delectatus fuisse proditur. Huic disciplinæ cognata fuit ostentorum interpretatio, cuius repertor & somniorum item traditur fuisse Amphictyon: quemadmodum augurorum ex auibus, Cacus. De ostentis apud Græcos uolumen scripsit Aristander, & apud Latinos C. Epidius, in cuius commentarijs, arbores locutas fuisse proditum est. Sed ad ignauum bubonem redeamus.

Longas.] Hypallage, pro in longum fletum uoces ducere. Multaq;.] Quartum omen, responsa uatum superiorum: uel, ut Apronianus legit, piorum: id est, castorum augurum, qui reginæ multo antè huiusmodi exitum uaticinati fuerant. Horum responsa, monita terribilia uocat, quæ Didoni horrorem incusserunt.

Agit ipse fu.] Quintũ omen: quòd imago Aeneæ absentis;

sentit, fomitantem agitaret in multo maiorem furorem. Sepe'q.] *Sextū omen: quòd ubiq; sibi sola esse, & ab omnibus mortalib. destituta uideretur. Omnosum habebant enim principibus, esse solitarij.* Incomitata.] *sine comite* A *longā uiā ad inferos ire, atq; eos post mortē quærere, quos nusquam inueniret in locis, quæ propria umbrarum sunt.*

ARGVMENTVM.

Descriptionem furoris [illegible] amplificat similitudine, & exemplo Penthei, & Orestis furentis: quorum alter, vt tragici Poetæ memoriæ prodiderũt, agmina Eumenidum, duos soles, duasq; Thebas videre, alter verò à matre facibus armata, seu è furijs infernalibus se agitari, vexariq; putabat.

NASC. Eumenidū ueluti demēs uidet agmina Pentheus,
Et Solē geminū & duplicēs se ostendere Thebas:
Aut Agamemnonius *scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,
Cùm fugit, ultricesq; sedent in limine diræ.
Ergo ubi concepit furias, euicta dolore,
Decreuitq; mori, tempus secum ipsa, modumq;
Exigit, & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium uultu tegit, ac spem fronte serenat.

*al. furijs

VIDET agmina Pētheus, Et Solē geminū, & duplicēs se ostē dere Thebas.] *Pentheus apud Euripidē furit in Bacchis. unde hic totꝰ à Vergilio locus sumptus est, quod interpretes ignorarũt. uersus Euripidis hoc habent, ubi Pentheus ipse loquitur:*

καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,
δισσὰς δὲ Θήβας, καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον.
Videre mihi quoq; uideor Soles duos,
Duasq; Thebas, & septem portarum urbem.

nimium ineptus est Seruius interpres, dum agmina, impetus exponit, Vrbaniq; antiqui Maronis interpretis sententiam de agminibus serpentum probare uidetur: nam uti duos Soles, qui unus est, duasq; Thebas, quæ una est, Pentheus se uidere arbitrabatur, sic etiam cùm tres furias oculis cerneret, animo furoris caligine offusus, & Phantastico, inaniq; attractu correptus furiarum agmina cernere putabat. adeas Plutarch. in tertio lib. de placitis Philosoph. cap. quid sit inter phantasiam, & phantasma.

Scænis agitatus Orestes.] *illa etiam dicuntur scænis agitari, quæ ad uoluptatem frequenter in scænis & Theatris aguntur, & recitantur.* Armatam facibus matrem.] *ideo in fabulis fingitur, eos, qui aliquid impiè, sceleratéq; commiserint, agitari, & perterreri furiarum tædis ardentibus. quod sua quemq; fraus (ut inquit Cic. in oratione pro Roscio Am.) & suus terror maximè uexat: suum quemq; scelus agitat: amentiáq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæq; animi terrent. & in prin. de leg. agitant, inquit, & insectātur impios furiæ non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. hoc fortassè finxit Pacuuius à Clytemnestra Orestem filium facibus, & serpentibus, tanquàm una esset ex furijs, agitari. quem hoc in loco imitatur Virgilius, uerumtamen cùm hoc Euripides non dicat: cuius tragœdiam proculdubiò in Latinum Pacuuius transtulit: sed Orestem matrem rogantem inducat, ne in illum furias immittat: ne id quidem à Pacuuio factum fuisse uerisimile est. quamobrem hoc sensu accipiendus hic Virgilij locus esse uidetur, ut cùm matrem insectatam facibus, & serpentibus filium dicat, de furijs intelligendum sit, ut quod per furias Clytemnestra fecerit, id ipsa per se fecisse uideatur. quamobrem subdit:*

——ultricesq; sedent in limine diræ.

Versus Eurip. in Oreste hoc habent:

ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
τὰς αἱματωπούς, καὶ δρακοντώδεις κόρας·
αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρῴσκουσί μου. id est.

O' mater, rogo te ne immiseris in me
Cruentoculas, & uiperinas puellas:
Ipsæ enim, ipsæ propius impetunt me.
Si uerò etiam à matre, non à furijs id fieri uelis, non laboro: ita enim maior erit etiam supplicij Orestis ad misericordiam commouendam exaggeratio. In limine] *templi Apollinis: quod monitu Pyladis, ut furias euitaret, ingressus fuerat.* B

Ergo, ubi concepit furias] *accingit se ad modum describendum, quo Dido usa est in paranda sibi nece.* Euicta dolore.] [illegible] Decreuitq; mori.] [illegible] *nam præ dolore non solùm furore agitur, sed etiam morti se destinat.* Mœstā sororem] *propter Didonis furorem.* Consilium uultu tegit.] *magna est hominis uirtus, unde ingens prudentia commendatio nascitur, uultu interiora tegere. huc illud ex 1 Aen.*

Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem

Ac spem fronte serenat.] *lætam præ se ferebat in fronte: quasi spe aliqua retinendi Aeneæ afficeretur. neque hic arbitror ullam esse* [illegible]. *serenat frontem spe. nam serenamus: hoc est, manifestam quoque facimus exteriore frontis indicio interiorem spei, aut lætitiæ nostræ affectionem.*

EVMENIDVM] *Amplificatio furoris à collatione Penthei, qui ob contemptum sacrorum Bacchi furore correptus fuit, & à Bacchadibus matre & materteris discerptus.* Eumenidum.] *furiarum, Megæra, Alecto, & Tisiphones. Has Suidas* [illegible] *δαίμονας uocat.* C LAMB. Horat. *Tradunt eas nomen suum Oreste mutasse: ac tum primùm Eumenidas appellari cœpisse, cùm illi placatæ essent, iudicato apud Athenienses uicisse: simul ubi ijs sacrificasset furiatus. Aeschylus tradit in iudicio Orestis, Mineruam placasse Erinnyas Athenæ, ne aduersus illum inclementius se gererent: unde eas Eumenidas nuncupauit. Philemon comicus* [illegible] *diuersas esse prodidit ab Eumenidibus. Citatur à Suida illud Sophoclis,* [illegible] *Oedip. Colon. Vnde nata paræmia,* [illegible], *ob id quod alij aliæ appellationibus Eumenidas appellent. Alia, inquit, nomina apud alias pulchra censentur: apud nos uerò hæc, quòd eas Eumenidas* [illegible] *nominemus. Etymologici eas Erinnyas dictas autumant, quod quasi* [illegible]*: hoc est, in terra degentes sint, quæ* [illegible] *hoc est, execrationes absoluant. Siue* [illegible], *quòd uehementia quadam & impetu* [illegible] *excitent, uel ipsæ excitet. Vel Erinnyes, quasi* [illegible], *sponsæ* [illegible] *ac certaminum. Tisiphone*

nomen

A nomen traxit παρὰ τὸ τίειν, à puniendo, quòd sontes horribilis pœnis excarnificet. Megæra, παρὰ τὸ μεγαίρειν, odisse, quòd malos oderit, ut quidam interpretantur. Alecto, ὡς ἄληκτος οὖσα πρὸς ἐκδίκησιν, quòd circa uindictam non sit segnis, nec cessatrix. Hisce cognati sunt, quos Græci ἀλάστορας uocant, πικροὶ καὶ φοβεροὶ δαίμονες, τιμωρούμενοι τὰ ἄδικα ἔργα πεποιηκότας. ἢ ἀλάστορες, οἱ τοιαῦτα τολμήσαντες, ἃ μὴ ἐπιλαθέσθαι. καὶ ἀλιτήριοι, pestes, & pernicies: furia. διὰ τοὺς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους καλεῖσθαι. Ipsi autem homines ἀλάστορες, quòd eiusmodi designent, ob quæ pœnas luant, ac lugeant. Et Iupiter ipse alastor, ὅτι βλάβη ἄλγος, ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὁ ζημιούμενος τοῖς ἄνω κακοῖς. Λέγεται δὲ ἀλάστωρ, καὶ ἀμύντορ ἔξω ἀργαλέος, cuius pestis intolerabilis est: uel quòd eum nemo latère queat: uel quòd ulciscatur, non ferenda tolerantes. Sed & alastor is dicitur, qui exilio digna designarit, ut dixi. Erant & Telchines dæmones mali, nomine ab aculeatis & scabris echinis ducto. Sed ad Eumenides, à quibus exorbitauimus. Ferunt Epimenidem, has filias fuisse Saturni tradidisse: citantq; hos uersus:

B ἐκ τοῦ καλλίκομος γείνατο χρυσέη Ἀφροδίτη,
μοῖραί τ' ἀθάνατοι, καὶ Ἐρινύες αἰολόδωροι.

Quarum matrem Ister fecit Euonymen, quæ eadem est cum Tellure. Sunt qui duas tantùm fecère: & earum duo simulachra in Attica. Et hactenus quidem de Eumenidibus. Agmina.] Seruius citat Vrbanum authorem, qui agmina serpentum interpretetur, propter pilos anguineos furiarum: sed id coactius est. Simplicius ac rectius arbitror. agmina furiarum, pro ipsis furijs, per amplificationem dicta. Pentheus.] Rex Thebanus, filius Echionis, qui ad uicum Scolum (ut dixi) ob contempta sacra Bacchi, à Bacchadibus & suis discerptus fuit. Est autem Scolus uicus Parasopiæ, sub Cithærone, regio aspera, unde prouerbium: Scolum ne ipse eas, neu alium sequaris. At Pentheus accepto malo, cœpit Bacchum uereri, Euripides in Bacchis, de Pentheo: ἑκὰς γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμπεδόλευ. Fabula explicatur apud Ouid. libro tertio Metamorphos. Drama apud Euripid. in Bacchis, & Aeschylum in Pentheo. Et Solem.] Id uitiŋ ex mania & cerebro perturbato nascitur, ut uiceris omnia uideantur, omnia gemina oculis obuersentur. Allusum

C est ad prouerbium: Ἐν δυοῖν τρία uidet: iocus in eos, qui uel ætate uel ebrietate, uel alio quopiam oculorum uitio cæcutiunt. Alij ita citant paræmiam, ἐν δυοῖν τρία βλέπει, ubi quis aliud pro alio uidet, oculis fallentibus. Plus uenustatis habet, ad animi iudicium translata propinqua metaphora. De impietate Penthei in se, Dionysius apud Euripidem in Bacchis:

Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα
Πενθεῖ δίδωσι, θυγατρὸς ἐκπεφυκότι,
ὃς θεομαχεῖ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ σπονδῶν ἄπο,
ὠθεῖ μ', ἐν εὐχαῖς τ' οὐδαμοῦ μνείαν ἔχει.

Id est, ut uerbum uerbo reddamus:

Cadmus igitur honoris præmium ac tyrannidem
Pentheo, ex filia prognato tradidit.
Qui, quòd ad me, cum Deo pugnat, atq; à libaminibus
Me arcet, ſed ne in precationib. quidē mei facit mētionē.

Et Solem.] Traduxit hunc locum Poëta ex Bacchis item Euripidis, ubi introducitur Liber pater euocans Pentheum:

σὲ τὸν πρόθυμον ὄνθ' ἃ μὴ χρεὼν ὁρᾶν
σπεύδοντά τ' ἀσπούδαστα, πενθέα λέγω,
ἔξιθι πάροιθε δωμάτων, ὀφθητί μοι,
σκευὴν γυναικὸς μαινάδος βάκχης ἔχων,
μητρός τε τῆς σῆς, καὶ λόχου κατάσκοπος.
πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφὴν μιᾷ.
ΠΕ. καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,
δισσὰς δὲ Θήβας, καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον.
καὶ ταῦρος ἡμῖν πρόσθεν ἡγεῖσθαι δοκεῖς.
καὶ σῷ κέρατα κρατὶ προσπεφυκέναι. Id est,

Te appello Penthea, pronum ad uidendum ea quæ
Videre non debeas, studentemq; reb. quæ studio indignæ
Egredere domo, uidere à me, (sunt:
Habitum mulieris Bacchæ Mænadis præ te ferre,
Et matris tuæ, & insidiarum explorator.
Solam enim formam filiarum Cadmi tu deces.
Pen. Atqui uidere mihi duos soles uideor,
Binas item Thebas, & urbem septifaucem.

Orestes in Tragœdia eiusdem nominis, de se loquens Eumenides se uidisse, ait, sibi uideri:

ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. hoc est,
Visus sum uidere tres nocti assimiles puellas.

Eumenides significans quas Sophocles σεμνὰς καὶ σκότου κόρας uocat. Thebas.] Nouem urbes hoc nomine recensentur. Prima Bœotiæ: secunda Aegypti, quæ ab Homero à centum portarum numero ἑκατόμπυλος dicta fuit, apud quam specus monstratur, qui trigesimo quoque die nihil spirat, cum alijs diebus uentis afflet: tertia Thessaliæ siue Phthiotidis, quarta Ciliciæ, quinta Ioniæ, sexta Atticæ, septima Cataoniæ, octaua Isthmi, nona Syriæ. Verùm hoc loco Poëta de Bœotiæ Thebis loquitur, quarum septem fuère portæ: unde ab Euripide ἑπτάστομον πόλισμα fuère appellatæ. Portas Pausanias sua tempestate stetisse refert, à quo etiam earum nomina percensentur Iuuenalis:

Rari quippe boni numero sunt, uix totidem, quot
Thebarum portæ, uel diuitis ostia Nili.

Sunt autem in Bœotia sitæ inter duos amnes celeberrimos, Ismenum à septentrione, Asopum à meridie. Ad ortum Delum spectant, & Aulidem Bœotiæ portum: ad occasum Tanagram urbem, quam Homerus Graiam nuncupat. Certè conditæ fuit à Cadmo, qui ex Aegyptijs Thebis, ubi Ogyges imperabat, eò profectus fuit, ipsasq; portas Ogygias dixit. Alij Thebas Heptapylas nuncupatas contendunt, à boue, quem Cadmus ibi immolarit. Quare à nonnullis Cadmeas Thebas eas denominatas inuenio: nam Syriaca lingua Thebe bouem signat. Stephanus Thebas à Thebe Promethei, Eustathius à Thebe Asopi filia nominatas arbitratur. Lycophron Thebas heptapylas ignorans, eas Ogygias nominauit. Vrbem postea Zethus & Amphion amplarunt, ac muris cinxerunt, quorum posterior tanta uocis suauitate & arte pulsandi lyram præditum fuisse memoratur, ut sua sponte saxa ἐς τὸ οἰκοδομεῖν concurrerent. Thebas Bœotias illi fecerunt duo clarissimi heroës, Hercules & Bacchus: quorum ille monstra protriuit: hic uerò triennali expeditione Orbē terræ domuit. Quare utriq; diuini honores mortuo sunt habiti. Edidère Thebæ Pindarum, principem Lyricorū poëtarū: à cuius domo Alexander Magnus, cùm urbem captā incendio uastaret, religiosè abstinuit, eius frontispicio inscribens, Πινδάρου οἶκον μὴ καίετε: id est, Pindari domum ne comburite. Thebas nobilitarunt cùm alia bella tum illud certamē quod post mortem Oedipi inter Eteoclem &

Polynicem exortum, magnum bellum conflauit. Ex quo Adrastus Argiuorum rex fugiens, Argos rediit. Postea Thebani ob Epigonis bello repetiti, urbem deserere coacti fuere. Agamemnonius.] Agamemnonis & Clytemnestræ filius. Orestes, post cædem Aegisthi adulteri & matris, furiis actus, fugit Athenas, ijs forte diebus, quibus Anthesteria ibi celebrabantur, regnante Demophonte. Alij memoriæ prodiderunt, eum à tribus furijs infestatum, cum in templum Apollinis fugisse: nec ingredi ausas Eumenidas, sed expectasse dum exiret. Iudicatus in Areopago, cum Erinnybus, à quibus amplius non infestaretur, Tyndaro, Erigone Aegisthi & Clytemnestræ filia. Paribus autem suffragijs, iudicio uariantibus, absolutus dimissusque fuit. Oraculum accepit simul ab Apolline, animo cum liberatum iri, si ex Taurica simulachrum Dianæ auferret. Quò ubi peruenisset, captus à bubulcis, ac uinctus, una cum Pylade ad Thoantem regem perductus fuit. Ille porrò eos ad sacerdotem Iphigeniam misit. Cum hac & simulachra abierunt occulte in fugam. Inde tempestatis iniuria acti, circa Seleuciam, Antiochiam, & montem Melantium (qui, quòd ibi Orestes insania leuatus esset, Amanus uocari cœpit) appulerunt. Postea Athenas uenerunt. Orestes Pyladæ uxorem dat Electram: ipse paulò pòst Pyrrho, Neoptolemo interfecto, Hermionem Helenæ & Menelai filiam coniugem duxit, ex qua suscepit Tisamenum: uel, ut alij contendunt, ex Erigone Aegisthi, Penthilum. Reliquum uitæ tempus in Oresteia Arcadiæ egit, ubi serpentis morsu interijt. Alij authores sunt, Orestem post Aegisthi & Clytemnestræ cædem, circa Azanes Arcadas annum (cuius assertor Euripides est in Oreste) uersatum: atque oraculo monitum illuc colonum deducere. Qui oraculi monitis obtemperans, ex diuersis gentibus populum contraxit, quos Aeoles appellauit, cum quibus in Lesbum transmisit: ubi breui mortuus, ob præmaturam mortem, urbem condere nequiuit. Nepos eius Gras, post centum annos Lesbi imperio potitus, urbem condidit. Hæc & huius generis multa Hellanicus Lesbius refert in primo rerum Aeolicarum. Verba Euripidis sunt:

" ——σὲ δ' αὖ χρεὼν,
" Ὀρέστα, γαίας τῆσδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους,
" Παῤῥάσιον οἰκεῖν δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον.
" καλεῖσθαι δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον
" Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν.
" ἐλθόντα δ' ἐνθένδ' εἰς Ἀθηναίων πόλιν,
" δίκην ὑποσχεῖν αἵματος μητροκτόνου
" Εὐμενίσι τρισσαῖς. θεοὶ δέ σοι δίκης βραβῆς,
" πάγοισιν ἐν Ἀρείοισιν εὐσεβεστάτην
" ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή. Id est,
" Te uerò opus est, ô Orestes, terræ huius cardinib superatis,
" Parrhasium solum colere, uel annum.
" Dicetur autem exilij tui cognomine
" Azanibus & Arcadibus, ut Oresteum uocent.
" Inde autem profectus Athenas,
" De cæde materna causam dicet
" Eumenidibus tribus: at dij præsides iudicij tibi
" In Ariopagis æquissimam
" Sententiam laturi sunt, ubi te uincere oportet.

Aristotel. lib. Rhetor. ad Theodecten secundo: Autocles dixit in Mixidemidem, Si furijs fas fuit in Ariopago ferre iudicium, cur non in Mixidemide? Allusit ad Orestem. Huius Orestis ossibus Spartani potiti, secundum oraculi fidem, (erant enim Tegeæ refossa) uictores inde multis A prælijs, magnam Peloponnesi partem suæ ditionis fecere. Corpus eius, oraculi iussu (ut dixi) refossum, septem cubitorum fuisse traditur. Orestes, quoniam per insaniam uestes lacerabat suas, in prouerbium cessit, Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, Orestæ pallium texere, de eo qui munere esset abusurus. Aristoph. in Auibus:

ἵνα δ' ὄρνις χλαῖναν ὑφαίνῃ, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ. "
"

Postea Orestæ texere lanam, ne horridulus spolietur. " Suidas non ab Agamemnonis illo, sed alio quodam grassatore, paroemiam natam existimat, & alium uersum esse usum. οὗτος, inquit, προσαιτῶν Ὀρέστης μαινόμενος τοὺς πολίτας ἀπέδυεν. ἦν γὰρ λωποδύτης. ἢ κατὰ προσωνυμίαν. ἀντὶ τοῦ μαινόμενος, ὡς ὁ Ὀρέστης. ἡ παροιμία, ὑφαίνειν χλαῖναν Ὀρέστῃ. ὁ γὰρ ἐντυχὼν τῷ ἥρωϊ τῶν θνητῶν, οὗτος ὠφελεῖ, γυμνὸς ἐν πληγαῖς ὑπ' αὐτοῦ. Et statim: ἐκαλεῖτο γὰρ ἐπονομαζόμενος ὁ Ὀρέστης, οὐχ ὁ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἀλλὰ λωποδύτης τις. Hic, inquit, fingens insaniam, accedentes spoliabat. erat enim prædo. uel per προσωνυμίαν, pro eo quod est, insanientes ut Orestes. & παροιμία, Orestæ lanam texere: si B quidem aliquis mortalium in heroem Orestem incidisset noctu, percussus ab eo, nudus dimittebatur: nam qui in eum incidebant Orestem, non illum quidem Agamemnonis, sed grassatorem quendam, pulsabantur. Cæterùm ὀρέστης, Græcè ἀπὸ τῶν ὀρῶν, in montibus agens.

Scenis.] Seruius exponit, Tragœdiarum dramatis celebratum, ut Euripidis, & aliorum scriptorum Tragœdiarum. & fortasse non inscitè: nam Tragicorum fabulæ huius historiæ sunt refertæ. Verùm quia σκηνή, hoc est, scena, non solùm partem actus in fabulis, comœdiarum tragœdiarumque signat, & contignationes aliquot theatri, uerumetiam prætorium, tentorium, & locum ubi ius dicitur: constat autem, eum Athenis in Campo Martis, ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ, & iudicatum, & absolutum iudicum sententijs, & quidem Mineruæ beneficio iuxta Apollinis responsum fuisse, postea quàm causa cædis maternæ ibi agitata esset: itaque scenis agitatus, pro in prætorijs & iudicijs agitatus, si rectè accepimus, nisi contradictoribus secum uideatur. Armatam facibus.] Etenim cæsa matre furijs agitari cœpit, quas faces, serpentes & ultrices diras uocat, quæ in limine sedentes eum in exitium expulerunt, C ut paulo suprà est memoratum. Quod igitur reliquum est, nisi ut, quia ante tum matrem, tum Aegisthum adortus fuit, enarretur? Ubi adoleuisset Orestes, patris cædem ulcisci statuit, quæ de re capto cum Pylade consilio, Mycenas ad matrem suam uenit. Cumque incognitus foret, simulat se Aeolium hospitem, ac nuncium se uenire, Orestem fato defunctum esse, quem Aegisthus Argiuis necandum obiecerat. Paulò pòst & Pylades Clytemnestræ superuenit, secum afferens urnam, in quo Orestis ossa condita esse ei persuasit. Utrunque Aegisthus lauit, ipse lætus, excepit. Illi autem per occasionem noctu thalamum perrumpentes, Aegisthum & Clytemnestram interfecerunt. Accusauit Tyndarus Orestem apud frequens Mycenæorum concilium cædis: uel, ut Euripides, Argiuorum, à quibus tamen propter patris in Græcos uniuersos beneficia capitis absolutus, fugæ potestatem obtinuit, ac mox furijs agitari cœpit. Cætera etsi paulò antè ex Græcorum commentarijs retulimus, Latini tamen paulò diuersius ea quæ insequuta sunt, ita digerunt. Delphos ut de profectionis fri-

tationem.

A tatum, requisit ærumnarum suarum esset finis, hoc responsi è tripode tulit, ut in Tauricam ad Thoantem regem proficisceretur, Dianæ signum è templo sublatum, atque Argos ferendum. quo facto, malorum adfuturum finem. Conscendit illicò nauem cum Pylade, ac breui in Tauricam appulerunt. Erat tum ei genti mos, ut hospites suos fines ingressos Dianæ Tauricæ immolarent. Hic aliquandiu in specu subterraneo, ut per occasionem consilium exequerentur, postquam latitassent, à pastoribus apprehensi, ad regem capti deducuntur. Thoas illicò uinctos in templum Dianæ duci, ac mactari imperat. Ibi Iphigenia ex certis signis argumentisque, illis cognitis, ubi accepit quid uenissent, tradidit eis Dianæ signum. Rex interuenientem, rogabat quamobrem id faceret? respondit, sacrum id interuentu sceleratorum hominum prophanatum, missum ad mare expiandum: caueret interdò rex, ne interea ciuium quis urbe egrederetur. Paruit rex sacerdoti. Illa occasionem hanc nacta conscensa naui cum fratre & Pylade fugit: ac secundo uento ad insulam Smynthen delata fuit: honorificeq; à Chryse Apollinis sacerdote hospitio omnes ibi excepti fuerunt. Nun-

B cio interim Mycenas allatum fuit ad Electram, Orestem in Tauricis unà cum Pylade Dianæ mactatum. Aletes id audiens, (Aegisthi is filius erat) cùm ex Atridarum genere nulla mascula stirps superesset, animum ad occupandum regnum Mycenæum adiecit. Electra soror hac fama percussa, extemplò Delphos ipsa proficiscitur, sortes consultura: casu eodem quo uenit die, illò appulit cum sorore, Orestes: & idem nuncius cædis addiderat, illum ab Iphigenia fuisse interfectum. Electra correpta ambusta sude (nondum fratrem Orestem uiderat) statuit in oculos sororis Iphigeniæ irruere: atque futurum id quidem haud dubiè erat, nisi Orestes suo interuentu nuncium uanum coarguisset. Delphis Mycenas inde reuersi, Orestes Aleten obtruncat, & Pyrrhum Neoptolemum. Destinauit & neci Erigonem, Aegisthi & Clytemnæstræ filiam: sed à Diana cædi subtracta creditur, & in Atthide sacerdos facta. Duxit inde Hermionem Menelai, Pyladæ uerò sororem tradidit. Atque ad istum modum Atridarum domum cædibus uastatam fuisse, diuersi prodiderunt.

Matrem] Clytemnæstram, facibus furiarum, quarum singuli capitum pilis serpentes fuisse memorantur.

Vltrices.] furiæ ultrices nefariæ cædis, quæ Orestem templum Apollinis exeuntem (ut est apud Pacuuium) corripiebant. Fugit enim post cædem Delphos, ut est relatum.

Ergo ubi.] Simulatq; itaque furias conscientiæ moestiæ sensit, quarum stimulis omnino ad mortem accersendam properauit, inuenienda fuit mortis ratio, & tempus opportunum, quo & suos & sororem, à qua sedulò asseruabatur, nihil huius opinantes falleret.

Euicta.] Hæret in natura morbi quo diu conflictati mortales, ubi ad se redierint, fracti fatigatiq; non sine lacrymis mortem optare solent, eò præcipites abituri, si qua ipsis aperta esset uia. Exigit.] constituit, ita tamen, ut omnem doli suspicionem specie nouæ religionis è medio auferat. Sororem.] Annam, mœstam sororis nomine.

Spem fronte serenat.] Hypallage, ut prorsus nihil sinistri suspicetur.

ARGVMENTVM.

Narrat sorori Dido à se initam esse rationem quandam: qua ex uinculo amoris Aeneæ aut sese explicet, aut Aeneam ipsum sibi tractabilem reddat: eam verò rationem ex arte magica esse: eius rei sacerdotem se peritissimam inuenisse ex illis vnam, quæ Hesperidum templum custodiunt, draconemq; vigilem, aureique arboris custodem pascunt, hanc miranda polliceri dicit, mentes hominum suis carminibus, veneficijsq; solutur am, cursus fluminum repressuram, nec non sydera ipsa, si velis, retrò conuersuram: quæ quoniam sunt insolita, à patria religione abhorrentia, regiaque etiam dignitate indigna, factum excusat, & ad hoc agendum impelli vi amoris insinuat.

Inueni germana uiam gratare sorori,
Quæ mihi reddat eum, uel eo me soluat amantē.
Oceani finem iuxta, Solemq; cadentem,
Vltimus Aethiopū locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardētibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasq; draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas uelit, ast alijs duras immittere curas,
Sistere aquam fluuijs, & uertere sydera retrò,
Nocturnosq; ciet manes: mugire uidebis
Sub pedibus terrā, & descendere mōtibus ornos.
Testor chara deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier arteis.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Erige, & arma uiri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiasq; omneis lectumq; iugalem
Quo perij, superimponas: abolere nefandi
Cūcta uiri monumēta iubet, mōstratq; sacerdos.

ASC. C INVENI germana uiam.] ab attentione exorditur nō absque beneuolentiæ affectus indicio: cùm ait germana: ostēdit enim se de rebus sibi quidem utilibus uerba facturā, sed quæ nihilo sorori, quā sibi clariora esse debeant: propterea subdit, καθὰ παρῄνεσεν. Gratare sorori.] antiquè dictum est gratare, pro gratulare, qua uoce tamen tanquam usitata, & Virgilius alibi: Gratatur reduces. Et Ouidius: Liuius ac hijq; posteriores usi fuerunt. Quæ mihi reddat eū, uel eo me soluat amantē.] ut aliquam sorori certam spē afferret, quo properè ad opus accingeretur, alterum omnino se assecuturam dicit: aut sibi Aeneas reddatur obnoxius, aut si hoc fieri nō possit, saltē illius amore soluatur. Oceani finem iuxta.] expositio est qua quid sibi remedij ad amorem parauerit, narrat: quam quidem narrationem, siue expositionem uarijs circumstātijs uerisimilem facit: à loco, à perso-

na

Hæc effata, silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet, quàm morte Sichæi.
Ergo iussa parat.

na, à natione, à dignitate, & ab officio, nec non à professione personæ, Magam Massylæ gentis fœminam, & sacerdotem ex illis, quæ templum Hesperidum custodiunt, unam ex ultimis Aethiopiæ finibus iuxta Atlantem montem huc à se accitam memorat: quæ omnia ad hanc rem persuadendã necessariò conueniebant. Sed illud in primis aidit ingeniosissimus Poëta, fingi oportere hanc sacerdotem ex illis regionibus fuisse deductam, quæ essent à loco ubi regina erat, minus auiæ: nam si ex orientalibus orir, unde ars magica originem habuisse uidetur, accitam magam Dido dixisset, id fortasse propter locorum distantiam sorori parum credibile uisum fuisset: nec error fuit Poëtæ fingere magam genere Lybicam ex Mauritania accidentali regione uenisse, licet magica ars ex orientali plaga originem duxerit: nam omnes regiones, ut Plinius ait, ars magica transgressa est, ac in tota terrarum Orbe plurimis seculis prænaluit. Vltimus Aethiopũ locus est.] bipertita est Homero, Plinio, aliisq; Geographis Aethiopia, utraq; tum desertis Africæ superposita: altera ad Orientem, altera ad Occasum uergẽs Mauritaniæ coniuncta, ubi est Atlas admirandæ magnitudinis mons: de Occidentalibus Aethiopibus hic esse intelligendum neminem fere dubium est, cùm præsertim ipse dicat, Solemq; cadentem.

Humero torquet.] non sustinet simpliciter accipe, ut interpretes, sed, torquet, ita dictum existima, ut cœli totius sphærica, circularisq; reuolutio designetur.

Hinc mihi Massylæ gentis.] totus hic locus ex tertio Apollonij libro sumptus est: ubi æquè describitur maga fœmina: quæ nõ ijs inferiora facit, quæ à Marone hoc in loco, paulò tamen diuersè describuntur. Sacerdos.] Apollonius non sacerdotem templi Hesperidum custodem, sed uirginem in ædibus Aetiæ regis eductam describit.

κούρη τις μεγάροισιν ἐνιτρέφετ' αἰήταο, &c.

Hesperidum templi custos.] totam Hesperidum fabulam ex uarijs scriptorum opinionibus Diodorus Siculus literis prodidit, ipsum adeas: nobis enim fabulas, aut historias declarare, quod alij interpretes fecerunt, consilium non est. Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.] uenustè singula singulis propria apposuit epitheta: occultè uerò Physicam doctrinam attingit de sensibus: in quibus eadem quandoq; in diuersis, ac in ijsdem etiam animantibus diuersam uim, rationemq; habent: nam alea, quæ hominum gustui amara est, capellis est suauissima, mel, aut saccarum, quod natura sanis hominibus dulce est, ægrotis interdum uidetur esse amarum.

Hæc se carminibus.] sub persona mulieris magæ ipsius magicæ artis uim, potestatemq; describit.

Promittit soluere mẽtes.] ingeniosè cùm magæ scientiam narret, ipse nullam asserit, sed spem affert ex pollicitis personæ, magna, atq; præclara de se ipsa prædicantis, occultè alludens ad morem impostorum, qui magna semper pollicentur miracula. Sistere aquam fluuijs.] hoc Apollonij est.

καὶ ποταμοὺς ἵστησιν ἄφαρ κελαδεινὰ ῥέοντας.

Et uertere sydera retrò.] hoc itidem Apollonij est, uerumtamen ille complexus scribendo communiter syderibus, separatim lunæ mentionem fecit: quam hic noster sub communi astrorum descriptione reliquit. sic ait Apoll.

Ἄστρα τε καὶ μήνης ἱερὰς ἐπέδησε κελεύθους. id est, A

Astraq; & Lunæ sacra impediuit uias.

Noster uerò uberius, ac uenustius: qui cùm dixisset magam polliceri se flumina sub carminibus repressuram, idem de cursu syderum, ut Apollonius, dicere noluit, ne forte ieiunus & copia orationis destitutus esse uideretur, sed nescio quid maius etiã intulit, & uertere sydera retrò. eandem sententiam lasciuissimus Tibullus uerbis diuersis protulit, cùm & ipse de maga agens inquit:

Hanc ego de cœlo ducentem sydera uidi.
Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter.

Nocturnosq; ciet manes.] hoc non ex Apollonio sumptum est, sed à Virgilio additum, sicuti &, quæ sequuntur, alia, ita quoq; Tibullus:

Hæc cantu finditq; solum, manesq; sepulchris
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.

ciere autem manes est inuocando mouere: uoce enim utebantur magæ ad eliciendos è sepulchris manes, ita quoq; in B Pharmaceutria legitur:

——animas imis excire sepulchris.

Mugire uidebis.] amplificat à signo: atq; sic de futuro loquitur, quasi de re quadam præsenti, & certa ad cõfirmandam sororis opinionem. Testor chara Deos.] excusat se à necessitate, utq; non ex animi sententia, sed quia necessitas incumbit, hac nunc arte usam fuisse probet, Deos testatur, & ipsius sororis caput: occultè uerò detestationem innuit Romanorum: qui cùm multa uarij generis sacra artesq; multiplices suscepissent, magicam semper artem neglexerunt, & ueluti profanam detestati fuerunt.

Tuumq; Dulce caput.] iusiurandum Græcis peculiare: quo bis, atq; iterum usus est Maro:

Per caput hoc iuro——.
Et paulò post:
Testor utrumq; caput——.

Tu secreta pyram.] ubi animaduertit fidem à fuita factam sorori de sacerdote maga, ut nihil amplius mali suspicari possit, iubet, quasi rem sacram facere uelit, ut pyram struat: ita enim uelle ait sacerdotem, quod ut magis etiam illi probabile uideatur, monet, ut remotis arbitris id C faciat: tu secreta, & locum, tecto interiore, modumq; præscribit: & arma uiri, & reliqua. Arma uiri.] ensem, quem ei dono dederat Aeneas, & alludit ad mutua Hectoris, & Aiacis munera, quæ tandem utrisque exitio fuêre. Hom. lib. Iliad. sept. Sed in sex pluribus.

Impius.] non quia gladium furenti reliquerat, ut perperam, mea quidem iudicio, sensit Seruius interpres. nõ enim ideo reliquerat illud Aeneas, ut eo in suam necè abuteretur Dido: unde illud est paulò infrà:

——ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.

Sed impium, omnis pietatis expertem uocat: qui eam in medio furoris æstu relinquendam cogitat.

Quo perij.] ob prostratam pudicitiam. Abolere nefandi.] causam facti assignat, quã de sacerdotis uolũtate deducit. Iubet, monstratq; sacerdos.] duo dicit: iubet, & monstrat: alterũ autoritatis est, & reuerẽtiæ, quæ sacerdoti debetur, alterum reditionis causa, quamobrem id fieri debeat. Silet.] quasi præ dolore ulterius

necit

A mecis loqui amplius non posit, unde sequitur: Pallor simul occupat ora] moriturae mulieris formā, imaginemq́ uerbis delineat. Non tamē Anna nouis.] Annae sororis imprudentiam excusat argumento probabili ex eo, quod in hominum opinionem non cadit. nam quis a[illegible] in quam suum credere induxisset, Didonem per speciem noui, inusitatiq́ sacrificij necem sibi parare uoluisse? non tamen, igitur, quanquam pallor illius ora uultum q[illegible] infecisset. Nec tantos mente] auget factum, & perfecit in argumentatione ex ijs, quae praeter spem, siue opinionem contingunt. Nec grauiora timet.] eandē rem exornat per locum comparatorum à maiori, si necem sibi non intulit ob mortem Sichaei, minus id putandum fuerat ab abitione Aeneae, igitur sororis iussa facit.

LAMB. Hort. INVENI.] Propositio consilij: cuius utram partem accipiat, salua res erit. Sorori.] mihi, tertia pro prima: & soluat dixit, pro liberet me eius amoribus. Oceani.] Narratio à loci descriptione. Describit autem à populis & montibus occiduos cardines Africae. quibus alluit Oceanus, ubi horti sunt Hesperidum, non Poetis modò, uerumetiam historicis celebratissimi. Finem.] Anastrophe i re [illegible]q́, quem Oceanum dicat, iuxta Solem cadentem: id est, occidentem in extrema ora Africae.

B Vltimus Aethiopum lo.] Nigritas intuit, qui proximè Atlantem colunt, Bipartitos tradunt, Homeri authoritatem sequuti, Aethiopas: Hesperos, & orientem uersus, eos qui sub Aegypto & Meroë habitant. Sed Atlas ab occasu immanibus urgit ubi Atlantico pelago nomen dat, exortus, perpetua dorso in ortum ad Nilum usque peruagatur. Et qua Meroënos & Aethiopes ab Aegypto diuidit, Erythraeum mare etiam attingit. Primam frontem Atlantis, quam mare Atlanticum abluit, Aethiopes tenent. Medium nulli, propter exusta omnia, & quòd harenis obducta sint & serpentibus infesta: his adiacent insulae quas Hesperides tenuisse memorantur: quare Hesperios uolens significare, & locum Hesperidum quasi digito monstrare, Oceani iuxta finem Solemq́ cadentem, inquit, ultimus Aethiopum locus est. Plinius certè tradit, Lixum Antaei regiam in continenti fuisse, ibiq́ memorabilis, tamen inter eum & Herculem contigisse. Contrà modico inde interuallo insulam & hortos Hesperidum fuisse produnt alij, quos aestuaria reciprocatione mare ambiat,

C ac quasi identidem circumiens custodiat. Huc penetrauit Hercules, raptisq́ oues laudatis aelleris, quas in Graeciam portauit: nam μῆλα, & pomum, & ouem Graecè signat. Quo loco postea Herculi aram tantùm positam fuisse ferunt, antiquiorem templo Gaditano. Hanc historiam ita fabulis inuoluerunt, ut Hesperidum hortos, ab Hesperi filiabus tribus, uel (ut alij) Atlantis, Aegle, Erethusa, & Hesperthusa, dictos credant, quae amoenissimos hortos incoluerint, cùm pauci tantùm oleastri circa Herculis aram conspicerentur. Auriferum fuisse nemus, aureaq́ malis grauem, persuasum erat, ac à dracone peruigili custodiri. (Typhaonis filium eum quidam appellarunt.) Praedixerat eo tum Themis, olim quendam Iouis filium uenturum, qui aurea μῆλα diriperet cuius sortibus Atlas inductus fuit, cur pomarium montibus cingere aggressus fuerit, ne peruium grassatoribus foret. Penetrauit tamen Hercules, qui caeso dracone aurea mala abstulit. Theomenes quidam asserebat, Hortos Hesperidum circa Syrtin magnam fuisse. Lucanus de Hercule:

10 Abstulit arboribus precium, nemoriq́ laborem

Alcidas, passusq́ inopes sine pondere ramos,
Retulit Argolico fulgentia poma tyranno.

Hinc natum prouerbium est, μῆλα ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, Mala Hesperidum donare: de eo qui magna splendidaq́ dona largitur. Plin. lib. 19. tradit, in Lixo Mauritaniae oppido arborem nasci in aestuario, iuxta delubrum Herculis, ubi Hesperidum horti fuisse memorantur.

Aethiopum.] De Aethiopibus aliàs habitus est sermo. Massylae.] Exponit consilium suum, quis magicis artibus posit Aeneam uel inuitum retinere, uel amoris peste liberari. At ficte omnia ista dicuntur, quae mortem occultendam illa minus suspicetur. Veteres sacris magicis & herbis plurimùm tribuebant, quorum ui & potentia, rerū naturam & mundi elementa inuerti posse rebantur: praecipuè in conciliandis dissoluendisq́ amoribus. Artē ipsam propemodum describit Poeta, Ecloga 8 Bucol.

Effer aquam, & molli cinge haec altaria uitta,
Verbenasq́ adole pingues, & mascula thura,
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt.

Et paulò pòst.

Carmina de coelo possunt deducere lunam,
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Atq́ his uerbis amplificauit potentiam carminū in sacris id genus. Inde rationē docet, & praecepta, quibus ea sacra cōstent, quibusq́ artibus ipsa maritum sibi deuinciet:

Terna tibi haec primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, terq́ haec altaria circum
Effigiē duco: numero Deus impare gaudet. At mox:
Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros.

Et paulò pòst:

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui, quae nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando, &c. ——

Et mox:

His ego saepè lupum fieri, & se condere syluis
Moerin, saepè animas imis excire sepulchris,
Atq́ satas aliò uidi traducere messes.
Fer cineres Amarylli foras, riuoq́ fluenti
Transq́ caput iace, ne respexeris ——.

Et apud Propertium non pauca id genus miracula referuntur. De infamia Massyliensium suprà diximus. Sed Massyliensibus in Gallia, non alia gens laudatior fuit uel astutie. Hi nullos mimos in scenam admittebant, ne impuris fabulis ciuium casti mores inficerentur. Ergo paroemia, Nauiga Massyliam, in effoeminatas & luxu affluentes, de Libyca haec dicta est. οἱ γὰρ [illegible] De Gallica Massylia Cicero in oratione pro L. Flacco: Neque uerò te Massylia praetereo, quae L. Flaccum militem, quaestorem cognosti: cuius ego ciuitatis disciplinam non solùm Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam, quae tam procul à Graecarum omnium regionibus, disciplinis, linguaq́ diuisa, cùm in ultimis terris, Gallorum gentibus, barbariae fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernetur, ut omnes eius instituta laudare faciliùs possint, quàm aemulari. Haec Cicero. Haec Massylia à Phocensibus circa ostia Rhodani condita, tanta fide semper erga Romanos fuit, ut Roma à Senonibus capta, publico luctu cladem ciuitatis fuerint prosequuti: aurumq́ contulerint, quo Romam se redimerent;

rem. Alij siue huius Gallicæ, siue alterius illius Libycæ conditorem, Peranum faciunt. Sedisse ἐδρ᾽ ὑπὸ διάνοιαν. Describit autem sacerdotem à patria, & munere, quo in templo, aut ad aram Herculis fungitur, de qua fingit se edoctam esse. Quæ si ergo nam hac prole solutura sit malis artibus, decorè eam Massylam facit. Spargens.] Mirè se torquet hic Seruius, in melle & papauere, quorum hoc somnum inducat, illud palatum delectet ac mulceat. Si draco sit peruigil, ut nunquam se ad quietem componat, quare melli admisceret id herbæ ac leguminis, quo gustato non posset nõ profundissimo somno sepeliri? Neq; uerò statim sequitur, si salix amara sit hominibus, & capellis grata: ac cicuta humano generi uenenum, & capellas impinguet: ergo papauer, quod mortalibus soporem gignat, draconibus uigilantiam perpetuam parere. Plinius tradit libro 37. capite 10. draconitem gemmã è cerebro fieri draconum: sed nisi uiuentibus abscisso, nunquam gemmascere, inuidia animalis mori se sentientis. Itaque morem esse, ut dormientibus caput amputetur. Bigis uehuntur, qui draconem quærunt, ac uiso spargere somnifica medicamenta, ita caput præcidere. Porrò hoc loco quorsum opus est omnia ea recensere, quæ uel somnum concilient, uel fugent? Etsi aliæ herbæ alijs gratiores, atq; alij alijs delectentur magis, uis tamen ferè in omnibus eadem est, si sit ἀδιάφορος, ut neutris perniciem adferat, sed communem quendam omnibus habitum seu passionem pariat: ut papauer eo ingenio est, ut somnum adducat omnibus. Et Poetarum proprium est, præterita tãquam præsentia narrare. Herculi aurea μῆλα rapturo, sopiendus erat draco offula ex farre, melle & papauere, ad accersendum somnum. Hoc muneris tribuit huic sacerdoti Massylæ. Nam si Aeneas statim post excidium Iliacum, iuxta nostrum Poëtam, Carthaginem ad Didonem tempestate fuit delatus, sacerdotem Massylam anum admodum fuisse oportet, quæ Herculis temporibus sopierit custodem. Nondum enim seculum præterierat, quod ille cum Argonautis profectus, unà cum Troia Priamum cepisset. Quamuis non ignorem, hortos Hesperidũm à tribus nymphis Atlantis filiabus custodiri solitos, in fabulis tradi. Quin & illud obseruandum, à Latinæ linguæ classicis authoribus dici, spargere mel, papauer, uenenum, medicamenta, & similia, pro miscere, porrigere, & præbere. Cicero: Et spargere uenena didicerunt, Plin. Ac uiso (dracone) spargere somnifica medicamenta. Proinde mel ad saporem, papauer ad soporem accommodandum est. Duo papaueris genera constituunt, satiui & sponte nascentis. Satiui albi calyx teritur, ac bibitur somni causa. Et succus eius copiosior haustus, ei mortifera est. Rursus satiui tria genera prodont. Candidum, cuius semen tostum, in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Sparsit itaq; draconi, ex ueterum consuetudine, mel & semen candidi papaueris. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur, inhærens ouo affuso. Alterum genus nigrum: tertium rhœam uocant Græci, Latini erraticum. Hæc se.] Post descriptionem personæ ab officio, depingit eam ab artibus magicis, quarum uehementer docta est: amplificans simul earum potentiam, quæ prodigiosa operetur, cùm uelit.

Hæc se carminibus.] Verbis Mercurium præesse uolunt, carminibus Phœbum: Mercurium & Phœbum incantationibus Plinius author est, Magicas uanitates in tantum euectas, ut cunctis herbis fidem abrogare possint. Aethiopide herba, flagna siccari cõiectu tantũ: tactu claustra omnia aperiri. Achemenide in hostium aciem coniecta, A agmina territò trepidare, & terga uertere. Ferunt Latacen legatis dari solitam à rege Persarũ, ut quocunq; uenissent, omnium rerum copia abundarent. Contra magicas artes præsens remedium habent, moly Homericum, mithridation, scordotin, & centaurion. Est profectò fraudulentissima omniũ artium, è medicinis nata, orta in Perside à Zoroastre, celebrata à uiris eruditis. Soluere.] liberare amore mortales iactitat. Promittit dixit: quod Græcis est ἐπαγγέλλεται, gloriatur, iactitat. Iam duras curas, amores mouent. Cæterùm de ligationibus & solutionibus rerum, multa disputantur apud Hen. Cor. Agrippam lib. de occulta Philosoph. Sistere.] ligatio elementi. Vertere.] ut omisso naturali cursu ac motu, in diuersum retrò agantur.

Nocturnos.] nam noctu, suorum sacrorũ mysteria peragunt uenefica: non enim perinde Diti ob perpetuas inferorum tenebras consecrata est, ut lux superis. Et in his quidem sacris trecenti impuri spiritus implorabantur, & triformis Diana, quæ eadem est quæ Luna, & Proserpina.

Manes.] cacodæmones inuocat, & animas excit.

Mugire.] Remota metaphora, à tauris ad brutũ tellurem. Videbis.] Enallage personæ. De mortuorũ inferorumq; magia copiosè extat necyomantia explicata apud B
Homerum Iliad. 10. Recenset autem potissimùm magiæ species, præter umbrarum inferorumq; colloquia, quorum hoc loco fit mentio, etiam ex aqua, & sphæris, ex aëre & stellis, & lucernis, & peluibus, securibusq;. Ornos.] Solutio naturæ: species pro genere. Testor.] Contestatio ad insinuandam necessitati operandi sacris magicis. Accedo.] ad artes, defectio: pro, me res ita urget ut inuitam ad artes magicas parari atq; expediri. Itaq; si queat uenefica aquæ cursum inhibere, & syderum meatum à naturali motu retrò agere, manes animasq; ab inferis reuocare, atque celsas arbores montibus detrahere: haud dubiè, à fuga nobis reducet restituetq; Aeneam. Accingier.] pro accingi, paragoge: item metaphora, pro parari. Epilogus constat breui enumeratione mandatorum, ut sororis arbitris secretò rogum per speciem sacrificij struat: quo præter expectationem, in rerum omnium securitate, mortem sibi accelerct. Secreta, secretam pyram. Sub auras.] in altum.

Viri.] Aeneæ. Impius.] Aeneas: antonomasia. Ad conciliandos amores, & ligationes, solutionesq;, præcipuum momentum habebat pignora ac relicta monumenta C
igne, aut alia quauis ratione corrumpere. In Bucol. Ecl. 8. uenefica uiri pignora in terram defodit:

"Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
"Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso
"Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.

Et Dido fingens se à Massyla uenefica edoctam, qua ratione Troianus dux sit retinendus, iubet apud se relicta ipsius monumenta in rogum congeri, & aboleri: hoc est, incendio absumi. Exuuiasq; omnes lectumq;.] Enumeratio earum rerum quas habuisset charas, quas in pyram coniectas concremare statuit. Arma, exuuias, lectum genialem, denique omnia ea monumenta quæ discedens Aeneas Didoni dono reliquerat. Verùm munera ab hoste relicta, non sunt pro muneribus ducenda, propterea quòd perniciem adferant. Aiax apud Sophoclem queritur, ensem sibi ab Hectore datum, exitium apportasse:

"ἐξ οὗ γὰρ ἐς χεῖρ' ἐδεξάμην
"παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου,

Ero

A „ ὃ καὶ ἀνδρὸς ἔλαβον ἐχθροῦ πάρα,
„ ἐκ τ' ἔσχ' ἐδέξατο βροτῶν ἐξαίρετα,
„ ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα. id est,
„ Etenim ex quo ego manu accepi hoc
„ Ab Hectore infestissimo hoste donum,
„ Interea nihil quicquam praeclari ab Argiuis tuli.
„ At uetus est mortalium paroemia:
„ Hostium munera, neq; sunt munera, neq; utilia.

Et in Tragœdia Euripidis, Medeæ munus Glauceæ nouæ nuptæ pestem attulit: & Herculi uestis, Nessi sanguine tincta. Exuuias]*Exuuias uocat non solùm hominum, uerumetiam brutorum animalium detracta spolia: ut exuuiæ serpentum, anguillarum, boumq; coria, & similium, ab exuendo: ut contrà induuiæ, ab induendo. Itaque pro relictis ceu ab hoste uestibus usurpauit. Nam & munera paulò pòst appellabuntur omnia penes Didonem relicta, at non in eum usum.* Iugalem.] *Lectum coniugalem honestiori titulo nuncupat, in quo coniugij iura persoluissent. Atq; ob id addit, in eo se periisse amore, cùm pudorem prostituisset. Nox uerecunda est, & lectus, in quo pudor extinguitur.* Abolere.]*Igne corrumpere, atque ita tum demum futurum est, ut illius amoribus uel explicer, (id quod mihi est optatius) uel is mihi restituatur.* Monumenta]*quæ me illius admonent.* Iubet.] *Ab authoritate ueneficæ, sacerdotis Herculis, ut consilium propositum minus habeat suspicionis, plus uerisimilitudinis. Summa mandatorum ita exposita, horrore imminentis mortis expalluit. Pallor, metus præcipuè atq; iræ argumentum est, ut & conscientiæ criminis alicui obnoxiæ.*
Ora.]*os, uultum synecdoche.* Non tamen.] *Anna quiduis potius, quàm sororem mortem meditari, aut grauiorem ægritudinem ex abitu Aeneæ, quàm ex morte Sichæi concipere suspicatur.* Prætexere.] *abscondere, celare, sacris magicis mortem destinatam.* Morte.] *ex morte Sichæi.* Parat.]*Desectio, exequi mandata sororis: simul exponit, quæ mandata executa sit. Extruxit primum ingentem rogum, quem Græci pyram uocant, licet pyræ significatio latius pateat. ornauit proxima quæq; sertis, & cupressa: in rogum congessit relictas uestes & ensem. Hæc, ut mandata erant, sedulò exequuta est.*

B

ARGVMENTVM.

Ornatur à Didone Pyra sertis, tædis, ac frondibus, superponitur illi effigies Aeneæ, eiusq;, quas reliquerat, exuuiæ. Sacerdos maga ad sacrificium se accingit, & ad aras accedens passis crinibus, inferos magna uoce inuocat Deos: parantur reliqua, quæ ad huiusmodi magicum sacrificium facere uidebantur, aqua, licet simulata, Auerni fluminis: herbæ ad lunam ahenis falcibus messæ, & caruncula de fronte pulli equini recenti partu editi reuulsa: ipsa uerò Dido, altero pede soluto, deos, atq; sydera se morituram testatur.

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, ingenti tædis atq; ilice secta,
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat
Funerea: super exuuias, ensemq; relictum,
Effigiemq; thoro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circùm, & crines effusa sacerdos
Ter centum tonat ore deos, Erebumq;, chaosq;.
Tergeminamq; Hecaten, tria uirginia ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni:
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, & nigri cum lacte ueneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola manibusq; pijs altaria iuxta,
Vnum exuta pedem uinclis, in ueste recincta
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sydera: tum si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumq; memorq; precatur.

NASC. Tædis, atq; ilice secta.] *ταυτολογία est, hoc est, facibus ex ilice confectis.* Intenditq; locum sertis.] *circumligat coronas ex floribus per locum, honoris sacrorū, & decoris gratia.*
Et fronde coronat Funerea.] *præter serta frondes etiam cupressinas addiderat,* C *quæ pyris mortuorum cremandorum adhibebātur, necis igitur suæ cōscia parat, quæ cum suo corpore cremari uolebat.* Effigiemq; toro locat.] *magnus hic sanè amoris affectus in regina fuisse innuitur: quæ uel in morte eius, quem deperibat, imagini coniungi uelit.* Et crines effusa sacerdos.] *nihil erat, ut aræ ponerentur, nisi etiam sacerdotis mētio fieret: magnæ, ueneficæq; mulieres, passis, incomptisq; capillis à poëtis describuntur. Horat. in Serm. Satyr. octaua primi libri:*
„ *Vidi egomet nigra succinctam uadere palla*
„ *Canidiam pedibus nudis, passoq; capillo, &c.*
Et in Epodo de Canidia, Ode 5.
„ *Canidia breuibus implicata uiperis*
„ *Crines, & incomptum caput*
„ *Iubet sepulchris, & reliqua.*
Tercentū tonat ore Deos.] *Vox tercentū ad uerbum tonat, non ad Deos referri uidet, ut sit sensus, Deos ψsæpè inferos magna inuocatas uoce: neque hoc ad centum Proserpinæ, seu Hecates numina (ut Seruius, alijq; interpretes ariolantur) referendum puto: nam prius cōmuniter Deos Poëta complectitur, cùm ait, tonat Deos. deinde separatim eos recenset, dum sequitur:* Herebumq;, chaosq;]*quos in numerum Deorum antiqui retulerunt. Postremò Hecatē nominat, cùm subdit:* Tergeminamq; Hecaten] *cuius trinam potestatem designare uidetur: nam Luna est in cœlo, Diana in terra, Proserpina apud inferos: quamobrem cœlestem, terrestrem, infernamq; potestatem habet. non negauerim centum fuisse apud ueteres numina Hecates, uti interpres exposuit: nam centum uictimis placabatur: quod sacrificij genus ἑκατόμβη: sed hoc in loco nihil esse uideo, ni fallor, quod ad centum eius numina referri possit. etsi nonnulli uiri doctissimi id asseueranter affirmant: quorum opinionem tamen si sequi uelimus, uox illa tercentum ita ad Deos, sicuti ad uerbum tonat referenda est. ut dicat Hecatem à sacerdote ter inuocatam, quam per centum Deos designare uidetur, occultè ad amplissimam eius potestatem, & nominis ratio-*

nem simul alludens, ternarius numerus in huiusmodi sacris proculdubiò ex more adhiberi solebat, uti ex Homero, Nasone, Tibullo colligi potest, qua de re & Porphyrius philosophus abundè disseruit. sequatur quisque, quod maximè probet. quod uerò sequitur: Tria uirginis ora Dianæ.] uel τρίμορφον est trinæ potestatis Hecates, uel reuera ad opinionem ueterem alludit, qui eam triformem fecerunt. Ouid. Fast. 1.

„ Ora uides Hecates in tres uergentia partes.

Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.] cum aqua Auerni, q Campaniæ lacus est prope Baias, & unde olim ad inferos aditus patere dicebatur, in magicis sacris exhiberetur, nec haberi posset, simulabatur, eaq; sub eius nomine accepta pro uera probari solebat. Horatius in Epodo, Ode. 5.

„ At expedita Sagana per totam domum
„ Spargens Auernales aquas
„ Horret capillis, & reliqua.

Falcibus & messæ ad lunam.] modus hic designatur, & tempus. modus est, quòd inciduntur, nec quolibet instrumento, sed falcibus, nec ex omni materia, sed ex ære, quod olim ad rem diuinam, auctore Macrobio, adhiberi solebat locus est ex Sophoclis tragœdia, quæ inscribitur ῥιζοτόμοι, in radicum incisores, in ea describit Medeam herbas maleficas aheneis falcibus secantem. hæc tragœdia, sicut & alia Sophoclis nonnulla desiderantur à nobis: sed ipsius auctoris carmina retulit Macrob. Satyr. 5. tempus est, quod ad Lunæ obseruationem. ita quoq; Horat. in Serm. Satyr. 8. primi libri:

„ ——has nullo perdere possum,
„ Nec prohibere modo, simul ac uaga Luna decorum
„ Protulit os, quin ossa legant, herbasq; nocenteis.

Pubentes herbæ.] ἀκμαζούσας herbas adultas, mutatioreq; pubentes appellauit, sumpta à puberibus iuuenibus tralatione: qua quidē iterum in 3. Georg usus est.

„ Pubentesq; secans herbas——.

Nigri cum lacte ueneni.] sunt, qui putant, succum nigrum intelligi, qui ex illis herbis exprimitur. alij periphrasin syluestri papaueris agnoscunt: ego uerò uenenosas herbas simpliciter intelligo. ita quoq; Horat. in Epodo Ode proximè adducta:

„ Herbasq; quas & Colchos, atq; Iberia
„ Mittit uenenorum ferax.

Nam uenenosæ herbæ lac, succumq; uenenosum quis negat habere? Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus.] Hippomanes intelligit, sic appellat Plinius non solùm uirus, quod ab inguine equarum stillat, uerūetiam carūculam illam, quæ in fronte est pulli equini recenti partu editi, caricæ magnitudine, colore nigra, quam statim mater deuorat edito partu hinc ingēs amor in partum. quamobrem ueneficium amoris Plinio dicitur. quod si fortè ab aliquo præripiatur, partum ad ubera mater non admittit. Ouidius autem de Arte amādi lib. 2. negat huiusmodi carunculam amori conferre, cùm ait:

„ Fallitur, Aemonias si quis decurrit ad artes,
„ Datq; quòd à teneri fronte reuellit equi.

Ipsa mola.] redit ad Didonem: cuius acta in magico sacrificio scitè admodum describit. quid sit mola salsa, docent interpretes. Vnam exuta pedem.] de more sacrificantium: nam in sacrificijs nihil ligatū esse oportebat. Plutarch in quæst. Probl. ni fallor, quinto huius rei causam assignat. In ueste recincta.] id est, soluta. altero pede uinculis exuto, & ueste discincta Deos precatur. A

Et conscia fati Sydera.] Planetas quidē, in quibus ratio fati continetur, intelligit: sed alludit ad opinionē Chrysippi de necessitate fati, quasi Dido non sponte sibi mortē illatura sit, sed fato traheretur. Tum si quod non æquo fœdere amantes.] non amorē, quo dissolui nolebat, sed quod, si quod est, amori contrariū numē, quod ἀντέρωτα uocant, ut sit ultor, ac uindex crudelitatis Aeneæ, inuocat quod apertè demonstrat, cū ait: iustumq; memorq;. precatur Cicero in 3 de nat. Deor. Anterota ex Venere, & Marte natum literis tradidit. Athenis, ut scribit Pausanias, ara fuit Anterotos, quam inquilinis dicatam ferebant: causam ipse assignat. in Heleorum gymnasio ea parte, quæ dicebatur μαλθώ, Amoris, & Anterotos statuæ fuerunt ἔρως, id est, Amor, palmaceum tenebat ramum, quem auferre Anteros conabatur. Athenienses igitur, & Helei Anterota, ut numen coluerunt. "

PENETRALI.] Adiectiuè usus est, pro in penitiori ædiū parte, quam ipsa paulò antè tectum interius dixit. Deinde ordine ceremonias sacrorum, quæ inferis umbris factura sit, exponit. Tæda.] Primùm describit rogum à materia & lignorum generibus, è quibus factus fuit: ex tædis atq; ilicibus Recensetur tæda inter arbores resinā exudantes, quæ natura montes amantiūt sunt cedrus, larix, & aliæ ex quibus resina gignitur. Sed tæda succo abundantior est, quàm reliquæ: parcior tamē, liquidiorq;, quàm picea quare priscis, flammis ac sacrorum luminibus adhibebatur. Mares eam duntaxat ferebant. Ilice secta.] Ilex glandifera arbor est, cuius glans tamen breuior est, & gracilior, quam Homerus ἄκυλον uocat lib. Odys. 2. quo nomine eam à glande distinxit. Huius duo faciunt genera. Quæ in Italia sunt, haud multum ab oleæ folio discrepant. Huius folia negant decidere. Hanc adhibet magicis sacris, quòd præsentem ueneficij uim habere credatur, uel, Homero teste. Enarrat enim Poëta lib Odyss. 10. Circen Vlyssis socijs, quos in porcos & sues transformarat, in cibum glandem iliceam iniecisse, & fructum corni. Verba Poëtæ sunt:

LAMB. Hort.

B

——τοῖσι δὲ Κίρκη "
πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλεν, καρπόν τε κρανείης "
ἔδμεναι.—— "

Secta.] Nam fissa optimè ignem concipiunt, cum teretia difficulter. siue quod ilex facilè secatur, & arefacta suapte natura dissiliat. Intenditq;.] Hypallage, pro intendit serta per locum: id est, uestit ornatq; omnem eū locum sertis & frōdibus, id genus sacris cōuenientibus. Funerea.] Hoc est, frondibus cyparissinis De Cupresso lib. 3. disseruimus. Ea arbor Romæ præcipuè ante ædes nobilium funestas erigi consueuit: C

Et non plebeios luctus testata cupressus. "

Dido testans se moriturā, cupressum sacris admouisse, à Poëta consuetudine Romana fingitur. Est & eo nomine tristis, quòd picem fundat, liquorem atrum, inferis gratū: ipsa sacris magicis consueta etiam applicari, quòd Diti consecrata esset. quamobrem (ut dixi) ante domos defunctorum, maximè nobilium, statuebatur. Cætera quæ ad eius arboris uel ingenium, uel dignitatem pertinent, alibi retulimus. Exuuias.] monumenta Aeneæ, quibus corruptis, fingit se amore uel solutum, uel illum sibi reconciliatum iri. Sperat, furorē unà cum effigie se extincturam.

Ignara.] cùm sacra simulata sint reuera, & quiduis potius regina quàm Aeneam restitui posse speret.

Stant

A Stant aræ.] ut in funebri luctu fieri consueuit. Crines.] habens crines sparsos uates uenefica, sacrorum præses.

Tercentum] trecenta diuersorum deorum nomina, non unius Hecates. Nam sacri id genus antistes, præter alias execrandas ceremonias & species, omnia ria accersebat: caput triplici facie cælatum aoutes circumferebatur. Horrida dæmonum & angelorum uocabula proximis locis inscribebantur. Primum Hecaten illi, at nostri adorandam Triadem inuocabant: & angelorum quàm plurimos, suo quosque choro: deinde sexcenta cacodæmonum nomina horribili uoce detonabant Metamorph. 7. de Medea:

» *Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinem*
» *Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora*
» *Soluit, & in dura summisso poplite terra.*

Erebum.] inferos, & quantum impurorum spirituum inferi habent. ἔρεβος, τὸ σκότος, tenebræ, ἐρεβεννὸς, tenebrosus, καὶ ἐρεβωδὴς idem. Hesiodus ἐν τῇ θεογονίᾳ ex Chao Erebum prognatum docet, ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο. Proinde Erebus & Nox Chaos liberi sunt. Chaos.] Sic appellabant confusam quan-

B dam ab initio unitatem hiantem, & in profundum patentem: παρὰ τὸ χαίνειν. siue χάσκω, hio: χάσμα, hiatus. Chaus descriptio est apud Ouid. lib. Metam. 1.

» *Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,*
» *Vnus erat toto naturæ uultus in Orbe,*
» *Quem dixêre Chaos, rudis indigestáque moles,*
» *Non bene iunctarum discordia semina rerum,*
» *Nec quicquam nisi pondus iners.* ——

Aristophanes, teste Suida, pro aëre usus est in Auibus:

» διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους
» τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε. Id est,
» *Per ciuitatem alienam & Chaos*
» *Coxarum nidorem non perferes.*

Chao & Saturnalibus uetustior, de uehementer priscis. Ibycus, ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει, Volat in alieno Chao. Et rursus, ὁ δ' φλυαρεῖ:

» καὶ μάτην ἡμῶν λῆρον κατηχεῖ, τῷ χάει
» ἀρχαιότερον καὶ Κρονίων ἀπόζοντα. Id est,
» *Hic nugatur, & frustrà nos nugis perfundit.*
» *Chao & Saturnalibus antiquius redolentibus.*

Aristophanes: χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς. γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. ἐρέβους δ'

C ἐν ἀπείροσι κόλποις, τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν. ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν ἔρως ὁ ποθεινὸς, στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις. οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νύχιος κατὰ τάρταρον εὐρὺν, ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς. πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα. συμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις, γένετ' οὐρανὸς ὠκεανός τε καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. Id est: Chaos erat & Nox, Erebusque ater primùm, & Tartarus uastus. Porrò nec terra, nec aër, nec cælum adhuc erat. Nox statim tenebrosa omnium primum ouum subuentaneum in uasto Erebi gremio parit: ex quo Amor uolutis horis, ille desiderabilis prodijt, humeris aureis alis splendicans, rapidis uorticibus adsimilis. Porrò hic Chao per noctem mixtus apud spaciosum Tartarum, nostrum genus procreauit, primùmque in lucem edidit: nam antè immortalium genus non fuit, quàm Amor commiscuisset omnia. Mox alijs alijs commixtis, factum est cælum, oceanus, & terra: & cum his incorruptibile beatorum diuorum genus. Hæc Aristoph. χαῖρ', ἄγριε, ὦ τὸ ἀρχαῖον. Tergeminamque.] Hanc tergeminam fingunt, siue quòd Proserpina, Luna & Diana, eadem sint cum Hecate: siue quod triplex lunæ sit uicissitudo, cùm surgit in cornua, cùm diuidua est, & cùm orbe pleno lucet. Hinc triformis à poëtis ubique fingitur. Sunt, qui eam triformem uel ob id faciunt, quòd trium capitum sit. Ouid. 7. Metamorph. Triceps Hecate. ita ut dextrum caput equinum, sinistrum caninum, medium homini agrestis referat. Tartari hanc filiam credunt. Hinc ab Orph. ταρταρόεσσα dicitur. Alij Iunonem, Dianam & Proserpinam, unum numen esse contendunt. Hanc in triuijs uenerabantur olim, Pheream ex Ioue prognatam, expositam in triuijs, inuentam eductamque à pastoribus. Sub noctiluniorum ditiores uespere cœnam instituebant Hecatæ (ut dicebatur) in triuijs: nocte pauperes aderant, clausis portis, qui eam famelici diripiebant: postridie persuadentes uulgo, Hecaten, id quod appositum esset, deuorasse. Vnde quoties significare uolumus quid per tumultum direptum, Hecates cœnam appellare licebit. Eandem & præparcam ac sordidam ueteres appellabant, quòd apud inferos umbræ tenui ac uilissimo cibo uictitare dicantur, ut malua & porro: ipsa uerò Hecate mænides & triglidas, contemptos apud nos pisces, ut sibi sacros in delicijs habebat. Apud Athenienses locus fuit Trigla, ubi Hecates Triglanthinæ simulachrum uisebatur. Rarsum triglam Hecatæ consecratam alij uolunt, propter ipsius nominis rationem. Enarrator Lycophronis aliam abducit rationem, non paulò uerisimiliorem, quamobrem in triuijs apud ueteres diuinis honoribus culta fuerit, ἐκεῖνο ἔφη φεραίας τῆς αἰόλου θυγατρὸς, καὶ τοῦ Διὸς τεχθεῖσαν, ἐν τριόδοις ῥιφῆναι. βουκόλοι δὲ φέρητος φεραίου ἀνελόμενοι αὐτὴν, ἀνέθρεψαν. ὅθεν ἐν ταῖς τριόδοις αὐτῇ τὰς θυσίας ἐτέλουν. φεραίαν δὲ, τὴν ἐν φεραῖς τιμωμένην. φέρης γάρ τις ἔκτισε πόλιν φέρας, ἣ νῦν σαμὰ καλεῖται. καὶ καλλίμαχος περὶ τῆς ἀρτέμιδός φησιν, ἄρτεμι μουνυχίη λιμενοσκόπε, χαῖρε φεραία. ἡ αὐτὴ δὲ ἐστιν ἄρτεμις καὶ ἡ ἑκάτη. Alia quædam, inquit, Hecate ex Pheraea Aeoli filia & Ioue prognata, in triuijs exposita fuit. Pastores autem Pheretis Pheræi, inuentam puellam studiosè educarant. Quare ei in triuijs postea sacrificarunt Pheræam Hecaten Lycophron appellat, quippe quæ Pheris colebatur: nam Pheres quidam urbem Pheras condidit, quæ nunc Sarama nuncupatur. Callimachus de Diana loquens Diana Monychia, portus exploratrix, salue Pheræa. Est autem Diana & Hecate eadem. Idem de altera ad hunc modum scribit: Hesiodus Hecaten Persæ & Asteriæ filiam fuisse author est, non autem Persei. Neque uerò Persæ alicuius recentioris, sed ueteris, qui ex Eurybia & Crio ortus fuit. Hæc item & Brimo dicta est, quòd Mercurio in uenatione uim offerre uolenti minata esset. Et Persephone Brimo appellatur. Videtur Hecate cum Persephone eadem esse. Triformis triceps. Sic enim à Lycophrone nuncupatur, βριμὼ τρίμορφος: propterea, quòd particeps sit cum cœlo, terra & inferis. Suidas admonet, ex hac licere discere, ditescerêne, an famescere sit melius. Vult enim hæc, sibi cœnam singulis mensibus à diuitibus mitti, & eam à tenuibus diripi, priusquam deponatur. Fuerunt quidam Dianam, alij Lunam in uisis ac monstris magnis apparere execratis. Ipsa autem monstra, homines sunt capitibus draconum terribiles & monstrosæ magnitudinis, ut ipsa dea intuentes perterrefaciat. Hecates in-

fula circa Delum est, quæ a nonnullis etiam Psamunte dicitur, quòd placentis ea dea ibi colatur. ψαίμμιτες enim placentæ species est. Hecateum, Hecates simulachrum: & templum illi à Medea in Paphlagonia quoq; dedicatum fuisse, testatur Apollonij interpres lib. 4. Argonaut. Vnde paræmia, Theagenis Hecatæum: quod quocunq; iret, id audire uideretur. Seruius Hecatē dictam putat ab ἑκατὸν, centum, quasi centum habens potestates. Sunt qui eam ita nuncupatam credant ἀπὸ τοῦ ἑκὰς ἐργάζεσθαι

Tria uirginis.] *Qui apud inferos sunt terniones. prouerbium per risum & iocum torquebatur in eos, qui res abstrusas, nimis curiosa diligentia inuestigarent. Diximus enim, terniones apud inferos in honore esse, & Hecatæ consecratos, & trigla pisce illi sacrificari solere. Sed & in triuijs omnibus, eiusdem simulachrum erigi mos erat. Iam uerò & Hecates pedissequam Hecubam prodidit Lycophron fuisse. idq; ob nullam aliam causam, quàm, ut augentur, quòd Hecube canis aliquando fuisset, quia lapidibus obruta creditur. Addunt & illud, quòd atri canes Hecaten sectentur. Propter ternarij mysterium itaque, inferorum principatum, & lunæ potentiam, Hecate numen præsens in sacris magicis implorabatur.* Ora.] *hoc est, ipsam Dianam τρίμορφον, & τριπρόσωπον.* Latices.] *Sacrificaturi superis, totius corporis ablutione purgabantur. Inferis aut mortuis uerò litaturis sat erat, si leuiter aqua conspergerentur.*

——ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui:——

cùm in 6. Misenum essent humaturi. Et paulò post hoc eodem libro:

Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

In sacris magicis etiam aqua fluuiali se conspergunt. Ouid. ——ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis.——

Cæterùm de aquæ præstantia ac dignitate, nihil opus est hoc loco disputare. Illud tantùm sat sit dixisse, omnium elementorum eam à Pindaro præstantissimo appellari: siue quòd uita humana diutius potius elemento quam aqua careret (unde Romani aqua & igni quempiam interdici dicebant, quòd rebus omnibus gratissima sit) siue quòd ea illuuies auferantur. Didone itaq; sacris dijs inferis operatura, quoniam aqua ex lacu Auerno (qui Plutoni sacer est per quem etiam descensus ad inferos esse credebatur) obtineri non poterat, pro uera supponebatur ficta, rituis aspersione meretur. Fontis.] *lacus Auerni. de quo suprà in tertio, & in sexto plura dicemus.* Falcibus.] *Herbæ, inquit Seru. pro lunæ ratione tolluntur, eodem modo. Vnde & pertinet ahenis falcibus dixit: quia aliæ uelluntur, aliæ inciduntur. Et ad lunam, non ad noctē. sed ad lunæ obseruationem. Hæc Seruius. Sed audiamus Macrobium hunc locum multò pensiculatiùs tractantem. Vnde Maroni, inquit, ænea falces in mentem uenerunt? Sophoclis, inquit, Tragœdia id de quo quærimus, etiam titulo præfert. inscribitur enim ῥιζοτόμοι, in qua Medeam describit maleficas herbas secantem, sed auersam, ne ui noxij odoris ipsa interficeretur. Et succum quidem herbarum in cados æneos refundentem, ipsas autem herbas æneis falcibus execantem. Sophoclis uersus unà cum tragœdia desiderantur. Ex Sophocle sine dubio Virgilius protulit æneas falces. Omnino autem ad rem diuinam plerumq; ænea adhiberi solita, multa indicio sunt. & in his maximè sacris, quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut deni- que exigere morbos uolebant. Taceo illud Plaut. Nectum habet pagus, morbus æs. Et quod alibi Virgil. Curetum sonitus, crepitantiaq; æra. Sed Carminij curiosissimi & docti uerba ponam, qui in libro de Italia 2. ait: Prius itaque & Tuscos æneo uomere uti, cùm conderentur urbes, solitos, in trairectitiq; eorum sacris inuenio: & in Sabinis ex ære cultros, quibus sacerdotes tonderentur. Hactenus Macrobius. Theocriti enarrator in Pharmaceutria ostendit, æs magnam uim in excantationibus & sacris apud ueteres habuisse: ac propterea in deliquio lunæ adhiberi solitum, quòd purius cæteris putaretur. Quare in purgationibus quoq; eo utebantur ut in lib. de dijs Apollodorus tradit. Ouid Metam lib. 7. de Medea loquens:*

A

Partim succidit curuamine falcis ahenæ.

Atq; hinc constat, æris uim multis efficacem fuisse apud ueteres. Messæ.] *succisæ ad lunam: id est, noctu ad lunam lucentem, & plenam. Nam obseruationum lunæ à magis præcipua habebatur ratio, tum ob triplicem eius naturam: tum quòd corpora humana in terra, cælo & mari, simul & magicæ herbæ eius ui subiecta sint. Et herbarum magicarum partim succulentæ ad lunam colliguntur æneis gladiolis, partim ad eandem siccantur. Nyctigeretum, B gilam & Chenomychum, quòd eam anseres ad primum conspectum horreant, & nyctilopa uocant, quòd noctu fulgeat: eruitur post æquinoctium cadiuum, & siccatur ad lunam triginta diebus. Huius usus esse traditur apud reges & Persarum Magos. Et helichryso floribus herba auro simili Magi se coronant. Sed circa nullam herbam magis insaniunt, quàm uerbenacam.* Ad lunam.] *Tanta tam uim lunæ inesse creditum est, ut suo accessu corpora impleat, discessu euacuet. Quare ea crescente, augentur conchylia, & maximè etiam spiritum, quibus maximè inest sanguis. Fruges item, pabula, & herbæ frutices eiusdem penetrantem uim sentiunt. Contra, noctium uim soluit humorem, trahitq; ac cuncta humifico spiritu laxat. In dulcibus aquis præcipuè alimentum eius est.* Pubentes.] *pro pubescentes, teneræ adhuc per ætatem. propter succulentiam. tracta metaphora ab homine ad herbas, plenas succi. Et apud Ouid lib. 7. Metamorph. extat egregia amplificatio locorum per congeriem, in quibus Medea herbas magicas collegit. Itaq; herbæ succulentæ ad lunæ lumen, & quidem noctu falcibus æneis inciduntur, sed silentio ad usus incantationum suarum. Magi herbas incidebant ad obseruationem lunarem, falce ænea madefacta uespertilionum sanguine. Per herbas pubentes, papauer C syluestre præcipuè uidetur significare, longum ac pusillum quidem, sed ad omnes effectus ualētius.* Negri cum lacte.] *In Ponto fluuius Astaces irrigat campos, in quibus uaccæ pastæ nigro lacte gentes alunt. Constat autem id genus multa, quibus in ueneficijs utuntur, in Ponto nasci solere:*

Has herbas atq; hæc Ponto mihi lecta uenena,
Ipse dedit Mœris nascuntur plurima Ponto.

Lacte ergo nigri ueneni: id est, lacte nigro ad ueneficiorum usum nata. Etenim atra, nigra. & id genus epitheta, pro infaustis usurpari, nemo planè est qui ignoret. Non placet quod Seruius hoc loco exponit nigri ueneni, pro eo quod est, nigros reddentis mortales, ut ex effectu efficiens intelligatur: nam id ferè de rebus incorporeis dici solet, ut frigus pigrum, tarda senectus, uaga iuuentus, mors pallida, & similibus. Nisi fors herbæ reperiantur succi nigri, quem lac nigri ueneni ingeniosus Poëta uocat. At colostra,

A *lostra, licet prima à partu spongiosa densitas sit, ut Plinius quoque testatur, non tamen omnibus infantibus statim exitiabilis est. Sed id nigrum dici non potest, nisi figuratè ad uenenum epithetum referatur. Proinde cuilibet suum liberum iudicium, de lacte nigri ueneni, in medio relictum esto, præcipuè cùm lac quasi adhuc dicatur, quod perinde est, ac si dicas, obtineri aut non posse, aut certè nondum eam obtinuisse.* Nascentis.] *Quemadmodum magi ac uenefica ad suas artes, colostram & lac succumque atrum seruabant: ita carunculam pulli equini fronti detractam, quam hippomanes Græci uocant, propterea quòd ea deuorata, pulli amore equa insaniat. Plin. lib. 8 cap. 42. loquens de equarum libidine: Et sanè, inquit, equis amoris innasci ueneficium, Hippomanes appellatum, in fróte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præruptum habeat. Verg. lib. 3. Georg.*

Hinc demum (Hippomanes uero quod nomine dicunt
Pastores) lentum distillat ab inguine uirus.

Hoc à ueneficis diligentioribus in usum ueneficiorum B *præripi solet. Suidas:* ἱππομανὲς, ὅπερ λέγεται τὸ [illegible] *Hippomanes sic dicitur hoc ipsum, quod in fronte pulli equini nascitur, quodque mater illicò deuorat: est autem hoc, ipsa magnitudine caricæ minus, nigrum, latum, rotundumque: estque ad multa usui.* Nascentis.] *Periphrasis pulli equini.* Matri.] *equæ. Amorem matri præruptum, atque de fronte pulli reuulsum, pari periphrasi Hippomanes uocat quo absumpto, fœtus suos suprà modum amat: alioqui ab uberibus repellit. Hinc illa:* [illegible]

Ipsa.] *A persona uenefica, transit ad Didonem, & eius superstitionem, ac ceremonias.* Ipsa mola.] *Ostendimus* C *alibi, hostias animales sacris admotas, imposita mola cædi solere. Mola ex hordeo & sale adusto conficiebatur. Hac uiuis capitibus animalium hostiarum inspergebatur: atque hinc uox immolare deducta est, pro sacrificare. Eius consuetudinis duas causas Homeri enarrator, ex Theophrasto lib. Iliad. 2. adducit: uel propagationis gratia, uel propter prisci uictus memoriam. Nam antequam mortales rationem molendi frumenti didicissent, hordeo integro, nondumque confecto uesci consueuere. Quare etiam eas fruges Homerus uocat,* [illegible] *hordeo. Et Latini à molendo molam dixerunt: Iam & magicis sacris spargebatur mola. Idem pharmaceut.*

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.

Piis.] *religionis ergo. quippe aspersione aquæ purgata sordibus credebatur.* Vnum exuta.] *pro exuta altera pede uinclis: quo significabatur, ipsam reginam uel amore liberatã, uel iam mox sagæ beneficio, illo solutum iri. Quod autem alter ligatus maneret, Aeneam uicissim amoribus immergendum. In sacris enim id genus, ijs qui amorum curis expediri uolebant, nihil licebat esse ligatum. Contrà impediri cupientibus, nihil non ligabatur. Necte tribus nodis ternos Amarylli colores, &c.*

Recincta.] *dissoluta.* Testatur.] *testes deos periurij ac perfidiæ aduocat, uindices olim sceleris, & acceptæ iniuriæ.* Sydera.] *arbitros, & calamitatis suæ præsentes spectatores. Verùm cùm addit, conscia fati, tribuit astris & corporibus cœlestibus fatalem quandam, si non uim, certè inclinationem rerum futurarum in corporibus humanis, secundum cuiuscuiusque horoscopum. Sed multa sunt profectò, quæ eius rei fidem fallere solent. prædestinatio diuina, prudentis hominis consilium & industria, & ad ultimum fallax iudicium. id quod ipsi fatentur quoque, qui eruditissimè de Astrologia naturali scripserunt, quique in artificiali illa superstitiosiori laudem aliquam sunt consequuti. Quare non insipitè dictum est illud, quod ut ipsis quoque semper in ore est, qui superstitiosam illam & naturalem tractant Astrologiam: Sapiens dominabitur astris. Quæ fata, quæ sydera perpulêre Didonem ad uoluntariam mortem, quam ei in manu erat prohibere? Verùm ubi industria omnis, & consilia humana, quamuis callida ad euitandum periculum, falluntur, nemo profectò inficias ierit, ubi fatum ineuitabile dominari. ut in Dario, Cæsare, Cicerone, & alijs, quorum prudentia iacuit, cum necessitate fatali traherentur*

Sydera conscia.] *imò nescia earum rerum, quas tu aduersus tua fata moliris. Si mens humana fati sui & fortis futuræ sit nescia, ac Dido præsentem ob oculos mortem cernat, quam ipsa sibi decreuit, cuius fati sydera conscia testatur? nisi quis, fatum pro morte uelit accipere: sed ne tum quidem corporibus cœlestibus, quippe inanimatis, rerum præsentium inest cognitio.* Numen.] *Pathos à contestatione Sensus autem est Si quis Deus est, qui amantes inique, quod uiolatur, fœdere respiciat, eum in testem aduoco, me indigna pati: Et hunc quidem precor, ut memor esse uelit periurij, atque id iustè ulcisci.*

ARGVMENTVM.

Χρονογραφίαν hanc, siue temporis descriptionem ad exaggerandum, amplificandumq; Didus dolorem tantum adhibitam esse nemo, nisi cæcus, non uidet: hoc enim designat Poeta, Didonem ne tum quidẽ quiescere, somnumq; oculis capere potuisse, cùm cætera animantia quietem agerent. nam mox sequitur:

At non infelix animi Phœnissa, nec unquam *Soluitur in somnos.*

NASC. Nox erat.] *huiusmodi temporũ descriptiones, ut dici, aut uo ctis poematib sic adhiberi solent, ut aut inde narrationis alicuius sumatur initium. ut*

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæque & sæua quierant
Aequora, cùm medio uoluuntur sydera lapsu,
Cùm tacet omnis ager, pecudes pictæque uolucres,
Quæque lacus latè liquidos, quæque aspera dumis
Rura tenent, somno positæ, sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum

in 2. Aeneid.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.
Item in 4. Aeneid.
Postera Phœbea lustrabat lãpade terras

 Humen-

At non infœlix animi Phœnissa, nec unquam
Soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem
Accipit, ingeminant curæ, rursusq; resurgens
Sæuit amor, magnoq; irarum fluctuat æstu.
Sic adeò insistit, secumq; ita corde uolutat.

Humentemq; Auroræ polo dimouerat umbram. Vt poëmati ornamentum, & lectori delectationis aliquid afferant, ut hoc in loco, & apud Apollonium in 3. Argonaut. ut paulò pòst ostendam. Sed hoc genus carò, illud uerò frequentiùs adhiberi solet inquit igitur. Nox erat.] ἡ ἀωρία. quasi dixerit, tempus dormiendi. uerùm quia plures sunt noctis partes, nec omnes tamen somno dicatæ, illam potissimùm attingit partem, quæ nulli negocio apportuna cùm animum animantium, tum etiam arborum, & mariū quietem requirit hoc dimidium est noctis, quam intempestā: hoc est, nulli negotio aptam appellant. nam mox ait:

——cum medio uoluuntur sydera lapsu.

Hanc eandem noctis descriptionem diuersis ferè uerbis hunc in modum protulit in 8. Aeneid.

Nox erat, & terras animalia fessa per omnes,
Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat.

Et placidum carpebant fessa soporē Corpora.] tota hæc noctis descriptio ex tertio Argonaut. Apollonij proculdubiò sumpta est, ubi de Medea non dissimili ferè dolore affecta uerba facit. quæ tota adscribenda est. quo, quid, quaq; in re differant, faciliùs intelligi possit. ita enim habet:

νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν κνέφας. οἱ δ' ἐνὶ πόντῳ
ναῦται εἰς Ἑλίκην τε καὶ ἀστέρας Ὠρίωνος
ἔδρακον ἐκ νηῶν. ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης
ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο. καί τινα παίδων
μητέρα τεθνεώτων ἀδινὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυπτεν.
οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἦεν
ἠχήεις. σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.
ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος.
πολλὰ γὰρ Αἰσονίδαο πόθῳ μελεδήματ' ἔγειρεν:

& reliqua. Apollonius ait:

——ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης
ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο.

Id est, uiator, & ianitor somnum appetebant. Sed quanto rectius, uenustiusq; Poëta noster

—— & placidum carpebant fessa soporem.

nam ille somnum desiderare, hic uerò somnum, addiditq; epitheton placidum, carpere dixit. quod magis ad rem, magisq; ad amplificationem facit: nā plus est omnia quæcunq; ratione fessa animantia dormire, solamq; Didonem uigilare, quàm uigilantem dormire cupientibus comparare. huc accedit, quod non solus uiator propter longum itineris laborem, nec solus ianitor ob diuturnam uigiliam somnum appetunt, cumq; tacuerint, profundè dormiunt: uerumetiam alij multi, quibus contigit diuersa ratione laborare. ideoq; fessa corpora inquit: nam si corpora tantùm dixisset, non fieret uerisimile: fieri enim poterat, ut aliqua etiam animantia uigilarent. Sed cùm addidit fessa, minus cōmune, magisq; quod probari posset, dixit. quod si abieceris sequens Apollonij carmen de matre dormiente, cui morte sublati fuerint liberi

——καί τινα παίδων μητέρα τεθνεώτων, &c.

Præclarè quidem, atq; aptanè, sed hæc in re cōmunia etenim fere maiorē mouendæ cōmiserationis uim habent. non me præterit interpretes, multos, alios q; uiros doctiss. super hoc loco ratiocinatos fuisse sed quid ego, & quid illi dixerunt, uelim indicetur. non enim is sum, qui ex alienis laboribus famam mihi aucupari uelim. imò profiteor me multa in his commentarijs dixisse, quæ alij tacuerunt; & multa monuisse, quæ alij ignorauerunt. A

Syluæq;, & sæua, quierant Aequora.] hæc eò pertinent, ut designet Poëta commentiss. Didonem non modò tum non dormisse, cùm omnia fessa animantia dormirent, sed ne aliquo quidem modo quieuisse, cùm & sylua, & mare ipsum quiesceret. Cum medio uoluuntur sydera lapsu.] mediam noctē designat: quam intempestam, & conticinium appellant. ideo subdit: Cùm tacet omnis ager.] tacere propriè eorum est, quæ uocem habent, sed plerunq; ad ea, quæ uoce carēt, transferri uidemus, & oculos, & plectra. sicuti agros tacere dicimus. Ouid. 2. Amorum.

Non oculi tacuêre tui. & alibi.
Plectra dolore tacent.

Tacere dicuntur agri cùm non excoluntur. quod præsertim media nocte contingit, non illud enim tempus operi faciundo, sed somno dari solet. & longè uenustius certè, quàm illud Apollonij est: B

——σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην. Id est,
Silentium obscuram habuit noctem.

Pecudes, pictæq; uolucres.] Apollonius canum latratum, & strepitus, qui in urbibus fieri solet, hic uerò noster pecudū uolucrumq; mentionē facit: quorū duo potissimùm genera ponit: quæ agros, & quæ lacus incolunt: in quibus omnes uolucrum species contineri uidentur, animaduertendum præterea est, quàm uenustè singula singulis epithetis, atq; illis quidem appositissimis illustret, atq; exornet. pictæ uolucres, lacus liquidos, rura aspera propter dumos. adde etiā quàm scitè, ac ueauste, quantaq; uerborū uarietate facta sit somni repetitio. nam cùm dixisset:

—— & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras. eandem rem sic egregiè uariauit:
——somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

At nō infœlix animi Phœnissa.] hoc est, cuius causa adhibita est tot rerum comparatio, noctisq; descriptio. & est Apollonij uersus, qui si cū hoc Virgiliano uersu cōparaueris, ille nudus, omniq; indumento carens, hic preciosiss. uestibus ornatus esse dixeris sic enim ille ait: C

ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος.
Id est, At Medeam non suauis attigit somnus.

Tu uerò attende quot, quibusue ornamentis, quantaq; uarietate prodeat hic noster, qui & affectum commiserationis impinxit. At non infœlix animi Phœnissa, & eleganti dormitionis περίφρασιν cum uenustissima uerborum uarietate locum illustrat. dum subdit: —nec unquam Soluitur in somnos——. Illudq; etiam uerè addidit:

——oculisue aut pectore noctem Accipit.

Ingeminant curæ.] ἡ αἰτία est causā tanta uigiliæ Didonis assignat & hic quoq; Apollonij est uersus:

πολλὰ γὰρ Αἰσονίδαο πόθῳ μελεδήματ' ἔγειρεν.
Id est, Multæ enim præ amore Iasonis curæ excitabant.

Nam & ipse causam affert, cur Medea oculis somnū capere non posset: quam quidem causam eleganti comparatione amplificatæ sumpta ex tremulo aquæ aheno infusæ quam iubar irradiat. qua usus est deinde Poëta noster in 8. Aeneid.

a

Sicut

A Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum. & reliqua.

Hic uerò non apponenda fuit furoris exaggerandi gratia comparatio, cùm eius concitatissima querela apposita fuerit, ex qua facile perspici posset, quàm uaria illi mens esset, quantoq́ doloris, atq́ iracundiæ æstu fluctuaret. Magnoq́ irarum fluctuat æstu.] *translatio à mari commoto quidem prius, sed quod nouo uentorum impetu uehementissime concitetur.*

LAMB. Hort. Nox erat.] *Amplificatio ægritudinis Didonis, à temporis nocturni descriptione. Hæc non tam delectandi causa inseritur, quam ut dolorem reginæ amplificet. Etenim cùm quantum animalium esset, quiesceret, sola Dido somnum oculis suis non uidit. Habet autem hæc Chronographia illustre exemplum partitionis generis in suas species. Omnia quiescebant: terra, sylua, æther, maria. Iam cuncta animantia, quæ ijs continentur, pecudes, aues, pisces, feræ: at una regina eam noctem insomnem duxit.* Nox erat.] *Hanc circumscribit, ab eius usu causaq́ finali, quamobrem à diurnis curis inducatur. Vt dies laboribus est destinatus: ita nox dies succedens, quieti parata est, & in quem usum occiduo Sole inuecta. Miré periphrasibus & me-* B *taphoris in hac Chronographia usus est.* Carpebant.] *Periphrasis, pro quiescebant.* Fessa.] *diurnis curis.* Syluæq́.] *Continentia pro contentis: quorum enumerationem per partitionem subtexit.* Medio.] *Stationem lunæ, medium noctis signat, cùm cuncta altissimo somno immerguntur.* Tacet.] *Metaphora, ab animali ad non animal: pro, cùm quiescunt cuncta animantia, quæ in agris stabulantur.* Lacus.] *pisces.* Rura.] *feræ, quæ in syluis & dumetis sua habent lustra.* Nocte silenti.] *quieta: metaphora. appositissimum epithetum, quo profundam rerum omnium quietem indicat, cùm sola regina horrendis curis distraheretur.* At non infœlix.] *Ex 3. Argon. Apollonij hic uersus descriptus ad uerbum est:*

ἀλλὰ μάλ᾽ οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος. ««

Animi.] *pro animo: Distructior animi.* Soluitur.] *dormit. quam orationem alij atq́ alijs uerbis statim expoliuit,* —nec oculis, nec pectore noctem Accipit—. *simile illi Terentiano est:*

Somnum herclè hac nocte oculis non uidi meis. ««

Ingeminant.] *pro ingeminantur: enallage generis.* Resurgens] *recrudescens amor memoria rerum præteritarum.* Fluctuat.] *agitatur: translatio ducta ab aquis ad animum. Apollonius, ἐν δ᾽ ἀνιηθέντα δοιά &c. Et in uoce Sæuit, translatio est, ab animato ad inanimatum.* Sic adeò.] *Proposito in uniuersum, cùm animantia omne genus nocturno silentio quiescerent, Didonem per curarum æstus, & se recipientem amorem, nullam quietem oculis admisisse. cogitationes oratione pathetica adijcit. Intenditur hac ratione catastrophe, in qua ad postremum doloris intolerantia, ad destinatum exitum grassabitur. Sunt autem deinceps omnia, propter fugam Aeneæ, ad mortem reginæ præcipitantiora.*

Insistit.] *Exponit, quo significatu uerbo utatur, per synonymiam.*

ARGVMENTVM.

Dido furoris stimulis agitata huc, illuc animum uersat, & suæ cædis conscia, antequàm id agat, multa secum ipsa ratiocinando consilia proponit, quæ cum suis rationibus parùm respondere putet, eadem refellit, ac iam tandem mori deliberat: postremò etiam sororem modicè accusat: cuius consilijs factum esse ait, ut nec fides Sichæo seruata fuerit, & ijs ipsa calamitatum molibus opprimatur.

En quid agam? rursúsne procos irrisa priores
Experiar? Numidumq́ petam connubia supplex?
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atq́ ultima Teucrûm
Iussa sequar? quia ne auxilio iuuat antè leuatos,
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti?
Quis me autem (fac uelle) sinet? ratibusq́ superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita necdum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouanteis?
An Tyrijs omniq́ manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia uix urbe reuelli,
Rursus agam pelago? & uentis dare uela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroq́ auerte dolorem.
Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atq́ obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem, sine crimine uitam
Degere more feræ? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.

NASC. ago? Noma-[?] inque: Nu-[?] unq́ al. Inul-tam al. Inferat?

En quid agam.] *Oratio hæc tota pathetica est, ac uehementis deliberationis: quam ἀπορίαν id est, per ratiocinationem agit, & à dubitatione, quam Græci ἀπορίαν uocant, exorditur, quæ uim maximæ commiserationis* C *habet. Macrob. lib. 4. Sat. id ἤθος appellat à dubitatione, atq́ à Græcis ἀπόρησιν nominari. Donatus in Terent. ἀπαγόρευσιν hunc esse meminit perditæ mentis post multam frustra cogitationem.* En *non est uox indicantis, ut*

» *En Priamus*——.

Neq́ (etsi non absq́ indignatione dictum uidetur) indignantis: ut illud Terent. in Phorm.

» *En unquam cuiquam contumeliosius*
» *Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?*

Sed consilio penitùs destitutæ, ac desperantis uitam. Rursusne procos.] *à turpi. turpè enim est, reginam imprimis, se illis uelle subijcere, quos ipsa sæpe contempserat.* Nomadúmque petam.] *amplificat à turpi seu ab indignitate personarum: nam singula penè uerba ἔμφασιν habent. petam mulier, & regina? nihil decorum est enim fœminam uirum petere, multo magis reginam. Sed quos petam? Nomadas seu mauis Numidas, uagos, scilicet & barbaros, hoc consilium non approbat, ideo aliud aggreditur.* Toties.] *non semel: hoc enim tolerabile uideretur, sed sæpius, quod indignationem procorum uehementer auget.* Iliacas igitur classes.] *alterum est consilium. quod sibi proponit per subiectionem refellendum ita Syrus ille Terentianus in Heaut.*

Quid agam? aut comminiscar? ««
Et paulò post

» Quid si hoc sic incipiam? nunc nihil est.
» Quid si sic? tantundem egero. & reliqua.

Vltima iussa] non displicet, ut per ταυτολογίαν hoc intelligendum sit: hoc est, ut idem sit cum superiore, & passiuè (ut ita dicam) capiatur iussa: hoc enim modo idem erit sequi iussa Troianis à Ioue data, atque classes Iliacas sequi, & est allusio ad illud, quod antè dictum fuerat,

» Nauiget, hæc summa est.

Quia ne auxilio] proximæ propositionis est confutatio per ἀπορίαν: qua Troianis etiam τὴν ἀχαριστίαν argumentur quin ue, certè & est uox ironiæ aptissima. Quis me autem (fac uelle) sinet?] quos proximè ingratitudinis arguerat, nunc eorum quoque perfidiam cœpit. & est sensus. si Troianos sequi uoluero, ipsi me (quæ in illis est superbia) non accipient, quod ab effectu comprobauit: id est, ex uitio ingrati illorum animi: quod si uoluerint, meque ipsam acceperint, illi tandem fidem prodituri sunt. quod coniecturæ confirmat per exemplum à perfido erga Deos Laomedonte deductum. Ratibusque superbis Irrisam accipient.] ἀντίθετον est in sensu, irrisam, & superbis: nam quæ irridemus, etiam contemnimus, & contemptio humilium rerum in superbis maximè uiget. Nescis heu perdita.] Troianos perfidiæ damnat per sui ipsius correptionem cum signo doloris, quod ad misericordiam commouendam facit. quasi nesciat, aut non meminerit Troianos pendere à Laomedonte Troiano: qui per iusiurandum Neptunum, & Apollinem fefellit: qui Pergama illis condiderant Hom. Iliad. φ. ut enim liberos ex parentibus, & parentes ex auis, eorumque maioribus, ita ex regibus populos prosemdere, & laudare solemus. Quid tum? sola fuga nautas.] aliud consilium sibi proponit refellendum. utrum sola, an cum omnibus suis comitari debeat Troianos: nondum enim in furorem, excandescentiamque exarserat. Sed & singulæ huius dictionis uoces ἔμφασιν habent. Sola.] quæ sum regina: cui soli ne incedere quidem honestè permittitur, tanto minus fugere & cum quibus fugere? Sequitur: Nautas] quasi dicat abiectos homines, peregrinos & laboribus assuetos. Ouantes.] ἀγερωχίαν: id est, insidiosè ad uictoriam de se partam alludit infelix Dido, perinde ac si in triumphum sit deducenda. Et quos Sidonia uix urbe reuelli.] confutat ab indecenti, & iniquo per ἀντίθεσιν, occultam illam quidem, sed uenustam: hoc sensu, non decet, quos magno negocio è periculis eripui, eos iam me rursus periculis obijci unde laus emergit cùm à pietate, tum magis ab animi magnitudine Didonis: tales enim magni animi homines facere solent. Quin morere, ut merita es.] conclusio deliberationis cum ipsius reginæ increpatione: utque hæc quidem conclusio ex necessaria rerum enumeratione fieri uidetur, hoc modo. Si procos à me toties contemptos rogare turpe est, solam Troianos sequi inhonestum, Tyrios meos rursus periculis subijcere iniquum, me autem ita illusam uiuere iniucundum, indecorumque, necessariò sequitur, ut mihi moriendum sit. Vt merita es.] quasi dixerit, hanc sibi necem precio meruisse. persona secunda utitur increpationi aptissima. Ferroque auerte dolorem.] ἀπὸ τοῦ à modo.

Tu lacrymis euicta meis] κατ' ἀναφορὰν sororem accusat, in eamque omnem calamitatis suæ culpam reijcit quam tamen culpam ita uerbis extenuat, ut uenia dignam esse indicet. non enim dolo malo factum est, sed misericordia, & pietate, ut error magis, quàm culpa haberi, & indicari posse uideatur. attamen dolore uicta Dido orationis acrimonia utitur: quod planè indicat elegans illa, ac uenusta repetitio: Non licuit thalami expertem.] perstat in sui reprehensione, quod infaustè nuptias repetiuerit non seruata coniugi Sichæo fide cum lepida admodum similitudine à feris deducta. non licuit, inquit, degere uitam more feræ thalami expertem? quasi diceret, licuit, sed misera priùs non animaduerti. hæc tamen reginæ uerba, Fab. Quinctiliano auctore, ἔμφασιν occultam habere uidentur. nam ita de matrimonio, nuptijsque queritur, ut eò illius affectus erumpere uideatur, absque matrimonio uiuere non hominum, sed ferarum uitam esse. quò uerò numero uariatis feræ dixit, ad singularem quandam feram proculdubiò allusisse uidetur: quæ coniuge amisso, nulli iungitur amplius. attamen quod Plinius apud Seruium de Lyncis refert, nullibi apud Plinium me legisse memini.

Tales nec tangere curas.] aut nouum est tangere curas, aut re uerè figuratum pro tangi curis ἀντιστροφή. curæ enim nos tangunt, non curas ipsi tangimus. Virg. Aen. 12.

—— miseri te si qua parentis "
Tangere cura potest ——. Et Propert. lib. 2. "
Tot iam abiêre dies cùm me nec cura theatri, "
Nec tetigit campi. "

Liuius ab Vrbe 3. Si uos urbis Quirites, si nostri nulla B cura tangit. Cinera promissa Sichæo.] uel Sichæi legendum est, uti habent uetustissimi codices, uel Sichæo pro Sichaio.

EN quid ago.] Pathetica oratio, deliberatiui generis. Scopus deliberationis est, uelitne Troianos cum omnium ciuium manu insequi, an humilis imperio Aeneæ se submittere, an accelerare sibi mortem? Magno artificio affectus, nunc hoc proponentis ut honestum, aut utile, nunc idem reijcientis, & ironicè ut turpe eludentis. Exordium tractum est ab affectu, ab addubitatione, quid nunc rebus omnibus desperatis consilij capiat. Verba sunt effundentis præ nimio dolore stomachum, post diu uersatas animo curas, quibus discrucietur. En, indignantis magis particula esse uidetur, quàm demonstrantis. Quare id quod indignum est, statim in deliberationem proponit, reddámne eum nominis sui ludibrio ad Numidarum reges, quos suum connubium expetentes, toties repulit. Quid turpius, quàm supplicem nunc eos ultrò accedere, cùm à Troianis deseratur? Procos.] Iarbam, aut si qui alij fuerint, illustres uicinarum gentium proceres, à quibus toties expetita fuerat. Gradatim exaggerat indignitatem. Rursus:] hoc est, uicissim ego ipsorum coniugium nunc solicitem, qui à me prius expetita, repulsam tulêre. Irrisa.] quòd ludibrio Troianis, uiolatæ pudicitiæ, habita, nunc demum ultrò ad ipsos accedo. Imò supplex, quæ indigna res profectò est. Et sequitur, id quod maximum est, Quos ego, non semel, sed sæpius per legatos solicitata, à thori societate repulerim, utcunque suis acceptum. Numidûm.] à personis, indignum. Ergo, ut turpe atque indignum, hoc consilium reijciendum est Iliacas igitur classes.] Troianas: antonomasia. Transitio ad secundam deliberationis partem. Hanc ita consultandam proponit, ut cum stomacho interroget: & confirmet ironicè, à meritis gentis, quæ nulla in se compârent, aut certè gratia, pro beneficijs acceptis. Illud atrocius, iussa: hoc est, imperata facere, id quod seruile est. Næ auxilio iuuat.] profectò. Seruius existimat, quidue unam dictionem esse, pro reuera. Estque ironia, quæ confirmat approbatque præcedentem interrogationem:

cùm

A (margin, line 1 right column); C (margin, beside "Rursus"); LAMB. Hort. (margin, beside "EN quid ago")

A cùm quiduis potius fuerint, quàm memores acceptorum beneficiorum. Leuatos] Teucros auxilio à me esse adiutos, gratum est. Et bene.] Alia ironia, qua ingratitudinem Troianorum perstringit: Et gratum est, à me opibus & auxilio fuisse adiutos scilicet, &, si superis placet, magnam mihi habent gratiam pro acceptis beneficijs.

Apud memores.] Troianos, apud quos posita sunt nostra beneficia. Et memores dixit, pro gratos. Sed & Facti, utroque referre licet: & ad grato, & ad memores. Quis me.] Etsi rationem de sequendo Troianos proposuit: & per figura, à gratitudine causam, cur eos comitari debeat, subiecit: concedit tamen, se uelle. Verùm ei concessioni occurrit, ab incertis Troianorum consilijs: à personarum insita superbia: & delectamento, quo excipienda sit. Esto, uelim cum Troianis nauigare: quis permittet? Ratibusq;] Interpretatio. quis me nauibus excipiet? Sunt rates propriè trabes inter se connexæ ac compactæ, quibus olim nauigabatur: pro nauibus, à poëtis usurpantur. Superbis.] Contumeliosis pro contemptoribus. Irrisam] uel ludibrio ad istum modum habitam: uel cum risu animum sequentem. Nescis.] Subiectione mouet affectus. Laomedonteæ.] Homœoteleuton, ac antonomasia: pro, Troianæ. Sed emphaticè

B Laomedonteam nuncupat gentem Troianos, notans Aeneæ ac gentis uniuersæ perfidiam, ab uno Laomedonte, qui diuos mercede ad cingendam urbem muro conductos, lusisse fertur. De hoc licet alibi annotauimus historiam, ut quidam Græcorum eam digerunt, tamen adscribam, ut uarietate præsentis commentationis tædium leuetur [illegible]

C [illegible] Apollo & Neptunus, iubente Ioue & mercede conducti Laomedonti seruirent, urbem muro cingere adoriuntur. Porrò Laomedon, pactis ac iureiurando uiolato, neque præmio persoluto, eos repulit. Quare indignatus Neptunus, in eam regionem cetum immisit. Hic obuios quosque, & fructus præsentes corrupit, uastauitq;. Consulenti inde sortes Laomedonti, oraculum huiusmodi redditum est, ut Hesionem filiam suam monstro marino deuorandam obijceret: ac tum futurum, ut ea peste liberaretur. Laomedon apposita filia ceti interfectori pronunciari iussit per præconem, præmio equos illos immortales, quos Iupiter Troi pro Ganymede dedisset. Hercules postea cùm hæc faceret iter, præmium se si prosperè gesta ablaturum promisit. Indutus habitu, à Pallade Minerua illi parato, quem [illegible] appellant, in uentrem ceti per os ac fauces se immisit, atque illa pisces corrupit. Laomedon equis mutatis, supposititi os ei reddidit. Hercules hac fraude comperta, exercitum ad urbem duxit, eamq; uastauit. atque hunc ad modum promissos equos recuperauit. Historia proditur apud Hellanicum. Quid tum.] Rursum è duobus alterutrum proponit, qua ratione uelit fugientes sequi: supplexne, ut Medeæ exemplo, eos in Italiam usque comitetur: an hostili specie, cùm armata ciuium suorum manu bello persequi. Sed & huius deliberationis alteram partem, ut difficilem, repudiat: alteram item, ut turpem. Sola.] id quod est se abijcientis è regio fastigio, ad ultimam sortem. Auget indignitatem rei, cùm Troianos contemptim nautas uocet, & eos quidem uel propter discessum lætos, uel insolenter ob uictoriam de regina partam exultantes. Ouatio propriè est minor triumphus, qui de hoste haud admodum graui agitur. Ouantes uel uno equo, uel pedibus urbem ingrediebantur. An Tyrijs.] Cum Tyrijs: [illegible] antonomasia: An septo armata ciuium meorum manu, fugientes bello mari persequar? Verùm & hoc quoque à difficili reijcit, cum argumento à minori. Sidonia.] Tyria: Si uix eos Tyro ad exteras sedes quærendas abducere potuerim, quomodo ad persequendos Troianos mari inducam? Amplificatio à difficili: nam ut prima retulit, uoluntarios omnes ad Didonem confluxisse, quibus aut odium, aut metus à tyranno erat. Quoniam autem quid factura sit adhuc dubitat, locus est ab addubitatione. Quin morere.] Concludit deliberationem, reiectis omnibus quæ in consultationem tracta fuerunt, certò sibi esse moriendum: ab exhortatione ad mortem. Tu lacrymis.] Cætera plena sunt affectuum, transfertq; animum totius rei culpam in sororem, quæ & impulsrix fuit ad furtiuas nuptias. Verùm ita utitur translatione, ut eam tamen excuset, cum suis lacrymis Annam deuictam dicat, cui & classicum adnubendum cecinerit. Hosti.] Aeneæ me ludibrio habendam. Fingit se omnia ab eo passam, quæ ab hoste inferri possunt. Antiqui hostem etiam peregrinum uocabant: in qua significatione hoc loco, ac suprà, non infeliciter forsan accepimus. Non licuit.] Totus epilogus constat affectibus amplificantis. Expertem thalami, cælibem uitam reliquam transigere, sine ulla infamia prostitutæ pudicitiæ. More feræ.] quæ masculo amisso, alium non admittit. Curas.] amores. Cineri.] mortuo: quamobrem iustas pœnas affirmat se marito Sichæo luere.

A R G V M E N T V M.

Dum uariè deliberat Dido, Aeneas iam rebus suis optimè compositis, somnum capit: ad quem iterum accedens Mercurius ea forma, vt agnosci posset, eum à somno excitat & cum ingenti increpatione, ac periculorum illi imminentium ostensione, vt Carthagine celeriter decedat, admonet.

NASC. Rumpebat pectore questus.] Cùm ait rūpebat abstru-

Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.

si, altéq; repositi doloris animi abundātiam, magnitudinemq; designat.

Carpebat

Huic se forma Dei uultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusque ita uisa monere est:
Omnia Mercurio similis, uocemque coloremque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis?
Demens, nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumque nefas in pectore uersat,
Certa mori, uarioque irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dũ præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuasque uidebis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age rumpe moras: uarium & mutabile semper
Fœmina. sic fatus, nocti se immiscuit atræ.

Carpebat somnos.] *Poetica locutio, sicuti soporem carpere:*
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras
Capere uerò somnum oratorium est. Cic. ad Attic. Si somnum capere possem, tã lõgis epistolis nõ obtunderem. Rebus iam ritè paratis.] *ad excusationem Aeneæ, nequit eũ imprudẽtiæ arguat, quod dux & imperator dormiret. ueruntamen quia adhuc erat, quod uiro prudenti timendum esset, rectè eum proximè reprehendit Mercurius.*

Forma Dei.] *non Deus, sed forma Dei: nam Dij oculis mortalibus cerni non possunt. unde illud ex 2. Aeneid.*

Aspice. namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat uisus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam ——

Propterea sequitur: Vultu redeuntis eodem.] *quo primum illi iussu Iouis apparuerat. non enim ut facilius agnosci posset, uultum mutauerat, sed omnia eius pulchritudinis, tum etiam suæ diuinitatis signa retinuerat. quamobrem γνωρισμάτων subdit:* Omnia Mercurio similis.] *hæc ex illis comparationibus est, quas Græci εἰκόνας uocant, ob id quia naturarum, corporumque similitudinem demonstrant hanc figuram oratoribus quoque utilem esse Aristot. in 3. de arte rhet. iudicium facit: sed rarò adhibendam putat, quia poëtica est.* Vocemque, coloremque.] *A communi collectione ad separatam signorum enumerationem transit. & uocem in primis ponit, quæ nullum est hominis iudicium manus, sed ἐμφατικῶς diuinam illius eloquentiam designat: nam orat: omnis Deus est.* Et membra decora iuuentæ.] *Membrorum dignitatem illam, quæ in pulchro iuuene existere solet. & fortasse alludit ad palæstram, cuius Mercurius inuentor fuit: in qua nudi iuuenes sese exercebant. Horat. 1. Carm. Ode 10.*

Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, & decorem
More palæstræ.

Nate dea.] *Increpatoria oratio est: quæ tamẽ μετρίως id est, moderate fit: nam dignitatis nomine aucupandæ beneuolentiæ causa Aeneam appellat, Nate dea, ut non irasci, sed illius rationibus consulere uelle uideatur. latet tamen cum emphasi honesta reprehensio. quasi dicat tu, qui diuinitatis es particeps. Ideoque etiam altiori prudentia omnique consilio esse deberes, in tanto rerum tuarum discrimine somnum capis? porrò animaduerti uaria Aeneæ pro uarijs rebus epitheta tribui: nam ubi animi fortitudo requiritur, magnanimi epitheto decoratur. sic eum in 5. Aeneid. Palin nominat:*

Magnanime Aenea, non si mihi Iuppiter auctor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo,

Hic uerò quia singulari prudentia & consilio opus est, ipso potius è dea natum appellat. Sic Achates in primo, ubi eadem ferè animi uirtus requiritur:

Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit? A
Et in tertio Aeneidos Hector:
Heu fuge nate dea, teque his, ait, eripe flammis.
Quod absque ingenti sapientia, consilioque penè incredibili fieri non poterat. item ubi pietatis, aut religionis munere fungitur, modo pius, modò pater nuncupatur. Sic in primo Aeneidos:

Præcipuè pius Aeneas nunc Acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit. *Et in 4. Aeneid.*
At pius Aeneas quanquam leuare dolentem
Solando cupit

Et in 5. ubi religionis mentio fit. B

At pater Aeneas magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero, Diuosque uocauit
Stans celsa in puppi.

Sunt & alia propè iam infinita loca, quæ tibi legenti ultrò sub oculos uenient. Hoc sub casu.] *ἐμφατικῶς magno, & periculoso, propterea sequitur:* Nec, quæ circumstent.] *increpatoria admonitio est ab utili, ideo dementem illum uocat, qui quæ sua magni interfunt, non uidet. locus uidetur ex Hom. sumptus Iliad. 2. ubi Deus somnij iussu Iouis Agamemnonem à somno excitat, cum ait:*

[illegible]
[illegible]
[illegible] *Id est,*
Dormis ne armipotentis Atrei clarissime fili?
Tota nocte uirum regem dormire pudendum est:
Cui populi, cuius commissa negocia curæ.

Huic affine est illud Paridis apud Eurip. in Rheso: qui Hectorem his uerbis dormientem excitat.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] *Id est,* C
Te ducem, & fratrem appello,
Hector dormis? non expergisceris commonitus?
Hostium quispiam nobis accedit exercitui
Aut fures, aut exploratores quidam

Nec Zephyros audis] *ab occasione, temporisque opportunitate.* Illa dolos.] *consilia Didonis exponit periculorum plena, quæ etiam probabiliora facit à desperatione uitæ illius: quæ cùm mori omnino decreuerit, uerisimile est hanc tam insignẽ iniuriã quacunque ratione esse ulturam: adde etiam iracundiæ æstus: quibus agitata frequenter tumescit, & scelus nefandum cogitat.*

Non fugis hinc præceps?] *quid agendum sit monet ab utili, & ab opportuno, item etiam à necessario, quod per uocem hanc præceps, & præcipitare designari uidetur. quasi dixerit, non tantùm opus esse fuga, uerumetiam præcipiti fuga, causamque subnectit à signo.*

Iam mare turbari trabibus, sæuasque uidebis Collucere faces.] *ob illud, quod proximè sequitur:*

Diripientque

A Diripientq; ceteri alij naualibusque
Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.

Si te his attigerit] fugiendi tempus præscribit: & ingenti celeritate opus esse planum facit. Eia age rumpe moras] Expositis periculis imminentibus, fugæq; necessitate, ad præcipitem fugam eum hortatur. rumpe moras. Sic nono Aeneid.

Rumpe moras omnes, turbataq; arripe castra.

Et rationem suggerit ex muliebri inconstantia deducta, inquiens: Varium, & mutabile semper Fœmina.] τὴν πρόληψιν occupat quod ab Aenea obijci posset, nihil esse, quod à regina periculum, aut incommodum timeat, propter mutuum inter ipsos amorem. sensus autem est, non fidendum esse mulieri: quæ præter id, quod uento mutabilior est, ea quoq; malitia est animal, ut ne mortuæ quidem (ut est in prouerbio ueteri) fides haberi possit.

LAMB. Hort. TANTOS] Exclamatione Poëta hunc locum absoluit. Aeneas.] Transitio ad studia & res Troianorũ, quo in statu illæ positæ fuerunt, cum Carthagine reginæ consilia in eo habitu uersarentur. Habet autem hic locus exemplum ducis supini in periculis, & doctrinam, non debere bonum principem, cui suorum salus commissa sit, altùm

B stertere totas noctes. Nam cùm Dido furore quodam acta, nunc hoc, nunc illud consilium amantium more inconstans agitaret, periculorum securus, quieti compositus inducitur, cùm nusquam unquam præsentius quàm hic periclitetur. Præmittit Poëta, priùs quàm Mercurius inducatur, prosopographiam Aeneæ, à præsenti statu, studio, & curis. Mox alteram personæ descriptionem, à partibus corporis, & uocis similitudine, quibus per omnia is Deus quicunque fuerit, Mercurium retulerit. Carpebat] dormiebat. periphrasis. Omnibus naualibus tum instrumentis, tum armis, satis tectis redditis. Forma.] Quoniam in somno apparuisse dicit, proinde imago quædam numinis & simulachrum phantasticum animo somniantis obiectum est, quod per omnia simillimo Mercurio adsimile esse uidebatur. Nam aliud est corpus uiuum, quod sensibus corporis obijcitur cernendum. aliud quiddam est imago seu umbra rei, quam per insomnium mentis oculis nos cernere coràm existimamus. Visa.] Innuit merum prorsus somnium fuisse, ac proinde uanam quandam imaginationem ac ludibrium esse potuisse. Sed quia somnia interdum à Deo proficisci certum est, ut alibi memorauimus: ideo tanquam oraculum accepit.

C Rursus] Quia paulò antè per illum Carthaginis muros intrantem Iouis mandatum acceperat, ut Africa relicta Italiam peteret. Omnia.] Descriptio personæ constat partitione: hoc est, deductione corporis totius in certas partes. Omnia] poëticè, omnibus partibus corporis: uoce, colore, crinibus, & cæteris corporis partibus. Flauos] Ita inducitur Mercurius, ob id quod sermo & eloquentia semper uernet, & elegans sit, ac grata omnibus mortalibus. Colorem] Habet eloquentia & suos colores figurasq;, quibus exornetur uenusteturq;. Hypermetrum, item polysyndeton. Nate dea.] Exhortatoria ad fugam. Huius propositio est: Fugiendum tibi est, nisi uelis periclitari. Persuadet ab opportuno, facultate, & facilitate. Narrat fugæ causam, seu aitiologiam quandam propositionis. Inde diserte ad argumentum necessitatis redit. Hanc autem exaggerat ab imminentibus periculis. Concludit exhortatione ad fugam, à periculo ducta: à natura sexus hostis: hoc est, ab inconstantia & uarietate fœminarum. Nate dea] Beneuolentia à persona Aeneæ, uice exordij. Potes] Propositio, quæ permode ualet: ac si dicat: Non est profectò nunc tibi dormiendum. neq; cernis, in quibus periculis medius uerseris? Inde opportunitatem ac facilitatem nauigandi pari orationis habitu subijcit. Respicit simul, notans in præsenti discrimine, ipsius somnolentiam, ad illud Homericum, quod in prouerbium abijt. Non decet principem solidam dormire noctem,

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. Id est,
Non decet in solidam noctem dormire uirum, cui
Tot populi, cui sunt, & tanta negotia curæ.

Quo admonentur principes, anxiam solicitudinem & uigilantiam ipsis conuenire. Explicatur parœmia eruditè ab Erasmo. Pericula cernis?] A necessario, fugæ statum admonet. Zephyros audis spirare secundos?] A commodo & opportuno. Flatus ut plurimum sunt placidi & uehementes Zephyri. Illa dolos.] Narratio breuis, unde oritur ad fugam præcipitem exhortatio.

Non fugis.] Exhortatio ad celerem fugam. Præceps pro celeri, & præcipitare, pro accelerare fugam. Iam.] Exaggeratio periculorum imminentium, quæ uarijs expolitionibus intenduntur. Videbis mare nauibus hostium Carthaginensium iam turbari, cum te insequentur. uidebis nauibus inferri incendium, & littora nauium ardentium flammis longè lateq; lucere, si te in Africa oppresserit cunctantem. Trabibus: metonymia, materia pro re confecta. Feruere.] Metaphora. & enallage coniugationis. Littora.] Metonymia manet, continens pro contento. Aurora.] matutinum tempus uiderit te in Africa hærentem. Eia age.] Epilogus constat blanda ac benigna exhortatione ad fugiendum, & ecphonesi in inconstantiam muliebrem. Varium & mutabile.] γυναικώδεις φρένας: id est, imbelles & inconstantes. Vnde Ennianum illud:

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,
Illaq; uirgo uiri.——

Terent. Noui mulierum ingenium: nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò. Nocti.] tenebris: id est, euanuit imago Mercurij, per insomnium animo obuersata. Atræ.] caliginosæ.

ARGVMENTVM.

Aeneas conspectu, & oratione Mercurij territus à somno surgit, sociosq; suos ad fugam hortatur, ipseq; uo stricto gladio nauium retinacula incidit, & adorato, inuocatoq; Dei numine è portu nauigat.

SC. SVBITIS exterritus umbris.] Propter repẽtinũ Mercurij discessũ, unde colligitur locũ præsentia numinis, luce, & splẽdore completũ fuisse, quod diuinitatis præcipuum	Tum uerò Aeneas subitis exterritus umbris, Corripit è somno corpus, sociosq; fatigat: Præcipites uigilate uiri, & considite transtris: Soluite uela citi. Deus æthere missus ab alto	

Festinare fugam, tortosq́; incidere funes,
Ecce iterum stimulat: sequimur te sancte deorum,
Quisquis es, † imperioq́; iterum paremus ouantes.
Adsis ô, placidusq́; iuues, & sydera cœlo
Dextra feras. dixit, uaginaq́; eripit ensem
Fulmineum, strictoq́; ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq́; ruuntq́;:
Littora deseruêre, latet sub classibus æquor.
† Annixi torquent spumas, & cærula uerrunt.

† al. imperioq; tuo par.

† al. Adnixi

cipuum est signum. Corripit è somno corpus.] *illud uariauit, quod in tertio Aeneidos dixerat:*

» *Corripit è stratis corpus.*

Socíosq́; fatigat.] *Fatigare socios, idē est, quod excitare, & hortari. ideo sequitur exhortatio à necessario.*

Præcipites uigilate uiri.] *talis est illa ex 5. Aen.*

» *——nunc nunc insurgite remis*

» *Hectorei socij.——*

Deus æthere missus ab alto.] *rationem suggerit à uoluntate Deorum, ideoq́; à necessitate deducta: ut eos alacriores, & ad laborem promptiores reddat.* Festinare fugam.] *Fugiendi magnā necessitatem ostendit, cùm nō fugere, sed fugam festinare dixerit. & ne fortè breue aliquod ad fugiendum sibi spatium dari putent, quanta hæc esse debeat celeritas, planum facit, inquiens:* Tortosq́; incidere funes.] *Ex quo liquet, ne tantum quidem ocij fugæ permitti, ut nauium lora manibus soluantur: cùm ut ferro incidantur, iubeat Deus.* Ecce iterum stimulat.] *sicuti antè in nauigiorū præparatione: uox uerò ecce factū repentinum, & insperatum significat.* Sequimur te sancte Deorum.] *κατ' ἐπανάληψιν subijcit se Deorum uoluntati Aeneas. ita quoq; Anchises facit Aeneid. 2. uiso ex æthere signo, cùm ait:*

» *Iam iam nulla mora est: sequor, & quà ducitis adsum.*

» *Dij patrij seruate domum, seruate nepotem:*

» *Vestrum hoc augurium, uestroq; in numine Troia est.*

» *Cedo equidem, nec nate sibi comes ire recuso*

Adsis ô, placidusq́; iuues] ἀρχή. Vaginaq́; eripit ensem.] *Apollonij est uersus in 4. Argon. ad uerbum ferè:*

» ——ἐκ ξίφος ἐκ κολεοῖο

» σπασσάμενος πρυμναῖα νεὼς ἀπὸ πείσματ' ἔκοψεν.

Id est, ——*ipse uerò ensem è uagina*

» *Diripiens nautica nauis retinacula dissecuit.*

Rapiuntq́;, ruuntq́;.] *Nautarum de littore soluentium festinantiam, laboremq́; κατ' ὑπότυπωσιν describit. nec profectò breuius, nec absolutius totum hoc negocium explicari poterat, quàm ijs duobus uerbis factum est, rapiuntq;, ruuntq;. uideri enim uidentur nautæ ingenti cum festinatione funes, lora, aliaq; huius generis nautica instrumenta trahere, nauesq́; ipsas remis impellendo deducere. hoc enim designat uox illa ruunt. id quod perspicuè declarat proximum hemistichium* Littora deseruêre. Latet sub classibus æquor.] *minimè ociosum est hemistichium hoc, uti quidam sentiunt imperiti, parùm æquè Maronis uerba perpendentes, sed acerrimo cum iudicio additum est. non enim latebat æquor sub classibus, cùm naues essent in littore, licet aquis sustinerentur: sed ubi à littore ita fuerunt deductæ, ut undiq; æquor esset, & nautæ remigare possent, tunc re uera solum æquor latebat sub classibus. itaq; statim subdit:* Adnixi torquent spumas, & cærula uerrunt.] *in uoce adnixi magnus exprimitur nautarum conatus.*

LAMB. Hort

Tvm uerò Aeneas.] *Transeundi formula, ad id quod statim fuit insequutum. Narrat inde, qua præcipitantia socios excitârit, iussitq; sublatis uelis, non soluere, sed incidere funes: tum autem, quanto studio naues in altum euexêre.* Tum uerò.] *Monitus præsentis periculi, ab aliquo deorum, cuius uestitus erat, supinitatem suam demum cœpit agnoscere, quare in somnio turbatus, lecto exiluit.* Fatigat.] *pro excitat, dixit.* A

Præcipites uigilate uiri.] *Exhortatoria, in re subita & inopinata, ad uigilantiam & fugam præcipitem. Quo loco, ut in alijs, præcipite subitoq; negotio non solùm uerba, sed etiam pedes dactylos & spondæos mistos ita attemperauit eruditè, ut ipsam fugam exprimere uideantur.*

Soluite uela citi.] *Propositio. Subijcit fugæ caussam, quæ authorem illius proponit, ad iniciendam religionem, si segniores ad parendum imperio essent, longa nauigatione alioqui fracti.* Tortos.] *Epitheton.* Stimulat.] *Metaphora, hortatur. Ergo nō leue pondus authoritas numinis habet.* Sequimur] *Pathos ab auersione. & enallage speciei, positiuus gradus pro superlatiuo sanctissime deorum, imitatione Enniana, qui dixit:* B

——Saturnia sancta deorum. nisi deorum, ad quisquam referatur. utroque enim potest.

Quisquis es.] *Siue Mercurius, siue alius aliquis deorum.* Ouantes.] *læti. Nam prius ille peruerat Carthagine, cùm ex mandato Iouis urbem relinqueret & nunc secundùm, cùm fugam accelerare iubetur.* Adsis.] *præsens dexterq; nobis in nauigantibus faueas. Addiúq; expositionem, quæ planius mauisq; ἀμφιβολογικῶς idem reddat.*

Sydera.] *Sunt enim sydera, quorum exortu tranquillantur omnia, aër, maria. rursum existunt, quibus orientibus tempestates concitantur: ut sunt, Arcturi Capella, Orion, Succularum sydus uehemens, terra mariq; turbidum, quas Græci Hyadas, à pluuia nature uocant, & nimborum argumentu, nostri ob nominis similitudinem per imperitiam succulos dixerunt. Nautæ præcipuè in nauigando sydera obseruant, ad quæ cursus suos regunt. Eorum obseruationes Phœnices inuenerunt. Precatur itaq; dextera signa, quorum secundo flatu in Italiam deferatur.* Retinacula.] *nauticos funes, quibus anchoræ & littora nauium moles detinebant. Ostendit rem præcipitem, & festinantis ducis ardens studium, cui spacium uel subducendi anchoras, uel soluendi prymnesia, non esset.* Fulmineum.] *candentem, splendicantem, terribilem.* Idem omnes.] *Significantibus usus est uerbis, quæ ex literis grande quiddam sonantibus constant. Atque ipsi adeò dactyli præcipitantiæ rei maximè quadrant, qui trepidantium speciem ac fugientium imaginem exprimunt.* Rapiuntque.] *Polysyndeton. Collusio ad prouerbium, ἄγουσι καὶ φέρουσι, aguntq; feruntq;: quod Poeta alibi dixit. Rapiuntq;, feruntq;, pro hostili more populari & uexare.* Rapiuntq;.] *Ostendit, Troianos captum omnibus rebus collectis, confluxisse in naues, funes collegisse, ac in mare trepidè cum classe corruisse.* Annixi.] *Spondæis rei tardioris narratio uerè conuenit.* Cærula.] *A' colore & sapore, ducuntur & denominationes: ut Cæruleum, & sal pro mari, ut apud Græcos ἅλς unde Homericum illud, εἰς ἅλα δῖαν Et, οἶνα ἐπὶ ἅλαδε πείρεσιν,* C

A RGV-

A

ARGVMENTVM.

Vbi Di... ...anos abijsse cognouit, prospiciens è specula ipsorum naues prospero ferri cursu, ob nimiũ dolore ... pectus percutit, comas ... indit, & furore correpta modo Tyr... ...ocat, qui ... roianos persequãtur ... colibet se, ... omoda recenset, quibus ... Aeneã ... potuiss... postremo inuoc... Deorũ numinibus, ho... nda in ipsum Aeneam, tel... quosq;, T... oiano ... precatione ... tur.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Regina è speculis, ut primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere uelis,
Littoraq; & uacuos, sensit sine remige portus:
Terq; quaterq; manu pectus percussa decorum,
Flauentesq; abscissa comas. Proh Iuppiter, ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq; ex urbe sequentur?
Diripientq; rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.
Quid loquor? aut ubi sum? quæ mentẽ insania mutat?
Infœlix Dido, nunc te † fata impia tangũt.
Tum decuit, cũ sceptra dabas. en dextra, fidesq;,
Quem secum patrios aiunt portare penates,
Quem subijsse humeris confectum ætate parentẽ.
Non potui abreptum diuellere corpus? & undis
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro
Ascanium? patrijsq; epulandũ apponere mensis?
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset.
Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessemq; foros flammis, natumq; patremq;
Cũ genere † extinxẽ, & memet super ipsa dedissẽ.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuq; harum interpres curarum & conscia Iuno,
Nocturnisq; Hecate triuijs ululata per urbes,
Et diræ ultrices, & dij morientis Elisæ,
Accipite hæc, meritumq; malis † auertite numen,
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput, † & terris adnare necesse est,
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi uexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iüli,
Auxilium imploret, uideatq; indigna suorum
Funera, nec cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata † luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.
Hæc precor, hãc uocẽ extremã cũ sanguine fundo.
Tum uos ô Tyrij, stirpẽ & genus omne futurum
Exercete odijs, cineriq; hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Dardanios ferroq; sequare colonos:
Nunc olim, quocunq; dabunt se tempore uires,
Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsiq; nepotes.

NASC. Et iam prima nouo.] nascentis est diei descriptio, quã uarijs coloribus uarijs in locis depinxit: nam in principio huius 4. libri sic eam protulit:

" Postera Phœbea lustrabat lampade terras
" Humentemq; aurora polo dimouerat umbram.

† al. facta

B Et rursus in 4. Aen.

" —ubi primos crastinus ortus
" Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbẽ.

Aliæ sunt quoque multæ apud Maronem diei nascentis descriptiones: quas uarijs dicendi figuris ornauit.

† al. extinxem: memet

Albescere lucem.] hic Seruius interpres hypallagẽ agnoscit: ego uerò (pace illius, aliorũq; interpretum dixerim) nullam hic approbo hypallagẽ. Sed arbitror eminentiss. Poëtam ad auroræ formam allusisse: quæ, ut uidere est, C in rosæ colore albicat, sicuti in igne flamma albescit: quamobrem ab antiquis probatiss. Poëtis & rosea, siue rosida interdum appellatur, & candida, & pallida. Lucret. lib. 5.

† al. aduersute

† al. ac

† al. pace

" Tempore item certo roseã Matuta per oras
" Aetheris aurorã defert.

Virg. de ortu Solis

" Rosida puniceo palantias exit amictu.

Tibull. eleg. lib. primo:

" Luciferum roseis candida portet equis.

Virg. Georg. lib. 1.

" —ubi pallida surgit
" Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Terq; quaterq; manu.] nõ me præterit ter & quater septenatiũ numerũ conficere: qui numerus perfectionis plenitudinem continere dicitur: quò aiunt allusisse Virgilium in primo Aeneid.

" —ô terq; quaterq; beati.

Sed non eo sensu usquequaque accipi solet, uerùm quandoque pro ipso septenario, interdum pro maiori, aliquando etiam pro minori numero quale hoc est, & illud Horatianum libro primo carm.

" Quippe ter, & quater
" Anno reuisens æquor Atlanticum.

Pectus percussa decorũ.] hic duo sunt, pectoris percussio, & gemitus, siue exclamatio pathetica. prô Iuppiter ibit, pectoris percussio indignationi, sicuti etiã frontis, apud Cic. ad Att. ... credo se aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias: gemitus uerò doloris significationem habet. Prô Iuppiter ibit.] proruptium orationis principiũ: quale iratis, furore correptis, nec nõ indignatione affectis alias cõuenire diximus. Seruius interpres addubitare uidetur, utrũ sit irascentis exclamatio, aut re uera Iouem testetur, quem in Aeneæ aduentu inuocauerat.

" Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Mihi autem ingens uidetur esse gemitus, & exclamatio ex intimo cordis affectu eruta: quod uerò Iouem, non alium Deum exclamando nominat, cum interprete sentio, ut quem Deum in Aeneæ aduentu inuocârat, eundem in eius discessu obtestetur.

M Hic.]

Hic.] ἐμφατικῶς, qui mihi imposuit, qui sexui illusit, nec ullam dignitatis meæ rationem duxit. Aduena.] cum contemptu, unde augetur miseria, & indignationis affectus. tale est illud ex sept. Aen

Exulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris?

Et est quasi ἀντίθετον, aduena, nostris regnis: nam peregrinus, & rex è regione propè contraria sunt. Non arma expedient?] quod sibi agendum esse uidetur, me moras priùs, ut de iis fiat, iubet. Ferte citi flammas. Expediant arma. ex armamentis proferent. ut

Tum Cererem corruptam undis, cerealiáq; arma
Expediunt fessi rerum.

Totus autem hic locus de persequendis Troianis ex Euripide sumptus uidetur in Iphig. in Tauris: ubi Thoas rex, audita Iphigeniæ, Orestis, Pyladisq; fuga, ira accenditur, ac furibundus, animóq; impotens insectari fugientes decernit, totáq; urbem ad eos persequendos cõuocat, cũ ait:

ὦ πάντες ἀστοὶ τῆς δὲ βαρβάρου χθονὸς
οὐκ εἶα πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας.

Et quæ sequuntur: notus est doctis locus iuxta finem tragœdiæ. Ferte citi flammas, date uela.] iubet tandem id fieri, quod cõsilij inops paulò antè factum esse optimum iudicarat: tantóq; uerborum impetu, ac celeritate imperando utitur, ut ad eam imitandam Poëta doctiss. omissis omnibus uerborum uinculis, dissoluta, quò uelocius curreret ipse quoque, usus fuerit oratione. tale illud est ex nono Aeneid.

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.

Porrò hic uides Tyrijs officia distribui, ut alij arma ex armamentis, alij ex naualibus nauigia proferant, ut Troianas fugientes insequantur. Quid loquor?] cohibet se ipsa Dido κατ' ἐπανόρθωσιν. locus fortasse sumptus est ex Hippolyto Euripidis: ubi Phædra iisdem furore correpta ob amorem Hippolyti, ubi resipuit, se ipsa redarguit suæ dementiæ, & inquit:

δύστανος ἐγὼ, τί ποτ' εἰργασάμην;
ποῖ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς;
ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτα.

Infœlix Dido.] mouet commiserationem à fortuna, nempe ex sua infelicitate. Nunc te fata impia tangunt?] quàm uenustius, elegantiúsq;, quanquam etiã affectuosè magis hoc sub tertia persona exprimitur, quàm illud Eurip. sub prima:

ἔπεσον δαίμονος ἄτα. id est, corrui dæmonis culpa.

Tum decuit, cùm sceptra dabas.] ab importunitate tẽporis: quasi dixerit, nunc non licet. En dextra, fidésq;.] ἐμφατικῶς Aeneæ perfidiam ingenti cum indignatione proscindit ab iniquo, & turpi hoc ferè modo: cùm neminem esse perfidum liceat, tanto minus, qui pius, religiosúsq; haberi uelit: qui Deos, qui parentem ex flammis patriæq; incendijs se eripuisse iactitat. Quem secũ patrios.] id retulerat Aeneas in 2. Aen.

Tu genitor cape sacra manu, uictósq; penates. &c.

Quem subijsse humeris.] id ipsum quoq; ex eodem hauritur libro, cùm ait:

Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ.

Et Ouid. in lib. de Ponto:

Cùm foret Aeneæ ceruix subiecta parenti
Dicitur illa uiro flamma dedisse uiam.

Non potui abreptum.] sua erga Troianos beneficia recenset, & recensendo per congeriem amplificat ex incommodis, quibus eos, si uoluisset, afficere potuisset.

Patrijsq; epulandum.] alludit ad crudele facinus Atrei qui patri, cui ipse frater erat, filium epulandum apposuit. Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna.] προληπτικῶς occurrit obiectio: quod Mars dubius est, belliq; exitus incertus. Fuisset.] concessio. Quem metui moritura?] respondet obiectum refellendo à desperatione salutis: nam qui morituri sunt, nihil timent. unde illud est ex 2. Aen. A

Vna salus uictis nullam sperare salutem.

Vtitur mytacismo: qui in ijs, quæ sunt mortis, lacrymarũq; exprimendis efficacissimus est. Faces in castra tulissem.] prosequitur incommoda recensere, quæ Troianis inferre potuisset: obseruandum est castra de nauibus dici, quod alibi etiam admonuimus. ut,

——*nos castra mouemus.*

Natumq; patremq;.] huic simile est Terent. illud in Adelph. Act. 5. scen. 2. ubi Geta seruulus hunc in modum loquitur:

Senis animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum impulsorem, uah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem, B
Vt cerebro dispergat uiam.
Adolescenti ipsi eriperẽ oculos, posthac præcipitẽ darẽ
Cæteros ruerem, agerẽ, raperẽ, tunderẽ, & prosternerẽ.

Sol, qui terrarum.] per Deorum obtestationem ad diras imprecationes in Troianos delabitur: & est locus ex Iliad. 3. sumptus, ubi Græci cum Troianis fœdus feriunt: sic enim precatur Agamemnon:

Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Et reliqua. Effigies etiã quædã huius loci est apud Eurip. in Medea: ubi ipsa choro prauum quoddam consilium exponit de filijs interficiendis, hostibusq; uindicandis per speciem resipiscentiæ: quo priusquam perueniat, Iouis, iustitiæ, Solisq; inuocatione utitur:

ὦ Ζεῦ, Δίκη τε Ζηνὸς, Ἡλίου τε φῶς
νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν φίλαι
γενησόμεσθα, κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν.

Existimantq; nonnulli inde hunc Virgilij locum esse desumptum: non dissimilis ferè locus est apud Virg. in 12. Aen sub persona Aeneæ cùm ait: C

Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam diua precor, tuq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques.

Et apud Hom. Polyphemus Odyss. 9. ut infrà dicemus, Vlyssi male precaturus ab inuocatione Neptuni auspicatur. Et Dij morientis Elissæ.] proculdubiò ἀναιρετικοὺς Deos intelligit: id est, mortẽ ipsi inferentes, Marti, ut etiã interpres admonuit, & Saturnũ. Meritũq; malis aduertite numen.] subdura, ut mihi quidem uidetur, locutio est, nec admodũ Poëtæ familiaris: quamobrem legendũ puto aduertite: ita enim rectiùs sententia procedit: nam quæ Troianis imprecatur mala, uelle uidetur à Dijs fieri rata, atq; ineuitabilia: ergo ait aduertite in malos Troianos, scilicet numẽ, quod ipsi merẽtur. similis sentẽtia est apud Ouid. in Metamorph. de Althea furias in gnati exitium uocãtes

Pœnarumq; Deæ triplices furialibus, inquit,

Eumenides

A *Eumenides sacris uultus aduertite uostros.*

Si tangere portus.] *incipiunt imprecationes: quarum figura similes etsi extant apud poëtas non pauca, nullam tamen hac acerbiorem legi: extat Medeae in Iasonem imprecatio apud Eurip. & Hypsiphiles in eundem apud Ouid. & Polyphemi apud Hom. Odyss. 9. in Vlyssem, unde haec Didonis sumpta esse uidentur: sic enim ait Hom.*

κλῦθι Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα,
εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι
υἱὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.
ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους
νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ.

Infandum caput.] *nõ uult Aeneam nominare, nisi ἀντονομαστικῶς, & quasi per contumeliosam pronominationem, quod maximae indignationis est signum. Polyphemus Vlyssem quidẽ nominat, sed epithetõ ipse quoq; addit cõtumeliosum πτολιπόρθιον: id est, urbium non expugnatorem (esset enim laus) sed populatorem in dedecus Vlyssis.*

Terris adnare necesse est.] *μοῖρ' ἱκέσθαι dixit Homerus: id est, fatũ est peruenire, ideo noster illicò infert:*

B Et si fata Iouis poscũt.] *negat tamẽ interpres esse nomen, sed participiũ: id est, quae Iupiter locutus est.* Hic terminus haeret.] *quadrimembri expolitione hũc locũ merè exornat Poëta, qualis est illa insignis ex primo Aen.*

Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Nam quid aliud est, si tangere portus necesse est, quàm quod sequitur, & terris adnare necesse est? & quid aliud, etsi fata Iouis poscunt, quàm quod dictum est, necesse est (quod si & sic legeris, idem remanet sensus) & quod nunc ait hic terminus haeret? repetenda est uox dubitantis, si, ut sit sensus: si hic terminus haeret: id est, si hoc mutari non potest. Audacis populi.] *occultè Italorũ animi magnitudinem commendat: quae in milite potissimùm existere debet: nam audacia ingentis fortitudinis, magnaeq; alacritatis est signũ.* Auxilium imploret.] *implorauit ab Euãdro, & Tarchonte, Aen. 8.* Videatq; indigna suorũ funera.] *Homeri est, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ: id est, uideat aerũnas domi.* Nec cũ se sub leges pacis iniC quae.] *occiso Turno, Aeneas, & Latinus rex Aborigenũ in amicitiã coierunt, & cõciliato sibi Latio, Aeneas utrunq; genus Latinos appellauit.* Sed cadat ante diem.] *immaturam Aeneae imprecatur necem: cadunt ante diem illi, qui fataliter occiduntur. Ouid. lib. Metamorph. 14.*

—— & Hectora primus
Fataliter hasta Protesilae cadis.

Mediaq; inhumatus arena.] *aut est simplex imprecatio, aut ad historiam Poëta alludit: nam Aeneas in Numicũ Italiae flumẽ cecidisse, nec usquã inde eius cadauer inuentũ fuisse dicitur: duae hae profectò sunt horrẽdae imprecationes, ut fato pereat, utq; quo maius detrimentũ patiatur & sepultura, & honore careat sepulturae: nã inhumati centũ annos errare putabantur: unde illud est ex 6. Aen.*

Centum errant annos, uolitantq; haec littora circum.

Hanc uocem extremam cũ sanguine fundo.] *quasi uelit suas imprecationes obsignare uelit: quod uerò ait: cum sanguine fundo, ad Empedoclis, & Critiae opinionem alludit: qui animam sanguinem esse putarunt. Arist. primo de anima. Cic. in primo Tusc. quaest.*

Tum uos ô Tyrij.] *ad Tyrios per ἀποστροφὴν sermonem conuertit: quos monet, ut futurum etiam genus Troianorum capitali odio prosequantur.* Nec foedera sunto.] *tria bella Punica fuerũt, quibus foedera quidem cum Rom. percussa sunt, sed nunquã seruata.* Exoriare aliquis.] *Annibalem intelligit, qui multos annos Italiam uastauit, multisq; cladibus Romanos afflixit.* Nostris ex ossibus.] *uel ad Anaxagorae Homoeomeriam, ut sentit interpres, uel ad Democriti opinionem alludit: qui, ut ait Plutarchus in libro de placitis philosoph. ex toto prodire geniturã corporibus putauit, praecipuisq; eorum partibus, uelutì carnosis, fibris & ossibus.* Qui face Dardanios, ferroq; sequare colonos.] *id est exitiali bello eos deuastet, ac perdat: nam cùm bellum exitiabile significamus, ferro, flammaq; prouerbiali locutione rem geri dicimus: siue ferro, igniq;. Cic. in oratione pro Flacco: O nox illa, quae penè aeternas huic urbi tenebras attulisti, cùm Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum, & flammam uocabantur. Sed haec alibi latius, copiosiusq; differemus.* Littora littoribus contraria.] *[illegible]: unde colligi potest, quã dira Didonis haec imprecatio sit, quae uult ea etiam, quae sensu carent, inter se odia hostilia exercere. Videtur autem Poëta alludere ad naumachiam: id est, ad bellum nauale, quod Carthaginenses initio cum Rom. gesserunt.* Arma armis.] *ad terrestre praelium fortasse, quod Annibal cum Romanis gessit, alludit: quã rem eleganti iteratione exornat, littora littoribus, arma armis πολύπτωτον.* Pugnent ipsiq; nepotes.] *ad bellum ciuile Romanum allusio est.*

Et iam prima.] *Narrationis amplificatio, à temporis matutini descriptione, delecti indigenti periphrasi elegantissima adhibita. Est autem haec planè Homerica, apud quem cùm alibi, tum Iliad. 11.* LAMB. Hort.

ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
ὄρνυτ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν.

Iisdem uersibus Poëta eundem Homeri locum reddidit lib. nono. Caeterùm aptè huc quadrat temporis descriptio, propter reginam, quae tota nocte insomnem duxerat, ubi lux omnia oculis conspicua reddidisset, Troianos fugientes è fenestra prospicere potuit: id quod ad doloris exaggerationem facit. Tithoni.] *Hunc Tithonum fabulatur Hellanicus, Laomedontis filiorum elegantissimum fuisse, & ab Aurora, uel (ut alij) Die adamatum in caelum sublatum, ac succo illius perfusum, inde petenti immortalitatem concessit. Porrò ubi consenuisset, homo petiùs coepit cogitare, quòd per incogitantiam unà cum immortalitate perpetuam ἀγηρασίαν non petiisset. Itaq; ubi ipse sibi displicere coepisset, quod frui uoluptatibus uitae humanae non posset, contendit à dea, ut immortalitatem mortali aeo cõmutaret. Aurora uerò, cùm id in manu non esset, uertit eũ in cicadam, uolatilium μουσικώτατον, ut eius uoce oblectaretur. Reliquit hic Hemathionem filium, & Memnonem, Aegyptiorum regem, de quo in primo. Addunt nonnulli ἀμφιμήτριον Priami fuisse, hoc est ex uno quidem patre Laomedonte, sed diuersis matribus: Priamum ex Leucippa, Tithonum uerò ex Strymone, aut Rhaeone. Et qui eius senectutem amplificant, aiunt eò senij illum prouectum fuisse, ut in cunis & calathis uimineis infantum more agitatus interquiesceret. Nata hinc paroemia: Τιθωνοῦ γῆρας: & καταγηρᾶσαι Τιθωνοῦ βαθύτερον: id est, Tithoni senecta, & Tithone profundius senescat. Lucian. ὑπὲρ Τιθωνὸν ἔτι ὁ γέρων. Atq; ultra Tithonum uiuebat*

senex. Aristoph. [illegible] τὸν Τιθωνὸν καὶ σπαράττουσα, ταράττουσα, καὶ κυκῶσα: *Virum Tithonum & lacerans, & turbans, & misceens.* Quidam Græcorum fabulam ad hunc modum allegoricè interpretantur. *Tithonus hic in orientali mundi plaga uxorem duxit, suscepitq; ex ea liberos, quos suprà memorauit: & ad tantam peruenit senectutem, ut in cunas componeretur. Auroram uocant, temperatam orientalium partium plagam, quæ ad miraculum uiuacitatis uenit.* Quod uerò in cicadam eum transformatum fabulantur, id factum existimant propter cicadarum naturam, quæ senio confecta perinde ut serpentes exuunt senectutem. *Sed & physicam huius fabulæ nescio quam rationem somniant, quam non est operæ hic persequi.* Croceum.] *A' cæli colore matutino, sub exortũ Solis.* κροκόπεπλος, *quod Poëta uertit croceum. Atq; hactenus auroræ matutinæ tempus descripsit.* Regina.] *Narratio rei, cuius causa chronographia antecessit. Multas simul causas exclamationis per indignationem recensit: uidit Troianos altum plenis uelis petentes littora uacua, & portum.*

Sensit.] *Metaphora.* Terq;] *Ab additione numeri amplificatio, idq; Græcorum imitatione,* τρὶς τε τετράκις, *ob perfectionem numeri septenarij. Sed de ea figura loquendi, alibi fusius fuit sermo.* Pectus.] *Synecdoche poëtica, quæ Græcis etiam oratoribus usitata est.*

Abscissi.] *Fortasse, quòd Diti & Proserpinæ sacra factura erat: uel quòd persuaserat suis, quòd magicis sacris operatura amoris peste liberaretur. Quare non tantùm nihil ligatum esse conuenit, uerumetiam comas abscissas: quo pari ratione Aeneæ amor abscinderetur.* Proh Iuppiter.] *Abruptum exordiũ per indignationem, propter fugam Troianorum præter opinionem oculis obiectam. Atq; adeò tota oratio pathetica est, breuibus membris, incisionibus ac mutationibus iræ & misericordiæ fluctuans, ut prorsus nullus artifex imaginem furentis uerius suis coloribus potuerit effingere. Hortatur absentes furentis similis, ad persequendos fugientes: rursus, ad se ab illius quasi oestri alienata insania & errore reuersa, ceu sui oblita fuisset, uesanum consilium damnat. Estq; tota oratio ceu scopa dissoluta & incomposita, mordinataq;, propter affectuum æstus, quibus uariè afficitur.*

Aduena] *Aeneas* ἀντονομασία. *Nefarium habebatur externum hospitem, ingratum in hospitem se gerere, à quo humaniter exceptus fuisset. Quare aduersus hunc non secus Iupiter Xenius implorabatur, quàm in iuris hospitalis uiolatorem. Repetitæ interrogationes indignitatem rei mirum in modum augent.*

Expedient.] *Carthaginenses. Hæc quasi œstro ac rabie mentis percita, sine mente & consilio effundit. Quis sanus cerebro, absentibus imperârit, perinde ac si præsentes forent?* Naualibus.] *ex nauium stationibus: asyndeton. Mirum quo artificio, non pedibus mixtis modò, uerumetiam literarum uolubilitate impetum rei adæquet. Alij distinguunt post naualibus. Sed uidetur ad ite referendum.* Quid loquor.] *Defæcata ab insania, agnoscit mentis sede sua motæ errorem. Itaq; fato quodam ad interitum rapi se intelligit. Suntq; ista lentiora.*

Tum decuit.] [illegible]: *hoc est, tum decuit eum bello persequi, & finibus arcere, cùm eum in regnũ reciperes, uiusq; ius cum nominis tui immortali dedecore illi traderes: quamobrem etiam opulentissimos Africæ reges tibi inimicos feceris.* En dextra. *Amara ironia, cùm uelut tam fidem seruet: quam quia uiolauit, deridet ceu uanam,* quòd de pietate sua in patrem commemorauit, quòdq; patrios penates persuaserit secum in Italiam portare. *A' uiolata fidei religione, antecedentia colligit, ut uerò dissimilia, & à fide abhorrentia.* Parentem] *Anchisen, senem.* A

Non potui.] *Sanè ora hæc fortasse fuerunt, (sed serò pœnitendo) quod hostilia abituro non intulisset, ut egregia ultio solatiũ morituræ aliquod esse potuisset. Atq; ista quidem pro muliebri asperitate & furore fingit se Troianis afferre potuisse, ut quæ nullam difficultatem habitura uidebantur. Respicit ad horrenda inhumanitatis exempla, quæ patuisset imitari: ut est ab eo sexu nullum scelus aut nefas alienum, ubi uindictam meditatur.* [illegible] Non potui.] *Affirmat se Aeneam, ut Baccham, discerpere potuisse: ut Orpheus, Euripides, & alij nonnulli perijsse produntur: quorum exempla haud dubiè respicit.* Vndis.] *per undas. Neq; uerò eatenus est pœna unius delinquentis, nisi etiam insontes ducis culpam luat: adeòq; ipse Ascanius, cui ætas uel in primis parcendum est. Adiecit emphaticè & ipsum, significans unicam patris spem & delicias, quem propter futuræ sobolis expectationem plus capite suo diligeret: atq; adeò, quem propter Italicum regnum nauigationis causam uel in primis prætexit.* Patrijs.] *Obliquè argumentatur ab exemplo, ad hunc modũ. Atreus apposuit Thyestæ fratri filiũ ab se interfectũ, edendũ, coctũ in lebete: fecit hoc ipsum Astyages Medorũ rex, iratus Harpago principi suo. Progne Ityn Tereo marito apposuit. idem Harpalicen fecisse memorant: qui minus mihi licuisset facere, quod ipsi fecêre?* B

Verùm anceps.] *Occupat id apud se, quod aliquis posset obijcere: Si ferro rem gerere incæptasset: quandò fortuna alea anceps est, quid si uicta discederet?* Fuisset.] *Concessio, quam solùm à desperatis rebus adhibeatur, se modò, nihil referre existimat, utcunq; pugnæ euêtus cecidisset.*

Castra] *Hostilia narrat, quæ Troianis intulisset, tanquam hostibus: quare classes Troianorũ, castra uocat, ut in quibus se suaq; omnia tuebantur.* Faces.] *incendium infesto animo more exaggerat enumeratione quadã hostilia, quibus eos in sua terra afficere potuisset.* Foros] *nauium tabulata, per quæ discurritur.* Natumq;] *Polysyndetõ, exaggeratio crudelitatis, quam uictrix in eo prælio, in hostem exercuisset. Atq; ita moritura iam, hostis supplicio sese exaturasset. Iam uerò, implessem, extinxem, syncopæ sunt.* C Super.] *id est, super eorum aceruum meq; eonfossam coniecissem, exemplo earum fœminarum, quæ ea more pereuntes, cum maritis statuunt mori: uel maritorum iniurias idta, suam quoq; uitam abrumpunt.* Sol qui terrarum.] *Imprecatura Aeneæ extrema humanorum supplicia, obtestatur præcipuos mundi, & rerum quæ uariè in uita geruntur, arbitros & spectatores, ut hanc precationem imprecationemq; suam, qua hostes deuouet, exaudire uelint.* Sol. *Homericũ illud elegantissimè uertit, quodq; item apud Orpheum extat:*

« Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Orpheus in quodam hymno:

« κλῦθι μάκαρ πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα,
« τιτὰν χρυσαυγὴς ὑπερίων οὐράνιον φῶς,
« ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάσιππε,
« μάστιγι λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων.

Solem rectè oculum mundi, omnia spectare & ambire constat, cùm suis radijs terras illuminet. Ergo Solem Pœnica res non fugerunt, si omnia opera terrarum lustret. Plato in Repub. uisibilem filium Dei, Solem dicit: quem aliqui imagi-

A *imaginem inuisibilis filij intelligunt, qui lux ipsa est, mundum & omnium mortalium mentes illustrans. Hunc ueteres uenerabantur pro deo: nam suo exortu tristitiam cœli discutit, animosq; hominum serenat, cæteris syderibus lumen præbens, omnia uidens, omnia audiens.*

Tuq;.] *Vel ad fabulam referre licet, qua pronuba Iunone: hæ nuptiæ furtiuè coierunt: uel ad physicam rationē, qua eandem aëri præsidere uolunt, quo conclusi spiramus & uiuimus. Iuno igitur rectè conscia harum regina curarum fuit, ita ut ne Sol quidem magis. Eadem ratione & Iouem & Iunonem aëris animam nominant: terra uerò non solùm Cererem atque Vestam, sed Plutonem etiam ac Proserpinam cōmittes.* Nocturnisq;.] *Diximus Hecaten in triuijs coli solere, & à pauperibus cœnam ibi instructam diripi. Vnum item numen fuisse, Hecaten, Dianam, Lunam & Proserpinam. Hanc aiunt Cereris filiam à Plutone adamatam fuisse in Sicilia: & cum carpendis floribus intenta esset, ab eo raptam. Ceres ob amissam filiam externata, collecta numerosa matronarum manu, cum tædis & funalibus, per urbes, agros, montes nocturnis horis, clamoribus & ululatibus eam quæsiuit. Postquam uerò indicio comperit, à Plutone filiam abductam,*
B *ita inter Iouem & Cererem conuenit, ut dimidium temporis apud superos, dimidium apud inferos uersaretur. Propter faces igitur illas nocturnas, in Dianæ sacris, quæ Artemia dicebantur, tædas gestabant. Iam uerò, ob triplicem illam Lunæ uicissitudinem, Hecate, siue Diana triformis appellari cœpit. Ausonius, Vergilianum carmen imitans:*

» *Tergemina est Hecate, inquit, tria uirginis ora Dianæ.*

Sunt qui commententur, Hecaten ex Perseo Titane, & Asteria sorore Latonæ prognatam, cui Iupiter elementa subiecta esse uoluit: ut uidelicet cœlo Ereboq; esset potens, nomine à multifaria potestate facto. Theogoniæ Hesiodi interpres author est, Hecaten in Bœotia coli solitam præcipuè, ac nomen deductum ἀπὸ τοῦ ἑκάστου προνοεῖν, quòd singulorum prouidentiam gerat. Itaque, quia Luna in cœlo, & Diana per nemora montesq; dicitur oberrare, ἡ πανταχοῦ Ἑκάτη in prouerbium abijt, in eum qui peregrinationem impensius amet, instabilis: nusquam firma sede consistens. Itaque regina cœlum, aërem, terram, & profunda inferorum inuocat, ad audiēdas preces, hor-
C *rendamq; deuotionem.* Vlulata.] *clamoribus inuocata.* Diræ.] *Furias cum naturalibus potentijs coniungit, ultrices infœlicium conscientiarum.* Dij morientis.] *in quorū tutela uiua sim: uel qui tutelares estis urbis Carthaginis.* Accipite.] *Attentio ad preces & deuotionem.* Auertite.] *Nonnulli codices habent* Aduertite, *ut sit expolitio præcedentis orationis. Si legas* Auertite, *sensus erit, à me in hostem Troianum, si* Aduertite, *idem erit sensus: id est, in Aeneam, genium infestum, qui de eo pœnas sumat, Alastorem, Telchinem, & uindicem acceptæ contumeliæ.* Si tangere por.] *Apud Homerum Odyssea 9. ad cuius imitationem hic locus expressus est, Polyphemus Cyclops Vlyssem nauigantem pari propè deuotione prosequitur. Ita aptissimè Poëta noster eandem precandi formulam imitatus est, ut nata, non quæsita hic uideatur. Verba sunt:*

» κλῦθι ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα,
» εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
» δὸς μὴ ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι,
» υἱὸν λαέρτεω ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.
ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι «
οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, «
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους, «
νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ. «

Infandum.] *Aeneam: odio personæ, nomen ipsum commutat atrociori uocabulo. Neq; uerò si continentem Italicam, sed si portum, non intrare, sed tangere (quòd minus est) eueniat dicit: & ne nauigio eò illum fortasse peruenturum dicat, atrox uerbum subijcit, si necesse sit, adnare, ut cum fatorum ui necessariò eò uehetur, naufragio eò deferatur, quomodo Charthaginem se uenisse ipse per oratorem suum testatus fuerat. Petit interpositis legibus, si necessitate fatali Italicum littus sit tenendum, id quod saluis fatorum placitis fieri potest, ut non etiam in regni possessionem sit uenturus.* Et si.] *Quòd si fata eum in ipsam Italiam auocent, obtinebit id quod tot annos terra mariq; sequutus est, estq; immutabile.* At bello.] *Si excludi nequit, imprecor illi, quantum malorum hominu in uita obtingere potest: bella, exilia, implorationem opum firmiorum, cladis suorum, ipsum humilem ultrò pacem petentem, & mortem ad postremum immaturam.*

Audacis populi.] *Euenit id: nam statim post Troianorum in eam terrā appulsum cùm prædam ex agris agerent: Latinus rex, Aboriginesq; ad arcendam aduenarū uim concurrebant. Affinitate, per nouum matrimonium inde adiuncta cum Latino bello à Turno Rutulorum rege petitus est. Erat illi ante Aeneæ aduentum Lauinia, regis Latini filia, pacta quare & Aborigines. & ipse longè grauiori bello lacessitus sum. Audacem itaq; populum, Italos dicit, Latinos, Aborigines, Rutulos & Hetruscos: quos etiam ipse Euander Aeneam monuit, acreis essi uicos.* Extorris.] *exul: Amplificatio: sicut & illud quod sequitur,* Complexu auulsus Iüli. *Hoc Aeneæ non usu uenit, licet oraculis monitus, Euandri implorarit postea auxilia & opes, à quo pedestribus equestribusq; copijs tradito filio Pallante duce adiutus fuit: cum quibus etiam Tarchon suas adiunxit.* Auxilium.] *Euandri & Tarchontis: quod argumentum erit rerum afflictarum, per quas suis uiribus diffisus, cogatur uel succumbere, uel supplex extera auxilia aduocare.* Funera.] *Nam etsi uictor ubiq; esset, constitit ei tamen sua uictoria multo suorū sanguine. Etenim Aborigines Latiniq; à Turno bello petiti, cùm in prælium descendissent, tantis animis utrinq; concursum est, ut neutra acies læta ex eo certamine abierit: uictores tamen Latini Troianiq; amisso rege Latino, fuêre.* Leges.] *Duplex fama fertur una, Primo prælio uictum Latinum, pacem cum Aenea affinitatemq; iunxisse: altera, cùm instructæ acies constitissent, priusquam signa canerēt processisse Latinum inter primores, ducemq; aduenarum in colloquium euocasse: ac percontatum, unde, & quo casu domo profecti, hoc iter habuissent, quid quærerent? Postquam uerò audisset Troianos esse ducem uerò Aeneam, Anchisæ & Veneris filium, nouarum sedium quærendarum gratia illuc uenisse, illicò fœdus inter ipsos ictum.* Iniquæ.] *Quam iniquam pacem pactus sit, uereor: nisi aliam historiam respiciat, qua narratur eum Mezentio parem fecisse, qui postea ab Ascanio interfectus fuit: uel sit imprecatio amplificata.* Luce.] *uita. Etenim secundum prælium, ultimum humanorum operum Aeneæ fuit: in eo enim desideratus, nusquam amplius apparuit: certè situm eum fuisse scribunt super Numicum flumen, atque Iouem Indigetem appellatum. Itaq; nec re-*

gno positus, nec uita post nouam assumtatem diu fretus fuit Ante diem.] *pro, cadat in prælio, hostium suorum manibus. Sunt qui scribunt, Aeneam ad Numicum sacrificantem lapsum, nusquam comparuisse amplius.*

Inhumatus.] *Nam amne Numico in ultimo prælio haustus creditur. Græci aliquanto diuersius historiam referũt. Mactata dijs porco triginta succularum, ubi Aeneas oppidum condere aggressus esset, Latinus rex prohibuit. Prælio inde uictus rex, Aeneæ filiam suam uxorem dedit. Tum rursum oppidum, quod moliri cœperat, aggressus, Lauinium de uxoris nomine ad animos gentis conciliandos nominauit. Non multò post, Latino & Turno mutuis uulneribus in pugna cæsis, Aeneas regnum suscepit. Neque uerò diu imperauit: nam confirmatis utrinque rursum uiribus, Aeneas à Rutulis & Mezentio confossus occubuit. Cecidit igitur in media harena: hoc est, in prælio, & quidem ante diem.* Hæc precor.] *Clausula imprecationis, quã hanc sanguine suo dicit se confirmaturam. Auertit inde orationem ad suos ciues, eorumq; posteritatem.* Tum uos ô.] *Auersa à Troianis orationem suam ad Pœnos: quorum posteris, perinde ut præsentes, non modò ad uindictam, uerumetiam ad immortale odium in Romanos hortatur: hoc est, quamuis uastum mare intersit, eam gentem armis indesinenter exerceat, idq; in suam gratiam. Nam sensum cineri aliquem existimat ad inferos, ad se peruenturum: quia etsi certaminibus illis non sit interfutura, audiens tamen memoriam posterorum & mentem & uirtutem, gaudebit.* Stirpem.] *Aeneæ posteritatem, Romanos uidelicet, exercete bellis, quæ Punica à Pœnis nomen sunt habitura. Atque ea quidem euidè Poëta, argumento inseruient, ut huius imprecationis tribuat. Alioqui si propius causas bellorum Punicorum introspexerimus, certè ea ex fœdere uiolato iterum atque iterum, orta fuêre. Quarto enim fœdere inter utranque gentem bello Pyrrhi renouato, paulò pòst Carthaginensium classis contra fœdus, aduersus Romanos auxilio uenit Mamertinis (sunt enim Mamertini, Messanii in Sicilia, statim à Peloro in ora, Ionium spectante) Natum inde primum bellum Punicum, pugnatumq; diu fuit uario Marte: quo bello C. Duillius Romanorum ducum primus aduersus Pœnorum classem prosperè pugnauit, naualisq; uictoriæ duxit triumphum, ob quam causam perpetuus honos ei habitus est, ut reuertenti ei à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Ad postremum C. Luctatius uicta hostium classe ad Aegates insulas, finem bello primo Punico imposuit, à quo petentibus Carthaginiensibus pax data fuit. Acta inde secundi belli Punici initium duxêre ab Annibale Amilcaris filio: qui contra fœderis leges transito Ibero in Hispanijs, Saguntinos socios Pop. Rom. obsedit ac deleuit. Hoc bellum Scipio Africanus cognomento finiuit. Tertium ad postremum suscepit Pop. Rom. ob leues Carthaginensium in Masinissam regem iniurias. Eo à Scipione Aemiliano breui Carthago deleta est.* Cineri.] *hoc est, mihi mortuæ.* Nec A fœdera. *Peculiare postea fuit illi genti, nulla seruare pacta, nullam fidem, nullũ fœdus. Testatur hoc ipsum prouerbium, Punica fides, & Punica religione seruatur fides. Liuius lib. primo secundi belli Punici, loquens de Annibale. Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia æquabant. inhumana crudelitas, perfidia plusquã Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullus deûm metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Et alibi: Quæ Punica religione ab Annibale seruata est fides.* Exoriare aliquis.] *Vtitur imperandi formula, in absentem aliquem ex posteris, quæ precationis uim interim habet. Iniunxit Annibali, quem produnt à patre Amilcare, natum . . . annos, aris admotũ, iurasse, se Pop. Rom. hostem fore, ubi per ætatem arma gestare potuisset.* Qui face] *qui ferro & incendio populum Romanũ terra mariq; persequatur.* Dardanios.] *Romanos, quasi Dardani nepotes, antonomasia.* Colonos.] *Romanos è Dardania oriundos. Odiosa uoce colonos eos appellat, ceu aliunde in Italiam appulsos, nõ αὐτόχθονας. Coloni, à colẽdo sunt dicti. & coloniæ, urbes minores, ad quas inhabitandas è maioribus ciues deducebãtur: uel qui patria relicta propter abundantem multitudinem, uel per seditionem pulsi,* B *in exteris terris urbes condidêre. Ita Pœni Tyriorum erant coloni, & Cumæi Chalcidensium, alijq; item aliorum. Est & colonus terræ editior, tumuli speciem præ se ferens: cuiusmodi duo Athenis erant, quorum alter iuxta Neptuni templum, in quem equites conueniebant, uisebatur: alter ad Vulcani, uel, ut alij, ad Eurysacion, qui ἀγοραῖος à foro uel mercatu dicebatur: quòd illic consisterent, qui conductorem quærebant. Harpocratio, Eurysacion templum Neptuni uocat: sed alij malunt Aiacis interpretari, quià scuti latitudine Eurysaces dictus fuit. Alter etiam κολωνὸς ἵππιος, colonus equester uocabatur: quòd in eum primùm uenisse Oedipum contendant, quodq; in eo ipso ara Neptuni Minęruæq;, equestris item, uisebatur: sed & Adrasti, Pirithoi & Thesei. Sunt & κολωνοί, à κολωνὸς, terrarum supercilia & promontoria. Pausanias tradit, Spartæ locum fuisse Colonam, contra Iouem & Palladem Ambulios: ubi & Dionysij Colonatæ templum uisebatur.* Nunc olim.]*Coniunxit præsens & futurum: perinde ac si id quod post aliquot secula euenturum esset, nunc ipsa in conspectu propemodum habeat. Italiam solent, Latinè dicimus tamen.* Littora.] *Collusiu. Preca-* C *tur non solùm populorum inter se odia, uerumetiã aquarum & littorum inter se, & armorum dissidium, per amplificationem. Quod porrò Corsicam mediam fuisse Seruius dicit, id quod in fœdere expressum fuit: nemo inficiatur, sed Poëta amplificaturus infestissimum Carthaginensium in Romanos odium, facit Didonem precantem, ut ipsa quoq; utriusq; gentis elementa, hostilia sint molitura aliquando: nempe cœlum, aër, unda, littora, promontoria utrinq; inter se concurrant. Estq; imprecatio odij, ut dixi, amplificatione exaggerata.*

ARGVMENTVM.

Perorata imprecatione, Dido moritura Barcen nutricem Sichæi, quæ illi tum præstò erat, amandat ad sororem, simulans uictimis sibi opus esse ad sacrificium, vt inuecta sorori morandi causa, ipsa sola absque impedimento vllo mortem sibi consciscere possit.

NASC. Et parteis animũ uersabat in omneis.] *eandem sententiam uariè protulit alibi, hoc modo: —animũ nũc huc, nunc*

Hæc ait, & parteis animum uersabat in omneis,
Inuisam quærens quamprimũ abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:

(Namque suam patria antiqua cinis ater habebat:)
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem,
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic ueniat: tuque ipsa pia tege tempora uitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incœpta paraui,
Perficere est animus, finemque imponere curis,
Dardaniique rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat †anili.

†al. anilem.

A *nunc diuidit illuc,*
» *In partesque rapit uarias.*

Cinis ater habebat] *cineres ideo pro morte ponimus, quia ueteribus mortuorum corpora cremare, & in cinerē redigere mos fuit.* Annam cara mihi nutrix] *blandè nutricem alloquitur, ut libentius negociū arripiat, utiturque muliebri epitheto cara: ita enim fœminæ amicas suas appellare solent, cùm eas aliquid uolunt, quod maximè cupiūt.* Spargere corpus aqua.] *à consuetudine sacrorum rem uerisimilem facit: ita enim in sacris inferiorum Deorum fiebat, ut sese tātùm aqua sacerdus aspergeret. Sed hæc alij interpretes diligentiùs, nostrum uerò aliud consilium est.* Monstrata piacula.] *à necessitate: non enim absque sacrificio peccata expiantur: piacula igitur hostias intelligit ad expiandum perfidiæ, uel potius periurij peccatum. nam post necem Sichæi uoto*
B *castitatis se obstrinxerat, iureque iurando affirmarat, se nuptias non repetituram. unde illud est:*
» *Si mihi non animo fixum, immotumque sederet,*
» *Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,*
» *Postquàm primus amor deceptam morte fefellit,*
» *Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset,*
» *Huic uni forsan potui succumbere culpæ.*

Tuque ipsa pia.] *nutrici quoque moræ causam infert, ne quis obstet suæ neci.* Sacra Ioui Stygio.] *hæc Seruius aliique interpretes doctè admodū, & scitè interpretātur, adeas illos.* Dardaniique rogū capitis.] *ex mandato sacerdotis negocium uerisimile reddit. nam dictum est:*
» *—— abolere nefandi*
» *Cuncta uiri monumenta iubet, monstratque sacerdos.*

Illa gradū studio celerabat anili.] *nunquam ferè mandati mentio fit dati, quin executionis illius descriptio sequatur: nam Achates in primo Aeneid. accepto ab Aenea mandato, ut ad Ascanium proficiscens referret, quæ uiderat, ipsumque ad urbem Carthaginem duceret, statim sequitur:*
» *Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates.*

Et in eodem libro Cupido Veneris mandatum exequens
C *describitur:*
» *Paret amor dictis caræ genitricis, & alas*
» *Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.*

Sed quid exemplis opus est? quorum sexcenta tibi legenti ultrò sub oculos uenient. iussa igitur Didonis capessit nutrix, & quanquàm anus erat, tamen quantum anus maturare potest, iter accelerat.

LAMB. Hort.

Hæc ait.] *Immanem imperationem suscipit immanius consilium, ut ablegata nutrice, religionis, prætextu absque arbitris mortem maturet. Estque totius tragœdiæ extrema catastrophe longè tristissima, quæ nonnihil querelis dilatatur.* Partes.] *quod meditantis quærentisque rationem aliquam est, qua nullo arbitrio prohibita mortem sibi inferat. Subdit statim causam quòd uitam quamprimū abrumpere sibi studeret: quā tædio inuisam sibi uocat, ex qua imperatoris iniussu exire omnes prohibemur.*

Abrumpere.] *Vim ostendit cōtra fatorum statuta.*

Tū breuiter.] *Defectio: deest uerbum ait. Decorè nutrici negotium mandat, & ut eam à se submoueat, & submora anicula tardius sfeula sit in illo obeūdo: tū autē, ut spatiū ipsa habeat exequēdi consilij, dū Anna cōficiendis mādatis occupetur.* Barcem.] *Appositio. Cæterùm Barce promontorium Mauritaniæ est, & ciuitas Cyrenaicæ, postea Ptolemais dicta. Persarū obsidione & tyrannide celebrata.* Suam.] *Parenthesi ubiter Didonis nutricis rationem inserit, quam Sidone mortuam & sepultam fuisse narrat, & quidē periphrasticè.* Annam.] *Nudè ac simpliciter negotium conuenienter personæ ac tempori mandat, & multa quidem simul, ad eximendum tempus. Priora ad sororem pertinent, posteriora ad nutricem Barcen. Mandat religionis negotium, ut eius prætextu minus minusque fraudem subodorarentur.* Siste.] *Trāsitiuum est, statue eam hic, uel huc eam adhuc. Ad eundem modum, aliquem iudicio sisti dicimus.* Dic corpus.] *Ac libi quoque diximus, sacrificaturos dijs superis ablutione totius corporis purgari consueuisse, at dijs inferis litaturis fuisse satis, si lympha tantùm leuiter aspergerentur. Atque hic dicit se Stygio Ioui sacrum facturā. Lex erat 12. Tabularum: Ad diuos castè adeunto: pietatem adhibento. quam legem ueteres Romani religiosissimè obseruabant circa sacra deorum. quæ Poëta studiosè & priscè obseruata fuisse dicit. Idem in primo:*
Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates, »
Me bello ex tanto digressum & cæde recenti »
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo »
Abluero. —— »

Idem in sexto, ubi Misenum condit:
Idem ter socios pura circumtulit unda, »
Spargens rore leui —— »

Et pecudes] *hostias furuas, quas Ioui Stygio, hoc est, Plutoni sit mactatura. Has sacra expiatoria nuncupat, & piacularia sacrificia.* Sic ueniat.] *id est, leui aspersione aquæ fluuialis, tum me, tum se purgatura, & piacularibus sacrificijs instructa adsit.* Tuque ipsa.] *ut & huic moram innectat, iubet se ad religionem sacrorum componere, ut quæ & ipsa ijs sit interfutura: caput tamen & diadēma ei uinciat, ut antiquis mos erat in sacris id genus.*

Ioui Stygio.] *Periphrasis Plutonis, ad differentiam summi Iouis. Addit causam ceremoniarum, quò diligentius curentur singula à nutrice.* Curis.] *amori. Persuasum enim fuit, hoc sacrificij genere amorem extinctum iri.*

Dardanij.] *Troiani Aeneæ: imagine Aneæ aliisque eius rebus, quas ibi reliquerat, flamma corruptis, amore soluetur, ut à uenefica se edoctam finxit.*

Rogum.] *hoc est, corrumpere igne imaginem ducis Troiani, & cætera eius uiri monumenta, quæ mihi reliquit it discedens. Est autem hic sensus: Animus mihi est, caput Dardanium flammæ rogi permittere. hoc est, rogo ad abolendum eius amorem, ignem inijcere, ut ea peste aliquādo liberer. Rursum in antonomasia respicit ad Dardani perfidiam: & nomenis Aneæ odio, periphrasi atrociori utitur.* Sic ait.] *Ablegata nutrice, cætera præcipitantiæ ad mortem plena sunt. Nam dum testudineo incessu celerat, dum Annæ sororis iussa exponit, dum lauat, dum hostias parat, Dido periecit.*

ARGVMENTVM.

Ablegata nutrice, Dido rogum ascendit: vbi perspectis Aeneæ exuuijs, orationem habet affectibus plenam, enumeratisq; breuiter, quas ipsa magnificè in vita gesserat, rebus, ense Aeneæ, quem ipsa in rogo cum alijs exuuijs collocarat, sibi necem consciscit.

NASC.

At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam uoluēs aciem, maculisq; trementeis
Interfusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.
Hic postquam Iliacas uestes, notumq; cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata,
Incubuitq; thoro, dixitq; nouissima uerba:
Dulces exuuiæ, dum fata, Deusq; sinebant:
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis.
Vixi: & quem dederat cursum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia uidi:
Vlta uirum, pœnas inimico à fratre recepi.
Fœlix, heu nimium fœlix, si litora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit, & os impressa thoro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait, †sic sic iuuat ire sub umbras:
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat †omnia mortis.
Dixerat, atq; illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore
Spumantem, sparsasq; manus.——

†al. sic, sic iuuat

†al. omina

At trepida.] trepidat, quia immania molitur. Effera Dido.] cur effera? quia audet immania facere: nā quis immanior, aut ferinæ magis naturæ indicari homo potest, quàm qui nulla uitæ, aut salutis suæ habita ratione in seipsū sæuit? Sanguineam uoluēs aciē.] moribūdam, uel potius crudelē, & sui homicidā fœminā singit quibusdā depingit, ac prope sub oculos legētiū aspiciendā proponit. quod trepida, quod pallida est, quod oculos sanguine effusos, quod genas tremētes habet. nō dissimilia penè scribit Eurip. de Hercule furēte in tragœdia eius nominis cùm ait:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Trementes genas.] ex sanguinis discursu. Maculis.] maculis est aspersa facies non continuo, uel simplici, aut naturali rubore perfusa, quia contrarium naturæ est, ut homo sibi noceat, ut idem agat, & patiatur. ideo pugnant humores. Irrumpit limina.] cum ingēti impetu id factum fuisse, uox indicat irrumpit. quod planè confirmat sequens uersus:

Conscendit furibunda rogos.

Non enim qui furoris stimulis agitantur, moderato corporis motu aliquid facere possunt. Ensemq; recludit Dardanium.] miro ordine rem describit, illustratq; κατ' ἐνέργειαν. Non hos quæsitum munus.] quia non ideo eum reliquerat Aeneas, ut eo sibi necē Dido inferret: allusisse autem uidetur ad illud Sophoclis prouerbium in Aiace: qui quidem Aiax cùm mori decreuisset, execratur eum gladium quem quondam ab inimicissimo dono acceperat, eumq; sibi inauspicatiss. fuisse ait. uersus Sophoclis hoc habent:

» [illegible]
» [illegible] Id est,

Quum uerum id est mortalium prouerbium.

» Non esse dona quæ ueniant tibi
» Ab hoste: uerùm inauspicata, ac noxia.

Sed iam antea huius rei quoq; mentionem fecimus.

Hic, postquam Iliacas uestes.] tot' hic loc' procul dubiò ex Alceside Eurip. sumpt' est, ubi Alcestis ipsa pro Admeto cōiuge moritura thalamū ingreditur, & uiso maritali lecto, ipsum perinde alloquitur, atq; Dido exuuias Aeneæ. ita enim ait:

« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible]
B
« [illegible]
« [illegible]
« [illegible] Id est,
« Deindeq; in thalamum irrumpēs, & lectum,
« Ibi tum lacrymauit, hæcq; dixit:
« O' lecte, ubi uirgineam solui ego,
« Virginitatem ex hoc uiro, pro quo morior,
« Vale.

Dulces exuuiæ.] exuuias κατὰ [illegible] alloquitur. adeundus est hic Macrob. in 5. Sat. sanè huiusce modi orationes, quæ ad res mutas, & sensu carentes fiunt, ingentem ut alibi dictum est, commiserationis affectum mouere solent. dulces igitur exuuiæ non hoc tempore dulces, sed quando dulces ipse ait. Dum fata, Deusq; sinebant.] unde elicitur communis conquestionis locus à commutatione fortunæ, uel à deploratione rerum. cùm uerò fata, Deumq; nominet, Platonicè loquitur, nec idē esse fatum, & diuina uoluntas insinuat: & rectè sanè: nam si essent idem, necessariò sequi uideretur fatum immutari nō posse. quod tamen Plato negat, Platonisq; opinionem lex diuina confirmat. non ibo tamen inficias, fatum quandoq; pro ipsa Dei uoluntate à Virgilio usurpari. at Dido hæc significare uoluit, non fato tantùm, uerumetiam Dei uoluntate ad necem trahi. hæc duo posuit, dum fata, Deusq; sinebant. quasi non sinant ampliùs, eorumq; studium, & uolūtas penitùs immutata sit. Accipite hāc animā.] ut Alcestis lectum alloquens χαῖρε, dixit, utpote quæ è uita recedere uolebat, sic Dido accipite, ait, hāc animā, quæ uerba itidem ex hac uita migrationem designant. Meq; his exoluite curis.] alius commiserationis affectus à magnitudine curarum: quibus fit, ut ex hac uita migrare festinet. Et nūc magna mei sub terras ibit imago.] disputat interpres arguiè ille quidem ex opinione quorundam Philosophorum, quid sit, id, quod petat inferos: nam cùm homo tribus potissimùm constet, anima, corpore,

C

corpore, imagine: anima, inquit, quae superna est, suas sedes petit: corpus, quod terreum est, in terram resoluitur, umbra, quae ex corpore fit, una cum corpore interit. ergo nihil remanet, quod inferos petere possit. concludit esse quoddam simulachrum ad nostri corporis effigiem factum, quod inferos petat, idque speciem ait corpoream, quae tangi nequeat, ueluti uentus. & hic magnam appellat imaginem. ego uerò Maronem nostrum Platonicè imaginem rationalis animae primam ipsam sentiendi naturam nominasse existimo: magnamque ob id dixisse, quia & sonat esse sensuum reliquorum communisque sensus, & magna, posthoc terreum corpus, utitur corpore aëreo, scilicet quod hunc terreo inhabitum, quoddammodo sit angustiam, eo autem exutum: redigetur in amplum, sic elementi natura postulante. Quod uerò supra dixit:

» Omnibus umbra locis adero.

Inter imaginem, & umbram distinxisse uidetur: nam imaginem animae esse uoluit sensum in aëreo corpore: ipsum uerò corpus aëreum esse animae umbram. haec ex nono. Plat. dialogo lib. 14. de leg. siue de legum lat.

B Vrbem praeclaram statui.] breuiter enumerat, quae ipsa praeclarè in uita gessit, ex quibus tantum sibi gloriae comparasse innuit, ut propter gloriam sibi rursum acquirendam, nihil sit, quod in uita amplius esse uelit. obseruanda uerò est diligenter in iis rebus recensendis apta, atque elegans orationis διάνοια. cuius celeritas ingrandi quoque celeritatem declarat: quae autem Seruius interpres super hoc loco differit, nugae mihi uidentur canorae: nam urbem à se conditam ideò praeclaram Dido uocat, quia tanquam fulgore quodam famae, & gloria splendescere putat. haec tamen quasi κατὰ πρόληψιν dici uidentur: nam quo tempore Dido regnabat Carthagine, nondum eò celebritatis haec ciuitas uenerat, ut praeclara dici posset, postea uerò talis, tantaque euasit, ut bis cum populo Rom. bella gerere non dubitarit. haec igitur Poëta magis, quàm Didus personam respiciunt. Vita uirum.] Pygmalionem qui Sichaeum auri potiundi causa necarat, sed quia fugiens aurum ipsa secum asportarat, ideo vita virum inquit. quae enim auaro Pygmalioni grauior poena inferri poterat, quàm ipsum pecuniae priuari: cuius causa scelus admiserat?

Felix, heu nimium felix.] tragica exclamatio est,
C quae πάθος habet à dolore. huic non dissimilis illa est apud Eurip. nutricis exclamatio inter initia Medeae, quam Ennius ita transtulit,

» Vtinam ne in nemore Pelio securibus
» Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes:
» Neue inde nauis inchoandae exordium
» Coepisset, quae nunc nominatur nomine
» Argo: qua uecti Argiui delecti uiri
» Petebant illam pellem inauratam arietis
» Colchis, imperio regis Peliae per dolum:
» Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
» Medea animo aegra, amore saeuo saucia.

Et os impressa thoro.] rabie furoris adducta: quod praeclarè indicat sequens hemistichium. Moriemur inultae?] sanè uerba haec plena sunt irae atque indignationis, ideoque quasi ignauiam suam redarguens, moriemur, inquit, haec iniuria impunita? & cunctata paulisper, quasi respueret, omnes conatus suos inanes. omnique reputato consilium mutat, subditque. Sed moriamur.] quasi nulla re alia, praeterquam morte, sui criminis labem eluere. illatamque sibi iniuriam uindicare possit. propterea sequitur: Sic sic iuuat ire sub umbras.] nullum hic approbo διαλογισμὸν interrogantis uidelicet, & respondentis ut prima uox cum interrogatione, & admiratione proferatur, quasi sit uox alterius interrogantis Didonem hoc modo sic? altera uerò sit ipsius reginae respondentis, sic iuuat ire sub umbras. Sed absque interrogatione, magno tamen cum pronunciationis impetu legendum puto. sic sic haec enim ἐπανάληψις tum asseuerationis, tum acrimoniae plurimum mihi habere uidetur, ut illud ex 9. Aeneid.

Me me, adsum, qui feci in me conuertite ferrum «
O Rutuli. Hauriat hunc oculis] cum magno indignationis affectu, pariter & gestu haecque dicendo sibi uulnus infligit. Et secum nostrae ferat omina mortis.] « quasi malum aliquod omen allatura sit Aeneae mors illius. quidam impressi codices omnia legunt, quae lectio non admodum mihi uenusta est, cuius sensus est, ut Aeneas suae crudelitatis facti reus. ferro Collapsam aspiciunt.] πάθος: quod circumstantiis augetur: id est, congerie, seu enumeratione rerum: quae comites uiderunt: reginam ferro transfixam, ensem cruore spumantem sparsas morientis reginae manus.

At trepida.] Festinanti reginam facit ad mortis metum, ne sororis interuentu consilium praepediatur. Atque deserit sumpta signa, in uultu, mortis narrat, quae in meditantib. abominanda eiusmodi consilia apparere solent: Flammantes oculos, maculosas notis sanguineis genas, pallidam caetera facie horrore futurae mortis. Interfusa] Synecdoche poëtica. lumina: pars pro toto. Irrumpit.] Vehementiam & studium ardens indicat. Rogos.] pluralis pro singulari. LAMB. Hort.

Dardanium] Antonomasia Aeneae haeret in uiolentia paronomasia. Munus.] paratum in eum usum, ut eò regina sibi mortem accerseret. Recludit.] stringit. Respicit ad paroemiam, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα id est, hostium munera non munera. Nam priscorum superstitio credebat, munera uel maximè obseruanda, à quibus, & quo animo mitterentur: ob id, quòd quae ab iis darentur, qui nobis malè uolunt, plerumque exitio essent. Aiax apud Sophoc. in Tragoed. Αἴας μαστιγοφόρος.

—— ἐγὼ γὰρ ἐξ οὗ χειρὶ ἐδεξάμην «
παρ᾽ Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου, «
οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα. «
ἀλλ᾽ ἔστ᾽ ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία, «
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα. «

Hic postquam] Monumenta & lectum coniugalem in summam pyram congeri iusserat, ut ex praecepto sacerdotis Massylae (ut ipsa ferebat) illis exustis, amoris peste exsolueretur. Solent mouere hominum affectus, ea quae aliquando fuere charissima, quae relinquere cogatur ut patria, domus, lares, socii: admonent aeterni consuetudinis, dulcedinis, & si quae commoda ex iis senserit.

Lacrymis &c.] Duo potissimum mortem nonnihil distulere, quo minus illicò ferrum in se conuerterit: Lachrymae, quas affectibus mota ubertim fudit, & horror mortis. Nam mentem, animum resistentem nonnihil uocat, ostendit spiritus carnisque luctam inter se. Dulces.] Patheticа oratio. qua animam praesentibus exuuiis mandat moritura, ac consolatur se, celebritate nominis, & rerum perpetratarum laude. Mouet initiò statim affectus ad non animal. id est, ad exuuias, olim dulces quàm diu fata ac Deus permiserant Curas, quibus distinetur, animi diuersas aegritudines, cruciatus ac dolores appellat, quibus per praesentem mortem cupit exui. Vixi.] Desperantis uox, significans se iam non uiuere amplius, sed periisse.

Hemist.

Huiusmodi loquendi colores apud utriusq; linguæ authores passim obuij sunt: Fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum. Euripides in Hecuba, ἀλλ' ᾤχετ' ἐν ἐμοί. Ouid. in quadam epistola Tristium:

Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus.
Flammaq; de stipula nostra, breuisq; fuit.

Menedemus Terentianus in Heautontimorumeno: Imò habui Chreme. Cicero significãs coniuratos extremo supplicio affectos, Vixerunt, inquit. Ista, & id genus multa eruditè annotauit D. Erasmus. Itaq; regina significans, se rebusq; suis in magna fuisse gloria, iamq; de uita sua desperatum esse: Vixi, inquit: præsens reliquæ uitæ momentum perinde ducens, ac si non esset.

Cursum fortuna]*Omnes uitæ meæ, ceu tragœdiæ partes strenuè egi: restat igitur, ut extrema catastrophe absoluatur.* Et nunc magna]*Platonici animam tribus uehiculis agi contendunt. Primum statuunt cœleste, simplex & purum, nullis elementis uitiatum: alterum, æthereum & simplex item, sed ex materia conflatum: tertium, materiale, ex elemẽtis omnibus compositum. Atq; hæc quidem ita inter se distinguunt, ut primùm uita siue ratione instilletur. unde irrationalis item, sed longæua, quæ dissoluto corpore, in simplici corpore ad certum tempus superfit ad postremum, cùm uita ratione spoliata unà cum corpore dissoluitur. In prima uita, uehiculo agi uolunt sensum communem, in uita ἄναλγῆ: in secunda uita, passionibus obnoxium: in ultima, eundem sensum patibilem ac diuisum. Iam uerò uehiculum accipiunt corpus æthereum, immortale animæ amiculum, in effigiem humanam se transformans, cùm corpori humano insinuatur. rursum quando auellitur, priori figuræ restitutum: hoc Zoroaster πνεῦμα uocauit, propter tenuissimam puritatem, quasi non corpus. Sordescit tamen aliquando affectibus corporis elementalis, & caliginem contrahit. Vmbram animæ prisci theologi appellarunt, & actum corporis, animæ idolum: faciuntq; geminam, alterum ab ipsa, alterum ab anima mundi proficiscentem. Iam illi ipsi ueteres Theologi existimabant, animas, quæ uiolenta morte è corporibus migrant, ut nullis piaminibus purgatas, uehementius diuexari perturbationibus: & posse easdem hostes suos post hanc uitam infestè insectari. id quod Dido ipsa paulò antè coarguit:*

Omnibus umbra locis adero. dabis improbe pœnas.

Hanc uindictam putabant non tantùm humanam indignationem suggerere, sed etiam diuinam Nemesin ac dæmonem. Itaque in anima sensum esse post fatum, Maro ueteres sophos sequutus, hoc loco nihil dissimulauit, cùm Dido dicit, magnam sui imaginem sub terras ituram. Imaginem animæ rationalis Platonici esse existimant primam sentiendi naturam. Magna.] *quòd sonis sit alterum sensuum.* A *Distinguunt inter umbram & imaginem: quòd imago sit sensus in corpore aereo, corpus aereum umbra animæ.* Sub terras.]*ad inferos. Imaginem Plotinus simulachrum uocat. Et animam apud superos, simulachrum apud inferos esse uoluerunt. Hanc disparationem Ennius indicat apud Lucretium lib. 1 De natura rerum: Acherusia templa fingit Ennius, inquit:*

Quò neq; permanent animæ, neq; corpora nostra,
Sed quædam simulachra modis pallentia miris.

Vrbem præclara statui.] *Præclara sua opera commemorat, quibus se consolatur: ἐπὶ κακῶν ἐπὶ κακῷ fexus: nam uiro non perinde decora esset hæc iactantia: cùm aliaquì summum solatium sit, sanctè inculpatéq; uixisse.*

Vlta uirum.]*Sichæum, trucidatum à fratre Pygmalione. Quas porro pœnas sumpsit? fugit cum grandi pecunia, propter quam Sichæum interfecerat, quamq; se à forore indepturum non dubitabat. Qua præda per eius fugam amissa, ægritudine animi se excruciabat. Atq; ex his rebus gestis, seu præclarè perpetratis, suam mulier metitur fœlicitatem, absolutam illam quidem, nisi Troianorum appulsus eam labefactasset. Sed fatum, quod ineuitabile est, in omni re damnatur: aduersus quod omnia consilia humana, quamuis callida, supina sunt, & iacent.* B

Fœlix.]*Hoc est, fœlicissima extitissem in hac uita: pathos à repetitione eiusdem uerbi. Seruius indicat, hunc uersum imitatione Catulliana compositum, apud quem ita legitur:*

Iuppiter omnipotens, utinam nec tempore primo
Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

Dardaniæ.]*Emphaticè, Troianæ.* Puppes.]*naues: pars pro toto.* Os impressa.]*ore: poëticè.* Moriemur.]*Secum ista: quasi meditetur, antequam moriatur, uindictam. Sed dum rursum reputat momenta opportuna omnia ad mortem, mutata mẽte.* Sed moriamur ait. Sic.] *Trepidantis interrogatio est, ad ictum ferri. Nam quæ sequuntur, ita accipienda sunt, ut pectori ense admoto ea dixerit.* Vmbras.]*ad inferos. Discrimen inter umbram & imaginem ostendimus.* Hauriat.] *Periphrasis, uideat.*

Dardanus]*Atrox antonomasia respicit ad consimilem Dardani perfidiam in Aenea.* Omnia] *supremum* C *busium uideat, post quod nihil mei superetit: uel, ut alij legunt, omina: hoc est, signa mortis.* Media]*id est, mediam, inter hæc uerba. Spersas manus dicit, reiectas morientium more.*

ARGVMENTVM.

Transfixa suis manibus Didone, sequitur statim luctus, & lamentatio comitum, quæ ipsam sibi inferẽtem uulnus viderant. fitq, clamor, strepitusq; ingens per vrbem, non aliter, ac si hostes eam diruissent. accurrit soror, quæ multo fletu tum reginæ casum, tum sui, totiusq; vrbis miseriam, calamitatemq; deplorat.

NASC.

—It clamor ad alta
Atria, concussam bacchatur fama per urbem:
Lamentis, gemitu'q;, & fœmineo ululatu
Tecta fremũt, resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæ'q; furentes
Culmina perq; hominũ uoluãtur, perq; deorum.
Audijt exanimis, trepido'q; exterrita cursu

It clamor ad alta.]*tragœdia excitatur, uarius, multiplexq; mouetur commiseratonis affectus: quem etiã mira, atque copia orationis uarietas immutauit, exornat. it clamor, bacchatur fama, tecta fremunt lamentis, &c. resonat æther plangoribus. hanc nõ dissimilis est tragœdiæ affect⁹ in 5. Aen. At dom⁹ interior gemitu, miseroq; tumultu.*

Nisce-

Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, & morientem nomine clamat.
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?
Quid primũ deserta querar? comitem'ne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata uocasses,
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosq; uocaui
Voce deos, sic te ut posita crudelis abessem?
†Extinxti te, meq; soror, populumq;, patresq;
Sidonios, urbemq; tuam: date uulnera lymphis
Abluam: & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam.——

A Miscetur, penitusq; caua plangorib' ædes Fœmineo ululat: feriũ aurea sydera clamor. Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant, Amplexæq; tenẽt postes, atq; oscula figũt.

† al. siue a interrogatione.

† al. Extinxi: quidam, Extinxti me, te q.

Bacchatur fama.] nõ poterat apti', elegãtiusq; populi quasi furẽtis cõcursatio exprimi: qui in du'ris huiusmodi casi ut, ac repentino uenientibus huc illuc quasi demens, & furore agitatus, concursare solet, ut quæ acciderint, & quæ ipse uiderit, uel audierit, alijs nunciet.

Non aliter quàm si] eleganti similitudine commiserationis affectum exaggerat. Macrob 4. Sat. docet, hic augeri ἀπὸ τοῦ à maiore. quanquam falsò (inquit) quidam à maiore rem augeri posse negant: nam hoc significare uidetur Poëta doctiss. non minorem fuisse luctum ex unius morte, quàm si tota urbs (quod proculdubiò esset maius) ex... aliudsi quidem ad Carthaginis direptionem: quæ tertio bello punico facta est duce Scip. Aemyliano. lege B Appianum in Libyco. attamen Homerum imitatur in 22. Iliad. ubi conspecto Hectoris ab Achille raptati cadauere, Hecubam, & Priamum parentes illius, hæc ferè agentes inducit, quæ hic Anna facit. notus est locus.

Audijt exanimis] audiẽdo euasit exanimis. Trepidoq; exterrita cursu Vnguibus.] consternatæ mulieris naturam, gestum, impetumq; κατ' ὑποτύπωσιν ob oculos legentium proponit. hunc morem fœdandi: id est, cruentandi uultus barbaræ quidem nationes in leuibus etiam rebus obseruant, sed in matronis huiusmodi gestus magnam doloris significationem habẽt. sic Hecubam Homerus, sic matrem Euriali affectam Virgilius inducit.

— ἀλοφύρετο
τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔῤῥιψε καλύπτρην
τηλόσε, &c.

C Sed ita Virg. 9. Aen. de Euriali matre:
Euolat infelix, & fœmineo ululatu
Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu
Prima petit——.

Hoc illud germana fuit?] Annæ oratio est expostulatoria, affectibusq; plenissima. abruptè incipit, quia cõsternata currẽdo loquitur, ideoq; nec plenam, absolutamq; profert orationem subaudias. quod rogus iste mihi parabat. id quod statim perspicuè demonstrat: cùm ait:

Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?

Germana uerò ad criminis amplificationem addita est. hoc enim innuere uidetur. si neminem fraudare liceat, tantò minus sororem non minoris affectus querela matris Euriali plena est in 9. Aeneid.

Hunc ego te Euryale aspicio? tune ille senectæ
Sera meæ requies potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?

Item quam in Phœnissis nuncius apud Eurip. à matre editam nunciat.

ὅσον ἀλωλὼς ἀπὸ τὰ πῶς τότοις σαχά.
ἐνὸ τίκνο σιγέντ' ἐπέτελεσ βίον.

ἐν γῇδε πόντῳ ὁ ταλαίπωρος ὀνομάτων, σὺ ὥλεσας τὰ τεκόντα σε, πάσχει δὲ ἐσιδούσα ὀμμάτων ἐμόν, ὦ μῆτερ ὅστις, ὕστερον θνήσκω σε παρών. Et reliqua per multos uersus. Id est,

Audi iam porrò & ea, quæ ad hæc mala acciderint,
Ex quo filij cadentes reliquerunt uitam.
Interea mater infelix accurrit
Cum uirgine, & alacritate pedis.
Vulneratos uerò ubi uidisset letali uulnere,
Vlulauit. O' filij mei, sera auxiliatrix
Adsum.

Quid primum deserta querar?] ἀπορητικῶς, ut inter, quasi in multis habeat, quod de sorore queratur: mouetq; p locum communem commiserationis affectum à solitudine.

Comitẽ'ne sororem Spreuisti moriẽs?] hæc, & quæ sequuntur, ingentem commiserationis uim habẽt ex nimio doloris affectu ob necem sororis: quò fit, ut ne ipsa quidem uelit uiuere. idem conquestionis affectus est in 9. Aen. quẽ de Eurialo à Rutulis necato mater erũpit, cũ ait:

Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conijcite, ò Rutuli, me primam absumite ferro:
Aut tu magne pater Diuûm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere uitam.

Huc etiam accõmodari potest illud Nisi contemnentis uitam, cũ Eurialum uideat in manibus hostium periturum. Aen. 9.

Me me, adsum, qui feci: in me conuertite ferrum,
O' Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: cœlum hoc, & sydera conscia testor.

Huiusmodi affectib. plenus est Eurip. in Hecuba, & in Andromache. His etiã struxi manib.] a iusto, et honesto per quãdã similitudinẽ probat se quoq; hui' necis participẽ esse debere: nã sicuti socia fuerat laboris in struẽda pyra ad necẽ, ita quoq; necis ipsi' socia esse debebat. ideoq; sororẽ arguit crudelitatis, quod sola, relicta sorore mori uoluerit. Extinxi te, meq; soror.] cõfessio criminis: fatetur enim se manib. suis parasse sorori instrumẽta necis: itaq; omnẽ in se facti culpã trãsfert, ad maiorem sui doloris exaggerationẽ. alij tamẽ codices habẽt Extinxti te. quod si ita legatur, criminatio est in Didonẽ cũ incommodorum enumeratione: quæ ex eius morte futura sunt, imò quæ iam acciderũt. Date uulnera lymphis Abluã.] alludit ad morem antiquũ, quo proximi mortuos lauabant, ungebãt, et ueste tegebant. Talthybius apud Eurip. in Troad.

σκαμανδρίους δὲ, τὰς δὲ διαπερῶν ῥοὰς
λουτρὰ νεκρὸν λουσάμενος τραύματα. Id est,
Scamandri enim transiens flumina
Laui cadauer, & abluí uulnera.

Et mater Euriali in 9. Aeneid.
—— nec te tua funera mater
Produxi, pressiue, oculos, aut uulnera laui. Et extremus si quis super halitus errat, Ore legam.] hoc e-

hoc etiam de antiquo more tractum esse opinor. ut enim proximi morientibus oculos claudebant, ita quoque arbitror (uti hinc & aliunde etiā colligi potest) eos ori morientis hominis os suum admouisse, ut extremum eius spiritum quasi excipere uelle uiderentur. Cic in . actione contra Verrem: Matresque miseræ pernoctabant ad hostium carceris ab extremo complexu liberum exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.

LAMB. Hort. Ictelamor.] *A consequentibus. Bacchatur, metaphora.* Vlulatu.] *Quadrat aptissimè spondæus rei tragicæ.* Fremunt.] *Ab animali ad non animal: hyperbole.* Non aliter.] *A maiori ad minus, planctus publici amplificatio. Non minor, inquit, fuit luctus ex morte unius Didonis, quàm si aut Carthago aut Tyrus hostium manibus capta excisaque fuisset addit,* Antiqua. *Sed de Tyri antiquitate alibi diximus.* Flammæque.] *Amplificatio excidiorum tantarum urbium, unde trepidatio & luctus publicus augeri solet.* Culmi.] *Anastrophe.*

Audijt.] *Decorè amplificat tragicum negocium, à miserabili luctu sororis, quam præ cæteris grauius conuenit affici: cuius gestibus mirè mouet pathos.* Ruit.] *Concitatum affectum coarguit. Et cum nomine morientem sororem inclamare dicat, id ita accipiendum est, ut si qua mens & uitalis spiritus insit, uitæ signum edat. Neque hoc uerò ulla alia ratione elici, quàm proprij nominis appellatione potest: ad quod etiam semianimes uitæ argumentum prodant. Hinc illæ inclamationes & conclamationes apud ueteres in funeribus solennes habebantur, quòd uitalis spiritus interdum conclusus adhuc, etiam uiuos fallere solet.* Fraude] *ut rogum, sacrorum prætextu, extruerem, in quo tu perires. Iteratæ interrogationes affectus habent.* Quid primum.] *Pathos dubitatione. Vocasses, inquit, me ad simile mortis genus. quare disertè addit:* Idem ambas.] *Patheticis increbit, sed superuacaneis, extremam catastrophen implet.* A

Tulisset.] *abstulisset me tecum, quæ non debueram tibi esse superstes. Addit causam, quod Didoni sorori omnia ad mortem commoda præbuerit: rogum struxerit, ferrum porrexerit, patrios deos inuocauerit.* His manibus.] *Pleonasmus, sed ἀγανακτικῶς dixit.* Deos.] *Saturnum & Iunonem, exponit Seruius: ut quæ inceptarent, fæliciter succederent.* Te sic posita.] *in hoc furore uersante.* Extinxti.] *Syncope. Incusat Didonem ab incommodis, quibus se & omnes suos affecit: complectiturque paucis totam urbem, quam sua morte subuertit. Se in primis, sororem, senatum & plebē, adeoque totā urbē.* Sidonios.] *Carthaginenses: antonomasia.* Date uulnera.] *permittite: ut id extremi muneris ad proximos genere pertinebat. Bifariam potest hic uersus legi: Date, hoc est, sinite ut abl uulnera lymphis, uel Date uulnera lymphis, pro date uulneribus aquam: hypallage.* Abluam *ut ea abluam* Legam.] *ore admoto excipiam, num spiritus aut anima ex ore proficiscatur.* B

A R G V M E N T V M.

Anna rogum ascendit, reginamque, animam efflantem cum gemitu, & lacrymis amplexatur: illa autem uisa sorore oculos attollere conatur, sed deficientibus uiribus, ipsa quoque paulatim deficit. cumque diutius, quam sat est, obitum suum differre uideatur, Iuno miseratione illius adducta, Irim de cœlo mittit, quæ crinem illi secat, quo secto, statim moritur.

NASC.

—Sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimemque sinu germanā amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros siccabat ueste cruores.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit, infixum stridet sub pectore uulnus.
Ter sese attollens, cubitoque innixa leuauit:
Ter reuoluta thoro est, oculisque errantibus alto
Quæsiuit lucem, ingemuitque †reperta.
Tum Iuno omnipotēs longū miserata dolorē,
Difficilesque obitus, Irim demisit Olympo,
Quæ luctantem animā, nexosque resolueret artus.
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore,
Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput †damnauerat Orco:
Ergo Iris *croceis per cœlum †rosida pennis
Mille trahens uarios aduerso Sole colores
Deuolat, & supra caput astitit: Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat, omnis & unà
Dilapsus calor, atque in uentos uita recessit.

†al. reperta. †al. denouerat *al. roseis †al. roscida

Gradus euaserat altos.] *cum moriēdæ cōmiserationis duplex ratio sit rebus, & uerbis. utrunque hic positū est, ut tragœdia lacrymosior excitetur: nā furor uerbis hactenus satis cōquestionis excitauit, iā uerò ad gestus sese accingit, et rogū, quā uit altissimū, ascēdit, sororemque semianimē gemēdo mediā cōplectitur, & amplectēdo fouet: quo quidem ex gestu maior proscēlò, quàm ex uerbis cōmiserationis affectus emergit.* Illa graues oculos conata attollere.] *rectè conata dixit, quia graues: nam uis illa animi atque corporis iam cœperat languere, ideo sequitur:*

Rursus deficit.] *non enim uigor, uel potius uigoris illa conatus diutius manere poterat: cuius rei causam assignat, inquiens:* Infixū strīdet sub pectore uuln.] *stridet uulnus, quia sāguis magnu impetu effluit: cūque sanguis animæ sit sedes, exeūte de corpore sanguine, uis etiā animi deficiebat.* Ter sese attollens.] *uiolētæ mortis difficultatem exēplo Didonis Poëta designare uidetur: locūque elegāti repetitione illustrat. talis illa est ex 2. Aeneid.*

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustrà compressa manus effugit imago.

C

Ingemuitque reperta] *quia pœnituit sibi consciuisse necem: uel quia ipsa uitæ tedebat: sed melior est prima expositio: nemo enim sibi unquam letale uulnus infligit, quem, stimulante conscientia, facti non pœniteat.* Luctantem animam.] *exire conantem, ut in primo Aeneid.*

Luctan-

A » *Luctantes uentos, tempestatesq; sonoras*
» *Imperio premit* ——.

Sed difficilem animæ exitum μεταφορικῶς *ostendit: est enim tralatio à palæstritis desumpta. quorum alter luctando, alterum sibi subijcere conatur: unde fit ut magno negocio alter alteri succumbat.* Nexosq; resolueret artus.] *quasi anima nō sit tota in capite, ut Plato, & Democritus, neq; ut Parmenides putat, in toto pectore, aut in qualibet alia sola corporis parte, ut alij censerunt, sed in toto corpore: nam cum numero multitudinis nexos artus dicat, non in uno, sed in pluribus corporis membris animam esse designat. hinc quorundam est philosophorum opinio, animam esse totam in toto, & totam in qualibet parte.* Nam, quia nec fato.] *Gellius lib. 13. cap. 1. existimat ad illud Ciceronis allusum esse in prima Philip. Multa autem impendere uidentur præter naturam etiam, præterq; fatum: nam illa præter naturam, præterq; fatum accidere Ciceroni dicuntur. quæ uiolenter. id est, casu contingunt: non igitur fato, nec quia tali morte digna esse uideretur, sed casu ante diem suum Dido peribat. unde mouet commiserationem ex infelici sorte illius. interpres hic, » & in decimum Aeneid. super eo uersu, stat sua cuiq; dies,*

B *egregie differit.* Nondum illi flauū Proserpina.] *quasi mori nequiret, nisi crinis ille fatalis iussu Proserpinæ auferetur. hinc illud Horatianum in 1. Carm.*

» —— *nullum*
» *Sæua caput Proserpina fugit.*

Hoc ex antiquorum superstitione deductum est. lege interpretes: uidetur autem locus ex Euripide sumptus in Alcestide: ubi Charon inducitur gladium gestans, quo crinem abscindat Alcestidi, quæ fato peribat mariti. uersus Euripidis hi sunt:

» ἁδ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς ἅδου δόμους.
» στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
» ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
» ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

Id est, ut nos pingui Minerua interpretamur:

» *Ergo hæc ad inferas mulier abijt domos.*
» *Me quoq; ferro ipse concitato illuc gradu,*
» *Illi auferam ferro ut capillos uertice:*
» *Namq; est sacer Dijs inferis cui gladius hic*
» *Crines secat summo capitis è uertice.*

Ergo Iris croceis per cœlū roscida pennis.] *Curat mandata Iris: cuius uarietatem physicè describens,*

C *eius rei quoq; rationem assignat, cùm ait: aduerso Sole: nam cùm Sol trans nubem sibi oppositam (ut Metrodorus ait) resplenduerit, nubem ipsam cæruleā quidem, sed splendorem rutilum reddit. Aristoteles quoq; Iridem fieri docet per reflexionem radiorum uisus ad Solem à nube opposita, quæ cœpit in pluuiam mutari, & minutissimarum guttularum plena est, alibi tamen quàm alibi minus: ita ut Iris sit lumen Solis uisum in tali nube tanquam in speculo. Sanè Iridis tres potissimùm numerant physici colores, rutilum seu purpureum, cæruleum, ac uiridem. Sed de Iride præter Aristot. in Meteor. Plutarchus egregiè differit in tertio de placitis philosoph. quanquàm inter omnia μετέωρα nullum ferè est, neq; illustrius, neq; admirabilius, atq; explicatu difficilius Iride. & haud scio an usquā extet aliquid de ea scriptum, quod eius naturam ita ostendat, ut non incertior animus relinquatur, quàm in ijs, quæ de alijs meteoris scripta sunt à doctiss. uiris, præsertim ob Aristot. Peripatet. omnium facilè principe.* Hunc ego Diti

Sacrum iussa fero.] *Crinem fatalem Plutoni dicatum esse credidit antiquitas. Euripides in Bacchadibus, unam Bacchadum cum Pentheo sermonem habentem inducit, quæ huius crinis mentionem facit, cùm ait:*

ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Id est,
Sacer capillus est, Deo ipsum nutrio.

Crinem secat.] *uenustè secat: ut res non dici, sed pingi uideatur.* Dilapsus calor.] *ad eorum opinionem alludit, qui animam ignem, siue calorem esse dixerunt, hoc argumento suffulti, quòd cùm anima inest in corpore, corpus calescit: recedente, frigescit.* Atq; in uentos uita recessit.] *perinde quasi anima post mortem ueluti uentus, atq; fumus euanescat.*

Gradus.] *in altos gradus nam pro mortuorum dignitate, rogus extruebatur.* Ter se.] *A' numeri additione amplificatio. Anaphora,* τρίς: *quæ amplificandi forma Græcis minus quàm familiaris est.* Thoro.] *in lectum.* LAND. Hort.

Tum Iuno.] *quam religiosè coluerat. Hanc omnipotentem appellat, ob parem cum Ioue potestatem fortasse: siue, quòd aeri præsideat. Tradunt Temenum nescio quem, Pelasgi filium, Stymphali, ubi Iuno educata fuisse creditur, sacrum ei triplex instituisse, propter triplicis cognominis rationem. Parthenos puella adhuc admodum dicebatur: nupta Ioui,* τελείαν, *quasi adultæ: fugientem à Ioue, ac denuò Stymphalum se recipientem,* χήραν: *id est, uiduā dixerunt. Physica ratione certè omnipotentem appellauit. Quidam eam à iuuando uocatam contendunt, accipiq; pro uita* τῷ ζωογονεῖν. *& regnorum omnium præsidere arcibus. Proinde rectè omnipotentem hyperbolicōs Iunonem nuncupauit.* Irim.] *Hanc humidam euaporationem in nubem transformatam, quidam exponunt, atq; inde sensim* εἰς μικρὰς ῥανίδας οὐρισθεῖσαν. *Spectatur semper aduerso Sole: coloris est punicei, ostrini & cærulei. Alij definiunt, reflexos ab humidis nubibus radios. Posidonius, declarationem scissuræ Solis, seu Lunæ, in nube rosida, concaua & continua, ad imaginationem uelut in speculo imaginatam magni orbis circumferentiam. Quidam sic circumscribunt: Iris fit, cùm Sol aquosum aërem sua luce perstringit. siue per aëris propriam naturam. quæ lucis & aëris propria est, ex qua colorum huius proprietates fiunt, siue omnes, siue unico modo. Suidas:* [illegible] *Propter colorum in Iride uarietatē, nata est prouerbialis metaphora,* ἶριν πᾶσαν ἰεν. *Hæc quia plurimum admirationis præ se fert, quidam Thaumantis filiam inde creditam produnt. Illud porrò non minus mirum est, quod colorum eius species à nullo pictore exprimi exactè queat: tum quòd à similibus ita incipiant, ut colores indiscreti uideantur, cùm semper tamen in diuersa exeant. hinc & uarius arcus cognominatur. Neq; uerò desunt, qui arcum dæmonis: id est, scientiæ appellent: quòd in eo sint diuinæ benignitatis certissima argumenta, aqua nō periturum Orbem, cladem igni imminere. Aristoteles libro tertio* μετεώρων, *ut appareat Iris, opus esse nube prædensa, ouihor est, priusquam altera nubes purpurescat, ut ita dicam: quòd speculi similitudine, in nube, Iris concipiatur. Ex Suida documus, ex irrorato circulo Lunæ in nube ad apparentiam quandam, ceu in speculo perlucentem, etiam*

Irim nasci: & ueterum quidam ita etiam opinati sunt. At Aristoteles negat id posse fieri: additis etiam aliquot cautionibus, nisi in πανσεληνίῳ, id est, plenilunio: hoc est, quartadecima, idque noctu. Itaque rarò fit, quòd non sæpe noctu fiat plenilunium. Non est circulus, neque si in circulo maior Iris, Aristoteli: sed semicirculus, aut eo minor: Hesiodo maior, à quo etiam πολυώνυμον ὕδωρ dicitur, quod multiplici colore uariegetur. Iam uerò Iridis præsagia non pauca colliguntur. Albo ac rubeo colore distincta, promittit rerum ubertatem: à meridie orta, imbrem impetuosum inducit. Quòd si ab occiduo Sole apparuerit, crebrarum pluet: ab ortu apparens, denunciat serenitatem. Physici multa argutè disputant, num Iris nube caua concipiatur, coloresque eius ueri sint an falsi: utrum ex ea in terra odor quis proueniat, an non. Est & iris placentæ genus, gemma item: & & iridis oleum celebratur apud Plinium, & herba odorata, & alia, unde uaria medicina conficiuntur. & Irinum unguentum, apud eundem authorem. Plato in Cratylo, Irim dictã putat ἀπὸ τοῦ εἴρειν, dicere. fortasse quòd deorum internuncia sit, & ferè ad discordiam ferendam mittatur, ut Mercurius ad conciliandam pacem. Plurimis item nomen est. Luctantem.] Mittitur ergo Iris ad diuellendã animam è corpore. Nexosque.] Expolitio, ut uidelicet animam artubus innexam resolueret. Trahunt hæc quidam in quæstionem, utrum mors ulla sit, quæ naturalis rectè dici possit. Et esse quidem probatur, authoritate illustrium & philosophorum & medicorum, Aristotelis, Galeni, & aliorum. quorum posterior, duas naturales corruptiones esse tradit. Sed multa in utranque partem à physicis disseruntur. Cæterùm fatalis mors est nihil aliud, quàm debita, & naturalis proueniens dyscrasia. Fatalem generationem uocat Aristoteles lib. 5. Auscultationis, quæ ritu naturæ fiat: & hanc moriendi naturam etiam fatum appellamus. Non perijt itaque regina fato: id est, non perijt morte merita, non naturali. Ante diem.] à Deo destinatum, quem fatalem appellari dixi, quem uiolenta morte occupauit. subauditur, perijt. Nondum illi.] Sumptus hic locus est ex Alcestide Euripidis, apud quem Charon missus introducitur, ad abscindendum Alcestidi ferro capillum sacrum dijs inferis. Verba Charontis sunt ad Apollinem:

» πολλ' ἂν σὺ λέξας οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις.
» ἡ δ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους.
» στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
» ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
» ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

Quoniam, inquit, mulier ad inferos descendit, ipsam peto, ut ferro consecraturus dijs aggrediar. Sacer enim hic est dijs inferis: cuius capitis crinem hasta hæc dijs consecrabit. Quod Græcus itaque dixit, κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα, & κατάρξωμαι ξίφει, noster sub persona Iridis uertit,

——hunc ego Diti
Sacrum iussa fero.——

Rosida.] quòd ex humore nata, semper Soli aduersa opponatur. Mille.] Amplificatio colorum Iridis, ab additione numeri. Caput.] propter crinem, quẽ illi est ablatura, uel quòd uita quibusdam in cerebro sita sit. Iussa, inquit, à Iunone, à qua missa fuit. Diti.] Plutoni ac Proserpinæ. ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν, inquit Euripides. Calor.] hoc est, uita, quam quidam à corde ad cerebrũ usque pertendere uoluerunt. Calefacit enim totum corpus anima, per omnes artus infusa. At uerò ubi uitalis ille calor corpus destituerit, abijt anima. Anima propriè Latinis uentus est. atque ipsa uitalis animã, quæ uegetat corpus, uento comparatur, quod ceu uentus euolet è nexu corporis. A
Disertè ergo dixit Poeta, uitam: id est animam, in uentum abijsse: ac dilapsam, ceu furtim, ac nemine persentiscente ex oculis euanuisse in auram. Non enim id indicare uult Poeta, quasi anima una cum corpore intereat, qui ubique ex Platonicorum disciplina eius immortalitatem astruat, sed sine sensu morientis è corpore ceu carcere emigrasse. Quoniam autem in fabuloso argumento uersamur, facturus nõ ingratum uideor operæpretium si ceu coronidem hic addidero, quo statu inde res Carthaginensium fuisse à morte Didonis memorantur: præcipuè quibus fatis Anna sub hac defuncta fuisse proditur. Mortua Didone, mox Carthago ab Hiarba Getulorum rege capitur. Anna, Africa relicta, in Melitam insulam fugit, ad Battum regem, qui tum illic imperabat. A quo hospitali iure humaniter excepta, biennium ibi hæsit. Battus accepto, se à Pygmalione armis peti, quod fororem hospitio excepisset, suis uim ueritus, Annam hortatur ad fugam: quæ in altum euecta, recto cursu à Camere excussa, in agrum Laurentem delata fuit: ubi tum Aeneas pacata Italia, ducta etiam uxore Lauinia, affluentissimis Latinorum opibus imperabat. Offendit hic casu in littore cum uno Achate illũ nudis pedibus ambulantem: qui Annam errantem ibi suspicatus, uix sibi credens eam ipsam esse, tandem & agnouit, & agnitã allocutus est. B
Exposito casu Didonis, ipsam secum in regiam suam abduxit. Non diu ibi hæsit: nam Lauinia uerita pellicem sibi ante oculos adductam, Annæ insidiari cœpit. Quæ à Didone in somnis monita, ut suspectum hospitium fugeret, per fenestram dilapsa, ad amnem Numicium uenit, in quem se præcipitauit. Postridie insanis clamoribus per Laurentem agrum diu quæsita fuit. Sed cùm præter uestigia ad fluuium usque nihil appareret, uisa est quærentibus clarè respondere:

——placidi sum nympha Numici, «
Amne perenne latens, Anna perenna uocor. «

Itaque pro dea coli cœpit. Hæc in fabulam Didonis & Aeneæ, doctissimè à Marone excogitatã, sufficiant. Cæterùm cùm ipsa historiæ ueritas longe aliter se habeat, misso poëtico figmento, illam priusquàm altiùs prouehamur, hîc attexamus. Condita urbe cùm iam Tyriorum opes perpetuis successibus florerent, Maurusiorum rex Iarbas Pœnorum principes ad se accersit, esse quod cum illis de utriusque gentis salute ageret. Didonem in frequenti consilio sibi uxorem poposcit: quam nisi impetraret, bellum denunciat. Legati id reginæ indicare ueriti, quòd eam à connubio post C
prioris mariti mortem semper abhorruisse scirent, commentum huiusmodi excogitarunt, ut dicerent, Iarbam poscere, qui se ac Aphros mansuetiorem uitæ cultum doceret. Sed cùm nemo inueniretur, qui ad barbaram eam gentem transire uellet: ad postremum, abs te, ô regina (inquiunt) hos patriæ præsenti præstandum est. te uxorem deposcit: qui nisi noti sui compos fiat, breui futurum est, ut te graui bello adoriatur. Regina his difficultatibus perplexa, inuocatis Sichæi manibus, respondit, se ituram quò sua se urbisque fata traherent. Erectam pyram in urbis parte, ueluti ob nouum connubium, Sichæi manes placatura, cæsis hostijs, cum stricto gladio conscendit: ac populum inuita circumfusum, clarè inclamauit, se ad maritum, uti per fuerat pollicita, ituram: ac simul pectus ferro transuerberauit. Atque inde pro dea, quamdiu Carthago stetit incolumis, culta fuit. Sunt rerum scriptores, inter quos Beda est, qui tradunt,

A traduni, Carthaginem non à Didone, sed à Carchedone Tyrio conditam. Et Appianus, illum Didonis comitem fuisse, scriptum reliquit. Condita fuit centesimo & quadragesimotertio anno post excidium Troianum, quo tempore Dauid in Iudaa regnum tenebat: & inter Latinos, Latinus Syluius. Trogus Carthaginis originem multò recentiorem arbitratur, at quæ septuaginta, nec amplius annos conditionem urbis Romæ præcesserit. Proinde hæc tragœdia tam ingeniosè à Marone conficta, ac tam splendidè atque eruditè tractata, planè fabulosa est. Extat apud Græcos uenustum Epigramma εἰς εἰκόνα Διδοῦς, quod quia uehementer huc quadrat, adscribendum duxi.

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις,
εἰκόνα θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην.
τοίη καὶ γενόμην, ἀλλ' οὐ νόον, οἷον ἀκούεις,
ἔσχον, ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένη.
οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
B Τροίης πορθομένης ἤλυθον ἐς Λιβύην.
ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίου ὑμεναίων,
πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες, τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα,
οἷα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

Quos uersus longè politissimè uertit Ausonius:

Illa ego sum Dido, uultu, quam conspicis hospes,
Adsimulata modis pulchraq́ mirificis.
Talis eram: sed non, Maro quã mihi finxit, erat mens:
Vita nec incestis læsa cupidinibus.
Namq; nec Aeneas uidit me Troius unquam,
Nec Libyam aduenit classibus Iliacis.
Sed furias fugiens atq; arma procacis Iarbæ,
Seruaui (fateor) morte pudicitiam,
Pectore transfixo, castos quod pertulit enses:
Non furor, aut læso crudus amore dolor.
Sic cecidisse iuuat: uixi sine uulnere famæ,
Vlta uirum, positis mœnibus oppetij.
Inuida cur in me stimulasti Musa Maronem?
Fingeret ut nostræ damna pudicitiæ?
Vos magis historicis lectores credite de me,
Quàm qui furta deûm concubitusq́ canunt.
Falsidici uates, temerant qui carmine uerum,
Humanisq́ deos assimilant uitijs.

Quos uersus imitatus Marullus, non minus disertè sed strictius multò, reddidit:

Tu qui me, casusq́ meos, in imagine parua
Aspicis, & digna tristia fata refers:
Vera hæc effigies, nec uera est, hospes, Elisæ
Sed non uera necis causa, pudendus amor.
Nec mihi Phryx nouus, nec enim Phryga nouimus ullũ:
Cura sed antiqui casta tenasq́ thori.
Quam ne coniugio Libyci uiolare tyranni
Cogerer, hac cecidi fortiter usa manu.
At uos ô uates, si sunt hæc præmia laudis,
Quæ feret incesti fœmina adulterij?

FINIS COMMENTARIORVM in quartum Aeneidos Librum.

ARGVMENTVM IN LIBRVM QVINTVM AENEIDOS VIRGILIANAE.

ADILON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN quintum Aeneidos librum Argumentum.

Nauigat Aeneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios vnà hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta.
Iris tum Beroën habitu mentita senili,
Incendit naues, subitus quas vindicat imber.
In somnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes possit descendere, narrat.
Transcribit matres vrbi, populumq́; volentem:
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in vndis.

D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII, ET D. LAMBERTI HORTENSII, MONTFORTII, EXPLANATIONES IN Quintum librum P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII *in Quintum Aeneidos librum explanatio.*

ARGVMENTVM.

QVintus hic liber totus fere episodicus est, vt quartus: nam ludi ad tumulum Anchisæ celebrati, & incendium nauium, in fabula poëmatis non continentur: adhibita vero sunt, vt opus exornetur, & in magnitudinem crescat. Sed hac de re suprà copiosius disputauimus. Argumentum autem libri hoc habet. Dum nec Didonis Carthagine defletur, Aeneas Italiam versus nauigans, vi tempestatis in Siciliam defertur, vbi ab Aceste benignè susceptus, inferias Anchisæ patri celebrandas parat. ad cuius tumulum varij generis ludos instituit: nam qui nauali certamine dimicent, qui cursu pedum contendant, qui cestibus pugnent, qui denique sagittis, iaculandi peritia certent, propositis præmiis deligit. Ascanius quoq; in honorem aui sui cum pueris nobilibus, ac ætate florentibus ludos equestres, pugnamq; imaginariam exhibet. Interea mulieres Troianę, Iridis hortatu, accensas faces in classem coniiciunt, combustis quatuor nauibus, ignis tandem procerum diligentia extinguitur. sequenti nocte Anchises in somnis Aeneæ apparens, verbis Iouis illum monet, vt fœminas, imbellesq; homines in Sicilia relinquat, ipse verò cum iuuentutis robore in Italiam nauiget, inprimisq; Sibyllam adeat: qua duce cum ad campos Elysios venturum prędicit, vt longam posterorum suorum seriem, omniumq; instantium bellorũ discat euentum. his adductus monitis, vrbem Acestam condidit vbi, relicta matrum, senumq; bello inutilium colonia, cum robore exercitus ad Italiam nauigando peruenit: id continet totus liber. Pars vero illa libri, in qua de ludis agit, partim ex Homer. Iliad. ψ. vbi hæc eadem ad Patrocli sepulchrum exhibentur, eo tamen discrimine, quod vbi Homerus curule, noster nauale certamen describit: partim ex Apollonij Argonaut. 2. qua parte de cestibus agit. nam illum Homero ea in re ardentiorem aut etiam diligentiorem vidit: neq; illud tacendum duxi in Po[e]tam pro rerum ac personarum qualitatem dicendi quoq; formam variare, & in hoc tam magno, grauiq; poemate ab alto illo, ac florido dicendi genere plerunq; recedere: nam [illegible] seruandum, rerumq; ac personarum dignitatibus aptanda oratio est: quamobrem in primo Aeneidum describendo Didus conuiuio ad infimam vsq; dicendi figuram descendit. idem in 4. de Didonis amore: & in 7. de ceruo a Syluia nutrito. hic etiam ludos ad tumulum Anchisæ patris celebratos describens, ab heroica illa grauitate, ac sublimi orationis genere deflectitur, vt mediocritatem materiæ simili dicendi figuræ coniungat. B

NASC. INTEREA.] *Libri Aeneidos perinde simul atq; anuli in catena inseruntur: ergo interea, dum in urbe fletur, dũ cadauer Didonis comburitur, eiusq; inferiæ celebrantur.* Certus.] *Nimium mihi morosi, ac plusquam sat est curiosi uidentur interpretes in uestigãda huius uocis significatione cùm sit quidem per se perspicua sit, atq; dilucida: nam Aeneas ideo certus dicitur, quia omnino nauigare decreuerat unde illud est Ouidianũ in Epist. Didus ad Aeneam:*

Certus ire tamen, miseramq; relinquere Dido. a

Huius certi, ac decreti Aeneæ consilij Poëta signum ostendit, cum ait, cum iam medium iter tenuisse. Fluctusq; atros.] *Borea ualde spirante, si mare concitetur, nigrescit.* Mœnia respiciens.] *quid mirum si regina mœnia respicit, quã afflicto, ac dolenti animo deseruerat? si eò oculos frequenter dirigit ubi cor languidum, ut ita dicam, reliquit iuxta illud:* C

ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Id est,

Vbi quis dolet, illic & manum habet. a

INTEREA medium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctusq; atros Aquilone secabat:
Mœnia respiciens. quæ iam infœlicis Elisæ
Collucẽt flammis: quæ tantum accenderit ignem.
Causa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notumq; furens quid fœmina possit.
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Vt pelagus tenuêre rates, nec iam amplius ulla

Quæ iam infœlicis

Occurrit tellus, *cœlum undiq;, & undiq; pontus,
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyememq; ferens, & inhorruit unda tenebris.

* al. maria undique, & undiq; cœlum,

A ... licis Elissæ.] Mouet commiserationem ex aduersa Didus fortuna: non displicet tamē quod Pyerius ex cod. uet. annotauit, tā felicis hoc est, quæ iam meritò felix dici poterat tot malis unà morte perfuncta. Antè enim semper ferè infelix à Poëta dicebatur. ut:

» Vritur infælix Dido.

Et rursus:

» At non infœlix animi Phœnissa.

Si ergo dū in uiuis ageret, infœlix semper dicebatur, iure satis perfuncta felix appellari debet. & Græci atq; Solō inprimis ante obitū felicem esse neminē iudicauit. Sed illud aduertendū, si felic s legas iam aduerbiū nomen, si infelicis uerbo adiungendū. Quæ tantū accenderit ignem Causa latet.] De signo nascitur causa: id est, inuestigatiu causa: quæ & si non ita erat Troianis aperta, ad eā tamē coniectura propius accedebāt. propterea subdit: Duri magno sed amore dolores.] Causa ignis in coniectura quidē posita est, sed circumstantijs probabilib. ita firmatur, ut certa esse uideatur: nā uiolatio amoris usq; furoris ex amore præsertim in fœmina, abundè satis fidē facere

B poterant, reginam dolore uictam, sibi necem consciuisse. Triste per auguriū.] Cur Troianorum pectora, atq; animi præcipuè sollicitarentur, in causa erat, quia ignē uidebāt, quod tristissi est nauigantibus signū. Vt pelagus tenuere rates.] Sternit sibi uiā ad tempestatem describendā Troianis ualde periculosam. quā uarijs circumstantijs uehementer amplificat: nam hoc etiam Troianis præter maris sæuitiē accedebat incommodū, quod tenebræ, obscuraq; nubes rectū illis nauigationis cursum impediebāt: imber è cœlo ruebat, & quod omniū maximum, maximeq; timendū erat, terra longo ab eis tractu distabat, nec nisi mare, & cœlū, si per tenebras licuisset, cerni poterat. Cæruleus]non quòd è cœlo ueniat, tametsi cæruleus color cœli propriè sit color, quasi cœruleus. Græcis κυάνεος dicitur: sed niger, tristis, & latifer: nā cærulei coloris quædam species est subnigra, quo uestitu Græcæ olim mulieres amictæ producebant eorū funera, quorum in cœlū animas migrasse putabāt. ideóq; pro tristi quandoq; auctoribus probatissimis capi solet. Sic Virgilius in sexto Aeneid. Charontis puppim cæruleā, ita hoc in loco imbrem cæruleū appellat. Supra caput.] ὑπερ ἄνω. neq; enim id simpliciter dictum uideri debet, cùm omnis imber supra caput sit: sed

C latifer, quasi hostis de superiore loco in alicuius caput, ac uitam irruens, ut ipsum opprimat. Noctē hyememq; ferens, & horruit unda tenebris.] Amplificat ex circumstantijs, quia erant tenebræ, & mare propter obscuritatem horridius etiam fiebat. quam rem ita per ὑποτύπωσιν depingit, ut oculis cerni uideatur.

LAMB. HORT. INTEREA.] A morte Didonis ad res Troianas persequendas transit. & primùm quidem, qua fortuna in Siciliā sint delati: inde, quibus certaminib. ac ludis patris Anchisæ anniuersariū obitus diem cum Aceste Siculorū rege celebrārit. ad postremū, exemplo ludibrij fortunæ fuit, quæ secunda aduersis, læta tristib. commiscentur: nā Iunonis odio per Irin, habitum Beroës indutā, exuruntur naues. Quare patris oraculo monitus, imbelli multitudine in Sicilia relicta, in Italiā nauigat. Atq; hæc quidē summa est narrationis quinti libri. Delineatus autē est ad 23. Iliados. Achilles post interfectū singulari certamine Hectorē, celebrat amico Patroclo magnificè funus certaminib. & epitaphijs in quibus sua uictorib. præmia sunt proposita. in his, equis uicit Diomedes, cursu Vlysses, cæstuum certamine Epeus: lucta uerò, cùm Aiax Telamonius & Vlysses inter se ita pares essent, ut neuter alterū superaret, ambo uictores sunt declarati. In alijs itē, alijs uictorib. uindicātur sua præmia. In hoc uerò uno, ab Homero decedit noster Poëta, quòd pro equestri prælio, certamē nauale instituat. & quod monomachiā, cæstuū pugnā & luctā, diuersa ludorū genera faciat Homerus. Originē funebrium ludorū ad Herculē multi referunt, qui Pelopi iuxta Pisæis primus certamina celebrauit. Quod quidā ob id factū arbitrantur, quòd matrē Alcumenam ex Pelope & Hippodamia prognatā existimārit. Secundo loco Phocenses, post serpentē ab Apolline cæsum. Inde Achæi in Isthmo, Leucothoæ & Palæmoni. Quartos ludos exhibuêrē Archemori Argiui. Atq; hanc ludorū antiquitatē nonnulli tradiderūt. Hyginus Herculem in ordine uctauo loco collocat, atq; inde reliquos eadem serie, usq; ad quintū. Quinto Danaus Beli filius Argis, nuptijs filiarū. Sextus Lynceus Argis, Iunoni Argiuæ. Septimus Perseus, funebres Polydectæ altori suo in insula Seripho. Octauus Hercules gymnicus ludos instituit. Nonus Archemorus, ut dixi. Decimus Eteocles uel, ut alij, Theseus. Vndecimi Argonautæ, Cyzico in Propontide. Duodecimo loco Acastus Peliæ filius. Decimumtertiū locum Priamo tribuunt. Decimus quartus Achilles ad Troiam Patroclo amico certamina edidit. Post hunc, Aeneas hoc loco in Sicilia patri suo apud hospitem Acestē funebres ludos exhibuit, in quibus, singulis uictorib. ampla præmia donauit. Fuerūt & sacra certamina, Olympia, Pythia, Nemea & Isthmia, ob Hercule & alijs Apollini, ipsiq; adeò Herculi dedicata. In his clarissimi heroës, diuersis uictorijs illustres, diuersis coronarū generib. donabantur: quamuis initio commune omniū sacrorū certaminū corona palma erat, ἀγῶνες ἱερῶν ... Alioqui singulis ludis postea peculiares quædam arbores aut herbæ repertæ fuerūt, quib. uictores insigniebantur: ut olea, myrtus, laurus, apium, & similes. Certaminū aūt genera hæc fermè recensebantur. Agonisticè, quæ robore ac uirib. corporis cōstabat: dromice erat, cursus certamē: pale lucta: plectice, pugilum: id est, athletarū & pyctarum, quorū certamen Pygmachia dicebatur. Porrò qui his duobus excellebant, pancratiastæ dicebantur, ... inquit Suidas. at qui omnibus, pentathli: & pancratiou illud certaminis genus. Erat & sphæromachia, hippomachia, sciomachia, & naumachia. Veteribus & gymnica celebrabātur, in quibus oleo uncti, nudè se exercebāt. Libuit p[illegible] de certaminibus & ludis hactenus præfari, quòd hic [illegible] in ijs uersetur. Illud tantum, antequàm ad enarra[illegible]ngar, addam: in publico gaudio ludorum, omnis ætatis hic more tales introduci: tùm ab Homero puerilis ætas, fortasse iusta de causa, sit prætermissa. Nā illic in armis, hic in ocio: illic ad tumulū Patrocli modò cæsi ab Hectore, hic ad tumulū Anchisæ fato defuncti, exacto anno, magnam omniū animorū communiq; lætitia solennes ludi celebrantur. Elegantior hic liber est, quàm eruditior: quamobrem mirum erit quod in hoc desudetur. Interea.] Dū ista Carthagine geruntur in publico luctu, & funus reginæ curatur.

Medium iter] inter Africam & Siciliam, quæ prima insularū in mediterraneo, Italiā petentibus occurrit. Certus.] nauigandi in terram fatalem, à qua magnis & multis

tépestatibus sæpè propè annos exclusus fuit. Atros.] *uel horridus, horroriq; incutientes septétrionali uento q naugantib in Italiā aduersus est alioqui, uel atros uento, ut ex specie genus accipiat. Verùm atros, ingruens à septentrione procella, p quam Italiā cōsequi uetatū fuit. aut certè ab eo casu, qui uentus pluuius est* Secabat] *nauigabat: periphrasis. Secabat igitur atros flatus. Facies enim maris, colorem cœli refert: ipsum aūt suum naturā nō mutat ut rectè Seruius, ex Plinio: at salsum saporē seruat, uerùm ita, ut aliud alio sit salsius. Vnde fit, cur in utraq lingua ἅλς id est sal, pro ipso mari usurpetur. Homer. Iliad primo, εἰς ἅλα δῖαν. Et Maro. Spumas salis ære ruebant.* Mœnia respici.] *Carthaginensium more eorum hominum qui dulcem aliquam terram uel muros relinquunt, quam fortè nunquam sunt reuisuri.* Flammis.] *incendia pyræ in qua cōcrematur corpus Didonis* Causa latet.] *Non temere esse cogitabant, tantum ignem in urbe lucere. Sed quādo reputabant apud se, quam indignè tulisset regina Æneæ fugam, quamq eum perditè adamasset, ex antecedentibus sequentia augurabantur. Neq uerò fefellit eos suum augurium etenim fœmina cùm se ulcisci nequit, sibimet exitium parat.* Triste per augurium] *id est, Troiani ex incendio, tanquam augurio, necem Didonis colligebant. Aut amat fœmina, aut odit, nihil est tertium. Porrò augurium propriè dici uolūt, quod peritè rerum omnium coniecturas contineat quamuis ab auibus & gerendo deducatur uel à garritu earum* Triste per]*Hoc est, augurantur Troiani, quid fœmina amore furens soleat perpetrare, ac sapere planè ἐκ γυναικὸς. Cæterùm de auguriis, haruspiciis, ominibus, & uaticiniorum generibus uariis, lucis hoc diuersis disputatum est* Vt pelagus.] *Descriptio nauigationis in Siciliam, quò iter uertere per tempestatem compulsus fuit.*

Pelagus.] *πέλαγος, maris profundū, à πλάζω, id est errādo, æstum, restagno, ut τὸ πέλαγος ... ἀναστρέφεσθαι, ... Figuratè pro mari: quemadmodū rates, naues: ex materia, rem confectam accipimus Nam rates, propriè trabes compactas uocamus, quæ per aquā trahuntur Vertit locū Homericum, qui extat Odys. 12. ubi Vlysses narrat, quanta tempestas, relicta insula Solis, coorta mare cœlo miscuit:*

ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη

φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,

δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων

νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Quos uersus Maro noster in tertio iisdem uerbis reddidit, ubi Cretam Æneas deserit. Quod Græcus autem dixit, supra nauem Saturnium nubem induxisse, id Latinus uertit, supra caput imbrem astitisse. Et, ἤχλυσε πόντος ὑπ' αὐτῆς id est, sub ea pontum tenebris inhorruisse: id disertè noster uates interpretatus est, hic inhorruit unda tenebris. Macrobius legit, Maria undiq & undiq cœlum subauditur, occurrit in oculos. perinde ut apud Homerum:

— οὐδέ τις ἄλλη

φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα:

τοῦτον, φαινῶ.

Olli] *illi antistœchum, robustioris soni gratia.* Cæruleus] *ἀντὶ τοῦ κυανέην νεφέλην. Cæruleus color est, uiridior, qui à Græcis glaucus dicitur, à quo γλαυκῶπις dea Pallas est cognominata Hunc ueteres Latini item à cœli colore, cæsium appellarunt: tametsi cæruleum albo commistum, glaucum sua temperie efficere uolunt quidam: perinde ut fului & nigri temperamento, uiridis color efficitur.* Supra caput.] *Bisi ὑπερμιανᾶι pro præsens, ... ideoq mutabili usurpare licet: simpliciter tamen hoc loco accipiendū puto, sicut in illis Homericis, νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς.* Noctem hyememq.] *& tenebras & tempestatem inducens Horror cum imminentibus tenebris augetur nauigantibus. Et tranquillo cœlo animus ad serenam nubilamq lucem, & ingruentem noctem aliter atq aliter afficitur. Quare de rebus lætioribus lucem, contrà de tristibus, noctem oboriri, dicere solemus.* Inhorruit.] *horrorem nauigantibus incussit.*

A

B

ARGVMENTVM.

Exclamat Palinurus hac tempestatis magnitudine, rabieq; uentorum Italiam contingi non posse: ideoq; satius esse, ut quò uocant uenti, eò cursum esse flectendum, iterq; uertendum: nam haud longe putat litus esse Siculum: quò tum propter portus commoditatem, tum etiam propter Erycis illic regnantis affinitatem, tutò appellere, ibiq; commorari possint.

NASC.

Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:

Heu† quiánam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Quidue pater Neptune paras? sic deinde loquutus,

Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis,

Obliquatq; sinus in uentum, ac talia fatur:

Magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter author

Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.

Mutati transuersa fremunt, & uespere ab atro

Consurgunt uenti, atq; in nubem cogitur aër.

Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum

Sufficimus: superat quoniam fortuna, sequamur.

Quoq; uocat, uertamus iter, nec littora longè

Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos:

Si modò ritè memor seruata remetior astra.

† al. quinā

Ipse gubernator.] *ἐμφατικῶς, eximium, omniumq peritissi. gubernator nec ab re pronomen ipse, additum est quod ἔμφασιν habet, tùm scilicet ad magnitudiné tempestatis exaggerādam, tū ad nauigationis desperationē aperte declarandā: nam ubi quæ de re aliquis ipsius rei peritissimus desperat, ibi alius minus peritus sperare non debet.* Heu quianam tanti.] *Pathetica exclamatio Palinuri desperantis non unam, sed nauigationis cursum, propter tempestatis, uentorumq cōtrariorum magnitudinem, atque impetum: nam paulò inferius ait:*

— non si mihi Iuppiter auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo. Vox tamen illa, heu, indicare uidetur eum à suspicione mortis nō procul abfuisse. quādo obrem cum ingēti admiratione, nec absque maximo affectu uerba hæc proferenda sunt. Quiánam.] *opere pretium est hic audire, & legere grammaticorum, aliorumq literatorum, super hac uoce, Quianam altercationes Pontanus, & alii quidam non infimæ eruditionis uiri, Quianam legendum obstinatè contendunt at ueteres Grammatici, quos tamen omnes Pontanus eludit, citato hoc Maronis uersu,*

C

A *uersu, Quiánam legunt. quid sentiam ipse in tanta doctissimorum hominum caterua, non ausim affirmare: attamen cùm Fabius Quinctilianus, qui codicem manu Virgilij exaratum uidit, libro octauo scriptum reliquerit, Virgilium antiquorum uocibus tanquam rerum ornamentis delectatum, huiusque praesertim Olli, & Quianam, ad spargendam auctoritatem usum fuisse, Seruiusque interpres, nô exiguae auctoritatis, propter antiquitatem Grammaticus, hanc uocem ex Ennio sumptam affirmet, facere non possum, quin eorum sententiae subscribam, & quiánam legendum esse affirmem, praecipuè cum iterum hac eadem uoce Poetam usum fuisse uideas. Sic enim ait in 10. Aeneid.*

Caelicolae magni, quiánam sententia uobis
Versa retrò —

Quidue pater Neptune paras?] *Prae stupore, atque admiratione magnitudinis tempestatis per ἀποστροφὴν, ad Neptunum sermonem conuertit: illumque blandè alloquitur, cùm patrem appellet, ad illius animum mitigandum, quasi dicat, quid est ô pater, quod saeuis tantopere in filios tuos? habet enim haec uox patre, ad impetrandum aliquid*
B *efficaciae plurimum. quamobrem & Deus optimus maximus patrem à nobis se appellari uelit.*

Colligere arma iubet.] *nô omnino uela demittere, sed minùm paulò ligare, & angustiora facere: nam cùm uenti per transuersum fremerent, nô fuerunt omnino deponenda uela, sed tentandum potiùs an remis, obliquatisque uelis, nec nimiùm aliis uentorum rabiem obsecundare possent quod periti nautae plerunque facere solent.* Obliquatque sinus in uentum.] *Torquet uelum, transferique in latus: ut uentum obliquè capiat non enim à puppi spirabat uentus, sed per transuersum ferebatur in naues.*

Magnanime Aenea.] *Rursus loquitur Palinurus, nec in tanta rerum difficultate silere potest. qui etiam tempori adaptat epitheton: & quia magno, inuictoque tunc animo opus erat, Aeneam magnanimum appellat.*

Non si mihi Iuppiter author.] *non cum Iouis contemptu sed uulgato hominum more loquitur. Sic enim ferè loquimur, cùm negotium aliquod fieri posse desperamus: unde locus exoritur à desperatione rerum.*

Mutati transuersa fremunt.] *Causam suggerit, ex uarietate, impetuque uentorum: qui tantus erat, ut neque recto, neque obliquo cursu procedere possent.*

C Et uespere ab atro.] *exaggerat nauigandi difficultatem, quod autem maius impedimentum afferebat, postremo loco collocauit, uentos scilicet ab occidente magno impetu spirantes: quod in Italiam nauigantibus contrarium est.* Et in nubem cogitur aër.] *Perelegans dicendi forma: quam ex Cicerone in secundo de nat. Deorum sumptam apparet: nam sic quoque ille ait: in nubes cogitur aër concretus.* Nec nos obniti contrà] *Quanta fuerit uentorum uis, perspicuè declarat: ad quam amplificandam expolitione, ad eorum uerò rabiem ostendendam repetitionis acrimonia utitur.*

Superat quoniam fortuna sequamur.] *Monet à necessitate, & mouet commiserationem ex infausto, contrarioque fortunae euentu.* Nec littora longè fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos.] *Conditionem proponit, quam Aeneae non ingratam futuram putat, propter Erycem: qui Veneris filius esse dicebatur: spemque illi affert proximae salutis, cùm littore portumque uicinum esse dicat.* Si modò ritè memor.] *Sapiés Palinurus (etsi nauigandi peritissimus est) tamen in tanta rerum mole non tollit cristas, nec suo iudicio tantum confidere, nihilque prorsus affirmare uult, sed subdubitando prudenter, & cum modestia loquitur, ne si forte aliter, atque putat, euenerit, alios in spem falsam, falsumque gaudium coniiciat: ipse uerò exigui iudicij atque imperitiae arguatur.*

Remetior astra.] *Venustè, remetior dixit, ut qui antea iàm etiam astra mensus fuerat, ad astrologorum morem alludens: qui numeris, ratiocinationibusque, nec non instrumentis astra metiuntur.*

Ipse gubernator] *Amplificatio horroris ab insurgente tempestate, à persona gubernatoris Palinuri.* LAMB. Hort.
Et Emphaticè addidit Ipse, significanter. Nam cùm gubernator trepidus implorat deorum opem, & colligere uela tumultuariè imperat, abiectaque omnem spem potiundae telluris, quam petit, ut diuersum portum petere cogatur, praecedentia colliguntur. Puppi Palinurus ab alta.] *Qui locus gubernantium nauem est.*

Heu quiánam] *Affingit prosopopoeiam gubernatoris ad Neptunum, ad amplificandum praesens discrimen, καὶ τὸ ἀδύνατον, perueniendi eo caelo in Italiam. Defectio: praetermisit enim, in re trepida, Inquit, uel fatur, aut simile aliquod uerbum.*

Quiánam. cur nã. Neptune paras? sic deinde locutus] *Verecunda ac modesta expostulatio.*

Colligere arma iubet, ualidisque incumbere remis.] *ita contrahere plena uela, ut sinu obliquatu ferretur & simul remis incumberet.* Arma,] *instrumenta naualia dicit, quorum in nauigando usus est. Lim & nimbor, nubes hîc intellige, unde oritur pluuia. Quam multifariae significationis sit nimbus, alibi diximus.*

Obliquatque sinus in uẽtum, ac talia fatur.] *in obliquum plena passaque uela contrahit, ut minus uenti excipiant cùm deflectendũ sit.* Magnanime Aenea.] *Desperationis plena oratio; hoc caelo se in Italiam peruenire posse. Impossibilitatem amplificat, ac consilium salubre proponit. Captat beneuolentiam, cùm eum magnanimum uocat. Inde proponit τὸ ἀδύνατον.*

Iuppiter author spõdeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.] *Hoc est, si Iupiter, qui autor nobis est huius nauigationis, hoc caelo Italiam nobis promittat, desperem posse illò peruenire. Constat autem, Iouis mãdato per internuncium Mercurium, abire in Italiam eum iussum.* Mutati] *Causa desperationis, transuersus ab occasu uentus.* Transuersa fremunt] *Transuersim Enallage, nomen pro aduerbio. Fremunt, metaphora remota.* Vespere ab atro Cõsurgunt uenti.] *Interpretatio: estque is uentus natura pluuius, sic ut auster tepidus.* Vespere,] *aduerbialiter, pro ab occasu.*

Atro.] *à colore caeli: ac perinde turbulento, & tempestuoso.* Cogitur aër] *congregatur. Ex aëre coacto in liquorem, aut ex liquore egresso in sublime, nubes gigni existimant physici, nam densitas coacti uaporis, certo Solem obumbrat νέφος, ὁμίχλη, Graecis à lucis priuatione: hoc est, τὸ νῆ φῶς, οἱονεὶ νέφος, τὸ ἐστερημένον φωτός. unde ἀνέφελον, quod luce caret. Suidas sic definit. ὁμίχλη (quam Latini etiam nebulam interpretantur) [illegible]. Proinde caelum ab occidua plaga mundi nubibus obducitur.* Obniti.] *conatum, ut tendere, uelis scilicet aduersus insurgentem procellam non ualemus. Infert à necessario, superantis fortunae arbitrio nauẽ permittẽdã.* Sufficimus] *possumus.*

Nec littora.] Ab opportuno: nam cùm non procul à Sicilia abessent, quò cōmodiùs classem aduerterent, quàm ad terram hospitam, in qua Acestes, sanguinis Troiani, imperabat? tum autem, in qua iam superiori anno Aeneas patrem Anchisen sepelierat. Littora fida ab id uocat, à parte, totam Siciliam amicam coarguens, propter Acesten, ut dixi, qui tum in ea insula imperium tenebat.

Fraterna.] Butes Amyci regis Bebryciorū filius fuit, qui patre à Polluce in expeditione Argonautarum caestuum certamine ex prouocatione interfecto, in Siciliam fugit. Hic à Lycaste nobili scorto, propter formae decus adamatus proditur, ex qua Erycem sustulit. Venerem hanc propter eximiam pulchritudinem appellatam fuisse, authores consentiunt. Frater ergo Aeneae ὁμομήτριος fuit Eryx. Hercules ab expeditione Hispanica reuersus, peragrata Italia, è Rhegio in Siciliam trāsmisit, annemq; eam oram à Peloro post primum statim appulsum peruagatus ad Erycen usque, qui mons eiusdem insulae est, nomen ab Eryce Butae & Veneris filio sortitus. Hercules ab hoc Eryce in pugnam hac conditione prouocatus, si uinceretur, Ibericum armentum regi cederet: contrà si uinceret, ius regni ad Herculem eiusq; posteros perueniret. Vicit Hercules ferocem adolescentem, & inuisitatae caestibus suis erudit, quibus uincere erat assuetus, exultantem. Sunt qui lucta illum superatum contendunt. Hercules inde libertate accolis data, ad montem Aetnam, miraculi eius uisendi causa processit. Alij Erycem non Butae, sed Neptuni filium fuisse prodidêre. Causam autem transitus Herculis in eam insulam huiusmodi tradunt. Ibericum armentum prae se agens in Libyam transmisit, ubi Dercynum & Alebionem Neptuni filios furti reos interfecit. Hinc in Italiam traiecit: atque à Rhegio in Hetruriam peruagatus, cùm taurum ex omni armento desiderasset, quem in Siciliam tranasse acceperat, anceps consilij diu haesit. Hunc Eryx exceptum, suis admiscuerat. Ab hoc tauro Italiam suum nomen inuenisse uolūt, quòd Tyrrheni Italum taurum dicant. Hac occasione perpulsus Hercules, in Siciliam nauigauit. Taurus repetitus cùm non redderetur, ter cum Eryce caestibus congressus, ad postremum eum interfecit. Eryx Siciliae mons mari imminet, inter Drepanum & Panormum: Panormo tamen uicinior, quàm Drepano: tantaq; est altitudine, ut omnes eius insulae montes, extra Aetnam, excedat. In illius uertice Erycinae Veneris templum fuit opulentissimum. Paulò infrà uerticem Eryx urbs insidebat, ad quam ab una planitie longissimus pariter & difficilis fuit aditus. In templo, Erycinae Veneris simulacrum erat, quod Claudius Marcellus postea Romam transtulit, atque extra Collinam portam dedicauit. Illud autem memorabile est, in edita Erycis uertice saxum fuisse, quod Daedalus peruium fecit, ducto muro ad Veneris templum: arietemq; aureum Veneri & Eryci uiuum existimatum dedicauit. Eryx urbs primo bello Punico, cùm de insula & maris imperio inter Romanos & Poenos certamen esset, alijs super alias obsidionibus & captiuitatibus quassata, grauiterq; afflicta fuit. Amissam à Poenis, Romani ceperunt. In Erycino uertice templum ab Aenea conditum, authores sunt Apollonius libro quarto Argonauticῶν, de Bute, quem Sirenum cantu demulctum Venus seruauit. ita canit:

ἀλλὰ καὶ ὣς Τελέοντος ἐῢς πάϊς οἶος ἑταίρων
προφθάμενος ξεστοῖο κατὰ ζυγοῦ ἔκθορε πόντον
Βούτης, σειρήνων λιγυρῇ ὀπὶ θυμὸν ἰανθείς,
νῆχε δὲ πορφυρέοιο δι' οἴδματος, ὄφρ' ἐπιβαίη
σχέτλιος, ἦ τέ οἱ αἶψα καταυτόθι νόστον ἀπηύρων.
ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα
Κύπρις, ἔτ' ἐν δίνῃς ἀνήρπαξε, καί ῥ' ἐσάωσε
πρόφρων ἀντομένη Λιλυβηίδα ναιέμεν ἄκρην. A

Id est,

Ceu catulus Butes reboantis saeua leonis
Desilit è puppi sociorum solus in altum
Anteuolans, dulci Sirenum pectora cantu
Laetatus, salsus per fluctus aequoris atri
Ingrederetur uti terram, igneus usq; natabat.
Infoelix, cui mox certò reditum inde negarant,
Ni Venus una Erycem curans, miserata natantem
Verticibus medijs auerteret obuia, praesens
Seruassetq; uirum, ut coleret Lilybeia saxa.

In urbe Eryce colebatur Venus, à qua ipsa Erycina dicitur: &, Erycino in uertice sedes. **Sicanoa.]** Interpretatio. De Sicanis alibi nonnulla annotata relinquimus. Illud obiter adijciendum est, primam huius uocis modò produci, ut Sicanio praetenta sinu iacet insula: modò corripi, ut hîc. **Seruata.]** pro obseruata. **Astra.]** sed quorum obseruationem nauigatur. de quibus eleganter Aratus in φαινομένοις: B

——δύο δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.
αἱ δ' ἤτοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
ἀλλήλων, αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι. εἰ ἐτεὸν δὴ,
κρήτηθεν, κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅτι μιν τότε κουρίζοντα
δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν ἰδαίοιο
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν,
δικταῖοι κούρητες, ὅτε κρόνον ἐψεύδοντο.
καὶ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
τὴν δ' ἑτέρην, ἑλίκην. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν,
τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ, καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.
ἡ δ' ἑτέρη, ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων.
μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.
τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται. Id est, C

Vrsae namq; polum geminae amplectuntur, & unà
Voluuntur circum: quapropter plaustra uocantur.
At lumbos capita alta tenent per mutua semper,
Semper item circum resupinae agitantur, in altas
Versae humeros uicibus certis. si credere dignum est,
Terra Idaea Iouis magni has in sydera misit
Munere: nam Dicto in beneolenti alum, ad iuga montis
Idaei tenerum infantem posuêre silentes,
Bis senosq; Iouem menses aluêre, parente
Saturno clam Dictaei Curetes in antro.
Hanc illi Cynosuram ipso cognomine dictant,
Illam Helicen. Helicen obseruant salis aequore Graij,
Quò nauis mittenda sies Cynosura uicissim
Caerula sidcantes ducit Phoenicas apaca
Nocte quidem clara est Helice, obseruarier atq;
Perfacilis, prima lucens à nocte: sed illa
Etsi obscura magis, nautis tamen aptior est. nam
Tota minore agitur supremi cardine mundi.
Has quoq; Sidonij cursum nauesq; gubernant.

A

ARGVMENTVM.

Palinuri consilium probat Aeneas, gratissimumq; sibi fore ostendit, si ad Erycem, tumulumq; patris sui contingere potest.

Tum piua Aeneas: Equidem sic poscere uentos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà,
Flecte uiam uelis: an sit mihi gratior ulla,
Quóue magis fessas optem dimittere naueis,
Quàm quae Dardanium tellus mihi seruat Acesten?
Et patris Anchisae gremio complectitur ossa?
Haec ubi dicta, petunt portus, & uela secundi
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis.
Et tandem laeti notae aduertuntur arenae.

NASC. EQVIDEM sic pòscere uentos.] *approbatio consilij, ex certa rei cognitione.*

Quoq; Flecte uiam uelis.] *né sim approbanda semper Grammaticorum differentiae, quas grauissimorū praestantium scriptorum autoritas oppugnat. Flectimus, inquit Seruius, uiam in mari, in terra nos à uia flectimus, attamen Liuius multis in locis, & Cicero ad Atticum de terrestri itinere cùm uerba facerent, uiam, & iter flectere dixerunt. Sed in huiusmodi nugis uersari, nec libet, nec nostri est instituti.* An sit

B mihi gratior ulla.] *iucundam sibi fore hanc cursus flexionem in Siciliam ostendit. cuius rei etiam causam assignat: quam deducit partim ex pietate in patrē qui in Sicilia sepultus erat, partim ex cupiditate uidendi Acesta Troiani genere sibi propinqui: qui ex Egesta Hippotis Troiani filia natus fuerat.* Fertur cita gurgite classis.] *orationis celebritate, nauigationū celeritatē ostendit.*

LAMB. Hort. TVM piua] *Approbat consilium Palinuri tribus de causis, quamobrem lubens in Siciliam cursum dirigat. Et quòd necessariò uenti arbitrio illuc deferatur: & quòd Acesten insulae imperium tenentem ibi habeat: ad postremum, quod patrem Anchisen ibi condiderit, quo uel solo nomine, ut si nulla necessitas urgeret, eò iter haberet.*

Equidem.] *in Siciliam, propter occiduum uentum petamus. A' necessario.* Tendere.] *cum uento aduerso luctari.* Flecte] *nauiga obliquatis uelis in Siciliam.*

An sit.] *Causa à pio.* Fessas.] *fessos socios: Metonymia, continens pro contenta.* Dardanium Acesten.] *Dionysius longè aliter historiam refert, quam non grauabor uel ob id referre, ut historiarum diuersitas in conspectu ponatur. Aeneas cōsulto ad Dodonem de sedibus ora*

C *culo, Ionium mare emensus, eam primo Italiae oram tenuit quae postea magna fuit Graecia appellata. Vtebatur tum Aeneas gubernatore classis, Patrone Thurio. Porrò cùm multi comites Aeneae se Ex Epyro addidissent, pleriq; eorum conspecta procul Italia, retrò domum sunt reuersi. Patro, fidus gubernator, apud Aeneam mansit: ac postea in Alontiu Siciliae habitauit. Nonnulli Troianorum comitum Aeneae, in Iapygijs haeserunt: alij Athenaeum tenuerunt, ubi primum Aeneas in Italia consedit. Sed multò maxima pars cum Aenea oram Italici maris permensi, Drepanum peruenerunt: incertum, consilióne an casu, Drepanum multi nominant. Hic inciderunt in eos, qui paulò antè cum Helimo & Aegesto è Troade profecti, sedes suas circa Crimisum amnem fixerant: parte agri à Sicanis concessa ipsis in Aegesti gratiam, qui ibi à teneris fuerat educatus. Etenim Laomedon maternum Aegesti auum, odio quodam, aut priuato dissidio cum omni uirili stirpe extinxerat, Filiabus pepercit, quod foedum duxisset, ac parum decorum in eum sexum saeuire: sed haud minus periculosum sibi, ratus cuiquam suorum popularium nubere. Itaque mercatorib. Phrygijs tradit eas procul inde in exteras terras asportandas. Et cum his adolescēs Phrygij sanguinis unà in eadem tum naui uehebatur. Hic amore unius harum quas dixi puellarum captus, eam duxit, post appulsum in Siciliam. Ex his Aegestus prognatus fuit. Mortuis parentibus, is redditum in Phrygiam, ut postea obtinuit temporibus, quibus Priamus regnauit: qui, capto Ilio, cum Helimo in Siciliam redijt: & quidem paulò antè quàm Aeneas cum classe eò fuit delatus. Ibi Aegesto & Helimo Aeneas abitinus, aliquandiu in ea insula commoratus fuit, humaniter ab hospitibus suis ciuibus exceptus. Quibus Aeneas author fuit, ut sibi quisque sui nominis urbem conderent, monumentum Troiani sanguinis apud posteros. Qui quidem populi ut facilius cualescerent, e numero comitum suorum in eas urbes colonos distribuit. Atque inde è Siculo portu soluta classe, primùm in eum Italiae portum delatus fuit, quem de gubernatoris sui nomine Palinurum dixit. Haec uerba Dionysij satis coarguunt, quàm δ'ις δ'ὴ πασῶν cùm ab alijs, tum à nostro Poëta dissentiūt: ut nulla Anchisae fati mentio sit, ὡς καὶ ἐνθάδε ἀποθανόντος. Seruius diuersam huic historiam adducit, Hippotem filiam suam Aegestam naciculae supposuisse, ne ad cetos alligaretur, atq; ita eā fortunae arbitrio commisisse. Quae in Siciliā delata, cum Crimiso fluuio consueuit, in cane mutato: ex Aegesta Acestes natus fuit. Caeterum Aegesta urbs ab Aegesto condita posteris temporibus, quibusdam Acragas dicta fuit, quam Lycophron prae caeteris Siciliae urbibus assiduè Troianum excidium luxisse tradit. Sed Graecorum commentarij aliquanto diuersius historiam referunt, ut iam max dicetur.* Dardanium.] *Troianum: antonomasia, propter Aegestam matrem, quam paulo pòst Troianam nuncupabit, ex qua & Crimiso prognatus fuisse proditur. in cuius gratiam postea Aeneas socijs inualidis ciuitatem condidit, quam Acestam dixit, quam nonnulli eandem esse cum Aegesta uolunt. Acestis, amnis item nomen est Ab Acesta, Acestai populi Latinae conditionis, ut à Segesta Segestani, in interiori Sicilia.* Patris Anchisae.] *Appositio, estq; periphrasis sepulti Anchisae. Authorum rursum hîc alij aliò trahunt. Quidam eum in Eryce ab Aceste honorificè sepultum tradunt. Nonnulli ita digerunt historiam. Capta Troia, solus Aeneas liber dimissus fuit à Graecis, iussusq; simul ea quae uellet secum asportare, transmissa uxore cum liberis, diuorum simulacra & patrem secum urbe extulit. Cum his uenit in Athu, ubi urbem munitissimam condidit Aeneiadem, de suo dictam nomine. Mortuus hic fuit Anchises. Quo honorificè cremato ac defleto, cineres eius in aurea urnā conditas secum inde abstulit. Videtur hoc ipsum significare quoq; paulò pòst Poëta, cùm dicit:*

Nunc

Nunc ultrò ad cineres, ipsius & ossa parentis,
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuûm,
Adsumus.—— Et:
Salue sancte parens, iterum saluete recepti
Nequicquam cineres, animaéq; umbraéq; paternæ.

Secundi.] prosperi nunc, uersis flexisq; in Siciliam uelis, qui antea in recto cursu ab occasu transuersi, ab Italia nauigantes depellebant. Zephyri.] occidentalis uentus, Euro perinde oppositus ad ortum, ut septentrionali Boreæ notus à meridie flans. Cato in Zephyrum olla neta spectare iussit: *Ver incipit, aperitq; terras, tenui frigore salubris.* Hoc spirante, uites maximè putandæ sunt, arbores serendæ, & curandæ fruges. Tepidus est, & humidus. Zephyria oua, quæ uento putantur generari. A

Gurgite.] mari scopuloso. Tandem.] post multam iactationem, coarguit difficultatem perueniendi in Siciliam, cùm de Italia desperatum esset. Notam arenam ob id dicit, uel quòd patrem ibi sepultum superiori anno reliquisset: uel propter Acesten, Aegestum & Helimum sanguinis Troiani excelsos uiros. Aduertunt notæ arenæ, pro ad notam arenam. Et arena, pro littore, figuratè dixit.

ARGVMENTVM.

Troianis ad littus nauigantibus Acestes occurrit, agresti, ac penè pastoritio uelamine indutus: cuius genus, humanitas, meusq; erga Troianos benigna breui oratione describitur.

At procul excelso miratus uertice montis
Aduentum, sociasq; rateis, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ:
Troia [al. Crinisô: quidã, Criminiso] Crimniso conceptum flumine mater
Quẽ genuit: ueterum nõ immemor ille parentum,
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus [al. dapibus] solatur amicis [al. amicos].

NASC. At procul excelso miratus uertice montis.] De summitate mõtis, tanquam de specula: unde longè lateq; patebat aspectus in mare. Sociasq; rateis.] Ex more Romanorum: qui fœdere, & amoris charitate sibi coniunctos, socios appellabãt. Horridus in iaculis.] quem iacula, quæ manu gerebat, & ursina pellis horridum aspectuq; terribilem reddebant. Et pelle Libystidis ursæ.] quidam, Libystidis gentile nomen esse uolunt, alij possessiuum, nonnulli etiam patronymicum à genitiuo Libyos. utcunque est, parum laboro, tu consule Grammaticos. Troia Crimiso.] genus Acestæ breui oratione cõplectitur: quem ex Crimiso flumine, & egesta, ut diximus, uel Segesta matre Troiana, genitum ferunt. de quo & in primo Aeneid. dictum est:

—Troianoq; à sanguine clarus Acestes.

Quidam codices Crimniso legunt, nonnulli quoq; Crimisæum hunc fluuium appellari contendunt, & ex Crimisæo poëtica licentia Crimisum seu Crinisum factum.

Gratatur reduces.] aduentum Troianorum gratulatur, eò etiam magis, quia reducem id est, ex Africa, & ex maris procella sospites redierãt. hoc uerbo gratari usus est etiam in 4. Aeneid.

——gratari sorori

Vnde grates deduxit, ut:

——grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido——.

Qua uoce uel Cicero usus est. Lætus.] ingens liberalitatis signum, ubi quis læta fronte aliquem excipit.

Gaza agresti.] Rusticanis fructibus quæ refrigeramenta uulgò appellari consueuerint. unde colligitur, gaza, non tantùm pro regia, preciosaq; supellectile, uerumetiam pro minuta, atq; exigui precij re accipi solere. uox Persica est, auctore Curtio, & Pomp. Mela.

LAMB. Hort. At procul.] Sternit uiam ad congressum Acestæ & Aeneæ, quorum illam uenationi per occasionem operam dantem inducit: quare ab habitu uenatorio eum decorè circumscribit. Regum enim est, ac illustrium uirorum, per ocium uenationi studere. At procul excelso.] Vnde præsentiret, quàm è summo monte subiectum mare contempletur? Drepanum haud dubiè intelligit, quò eum appulisse, ex Dionysio docuimus. Vertice.] Metaphora, ab homine ad montem. Rates.] Synecdoche. B Horridus.] Admirandus. Quàm uerò latè pateat uerbi Horrere significatio, alibi dictum est. Iaculis.] ab habitu uenatoris. Libystidis ursæ.] Et hodie ea consuetudo ubiq; ferè locorum est, ut nobiliores pellibus uel lupinis, uel ursinis uestiantur: fortasse ut priscorum habitum imitentur, qui uariis pellibus animantium pro indumentis utebantur. Pelis autem id tunicæ genus [illegible] primùm datum, Genes. 3. in usum necessarium. Postea in delicijs esse pelles cœperunt, tum claris uiris, tum uenatoribus. Libystidis.] adiectiuè dixit, patronymica forma, pro Libyca ursa. Miratur Plinius, cùm in annalibus proditum sit, Domitium Aenobarbum ædilem curulem ursos Numidicos C, & totidem uenatores Aethiopas in circo dedisse, Numidicos adiectum esse, cùm in Africa ursos non gigni constet. Sed de ursis alibi fortasse.

Troia Crimniso.] Troia Aegesta, trisyllabum: à parentibus. In Græcorum commentarijs proditum inuenio, Phœnodamantem quendam, non Hippotam, nobilem Troianum, authorem popularibus suis fuisse, ut Hesione monstro piscis marino exponeretur: de tribus filiabus suis solicitum, ne illæ obijcerentur. Effecitq; persuadendo, perleui momento. Laomedon rex Phœnodamanti iratus, ut par erat, tradidit uicissim illius filias nautis Siculis, escam piscibus præcipitandas. Quod cùm falleret, Veneris beneficio seruatæ fuerunt. Ex harum una Crimissus fluuius in canem transformatus, stupri consuetudine oblata, procreauit Aegesten, quem Maro Acesten uocat. Author est Lycophron, in Cassandra. Cõdidit hic tres in Sicilia urbes, Aegestam, Erycem, & Entellam, siue Atallam, de uxoris suæ nomine appellatam. Nomen enim Stylla fuisse, authores sunt. Historia ita explicatur à Lycophrone: C

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ita

A.. [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible] Id est,

Alij in posterum incolent Siciliam, post errorem reuersi. Tum Laomedon tres Phœnodamantis filias piscibus obijciendas nautis tradidit, ubi in Leontinorum agrum reuersi essent. Quæ in regione Veneris auxilio fatum euaserunt. Hic cum earum una Crimissus in canem uersus stupri consuetudinem habuit: ex qua nobilem catulum suscepit, habitatorem conditoremq; trium urbium. Vbi Aegestus postea in Dardaniam fuerit reuersus, Anchisæ nothum Elymum in Sycilian secum abducet. Miseram B *Aegestam, tibi ex diuino oraculo patria incendio euersa mansit luctus. Quo quidem loco* [illegible] *calamitosam cœnam ceti, uenusta compositione appellat: adhæc quòd Hesione cœna & epulum ceto paranda esset, & exponenda. Sed Hercules monstro perempto, eam postea à morte uindicauit. Tum autem & Læstrygonas Leontinos,* [illegible] *luctatoris matrem, Erycis penatibus Venerem. Nam illa puella Diuæ delubrum, quòd mortem euasissent, dedicarunt. Iam &* [illegible] *sedes & recessus in uasta solitudine, in qua solitaria degebant. Sed & illud* [illegible] *tres enim urbes condidit in Sicilia,* [illegible] *Etenim Aegestus in Dardaniam reuersus, Elymum Anchisæ spurium in Siciliam adduxit.* [illegible] *Trinacriam, à tribus promontorijs: uenusta usus metaphora, à iugis & montibus, aut à collo humano. Sunt qui Acesten ex Aegesto natũ prodidêre: à quo Aegesta urbs, ut ab Elymo, Elyma, ubi Veneri tẽplum dedicatũ erat. Iã uerò ab usq; Leontinis, in Eryce Venerem religiosè cultam fuisse memoria proditum est: cuius honori anagogæ consecratæ erant. Nam cùm Venus in Libya peregrinaretur, eam columbæ comitabantur, quæ mox catagijs, una è mari anteuolante, eiusq; sinum ingrediente, nono demum die reuersa fuêre.* Ille.] *siue Acestes, siue Aegestus ille fuerit appellatus, cuiuscunque etiam filius, maiorum suorum, Troiano nomine accepto, memor fuit. Iam quid humanitatis amplius Acestes præstare potuit, quàm pro præsenti opulentia (ut tũ tempora ferebant) & quidem rustica, nuda beneuolentia eos excipere? Ostendit autem Poeta, eo tempestate regni Siculi rudimenta admodum tenuia fuisse. nec Aeneam hospitis humanitatem aspernatum.* Gaza.] *Barbara lexis: Persicum uocabulum est, quo omnis opulentia significatur.*

Lætus.] *Inter suos propter regni nouitatem in magna gloria habitus, incolumes post annum reditus obuia humanitate excipit* Opibus] *Nonnulla exemplaria, pro opibus, dapibus legũt. Sunt autem dapes omnes, uipperè ac magnifici apparatus. Hinc dapaticus, dapalis, & dapsilis. Dotes dapsiles, apud Plautum.*

ARGVMENTVM.

Cùm ad portum appulissent Troiani, & ab Aceste Troiano benignè, humaniterque accepti fuissent, postera die Aeneas omnes socios suos in cœtum conuocat, consiliumque suum de inferijs, imò sacris patri suo celebrandis exponit: cui anniuersaria tanquam Deo fieri velle, Acestemque boues in singulas naues ad ea hoc tempore celebranda daturum ostendit quamobrem vt Deos Penates cùm Troianorum, tum etiam Acestæ epulis adhibeant, monet. quatuor denique ludorum genera in honore patris celebranda proponit præmiumque victoribus pollicetur: & sacra initurus, silentium indicit: vtque omnes se coronent myrto, imperat

NASC. POSTERA cum primò.] *Mira profectò est Poetæ nostri uarietas in describendo nascentis diei principio: nam cùm sæpè id ei facere contigerit, eandem rẽ uerbis ita commutatis reddidit, ut ingenti cum uoluptate aures legentium feriat, non est, ut singulas in præsentia huiusce rei descriptiones persequar, cùm omnium uel mediocriter eruditorum oculis patere possint: nosque alibi multa huiusce rei exempla unum*

Postera cùm primò stellas oriente fugarat
Clara dies, socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm,
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus † terræ, mœstasq; sacrauimus aras.
Iamq; dies († ni fallor) adest, quem semper acerbũ,
Semper honoratum (sic dij uoluistis) habebo.
Hunc ego, Getulis agerem si Syrtibus exul,
Argolicoue mari deprensus, & urbe † Mycenæ,
Annua uota tamen, solennesq; ordine pompas
Exequerer, strueremq; suis altaria donis.
Nunc ultrò ad cineres ipsius, & ossa parentis,
Haud equidem sine mẽte reor, sine numine diuûm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.
Poscamus uentos, atq; hæc mea sacra quotannis
Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum uobis Troia generatus Acestes

† al. terra
† al. nisi
† al. Mycenis,

in locum congesseris mus.

In cœtũ littore ab omni Aduocat Aeneas.] *In cœtũ aduocat socios, pro in unum congregat. propriè aũt uocare cœtum, concionem, conciliumque dicimus. Lucretius libro primo:*

Cœtum, conciliumque uocat.

Virgil in 10. Aen.

Conciliumq; uocat Diuûm pater. atq; hominum rex.

Tumuliq; ex aggere fatur.] *Tanquã orator*

Dat numero capita in naueis: adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Praeterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq́; retexerit orbem,
Prima citae Teucris ponam certamina classis,
Quiq́; pedum cursu ualet, & qui uiribus audax,
Aut iaculo incedit melior, leuibusue sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere caestu:
Cuncti adsint, meritaeq́; expectẽt praemia palmę.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.

orator de suggesto: nam uerba facturi in concione, superiorem locum ascendebant. idq́; sic dictum est, ut illud ex secundo Aeneidos:

" *Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.*

Dardanidae magni.] *Aeneae hortatoria oratio est: quae & consilij illius expositionem habet: cuius κεφάλαιον est, ut Troiani parent se ad ludos tum spectandos, tum etiam celebrandos: causamq́; subnectit à pietate erga patrem, & quales futuri sint ludi apertè demonstrat: inter igitur orationis initia auditorum beneuolentiam colligit, primùm ab altitudine animi ipsorum, cùm eos magnos Dardanidas uocet: deinde à generis sublimitate, quod à Dijs originem ducant, nisi malis totam esse à genere commendationem, idq́;, Genus alto, quasi per αἰτιολογίαν dicatur: id est, ratio afferatur magnitudinis Troianorum, quia à Dijs, propter Dardanum Iouis filium, originem ducunt. unde per tacitum ἐνθύμημα ostendit Anchisem debere sui generis honorem mereri: nam huius rei talis inductio est, Anchisae diuinos dari honores: quos Diuus Augustus Iulio Caesari celebrasse perspicuum est.* Annuus exactis.] *Consilij expositio: quam auspicatur à tempore.* Diuiniq́; ossa parentis.] *τὸ πρέπον: decet enim parentem praesertim mortuum à filio commendari.* Iamq́; dies.] *exaggerat à tempore.*

Ni fallor.] *Non approbo quod Seruius ait de confusione anni: nam etsi annus eo etiam tempore confusus erat, illius tamen confusio ignorabatur: quae longo pòst temporis interuallo ab Eudoxo primùm deprehensa fuit: qui, ut auctor est Cicero in secundo. de Diuin. Platonis auditor fuit: est igitur dicendum, Poëtam humano more locutum fuisse: nam plerique cùm quidpiam referimus, ni fallor, dicere solemus.* Semper acerbum.] *Propter mortem. unde occultus emergit pietatis affectus ergà patrem. quasi illius desiderium aequo animo perferre non posit.* Semper honoratum.] *propter sacra anniuersaria illi tanquam numini instituenda.*

Hunc ego Getulis agerem.] *Exaggeratio pietatis, & officij erga patrem à minori commodo ad maius commodũ.* Nunc ultrò ad cineres.] *Applicatio argumentationis ab occasione.* Ergo agite, & cuncti laetum celebremus honorem.] *Adhortatio cùm ad poscendos sacrificijs uentos, tum ad alliciendum precibus Anchisae animum, ut templa sibi construi, singulisq́; annis haec sacra sibi fieri uelit, ut patet in contextu.*

Bina boum nobis Troia generatus Acestes.] *τὸ ἀναγκαῖον occupat ne quaerant. unde hostias pro sacris sint habituri. Achilles iisdem ad Patrocli sepulchrum Iliad. ψ. multos boues mactat.* Adhibete Penates.] *Alludit ad lectisternia Deorum: quae Deorum conuiuia dicebantur: nam in Capitolio stratis tribus lectis conuiuium apponebatur tribus Dijs, Ioui, Iunoni & Mineruae. Iupiter: id est, Iouis simulachrum statuebatur in lecto recubans, Iuno, & Minerua in sellis considebant. Sed appositis epulis, quia Deorum simulachra uesci non poterant, adhibiti epulones dapibus uescebantur. hunc morem pacis Deorum exposcendae gratia institutum fuisse,* A

Liuius libro ab Vrbe quinto & septimo memoria prodidit.

Sic nona diẽ.] *certamina pollicetur, sub ea cõditione tamẽ, si dies serena fuerit: quòd proximè indicat cùm ait:*

" *Expectata dies aderat, nonamq́; serena*
" *Auroram Phaëtontis equi iam luce uehebant.*

Et nona die id se facturum dicit, ad nouendiale sacrum alludens: quo mortuis nono die fieri solebat: ad eas interpretes. Prima citae Teucris.] *Breuiter ludos proponit. quos pluribus uerbis, longioriq́; oratione statim descripturus est.* Quiq́; pedum cursu ualet.] *Secundus est alterius generis ludus.* Aut iaculo incedit melior.] *Tertius. & appositè, incedit, dictum est: nam huiusmodi hominum genus, si quando cum alijs hominibus congressi aliqua ex re palmam ferunt, incedunt per ora hominum magnificè, suasq́; uictorias ostentant.* Seu crudo.] B *Quod in descriptione penultimum est ludorum genus, illud in propositione postremum facit: nam prius pugilum certamen, quàm sagittariorum ludum describit. Troia autem ludus, quae pugna imaginaria est, non ab Aenea, sed ab Ascanio instituitur: crudum uerò caestum pro rigido, seu duro à Poëta dictum fuisse uidetur.*

Cuncti adsint.] *Inuitat omnes certaturos: ut q́; ad diẽ dictam intersint, hortatur, non absq́; praemiorum pollicitatione.* Ore fauete omnes.] *Sacra facturus Aeneas (ut paulò inferiùs Poëta declarat) silentium imperat. ita enim de more sacrorum fiebat, ut sacerdos, seu pontifex, silentium populo indiceret his uerbis: Fauete linguis, fauete uerbis. interdum etiam (ut Festus ait) pascito linguam dicebant: id est, coërcito, & contineto. Ouid. Fast. libro primo:*

" *Prospera lux oritur, linguisq́;, animisq́; fauete:*
" *Nunc dicenda bona, sunt bona uerba die.*

Et cingite tẽpora ramis.] *Passim. ut alibi diximus, mores attingit Romanos: nam ludos festos Romani coronati spectare solebant.* C

LAMB. Hort.

POSTERA.] *Omissis ijs quae ociosè referrentur, de humanitate Acestae, cõuiuio, & id genus obuia beneuolentia, quarum rerum commemorationem hic locus fortassis desideraret, ut in primo apud Didonem, Poëta decori memor, quòd ad hospitem diuertat, & quidem Troiani sanguinis: tum autem, à quo summa cum humanitate superiore anno exceptus fuisset, transit à descriptione temporis matutini insequentis, ad ea, quae propria sunt praesentis instituti: hoc est, ad parasceuen sacrorum anniuersariorum patris, & certaminum, quae è more ad mortui sepulchrum sit celebraturus.* Postera.] *A' temporis matutini descriptione periphrastica. Sub ortum Solis unà cum aurora, obscurantur stellae in occasum recedentes. Has ab illucescente aurora accommodatè uulgi communi sensui fugari dicit.* Socios.] *Militari more, in concionem, ut pronunciaret, quibus studijs aliquot dies essent transigendi.* Dardanidae.] *Beneuolẽtia, à personarum nobilitate: hoc est, à splendore gentis Troianae. Nam Priamus & Anchises genus suum ad Iouem referebant.*

Genus.] *Appositio.* Annuus.] *Periphrasis anni: ud*

menses

A menses in orbem recurrunt, ceu circulum. Narratio.

Reliquias.] Vtranque, ut dixi, historiam adstruit, & eorum qui Anchisen in Sicilia fato defunctum uolunt, & qui in Atho: unde concremati ossa & cineres, quas reliquias appellat, in Siciliam portauit, ubi ea condidit.

Diuinique.] Dijs chari, & insitiuum animorum gregem translati ἀποθέωσα. Condidimus.] Periphrasis uerbi sepelio. Terra] ut subaudiatur praepositio in.

Moestas] id est, uos moesti, ob charissimi Patris interitum illi, ceu deo, aras consecrauimus ad quas sacrificemus.

Acerbum] ob memoriam amissi patris. Est pietatis liberorum, parentum mortem luctu prosequi.

Honoratum] anniuersaria memoria, propter eius apotheosin. Hunc ego] Amplificatio pietatis suae erga parentem, à locorum difficultatibus. Sunt autem Getuli, Africae populi frequentes ac multiplices. Horum ne litora quidem infoecunda sunt. Nam purpura abundant, ad tingendum efficacissima. Caeterùm Getulis usus est epithetico, pro Libycis, à parte totum intelligens. Sunt enim Libyae oppositae Syrtes duae, dispares quidem magnitudine, periculo pari tamen: ita ab attracta in cumulum

B arena dictae: quibus modò rursus dispulsis, eadem loca sunt in profundum praecipitia, ut naues illapsas, sinu uorticibus in gyrum actas absorbeat. De Syrtibus alibi multa retulimus. Neque sat uerò est, in Syrtibus, locis inhospitis dixisse: addit simul amplificationem fortunae, Exul.

Argolicoue.] Ionio. Plus id, quàm in Syrtibus significat, inter medios hostes si deprehensus foret, festum eum diem se uel illis inuitis habiturum. Significanter Argolicum dixit: id quod mox ipse coarguit, cùm dicit, ipsis Mycenis. Sunt autem Mycenae & Argos, urbes Argolidis, seu Argiae, à qua proximum alluens mare Argolicum appellatur. Patriam ducum ad Troiam, & infestissimorum hostium indicat. Et ut ad summum progrediatur, addit adeò ipsas Mycenas, ubi Agamemnon imperârit. Sed & singulari numero dixit Mycenae, pro Mycenarum, aut etiam Mycenis, ut Mycene, et. Mycenae sitae sunt 6. millibus pass. DCCC. ab Argis, à quibus ipsa regio Argia olim dicta fuit. Naupliam habent ad sinum Argolicum, cui aliquando australior est Hermione, & ipsa in littore posita Cretam spectat. Mediterranea est Asine. Hic Cleonae uisuntur: Epidaurus, Aesculapij templo

C celebris, & Trazen: Cleonae, quae spectant Corinthum. Hic palus Lernaea est, cum eiusdem nominis oppido. Euripides Enaeratos uocat πύλην καὶ πόλιν. Sed palus celebris Herculis monumentis, in qua Hydram illam septem (uel, ut plures, nouem capitum magna difficultate peremit. Fratres nouem Tzetzes autumat fuisse: quorum alios post alios exorientes uir ille interfecit. Sed Mycenas Persei Iouis filij conditionem fuisse tradunt: atque deo Mercurij iussu ab eo conditas illo loco, ubi ensis manubrium ipsi excidisset. Nam μύκην ensis manubrium & capulum signare, quidam in literas misêre. Alij alijs de causis nominatas uolunt. Quibus temporibus Pelops Tantali filius, fugiens crudele imperium patris, in Graeciam uenit, & opibus affatim instructus, ibi regnum obtinuit. Sed Mycenas quondam opibus & armis pollentissimam, Argini sibi facile parem conspicati, deleuerunt, inuidia societatis Persici belli. Itaque si in terra hostili, & uastis inhospitisque locis, multo magis in Sicilia.

Annua uota.] quae porrò dicat annua uota, idē ipse exponit, solennis pompas, annua sacra in memoriam defuncti, & in deorum numerum relati. Struerem] Periphrasis uerbi sacrificare: mactarem ad eas alteris hostias, ut diua. Struerem.] pro instruerê. Vltro] praeter nostrum consilium, cùm iter esset in Italiam. Quare addit, Dijs uolentibus, ut anniuersarium sacrum patri faceremus. Rursum coarguere uidetur, cineres & ossa parentis secum in Siciliam attulisse: etsi nudè ac simpliciter accipi potest, ad cineres: ut concrematus intelligatur in Siculis, atque ibi conditus. Pompas.] πομπὰς, πομπή, pompa. Graeci interpretantur πομπὴν, ἢ ἀποστολὴν, missionem, à πέμπω mitto. Hac uoce significatur omnis solennis apparatus ad ostentationem, atque item speciem triumphi. Vnde ludorum, spectaculorum, sacrificiorum solennes ostentationes ac triumphi, pompae dicuntur. πομπεύειν, triumphare.

Haud equidem.] σὺν θεῷ γάρ τοι καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται: id est, Cum deo quisque & ridet, & flet. Celeris est rerum humanarum commutatio. Neque in nobis situm est ut res sint uel secundae, uel aduersae. Huc adsumus, sed haud sine deo ... ἄνευ θεοῦ. Et Pindarus Pythior. hymno 5 ... non sine dijs.

Ergo agite.] Epilogus exhortatione ad sacra annua patris celebranda communiter constat, commemoratione simul humanitatis Acestae in socios. Ad postremum, propositione certaminum, & praemiorum quae uictoribus à se sint destinata. Agite.] Exhortantis uox, ut quisque se ad sacrum accingat. Laetum] laeti. Honorem] Non tam dicit exequias, quàm sacrum, quod ut anniuersarium patri est facturus: unde ab eo ceu numine secundos uentos censet esse petendos in Italiam. Adhaec, quo urbe felicibus ibi auspicijs condita, & templo Veneri genitrici, sacrum id genus quotannis sibi fieri patiatur: ut pro numine cultus, diuinos honores boni consulat. Sic ego accipio, urbem in Sicilia, non autem in Italia, positam Historiâ paulò antè suscitum retuli. Aeneas classem Siciliâ delatus, Aegesto & Helymo statim accurrit, à quibus post mutuam gratulationem appellatus, nomine ibi est immoratus, suique ambabus author, ut uterque sibi sui nominis urbem conderet: in quas ipse de sua imbelli multitudine colonos adscripsit. Neque uerò desunt, qui ab Aenea, ibi urbē positam prodiderint. Rursum, qui eum in Sicilia non fuisse tradunt. Author paruae Iliadis refert, deleta Troia Aeneam à Graecis libertate donatum, aut captum à Pyrrho Neoptolemo abductum. Quo Delphis caeso, aliquandiu Rhaceli & Almonae Macedoniae urbibus egit, haud procul à Cisso monte interuallo: à quo Rhacelum Aeneos postea fuit appellatum. Ex Macedonia trāsmisit in Italiā.

Bina boum.] Hoc est singulis nauibus duos boues sua liberalitate donat. A cōmuni patria hospitis humani cōmendatio, & obuia beneuolentia. In naueis.] Latinè dixit, ea ratione qua Plautus in Aulul. numos in uiros distribuere. Penates.] tū Troianos, tum Siculos, uel propter communem patriam, uel quòd loci genij sint, & dij tutelares, penates Acesta. His simul inter epulas sacrificandum esse uult, quod fieri assolebat, ut alibi demonstratum est. Si nona diem.] Allusum uidetur ad Romanorum ritum, quo, mortuo, à decessu, nono die parentari mos tenebat. Vnde puluere nouendiales apud Horatium, & feriae inde nouendiales appellabantur, à numero dierum. Itaque in nonum hunc diem ludos indicit siue quòd antiquitus nono quoque die ad nouendialia sacrificia conueniretur. Certè mortuorum cadauera septem dies serua-

bantur, octauo ad bustum efferebantur, nono sepeliebantur: nonnulli domi suæ. unde consuetudo irrepsit, ut dij penates in propriis domibus colerentur, & ludi simul celebrarentur. Radijs.] Copia. Prima.] Proponit ordine ludorum genera, quibus anniuersariam patris memoriam sit celebraturus. Horum primum est, nauale certamen secundum, cursus. tertium, sagittariorum: quartum, cestiuũ. Verùm ordinem certaminũ cõfundit. Apud Homerum ad Patrocli tumulum, equestre certamen primum narratur.

Pedum cursu.] cursus. Et audacem viribus, ad pedum uelocitatẽ refert. Iaculo.] peritior arte iaculãdi.

Cæstu.] Diserte crudo: quòd ex crudis bubulis tergoribus, quibus plumbum item insutum erat, conficeretur telum quo pugiles dimicabãt. Cæterùm, Cestum citra diphthongũ, Veneris cingulum esse, uix ferè est qui nesciat.

Ore fauete.] Ore fauere, & fauere linguis, pro silentio sacris ac diuinis rebus uacare Propert.

» Dicamus bona uerba, uenit natalis ad aras:
» Quisquis ades, linguis uir mulierq; faue.

In sacris nefas erat uel loqui, uel strepitum edere. Vt in tertio. Aen.

» ——hinc fida silentia sacris. Horat.
» Fauete linguis: carmina non prius
Audita Musarum sacerdos. « A
Virginibus puerisq; canto. «

Cingite tempora.] coronate capita. In parentationibus, perinde ut in festis ludis, omnis ætas coronata præsens aderat. Coronarum originem ad sacrorum certaminum uictores quidam referunt: & qui fabulosa uenantur, ad Prometheum, post Parcarum sortem de Thetidis filio Ioui proditam. Postea ad ludos & conuiuia earũ progressa est ambitio. ut non solùm gymnicorum certaminum uictores, sed & præcones, à quibus corollæ illis imponebantur, coronas acciperent ab alio præcone. Inde drama ad corollas decertare cœpit. Et serui bello capti, sub corona uendebantur, ipsi coronati. Sed coronarũ in conuiuijs hanc proferunt rationem, quòd ijs cranium frigesceret, ubi uino nimium incalesceret. Floreas quidem in epulis detestabantur, laureas amplectebantur. Rursus nonnulli coronas ex floribus reijciebant: sed in primis lauri abstinendũ censebant Corollæ ex rosis, Musarum dici uolebant. Itaq; non in conuiuijs modò ueteres, ut diximus, sed & in sacris utebantur. Sed & in scenam & theatrum flores obrepsére, & corollæ. Sed de diuersis coronarum generibus aliàs retulimus. Ramos,] coronas appellat ex arborum ramis B contextas, cuiusmodi multus usus in triumphis erat.

ARGVMENTVM.

Perorata oratione Aeneas se primus omnium coronat: idemq; faciunt in primis proceres, Helymus, & Acestes, mox Ascanius cum reliquis ætatis suæ adolescentibus a quibus Aeneas in medium receptus; ad Anchisæ patris tumulum proficiscitur: vbi vinum, lac, sanguinemq; de more sacrorum libat, & parentis cineres, manesq, sparsis purpureis floribus salutat.

NASC. Velat materna tempora myrto.] Iure, quod alijs persuaserat, ipse negligere uideatur, se primus omnium coronat myrto, non quòd myrtus ad mortuos, aut ad sepulchrorum rationem pertineat, sed propter Venerem matrem: cui myrtus dicata est.

Sic fatus, uelat materna tempora myrto:
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes:
Hoc puer Ascanius, sequitur quos cætera pubes.
Ille è † consilio multis cum millibus ibat (*al. concilio)
Ad tumulũ, magna medius comitante caterua.
Hîc duo ritè mero libans carchesia Baccho,
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,
Purpureosq; iacit flores, ac talia fatur:
Salue sancte parens, iterum saluete recepti
Nequicquam cineres, animæq; umbræq; paternæ.
Non licuit fines Italos, fatalia'q; arua,
Nec tecũ Ausonium, quicũq; est, quærere Tybrim. C

Inferimus tepido « spumantia cymbia lacte, Sanguinis & sacri « pateras——, Et in 5. lib. Aen. Vinaq; fundebat « pateris, animamq; uocabat Anchisæ magni, « manesq; Acheronte remissur.

Ille è concilio multis cum millibus ibat.] non omnes qui in concilio aderant, eum secuti sunt, sed ingens caterua cùm Troianorum, tum etiam eorum, qui Acestæ ditiani obnoxij fuerant. Medius.] hic locus antiquis, sicuti & nostra tempestate, honoratior fuit. quare & rex Latinus in sept. Aeneid regis decorũ seruans dum oratores Troianos expectat, medius in solio auito sedet: nam sic inquit Virg.

» ——ille intra tecta uocari
» Imperat, & solio medius consedit auito.

Hîc duo ritè mero.] utrũ hæc libatio sit, uel simplex manium euocatio, in medium relinquo hoc tamẽ perspicuum est, hic fundi liquores, lac, uinũ & sanguinem de uictimis sumptum: quibus manes delectantur, ad eosque ad sepulchrum uocandos ueteres utebantur: tamen crediderim ego hic libationem fieri, propter manium euocationem. ita quoque in tertio Aeneidos cùm ait:

Apud Hom. Iliad. ψ. Achilles uinum humi fundens animam Patrocli euocat: qua de re & in 3. comment. diximus.

Purpureosq; iacit flores, ac talia fatur.] de more sacrorum in funere ad animæ imitationem quam alij sanguinem, alij in sanguine sedem habere putabant, ueteres flores purpureos spargebant. Virgil. in 6. Aeneid.

Purpureos spargam flores——. «

Hinc ab Homero πορφύρεος θάνατος: id est, purpurea mors appellatur: qua de re alibi diximus.

Salue sancte parens.] ἀποστροφὴ ad patrem, eiusq; manes: quem sanctum appellat, quasi Deum. ita apud Homer. Achilles, perfectis Patrocli exequijs, ipsum salutat. cùm ait:

χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι. «

Iterum saluete recepti.] hinc liquidò perspicitur, manes patris aliàs ab Aenea fuisse salutatos & fortasse primis exequijs, cũ consumpto cadauere, collectisq; cineribus,

A vas, abeuntes dicerent uale & salue. unde illud est ex 11. Aeneid.

——salue aeternum mihi maxime Palla,
Aeternumq́ uale.——

Nequicquam.] quia hoc consilio eum ex Troiano incendio eripuerat, ut Italiam, parataśq sibi à dijs sedes contingeret: quos tamen uidere non potuit.

Animæ.] uel alludit ad quatuor illas animas, quas existere in quouis homine philosophi tradiderunt: uel, ut magis existimo, numerum multitudinis pro numero unitatis posuit: nam sequitur: Vmbræq; paternæ.] sanè plures umbræ quàm corpora existere nequeunt, unum est Anchisæ corpus, igitur & umbra una: attamé umbras numero multitudinis dixit. quod uerò Seruius interpres plures unius corporis umbras esse probat exemplo illius qui stans inter duas Lucernas, geminam umbram creat: mea quidem sententia ad rem non facit: nam de umbra, quæ corpus mortui hominis associatur, hic sermo est.

Non licuit fines Italos.] cum magno doloris affectu unde & beneuolentiá colligit ex officio pietatis suæ B erga patrem. Quicunq; est.] extenuationem habet hæc uox, quicunq;, ut in primo Aeneid.

Tu mihi quodcunq; hoc regni, &c.

Itaq; aut tædio longæ nauigationis, ut placet interpreti, hoc dicit: aut certè, quia omnia ad comparationem Troiæ minima esse existimat.

LAMB. Hort. Sic fatus.] Omnium ætatum ordines in quatuor ducibus proponit, qui exemplo Aeneæ capita Myrteis corollis uinxerunt. Erat consecrata myrtus Veneri, fortassis propter admirationem succi præcipuá: nam ex ea una, bina genera olei uiniq́ fiunt. Myrtea uerbena Romani & Sabini, cùm pro raptis uirginibus dimicaretur, fœdus percusserunt, quòd Venus coniunctioni & huic arbori præsit. Ante ædem Romuli duæ fuisse produntur, quarum altera patricia, altera plebeia fuerit appellata. Monstrata & Romæ diu fuit uetus ara Veneris Myrteæ, quam postea Murtiam dixêre, corrupta nonnihil uoce. Cato tria myrti genera prodidit, candidam, nigram, & coniugalem, à coniugijs. Cato coniugulum lib. de re rustic. cap. 8. uocat. Posthumius libertus in consulatu, myrto Veneris uictricis coronatus, ouans incessit. Quare postea ouantium corona esse cœpit. Tradit Masurius, etiam C curru triumphantes myrtea corona usos. Papyrius Naso, myrto coronatus ludos Circenses spectauit, authore L. Pisone. Maximè amat montosa ut laurus, ulmus, malus, & pyrus: neque uerò eius folia decidere creduntur, ut quibusdam aliis. Constat & eius usum olim quoque fuisse in sacris. Antiquitùs myrtus in conuiuijs, à sponda ad spondam circumferebatur: ac ubi is qui in prima sponda sedebat, cecinisset, transferebatur ad primum secundæ spondæ: à quo ad primum lecti tertij. hinc redibat ad secundam primi lecti: atque ibi ordo per omnes ibat. Et qui lyram recusasset, ad myrteum seu laureum ramum acceptum canere cogebatur. Hinc prouerbio, ad myrtum canere dicuntur, qui rudes literarum, & infacundi, apud eruditos muti sunt. Sed satis myrti, ut olim ἀκὶς ἄειδε. Itaque Aeneas primus hac arbore se, propter Venerem genitricem coronat. Aeui.] maturus æuo, grandis ætate, Acestes. Cæterùm Helymus Troianus Aeneam in Siciliam usque comitatus dicitur, ubi relictus cum aliquanta Troianorum multitudine, sex urbes condidit: Seruius tres tradit. Millibus.] Amplificatio numeri.

Hic duo.] Homerus Iliad. 23. de Achille, Patroclo per totam noctem sacrificante:

——ὁ δὲ πάννυχος ὠκὺς ἀχιλλεὺς
χρυσέου ἐκ κρητῆρος, ἑλὼν δέπας ἀμφικύπελλον,
οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε· δεῦε δὲ γαῖαν
ψυχὴν κικλήσκων πατροκλῆος δειλοῖο. Id est,
Ipse tenens dextra pateram nocturnus Achilles,
E cratere merum unum fundebat humi aureo,
Voce uocans animam Patrocli infœlicis inertem
Terram humectabat.——

Porrò quare lacte & sanguine Anchisæ parentatum fuit, coniectare licet: ut per lac, puritatem cœlestis animæ: per sanguinem uerò, hominem mortalem aliquando: per uinum, diuinitatem intellexerint. Romulum tamen lacte, non uino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, inquit Plinius libro 14. capite 12. quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis Posthumia lex postea fuit, VINO ROGVM NE RESPARGITO. Quod tamen sanxisse illum, propter inopiam rei, palàm constat. Eadem lege, ex imputata uite libari uina dijs, nefas statuit.

Duo.] fortasse, quòd homo duabus partibus: hoc est, anima immortali & corpore corruptibili conflatus sit. Merum Bacchum, uinum purum. hoc est, non dilutum dicit. & Bacchum pro uino, per metonymiam. inuentor, pro re inuenta. Carchesia.] Continens pro contento: aut simpliciter, carchesia meri uini, ac si dicas, pocula uini puri, siue carchesia plena Baccho. Quid autem carchesium sit, inter Grammaticos ambigitur. Sunt qui poculum Græcis tantùm notum esse existiment, procerum, & circa mediam partem compressum tum æotem, & ansatum mediocriter, uerùm ansis à summo ad infimum pertingentibus. Asclepiades, Græcus author, à re nautica uocis etymon ductum arbitratur. Hic tradidit inter cætera, inferiorem mali partem, pateram appellari: mediam τράχηλον: summam uerò, carchesium uocari: atque inde diffundi (ut Macrobij uerbis utar) in utrunque ueli latus, atque hæc cornua uocantur. Idem author tradit, non solùm Asclepiaden, sed & alios illustres poëtas, ut Sophoclem & Sappho, eius meminisse, Pherecydes in libris historiarum prodidit, Iouem pro mercede concubitus Alcumenæ aureum carchesium dono dedisse. Apollonij enarrator libro 1. Argon. ὑπεράτη δὲ λέγεται, inquit, τὸ λεπτότατον καὶ ἀκρότατον μέρος τοῦ ἱστοῦ, κατὰ Ἐρατοσθένην. ὑπὲρ ὃ δὴ τὸ καρχήσιον: Id est, ὑπεράτη dicitur tenuissima ac summa pars mali, secundum Eratosthenem: supra quam est carchesium. Iulius Pollux libro 1. Onomasticῶν cap. de partibus nauis. καὶ τὸ, inquit, μὲν ὑποδεχόμενον τὸν ἱστὸν, ληνός· τὸ δὲ ἁρμοζόμενον αὐτῷ, πτέρνα· τὸ δὲ πλατύτερον τὸ πρὸς τῇ κεραίᾳ, ἠλακάτη, καὶ θωράκιον, καὶ καρχήσιον. Hoc est. Quod malum suscipit, alueus dicitur: id quod ei adaptatur, πτέρνα: extremum uerò circa antemnam, ἠλακάτη, θωράκιον, & carchesium. Idem libro decimo, cap. de piscatorijs & naualibus instrumentis: ὀρθίαξ, inquit, appellatur inferior mali pars, ut superior carchesium. Hesychius: καρχήσια, τὰ ἄκρα τὰ ἄνω τῶν κατάρτιων τῶν πλοίων, ἢ τὰ ἄκρα τῶν ἱστῶν. Sed idem addidit: καρχήσιον, εἶδος ποτηρίου, καὶ τὸ ἐπιτιθέμενον ταῖς χελώναις ξύλον, καὶ ὄργανον τεκτονικὸν τρίγωνον: species poculi, & testudinibus lignum impositum, & instrumentum fabrile triangulum. Purpureos.] rosas purpurei coloris, uel propter amabilem eius floris speciem: uel quòd

purpurea rosæ Veneris sanguine tincta, in eius tutela esse credatur: uel quòd, cùm sanguinei coloris sit, uita in sanguine esse credatur. Salue.] *Beneuolentia à religione & pietate erga patrem. Atque ex hoc loco, ut suprà admonui, uidetur Poëta respicere ad eorum opinionem, qui Anchisæ cineres ab Aenea in Siciliam delatos existimant: nisi quis cineres pro ossibus aut corpore accipere uelit. Sed quia paulò suprà ijsdem uerbis usus est, Nunc ultrò ad cineres ipsius & ossa parentis, Adsumus: utramq; sententiam adstruere posse uideri. Quanquam nihil uetat simpliciter accipere, ut & mortuus & crematus & humatus in Sicilia dicatur. Est in repetitione eiusdem uerbi pathos.* Animæq;.] *Polysyndeton: quasi in eodem tumulo & cineres sint conditi, & anima Anchisæ habitet. Antiquitùs persuasum fuit, mortuorum umbras in sepulchris degere: hinc libamina, hinc parentationes & inferiæ, quæ sepulcrorum tumulis inferrebantur. Sed quorsum illa tendunt, quod dixit, Animæq; umbræq;? An existimare par est, id à Poëta per copiam enunciatum esse? Haud uidetur. Iamblichus prodidit memoriæ, Mercurium scriptum reliquisse, homini duas inesse animas: (monstri simile) unam potentiæ, conditoris ac opificis Dei participem, & hanc quidem à primo illo intelligibili profectam: alteram autem innatam ex circuitu corporum cælestium, in quam anima rerum diuinarum contemplatrix se immergat. Et animas ex mundis in homines defluentes, mundorum circuitus sequi: sed eam quæ ab intelligibili proficiscitur, intelligibiliter adesse præsentem. Per hanc existimat hominem morte dissolui, & ad cælum emigrare. Atque ob id non esse existimandum, omnia indissolubilibus nexibus necessitatis uinciri, quòd anima in se proprium principium contineat, quæ erigatur ad id quod intelligibile appelletur. Atque ex hac Mercurij doctrina quidam opinantur, Maronem hic animam & umbram simul coniunxisse. Ergo neque quem & cineres, & animam paternam repetiuit. Addit æthiologiam, quòd absque patre Italiam sit petiturus, quem in terram fatalem secum peruenturum ab initio sperarat.* A

Fatalia.] *à fatis promissa Aeneæ, & eius posteris.* Tybrim.] *ad quem obtinendum septem annos nauigarat. Igitur disertè quærere dixit, quem uidelicet inuenire nequiuerat.* B

ARGVMENTVM.

Tantum dicendi finem fecerat Aeneas, cùm serpens macularum uarietate conspersus, ex adytis exiens septenis uoluit se gyris, Anchisæq; tumulum complexus est: & repens inter pateras, sacrorumq; pocula dapes leuiter gustauit: ac nemini noxius tumulo rursus successit: ibiq; tantisper mansit, dum sacra flammis consumerentur. quare obstupefactus Aeneas libentius magisq; ex animo sacra patri suo instaurat, ratus eum aut Genium loci, aut seruum, seu loci ministrum esse.

NASC. ADYTIS cùm lubricus anguis ab imis.] *hoc sumptum est ex obseruatione naturæ: nam quidā philosophorum ex spina hominis mortui serpentem enasci asseruerunt. quo proculdubiò alludens Poëta doctiss. serpētem prodijsse fingit de sepulchro Anchisæ: quod ideo adytum uocat, quia ibidem altare erectum erat: nam cùm paulò infrà Poëta dicat:*

—rursusq; innoxius imo

Successit tumulo.

Certū est, anguem de tumulo exijsse.

> Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis.
> Septem ingens gyros, septena uolumina traxit,
> Amplexus placidè tumulum, lapsusq; per aras.
> Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
> Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
> Mille trahit uarios aduerso Sole colores.
> Obstupuit uisu Aeneas: ille agmine longo
> Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens.
> Libauitq; dapes: rursusq; innoxius imo.
> Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
> Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
> Incertus, geniúmne loci, † famulúmue parentis
> Esse putet, cædit quinas de more bidentes,
> Totq; sues, totidem nigrantes terga iuuencos.
> Vinaq; fundebat pateris, animamq; uocabat
> Anchisæ magni, manesq; Acheronte remissos.
> Nec non & socij, quæ cuiq; est copia læti
> Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos,
> Ordine ahena locant alij, fusiq; per herbam
> Subijciunt uerubus prunas, & uiscera torrent.

† al. famulúmne.

σμερδαλέος, τόν ῥ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε. *Horum uersuū, imò totius prodigij trāslatio extat Ciceronis in 2. lib. de diuinat.* Cæruleæ cui terga notæ.] *Quod Homerus dixit ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, id est, per dorsa rubens, noster ait:*

Cæruleæ cui terga notæ—.

Quod ad colubri colorem pertinet. Sed & fulgorē, fulgorisq; uarietatem uenustissimè appofuit, cùm ait:

—maculosus & auro C

Septem ingens gyros.] *etsi Poëta hoc in loco Homerum imitatus fuisse uidetur Iliad. β hoc tamen serpentis portentum cum Homeri portento simile nihil habet, præter quod, uti ex serpente, qui octo pullos cum matre deuorauerat, Græci nouem annos se cum Troianis bellaturos, decimo autem anno Troiam capturos, sic Aeneas ex septem Draconis gyris erroris sui finem septimo anno futurum præcognouit: apponam Homeri uersus, sed quàm paucissimos: mihi enim satis est locum indicare, quem doctis notissimum esse arbitror:*

Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς

Squamam incendebat fulgor.] *quod cùm satis fuisset ad declarandum, qualis'nam foret corporis habitus draconis, attamen ut rem uerbis illustriorem redderet, similitudinem ex arcu pluuio addidit: hoc scribendi ratione plerunq; Virgilius utitur, ut rem nō solùm describat, sed depingat. Sed hac de re alibi satis à me dictum fuit.* Ceu nubibus arcus.] *ad uarietatem serpentis declarandam similitudinem ex Iride sumit: quæ collatio per colorem dici potest: quale illud ex 7 Aeneid.*

Indum purpureo ueluti uiolauerit ostro
Si quis ebur—. *Græci* ὑπαλλαγὴν *uocant.*

Mille

A Mille trahit uarios aduerso Sole colores.] huius rei causam abundè satis ostendimus ex philosophorum doctrina in fine 4. libri, super eodem uersu:

» *Mille trahens uarios aduerso Sole colores.*

Depasta altaria liquit.] μηζογμικῶς pro sacris in altari depastis uel à serpente, uel, quod etiam mihi magis placet, ab igne: nam dictum est:

Libauitq; dapes.

Vult igitur Draconem non priùs abysse, quàm totum sacrificium igne consumptum uideret. Hoc magis inceptos.] *Aeneas parentale sacrificiū instaurat uiso portentu* Geniumne loci.] *iuxta fortasse eorum opinionem, qui dixerunt Genios terram, aërem, aquam, & ignem esse, ideóq; nullum putari absq; Genio locum. Sed consule interpretes, qui alia pluribus referunt: mihi uerò aliud cōsilium quàm in his rebus diutiùs cōmorari.* Famulúmne parentis.] *qui cum Anchise fuerat de more gentium crematus Hom. Iliad.* ψ. *& alij plures.*

Cædit quinas de more bidentes] *ordine sacrificium describit. locus est ex Hom. sumptus Iliad.* ψ. *in*
B *funere Patrocli: cuius iam antea mentionem fecimus. Obseruandum uerò est, cùm Aeneæ sacrificandi curam Poëta tribuat, morem occultè Romanum designare: apud quos Coss. pontifices, alijq; proceres, quos Dionysius Halic. in sept. antiq. recenset, sacrificandi curam potestatémq; habebant. non quòd ipsi hostias mactarent, sed ut mactarentur, imperarent huc igitur alludens, Aeneam hostias cædentem facit.* Nigrantes terga iuuencos] *quia pro mortuo sacra siebant, nigra uictima mactabantur: nam rebus in clicibus nigræ, felicibus alba hostia mactabantur: nam hinc illud ex 3. Aeneid.*

» *Nigram hyemi pecudem, Zephyrisq; felicibus albam.*

Vináq; fundebat pateris.] *de pateris uina fundebat in tumulum.* Animamq; uocabat Anchisæ magni.] *Ex Homero loco superiùs adducto. ubi Achilles animam Patrocli uocat ad sepulchrū.* Manesq; Acheronte remissos] *illud ampliùs nō redituri: utpote qui iam diuinitatē fuerant assecuti.* Necnon & socij] *distributio est, quæ τὸ πρέπον personarū habet: apta enim singulorum dignitati negocia dātur. etenim ulib. usq; necesse, regem non decet. quamobrem socij Aeneæ, diuisis inter se officijs, quæ ad carnes sacrificiorū curandas*
C *pertinent, sedulò curant.*

LAMB. Hort. ADYTIS.] *penitissimis sacri tumuli locis. Describit anguem hunc à proprijs uperibus, forma & colore. Quid porrò hunc esse existimaret ipse postea enarrat. uidelicet aut loci genium, & Anchisæ famulum. Cæterùm sæpè alias accidit, quòd è tumulis serpentes emerserint: ut è sepulchro Carlomanni regis Francorum Parrhisijs, & apud Silium è tumulo Murri. Pythagoras, serpentem in sepulchris è Spina humana medulla nasci arbitratus fuit. Cur septem gyros, & septem uolumina ob perfectionem & dignitatem numeri septenarij. Septimo die quieuit Deus ab opificio suo. uoluitq; eum suis commendatum & religiosum esse. Septem planetarum cœlestes orbes numerantur. Humani corporis intima & extima septenarij ratione cōstant: Septem in homine sunt, quæ nigra membra à Græcis uocantur. Septem cum uenis & meatibus, quæ singulis astacent, ad cibum & spiritus reciprocationem destinata. Septem gradus in corpore, qui dimensionem altitudinis complectantur: & præter hos septenarios, prætereà aliquod in extimis recensentur. Ipse Cicero septenarium rerum omnium nodum esse uult. Extant multa exempla in sacris, quæ septenarij commendationem habent. Septies cadit iustus. Non solùm septies, sed septuagies septies. Septies in die laudem dixi tibi Argentum igne probatum septuplum. Et septem dæmonia eiecta.* Hinc illa poëtica, *Terq; quaterq; : & Homericam,* τρὶς μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τετράκις. *Quin ueteribus hic mos seruabatur, ut puero septimo nomen inde inderent: etsi decimo apud Athenienses id fieri solere, quidam tradant. Multis deniq; alijs arcanis rerum naturæ operibus opifex Deus huic numerum admirandum decauit: quæ studio, quòd ista sufficiant, præterire consilium est. Vsurpatur itaq;, ut ex citatis exemplis liquet, & pro numerositate (ut ita loquar) quo pacto & hoc loco accipi potest: ut septem gyros, multos intelligamus.* Septena]*pro septem: familiare poëtis est, numeri specie abuti. Tumulum Anchisæ dicit ad quem parentabatur.* Placidè.] *leniter, benignè, ac minus infestè. Ita hunc locum exponit Seruius, ut quemadmodum ex augurio 9. passerum uates in Aulide, numerum annorum belli Troiani denunciabat, ita ex septem hic spiris, tot annorum errorem Aeneæ significari Ego uerò secus accipio. nam ultimus hic erroris annus agebatur.*

Cærulex.] *A colore maculosus, & fulgēte in aurum, cuiusmodi in serpentium squamis est uidere Aut. pro aureo colore.* Incendebat]*Metaphora, à rei similitudine ducta Zeugma. Fulgor incendebat squamam in corio serpentis, & notæ ceruleæ tergū Et numero plurali usus est poëticè, pro singulari.* Ceu nubibus.]*in nubibus: Defectio. Illustrat animantis descriptionem comparatione, ad speciem eius oculis subijciendam. Hunc arcum nonnulli Irim, quidam uarium arcum alij as dæmonis. hoc est, intelligentiæ, aut sapientiæ potius, uocant: quòd in eo diuinæ clementiæ præsagia eluceant, mundum aquarum diluuio ampliùs non perditum iri. Introducitur & deorum internuncia à poëtis. De hoc arcu lib. quarto plura disseruimus.* Mille.]*Numerus certus pro incerto. Et nunquam nisi contra solem oppositus apparet.*

Obstupuit.] *Rectè obstupuit. nam cui non monstrō simile uideretur, ac dignum admiratione, si draconem è terra erepētem cerneret? si aras depascentem, redeuntémq; eòdem unde esset profectus? Nimis mehercle coactum id, quod Seruius hoc loco philosophatur, per serpentem annum significari: quòd ante inuentas literas, Aegyptij inter grammata hieroglyphica, annum circumscriberent dracone sic in orbem contorto, ut caudam suam morsicus teneret: cùm Poëta aliud quidpiam hoc commento signare uideatur. Quid enim aliud per anguem hostias in aris relictas depastum accipias, quàm gratas acceptásq; sacrificantis hostias Anchisæ fuisse? Etenim serpentis occursus, faustum auspicatumq; omen ducebatur. Hac persuasione paulò pòst Aeneas multo alacrior, accingit se ad sacrificandum Nihil necesse est, annua uel ἐνιαυτὸς uel ἀπὸ χρόνου interpretari, ne absurdæ tandem cum ludibrio subsultent explicationes.* Agmine] *id est, tractu, actu, ductu, cursu Ab agendo, agmen dictum est, nimis quàm uenustè. Ennius:*

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen. «

Vergil. in tertio id imitatus:

Inter opaca uirum, ia quit, leni fluit agmine Tybris. «

Pateras]*Pocula. paulò antè carchesia appellata, nūc pateras uocat, quas Grammatici planas existimant esse, & patentes: unde uox denominationem ducit.*

Libauitq́.]hoc est, leuiter degustauit. nam id inter alia libare signat. Libare oscula, itē libare altaria, & libare pro sacrificare: unde libamina. Sed de hoc uocabulo alibi annotauimus. Innoxius.]quippe qui nulli nocuerit. Successit.]hoc est, irrepsit in tumulū, ubi hostiæ flāma absumptæ essent, nisi quis Depasta altaria, pro, ipse serpēs depastus altaria, malit exponere. Hoc magis.] Ergo fausto accepto omine sacra parenti accepta esse, ab integro sacrificare aggreditur. Honores, sacra instaurat. Addit obiter causam, propter obiectū omnem serpentis, quem alij aliter interpretabantur. Hic genium loci, ille famulum Anchisæ in eo uenerabantur. Antiqui genium, deum esse credebant qui uim rerum omnium generandarū haberet. Quare Dei filium, & hominum parentem nuncupabant. Apuleius dæmonas modò lares nominat, modò genios. Ac genios quidem, ut interpretes, prisci existimauerunt, & salutis nuncios, qui uota mortalium & preces hinc ad Deum perferrent. rursum illinc ad nos diuina dona, tanquā mediatores. Itaq; ergo eruditè Poëta, eos incertos fuisse inquit, geniusne loci esset, an Anchisæ famulus, per quē ad deos concepta uota deferrentur. Quin & ad hos ipsos genios magicæ incātationes, & præsagiorū ludibria referebantur. Veteres pueris recens natis genium & Iunonem dabant, ut Theologi bonum angelum & malum: quorum ille ad uirtutem, hic ad uitia extimulet. Adeoq; singulis locis suum tribuebant genium in cuius tutela esse credebantur. Hinc illa tot nympharum deorumq; nomina, quos ne offenderent prisci illi mortales religiosè cauebant.

Cædit quinas.]De bidentibus in quarto dixi. Quinas exponit Seruius, ut partim quasi mortuo pari numero: partim numero impari, ut Deo, sacrum fecerit. Pari numero mortalitatem signari contrà immortalitatem, iuxta illud: Numero deus impare gaudet. Equidem scio, an ad potentiam quinarij respexerit, quam nōnulli iusta ratione, abditarum naturæ rerum periti, admirati uidentur. Huic deos, atq; in primis Mercuriū, artium præsides præesse uoluerunt. Certè hic numerus omnia quæ sunt, quæq; esse uidentur cōplectitur. ea quæ intellectu percipiuntur, & quæ corporibus constant, siue diuina substantia sit, siue caduca. Supera omnia, & ijs subiecta signat. Quinq; uiuentium genera maximè à Philosophis traduntur: quorum primus locus tribuitur Deo ī. secundus dæmonibus, tertius heroibus, quartus hominibus, ultimo loco collocantur bruta. Totidem uolunt animæ potestates esse, θρεπτικὴν, αἰσθητικὴν, ἐπιθυμητικὴν, θυμοειδῆ, καὶ λογικήν. Sensus adhæc constat esse quinq;, ac totidem qualitates quæ in eorum obiecta cadunt. Hic ipse numerus quinarius etiā dioιhoc est, iustitia uocatur, quòd denarium in partes æquas secet. In sacris numerus quinarius multis nominibus deprædicatur. Nigrantes.]nigros: synecdoche poëtica. Nigra dijs inferis conuertebant, ut candida cælitibus. A

Vinaq;] Etenim in funere clarissimorum uirorum, qui q́; in deos iam relati erant, perinde ut dijs, omnium fundebatur. Locus descriptus est ex Homeri Iliad. ψ. ubi Achilles Patroclo amico sacrificans introducitur:

οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν,
ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο.

Ille mortui amici corpus concremat, hic annuo sacrificio memoriam parentis celebrat. Animamq́;]De ratione conclamandi, ac uocandi animas mortuorum, alibi pluribus annotauimus, quàm ut hic repetatur. Cæterùm quod Homerus dixit, οἶνον ἀφυσσόμενος: noster extulit, vinaq; fundebat. & ψυχὴν κικλήσκων, Animamq; uocabat. Itaque uocabat, uel inuocabat, tanquam ἀποθεωθεῖσαν in deos relatam. uel, ut propitia sanctaq; præsentem beneuolentiam & uota acciperet: uel supremum uale conclamabat. Magni.]μεγάλου. nam hoc cognomento expubescēti censebantur penates dij Troianorum.

Manes.]id est ab inferis in sepulchrum reuersos, in quibus, libaminibus infusis uictitare credebantur: id quod nunc maximè uerisimile fuit, etiā inde serpens erepens, & recipiens se eòdem, nisi in obiectus esset. Manes uocarunt, B corporis humani præsules, parentum semine procreatos. Accipiunt pro animis mortuorum.

Acheronte.]ab inferis. Esse Acherontem unum ex decantatis inferorum amnibus, nemo est qui ignoret: de quibus in sexto iustissima explicatio instituetur.

Necnon] Principis inde exemplum prium optimi cio ues sequuntur. sacrificant, uota faciunt, & preces fundunt. Nam dona læta hîc, pro ostimare cadere ad aras, dixit: quarum partim in altaribus concremabant, partim in epulum seruabatur. Narrat, quo quisq; studio certatim suo munere fungebatur, ut nemo nisi ignauus, ociosus desideret. Læti.]alacres. Onerant aras hostijs cæsis. Effusam liberalitatem in sacra, quibus operabantur arguit. Prius mactandi erant iuuenci, quàm ijs aræ onerarentur, quare hysteroprotero usus uideri potest.

Ahena.]ollas, χύτρας. Celebrat interim Poëta antiquam consuetudinem, qua epulum in funeribus clarissimorum hominum dabatur, simul autem in anniuersarijs sacris. Sed & ludi in eorum honorem exhibebantur. Quæ omnia Poëta Aeneam religiosè, in anniuersarijs patris sacris obseruasse docet. Torrent assant uiscera. Viscus C propriè dicitur, omne id in animantibus, quod sub corio est. Hinc ueteres uiscerari dicebant, distribuere carnes: & uisceratio, distributio illa, quæ fieri in sacris solennibus coosueuit, ac in funere clari uiri. Iam & ahenum uerisconsultum uas esse dicit, quod supra ignem pendet, in quo aqua calescit. Et torrent, assant: cum aliòqui latius pateat uerbi huius significatio.

ARGVMENTVM.

Peractis sacris, ut dies illuxit, qui ludis ab Aenea dictus fuerat, confluunt vndiq; vicini populi, partim visuri Troianos, partim etiam certaturi quorum ob oculos præmia ponuntur in medio circo. inchoandorumq; ludorum signum canitur.

NASC. EXPECTATA dies aderat]ad ludos ordine describēdos Poëta se accingit. Nonāq; serena] Quàm uariè, ac uenu-

Expectata dies aderat, nonamq; serena
Auroram Phaëtontis equi iam luce uehebant.
Famaq; finitimos, & clari nomen Acestæ
Excierant, læto complerant littora cœtu,
Visuri Aeneadas: †& pars certare parati,
Munera principiò ante oculos, circoq; locantur

† al. pars &

stè uarijs in locis diei nascentis initiū Poëta depinxerit, alibi retulimus, eadēq; sæpius repetere piguit esi Famaque finitimos.] Arbitror

A *Arbitror Famæ ad ludos, non ad Acestē, esse referendā. nā fama edendorū ab Aenea ludorū iam inter populos finitimos inoleuerat*

In medio, sacri tripodes, uiridesq́ coronæ,
Et palmæ precium uictoribus, armaq́ & ostro
Perfusæ uestes, argenti, auriq́ talenta:
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Igitur commissos ludos: id est, exhibitos ad agendum. Cicer. ad Q. Fratrem: hæc scripsi ad act. Cal. nouemb. quo die ludi committebantur. & est sermo à gladiatoribus tractus: qui ad pugnam committi: hoc est, comparari, componiq́ dicebantur ut ita compositi pugnam inirent. Tranquillus de claris Grammaticis: ad exercitanda (inquit) discentium ingenia æquales inter se committere solebat. hoc autem ita esse, sequentia uerba fidem faciunt:

Et clari nomē Acestæ Excierant.] *ad famā ludorū inclyta quoq́ Acestæ nominis gloria accedebat: quæ populos excitaret ad ludos spectandos: quos ob tanti uiri magnificentiā nō nisi magnificos fore sperabant.* Complerant littora. *Ingentē cō multitudinē confluxisse designat.* Munera principio ante oculos.] *Apposite ante oculos, & ex ludorum more: sic enim magis excitantur animi eorum, qui certaturi sunt. Homerus, unde locus iste sumptus est, Achillem de nauibus certantium munera promentem quidem, lebetes, tripodas, equos, & mulos, sed non ante oculos eorum ponentem facit. αὐτῶν Iliad. ψ.*

» ——αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς,
» αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε, καὶ ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα,
» νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα λέβητάς τε, τρίποδάς τε.
» ἵππους θ' ἡμιόνους τε.
» *Et quæ sequuntur reliqua.*

B Sacri tripodes.] *à communi commemoratione ad separatā præmiorum enumerationem transit: erant autem tripodes mensæ militares ex trib. pedibus: quib. apud Græcos uiri fortes donari solebant. Horat. lib. carm. 4.*

» *Donarem tripodas præmia fortium*
» *Graiorum.*

Apud Homer. Iliad. ω. Priamus Achilli geminos affert tripodas. & apud eundem Agamemnon septem Achilli donat:

» [illegible]

Iisdem Ascanius apud Maronem Aen. 9. tripodas Niso pollicetur.

» *Et tripodas geminas, auri duo magna talenta.*

Cur uerò sacros hic appellet Poëta tripodas, non facilè dixerim, nisi fortè tales intelligat, quales sacrari solent, ut sit allusio ad tripodas æreas, siue etiam (uti ex Aristophane liquet) aureos templi Apollinis Delphici: quibus superposita Phœbades uaticinabantur. Quod uerò interpretes aiunt sacri, ita pulchri, ut sacri esse uideantur, ridiculum est. Viridesque coronæ.] *ex lauro. ut infrà*

C *patet:*

» *Tum satus Anchisa, cunctis ex more uocatis,*
» *Victorem magna præconis uoce Cloanthum*
» *Declarat, uiridiq́ aduelat tempora lauro.*

Erant enim non pretij (ut Plinius ait) sed honoris coronæ.

Et palmæ pretium uictoribus.] *sequentia cum antecedentibus iunguntur: sunt enim hæc omnia pretium palmæ tripodes, coronæ, arma uestes, talenta auri, & argenti uidetur tamen maiora præmia à minoribus distinxisse, hisq́ illa præposuisse.*

Auriq́ talenta.] *De talentis maioribus, & minoribus, Atticis, Romanis, aliarumq́ nationum alijs. consule Budæum, qui post ueteres egregiè hac de re, & copiosè perscripsit.* Commissos ludos.] *non inceptos, ut perperam sentiunt interpretes: non enim tuba cecinisset, si iam inchoati fuissent ludi: nam canit antequàm inchoentur: quod uerò nondum incepti fuerint, satis liquet ex eo, quod infrà lectum est:*

» *Inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes*
» *(Haud mora) prosiluère suis——.*

Prima petes ineunt grauibus certamina remis.
Et quæ sequuntur altero uersu.

At quid erat quod tuba caneret, nisi in ipso pugnæ cōgressu hoc de more ludorum solemnium fieri solebat, & his etiam temporibus obseruatur, ut antequam symbolum pugnæ canatur, dum esse comparant certaturi, aut iam compositi stantes, uel deambulantes populo se conspiciendos præbeant, honoris gratia, tuba canat.

Expectata dies aderat, nonamq́ serena.] *A' sacris religiosè perpetratis, transit ad descriptionē temporis matutini ac diei, in quem certamina pronunciata erant Homerus Achillem suum libando per totam noctem fatigatum sopori componit. Quem suauiter dormientem, strepitus ducum ad tentorium conuenientium, somno excitat:* LAMB. Hort.

[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

Inde Achillem erectum sedentem ac concionantem fingit. Et paulò pòst equestri certamini ob oculos præmia & proponit & pronunciat. Phaëtontis equi iam luce uehebant.] *equi solares. Phaëtontis fabula extat apud Ouidium lib. Metamorph. secundo. Huic poëtarum figmenta, precariò Solis patris sui currum regendum accepisse commemorant: atque per inscitiam gubernandi, totum orbem conflagrasse. Ipsum in Eridanum curru excussum: sororesq́ mœrore canescentes, in populos conuersas. eundem & Eridanum amnē dictum putant.* φαέθων, *λαμπρὸς, manifestus,* λάμπων, ἥλιος, *splendescens, sol. Sophocles:* [illegible] *Vbi tandem sunt fulmina Iouis, aut ubi Phaëton sol, si hæc aspicientes celant quieti: uidelicet quòd istam iniquitatem non proferant in lucem. Et Homerus, solem hoc ceu illustri epitheto ornauit:*

[illegible] «

Compositum à φάος, *lumen. Hincilla,* φαεσίμβροτος, φαεσφόρος, φαεινὸς, φαέθω. *Equi huius consimili ratione ab aurora, igne, splendore, & ardore nomina tenēt: Pyrois, Eois, Aethon, & Phlegon.* Munera.] *Imitatione Homerica munera ante oculos ponit, Homerus singulis quinq́ uictoribus equitibus quasi per gradus præmia pronunciat, quorum partem noster Poëta huc transtulit:*

[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

κανδρ, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, λευκὸν ἔτ' αὔτως.
τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύω χρυσοῖο τάλαντα,
πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκε.

Circo] in circo, quæ possent uirtutem excitare. Sacri tripod.] Homerus eodem libro:

νηῶν δ' ἐκφέρ' ἄεθλα, λέβητάς τε, τρίποδάς τε.

Hos sacros Maro appellat, propter Delphicum tripodem, in quem Phœbas uaticinatura descendebat. De tripode porrò in tertio diximus. Viridesque coronæ.] Certaminum, ac bellicæ rei, olim coronæ erant, uel herbaceæ, uel ex ramis arborum, ut alibi retulimus ut oleaginæ, salignæ, gramineæ, laureæ, myrteæ, apium, quernæ, & id genus aliæ. Sed initiò, diu commune omnium sacrorum certaminum præmium palma erat, perpetuò frondibus uirens, Græci φοίνικα uocant: cùm postea singuli ludi peculiares arbores & herbas, quibus uictores coronarentur, ut dixi, sibi delegerint. Palma, ante laurum, peculiariter Phœbo consecrata fuit: & uictoriæ symbolum, ob hanc solam causam, quòd singulare quiddam huic arbori inesse uideatur, quod fortibus uiris, & certaminum uictoribus peculiariter conueniat. Etenim si pondus quantumuis graue palmæ superimponas, quamuis grauiter urgeat, si onus sustinere nequit, non deorsum cedet, sed aduersus pondus insurget & obluctabitur. Plutarch. 8. Symposiac. φοίνικος γὰρ ξύλον ἄν ἄχθος ἐπιθῇς βαρὺ πιέζον, οὐ κάτω θλίβεται ἐνδιδόν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀντιβιαζόμενον. τὸ δὲ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνάς ἐστι. τοὺς μὲν γὰρ ὑπ' ἀσθενείας καὶ μαλακίας ἐνδόντας αὐτοῖς, πιέζουσιν ἐγκείμενοι, οἱ δ' ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαιρόμενοι καὶ αὔξονται. Palma enim lignum, si graui pondere superimposito prematur, non deprimitur deorsum, uerùm contrà incuruatur, & quasi obluctans oneri uim offerenti. Atque hoc ipsum quidem usuuenit in athletarum certaminibus. nam qui per imbecillitatem & fracti animi mollitiem illis cedunt, eosdem ipsos urgendo deflectunt. Porrò, qui fortiter in ea exercitatione perdurant, ij non solùm corporibus, sed animi prudentia etiam prouehuntur. Theophrastus multa de palmæ tum natura, tum dignitate, lib de Plantarum historia 2. cap. 8. & lib. 3 cap 5. lib. item 4. cap. 6. & aliis aliquot locis disserit. Et Plinius item non uno loco, qui lib. 16. cap 42. Pondus, inquit, sustinere ualidæ, abies, larix etiam, in transuersum posita: robur, olea, incuruantur, ceduntque ponderi. Illæ renituntur, nec temerè rumpuntur: priusque carie, quàm uiribus deficiunt. & palma arborum ualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur. Hactenus ille. Nulla abiicit folia, quare ἀείφυλλ@ uocatur. Eius 360. species à Babylonijs literis traditæ sunt. Quoniam autem per occasionem in palmæ descriptionem incidimus, addatur & illud ex eodem authore: Palmæ, quæ in Europa, & uulgò in Italia nascuntur, steriles sunt, cùm Iudæa nobiles habebat. Fructus Hispanicis mites in maritimis: cùm contrà in Africa dulces quidem sint sed statim euanescant. Nulla re magis quàm fimo læditur palma. Vnde quinquaginta eius genera recensentur, & uinorum ex ijs differentiæ. At omnium clarissimæ sunt regiæ palmæ Babylone natæ, in uno Bagoæ horto, sic dictæ, quod Persarum regibus seruarentur. Vna huius generis arbor in Chora, una & Syagrorum. Græcè φοῖνιξ dicitur. Et quia Phœnix auis ab hac nomen accepisse creditur, ipsa arbor mori, ac renasci ex seipsa pomis referta dicitur. A Alexandri milites palmis uiridibus strangulati sunt in Gedrosis, pomi genere. Tanta mustcis suauitas est, ut finis mandendi non nisi periculo fiat. In Oriente ualidi funes ex folijs palmæ fiunt. Huic arbori folia non decidunt, & admiranda naturæ benignitate fructus innascuntur. Cacumen palmæ detractum, solùm sterilitatem inducit, non autem necem. In primis Hierichuntem palmetis illustrem, authores celebrant. Exprimitur & ex palma suum uinum. Est & ubi præsentem medicinam habet. In summa, tanta ei dignitas fuit, ut in sacris certaminibus præter diuersas coronas diuersis uictoribus propositas, etiam singulis palma adijceretur. Est & inter cunctas arbores macrobia. Consimili ratione gloriam fortium uirorum non par est senescere. Quo spectauit Orpheus, cùm diceret, ζῶον δ' ἶσον ἀειφορόμοισι φοινίκων ἔρνεσι. Hinc illa egregia eius Epitheta, ὑψίκομον, & ἀείφυλλον. Itaque palma per se non uictoriam signat, sed arborem. at metaphoricè Horatius: Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ. Precium.] præmium, appositio: arma & purpura, præmium Iam & periphrasticè hoc dictum est, uestes perfusa ostro: id est, uestes purpureæ, aut certè non dissimiles. Est autem ostrum ab ostreis dictum, colore in glauco austerus, similis irascenti mari, & subrubens. unde ursitis ostrina. Conchylium, murex, ostrum, sæpenumero in eadem significatione usurpantur. B

Talenta.] τῷ δὲ δύω χρυσοῖο τάλαντα. Ad ueteres constat & ponderis diuersi & nominis talenta fuisse, τάλαντα Græci item dicunt: & inter ea, Atticum, Euboicum, Babylonium, Aegyptium, Phœnicium: quorum præcipua recensentur, Atticum & Euboicum. Sed talentum Atticum, quod plurimum à scriptoribus celebratur, libras Romanas seu pondo, seu mnas Græcas sexaginta ualebat. Continebat autem libra, seu pondo, siue mina, decem aureos coronatos. Ergo talentum sexcentos coronatos ualuit. Euboicum seu magnum talentum Atticum, octuaginta libris constabat. Talentum, τάλαντον, porrò multa signat: maximum in primis auri argentique partem: ut argenti aurique talenta, cuius æstimationem modò retulimus aut lancis nomen est, sicut est apud Aristoph. καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμήσεται: at uel talenta musica perpendetur. Et apud Homerum lib. Iliad. 22. χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, Pater Iupiter tunc aurea duo librabat talenta. Vsurpatur pro momento in lancis inclinatione: & pro numeri cuiusdam ratione, ut cùm dicimus πολυτάλαντος ὁ πλούσιος. Atque in hoc significato accipiendum existimat Suidas illud Homeri, κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύω χρυσοῖο τάλαντα: id est, Atque auri in medio duo ibi iacuêre talenta. C Hinc à talento, ταλαντεύω, σταθμίζω, pondero, libro, exploro. Quoniam autem τάλαντον etiam pro lance usurpatur, Plato in Timæo terram ταλαντουμένην dixit, ἀνωμάλως σείεσθαι ὑπ' ἐκείνων, κινουμένην δ' αὖ πάλιν, ἐκεῖνα σείειν. Metaphora à lancibus sumpta.

Tuba commissos.] Celebrat uel consuetudinem ueterum certaminum, uel Romanorum, apud quos antea quàm ludos aggrederentur, tuba signum dabatur: siue ut spectatores tum animis, tum oculis intenti adessent: siue, ut ij qui nondum conuenissent spectandi studio, iam confluerent. Seruatur is mos hodie quoque ubique locorum Canere ludos dixit, ut classicum canere. Commissos ludos item uocat, indictos, inceptos, quod Græci ἀθλοθετεῖν dicunt,

A dicunt, alioqui ...... uerbum Committo est. Medio ag.] in medio aggere: editiorem locum haud dubie intelligit. Nam tubis è sublimi ferè signum dari solet, ut clangor longiùs exaudiatur.

ARGVMENTVM.

Compulsa, & congregata in vnum locum spectatorum multitudine, locatisq; in medio circo victorum præmijs, ad primum certamē ineundum quod nauale est, duces quatuor Aeneas deligit, Mnestheum, Gyan, Sergestum, Cloanthum: ex quibus singulis singulæ Romanorum familiæ originem trahunt. his singulis singulæ ex omni numero naues, remis, remigibusq; instructæ committuntur: quarum etiam nomina recensentur. Pristis, Chimæra, Centaurus, Scylla. Pristin Mnestheus agit. Chimæram Gyas. Sergestus Centaurum vehit. Cloanthus Scyllam.

NASC.

Prima pares ineunt grauibus certamina remis,
Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi:
Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana uersu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi:
Sergestusq;, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllaq; Cloanthus
Cærulea, genus unde tibi Romane Cluenti.

Prima pares ineunt] Quomodo pares? si altera sua leuitate celer, duæ sua mole grauet ut ex eu. textu patetneq; etiam magnitudine pares dicendum est, cùm Centaurum, & Chimæram tantum magnitudine proferat, de reliquarū uerò magnitudine ne uerbum quidem faciat. Igitur sic (mea B quidem sententia) rec intelligi debet pares esse naues: id est, compositas. hoc est æquè omnes instructas, remis, remigibus, alijsq; huic negocio aptis rebus. sicuti gladiatores cōpositos dicimus, qui paribus armis induti, eademq; ratione armati, in arenam descendunt dimicaturi. Ineunt certamina.] decernuntur ad ineunda certamina: non enim adhuc erant inchoata, cùm proximè dicturus sit:

Intenti expectant signum ——.

(margin: Pistrin.)

Pristin.] nemini dubium est, quin ab insigni quodam, quod honestatis, uel ornatus gratia proræ, uel puppi apponi solebat, plerunq; naues cognomina sumpserint, quod quidem insigne Græci παράσημον uocant. Quamobrem Pristis aut ideo dicitur, quia Pristim, quæ bellua marina est, in puppi gestaret, ut Chimæra, quod Chimæram: Centaurus quia Centaurum. Scylla, quia Scyllam haberet: aut à Græco deriuat, παρὰ τὸ πρίζειν τὰ οἴδματα: id est, à secandis fluctibus, uel à similitudine, ut Nonio placet, nomen sumpsit: quod ad formam Pristium Marinarum extructa esset: quæ longi, angustiq; sunt corporis: cuius formæ triremes Venetæ hodie utuntur.

Mox Italus.] futurus, scilicet. Genus à quo no- C mine Memmi.] pro Memmij κατὰ συγκοπὴν, & Memmiorum familiam intelligit, ex qua L. Memmius, qui Corinthum euertit. Ingenti mole.] non ingenti motu, ut perperàm interpres, sed ad nauis magnitudinem refertur ut de Polyphemo in 3. Aeneid.

Vix ea fatus erat, summo cum monte uidemus
Ipsum inter pecudes uasta se mole mouentem.

Hoc indicant uerba sequentia. Vrbis opus.] hoc est, ea magnitudine, ut urbē putares. Triplici pubes quam Dardana uersu Impellunt.] triplici uersu, triplici remorum ordine. Liuius lib. 3. decadis quintæ regia nauis ingentis magnitudinis, quam sedecim uersus remorum agebant. Sed & Poëta ipse per ταυτολογίαν eundem uerborum sensum sequenti expressit uersu.

Terno consurgunt ordine remi.] ubi annotatu dignum est, quod cùm quatuor illæ naues triplici remorum ordine structæ fuerint, id de sola Chimæra dixerit; alludens (ut arbitror) ad Chimæram monstrum triforme, cuius ipse meminit in 6. Aeneid. & Homerus itidem Iliados sexto, his uerbis

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Non dissimili sensu Turni galea, in qua Chimæram fuisse Virg. memorat, triplici ornatur crista. sic enim ait:

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet.

Domus Sergia.] Sergiorum familia, ex qua creditur à Doctis Catilinam genus habuisse, & etiam Plinius in nat. hist. confirmat, non ex Cornelia familia. Portius tamen Latro uir doctiss. in declamat. contra Catilinam, (modò sit Latronis declamatio) ex Corinthiorum familia eum fuisse significare uidetur.

Cærulea.] nigra: nā Cæruleus color, ut antea diximus, ad nigrum uergit. & est Hom. epitheton. μέλαινα νηῦς.

Genus unde tibi Romane Cluenti.] Romanorum familias, quantum in se est, Poëta conatur extollere: quarum genus altè repetit, nempe ex antiqua Troianorum origine.

Prima pares ineunt.] Primum certamen nauale ponit, cuius duces quatuor, & eorum gentes, naues totidem mira perspicuitate describit. Homerus primo certamine, quod curule est, quinque duces de palma certantes facit, fingitq; Nestorem diserta oratione Antilochum filium suum admonentem; docentemq; qua cura atque arte currum equosque regeret. Noster uerò propositis ducibus, & eorum nauibus, compendiò festinat ad descriptionem certaminis naualis. LAMB Hort.

Prima.] primum certamen, numerus pro numero.

Grauibus certamina remis.] unde nauium uastitatem innuit. Carinæ.] naues: à parte totum intelligit.

Mnestheus agit acri remige.] Hic pristim ducebat, nomine facta naui à belua marina. Semper nautis mos fuit, duratq; etiamnum hodie, maioribus nauibus non tantùm immanis animantis nomen indere, uerumetiam simulachrum eius in illis pictura exprimere: id quod Poëta in quatuor his nauibus obseruauit. Pristim dictam uolunt, à πρίζω uel πρίω, à secandis fluctibus marinos. Est & πρίστις poculi genus. Cæterùm inter Indici maris beluas numerantur præcipuæ pristes, ducenûm cubitorum: inter quas & balenæ quaternûm iugerum recensentur longitudine, & anguilla longæ tricenos pedes. Sed & pistrix in balenarum albo recensetur, à quo pistrim nauem denomin-

denominationem accipere uolunt. Pristim itaque, siue Pistrim nauis, à uelocitate describit, alludens ad uelocitatem beluæ marinæ pristis, quæ propter molis tenuitatem oblongam admirabili celeritate fluctus secat. unde πρίστις, ut dictum est, appellata: & περισπωμένως πίστρις. Porrò autem pistrix ab astronomis recensetur inter sydera, uocaturq; à Latinis balena, seu pistrix etiam, ab Arato cetus. quæ Andromedam propè attingat, à media cauda ab hyemali circulo diuisa. Mox]Repetitio ad donandam Memmiorum familiam origine & antiquitate, ut Sergiorum & Cluentiorum gentem celebrat.

Gyas.]Secundæ nauis ducem facit Gyam, cui à corporis robore nomen uidetur factum, γυῖον. quamuis scriptura uel nihil uariat. Potest tamē alia etymologia reddi. Huic attribuit Chimæram, quam disertè ingenti mole, atq; opus urbis nuncupat, alludens ad monstri cognomen prodigiosam faciem. Chimæra, χίμαιρα Græcis alioqui capram signat, αἶγα. cæterùm præterquàm quòd & castellæ nomen est in ora Epiri, in Acroceraunijs, sub quo aqua regia fons est: etiam mōs celebratur in Phaselide, qui flamma immortali, ut Aetna, flagrat noctes & dies. Habet præterea hoc miraculi, ut eius ignis aqua accendatur, extinguatur uerò terra aut fimo. Vnde Homero atq; inde alijs poëtis fabulandi materia sumpta fuit, in Lycia Chimæram monstrum extitisse, cuius suprema pars leonis faciem, postrema draconis, media uerò capræ referret. Atq; hanc Chimæram (ita enim à parte monstrum dictum fuit) diuinum genus, non autem hominum fuisse, inexpugnabile, atq; uim ardentis ignis ore naribusq; expirasse, idem poëta canit Iliad. 6.

„ ἡ δ᾽ ἄρ᾽ ἔην θεῖον γένος, οὐδ᾽ ἀνθρώπων,
„ πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
„ δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Quorum medium uersum ita reddidit Lucretius:

„ Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.

Sunt qui affirment, monstrum tot diuersis formis hac de causa conflatum dici, quòd mons ille in Lycia, id genus serpentum tantum gignat. aliaq;. Atq; ad hanc quidem Chimæram, cùm ab Iobata Præti socero Bellerophontes conficiendam missus esset, portentis deorum confisus ille, eam trucidauit. Quin & illud addendum nomine inscitum, priusquam longius promoueamus pedem, eruditos quosdam per Chimæram ἀλληγορικῶς tres rhetoricæ partes accipere: ut leo genus iudiciale significet, quod exurgat, & regium numen in dicendo iure obeat: chimæra, demonstratiuum referat, ob lasciuiam: draco, propter uolubilitatem & uarietatem, deliberatiuum repræsentet.

Ingentem.]Repetitio uehementer amplificat rem: sicut & illa hyperbole, quæ sequitur τὸ ἀξιωμα, urbis opus. quòd tribus remorum ordinibus ageretur, triremem fuisse indicat. Triplici.]Quod uocet triplicem uersum, statim per copiam dilucidius exponit, tribus ordinibus. Sed & terno dixit, pro tribus mutata numeri specie.

Dardana.]Troiana: antonomasia. Pubes, pro iuuentute, & proinde pro iuuenibus. Sed antequam ad Centaurum transeamus, unum illud ex Hesiodo de Chimæra attexatur, quòd suprà additum oportuit, eam ex Echidna & Typhaone esse prognatam, tribus capitibus terribilem leonis capræ & draconis. Hesiodus in θεογονίᾳ.

„ ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,
„ δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε, κρατερήν τε,
„ τῆς δ᾽ ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
„ ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ᾽ ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος. A
„ πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
„ δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
„ τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

Id est,

„ Ignem expirantem produxitq; illa Chimæram,
„ Terribilem, ingentem, uelocem, & uiribus acrem,
„ Terna cui capita ex humeris, immane leonis,
„ Atq; capræ, & dirà serpentis, & ora draconis.
„ Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra,
„ Flammarum expirans ardentia robora sæuum.
„ Pegasus occidit quem, & fortis Bellerophontes.

Ingentem proinde Chimæram nauem uocat, eadem ratione qua Hesiodus suam Chimæram μεγάλην, ut planè Poëta eò spectasse uideri queat. Sergestus]Tertius dux, cum Centauro sua. Sergestus, principium & origo Sergiæ familiæ, à quo Catilina Sergius genus suum traxit. Hinc Sergius ille Paulus haudubiè ortus fuit, ut Sergius Galba Rom. Imp. Centaurū huic Sergesto nauem tribuit, & ipsam triremem, quam consimilem ob rationem magnam appellat. Primùm de centauris aliqua dicantur, deinde qui in fabulis producuntur, & qui inde reuera Centauri fuêre. Centauri dicti uidentur ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, ἢ κεντρίζειν: B hoc est, à pungendo, siue stimulando: cuiusq; ratio, si fabulis insistis, mox explicauerimus. Fulgentius Centauros dictos arbitratur, quasi centum armatos, id quod ualde absurdum est, cùm uocabulum non Latinum, sed Græcum sit. In primis fabulantur Centauros Ixionis & Nubis liberos esse, pubetenus quidem humana specie, reliqua uerò corporis parte equina. Ab hac monstrosa forma, & natali, Nubigenæ dicti fuêre, semiferi item, & bimembres. Porrò οἱ ἀλληγοροῦντες fabulam ita reddunt, quoniam in arce νεφέλη aliquando habitarint, ob eam causam νεφέλας: hoc est, Nubis filios à poëtis appellatos. Fabulandi materiam præbuit error. Centauri Pelij montis accolæ fuerunt in Thessalia, à quibus monstrata fuit ratio equos domandi, cùm antea è curribus pugnaretur. Atque dictè traduntur, cum fortè circa Peneum amnem aquarentur in equis sedentes, haberentq; potantes equi ora fluctibus immersa, eam ex interuallo spectantibus speciem præbuerunt, quam in Centauris figurandis credula postea & fabulosa expressit antiquitas ἀπὸ τοῦ κεντεῖν. Centauri, & Hippocentauri quòd equis insidentes boues oestris agitatas stimulis ad tecta reuocarent. Celeberrimi Centaurorum fuêre, Chiron, Eurytus, Amycus, Grynæus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Horum Chiron, qui & Phyllirides dictus, inter sydera relatus ab astronomis censetur. Aliam alij ut ueriorem, historiam tradunt, de semifera Centaurorum specie. Constat inter omnes, Centauros Pelij montis accolas fuisse in Thessalia, homines barbaros & moribus asperos, & ingenijs truculentos. Hi, quia rationem tantum pugnandi ab equis inuenêre, ut Bellorophon equo insidere ac uehi, Pelethronius frenorum ephippiorumq; usum reperit, fabula locum de eorum habitu ac specie datum male creditum est. Gens dura & ingenijs truculenta prouerbio locum fecit, ut κενταυρικῶς aliquid fieri dicamus quod inhumaniter ac ferociter geratur. Erant enim contemptores omnis iuris humani & hospitalitatis. Aristophanes in βατράχοις:

„ τίς οὗτος οὑπιτὴν θύραν; ὡς κενταυρικῶς
„ Quis ostium pulsauit usq; adeò Centauricè?

Suidas

A Suidas in Bacchum id ἀρσενικὸς, ceu effoeminatū & mollem deum, & carum, dictum existimat. Euenus item fluuius, qui Calydonem secat, Nessi sanguine infectus, Centaurus dictus fuit. Centaurion herba Chironion, à Chirone cognominatum fuit. alij Centaureum uocant. Hac Chiron curatus fuit, cum Herculis excepto hospitio, ac pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem.

Scylla.] Quartus dux, cum Scylla triremi, Cloanthus, Cluentiorum familiæ origo. De Scylla commentatū est in tertio. Hac itaq; uicit Cloanthus, haud scio an dissimulanter naualem Augusti uictoriam de Antonio celebret, cuius triremis Scyllæ cognomentum fortasse retulit, & eius simulacrum expressum habuit. Tibi.] Variata oratio est, per auersionem.

ARGVMENTVM.

Compositis rebus, quibus ad certaminibus opus erat, lo[illegible] ad metam constituendam deligitur: quò naue certando cursum du[illegible], Scopulus uidelicet, non longe distans a littore. hic Aeneas metam ex ilice frondentem e[illegible] ductore[illegible] anium o[illegible]o, atq; auro ornati, in puppibus effulgent, nautæ, delectis forte carceribus, oleo [illegible]gunt & [illegible] tubæ signum expectant.

Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum †tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt ubi sydera Cori,
Tranquillo silet, immotaq; attollitur unda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis pater: unde reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.
Tum loca sorte legunt, ipsiq; in puppibus auro
Ductores longè effulgent, ostroq; decori.
Cætera populea uelatur fronde iuuentus.
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, †intentaq; brachia remis
Intenti expectant signum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta cupido.

NASC. Est procul.] non longe nimis à littore ut in Bucolicis:

Sexta procul tantum capiti delapsa iacebant.

† al. tunditur

† al. [illegible]

B Ita enim negocium requirebat, ut neque tam prope littus existeret, quia naues cursum instituere, nec tam longè abesset a littore quin spectatores certamen suis oculis optimè cernere possent.

Quod tumidis submersum tunditur] nihil ferè omittit, quod ad integram, absolutamq; scopuli destructionem uel potius descriptionem attineat: nam scopuli cùm sint in mari propè non infiniti, alij parui, alij magni, alij steriles, alij fructuosi, hic qualis, quantusq; sit, egregiè demonstrat: nam cum sæuiente mari fluctibus eum opprimi dicit, sedata autem in al um attolli, illius paruitatem designat: ubi uerò saxum, stationemq; mergis aptam memorat, haudubiè ferendis frugibus ineptum, omnisq; arboris expertem esse declarat: igitur quia tranquillo mari eminebat, eiusq; planities alte efferebatur, exiguiq; præ multis circuitus erat, ubi naues ad signum egregiè certare poterant.

G hic metam constituit. Olim] tunc, seu aliquando. Plautus in Milite:

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior
Quàm Solis radij [illegible] olim, cùm sudum est, solent.

Condunt. nubibus. Cori.] uel speciem pro genere posuit: uel re uera de Coris separatim intelligendum est, qui cùm inter Fauonium, & Aquilonem spirent, non possunt, hybernis præsertim temporibus, in Sicilia non mare perturbare. Apricis mergis.] quia cùm assiduè se mergant in mari, locos amant apricos: id est, Soli expositos, ut siccescant. Hic uiridem Aeneas.] in scopulo metam facit Aeneas ex ilice. non quia ilex illa ullam haberet cum meta similitudinem, sed ut esset signum nautis, ideo subdit. Signum nautis pater.] nam metæ congeries sunt ex lapidibus structæ, in inferiori parte latæ seu crassæ in superiori fastigiatæ. cen turbo inuersus, sic dictæ, quòd eam metirentur quadrigæ circumcurrentes.

Ex ilice.] cur ex ilice: nam alio carebat lignorū genere, ut ex ilice metam erigere cogeretur? minimè. Sed quia ludi in funere patris fuerant instituti, decebat metam ex arbore funerea cōstitui, ut nautæ ex populo heroica arbore coronantur in ferius: nam Dido in quarto Aeneid. pyram ilice exornat, & cupresso.

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, ingenti, tedis, atq; ilice secta,
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat
Funerea.

Vnde reuerti Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.] Cùm iam carceribus emissæ ad metam uenissent quadrigæ, opus erat, ut circum ipsam sæpius flecterentur: ita de more fiebat currentium, ut meta septies lustraretur. Propertius eleg. lib. 2.

Aut prius infecto deposcit præmia cursu
Septima quàm metam triuerat ante rota.

Quem morem non obscuris indicijs Poëta designare uidetur, cùm ait:

——unde reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

Tum loca sorte legunt.] Constituta meta, carceres: hoc est, locus, unde exituri erant certantes ad metam, constituendus erat. & hic sorte deligitur, ne forte, si alius alio aptius in statione uel econtrà maneret, aut alio prior exiret, uel posterior id fraudi Aeneæ potius, quàm suæ sorti ascriberet. ita quoque Dido facit in primo Aeneidos:

Iura dabat, legesq; uiris, operumq; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

Locus est ex Hom. sumptus Iliad. ψ. ubi Achilles itidem sorte trahit, qui primus, aut secundus exire de carceribus debeat. Ductores longe effulgent.] τὸ πρέπον: decebat enim ductores, ac proceres nauium, eo præsertim tempore sic ornatu, & cultu corporis fulgere, ut sua ipsorum dignitati lucis etiam aliquid authoritatis, ac maiestatis afferrent. Cætera populea.] ad imitationē uirtutis

tutis iuuentus populo coronatur: quæ heroica arbor est, & Herculi cõsecrata, cui Hebe iuuentutis Dea nupta fuit.

Oleo perfusa] *de more, ad corroborandas, conseruandasq́; corporis uires: his enim de causis oleo exterius usi fuerunt antiqui. Plinius lib. nat. hist. 22. cap. 24 refert, Augustum Cæsarem, cùm senem hominem ui[disset], qui annum centesimum excedebat, quasi[isse] ex eo, qua [ra]tione uitam tam diu suam produxi[ss]et: intus, inquit [mulso], foris oleum.* Intentaq́; brachia remis] *miror Priscianum, Seruium, aliosq́; non triuialis doctrinæ uiros me[t]a hic nugas effutire, cùm alij perperam uerba, atque membra distinguant, alij etiam figuratam locutionem agnoscant: hic proculdubiò distinguendum est, intenta[q́;] brachia remis & subaudiendum est substantiuum uerbum. Sunt. hoc modo. brachia intenta sunt remis.* Intenti.] *auribus. scilicet tubæ signum expectiant.* Exultantiaq́; haurit Corda pauor pulsans.] *[b]onorum uictoriæ cupidorum mire expressit affectus, qui cùm spe, & metu assidue agitentur, dum sperant se uictoria potituros, lætantur. ideo ait Poëta: exultantia corda: ubi uerò incerta uictoria dubij sunt, timore afficiuntur. quamobrem ait: haurit. id est, ferit corda pauor pulsans. locus est ex Homer. sumptus Iliad. ψ. Sed nullo modo cum hoc diuino Maronis loco conferẽdus: ille enim sicce admodum, & ieiunè dixit:*

» ——πάτασ[σε δὲ θυμὸς ἑκάστου]
» νίκης ἱεμένων. Id est,

Pulsabatur animus cuiusq́; uictoriæ cupidorum. at noster utrumq́; lætitiæ, & pauoris affectum, quibus pro gloria certantes affici solent, expressit. Sed quam apte, ac uenustè addidit Laudumq́; arrecta cupido.] *...* *quæ mentes, atq́; animos hominum arrigit.*

LAMB. Hort. Est procul,] *Descriptio scopuli à situ, uario habitu & mergorum usu.* Saxum.] *scopulus interdum fluctibus extans, nonnunquam sub aqua cum nauigantium periculo latens.* Olim.] *interdum.* Hyberni] *quo tempore maximè plena intumescunt maria ac maritima etiam loca inundant.* Cori.] *Venti species pro genere. Est autem Corus uentus ab occasu solstitiali spirans, quem Græci Zephyron & Argesten uocant, à quo proximè ab æquinoctiali flat Fauonius. Corus cum exortu Arcturi 11. diebus ante æquinoctium autumnale incipit flare. Et quia uicinus Coro is est qui à septentrione spirant, fit, cur frigore etiam proximè ad [il]los accedat. Itaq́; hyberno tempore maximè sæuiunt Cori: id quod hu[i]usmodi uidimus ijs ipsis diebus, cum ista commentaremur. Quo tempore turrium fastigia deijciebantur, arbores annosæ stirpitùs euellebantur, ut domus corruerint, maria intumentia perruperint aggeres, ædes sacra fulmine, & quidem media hyeme Idib. Ianuarij anno LII supra M. D. conflagrarint: & quidem cum tanta mortalium ac rerum calamitate, quanta hominum memoria non fuisset accepta.* Condunt.] *quando sua rabie cœlo nubibus tectorum omnia maria turbant.* Tranquillo.] *tempore pacato, nullis sæuientibus auris.* Silet.] *Metaph. ab animali ad non animal. Dicit tranquillo æquore saxum illud siue scopulum appellare mauis, ex summa aqua ita extare, ut procul conspiciatur, quod alioqui pleno mari sub aquis, seu breuia, conditum sit.* Campus.] *Per similitudinem, unam scopuli latitudinem, campum uocat, ostendens iuxtà eius usum, quippe ubi mergi ad Solem apricantur.*

Mergis.] *His nomen est à demergendo, quòd sub aquis mersi urinando, aliquanto inde interuallo rursum* A *ebulliant. Habent hi, sicut & anates, tempestatum prognostica. Purgantes pennas certè, denunciat ue[ntum cum] ululant ... Inter aquaticas aues sua litis sunt mergis ... des[ign]are, quæ cætera reddunt. Fabula Aesaci in mergum transformati, extat apud Ovid. libro Metamorph. ... [Stat]io] gratus ... ad se ponendos se ad ... n Veris. à metaphora, ducta à ... loco, ubi consistunt naues. Et stationes ... ubi exercitus ea locarit, loca ... ut nocturnis ac diurnis ... signata: unde stationarij appellati.* Hic uiridem.] *In saxo itaq́; ramum, aut certè arborem uiridem fixit, quam metam ex ilice uocat. Itaq́; frondem ilignam, aut ingentem ilicem intelligit, quæ tanto interuallo esset conspicua stantibus circa repagulam procinctu ad procedendum.*

Metam] *Terminum extremum & finem, quò cursus dirigebatur: quemadmodum unde initium cursus ... , carceres, aut etiam carceres, & repagulum dicebatur. unde illud ... paulò ... dicitur Metam molæ partem inferiorem ... Pyramidalem speciem, ut metam fœni & buty[ri] ... metam in limitibus ... cardinibus agrorum nuncupamus.* Vnde reuerterentur ... cau[sa] ... na[ua]lis erecta ilicis. Tum loca.] *Proximum sunt, ut loca sortiren-* B *tur duces, unde ad signum effunderentur. Addit ad splendorem narrationis obiter prosopographias breues ducum ac iuuenum, qui ad nauale certamen delecti fuerunt, ab habitu.* Ostro.] *Muricis liquor & co... , ar[te] temperatus purpureus fit color, ut uiolaceus ... accipiuntur tamen sæpenumero pro ipsa pur[pura].*

Populea] *... ius arboris tria genera ... al ba, nigra, & quæ Libyca appellatur, minima f[olio], ac nigerrima, & fungis ... nascentibus laudata. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiori parte uiridi. Itaque ut Baccho uitis, Mineruæ olea, quercus Ioui, myrtus Veneri, taxus Plutoni, cupressus Syluano, laurus Phœbo, ita populus Alcidæ gra[tiss]ima & dedicata ueteribus fuit. Porrò cur populeam coronam remiganti iuuentuti tribuat, in causa esse uidetur, quòd remigandi stu[d]ium & uictoria, in hoc certamine magna uirtute magnisq́; laboribus constiture uideatur. N... ... ... eas ad ... cum ... ... Etenim oleo perfusa iuuentutem facit, ... ad luctam ... quia nudis atque oleo perfusis ... erat ... etiam quòd oleum membra recreet, quemadmodum u... potus uires confirmat. Natura tepefacit corpus oleum, munitq́; con-* C *tra al[g]ores ... ferat feruores cap[it]is ... ad postremum Græci ... usum ... luxuriam uertere. Romani olea magnum honorem aliquando præbuerunt, cum Idib. Iulijs turmas equitum ea coronarent, perinde ut minoribus triumphis ouantes. Quoniam autem Minerua eius repertrix creditur, Athenienses uictores ea coronabant quoq́;. Pertinet & illud de oleo ad hunc locum illustrandum, quamobrem remigio certaturi oleo perfundantur. etenim eo peruncti ad iram magis ac magis accendũtur. Est enim insaniæ pharmacum oleum, si Anacharsi Scythæ credendum est. Oleum instructis ad certamen ... addit animos, robur & iram ad uincendum. Multa hic congeri possent de natura & effectu olei: sed ... quo pacto arbore eo peruncta emoriantur: nisi prolixius explicatio continuanda esset, & illa ... pro ... forent.*

Considunt] *Proximum est, ut nudati, peruncti q́; salubriter ad certamen, ad sedendum se componant, unde intenti*

tenti sint ad signum. Atque hunc ordinem Poeta narrationis Laconica breuitate reddit. [illegible] *transtris.*] *hoc est, in iu*[illegible]*gis siue tabulis, in quibus remi*[illegible]*tur.* Intentaque bra*chia*] *hoc est, intenta brac*[illegible] *habentes, ipsi & animo, & corpore intenti erant ad sign*[illegible] *expectabatur. Omnia studia certantium, & ad certandum instructis narrat ac*[illegible]*co*[illegible] *date* Haurit [illegible] *est, pauor* [illegible] *metus, ne in ex-tremis sint futuri, pulsans corda palpitantia corripit ad u*[illegible]*rum omnes* [illegible] *pes & metus colluctantur. Quare diserte ad*[illegible]*dit,* [illegible] *excita cupido, spes obtinendae palmae. Homer.* A

[illegible] *μάστιγες* [illegible] *Id est,*
Vnius [illegible] *ctus pu sat cuiusque uolentium*
Vincer —

ARGVMENTVM

Dato [illegible] seu t cum [illegible] enti sp [illegible] a n omnium [illegible] d [illegible] Mnestheus, & Sergestus æqual[illegible] locum [illegible] upare [illegible]

INDE ubi cla*ra dedit son*itum tuba. *Homer. Iliad.* [illegible] *unde haec omnia ex*[illegible]*empla sunt, ut an*te*a diximus, nullam soni*tus tubae, aut dati si*gni mentionem facit.* [illegible] *tamen ait:*

[illegible]

Quamobrem credide[illegible]*go id temporis a*pud [illegible] *raecos in huius*[illegible]*modi* [illegible]*rum* [illegible] *ri* [illegible] *sonitum in* *usu non fuisse: licet in bello tubis, & praeco*[illegible] *uterentur, ut de Talthybio apud Homer. & Eurip. legitur, qui in bello Troiano Vlyssis praeco fuit at Romani tubis in uariis ludorum generibus utebantur quorum mores sub pere*[illegible] *mus etiam personis libenter* [illegible] *lectitur.* Ferit æthera clamor Nauticus.] [illegible] *moris* [illegible] *dinem exto*[illegible]*it: quem de mo*re *nautae la*[illegible]*raeserim e*[illegible]*erre solent, Celeuma appellant. Sic etiam* [illegible] *erunt* [illegible] *curribus cum clamore de caccerib*us [illegible] *ac*[illegible] *cum ait:*

[illegible]

Inde ubi clara dedit son[illegible]um tuba, finibus omnes
Haud mora [illegible] ere [illegible] uis, ferit æthera clamor
Nauticus, adducti [illegible] umant freta uasta lacertis.
In[illegible]ndunt pariter sulcos, totumque dehiscit
Conuul[illegible]m remis [illegible] rostris [illegible] dentibus æquor.
Non tam præcipit[illegible]s biiugo certamine campum
Corripu[illegible]re, ru[illegible]que effusi carcere currus:
Non sic immi[illegible]is aurigæ undan[illegible]a lora
C[illegible]ncussére iugis, pronique in uerbera p[illegible]ndent.
T[illegible]m plausu fremituque uir[illegible]m, studiisque fauentum,
Consonat omne nemus, uocemque inclusa uolutant
L[illegible]ora [illegible] colles clamore [illegible]ultant.
E[illegible]ug[illegible] [illegible] alio[illegible], *primusque elabitur [illegible]ndis [illegible]ibus
Turba inter fremitumque Gyas. que deinde [illegible]oan-
Consequitur, melior remis: sed p[illegible]ndere pinus
Tarda tene[illegible] post hos æquo di[illegible]rim[illegible]n[illegible] [illegible]isti[illegible],
Centaurusque, [illegible]ocum tendunt [illegible] pe[illegible] e pr[illegible]o.
Et nunc Pristis habet, nunc ui[illegible]ta[illegible] p[illegible] [illegible] ens
Centaurus: nunc uoa[illegible] bæ, uncti[illegible]que [illegible]
Frontibus, & *longe sulcant uada s[illegible]l[illegible]a car[illegible]næ.

tur. cuius carmina hic appoue[illegible]*a duxi, ut res aequius, meliusque perpendi possi*t:

[illegible]

B

Principio igitur rationem gubernandi a Marone melius, quam ab Homer. cognitam fuisse ingenue fatendum est: nam eque non [illegible] *curren*[illegible] *fridub* [illegible] *quod ta*men *Tydides apud Hom. faci*[illegible] [illegible] *est. assidue flagel*[illegible] *umeros uerberabat sed* [illegible] *equentibus interuallis sunt po*[illegible] *stimulandi: quod noster facit, cum ait* Vndanti lora Con*c*[illegible]*is. Nam si frequenter uerberibus equi a*[illegible]*gitentur, irri*[illegible]*at se, & cursum, qui extentius, celeriqué esse debet, interpe*[illegible]*ant. quod uel Homerus ipse contra rationem consilii sui indicat, cum sit* [illegible] *id est, in altum erigebantur. multo igitur Poeta noster huius rei se peritiorem ostendit, tamque expressius Homero delineat: qui non flagellis, sed locorum undantium concussione, ac stre*pitu*, ut periti aurigae facere solent, equos ad cursum excitat uerum quia non satis interdum lororum concussio, sed uer*[illegible]*eribus etiam moderatis, non frequentibus, aut cõ*tinuis *ut Homericus* [illegible]*omedes* [illegible] *utendum est, illud supra omne poëtarum ingenium addidit.* Pronique in uerbera pendent] *Quae uerba eos, qui aut legunt, aut audiunt perinde delectant ut res ipsa non dici, sed ob oculos ipsorum ipsi fieri uideatur: nam quis est, qui his legendis, au*rigas *de curru pendentes, equosque uerberantes se uidere nõ putet? quid uerò huius* [illegible]*odi* [illegible]*oderatio proficiat, ipse Poe*ta *declarat* [illegible]*m & praecipites, & corripuere campum in prae*[illegible] *tempore ad celeritatem designandam, & ruunt, dicat, quasi per deuexa loca currant: adeò sunt celeres, & festini.* [illegible] plausu] *Id plerunque fieri solet, ut spectatores suis clamoribus certantes ad pugnam, uictoriamque incitent.* Vocemque inclusa uolutant Littora] *Venusta, ac perelegans expolitione hunc locum exornat.* C

A[illegible] [illegible]umant freta uasta lacertis, In[illegible] [illegible]] *Quam pro*[illegible]*rie & uenuste hanc rem* [illegible] *delineat ac* [illegible]*pe ob oculos le*gentium [illegible]*nat, attende* Rostrisque tridentibus æquor] *Ita uulgus* [illegible] *rum legit: sed omnes ferè manuscripti codice*[illegible] *habent: quod mihi minũ* [illegible]*placet ut* [illegible] *sibilum.* [illegible]*pitumque con*[illegible] *praeter rationem corripiat: ue* [illegible] *fri nam ro*[illegible] *ut acrius concurrẽ*[illegible] *erirent nam rostris nauium antiqui* [illegible] *Ita* [illegible] *ex utraque parte signo dato, cum* [illegible] *concurrissent, neque nauem in* [illegible] *erent, &c.*

Non tam præcipites] *Nauium e caccerib*us *ex*[illegible] *celeritate apposita, atque eleganti comparatione il*lustrat *quam quidem uere eis Poeta Homer. imitatur. Iliad.* [illegible] *equos suos in curruli certamine impellentẽ facit,* [illegible] *tamen interuallo Homerum superare uide*-

ter eandem rem commutatis uerbis, & sententijs [illegible] dicens designat autem echo: id est, uocis repercussionem, quod in conuallibus præcipuè contingit solet. cumq; nemus, littora colles resonare dicat, ingentem utiq; sui [illegible] clamorem indicium facit sic fert etiam in 8. Aen.

» *Consonat omne nemus strepitu, collesq; resultant.*

Effugit ante alios.] [illegible] *quidem fuit eadem, eodem tempore eundi potestas, sed cùm alius alio celerior fuerit, qui primus, qui primo proximus, quiue postremus exierit, enarrat.* Locum tendunt superare priorem] *Non primum, quem iam Gyas, neq; secundum, quem Cloanthus occuparat, sed tertiũ nam eum Mnestheus, & Sergestus pares exierant, alter alterũ superare cõtendit, ut sit tertius.* Et nunc Pistris habet] *Atq; hic quoq; nauium concursantium, atq; de loco contendentium motus, conatu[illegible] non describi tantùm, uerùm etiam [illegible] depingi uides: cui rei ut maior inesset uenustas, repetitionem adiunxit multiplicem: quæ ad hanc euidentiam mirum in modum facit.*

LAMB. Hort.

Inde ubi [illegible] *sonitu flatim attexit, id quod cupidè attenteq; expectabatur. Classicum, ut aliàs ad pugnam ita hic ad certamẽ tubæ cantus. Artificiosè incisionibus ipsam moræ ac impetus naturam exprimit. Etenim, ut ij qui in procinctu stant, se continent ac cohibent, atq; inde repentè prosiliunt sic, quod ait,* Finibus omnes pro[illegible] lucre [illegible], *nõ æqualiter quidem, sed cum incisione uocis, & asperitate conueniente, accommodate sequitur. Hæc de modulata compositione, atq; alia id genus, a scriptoribus artis præcipuè in hoc Poëta diligenter obseruãtur, quod nemo crudi[illegible] compositionem & pedum numeros rebus unquam apud Latinos poëtas attemperarit.* Prosiluere [illegible] *Meta[illegible]phora ab animali ad non animal, ad naues. Iam & [illegible] locum, unde excursus fit, fines appellat, qua appellatione [illegible] meta censetur.* Ad [illegible] secca] *Hyperbole, sed tamen uerisimiliter, ut in certaminibus id genus ludicris fieri assolet. Rapitur compositio impetuosius, ut statim præcedens incisio.*

Adductis.] *Lentior hæc est: quòd rei naturæ, per se graui ac laboriosæ, ut ita dicã, ea conueniat. Ac [illegible] singulas uoces expendamus, studium incumbentium, extremumq; uincendi conatum arguentes, tarditatem pedum [illegible] laboriosa dicas aptissimè quadrare. Sed & metaphora tragicæ diligenter obseruandæ, in* Conuulsum, & St[illegible]dentibus.

Non tam præ] *Comparatio hyperbolica, ducta ab equestri certamine, ad nauale, ad uelocitatem cursus subiiciendam. Sumpta est ex Hom. Iliad. 23. ubi equitum in curribus certamen primùm refertur: pro quo noster, ut antè dictum est, nauale celebrat. Sed Græcus cursus equorum, Diomedisq; prodigiosam uelocitatem splendidè narrando, citra collationem egregiè amplificat, unde noster collationem huc in suum usum elegantissimè transtulit:*

» [illegible]
» [illegible] id est,
» *Desuper increpuit loro, semperq; flagello*
» *Impulit, at celeres pedibus tolluntur in altum*
» *Quadrupedes, uolitantq; uiam* ——

Macrobius utriusque Poëtæ uerba diligenter, ac quasi in trutina pen[illegible]ulans nostrum Græco superiorem facit, quod ad [illegible] equos e carceribus ad metam [illegible] agentis, uiuam [illegible] attinet, neq; uero inscitè, meo quidem iudicio. Etenim exer[illegible] Poëta equorum [illegible] mouit, [illegible] cursum sedu[illegible] ex[illegible]ulatorum. Vnde illud equ[illegible] [illegible], in altum sunt sub[illegible]. id quod impetũ cursus uelocissimi, quantum natura tulit, expres[illegible], ut currus tergo inhærens in calces equorum uolantium incurrat, ut idem mox addit. Noster uero, currus e carceribus a[illegible] metam effu[illegible], & in occupandis campis præcipites admirabili celeritate introducit: respiciens ad scuticam H[illegible]ricam, qua ad effusam fugam aguntur. Illa uer[illegible] quæ sequuntur [illegible] ad imaginem rei uiuæ sunt effigiata [illegible], auriga pendentes prona in uerbera, ut ni[illegible] possit amplius ad absolutam effusè currentium equorum descriptionem. Præcipites [illegible] in certamine [illegible] iugo erant alligati. A

Corripuere. [illegible] *in cursu complectitur, quam amplificat insequenti [illegible] uersu.*

Carcere. [illegible] *numero P[illegible], singulari pro plurali. Sunt enim carceres, repagula quædam fines [illegible] in stadi[illegible] unde cursus initium [illegible] Græci uocant,* B *siue [illegible] siue [illegible] Vnde paræmi[illegible] a carceribus siue a repagu[illegible], pro eo quod est, ab ipso exordio rei. Nam [illegible] carceres tendebatur linea, cui [illegible] stabant in stadio [illegible]. À carceribus igitur ad metam, a principio us[illegible] ad [illegible] ac retro, à meta ad carceres.*

Vndan[illegible] [illegible] *quasi cum fiat longius, ac undantem flammam [illegible] habenas, cursum, [illegible] & [illegible] lia, quæ [illegible] fieri [illegible] uidemus.* [illegible] *equi.*

Pron[illegible]] [illegible] *posito auriga urgenti[illegible] equos, ad effusum cursum.* [illegible] *festiua ardorem certantium, oculis [illegible] subijcit: insurgit hyperbolis, hic illisq; fauentium o[illegible], e[illegible] uocibus ac plausu ut in talium certam[illegible] spectaculis [illegible] ad [illegible] Plausu, fauore, [illegible] ad animum, fremitu pro terribili [illegible] & clamore.* [illegible] *rum.] Iurorum* [illegible] *Hyperbola, natura earum rerum du[illegible], [illegible] acceptum sonum reddant [illegible] eandem uocem reddunt.* fugit [illegible] *ueritatem [illegible] tam modi[illegible] pro ducibus nauium nomina usurpare.* Melior remis. [illegible] *renigandi peritior, grauitate: uel remis instructior quidem [illegible] nauis pon[illegible] tardior mouebatur [illegible] nauis [illegible] tenet, pro tenetur retinetur, suo pondere [illegible] nauis Mnesthei.* Centaurus. [illegible] *nauis. Hi duces cum æquis frontibus agantur, certa[illegible] alter alterum superare contendunt.* Frontibus. *prioris, metaphoricè [illegible].] À parte totum. Dum ad aliquod spacium iunctis prorisi nec hunine.* Sulcant. [illegible] *Per[illegible] prona nau[illegible]. Et [illegible] salsa, mare consimiliter [illegible] Græci [illegible] uocant [illegible] tianem[illegible] Poëta [illegible] mare ipsum item sal appellauit. & spumas [illegible] aere ruebant.* C

ARGVMENTVM

Cùm metæ iam proximi essent omnes [illegible] anterior omnibus, & [illegible] P[illegible] uerb[illegible] uictor, nec non metæ iter [illegible], Me[illegible] monet, ut [illegible] titus, n[illegible] in [illegible] nauem [illegible] ductori [illegible] occupat locum, iratus Gyas Menoet[illegible] puppi in mare detru[illegible] & [illegible]

Me[illegible] cetes

A Menœtes verò, tum propter ætatem in [illegible] uescentem, tum etiam propter uestem madidam [illegible] cum labore ad scopulum nata[ns], [se]dit in rupe, [aqu]quam eructans, [illegible] risum [illegible]

Iamq; propinquabant scopulo [illegible] tenebant,
Cum princeps, medioq; Gyas in gurgite uictor,
Rectorem nauis compellat uoce Menœtem:
Quo tantùm mihi dexter abis? huc dirige cursum.
Littus ama, & læua stringat sine palmula cautes.
Altum alij teneant, dixit, sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
Quò diuersus abis? iterum, pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat, & ecce Cloanthum
Respicit instantem à tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq; Gyæ, scopulosq; sonantes
Radit iter læuum interior, †subitusq; priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum uerò exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruêre genæ, segnemq; Menœtem,
Oblitus decorisq; sui, sociûmq; salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta:
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister
Hortaturq; uiros, clauumq; ad littora torquet.
At grauis ut fundo uix tandem redditus imo est
Iam senior, madidaq; fluens in ueste Menœtes,
Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit:
Illum & labentem Teucri, & risêre natantem,
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.

NASC. METAMQVE tenebant.] Non attingebant (id enim lege certaminum non licebat) unde illud est Horatianum:

» Metaq; feruidis
» Euitata rotis:

sed proximi erant. Princeps.] primus. nam sequitur: Medioq; Gyas in gurgite uictor.] primus omnium fuit in pelago, ideo uictor, no tamẽ ad metam. Quò tãtùm mihi dexter abis?] Gyas Menœtem increpat: quòd altum, non littus teneat. id quod ad palmã ferendã sibi contrarium esse uidet: ideo ait, mihi. Seruius aũt interpres hallucinatur: qui hanc uocem, mihi, uacare putat: nihil enim est in Marone ociosum. Homerum imitatur Poeta penes quem Iliad. ψ. Menelaus Antilochum increpat, qui temerè non ex eius animi sententia equos regebat. sic enim ait:

» Ἀντίλοχ' ἀφραδέως ἱππάζεαι· ἀλλ' ἄνεχ' ἵππους.

Idest, Nunc temerè immittis equos, age comprime currum, Antiloche.

Sed cæca Menœtes.] Non paret imperio Menœtes, sicuti nec apud Homer. Antilochus Menelai dicta audiens esse uelit. τὸ γένος est nautarum: qui duri, sæpe etiam pertinaces esse solent, nec moniti principi suo parêre uolunt.

Quò diuersus abis?] Iterum Menœtem increpat Gyas, sicuti Antilochum Menelaus,

Ἀντίλοχ' οὔτις σεῖο βροτῶν ὀλοώτερος ἄλλος.

Non tamen eum de curru præcipitat, uti Menœtem Gyas. si uerò legeris, Quò transuersus abis? Erit allusio ad uetus illud adagium, transuersum agere. quod de ijs dici C tur, qui impetu quodam ab instituto deflectuntur. tractum propriè à nauigantibus: qui secundo uento, recto cursu feruntur, flatu aduerso, transuersim aguntur.

Iterum.] ἀμφίβολον est utrum quò diuersus abis iterũ, an iterum reuocabat. Et ecce Cloanthum.] Quasi repentinum, & magnum aliquid conantem. ideo nonnulli, & expungendum putant (licet præter rationem) ad exprimendum improuisi aduentus effectum. Tum uerò exarsit iuueni dolor ossibus ingens, Nec lacrymis caruêre genæ.] Alienæ gloriæ inuidus ardet dolore iuuenis, nec lacrymas continere potest, ubi præereptam sibi uictoriæ occasionem uidet. cuius quidem doloris magnitudo monstratur. cùm Poëta non modò exarsit dolor, ait: sed epitheton addit, ingens. utq; illius molestiam internumq; cruciatum magis declaret, ossibus, adiungit: nam qui in medullis, atq; ossibus dolor est, maiorem exhibere molestiam solet. hinc illud est ex 1. Aeneid.

Atq; ossibus implicet ignem.

Nec causam reticuit: quam uno uerbo expressit, iuueni: nam iuuenes faciliùs irascũtur, & dolore etiã uehementiùs afficiuntur. hinc etiam occulta iuuenis laus emergit à magnitudine animi: non enim eos uiderẽ gloriæ inseruire, quĩ animo sunt abiecto, atque demisso, cùm in excellentissimis diuinæ [ce]xat animus, ut auctor est Aristot. gloria cupiditas uige[t]. hac etiam de causa Eurialus infrã, præposito sibi ad præmium Salio, & apud Hom. Diomedes, erepto sibi ab Apolline flagello, quò equos impellebat, lacrymatur. Oblitus decorisq; sui.] Quia ductoris τὸ πρέπον non seruauit: qui rectorem nauis in mare suis manibus deturbauit. Sociumque salutis.] nam utriusq; salus periclitari poterat, deiecto gubernatore. Illum & labentem Teucri.] non fuit ullo modo prætermittendum, quia uulgi aliquid spectantis mos obiter indicaretur: miram enim huic loco festiuitatem affert eum usnustate coniunctam.

IAMQVE propinquabat.] Occasio interioris certaminis inter Gyam hactenus uictorem, & Cloanthum, qui proximè præcurrentis tergo instabat. Scopulo.] saxo, in quo ut meta signum fixum stabat, hoc nauigando lustrandum erat. Gyas uictor.] Appositio. at non ita uictor, ut iam in hoc certamine palmam esset meritus. Ergò in parte uicerat hactenus, quod in cursu primus, ac metæ proximus præcurreret, reliquis à tergo modico interuallo relictis. Rectorem nauis.] Periphrasis finitione constat gubernatorem. Digitò monstrat, quò torqueri nauem uelit. Littus.] saxum proximum, quod circumlegendum erat. apta translatione, à solida continenti, quod pari modo mari hic scopulus pulsetur. Palmula.] extrema pars remi latior (à palmæ similitudine) qua mare uerberatur. Cautes.] saxum, nunc cautes, nunc scopulum, nunc metam appellat, per copiam synonymiæ. Alij.] qui insequuntur. quasi dicat, alij profundum petant, cum uictoriæ periculo: at nos, quibus palma propemodum in manu est, imò compendium nauigationis circa saxum teneamus, ne quis nos inter nauem & scopulum occupet.

Cæca.] Concinna translatio: hoc est, latentia sub aqua, non extantia è superficie. Iterum.] his uerbis reuocabat Menœtem. A similitudine fugientem, qui à fuga, aut discessu reuocantur. Consimili ratione, nimium à scopulis saxorum latentium metu exorbitantem, à procursu reuocat. Instantem.] urgentem, hærentem proximè.

L AMB. Hort.

subito-

Propiora.] *proxima, gradus pro gradu.* Ille inter] Cloanthus. Radit.] *placidè legit, inter dextram Gyæ nauem & læuum scopulum.* Subitus.] *Velociter subiens medium spacium, præcurrentem Gyam non solùm occupat, sed etiam præterit.* Tuta.] *profunda, non periculosa, per latentia saxa.* Nec lacrymis.] *A signo excelsi animi. indignè ferentis aliena imperitia palmam sibi præripi. Proponit exemplum generosi excelsiq; animi, qui gloriæ causa, dum suo dolori consulit, decori obliuiscitur. Etenim uitio uertitur duci, socio irasci, uel in re ludicra,* *uel ob id quod propter communem salutem studiosè agat.* A

Socium.] *Syncope: sociorum.* Salutis] *uel quòd per ipsum, ut imperitum gubernandi, periclitarentur: uel quòd uictoriam, eo clauum regente, essent amissuri.*

Ipse [illegible] *Gyas.* Magister.] *gubernator.* Hortaturq; uiros, clauumq; ad litora torquet.] *Ad incumbendum totis uiribus, remis.* At grauis] *Narrat accommodatè communiter accidentibus, & quidem omnia hæc ad delectandum, de Menœte.* Fundo uix tandem.] *ex imo fundo.*

ARGVMENTVM.

Morante [illegible] opter imperitiam gubernandi, Gya, in spem victoriæ Mnestheus, & Sergestus erigitur. Sergestus prior tanti m parte nauis Mnestheum superat: at Mnestheu[s] per foros [n]auis in[cedens] [s]ocios hortatur, ut remigando [illegible] prom[ant] uire[s], quibus diuersi[s] in locis, maximisq; in periculi[s] [illegible] [f]aciant, ut si palmam primi fer[re] non pos[s]int, quanquam hoc optabil[e] & gloriosum est, saltem ne extremi, quia pudor est, me[tam] contin[g]ant.

NASC.

Hic læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto † Mnestheiq;, Gyan superare morantem.
Sergestus capit ante locum, scopuloq; propinquat.
Nec tota tamen ille prior, præeunte carina:
Parte prior, partem rostro premit æmula Pristis.
At media socios incedens naue per ipsos,
Hortatur Mnestheus, Nunc nunc insurgite remis,
Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite uires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus usi,
Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus undis.
Nõ iam prima peto Mnestheus, neq; uincere certo.
Quanquã ô: sed superẽt, quib. hoc † fortuna dedisti:
Extremos pudeat redijsse: hoc uincite ciues,
Hoc prohibete nefas.——

† al. Mnestheique,

† al. Neptune

Sergestvs capit ante locũ.] *Non Gyæ quæ omnibus præerat: sed Mnesthei parte tãtùm prioreuauis.* Socios incedẽs.] *Quasi imperator inter milites.*

Nunc, nunc insurgite remis.] *Mnesthei hortatoria oratio ad socios: quæ utilitatem honestã respicit. captat sociorum beneuolentiam commendatione fortitudinis eorũ. quos Hectoreos: id est, fortes, qualis fuit Hector, appellat, unde necessitatem celeritatis in remigando designat: quam iteratione uerborum, & celeritate orationis ostendit: nam celeriter, & cum impetu uocis proferenda sunt uerba hæc: Nunc, nunc insurgite remis.*

Troiæ quos sorte suprema.] *Commendationem fortitudinis sociorum exaggerat ex certa quadam scientia uirtutis ipsorum: quos suprema ciuitatis sorte delegisse sibi comites memorat: non enim nisi fortes, & strenui iudicari possunt: qui ad extremã usq; repugnatæ ciuitatis sortem dimicant, & pugnando se ipsi incolumes seruãt.* Nũc illas promite uires.] *Exhortationem renouat cum repetitione, & commendatione uirtutis sociorum. quæ res nõ solùm ad eorũ beneuolentiam colligendam, uerùm etiam ad eorum animos uehementiùs inflammandos facit. plurimùm enim ualet recordatio præteritæ uirtutis, præsertim quæ olim magnis in periculis deprompta fuit.* Maleæq; sequacibus undis.] *Rectè sequacibus, ibi enim unda adeò sæuit, ut persequi nauigantes appareat: tantumq; periculi inest, ut locus adagio datus fuerit: Maleam legens, quæ sunt domi, obliuiscere.* Non iam prima peto Mnestheus.] *Laus à moderatione animi: nam qui prima sequitur, nec assequi potest, honestum est eum in secundis, tertijsq; consistere: ea enim semper magna habentur, quæ sunt optimis proxima. Cic. in Orat.* Quanquam ô.] *ἐπανόρθωσις seipsum corrigit. innuens primas gloriæ partes assequi posse, rem maximam, & ualde quidem*

optabilem esse, quidam uero hic [illegible] per ἀποσιώπησιν esse uolunt, quale illud est ex [illegible] Æneid. B

Quanquam ô si solitæ quicquam uirtutis adesset. «

Quorum sententiæ libenter ego subscriberem: nam & in hoc est etiam uoluntatis affectus. Extremos pudeat redijsse.] *Turpitudinem solam fugiendam monet. quam in eo esse putat, si quis à certamine postremus redierit. est autem allusio ad puerorum certamen: quod & in prouerbium abijt:*

Occupet extremum scabies. «

Nam pueri olim cursu certantes clamare solebant:

Occupet extremum scabies. «

Adhortantes hac uoce singulos ad cursum, ac malè precantes ei, qui fuerit omnium postremus. ad alias quoq; hominum actiones transfertur: de ijsq; dici solet, qui quacunq; in re quocunq; modo nolunt uincere, neq; committunt, ut inter postremos existat Horat. in Poet. C

Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est. «

Sed superẽt quibus hoc Neptune dedisti.] *Altera ἐπανόρθωσις: qua ostenditur, non quod tu expetis, sed quòd Dij uelint, id esse optandum: quod uerò turpe, atque indecorum est, illud quantum in nobis est, esse fugiendum. ideo subdit:*

——hoc vincite ciues,
Hoc prohibete nefas.——

Hic læta.] *Omissis his præcurrentibus, perspicuo ordine transit ad reliquos duos. Eruditè ut omnia: & horum studium ac conatum, hypotyposi uiua oculis penè subijcit.* Duobus.] *Mnestheo & Sergesto, qui ex interuallo medio illos sequuntur.* Sergesto] *Exponit, quos duos dicat.* Mnesthei.] *Græcus dandi casus contractus est, à Μνησθεΐ, ut [illegible] Calliopeia, [illegible] formosus Apollo. Estq; hæc syntaxis. Spes accensa est* LAMB. Hort.

A est Sergesto & Mnestheo superandi Gyam morantem: hoc est, lentius propter præcipuum ubi gubernatorem mouentem. Ille.] Sergestus, non in totum præcedebat Mnestheum, sed parte proræ tantum, ita ut Pristis Mnesthei nauis rostro, parti alterius nauis æqualis esset. Ergo Sergestus prora eminebat solum. Aemula.] ad uincendum. At media] in re ludicra duci, ceu in seria, decorum attribuit: hoc est, orationem hortatoriam ad nauandam sedulam operam in remigando. Hortatur autem eos à præstantia primum ducis, quo propter uirtutem è magno numero fuga comites selecti fuerimus. Hectorei] Memoria ac recordatione Hectoris eos ad uirtutem extimulat. Troianum, Hectorem illum magnum uirtute & audacia referentes. Troiæ] hoc est, post excisam urbem, à sua persona. Nunc.] à memoria antecedentium factorum & periculorum, è quibus cum magna laude sua uirtute freti euasere. Est iucunda actorum malorum recordatio. Repetita particula Nunc, uim suam habet: quasi uellet dicere, nunc maximè opus est uiribus, ubi de laude, gloria, & uirtutis præmio certatur, ijsdem inquam uiribus, quibus in periculis fortiter usi estis. Illas.] Emphaticῶς. Getulis.] Libycis. nam Syrtes non iacent contra Getuliam, sed aliquanto
B occidentaliores regione Cyrenaicæ, ex aduerso promontorio Borio. A parte totam Africam epithetici intelligit. Ex his Syrtibus cum multorum naufragio uix tandem euasit Aeneas, cùm è Sicilia soluens orta tempestate in Africam pelleretur. Maleæque.] Maleam promontorium à rege quodam Argiuorum ita dictum, Laconiæ est: protenditur in sinum Maleacum per quinquaginta passuum millia, Cretam spectans: hinc Laconico, inde Argolico clauditur. Hinc cùm solueret, Malea petenti Epirum prænauiganda erat. Hic periculosam esse nauigationem, propter reflantes uentos, indicat Homerus quoque libro Odyss. 9. sic Vlyssem narrantem inducens:

καί νύ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
ἀλλά με κῦμα ῥόος τε περιγνάμπτοντα Μάλειαν
καὶ Βορέης ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων.

Id est, interprete Erasmo:

Forsitan & patriæ redijssem sospes in oras.
Sed me, dum Maleam prætervehor, undáque fluctusque
Et boreas, me pulsum admouere Cytheris.

Et quia præter Maleam uel propter reflantes uentos, uel propter uadosum sinum, per promontorium erat periculosa nauigatio, prouerbium celebrari cœpit Maleam legens, eorum quæ domi sunt obliuiscere, Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. Statius lib. 7. Theb.

— & rauca circumsonat unda Malea.

Prouerbium tempestiue usurpandum docet Erasmus, si quando discrimen negotij suscipiendi uolemus ostendere, aut non esse suscipiendum: aut si suscipias, negligendam uitam. Illud interim obiter annotandum est, poëtas mediam huius uocabuli modò contrahere, modò extendere. Homerus, & eum sequutus Statius, produxerunt. Maro corripuit. Sequacibus undis] Etenim ex Aegeo in Ionium etiam hodie periculosus cursus est, ut si nihil aliud quam Malea obstaret, mare, quo pulsatur id promontorium, adeo est infestum & importunosum, & flatibus concitatum, ut non nisi longissimo circumductu à nautis superetur. Iam ubi periculum se existimant euasisse nautæ, securos, adeóque propè liberatos, rursus fluctus eos persequitur, retrahitque in periculum ineuitabile. Eruditè itaque undas sequaces elegantissimus poëtarum appellat. Aiunt hoc promontorium asini maxillas ipsa specie referre.

Non iam.] Verecunda extenuatio studij, ad subijciendum dedecus, si omnium postremus ad littus redeat.

Quanquam.] Correctio, uerecundè non reijciens quidem uictoriam, per reticentiam: quasi dicat quanquam non abnuerē uictoriam, atque utinam ea contingeret etiam. Et cùm dicit, Mnestheus emphaticῶς, ut infimum se inter Troianos duces indicat. Sed superent] Per auersionē hoc ipsum rursum fortunæ arbitrio relinquit ostendens uictoriā nō ab humanis uirib. sed à solo Deo pēdere. Extremos.] A turpi deterret suos: atque à segnitie, ac spe mediocris laudis, ad alacritatē extimulat, ne cōmittāt ut in extremis sint. Hāc sententiā Hor. in Arte prouerbiali figura extulit: Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est. Est nonnihil intra mediocritatem consistere, si summa assequi nequeas. Hoc uincite.] ne, ut extremi simus committite. Et per auxesim, dedecus, nefas uocat.

A R G V M E N T V M.

Hortatu Mnesthei remiges valde excitantur: & vt est in prouerbio veteri, sponte currentibus quasi calcar
C additur: [illegible] casu [illegible]los adiuuat: nam dum Sergestus proram nauis plus nimio impellit ad littus, ut metæ propinquior fiat, in scopulos miser impingit, prora, & remi franguntur, nec vltra, citraq; progredi potest. quo successu elatus Mnestheus acriter remigat & ventis vocatis, veluti columba ex nido per arua, deinde per aerem, sic ille per æquor celeri cursu deuolat: quem Gyas insequitur quidem, sed magistro priuatus, cedere cogitur.

— Olli certamine summo
Procumbunt, uastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahiturque solum: tum creber anhelitus artus,
Aridáque ora quatit, sudor fluit undique riuis.
Attulit ipse uiris optatum casus honorem.
Namque furens[*] animi dum proram ad saxa suburget
Interior, spacióque subit Sergestus iniquo,
Infœlix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuēre, illisáque prora pependit.
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur,
Ferratasque[*] sudes, & acuta cuspide contos
Expediunt, fractosque legunt in gurgite remos.

NASC. Olli certamine summo Procumbūt.] Summo conatu certatim mare feriunt: quod præclarè uno uerbo demōstrat, cum ait: procumbūt. quo uerbo imaginem hominum remigantiū ob oculos legentium proponit & quia multi conantes nihil interdum, aut parū proficiunt, quantum ipsi profecerint remigando, declarat, cū subdit: Vastis tremit ictib. ærea puppis] Tremere nā poterit remis impulsu nauis, nisi magno impetu feratur, eóque minus, si fortis est. ideáque ad exaggerandas remigū uires hæ ponuntur circumstantiæ: quod

* al. animi: al. animis
* al. crudes

At laetus Mnestheus, successuque acrior ipso
Agmine remorum celeri, ventisque vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arva volans, plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas:
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis
Aequora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, brevibusque vadis frustraque vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan [illegible] ingenti mole Chimaeram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.

navis aerea est: id est, fortis: quasi ex aere sit: & quod tremit: tremoris etiam causa apponitur. Vastis tremugaatium ictibus emoque longus, assiduusque labor, atque defatigatio lassos, potiusque appetentes homines reddit, sequitur Poeta: Tum creber anhelitus artus, Aridaque ora quatit] Creber anhelitus assiduam remigationem, magnamque defatigationem declarat: unde sit [illegible] quae ora remigantium arida, & sicca [illegible] Poeta [illegible] deret, quam sit molesta, perpessuque difficilis sitis, praesertim valde laborantibus, usus est verbo, quatit.

al. tergo *al. Pistris*

Sudor fluit undique rivis.] Abundantia sudoris laboris magnitudinem designat. Attulit ipse viris [Op.] portunum honoris consequendi commodum Mnestheo, [illegible] illius praeter spem obortum, describendum ag[illegible].

Namque furens animi] Propter nimiam [illegible] aviditatem: nam cupiditas vincendi cum improvisum, [illegible] negocio, ut par erat, parum consulentem reddebat. [illegible] Littus cadebat incautus, quo [illegible] ad iactam perveniret, cum tamen procul aliquantulum a littore recedendum esset.

Infoelix saxis.] Infoelix ex eo, quod est praeter spem.

In procurrentibus.] Sic omnes legunt, tum [illegible] excusi, tum manu exarati codices. Servius interpres, quem reliqui sequuntur interpretes, hanc vocem, procurrentibus, exponit, praeminentibus, & veluti obviam venientibus quod non placet ego autem lego, procumbentibus: id est, iacentibus quod proprium est cum scopularum, tum insularum epitheton. Et acuto in murice.] Saxi asperitatem, sive acumen muricem appellari Nonius Marcel. auctor est, ab asperitate murorum, ut quidam autumant ego vero muricem: id est, saxi acumen a murice conchulio dictum arbitror: nam murex cochlea est in dorso fastigiata tristae acuti saxi, quae viva succum effundit violaceum, ex quo olim lanae inficiebantur, & hanc reor fuisse purpuram violaceam: cuius libram denariis [illegible] venisse Cornel. Nepos affirmat. parva cochlea est, visu pulcherrima, ita in dorso eminens, & aculeata, ut torno facta esse videatur. hinc igitur saxum propter similitudinem, muricem appellavit. At laetus Mnestheus.] Exposito Sergesti casu, ad Mnestheum redit, qui iniqua Sergesti fortuna cautior factus, non littus, aut saxa, sed mare petit, celerique rursum metam contingere conatur. Successuque acrior ipso.] quasi dicat natura acer erat, sed eo eventu acrior etiam effectus est. Prona petit maria.] Facilia, non saxis iniqua: uti Sergestus fecerat. Sallustius in Iugurtha, usque ad nostram memoriam Romani sic habuere, omnia alia virtuti suae prona esse. cum Gallis pro salute, non pro gloria certare vel melius. prona maria, inferiora, ad differentiam Sergesti: qui superiora: id est, partem scopulo viciniorem petiverat: unde proxime Poeta dixerat:

Namque furens animi, dum proram ad saxa suburget
Interior.

Nam pronas supero opponit. Cicero in Tusculan. Nihil enim habent haec duo genera proni & superi semper petunt. Quod Servius interpres, cui reliqui assentire videntur omnes, prona. ait, inclinata litoribus, doctis auribus non facit satis nam Poeta ipse subdit Et pelago decurrit aperto.] Quae verba liquido declarant, non petita [illegible] maria, aut littori, aut scopulo vicina: nam [illegible] omnis victoria sublata fuisset si scopulum, [illegible] timuerat, ne, ut Sergestus, ipse quoque incocult[illegible] impingeret. itaque aperto pelago decurre[illegible] circumflectendo cursus metam abs[illegible] commodius att[illegible]re posset. propterea di[illegible]

[illegible]

Sciens [illegible] flectere [illegible].

Qualis [illegible] subito commota columba.] Perelegans [illegible] valde apta comparatio: nam ut columba [illegible] commota plausum dat tecto ingentem, sic Mnestheus repente excitatur casu Sergesti, & impetu quodam remorum ingenti sulcat mare, ra[illegible] celeritate, qua columba exterrita [illegible] ad volandum [illegible] per aera paribus alis volare solet Dulces nidi.] propter foetus.

B

Plausumque exterrita pennis Dat tecto ingentem.] Bis idem per [illegible] dicit aut tergo, legendum est eam[illegible] commota volabat in arva quomodo rursus in tecto. id est, in spelunca plausum dare potest? ergo bis idem repetendum est Commota [illegible] dat plausum in spelunca & exterrita dat plausum in tecto, quod idem est. Mox aere lapsa quieto.] Ex arte: ita praecipitur, ut exitus rerum ita ponantur, ut ante quoque quae facta sunt, fieri possint, quamvis reticeantur: nam cum iam ipsam aere columbam dicat, certum est iam prius in aerem sublatam fuisse. Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis.] [illegible] ad comparationem applicatio: quam eleganter exornat repetitio: quae cum orationi adhibeatur, saepenumero non solum orationem celerem facit, sed negocium quoque ipsum celeriter factum designat Et fractis discentem currere remis.] Iocose, & argute. Inde Gyan, ipsamque ingenti mole.] Qui antea cursu praecesserat, nunc cedit Mnestheo: & causam assignat Poeta: quoniam in mare magistrum deiecerat.

C

Olli certamine summo.] Antistoechon. Transit ad amplificationem studii in remigando, cum reliqua metu, certatim certerei repeteremus. Aerea.] A parte rostrata, quae [illegible] ferrea erat, totam navem vocat aeream. Rostra Aerea proris praefigi, maxime in praeliis navalibus, ad [illegible] hostilis classis arcendam, [illegible]. Servius aream metaphorice fortem exponit [illegible] proca.

L. AMB. Hort.

Subtrahiturque solum.] Ce[illegible] in remigando agendoque ostendit Caeterum omne id so[illegible] appellatione censetur, quod iis subiicitur, quae sustinent aliquid. ut, solum

A ... cœleste, & mare, quod nau gia su .eniat. Solo tere carn, si ut Ennius Poeta ... rebeeat ... attus.] Hypotyposis certantium ... ni studio de palmis. Arida ora, siccitatem faucium ... calore dicit hoc ... siccos fauces & fauces ex flat. Riui.] ... nificatio.

Actul ... e scuttis ... ccasi ... Mu ... eo & Cloantho ad ... mob inenda ui ioria. Furens animi dum p... ram pro furens ... ui ... ructor anim, amene an ... phrases conuicti ... ponit fam iste Suburget.] In laeuam partem, ut e ... ipendio ad me ... promeoret. Sub in cépositione minaui, e ... gnificatum simplicis. na. ... p ... de ae fid ... ete leniter in sinistram p ... tem urget. & qui em studio euitan ... cautes longius a scopulo p ... ocurrenti ... in ... ius inp gu. S... to.] Agitur in spacium iniquum ... scopu ... um. Procurrentibus.] In mare è sc ... pul ... spe & op ... ione longius porrectis quidem, sed membris, ut u ... an ... ere potuerint.

B Cautes. ... ax ... ia ad ... illu ... andum Murice] Cautes nunc mu ... uocat, translata ... similitudine à piscicula ... , L... muricem op... uocant, qui & inter ... res numer... ur, cuius ... iquore purpure ... uestes tingu... Quare hoc loco propter cuticis tu... f... ricem, t... uric..., pro saxo asperu usurp... ue ... sub summa ... ua superficie condito: quod genus & B... uia d... untur. E... st... estum hinc pari translatione ... ptu duritie acuta, qu... in m cautibus & scopulis uidere est.

... bnixi ccepuêre.] ... illi impactiq; u... rberando dissiluêre. Pependit] Subsedit, hæsit, cen ... libramento, in lateribus breuibus. Consurgunt] A' communiter accidentibus in certamine impegerunt in scopulos, fracti sunt remi sequutus est ergo nautarum fremitus & clamor, morantium, agentiumq; remorum fragmento, & molientium nauem in fluctus prælongit ... ontis.

Legunt in gurgite remos.] colligunt. Cæterùm, Sergestii & Menœtæ exemplo mouemur, ne nimis timidi simus, ubi audendum ... u ... ontr..., ne temerè, nos periculo obj... iamus, obliti humanæ casus inconstantiam.

At lætus Mnestheus] Misso Sergesto, transit ad Mnestheum acre studium & conatum ad uictoriam, & occupandum præcurrentes. Successu] Humani ingenij naturā exprimit, quod successu alitur, ac redditur alacrius.

Agmine] Differit, actu remorum: ab agendo, quo ca-

C tiam idem alibi dixit:

20 ... rm fluit agmine Tybris.

Nisi qui malu... ic agmen accipere pro multitudine remorum. Sed magis placet, ut interpretemur pro acri & impetuoso omnium remorum actu ac impulsu.

Venti... q; uocatis.] ut, quemadmodum fluctus & æstus maris, ita quoque uenti secundi aspirarent currentibus. Vocatis, pro inuocatis simplex ... o composito.

Prona ... in littora ex alto decurrimus. Aperto] Vbi nulli scopuli, nulla cautes obstabant. Decurrit aperto. Haeret in natura maris. Nam quo à littore recedas longius, hoc maris superficies terra altior est, id quod luculentis ar... umentis etiam geometræ f... i probant. Dixisse ergo eum ex alto ad littus decurrere dicit.

Qualis ... elunca] ... mparatione amplificat primum post successum superati ... rgesti, uelocitatem, inde æquabilem cursum ad præuertendos Gyam & Cloanthum. Hanc autem comparationem duxit à natura columbæ, & uolatus eius ratione. Qualis.] Peculiare Vergilio est, ita fere suas collationes ordiri, Qualis spelunca. Qualem uirgineo, &c. Columba.] Columbarum initio uolatus uehemens est, & impetuosus, ita ut uelocitate à paucis auium superetur ... , inquit Hesychius, ... Huius auis pudicitia in primis memorabilis est, & fides erga mares, ut imperiosos etiam & iniquos toleret. Subitò] Leui strepitu in præcipitem uolatum sedibus exturbatur. Pumice.] ... axo: species pro genere, & ut humani ingenij laude amplius quid tribuat nidos columbarum, domos ... uocat. Etenim, ut domestica sub tectis, ita & syluestres in altioribus nidulantur: à loco. Plausumq;.] Stridorem ingentem concitato uolatu edit, inde quietior est, ita ut immotis alis tranare aerem uideatur.

Quieto ... uio, periculorum secura. Radit] leniter uolat immotis alis. Sic Mnestheus] Applicatio est comparationis, cum luculenta comparationis explicatione.

Vltima] Mnesthei naui. Vltima æquora nunc uocat, pristinum ... rum nauium certantium de palma. nam Sergestus adhuc luctatur in cautibus. Frustra] Nam nemo medio mari aderat, qui uel posset, uel in ipso certamine ur... et auxiliari. Palma in medio posita erat.

Discentem] Recte pariter, ac festiuè nam magni artificis est, fractis remis nauigare quibus prorsum nihil promouetur. Porrò breuia uada, sunt saxa sub aquæ superficie ita latentia, ut nauigantibus non sint conspicua. Inde Gyan.] Instat proximè præcurrenti Gyæ, quem perleui momento occupauit, quòd docto gubernatore orbatus esset, quem ipse paulò antè è puppi præcipitem dederat. Chimæram.] Expolitio: nauem Gyæ. ... ædit, quoniam spoliata magistro est] Chimæra. Addit rationem, quod Menœta gubernatore careret.

A R G V M E N T V M.

Mnestheus, Cloanthus, qui reliquis ductoribus præierant, studi... ... usibus ... spectantium insti... ari, alter alterum superare, priorq; tot... uiribus metam contingere nititur. Se... Cloanthu... Dijs preces effundens, sacrumq; ex candenti tauro, & ... ino pollicens, ... auditur, priorq; manu Portuni Dei in portum impellitur.

NASC. Tum uerò ingeminat clamor.] S... ... tantium, scilicet, ut animū addant utrique ... quanquā Mnes... ... g fauere uideatur, quam ... leantho, gloria tamen cu...

Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus,
Quem petit, & summis annixus uiribus urget.
Tum uero ingeminat clamor, cunctiq; sequentem
Instigant studijs, * resonatq; † fragoribus æther.
† Hi proprium decus, & partum indignantur honorē
Ni teneant, uitamq; uolunt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt, quia posse uidentur.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,

* al. resonat clamorib.
† al. clangoribus
† al. Hic

piditas aquè utriusque animum stimulat. Porrò hic Homerum imitatur Poeta Iliad ... ubi currente propè Aiacem Vlysse, Achiui acclamāt, omnes eidē uictoria incumbenti;

 Iaco-

—ἰσχει δ' ἱκίνου. τος Κρατί

Νίκης ἱμείρω, μάλα δ' αὖ ἐπενδεῖτε δῶρον.

Ni palmas Ponto tendens utra[que] Cloanthus,
Fudisset[que] preces, diuos[que] in uota uocasset:
Dij quib. imperiũ hoc pelagi [est, quorum] æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras uoti reus, extaq[ue] salsos
Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.
Dixit, eumq[ue] imis sub fluctibus audijt omnis
Nereidum Phorci[que] chorus, [Pa]nopeaq[ue] uirgo.
Et pater ipse manu magna Portumnus euntem
Impulit. illa Noto citius, uolucri[que] sagitta,
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.

Virgil. dictum est in Bucol. A

—damnabis tu quo[que] uotis.

Id est, reos facies.

al. Proijciã al. Paceciaq; al. Portunus

Hi propriũ decus.] Distributio est: huius prima pars ad Cloanthũ pertinet: quasi palmam in manu habeat: cũ reliquas præterierit naues. ideo per παλιλλογίαν sequitur:

—& partum indignantur honorem
Hi teneant.

Vitam[que] uolunt pro laude pacisci.] Hic designare uidetur Poëta eminentissimus, quàm graue, molestum[que] sit, commodum aliquod, quod in tua potestate est, præter spem tibi quasi bolum è faucibus eripi, præsertim gloriæ: pro qua Cloanthus & socij eius uitã pacisci uolũt. Hos successus alit.] Altera pars distributionis: quæ ad Mnestheum, eius[que] socios attinet: quos felix successus euentus eos alebat, quo se uictoriam adepturos, uel saltem non postremos futuros sperarent: ita uerò hoc dictum uidetur: Hos successus alit, ut illud Cic. in Tuscul. Honos alit artes. Possunt.] huius potestatis causam assignat, cùm sequitur: Quia posse uidentur.] ratio ex opinione est: nã opportunitate occasionis in eam spem erigebantur, ut palmam laturos sperarent. Ni palmas ponto tendens.] hoc Cloanthi exemplo, duo ni fallor Poëta nos admonere uidetur, in ambiguis, difficilibus[que] rebus auxilium diuinum implorandum: & sæpius uotis, precibus[que] homines, quod nolunt, assequi, quàm ingenio, ac uiribus solere. locus ex Homero sumptus est, libro superiùs adducto, apud quem Vlysses currẽs, ut Aiacem currentem præcedat, Mineruæ auxilium implorat, hac precatione:

κλῦθι θεὰ ἀγαθή μοι ἐπίρροθος ἐλθὲ ποδοῖιν.

Id est, Exaudi Dea me, & pedibus illabere nostris.

Diuos[que] in uota uocasset] uocare in uota, & uotis dicimus. ita paulò infrà:

—fratrem Eurytion in uota uocauit.

Et in 7. Aeneid.

Hæc ubi dicta dedit, diuos[que] in uota uocauit.

Et in primo Aeneid.

—uocabitur hic quo[que] uotis.

Dij, quibus imperium est pelagi] Ἀγαθὴ βραχεῖα: id est, precatio breuis Cloanthi ad Deos marinos, breuitati temporis accommodata: quorum Deorum potestatem auget oratione, ne frustrà, quod non possit, ipse uelle impetrare uideatur: ut[que] faciliùs impetret, sacrificium pollicetur. itaq[ue] meliùs facit, quàm Vlysses: qui nullo pollicito sacrificio Mineruæ auxilium implorat. Imperium pelagi. Magna illi potestas est, qui imperium habet. Sic[que] hoc dictum est, ut illud ex 6. Aeneid.

Dij, quibus imperium est animarum—.

Id est, in animas. Candentem taurum.] huiusmodi colore lætantur Dij, præter inferos: quibus furuæ hostiæ mactantur. Voti reus] Nonius Marcel. hunc adducens Virgilij locum reos, inquit, non solùm criminis, & culpæ obnoxios, sed etiam honestè uel uoti debitores promissi auctoritas uoluit. reus igitur uoti erit, qui suscepto uoto numinibus se obligat: unde damnare uotis à

[Virgi]lio, quæ fluctibus offeruntur. Sed adeat interpretes, & Macrobium in 3. Saturn. nam hæc tantùm attigisse satis sit, cui aliud consilium est, quàm in huiusmodi rebus immorari. Et uina liquentia fundam.] Aut aliud sacrificium est nautis peculiare, quod & hodie obseruant: qui libentes, uinum effundunt in mare. hinc illud Virg. ex 3. Aeneid.

Extaq[ue] salsos Porriciã in fluctus.] Modum sacrificij ponit, & uenustè. ac propriè porriciã dixit: id est, porro iaciam, utpote, quæ fluctibus

Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuit[que] mero diuos[que] uocauit
Stans[que] celsa in puppi—

Aut uinum intelligit, quod in purificatis sacrificijs de more fundebatur, ut alibi ostendimus ex Hom. & Dionysio. B

Manu magna.] potenti. Impulit.] Rectè impulit, qui non longè erat à portu. Illa Noto citius.] Aptissima comparatio: quæ celeritas nauis, uentorum, quo aguntur in mari naues, celeritati comparatur. nouit enim Poëta doctissimus, ut rerum qualitatibus comparationes aptare: nam in primo Aeneid. dictum est:

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat.

QVEM. Cloanthum insequitur Mnestheus. Ingeminat] Genus pro genere: pro ingeminatur. Cunctis[que] sequentem.] Spectatores in[gen]tiore co[nsen]su fauore Mnestheum sequentem extimulabant. Resonat.] Hyperbole. Hi proprium.] Cloanthi socij, quibus iam uictoria propè consertis manibus tenebatur. Est autem hic sensus. Socij Cloanthi, uehementer indignè ferũt, quod uictoriam, quàm decus & honorẽ uocat, uirtute partam, paterentur sibi præripi: malunt[que] uitam deponere, adeo[que] expendere, quàm uictoriæ propè partæ laudẽ amittere. Pacisci.] In pactum expendere. Hos.] Posteriores Mnesthei socios, quos uincere alieno infortunio magis quàm sua uirtute cõtigit. Possunt.] Persuasum habebant se multa posse, posse adeo uincere, quòd tergo Cloanthi hærerent. Rostris.] proris ita ut æquatis frontibus currerent. Ni palmas.] Fictum commentum, pium tamen. Etenim uictoriam consequi uiribus humanis, sed auxilio diuino. Dij quibus.] Beneuolentia, cùm eos deos marinos uocat. quasi dicat, Dij maris, quod nauigo. nam Curro æquora figuratũ est, sicut & illud, Nauigo mare. Candentem.] candidum, cùm aliòqui ferrum candere dicatur. Superis dijs candida omnia, perinde ut inferis nigra, conueniunt. Constituam ante aras, uoti [reus.] Hæc propria sacrorum fuit, teste Macrob. ut reus diceretur, qui suscepto uoto, numini se obligasset: damnatus qui promissa uota non solueret. Inter uotum & pollicitationem hoc interest, quòd pollicitatio priuato alicui, aut etiam reipublicæ fiat. uotum uerò soli Deo, aut principi: aut propter principem, aut pro salute imperij rei publicæue. Extaq[ue] salsos porriciam.] Non projiciã, sed porriciam. Etenim ex disciplina aruspicum, ut author est Macrobius, & ex præceptis pontificum, uerbum hoc

LAMB. Hort. C

A hoc s[illegible] sacrificantibus erat. Veranius ex libro primo Pict[illegible] Exta porriciunto dijs tantum in altaria, aramúe, f[illegible]mue, ciue quò exta dari d[illegible]ebant. Porricere ergo, non proijcere. sacr[illegible] verbum est. [illegible] quia Veranius dixit, in aram [illegible] cumue, cliue quo exta dari [illegible]ebunt. nunc pro ara & f[illegible]cu, mare est accipiendum, cum sacrificium dijs marinis [illegible]catur. Quæ et cum dic[illegible] [illegible] in salsos fluctus exta [illegible] arguit rite potuisse porrici, quasi porrò iacet exta, non autem proijci. Con[illegible]uam ante aras, uoti reus [illegible] har f[illegible]ctiones item sunt. [illegible] ut hoc tam quam a[illegible] ad[illegible]tur [illegible] e reis eximere, [illegible] reos referre, & agere reum. Cæterum in huius certaminis exemplis docet, quantum mom[illegible] habeat humanum casus uarietas, & fortuna, et [illegible] uictorem humano iudicio uictu potuisset uideri dee[illegible] [illegible]ui aut [illegible] secundum, casus in postremis co[illegible] Vina] Et sacris diuersum unum adhiberi f[illegible] fere est qui nesciat. Dixit.] Item hu[illegible] madum inuoca[illegible] deos marinos. Audit] Bonos uiros & pia precantes Deus audit. Nereidum] Nympharum m[illegible]rinarum. Nerei filiæ & Doridis ab Hesiodo [illegible] recensentur quinquaginta. Verba ipsius

B authoris [illegible] erbam:

[illegible]

Ph[illegible] Hesiod⁹ Pōti ac terræ filiū esse canit:

[illegible]

[illegible]

Alij sunt Thosea & Neptuni filium produnt, ac Corsica imperasse, & Sardinia, authore Varrone qui ab Atlante nauali prælio uictus, mare haustus fuit, & marinus deus factus. Variat declinationem Phorcyn phorcynis, & Phorcus phorci. Didymus Odyss. 12 [illegible] inquit, [illegible] [illegible] Id est, Phorcyn marinus deus, primum uersabatur circa montem Aegyrum dictum Achaiæ, habitauitq; a se appellatam Phorcynis concauitatem. Relictis his sentit uimi in Cephaleniam, ubi loco ad habitandum commodo lecto, sedem fixit. Locus is ἄμμος, hoc est, sabulum appellatur. Appulsus inde in portum Ithacensem, cœpit eum de suo nomine Phorcynium nuncupare. mansitq; et postea nomen, ut testatur Suidas, [illegible]. Theocritus antiquitatum scriptor, ut tradit Fulgentius, author est, regem Phorcum tres filias reliquisse opulentas, quarum Medusa egisti opibus pollentior, ea[illegible] et paterni regni propagarit. Græci, qui immodici sunt in allegorijs, extremum maris ambitum per Phorcum intelligunt quare Ponti, ut diximus, & Terræ filium uocari ab Hesiodo, qui Cetonis conrubitu procreauit Græas, ideò ab ipsius partu canas. quod unda scopulis & littoribus illi[illegible]se, canam spumam gignat.

Panopœa.] una filiarum Nerei, quā Hesiodus [illegible] appellauit, a perspicuitate aquarum, ut [illegible]. Portumnus] portuum præses & custos, [illegible] a Græcis, a nostris etiam Melicerta dictus, Inus filius. Hunc clauem dextra gestantem fingebant, quòd portus aduersus hostilem uim claudi soleant. [illegible]ausam huius [illegible] talem produnt. [illegible]um Ino de Phryxi & Helles cæde cogitasset, cum sui generis matronis cepit consilium, ut fruges in sementem oblatas, ne nascerentur, torrerent: atq; ita futurum, ut sterilitate terræ, & frugum inopia, ciuitas fame pesteq; conficeretur. Hac de re Athamas satellitem misit Delphos. Cui Ino mandauit occultò, ut uanum responsum referret. Etenim pestilentiam desituram, si Phryxum Ioui immolasset. Abnuit satelles ita futurum. Phryxus promisit, uel unum se totam ciuitatem à calamitate asserturum. Iam cum ad aram esset perductus, & Iouem pater precaretur: satelles adolescentis innocentia motus, rem omnem Athamanti aperuit. Qui indignatus scelere, Phryxo Ino uxorem suam & Melicerten trucidandos dedidit. Sed Liber pater id prohibiturus ei caliginem obiecit, & nutricem suam Inonem cædi subtraxit. Athamas postea furore agitatus, Learchum filium suum interfecit. Ino se & Melicertem filium in mare præcipitem dedit. Hanc, Liber Leucotheam, nos Matutam, Melicertam uerò Palæmonem, Latini Portunum appellauit. Huic quinto quoq; anno ludi gymnici fieri consueuêre, quos Isthmia multi dixêre. Lycophron in obscuro poëmate, quod Cassandram appellant, Palæmonem [illegible] nuncupat. hoc est, infantis percussorem. Interpres eum locum enarrans Inonis filius, inquit, hic magnis honorib. colebatur in Tenedo, in qua insula infantes ei sacrificabantur. Etenim cùm Athamas Dionysium educaret, Iunonis odio in furorem actus, filium suum Clearchum interfecit. Postea Ino quoq; ad insaniā redacta, eundem in feruenti lebeti iniecit. Restitutam mox Athamas persequutus fuit. Ipsamq; cū altero filio Melicerta trucidare uoluit. Fugit ipsa igitur per Geraniam montē Megaridis, ac se de saxo Moluride præcipitauit, unà cū filio Melicerte, qui & Palæmon dictus fuit, in subiectū mare. Porrò Nereides, quæ casu choream ductantes apparebant, rem indicarunt Sisypho, effeceruntq; ut in honorem pueri instituerentur Isthmia certamina. Alij authores sunt, inquit idem scholiastes, Athamantem uoluisse Palæmonem in lebetem condere: at Inonem matrem puerum suffuratam, in fugā se ab Athamante abripuisse. Postea Corinthum corpus Sisyphi è Schœnuntia allatum est ab Amphimacho & Donacino,

C

quum

quem à Delphine in littus eiectum offendissent. Erat autem Sisyphus frater Athamantis, patruus Portumni, qui Corinthi regnabat. Euntem.] *Cloanthum, siue Cloanthi nauem.* Illa] *nauis, hyperbole: & species pro genere,* A *uento ocyus, & quauis sagitta celerius in interiorem portum penetrauit.*

ARGVMEN[illegible]

Aenea uoc[illegible] du[illegible] nb[illegible] [illegible] S[illegible], nom[illegible] potuerat, Cl[illegible]thum uoce p[illegible] [illegible] iuuencum, uini, & ma[illegible]um [illegible] [illegible] nij dem, limbo & purp[illegible] flexu[illegible] [illegible] M[illegible] lorica ex a[illegible] [illegible] xiatum in morem cym[illegible] [illegible]

NASC.

Tum [illegible]tus Anchisa, cunctis ex more uocatis
Victorem magna praeconis uoce C[illegible]antum
Declarat, uiridiq; aduelat tempora lauro,
Muneraq; in naueis ternos † aptare iuuencos,
Vinaq;, & argenti magnum dat [illegible] talentum.
Ipsis praecipuos ductoribus a[illegible] [illegible]:
Victori chlamyd[illegible] auratã, q[illegible] [illegible]ima circum
Purpura, Maeandro duplic[illegible] M[illegible] [illegible]ea cucurrit:
Intextusq; puer frondosa re[illegible] Ida,
Veloces iaculo ceruos, cu[illegible]suq; lacessit,
Acer anhelanti similis, quem praepes ab Ida,
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis:
Longaeui palmas nequic[illegible]uam [illegible] sydera † tend[illegible]unt
Custodes, saeuitq; canum [illegible].
At, qui deinde locum ten[illegible] uirtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auro[illegible] [illegible]icem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoenta, sub Ilio alto,)
Donat habere uiro, decus, & tutamen in armis
Vix illam famul[illegible] Phlegeus Sagari[illegible] [illegible]ant
Multiplicem, connixi humeris. indu[illegible] [illegible]
† Demoleos, cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex aere l[illegible]betes,
Cymbiaq; argento [illegible] perfecta, atq; aspera signis

Ex more *Ludorum scilicet quibus finitis, nondum tamen dimissis, uictores uoce praeconis promulgabantur.* Declarat.] *per praeconẽ: nam qui per alium aliquid facit, id per seipsum facere uidetur.* Viridiq; aduelat tempora lauro.] *Manu praeconis, nõ sua manu, ut multi perperam crediderunt: nã uti uoce praeconis uictorẽ declarat, ita quoque manu praeconis ipsum coronat uictorem: id facilè colligitur ex eo Ciceronis loco in Epist. Famil. ad Lucceium lib. 5. accedit etiam (inquit) ut minor sit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant, & dicant, uerecundiores esse praecones ludorum gymnicorum, qui cum caeteris coronas imposuerunt uictoribus, eorumq; nomina magna uoce pronunciarunt, cùm ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne sua uoce ipsi se uictores esse praedicent. quibus ex uerbis apparet, uictores in ludis, & certaminibus praeconum manibus coronari solitos fuisse.* Ternos optare iuuencos.] *optionem dare, ut quos uelint deligãt singuli ductores singulos iuuencos. ita erunt honestiora munera: quae uictores ex sua possint libidine seligere, uulgati codices aptare, legunt.* Et argenti magnum dat ferre talentum.] *Qui de pond. & mens. scripserunt, illi talentorum rationem uariam, & copiosam tradiderunt, quamobrem illi diligenter consulendi sunt: nobis uerò quid super hac re dicẽdum sit, in praesentia nihil est, nisi quod Homero parua res omnino talentum fuisse uidetur apud quem Iliad. ψ in cursus certamine tertius lebetem, quartus duo auri talenta retulit. hic uerò noster unum dat talentum magnum. animaduerti [illegible] scriptoribus antiquis tria talentorum genera celebrari (omitto quod uariae nationes talenta habuêre) minimum, maius, maximum: minimum libris L. maius LXXI[illegible] max[illegible]um CX[illegible]. quod uerò ait, dat ferre talentum, Graece dictum est, ut infra*

[illegible] *Ho[illegible] uris plenus est Horatius* [illegible] ductoribus d[illegible] honores. *Quos infra recenset.* [illegible] *tho: qui primus omnium ad metam peruenit. alij duo, Mnestheus, [illegible], uic[illegible]ret quidem & ip[illegible] fuerunt sed Serg[illegible].* Chlamydẽ auratam.] *munus uictoris uae[illegible] circumstan[illegible] [illegible] fieat pr[illegible] [illegible] tertia, [illegible] artificio Seruat[illegible], quia tu[illegible] [illegible] tam[illegible] [illegible] ue[illegible] ste muneri donat. nisi mauis huic dari chlamydem Deorum fabulam continentem, quia [illegible]rocum studio, ac fauore: alteri loricam, quia uirtute uicit.* Quam plurima circum] *ab artificioso ornamento.* Maeandro] *ornamentum chlamydis flexuosis ambagibus implexum, Maeandr[illegible] appellat, [illegible] Maeandro flumine: quod tortuose, ac in mor[illegible] [illegible]ymibi[illegible] uere* C *dicitur. hoc ornamenti genus oris chla[illegible]dum, aliarumq; uestium praesertim muliebrium addi s[illegible] et quanquam hoc tempore obsoleu[illegible] [illegible] uidetur, adhuc uero annos uiginti, [illegible] eò ampl[illegible], ita in usu fuit, ut uel plebeis mulieribus uestem absq; Maeandro [illegible] pudori [illegible] et.* Melibœa.] *à Melibœa Magnesiae ciuitate d[illegible], unde [illegible] Lucretio fulgens Melibœa purpurea di[illegible] [illegible].*

Iam tibi Barbaricae uestes, Melibœaq; fu[illegible]ens ee
Purpura, Thessalico concharum tincta colore ee

Intextusq; puer.] *alia amplificatio [illegible] uari[illegible] [illegible] miro artificio acu pictis, inerat enim Ganymedes in ueste pictus [illegible] Ida, in quo à Ioue in aqui[illegible] uerso rap[illegible] fuerat, cùm uenatum exijsset: canes, ceruos, [illegible] currendo fati[illegible]abat lassus tamq; bel[illegible]è, & apte hoc [illegible] pinxerat artifex ut Ganymedes in pictura propemodum anhelare uideretur.* Iouis armiger [illegible] *aquila quae Ioui [illegible] bello gigãteo ministrauit.* Longaeui palmas n[illegible]d[illegible]uam [illegible] *cui ista tum[illegible] [illegible], tum ualeat & habet [illegible] in officio custodũ [illegible] Ganymedis: quorũ minerosi*

al. optare
al. tollunt
al. Phlegeus
al. Demoleus
al. perfecto

A [illegible] amissa requirere: uel [illegible] rum dolore. [illegible] ex signis aperte demo[illegible] manus [illegible] [illegible] e extollunt ad sydera [illegible] etur, quod Poeta au[illegible] neq[illegible] qu[illegible] d[illegible] actum.

Saxu[illegible] p[illegible] anum lat[illegible] [illegible] Physiolo[illegible] fide canum. qui cum tu[illegible] dominum suum non [illegible] tr[illegible] ius in auracem uel[illegible] m ra[illegible] torem saue. [illegible] quo am[illegible] fidelitatis [illegible] un erat maximum [illegible] etiam mire ext[illegible] itur [illegible] cum nam quod in [illegible] ue[illegible] non po[illegible] at, [illegible] pressum fuis[illegible] [illegible] quat, pe[illegible] percipi [illegible] ueretur.

[illegible] rames secundi uicti iti[illegible] [illegible] c]Nō uotis, aut studio Deorum, ut [illegible] te sus quamobrem lo[illegible] rit, quo[illegible] or [illegible] lonsiur

L[illegible] ricam a materia, & ab ar[illegible] extollit utitur[illegible] sche ma[illegible] pr[illegible] amarauerit.

[illegible] n[illegible] ein[illegible] o[illegible] rat ips[illegible] Victor.] [illegible] ente primum, quia [illegible] simus fuit. tum de[illegible] trahens lau[illegible] at unde [illegible] licet Si[illegible] emoleo uiro

B fortis [illegible] us lor detraxit, quantum putes Aeneam?

A[illegible] ud [illegible] pidum Sim[illegible] nta, sub [illegible] o alto] [illegible] emuerit [illegible] facit loco [illegible] Homeri epitheto, [illegible] alt[illegible] quod tamen est omnium [illegible] ium commune, ut alib[illegible] stendimus. Vix[illegible] [illegible] m[illegible] [illegible] [illegible] eis, [illegible] isq[illegible] grauitatem [illegible] rica Dem[illegible] [illegible] per comparationem circumscr[illegible] it quod unus [illegible] leos [illegible] uod uix duo uiri fortes de[illegible] re p[illegible] nt.

[illegible] rtia d[illegible] na facit] Praemia tertij uictoris ag[illegible] ditur de[illegible] ibenda: quorum alia [illegible] materia tantum, ut lebe[illegible] tes [illegible] materia, [illegible] ar[illegible] cio, ut cymbia. id est, pocula [illegible] dum nauiculae [illegible] tuata haec non simpliciter con[illegible] se [illegible] gn[illegible] mir[illegible] a [illegible] icio ornata, donat.

T[illegible] latus] A[illegible] imitationem sacrorum certami num per praeconem [illegible] co edito solenniter uictorem [illegible] o[illegible] [illegible] um pron[illegible] mciari iubet, ne utrius sua laude defraude tur [illegible] An[illegible] hila.] Periphrasis Aeneae. Vocatis per praeco[illegible] em in concionem coactis Declarat] pro nunciat [illegible] ficantissima uoce usus est. Magna] cla ra, [illegible] uidelic[illegible] ab omnibus audiri potuerit.

Lauro] Initio commune omnium sacrorum certami

C num praemium & corona erat palma, postea singuli ludi pe[illegible] liares quasdam arbores, aut herbas inuenere, quibus u[illegible] res insigniebantur: ut laurum, oleam, myrtum. apium, gra[illegible] [illegible] enus ali[illegible] e lauro a[illegible] retul[illegible] mus. Re[illegible] [illegible] perpetu[illegible] uireat, cui ne[illegible] yeme quidem de cidunt [illegible] a. [illegible] m[illegible] ora auro.] caput synecdoche.

Munera] [illegible] eclarat. uel ut referatur ad id quod se quitur, D[illegible] [illegible] ut optimi principis magnificentiam, tum [illegible] beralitatem e[illegible] am in [illegible] os suos.

Na[illegible] [illegible] in singula[illegible] tres.] Dat ferre. Graece magis q[illegible] m Latine pro[illegible] [illegible] um, [illegible] at ferre. [illegible] [illegible] talento [illegible] talentorum generibus, ac aestimatione, pau[illegible] [illegible] a diximus. Honores] [illegible] unera honoraria. Enar r[illegible] atum quae munera, & quibus in certamine munera sit [illegible] Chlamydem auratam.] auro intertextā: P[illegible] gum & Lydorum opus, qui in ea arte excelluere, id q[illegible] bscure etiam testatur Papinius.

[illegible] aeonio fertur circumflua limbo.

[illegible] mete sh'amys ——

Chlam[illegible] militaris fuit breuior, arctiorq; pallio. quidam id ita existimant fuisse cum paludamento, quod gestamen erat imperatorum. certe Macedones pro palu damento, chlamyde utebantur. Strabo author est, chla mydis effigiem & terrae habitabilis eandem esse [illegible] in se cundo. [illegible] χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς [illegible].

Plurima circum.] Amplificatio narrationis à descriptione chlamydis. a pictura, quae illi fuit intexta. Ac decore quidem patriam historiam ueterum re gum celebrat. P[illegible] rpura propriè concha aut piscis genus est, cuius liquore uestes tinguntur, quae inde purpureae di cuntur. Figurate interdum pro eius generis ueste usur pantur. Purpurae inuentum ad Herculem Tyrij refe runt, teste Polluce libro [illegible] nomasticōn primo [illegible] [illegible] [illegible] [Greek text illegible] Idest: Ty rij narrant, Herculem amore nymphae ind[illegible] ena cae pium. erat autem nymphae nomen Tyro. Se[illegible] abatur autem Herculem è ueteri [illegible] re canis. Nosti enim, canes un[illegible] cum heroibus ad concionem usque congredi solere. Itaque canis [illegible] rculeus purpuram per saxum repentem consp[illegible] tatus, eius pr[illegible] minentem carnem mordicus corri puit carnem [illegible] ut suum cibum [illegible] ecit. Cruor labra ca ni[illegible] colore Ph[illegible] cio t[illegible] xit. Postquam uerò rediit he rus ad puellam, ipsa, labra canis conspirata, insueta tinctura infecta, negauit inde quicquam sibi cum Her cule fore, nisi sibi uestem labris canis speciosiorem ad ferret. Itaque Hercules inuenit animalculum, cruo remque collegit, & dono attulit puellae: primus inuen tor Phoeniceae infecturae, ut narrant Tyrij. Hactenus Pollux. Caeterùm in Cod. Iustin. priuatis hominibus usu purpurae interdicitur. tit. Quae res uendi non poss. Inter purpurae species recensentur, buccinum. conchy lium, murex, & ostrum. Maeandro] Maeander pi cturae genus erat flexuosum, impeditum, ac sinuosum, non dissimile Labyrintho, cuiusmodi etiamnum hodie in quibusdam pauimentis est uidere. Ab hoc Maeandro, amni Lydiae nomen datum est, quod flexuosus ac pro pemodum subinde in se recurrens erret. Duplici ergo Maeandro, flexuoso picturae genere. Meander amnis e lacu oritur, mitto [illegible] dictus. Solus omnium flu uiorum e propriis fontibus uiret.? in se recurrit, refluitq; contra suos fontes. Nomen inuenit à Maeandro Cercae bi & Anaxibiae filio. Cùm Meander bellum cum Pesi nunt[illegible] e haberet, precabatur matrem Deorum, uouitque se ei oblaturum illum, qui primus sibi uictoriam gratu laretur. Reuerso Maeandro, primus eius filius Arche laus unà cum matre ac sorore uictoriam ei gratu latus. Ille uoti impij reus, dictam superstitionem recor datus, aris admotos mactauit. Inde aegritudine animi

conta[illegible]

contabescens, ac furore agitatus, præcipitem se in Anabænontem dedit: à quo Mæander est dictus. Historiam dicit Plutarchus referri à Timolao in primo Phrygiac[illegible] Meminit item horum Agathocles Samius in Polit[illegible] Pesinuntiorum. Alij aliter historiam referunt. Tota ea regio circa Mæandrum amnem terræ motu frequenter laborat, obnoxia igni & aquæ ad Magnesiam [illegible] Hieropolim usque. Tam est tortuosus eius fluxus, ut omnia implicata ab eo Mæandri appellentur.

Melibœa] Hanc urbem collocant in [M]agnesia, quæ proxima est Thessaliæ, patria Philoctetæ. [D]e utroque in tertio diximus. Sunt qui Melibœam uicum Laconiæ faciant [illegible] illud addentes, in Laconico mari purpuras capi, quamobrem epithetice purpuram Melibœam [à] Poëta dictam. At Festus Pomp[eius] Melibœam insulam esse tradit, in qua uestes purpura tinguntur. Quod quidem si uerum est, [illegible] nodus est di[ssol]utus, cur Poëta [illegible] in Melibœam uocet. Intextusq;] Amplificatio à genere picturæ, quo pacto Ganymedes Trois fi[liu]s in uenatu à Ioue per aquilam in Ida monte fuerit raptus ad pocillandum Ioui in cœlo. Simul quo pacto pueri custodes grandiusculi [illegible] tristes euntem per aërem [illegible] cubit manibusq; sublatis sint prosequuti, sed frustra. Ne[c] [illegible] solum [illegible] sed & canes [illegible], latratu in abeuntem sæuierint. Omnia ista quidem ad uiuam [h]istoriæ imaginem hypotyposi in c[h]lamyde, opere Phry[g]io [illegible] intertexta uisebantur. Illud uero [illegible] ad[d]endum, quòd Echemenes scribit, Ganymedem non [à I]oue, sed Minoe captum ad concubitum: quandoquid[em], teste Aristotele, Cretensium inuentum fuit [illegible]. Initium eius detestandi sceleris à Thelone quodam ortum, qui Rhadamanthum amarit. Atq; hunc in Græcos propagatum etiam, Timæus scribit. Chalcidenses opinantur, apud se [à] Ioue captum Ganymedem & quidem eo loco, qui Harpagium dicitur. Ferunt & Minoem amore Thesei captum, ei Phædram collocasse.

Fatigat.] insequitur in uenatione. Sunt cerui capreoli, hoc est: sudes bicornes, quæ in contextu cratium [illegible] nestrum terræ infiguntur. Anhelanti.] Hypotyposis, à cursu fatigati pueri. Armiger] aquil[a] periphrasis. Homerus tradit, eum à dijs raptum, & quidem ad pocillandum [so]lum:

» [illegible] χοεύειν

Sæu[i] [illegible] Non qu[o]d ipse latratus in pictura fuerit auditus, se[d] quòd canum simulachra ita essent effigiata, ut latrantibus essent similia. In [a]uras.] pro, ad auras, ut in auras exierit. At qui deinde locum.] Synæresis. Mnestheum dicit, qui casu magis quàm uirtute, secundas partes in certamine tenuit. Leuibus.] Homer. Iliados penultimo:

» [illegible] ἀργυρόηλον,
» καλὸν [illegible] ἀστεροπαῖον [illegible]

Hic ensem pollicetur aureis clauis distinctum, elegantem, & Threicium se daturum. Idem Eumelo thoracem donat, quem Asteropæo detraxerat. [illegible] ἀστεροπαῖον ἀπηύρα. Noster donat lo[r]icam. Achilles ensem Asteropæo, noster Demole[o]: sed addit amplificationem quam Græcus præteriuisit. Huic [illegible] Mnestheo.

Hamis.] Hamus catenula est, seu ferreus circulus in loricis, quæ inde hamatæ dici possunt, quòd catenu[la]e conser[t]is contexta sint. Accipitur pro ferramento infrà ad[illegible]

[illegible] capiuntur. H[illegible] [illegible] ibus lo[illegible] cum [illegible] ela implicant flamen [illegible] quæ [illegible] ut lic[illegible] con[s]tant. Quanquam [illegible] pro triplic[e] [illegible] serpens aut [illegible] Allusit po[eta] ad centaurum De[illegible] [illegible] caum, prodigiosi roboris [illegible] omnes. [illegible] persona dignitate [illegible] eam Ae[illegible] [illegible] u[t] castr[illegible] meeant in co[illegible] [illegible] tur Simois in Ida mo[n]te [illegible] [illegible] hunc omnem narrant [illegible] [illegible] neam concepi[t] [illegible] [illegible] Eum [illegible] ratione d[illegible] [illegible] coepit in ter[illegible]

In[s]ulæ [illegible]

D[o]nat [illegible] [d]onat [h]abendam [illegible]

Vie[illegible] [illegible]

Ab utilitate loricæ [illegible] no. [illegible] [illegible] potius [illegible] cum [illegible] tegumen [illegible] [illegible] terras, [illegible] [illegible] propr[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eam dixit, qu[illegible] nunc [illegible] ampl[ifi]cationem appe[illegible] [illegible] [illegible] Connixi] ut ma[illegible] [illegible] Ro[illegible] mnis inde co[illegible] tur. [illegible] non [illegible] uerum et iam ita ar[illegible] cursu fugientes fuerat per [illegible] quæ [illegible] uiribus homo [illegible]

Pal[illegible] ducta met [illegible] [illegible] errant [illegible] ut nonnul[l]i exi[illegible] [illegible] eum [illegible] illuc tran[s]i[illegible]. H[illegible] uirtutem Aene[illegible] ere.

Tertia d[ona] [illegible] ne sua præmia [illegible] ponit [illegible] currunt. Tertia dona [illegible] tamen & angustius, quam [illegible]

[illegible]

Ex ære [illegible] materia [illegible] d[illegible] elegantem treis mensuras capientem, qu[illegible] tantum [illegible] per[illegible] [illegible] nis [illegible] quæ [illegible] limus. M[a]crobius existimat ea ue[illegible] apud Varronem cymbium carchesium uer[illegible] apu[d] Andr[illegible] cum reperiatur [illegible] Liberi [illegible] bia d[illegible] [illegible] & qua[illegible] [illegible] tate [illegible] illa di[illegible], argenteis cymbijs expressa.

A[illegible]

ARGVMEN[illegible]VM.

Re[illegible] ftus [illegible] tur a [illegible] ro [illegible] V[illegible] nauv- n[illegible] con [illegible] ro [illegible] ns d[illegible] m [illegible] e [illegible] fu [illegible] oque [illegible] am [illegible] at. m[illegible] p[illegible]

MASC. P[illegible]NICEIS T[illegible]. n[illegible] roseu tan[illegible] hoc est, uittis e[illegible] lemn[illegible] atas [illegible] quas Cicer in orat[illegible] pro [illegible] ex. Rosc. Amm [illegible] & [illegible] arro apu[illegible] [illegible] honor [illegible] [illegible]ant fie[illegible] ex [illegible]ibus, [illegible]o. [illegible] f[illegible] [illegible] flabant [illegible] ed eum B f[illegible] n[illegible] [illegible] ta incede[illegible] co[illegible] [illegible] ostent[illegible] [illegible] m[illegible] e ho[illegible] no[illegible] ratem [illegible] pro[illegible] [illegible] casum aduersum: nam quae in ludis haud

Iamig[illegible] ed donati omnes, opibus[illegible] erbi,
Punic[illegible] ne euincti tempora [illegible]
[illegible]m sa[illegible] co[illegible]ulo mu[illegible] uix arte re[illegible]ulsus
Amil[illegible] arq; ordine debi[illegible] uno
Irr[illegible]m sin[illegible] ho nore ratem Serge[illegible]us agebat.
Qualis saepe uiae deprensus in a[illegible]ere serpens,
Aerea [illegible] obliqnū rota transi[illegible], aut grau[illegible] ictu
[illegible]mineecem liquit saxo, lacerum[illegible] uiat[illegible]
Nequ[illegible] ngos fu[illegible] iens dat corpore [illegible] tortus,
Parte fero[illegible], ardens oculis, ac sib[illegible] co la
Arduu[illegible] attollens pars uulnere clauda [illegible]etentat
Nexantem nod[illegible], [illegible] in sua membra [illegible]licantem.
[illegible] ali remigio nau[illegible] se tarda mo[illegible] b[illegible].
Vela facit tamen, & plenis [illegible] uelis.
Sergestum Aeneas [illegible]romisso munere d[illegible],
Seruatam ob nauem laetus, socios[illegible] red[illegible] ctos:
Olli serua datur, operum haud [illegible]gnara Mineruae,
Cressa genus, [illegible] holoe, gemini[illegible] sub ubere nati.

Qui genus, unde domo.

OMNES.] qui in certamine uicerant.

LAMB. Hort.

Superbi] insignes amplissimis munerib. Puniceis. Est au tem phoeniceus siue pu niceus color rutilus, & spadix quibusdam, exuberat splendor ru[illegible] boris, qualem est uide[illegible] re in fructibus palmae, non adi[illegible] du sola pera co[illegible] [illegible] aen[illegible] [illegible] sy[illegible] n[illegible] uitis. Sunt & ta[illegible]a, lumbrici ob[illegible] [illegible] [illegible] quos Graeci [illegible] [illegible] ae uocant.

prospere succedunt, cum risu spectatoribus excipi[illegible]ent. ita Menoete [illegible]ya in mare deturbato, sub[illegible] cuius est spe[illegible]ctantium omnium risus nam dictum est

I[illegible]um & labentem Teucri, & risere natantem.

Et mox:

Et sa[illegible] sos rident reuomentem pecto[illegible] re fluctus.

Item [illegible] tum Nisus se [illegible]psum quaereretur

—— risit pater opt[illegible] ur olli

Qua[illegible]is saepe uiae.] illisa nauis descriptionem ele[illegible]ganti cōparatione amplificat. Ob[illegible]quum r[illegible] tra[illegible]sijt. [illegible] non intactum reliquit, sed transuersum oppress[illegible]t, & semineces reliquit. Grauis uiator] [illegible]ut, cui uita diu[illegible]tius ambulando grauis est seu grauis i[illegible] tu. id est, fortiu in feriendo ut Ouid. 5 Metamor.

Nam Clytij per utrunq; graui uibrata Lacerto
Fraxinus acta femur ——

Simineecem liqui[illegible] semimortuū reliquit ictu, in saxo. ue[illegible] mauit [illegible]o diceamus percussum serpentem.

Parte ferox [illegible] q[illegible] s[illegible] belle [illegible] qua[illegible] propriè naturam colubri repentis [illegible] figie, attende. Clauda] [illegible] ab [illegible] sicut & illud, quod proximè sequitur [illegible], haec propriè de hominibus di[illegible]cuntur [illegible] ali remi[illegible] naui[illegible] [illegible] ut, redit ad na[illegible]u m Ol[illegible] rua datur [illegible] praemium Se[illegible]sto uicto da[illegible]tum desc[illegible]tur tale munus [illegible] rilles apud Homer. Iliad. [illegible] pollicetur ei [illegible] qui in palaestra uictus fuerit, sed noster [illegible]men mulieris, genus, & liberos lactentes addidit. ita ait H[illegible]merus:

[illegible] ε μέσσον [illegible],
[illegible] ἄεθλον

O[illegible]erum haud ignara Mineruae.] doctia artis [illegible] cuius inuentricem Mineruam f[illegible]ciunt. & hoc τὸ [illegible] est seruam es[illegible] cere lanifi[illegible] ntiam non enim aliā fere art[illegible] calere [illegible] potis[illegible] quàm lanificium.

Cressa [illegible] et[illegible] genere [illegible]

Temp[illegible]ra [illegible] capitibus. id q[illegible] m erat uictoriae.

Cum s[illegible]uo.] Transitio ad [illegible]um, in certamine ultimum. in cuius appulsus a[illegible] a[illegible] ne more disertus est, ut faciem mer[illegible]stae nauis ocu[illegible] [illegible]iat.

Qualis] Addit comparationem, du[illegible] am[illegible] serpentis, rotarum i[illegible] fracti, natura. Aggere [illegible] erem cuiusli bet rei coacernationem interpretantur [illegible]rammatici: & aggerem esse extra, ut pomoerium intra [illegible] ros Hinc ag[illegible]gerare & exaggerare, aggre[illegible]are [illegible] loco Poeta usurpauit pro[illegible] re loco mediae uiae, p[illegible] quem uel[illegible] ula a[illegible]guntur. Aerea.] A toto part[illegible] m int[illegible] t. nam rota[illegible]rum circumfere[illegible] a tantum ferreis laminis munitae sunt. Iam quic qui[illegible] durum & inexp[illegible] ab[illegible] e ac ualidum uo[illegible]lumus significare, id aeneum, f[illegible] reum, corneum & ada[illegible]mantinum d[illegible] mus [illegible] erpens [illegible] fractus su[illegible]stra conuo[illegible] [illegible] ndam, adeo q; totum corpus in gyros ad fugam. Parte. [illegible] nam lingua & capite ueneno ar[illegible]matus e[illegible]. Ardet [illegible] A[illegible] [illegible] ars uulnere.] posteri[illegible] e [illegible]. Clau[illegible] M[illegible]taphora ducta ab am[illegible]mantibu[illegible] ue pedibus incedunt. T[illegible] remigio.] Ap[illegible]plicatio. Sim[illegible] ra[illegible] ne, lentius propter remos fractos a[illegible]gebatur. V[illegible] c tamen] expandit uela, ut ocyus moueretur ope [illegible] Olli [illegible] ia uelis.] portum. nam ut portus p[illegible] tens maris aditus est, ubi naues in statione tu[illegible]ta condunt [illegible] ta[illegible] sta sua [illegible] ummum.

O[illegible] antithesis. Boni principis est, fortunae & ini[illegible]quitatem & [illegible]iuriam beneficio a[illegible]quo [illegible] ac pensare.

Prom[illegible]sso munere d[illegible]nat] Nam promiserat ne[illegible]minem ind[illegible]natum abiturū ex hoc certamine. Itaq; supere erat, [illegible] quoq; suum praemium daretur.

[illegible]u[illegible] ar[illegible]] Hic describit a peritia texturae, lani[illegible]ficij g[illegible]re, patria, [illegible] foecundi tate [illegible] ser[illegible]ndo di[illegible]ctum u[illegible]nt, quod in bello raptus, a caede seruatus undi[illegible] catus[illegible] sit. ut mancipia, qu[illegible] d manibus non pedibus ca[illegible]piantur. In seruos uictores certi ius belli exercere no[illegible] [illegible]

lucrunt. quare captis ciuitatibus sub hasta solebant uendi: id quod Caesar in Gallia, Augustus in Salassis exercuit. Pholoë.] Ita enim ea appellata fuit. Alioqui Pholoë Arcadiae oppidum, & mons est nemorosus, ita a Pholo centauro, à quo Hercules humaniter hospitio exceptus fuit, dictus. Mineruae [illegible] lanificij & texturae. fertur enim colum & fusum inuenisse. Prima murmit nauem biproram, quam Danao fabricauit. qua fr[illegible] sui Aegypti iram fugit. Reperit & tibiam, & oleam [illegible] lidea, & humanarum artium praeses. A Graecis à [illegible] [illegible] dicta. Cressa [illegible] A patria. Cressa genere. Graecorum imitatione: uel natione, Cressa uel maioribus è Creta oriunda. Hoc subit nunc admirari, cur seruam Cressam faciat, cùm nulla alia gens fuerit olim libertatis amantior, quaeq; tam pertinacius asseruerit, & quae infestius oderit tyrannidem, q[illegible] Cretenses. Et tamen non temerè dicitur a Marone. Itaque Cressam seruam Sergesto donat siue quod è Creta Teucer fuerit prof[illegible] in Phry[illegible]am, & eius insula sacra, cur cognata fuerint gente, [illegible] quod ad Troiam ex Idomenei e[illegible] [illegible] copia [illegible] quod ab [illegible]nea è Creta abducta e[illegible], cùm inf[illegible] [illegible] oraculo moneretur, sed & H[illegible] ne[illegible] [illegible] mone[illegible] eam terram abdu[illegible] fuit. His [illegible] [illegible] [illegible] ut credam, Poëtam [illegible] [illegible] [illegible] passe. Quod si quis hi proba[illegible] [illegible] quid a[illegible] [illegible] eò non sum retecturus, ut amp[illegible] [illegible] etiam [illegible] Geminiq; sub ubere nat[illegible] [illegible] a conne[illegible] A

ARGVMENTVM

Finito n[illegible] Aeneas inge[illegible] spectatorum [illegible] [illegible] bus, [illegible] q; undiq; septan[illegible] [illegible] cum [illegible] med[illegible] [illegible] [illegible] & Sic[illegible] in p[illegible] [illegible] ma [illegible] [illegible] tei A[illegible] B
S[illegible] [illegible] [illegible] intus [illegible] [illegible] nomi[illegible] [illegible] [illegible] ntum [illegible] o ingens nume[illegible] Sed [illegible] obiles duntaxat iuuene[illegible] recensentur [illegible]

NASC. Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineū [illegible] amp[illegible]ū, quem co[illegible] bus [illegible] curuis
Cingebant syluae, mediaq; in ualle theatri
Circus erat, quò se multis cum m[illegible] bus [illegible]eros
Confessu medium tulit, extructoq; resedit.
Hic, qui [illegible]orte uelint rap[illegible]do contend[illegible] re c[illegible]rsu,
Inuitat precijs animos, & p[illegible]aemia [illegible]
Val. mistiq; Vndiq; conueniunt Teucri, [illegible] mistiq; Sic[illegible].
Nisus & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, ui[illegible] iuuenta:
Nisus amore pio pueri. quos deinde sequutus
Regius egregia P[illegible]ami de stirpe Diores
Hunc Salius, simu[illegible] & P[illegible] [illegible] alter Acarnā.
Val. Tegeae sanguine. Alter ab Arcadi[illegible] †Tegeae de san[illegible]ine gentis.
Tū duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panope[illegible]q;,
Assueti s[illegible] luis, comites s[illegible]nioris Ac[illegible]stae.
Mu[illegible] praeterea, quos f[illegible]ma obs[illegible] [illegible] recondit.
Aeneas qui[illegible]us in med[illegible] [illegible] deinde loquutus:

Hoc pius Aeneas misso certamine] [illegible] ad cursorū certamē describendum. cui erat dimittere, cuius fuerat certamen proponere. sic Romae Cōsul, cuius iussu senatus habebatur, senatum dimittebat: id est, abeundi copiam faciebat.

Quē collibus.] locum describit. quem ad faciendos, spectandosque ludos natura propemodum formasse uidebatur. nec ulla hic, mea quidem sententia, mutatio est. quicquid Seruius, aliiq; interpretes dixerint. neq; enim, inquiunt, syluae colles habent, sed colles syluas. nunquid uerò Poëta ait, in syluis colles esse, aut colles à syluis haberi? an reuera ita ait, syluas in curuis collibus: hoc est, quae sunt in collibus, locum cingere.

Mediaq; in ualle theatri Circus erat.] locum fuisse & ad faciendos, & ad spectandos ludos aptissimum indicat. quae duo uerbis duobus theat[illegible], & [illegible]co designantur: nam in caueis theatri sedebant homines ludos spectantes, in circo autem theatri ludi [illegible]ebant. Alludit igitur Poeta ad theatra, quae in urbe ludorum e[illegible] [illegible] extructa fuerant: non enim in ualle hac theatrum [illegible]sse dicit, sed locum ad spectandum aptissimum qu[illegible] theatrum. Medium tulit. [illegible] docebat enim regem, & imperatorem in medio esse.

Extructoq; resedit.] extructo [illegible] [illegible] medi[illegible] rese[illegible]

dit. [illegible] qui [illegible] ue int.] certamen proponit, & praemia.

Inuitat precijs animos.] allicit, oblectat pretio proposito animos ad currendum, ut in primo Georg. ✱ Inuitat genialis hyems, curasq; res[illegible]. Vnde & inuitare animos usu Latini dixerunt, pro oblectare, allicere & recreare. Plinius libro 22. capite 6. de natura uerba faciens, Pinxerat, inquit, remedia in floribus, uisuq; ipso animos inuitauerat, etiam deli[illegible] [illegible] permiscens. C

Vndiq; conueniunt.] communiter omnes scribendo comple[illegible]tur, qui currendo assuerunt.

Nisus, & Euryalus primi.] [illegible] cōmuni ad [illegible]paratam cursorum enumerationem tran[illegible] [illegible] & praecipuos re[illegible]set Euryalo form[illegible] [illegible] [illegible], rursus redit ad nomina Euryali [illegible] N[illegible] quorum alterum ab aetate, & pulchritudine, alterum ex casto erga puerum amore [illegible] mendat. Pio amore [illegible] Hic effundant se illi sup casto antiquorum in pueros amore [illegible] qui longos commentarios facere, & nugis lectorum animos onerare studentes nobis autem haec, & [illegible] multa scribere turpe esse putamus.

Regius egregia]Diorem a genere [illegible] mmendat.

O[illegible] [illegible]oru[illegible] [illegible]lter Acarnan [illegible] Patronis ge[illegible] [illegible] [illegible] quorum alterum [illegible] [illegible] um ex Acarnaniae reg[illegible]ne: alterum Arcadicum [illegible] urbe fuisse memo[illegible]

Tegeae de sanguine ge[illegible]]aliquid [illegible] Poëta

A Poeta designare uidetur, quod uerbis non exprimit. & fortasse ad uirtutem illam Tegeatum alludit: qua Lacedæmonios bello superarunt. nam cùm olim Lacedæmonij Tegeatibus bellum inferrent, compedes secum attulerunt, freti se illos in captiuitatem redacturos, sed congressi prælio, ac fugati, quicunque uiui capti fuerunt, iisdem, quas ipsi attulerant compedibus compediti campum Tegeatem metiti sunt coluerunt. Tegea autem [illegible] Tegeæa dictum est [illegible] nam a Tegea [illegible] deriuat. [illegible] Aen.

" Tunc lateri at[illegible] humeris Tegeæum subligat ensem.

Et in primo G[illegible]

" Adsis Tege[illegible] uens, oleaque Minerua
Inuentrix [illegible]

Helym[illegible] Siculi sunt isti duo quos etiam nobiles [illegible] cùm eos Acestæ comites dicat. Assueti [illegible] uenatores erant, ideò Acestæ comites fuerant qui uenationi studiosus fuit. propterea de[illegible] dictum est:

" Horridus in iaculis, [illegible] pelle Libystidis ursæ.

Multi præterea, quos fama ob[illegible] recondit. non fuerant [illegible] nominandi, qui [illegible] animo præstantes, tamen sua uirtute, aut sanguinis nobilitate

B nondum aliquid sibi nominis pepererunt.

LAMB. Hort. Hoc pius [illegible] transitio ad cursorum certamen. cùm apud Græcum uatem ordine secundum sit, pugilum pugna, & quarto loco cursores introducantur. [illegible] scribit autem locum, in quem a littore se recepit, cum cursoribus designaturus, præmiumque uictoribus pronunciaturus.

Misso.] omisso certamine nauali. Gramineum] ut aptum, propter soli æqualitatem, cursu certantis. Nam locis iniquis & sabulosis, ut laboriosè, ita & infæliciter etiam à fortissimis quibusque cursu contenditur. Describit autem hanc regionem, quam cursoribus destinat, [illegible] tu & syluarum amœnitate [illegible] à commoditate ad procurrendum. Videtur Poëta theatrum Romanum, aut eum locum describere, in quo spectacula & ludi edebantur.

Collibus undique curuis.] in collibus erant syluæ. Valle.] quæ collibus mediæ sub[illegible]tur: circus theatri, hoc est, campus spaciosus ad cursum & spectandum se aperiebat. Circus erat maximus Romæ [illegible] a Cæsare dictatore longitudine trium stadiorum, latitudine uero unius

C extruxit, cum quaternum iugerum adiiceret, quiad sedendum 260. & [illegible] hominum [illegible] continebat, ibi ludi [illegible] Forma spacij erat oblonga. in summo circi carceres erant unde equi cum curribus pro[illegible]bant: ad quam similitudinem in circum theatri, cursores hic introducit. In circuitu spectacula erant, in quibus patres & equites spectabant. Quare Poëta ad circi maximi speciem alludens, addit, Theatri. Ab hoc circo, ludi Circenses nomen sortiti fuerunt. Et spectatores ludorum Circensium myrto coronabantur.

Theatri.] spectaculi [illegible] à τὸ θεάομαι, uideo, contemplor. Erat id apud Romanos hemicycli specie [illegible]tum. Amphitheatrum [illegible] duobus theatris forma rotunda constabat. Theatra solebant croco repleri, & iisdem carbasina uela obtendi. Plinius author est, M. Scaurum primum theatrum Romæ fecisse. Quo se.] in quem circum. Consessu medium tulit.] [illegible] ueluti translatione a consilio, ad incedentem in media frequentia Aeneam.

Extructo [illegible] si tribunali, aut thoro è cespitibus parato: aut loco edito, ubi uideri, & unde audiri potuerit.

Hic [illegible] in hoc circo. Nisus & Euryalus.] Horum res ge[illegible] exitus referuntur in nono. Adnumerantur paribus [illegible]rum propter indissolubilem amicitiam & uinculum [illegible] ut neuter alteri casu superesse uoluerit. Forma insignis.] A forma & ætate adolescentis descriptio. Amore] A fide & amicitia Nisi. Pio.] propter turpem & scelestum amorem [illegible].

Pueri [illegible] Euryali. Diores] A generis claritudine. Hunc [illegible] Diorem. [illegible] Hos à patria describit. subauditur, sequuntur. Acarnan] ex Acarnania. ea regio nomen illud adepta est ab Acarnane Alcmæonis filio, qui fuit Amphiarai. Hanc regionem tradunt ad orientem sinus Ambracij sitam. Acheloum, eam ab Aetolia separat [illegible] quæ orientalior est supra quam sunt Ozolæ Locri. [illegible] Pindo defluit Achelous, initio Thestius dictus, in Austrum, ab occasu clauditur sinu Ambracio, à septentrione [illegible] ad austrum Leucada in conspectu habet, [illegible] Ithacam Homerico carmine nobilitatam. Hi sunt i[illegible] Acarnanes, qui cùm ab Aetolis duce Scopa graui bello atterrerentur, de[illegible] anno ad sexagesimum [illegible] ab[illegible] coniurarunt, non nisi uictores ex eo bello reuersuros & eum qui uictus acie [illegible] fuisset, nemo urbe, tecto, mensa, aut lare iuuaret. [illegible] uxoribus & liberis in proximam Epiri oram ablegatis, ipsos Epirotas publicè precabantur, ut omnes eos qui suorum in prælio occubuissent, in aceruum unum c[illegible] simul humarent, & sim[illegible] conditorum sepulchro in[illegible] Hic ii sunt Acarnanes, qui aduersus iniuriam Aetolorum pro aris & focis pugnantes fortiter occubuerunt. Sunt autem authores qui opinantur, Acarnaniam non ab Acarnane, sed quod [illegible] id est, intonsi essent, fuisse appellatam: sicut [illegible] quasi [illegible], tonsi. nam Aristoteles in Acarn[illegible] in repub[illegible] Acarnania partem Curetes, [illegible] aliquando tenui[illegible] A[illegible] Acad[illegible] intranti[illegible], limen Græciæ est. [illegible] fuit [illegible] urbium clarissima in littore sita. [illegible] celebris. Acarnanius porcellus, paræmia de [illegible] sed amabili, & qui in d[illegible] habeatur. Por[illegible] Acarnanem dicat, Salium ne an Patronem [illegible], utrum Arcadem, in dubium trahitur. Curtius [illegible], Patronem quendam ducem Græcorum mi[illegible] fidissimum, in extremo prælio aduersus Alexandrum, regi suo salubre consilium aduersus Bessi insidias [illegible] ut se in Græcorum militum castris contineret, nisi se Besso & Nabarzani trucidandum uellet obijcere.

Arcadia] A patria. Arcadas in Argolide multi collocant, ut in umbilico Peloponnesi, multis undique gentibus interiectis, & paribus circumquaque interuallis a mari submotos, sicut & Cynurios, atque hos solos [illegible], quorum regio magna ex parte montana est. Ad ortum Argiam & Laconicam habent, Messeniam ad austrum: ad occasum Elidem ad Alpheum spectat * septentrionalis Achaia est. Multas appellationes gens ea uarijs casibus & rerum mutationibus sortita fuit. Pelasgi, a Pelasgo rege: quem [illegible]: hoc est, terrigenam dixerunt, quod is unus tum dignus iudicatus esset, cui regnum & regium sceptrum committeretur inter feram syluestremque gentem, quorum uiuendi sine legibus ratio nihil à brutis distabat. Reperit is uictum tunicas pelliceas. monstrauit eis, ante inuentas fruges, glandium fructus hoc est, phaginos, quibus impendiò delectati fuerunt: quare Ba

καταφάγοι Arcadas Pythia uates nominat in quodam oraculo. erat autem id huiusmodi:

» ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς· οὔ τοι δώσω.
» πολλοὶ ἐν ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
» οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω.
» δώσω τοι τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι,
» καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι. Id est,
» Me petis Arcadiam: me grande petis: dabo nunquam.
» Nam uiri in Arcadia, uescentes glandibus ipsi
» Sunt multi (nihil inuideo) qui te prohibebunt.
» At Tegeam pedibus tibi pulsandam dabo. campum
» Metiri insignem fune. —

Mox Lycaones cœpêre appellari, à Lycaone Pelasgi F. quem in lupum transformatum fabulantur. Post hûc Arcades, ab Arcade Iouis & Callistus, rerũ ibi potito Stemmate regio hic ortus, magnitudine animi & ingenio longè reliquos suæ ætatis homines anteibat. Ad hunc referunt multi mansuetudinem gentis eius cultum, & uictus mutationem. Docuit condere fruges, subigere farinam, & pinsere, & in furno coquere. Ab Azane huius filio, Azanes dicti fuêre. Pro pellibus & arborum corticibus, Arcas ostendit rationem lanificij, deducendi digitis è colo fila, eaq́ texendi artem. Qua re diuini honores ob merita sunt illi decreti Ossa Manimeam, Delphici oraculi iussu, è Mænalo honoris gratia sunt portata. Fuit & Parrhasia nuncupata, à Parrhasio Philemones & Martis: qui à lupa educatus, Arcadia regnum inuasit. Bellicosa gens Arcadum semper fuit: non quidem mari, à quo procul abest, sed terra. Et in auxilijs fortior, quàm suo Marte. Hinc in prouerbium cessit, ἀρκάδας μιμοῦμαι, Arcades imitari: hoc est, strenuam operam alijs nauare: aut cùm nequimus nostra uirtute nos prouehere alios adiuuamus. Celebratissimi mõtes sunt, Cyllene, Pholoë, Mænalus, Lycæus. Oppida, Stymphalus, Tegea, Typæna, Megalopolis, Mantinia, & nonnulla alia. Amnis Ladon. Arcades Græcorũ primi in Italiam colonos misêre. Aiunt hinc decem & septem ætates ante excisum Iliũ, Oenotrũ cum fratre Peucetio classe in Italiam delatum, iuniorti Lycaonis filium, quintum à Phoroneo, qui primus in Peloponneso regnarit. Hinc Euander in Latiũ uenit temporibus belli Troiani. Hinc item Dardanus uel in Italiam, uel in Samothraciam primùm: inde in Phrygiam delatus fuit. Ita Poëta nunc innuit, hinc Salios item oriundos mansisseq́ eorum tum nomen, tum gentem apud Troianos. ac postea hunc iuuenem cum Aenea in Italiam nauigasse. Proinde Salium Arcadem hîc agnosco. Habuerunt Arcades & pascua fertilia. Quoniam autem Arcades se uetustissimam tota Græcia gentem esse uoluerunt: ipsamq́ regionem adeò etiam ante lunam fuisse, προσελήνους: hoc est, antelunares per iocum audiuerunt. Ouid.

» Orta prior Luna, de se, si creditur ipsi,
A magno tellus Arcade nomen habet.

Ex oraculo paulo ante citato, docet I... genuinam partem nam natam. Arcadiam me postulas: de eo qui uel magna, uel inutilia postulat. Arcadicum germen. de grandibus & ignauis quòd ea gens, propter ingenij stuporem peculiariter malè audiret. Tegeæ.] Arcadiæ urbs celebris, Herodoto in ...io sepulchro Orestis, accidentalis Stymphalo. Spartiatæ oraculi supra citati ambage decepti, Tegeat... bello adorti sunt: quod oraculum dixisset, Spartiatos Tege... item campum fune mensuros. Spartani primo prælio uicti, captiq́ fuerunt ... fidem oraculo fecerunt. nam f... ipsi compedibus uinct... campũ dimensi sunt. A' Tegea, T...eates & Tegeaus ... us Pan Tegeaus. Spartani postea d...lo, ut specie ... exilij, per Lychen: quendã, qui Tegeam profugit, Orestis ...a occultè cõsequuti, magnam Peloponnesi partem sub ditionem suam redegerũt. Atque hic quidem ad alia transeundum foret, nisi pauca obiter de moribus ... ritu Arcadum prius explicanda occurrerent. Ad tricesimum ætatis annum in musica exercebantur, ut eius indoctum esse probro daretur. Credebant eo studio ferociora ingenia mitescere. Quoniam autem montosa regio est, quibus in locis duriora ingenia nasci solent, propter cœlitũ ... ium tristitiam, quare eam multo alacrius amplexi fuêre. Tegeæ, corripit primam syllabam, etiam in deriuato, neq́ enim apud Poëtam, meo iudicio, legendum est, Nemaũ, aut Tegæum: sed Nemæum, Tegæum ...us,

» —— Tegæum subligat ensem.

Nisi quis Poëticam licentiam in ectasi uelit excusare. Papinius in sexto:

» Affatu tacito iuuenis Tegeæus adorat.

Tegea ergo, pro Tegeæa gentis.

Trinacrij.] Siculi. Helymo grandiori & Acgesto, post primũ in eas terras appulsum Aeneas occurrit, à quibus humaniter exceptus, ambobus author fuit, ut nouam quisq́ urbem conderet sui nominis. Helyma & Acgesta fuêre appellata. F... lorianus suprà pluribus uerbis recensuimus. Huius haud dubie filius iste Helymus iuuenis fuit, quem iam inter c... f...tes annumerat. Panopesq́.] Hũc, perinde ut Helymum, ab exercitatione & uenationis studio describit. Hodie adhuc nobi...um & principum artes sunt & studia, uenationis, ut apud ueteres ... ostendit hos duos ex prima nobilitate Siculorũ fuisse eum comites Acesta cos appellet. Multi præterea.] conuenimnt ad certamẽ Sai habe... Pacia, pencipes cursorum tantum retulisse, quibus multi alij parum illustres se coniunxerint. Quare nominum horum obliuionem in obscuritatem generis, & incertitudinem famæ transfers. Et odiosa simul est prolixa enumeratio, properanti ad ipsam rem præcipuè in re fabulosa. Quibus in.] inter quos ipse medius ad hunc modum loquutus est.

A R G V M E N T V M.

Aeneas cursoribus præmia recenset, quæ singulis, quæúe tribus primis uictoribus d...turus est.

NASC. Accipite hæc animis.] memoraturus præmia, quæ ipsis daturus est, cursorũ attentionem sibi præparat, renouatq́ etiam

Accipite hæc animis, lætasq́ aduertite mentes.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
†Gnosia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, cælatamq́ argento ferre bipennem.
Omnib. hic erit unus honos: tres præmia primi
Accipient, flauaq́ caput nectentur oliua.

†al. Cnosia: al. Gnossia

cùm subdit: Lætasq́ue ... duertite mẽtes.] ... in uerbis se de iucũdis reb. mox tùm sequitur: Nemo ex hoc numero mihi non do-

Primus e[illegible] phaleris insi[illegible]em uictor habeto:
Alter A[illegible]oniam p[illegible]arre[illegible]m [illegible] p sagittis
Thr[illegible]cei[illegible]to quam [illegible]cir[illegible] [illegible]ct[illegible]r auro
Baltheus, [illegible] tereti subnectit [illegible] gemma.
Terr[illegible]us Argolica hac galea con[illegible]ntus abito.

A nō donatus [illegible] b[illegible]t.]Ideni[illegible]. [illegible] [illegible]oribus [illegible]aurū [illegible]ficat [illegible]beneuolen tiam [illegible] co[illegible]it ex be ne[illegible]centia, li[illegible] era ita te[illegible]n [illegible], ut Gno[illegible] bina d[illegible]bo]enumeratio præ mi[illegible]um. [illegible] n[illegible] saturus est cur[illegible]t.

*al. Circum amplectitur

[illegible] [illegible]t emitas est in [illegible]eta T[illegible] x. m[illegible]pr[illegible]mi [illegible] ui datt rui [illegible] præmia edicit.

[illegible] u[illegible] [illegible]num ui[illegible] [illegible] m[illegible] p[illegible]lert[illegible] [illegible] uictoris pr[illegible]m [illegible] p[illegible] [illegible]e[illegible] p[illegible]a etis ornatum [illegible]tem [illegible] n[illegible] [illegible]ubus o[illegible]m equitum nobi lium [illegible] nam equites no[illegible] phaleris donabantur [illegible] t[illegible] [illegible]ta interdum eis m prius. bantur, si qu[illegible] s [illegible] num admis[illegible], ut meri[illegible] t[illegible] priuari [illegible] L[illegible] m[illegible] Suet niut a[illegible] l[illegible] [illegible]uis rei [illegible] ni Al[illegible] A[illegible]z[illegible]m]uel qua [illegible] [illegible]iam, ut [illegible]er [illegible]terpreti uel reuera ea for ma qua Ama[illegible]ne[illegible] [illegible]bant B[illegible]us auro & B [illegible]emma ornatus. [illegible]tu[illegible] abito] quasi paruo præ [illegible] munere.

LAMB Hort A[illegible]] [illegible]tentio, à persona auditorum. Ne m[illegible] [illegible]atis, quæ præmia decernat ui[illegible]oribus [illegible] com munia in uniuersum omnibus etiam ui[illegible] P[illegible] ante ocu[illegible] positis, acrius certatur ad [illegible] mendum [illegible].

Nemo non]omnes a[illegible] munere [illegible]nabuntur, ut etiam ignauis[illegible] unt quiq; ad uirtutem p[illegible] sint extimulari.

Gno[illegible]a] Primum pr[illegible]ponit commune omnibus præ miū [illegible]guis duo optime pariter ac nobilissimi generis spi cula. Inde præter hæc tribus primis singula.

Gnosia. [illegible]retensia: antonomasia [illegible] specie ad genus. nam G[illegible]ossus o[illegible]m primē nominis, & regia [illegible]inois fuit in [illegible]reta, quam Homerus lib. Od[illegible] 19 magnā appellat. [illegible] dicunt per tenuem, quam m[illegible]diam uer timus. Initi[illegible] [illegible]eratus dicta fuit a uicino fluuio Cæterùm R[illegible]damanthus Gnosius fuit, tanta iustitiæ integritate, ut Poetæ et etiam tribunal & iudicia apud inferos inter mortuos tribuerint Imperauit ibi & Minos non minus iu stitiæ ext[illegible]matione celeber: quamobrem & ipsum quæsi torem inter mortuos fecerunt uates. Fuerunt Cretenses præstantissimi sa[illegible]tarij unde fere P[illegible]ta ab eius insulæ C [illegible]berrimis [illegible]ocis spiculorum [illegible] nomina [illegible] epitheta, & ia[illegible] tela ra[illegible] nem ducunt cuius[illegible]odi sunt, Incautam ceruam nem[illegible]ra inter [illegible]sia fixi. D[illegible] secundo Gno sia spicula, [illegible] [illegible] Cretensium rebus prolixa nobis narratio [illegible] m terti. Leuato]eandefacto, & in splendorem red[illegible] qualitate ferri & à materia.

Argento] A materia. Cæl[illegible]am] tectam & in sculptā. Omnibus.] siue in primis, siue in extremis sit, bina spicula & singulas bipennes dono accipiet.

Primi.] Vt qui uel primus, uel secundus, uel tertius, metam tetigerit, ita præter cōmune omnibus cæteris præ mium singuli a[illegible]iud peculiare & quidem magnificum ha bebunt. [illegible]liua.]ad imitationem sacrorum certaminum. Oliua Mineruæ sacra fuit Ipsa arbor olea, fructus oli ua appellatur. [illegible]liua igitur, pro oleæ corona. Constat a[illegible]em, in huius generis ludis, solere omnes oleastro coronari Populus Ro man hunc arbori ma gnum honorem ha bu[illegible] cum equitum tur mæ Idib. Iulij ea coro narent, minoribus trī um[illegible]is ea ouarent. Sed & Athenie[illegible]ses u[illegible] rece ea co ronabant, ut [illegible] [illegible]mpia o e[illegible]si[illegible]. Lo est ingenio, ut quemad[illegible]odum [illegible]edrus, nunquam, [illegible]isi neq; [illegible] neque uetu[illegible]ate[illegible]. I[illegible] eius nat[illegible]am ad [illegible]ritum uictorum fa[illegible]a retu[illegible] [illegible] ea tribus primis pronunciet Primus equum p[illegible]lert[illegible]] Pro[illegible]: Tres præmia prima [illegible], primus equum, alter pharetrā Ama[illegible]omam, tertius [illegible]am ga[illegible]eam. Sed præmia alia atq; sunt præstanti[illegible] [illegible] radib. uictoria Phaleræ, ornamenta sunt equorum Tran[illegible]ertur significatio ad or namenta speciosa uerborum. Horat.

Ad populum phaleras. — et

Ama[illegible]n[illegible]m.] qua Amazones usæ fuere. Lauis pha retra, [illegible] exoti[illegible] g[illegible]nte, qu[illegible] nomine & re sua dignitate & precium augetur. Minus hoc præmium est quam illud, quod primo & principi uictori fuit [illegible]nstit[illegible]um.

Amaz[illegible]n[illegible]] Vnde per[illegible] pharetra Amazonia ad Troianos peruenit [illegible]sta fe[illegible]rum testimonio bel lo Troiano M[illegible]onem ex Aet[illegible] & [illegible]mazonas ex Ponto Priam[illegible] [illegible]petitas uen[illegible] [illegible] Hect[illegible]e occi sus Ach[illegible] et interi[illegible]. [illegible]ed h[illegible] admo[illegible]m facit ad consi[illegible]um P[illegible]iæ, qui Aeneam aut Troiana decora, aut spolia hostibus detracta, f[illegible]onamem fere introducat. Tametsi [illegible]ospitalia [illegible] dona munera me non fugiunt. Er go uerisimile est Ama[illegible] [illegible] eius Pria[illegible]mus multo ante interfecerat, & Anchises id quod consentaneum est, monumenta penes Ae[illegible]eam mortuo parente mansisse. Mem[illegible] [illegible] Homerus ib. [illegible] scholiastes eam ad hunc fermè m[illegible]um, sed plur[illegible] recenset cuius uer ba, si quis requirat, in secund[illegible] adsc[illegible]t. Otrere & Myg[illegible]ne Hecu[illegible] fratri u[illegible] [illegible]gnant [illegible] Phrygia, Melanippe & Hi[illegible]po[illegible] Ama[illegible] [illegible] Phrygiam p[illegible]abunda terr[illegible] [illegible]ebantur. Hi col latis castris Priamo præter[illegible] [illegible] adue[illegible], hos stes prohibuerunt, ne cardine re[illegible] transcenderent.

Threic[illegible]] [illegible] pitheticas [illegible]pecie ad genus ap[illegible] tamē ductum [illegible]hracum ab ea g[illegible]nte quæ olim bellicosissi ma fuit [illegible], quamuis perfidia [illegible] famis id quod te statur aliquod etiam paroemia, quarum alibi à nobis fa cta fuit mentio Thracium commentum, [illegible] Thraces fœdera nesciunt. Sed de Thra cum moribus & infamia, alibi instituetur narratio.

I[illegible]m circumplectitur auro]addit au tem descriptionē à forma, & materia ac [illegible]ria Cæterùm balteus locum est, præter notam significationem, unde de pendēt arma: quod genus, opinor, Græci [illegible] uocāt.

Terr[illegible]us Argolica hac galea contentus ab ito]Postremum præmium. Tenuius est pharetra Amazo nia: quod ipsum coarguit ipse, cum iubeat eum galea esse contentum Hanc galeam credere par est, ab ipso Aenea hostibus ad Troiam detractam. In uniuersum, uicto ribus & uictis pariter, non nisi militaria donat munera.

A

ARGVMENTVM.

Cursores, au[illegible] bæ signo [illegible] enie [illegible] lo [illegible] currentes excu[illegible] N[illegible] curs[illegible] nibus antesti. q[illegible] Salli[illegible] in [illegible] tur te[illegible] u[illegible] est mult[illegible] spat[illegible] sta[illegible] Eury[illegible] quintus eius humero incum[illegible] ns & [illegible] cem terens cuirt [illegible] iores.

NASC. ? al. humeris; ? al. ambiguumúe

Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoq; [illegible]
Corripiunt spacia audito, limenq; relinquunt
Effusi, nimbo similes, simul ultima signant.
Primus ab[illegible], longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat, & uentis, & fulminis ocyor alis.
Proximus huic longo sed proximus interuallo
Insequitur Salius, spacio post deinde relicto
Tertius Euryalus
Euryalumq; Helymus sequitur quo[illegible] inde sub ipso [illegible]
Ecce uolat, calcemq; terit iam [illegible],
Incumbens humero, spaci[illegible] & [illegible],
[illegible] oleat el[illegible] prior, [illegible] ambiguumq; relinquat.

[illegible] — [illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

Nec aliter sentit Virgilius [illegible] sua in[illegible] qui[illegible]

NIMBO similes] cõmunis est eur sorum a uelocitate per cõparationem cõmendatio. Vltima signant.] oculis, atq; animo metiuntur auiditate uincendi. Primus abit.] a cõmuni ad separatam cursorũ mentionem, enumerationemq; transit. Emicat.] celeriter currit, & currendo excellit inter omnes. idq; [illegible] uento, & à fulmine. unde subdit: Et uentis, & fulminis ocyor alis.] [illegible] [illegible]. Nisi uelocitatem in currendo extollit: nemo enim uento, aut fulmine ocyus currere potest: Hæc autem duo designare in Niso uidetur uelocitatem, & splendorem quendam in cursu[illegible] quæ duo sub duplici unius uerbi significatione, Emicat insinuauit uiq; ers aperitior fieret, hyperbolicam comparationem uentis & fulminis addidit: nam in uento celeritas, in fulmine uelocitas, splendorq; inest & quanquã alius est in fulmine splendor, alius in homine, tamen per translationem sic hominem in re aliqua & aratianem, aliaq; multa ut etiam lumina, ignem, Solem, & astra splendescere dicimus.

Longo sed proximus interuallo]Parenthesis est, quæ uim penè correctionis habet: nam quia dixerat Proximus huic, subdit statim proximus quidem, [illegible] longo interuallo: nam si nulla, aut quàm minima loci intercapedine proximus fuisset, non satis rectè, uento, & fulmini solus Nisus comparari potuisset: quia & Salio eadem comparatio congruere uideretur. Tertius Euryalus Euryalumq; Helymus sequitur] gradatio, quæ Græcis [illegible] dicitur ut in Bucol.

Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Calcemq; terit iam calce Diores, Incumbens humero.] hunc locum non intellexerunt interpretes, nec Iulius Scaliger, qui in suo Critico uirgula censoria Grãmaticos notat, & interpretes, cùm tamé ipse grauiori nota dignus esse uideatur: qui sibi quandam fingit chimæram, hos duos cursores Helymum, & Diori æquata linea. id est, à latere currere, quæ quide linea utriusq; calcibus ita dirigat, ut calces inter se atterant. neq; fieri posse putat ut alter curris ab altero currẽte superetur, si in eius uestigia pedes ponat hoc uerum dubiũ est, nec Virgilius ipse hoc designat, ut Diores, q Helymo posterior currit, Helymũ superet, sed quod pone nullo interuallo illi proximus currit. locus ex Homero sumptus est Iliad. 23. quẽ locum inquiũt nonnulli Virg[illegible] ium cũ assequi, nec in suam maiestatem flectere nequiui[illegible] et, more suo modum commentum fuisse. Sed errant ipsi: nam idem Virgilius dixit, quòd Homerus, si utriusq; uerba æqua lance expendantur. uersus Homeri hoc habent, Vlyssem tanta subsecutum celeritate fuisse, ut in Antilochi uestigijs anteponat pedes, quam puluere obducantur. Sed ipsum audiamus.

Calcemq; terit iam calc[illegible] m [illegible] cem [illegible] Helymum [illegible] pr[illegible] B mu[illegible] atque He[illegible] mus pr[illegible] ter in eius uestig[illegible] um pe[illegible] poneret ui[illegible] [illegible] ærent [illegible] [illegible] en[illegible] dere: non [illegible] ta [illegible] calcem [illegible] calce calcem [illegible] se ait. per[illegible] e s[illegible] duceret [illegible] tern[illegible] um ex [illegible] e itaq; de ue[illegible] o m[illegible] um [illegible] ut in sente[illegible] meri (ut reue[illegible] [illegible] deatur. Incumbens humero] [illegible] dem sententiam expressit, qua[illegible] pluribus [illegible] merus p[illegible] tolit.

[illegible] «
In eius capi[illegible] tum [illegible] at [illegible] et. «

Igitur incu[illegible] humero H[illegible] mte [illegible] st non suo. quicquid [illegible] tiant interpretes: na[illegible] mer[illegible] sententiam sequitur [illegible] taro. Spacia & si plura [illegible] si plus f[illegible] superfuisset ad currendum, [illegible] præteri[illegible] h[illegible] modo quod ambiguum er[illegible] se nam a[illegible] um substantiuum nomen est [illegible] ad finem ad[illegible].

H Æ[illegible] dicta] Magno arti[illegible] cio curs[illegible] certamen h[illegible] cul[illegible] .Excurs[illegible] or me[illegible] pagu[illegible] designa[illegible] luni e c[illegible] lacus, unde inutiũ cursus fieret, a[illegible] ren[illegible] onsi[illegible] tudine nata [illegible] a repagulis siue a carceribus ad met[illegible] m pr[illegible] principio [illegible] ue ad finem Nam meta termi[illegible] nus erat [illegible] fi[illegible] mi, quo cursus intendebatur. Hæc ubi dicta.] Homerus Iliad. penultimo.

LA[illegible]B Hore.

[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «
[illegible] «

id est,

Dixit[illegible] lei mox surrexit celer Aiax. «
Consi[illegible] io hinc pollens & fraude Ithacensis Vlysses, «
Tertius Antilochus longæuo [illegible] estoris na[illegible], «
Qui reliquos pedibus iuuenes uincebat [illegible] eret. «
Ordine consi[illegible] unt : metam signauit [illegible] es. «

Quod noster dixit [illegible] eum [illegible] iunt [illegible] ca[illegible] ut extulit, [illegible] [illegible] Sion[illegible] q; [illegible] ad prosiliend[illegible] luc enim & animis & auribus intenti stabant Corripiunt]Significanter qui[illegible] at Homerus cursum eos à carceribus tetendisse

A tendisse ait, simplicius ac luculentius. Limen]carceres, e quibus [illegible] prosiliunt. Relinquunt [illegible] [illegible]]Metaphora, qua admirabilem uelocitatem cursus [illegible]. Hanc [illegible] amplificat ad metaphoram te putent. Vltim[illegible] Naturam certantium [illegible] penitus nam uincendi studio in ipso iam curriculo, [illegible] figura usus est [illegible] cum uel et celeritatem in ob[illegible] care. In meta, [illegible] hoc ipsum uersatur de quo certamen est [illegible] Nisus Ajacis [illegible] Salius [illegible] qui secundus [illegible] Nisi [illegible] summus, quorum [illegible] admirationem Al[illegible]] A [illegible] est permut[illegible] Speci[illegible] His rebus enim maximam [illegible] personarum tamen habitum [illegible] Deinde [illegible] crendi casu cum pro ante & [illegible] authores usurpent, qui diligenter lo-

B quuti sint.

[illegible] quem deinde sub[illegible] sum

Volat]Metaphora, [illegible] ad homines C[illegible]] [illegible] ipsum qui [illegible] Homerus de Vlysse qui non cal[illegible] uestigia currentis [illegible] pedibus p[illegible] sarit. Verba Homeri sunt ex eodem libro

[illegible]

[illegible]

Id est,

[illegible] sic propè tum currebat diuus Vlysses.

Et simul à tergo uelox uestigia plantis

Pulsabat, puluis fusus tellure priusquam

Cr[illegible] esset.

Quod nostre conatus [illegible] uerbis exprimere, pulueris mentionem [illegible], calcem [illegible] praecurrentis Diore pede premere dicit: id quod idem plane est cum Homerico. Etenim quid aliud est, pede alterius plantam propè ferire, quam pedem in uestigium alterius uix subtracti pedis immittere? Pari eruditione & illud, quod mox in utroque sequitur, redditum est. Incumbens hu[illegible]]quod Graecus,

[illegible]

Et capite affudit flatum illi diuus Vlysses.

In cursu, qui defatigatus perpetuo labore, capite propè humeri alterius haeret, an non anhelitum illi adflat? Spatio [illegible] Ergo haud procul à meta aberat. Elabi significanter usus est ea dictione, qua egredi & exire dicimus, non licenter, ut existimat Seruius. Nam cum uellet Poeta in cursu extremum conatum Dioris indicare, cum iam paribus propè uestigiis Helymus & Diores mouerentur, si longius à meta abfuissent, potuisset emicu[illegible] Diores: id quod elabi nunc uocat Poeta quasi in procursu [illegible] fronte eminere, & ceu ex eo loco longius labi. Atque haec quidem est genuina Poetae mens. Ambiguum]Ambigere, de finibus locorum propriè dicitur, etiamsi uulgus grammaticorum secus interpretatur. Proinde, quia de [illegible] ambiguitate in cursu certamen est, hanc expositionem tenendam censeo.

A[illegible] Ambigere, [illegible] transfertur non modò ad duo, sed ad plura etiam inter se discrepantia & controuersa, sed & apud Graecos. Neque uerò solùm, sed ad dubia animantia etiam, ut an uir ne sit, an non, eunuchus.

ARGVMENTVM.

[illegible] aduentarent, [illegible] so uictorie arti[illegible] [illegible] tem [illegible] Salio, qui & [illegible] iamque in[illegible] [illegible] D[illegible]

Iamque fere s[illegible] extremo, fes[illegible] sub ipsam
Finem aduentabant, laeui cum sanguine Nisus
Lab[illegible] infoelix, caesis ut forte iuuencis
[illegible] ulus humi, uiridesque super madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam uictor ouans, uestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit, immundoque fimo, sacroque cruore.
Non tamen Euryali, non ille o[illegible] amorum:
Nam sese opp[illegible] Salio per lubrica surgens,
Ille autem spissa iacuit reuolutus [illegible] rena.
Emicat Euryalus, & munere uictor amici,
P[illegible] tenet plausuque uolat fremituque secundo:
Post Helymus subit, & nunc tertia palma Diores.

NAS[illegible] S[illegible] ipsam Fi[illegible] ne [illegible] [illegible] interpre[illegible] [illegible] subaudiendum pu[illegible] C [illegible] sub ipsam [illegible] ad finem aduen[illegible] [illegible] senten[illegible] quoque [illegible] bo quia hic dicatmo dus sub finem aduentare, exemplis caret. hanc uerò sententiam breuius Homerus protulit Il.

[illegible] Id est.

[illegible] quando iam [illegible] con[illegible] rebant cursum.

[illegible]

Leui sanguine.] lubrico, per quem ambulans, aut currens homo difficile consistere posiit. Caesis ut forte iuuencis]ne fortè quaeras, unde sanguis ille, aut quà[illegible] fusus esset, [illegible] occurrit inquies, caesis iuuenc[illegible] est allusio, ut alium interpretes, ad sacra quae ante ludos agonales Romanis fieri solebant: quorum expositionem ego non probo: nam si totus hic locus Homerica imitatio est, ut uera est, nulla hic erit ad agonales ludos allusio. nam uti Homerus in sanguine boum, q[illegible] in funere Patrocli ad eius sepulchrum mactati fuerant, Aiacem prolapsum fuisse ait, sic ad eius imitationem Poetam nostrum sentire Nisum in uictima[illegible]

Leui cum sanguine Nisus Labitur infelix]ad [illegible] praeter [illegible] Aristot. in poet. per speciem uocat [illegible] aliquid nobis [illegible] commodi, uel incommodi contr[illegible] ut hoc in loco n[illegible] ubi Nisus ad finem uenisse, uictoriamque s[illegible] potiturum [illegible] labitur, uictoriamque alteri pal[illegible] [illegible] erepta relinquit. locus est ex Homero sumptus libro pro[illegible] citato, ubi Aiacis eiusdem casus inducitur.

marum sanguine cecidisse, crediderim, quas in parentalibus Anchisæ patris Aeneas ad eius tumulum mactauerat. nam dictum fuit:

——cædit quinas de more bidentes,
Totq; sues, totidem nigrantes terga iuuencos.

τὸ ὥσπερ igitur est, & causam assignat cur ceciderit. hæc particula ὡς, rationalis est, pro utpote, siue ut qui.

Titubata.] *nó poterat euidentiùs hominis per lubrica currentis lapsum exprimere. qui [illegible] uestigijs hærere, gressumq; firmare conatur, nec potest, cruribus, tot[illegible]q; corpore paululùm titubãs, tandem labitur.* Obitus amoris [illegible] *falsò ait interpres turpitudinem significari numero multitudinis, cùm aliter apud latinissi[mos] auctores legamus [illegible] in 2 de finibus bon[orum] & mal[orum] oculorum, inquit Plato, [illegible] nobis sensus acerrimus [illegible] quibus sapientiam non cernimus: quàm illa ardentes amores excitaret sui si uideretur. idem repetit in primo de o[fficiis] formam quidem ipsam, M[arce] fili & tanquam faciem honesti uides, quæ si oculis cerneretur, ut ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ.*

Plausu, fremituq; secundo [illegible] *spectatorum, f[illegible] cet fauentium suis plausibus uictori [illegible] est locus Homeri:*

——[illegible] Ἀχαιοί.

L A M B. Hort.

IAMQVE.] *Homerus Iliad. penultimo:*

ἀλλ' ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον, αὐτίκ' [illegible]
εὔχετ' Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι ὃν κατὰ θυμόν.

Id est,

Iam spacium emensi, finem uenére sub ipsum,
Pallada Athenæam sic secum orauit V[l]isses.

Homerus paucis uota facientem Mineruæ fingit Vlyssem, ut præsens auxilium pedibus ferat. id quod noster omisit:

κλῦθι θεά, ἀγαθή μοι [illegible]

Id est,

Exaudito dea, atq; adsis mihi dextera plantis.

Neq; uerò frustrà funduntur preces: quare statim subycit Poëta:

ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη.
γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.

Id est,

Sic ait: orantem exaudiuit Pallas Athenæ,
Et leuia apposuit mox membra, pedesq; manusq;.

Læuicum] *Ex hoc loco, & simili apud Homerum, liquet, ante certamina hostias mactari solere. Homerus narrans, quo consilio Mineruæ preces Vlyssis exaudientis, per simum lubricú lapsus [illegible] tax, addit disertè eo loco Patroclo hostias cæsas paulo ante ab Achille fuisse. quod noster reddidit, sanguinem cæsorum iuuenco[r]um ibi fusum herbas made[fecisse]:*

[illegible]

Id est,

Iam [illegible] mine præm[illegible],
La[illegible] pr[illegible] P[illegible]:
I[illegible] rum more iuuencum
Fortè [illegible] Patrocl[o] mactar[at] [A]chill[e]s,
Im[illegible] lac[illegible] do os nare[s] cruore

At [illegible] in[tro]ducitur cum o[mn]ium Græcorum risu [illegible] num bubu[lum] ex[spu]ens quã [illegible] certa[mi]ne naua[l]i Menoten [illegible] re[illegible] pe[illegible] [illegible] idendum noster pro[illegible] fuit. [illegible] ne is: pro titubantia [illegible] Hunc lo[cu]m [illegible] imitatus, Chro[illegible] mum fin[illegible] de mentem Hippodamum. Et apu[d] [illegible] cur de, Idas Part[h]enopæum crinibus acreptum à meta [illegible] & uict[o]riam occupat:

——dum limina uicto
Parthenopæus init, correpto crine reductum
Occupat [illegible] primus [illegible] ostia metæ.

Sacr[o]q; [cruore.]] *Expo[si]tio simi immũdi ergo [illegible] sacro cruore, cùm per lubricum consi[st]ere nequiret, con[illegible] um.*

Amorum [illegible] *cuius specimen in re ludicra etiam cùm ipse uictoriæ spem abyceret, cum spe[illegible] uoluptate declarauit.* Ille autem [illegible] Sa[l]i[us], *qui proximus hæserat Niso in excursu.* Emicat [illegible] *pro[illegible]. [illegible] beneficio Nisi [pr]olapsi, qui pedem Salio obiecerat, primus in meta consti[tit].* Plausu fre[mituq;] *fauore spe[ct]a[tor]um meta-phora.* H[e]lymus [illegible] *secundus ad metam [illegible].*

Terti[us] p[illegible] [illegible] *tertium uictorum est [illegible] ores uel tertia ui[c]toria [illegible] ores, ut [illegible] Poëta usurpauit. aut [illegible].*

ARGVMENTVM.

Salius, qui fraud[e] Nisi ce[ci]derat, [illegible] m[illegible] do ho[nor]em er[illegible] m[illegible] patrum fauet Euryal[o], quem Diore[s] [illegible] sibi [illegible]. Aeneas verò, quod pollicitus est, se om[nib]us præstaturum [illegible] honesto donat munere, iidem Nisum [illegible] lapsum non m[illegible] tergo leonis villosam aureis vnguibus or[illegible] tradit, al[illegible] [illegible] clyp[illegible] [illegible] Di[illegible] f[ecit] iube[illegible]

NASC. CAVEAE con[sessum.]] *alludit ad theatra ludorum in quib[us] erant plures caueæ: unde diu[illegible] ris, atq; ordinis [h]omines ludos, & fabulas spectare solebant. [C]ic. in lib. de senectute. Vt Turpione ambiuio magis delectatur, qui in*

Hic totum caueæ consessum ingenti[s], & ora
Prima [pat]rum magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumq; dolo [red]di sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymaq; decoræ,
Gratior & pulchro ueniens è corpore uirtu[s],
Adiuuat, & magn[a] proclamat uoce Diores
Qui subijt palmæ, frustraq; ad præmia uenit
V[l]tima si primi S[al]io reddantur honores.
Tum [pa]ter Aeneas. Vest[ra] [illegible] munera [illegible]
Certa manent pueri & palm[illegible] ordine [illegible] mo
Me liceat †casum miseraci [i]nfant[illegible] [a]mici

prima caueæ spectat, dele[c]tatur tamé etiam qui in ultima.

[illegible] d[o]lo] [illegible] *quod* [illegible] *ab altero* [illegible]*r, iure id amis* [illegible] *m[a]xime me* [illegible] *ret.* Tuta[tur] fauor Eurya[lum.]] *tam gr[at]ia* [illegible]

*al. pius

al. casus

† al. Getuli

Sic fatus tergum † Getuli immane leonis
Dat Salio, uillis onerosum, atque unguibus aureis.
Hic Nisus: Si tanta, inquit, sunt præmia uictis,
Et te lapsorum miseret, quæ munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam,
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
Et simul his dictis faciem ostentabat, & udo
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli,
Et clypeum efferri iussit, † Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

† al. Didymæonis

A ma est, ut inquit Hom. apud Platonem, prima lanuginis ætas. Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. [illegible] meo omni fauor erat, quod Euryalus non solum præstanti uirtute, sed excellenti etiam pulchritudine insignis erat. cumque uirtus, animique præstantia in pulchro, quam in deformi corpore, uti gemma in auro magis quam in ære fulgeat, rectè gratior dixit. ueniens in pu[illegible] (namque ut inquit Plato in Phædro) sola pulchritudo hanc habuit sortem, ut maxime omnium & perspicua sit, & amabilis. Vestra, inquit, munera uobis [illegible] promissa cursoribus munera confirmat. Melior [illegible] tralum insontis. [illegible] non parua æquitatis, iustitiæque signum ostendit Aeneas: qui non æquum censet eum, qui alterius [illegible] fuerit, tanquam uictum à [illegible] præmio relinqui. T[illegible] Getuli [illegible] præmium Salio datum describit, quod extollit à genere, cum [illegible] à magnitudine. quia immane id est magnum erat. postremò etiam à pulchritudine tum naturali, tum artificiali. quia uillosum, aureisque unguibus ornatum. nam pulchrum iudicatur leonis tergus, si uillosum fuerit, multo pulchrius apparet, si quid et artis addatur. Hic Ni[illegible], si tanta, inquit [illegible] ludicra inuidia Nisus de Aenea propemodum queritur, lapsum excusat suum à fortuna, [illegible] casu, munereque se longè maiori dignum probat argumento à minori sumpto: in quo est [illegible], quæ mirè in modum orationem illustrat. Quæ munera Niso Digna dabis] non mihi sed [illegible] dixit: quasi nobili, ac multis laudum, gloriæque præconiis ornato plerunque enim tertia persona pro prima utimur ad amplificationem dignitatis, & excellentiæ nostræ, ut apud Hor. Ode [illegible] primi lib. Teucer.

Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

Laude.] uictoria. à consequente quod præcedit. Turpia mēbra fimo] causam sui lapsus ostendit, ac probat à signo. Risit pater optimus olli.] Homericum est: nam Aiace inuidia ductio, [illegible] prope iam indignante non absque signo doloris, quod Minerua dolo ipse cecidérit, Vlysses uerò palmam tulerit, totus spectatorum consessus risum extulit. hic uero solus Aeneas ridet. uersus Homeri hoc habent [illegible] ad 23.

ὢ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας, ἣ τὸ πάρος περ
μήτηρ ὣς Ὀδυσῆϊ παρίσταται ἠδ' ἐπαρήγει.
ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν.

id est, ut Eobanus transtulit:

—— inuidia Pallas
Extitit alma mihi, quæ sic tutatur Vlyssem,
Vt natum genitrix. dicentem talia Achiui
Ridebant, multosque dederunt ore cachinnos.

Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat] τὸ πρέπον. decet enim præstanti animo uirum præstanti etiam munere donari.

LAMB. Hort.

Hic totū.] In ludicro certamine, tāquā in re seria, modicè expostulantes iuuenes fingit. Sed ne illud quidē sine exēplo. Na[illegible] ad Homerū Aiax [illegible] Idomeneus in curuli certamine ad altercationē usque cōtē[illegible]tes describūtur. Caueæ.] Caueā omnē locū uocamus, in quo fera inclusa cōtinetur.

per translationem, locum in theatro, ubi populus conclusus spectat. Consessum caueæ.] consessum multitudinis in theatro ad spectandū sedētis, quòd perinde atque in cauea spectatores circumclusi sedeant. Ora.] præsentiam Aeneæ, & aliorū procerū, quos uūc Patres uocat. Papinius hunc item locū supperare imitatione contendens, Arcadas arma conclamantes inducit, quibus regem suum Parthenopæum defendere aduersus iniuriam parati [illegible] sint.

Arcades arma [illegible] emunt, armis defendere regem,
Ne raptum decus & meriti reddantur honores,
Contendunt, totoque parant decedere circo.

Tutatur.] Causam reddit quoque Papinius, quamobrem omnium fauor in Parthenopæum inclinatus esset:

—— accessit, inquit, lacrymarum gratia formæ.

Etenim ita natura comparatum est, ut uirtutes in uenusto corpore pluris æstimentur, quam in [illegible] rosò ac deformi. Qui si bni [illegible] locū proximum uictoria uenit. Nam si Salius, prolapso Niso primus metam attigisset, in postremis fuisset Diores. Honores] præmia. copia Poeta Primæ de cùm fauor tueretur Euryalū, Diores qui Helymum non occuparat, in locum eius successit. nam Helymum ordine secundum, [illegible] Diorem tertium uictorum recensuit:

—— tertia palma Diores.

Certamanent] destinata & indubitata stāt uictoribus. Palma] uictoriā. signū pro signato synecdoche, aut metonymia, ut aliqui malunt. Et Adrastus adolescentes, pueros uocat. & quidem decorè. eadem quippe ratione iuuenes, senes patres salutant. Me lice[illegible]t.] Ab honesto. simulque declarat optimi principis animum erga afflictos. Cùm enim uictores fere exuberanti lætitia exultent, & uicti externato sint mæstoque animo, dolor leuandus est aliquo præmio, ducis dexteritate. Insontis.] qui aliena fraude, non suo uitio aut culpa lapsus, ultimus ad metam peruenit. [illegible] ergum] tergus. nam poëtæ indiscriminatim tam uocem pro pelle usurpant. Getuli.] Epitheticè pro magni leonis. sed significanter, quòd Africa ferarum sit & armentorum ferax, præcipuè leonum & ursorum: ut India elephantorum & tigrium. Et prægrandes quidem feras Africa producit, id quod testantur prouerbia, Afra auis, Libyca fera. Consimili ratione suprà, pellem dixit Libystidis ursæ. Aristoteles tamen prodidit, uiribus longè præstantiores esse leones, quos Africa & Syria gignant, qui sunt inter Achelōum & Nestum amnes. Immane leonis.] ingens. Lanuuini, authore Macrobio, mane bonum dicebant. Hinc Latini, diuersa significatione, immane uocant: ut immanis belua, immane facinus. Et admirātis propè significato usurpatur ut, immane quanta in eo homine est humanitas. Villis.] densitate pilorū: à quantitate & ornatu descriptio. Aureis.] Synæresis pro, aureis. Quod ipsum exprimere uolens Papinius:

Tunc genitus Talao uictori tigrin inanem
Ire iubet, fuluo qua circumfusa nitebat
Margine, & extremos auro mansueuerat ungues.

Victis.] A' minori ad maius. Nam si Salio, qui in secundo

do adhuc cursu circa metam, priusquam ludibrio Nisi prolaberetur, proximas partes à primo tantum tenebat, tam luculentum ac magnificum detur præmium: quantum debetur Niso, primus emercusset ad metam, nisi fortunæ iniquitate per lubricum in terram corruisset? Quare diserte argumentatur primo splendidius munus deberi, quàm secundo. Tulisset [illegible] *transfert in fortu[illegible] in ludibrium fortunæ, cùm Salius dolo. Nisi lapsus [illegible] certè alteri prode[illegible] non debuisset.*

Ostentabat [illegible] *Hoc est, identidem ostendebat, [illegible] simul affectus erga se concitaret. Alioqui insolenter & arroganter ostendere signat. ad capiendã laudem Aiax autem Homericus [illegible] ibi ad metam procubuit correpto manibus cornu bovis [illegible] fimum immundum in [illegible] Græcorum evomit, simulq; exclamat, deam pedi [illegible] suis obstitisse, aut [illegible] ue[illegible] sit.*

» —— [illegible] μ© [illegible]
» [illegible] Βο[illegible], [illegible],
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» *Et Papinius, utrunq; Poetam imitatus:*
» —*ipse regesta inquit.*
» *Parthenopæus humo, vultumq; oculosq; mad[illegible]*
» *Obruit, accessit lacrymarum gratia formæ*

Risit pater [illegible] *Homer[illegible] ut Aiax omnibus Græcis concitat risum, nedum [illegible] Ar[illegible]*

» [illegible] Ἀ[illegible] [illegible].

Sic ait [illegible] omnes illum risere suave. "A

Olli [illegible], ἀντιμίξαρ. Clypeum [illegible] *Aiax Homericus bovem accepit. Idas apud Papinium [illegible] donatur, Parthenopæus equo, ut sunt dona [illegible] quibus fortes uiros conuenit ornari:*

Arc[illegible] dono, clypeum ger[illegible] improbus Idas. «

Did[illegible] *Ab arte [illegible] re, cũ honori [illegible] commendatione [illegible] addit, detractum [illegible], & quidem de poste sublatum postea, qui Neptun[illegible] facer[illegible]* Efferri *in medium [illegible]* pe[illegible] *aquam &* [illegible]

C[illegible] *men.* [illegible] *A[illegible] appellant. sed [illegible] cem pro[illegible] da[illegible] con[illegible]xit. H[illegible] enarrator [illegible] ut [illegible] ymaones [illegible] gnent ge[illegible] Didymi uer[illegible] de Di[illegible] dy[illegible] apud [illegible] mem[illegible] etc. Ex hoc loco [illegible] artificem fui[illegible] tione, uocalem ante[illegible] ere, hunc clypeum ab H[illegible] cam pr[illegible] dedit [illegible] legio aut [illegible]. Sed non addit [illegible] conjecturarum qui bus [illegible] simile.* B

Ne[illegible] *ad quem palum [illegible] fuit de[illegible] tusq; N[illegible] erat.* Reli[illegible] *bello Tro[illegible]* iuuenem [illegible] *Nisum, ut alioqui in cursu primas [illegible].*

A R G V M [illegible] N [illegible].

Tertium inst[illegible] tum victori[illegible] aera pugnis verberat[illegible] sese offerat, qui cum co[illegible] hendit, petitq; ab Aenea, vt eum tanquam victoriæ præ[illegible]

Nasc. Post ubi confecti cursus.] *T[illegible] situo est, Græci [illegible] dicitur: colligit enim breuiter quid Aeneas fecerit, & rursus proponit breuiter qd facturus est. porrò in hac cæstũ pugna describenda elegans est Poeta, & cop[illegible] nec mirũ quia habuit quos imitaretur poetas elegantissimos Homerum in 23. Il. & [illegible] dys. Apollonium [illegible] Argon quos tamen omnes iudicio doct[illegible] morũ longo interuallo hac in re sibi posterio res reliquit.* Nunc si cui uirtus, animusq; in pectore præsens.] *optime hæc duo coniunxit, virtus, atq; animus. nam ad hanc cæstuum pugnam opus est animo, atque uiribus.* Et euinctis attollae

Post ubi confecti cursus & don[illegible]
Nunc si cui uirtus, animusq; in [illegible] præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ [illegible] honorem
Victori uelatum auro [illegible]
Ensem, atq; in[illegible] galea[illegible].
Nec mora, con[illegible]
Ora Dares, magnoq; ui[illegible] murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus c[illegible]
Idemq; ad tumulũ, quo maximus o[illegible] Hector,
Victorem Buten immani co[illegible]
Bebrycia ueniens, Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
[illegible] prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostenditq; humeros latos, alterna[illegible]
Brac[illegible] protende[illegible], & uerberat ictibus auras.
Quæritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire uirum, manibusq; [illegible] cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet, atq; ita fatur

† al. palmæ.

brach[illegible] palm[illegible].] a cæst[illegible] [illegible] Victori ue[illegible] præ[illegible] uictori in [illegible] id est, lamm[illegible] de more sacrorũ in [illegible] aueatam, unde [illegible]. «

Et [illegible] rat aur[illegible] fronte iuuencum.

Datur uicto ensis, & [illegible] ad honoré, [illegible] sus.

C[illegible]nuo ua[illegible] *[illegible] servandũ est [illegible] graphia [illegible] torem ma[illegible] gnifice [illegible] extollentem se P[illegible] gat.*

E[illegible] Ora Dares [illegible] *cum eum ostentatione se exhibet ubi occulit Daretis audacia, temeritasq; notatur,*

A notatur, ut qui plus animo se efferat, & magnificè per ora [illegible] pene [illegible] incedat, ut paulò inferius [illegible] describitur talis fere se ostentat Epeus apud Homer. Iliad. [illegible] in certamine cæstuū. Magnoq; uirum [illegible] fremitu, & fauore uiroru. Solus qui [illegible] artius uirtutem commendat exemplo per [illegible] rum, quia solus cum Paride cæstibus pugna[illegible]. Hemtq; [illegible] tumulum. [illegible] erat [illegible] quo Buten immanem corpore uirum, multisq; [illegible] moribundum in are[illegible] ens Amyci [illegible] oculi de[illegible] Argon scribit [illegible] populorum iuxta Pontum ty[illegible] super[illegible], & arrogantia: qui cum omnibus [illegible] cæstibus uolebat lau[illegible] à Polluce [illegible] supe[illegible] inter mit a secun[illegible] ros lato [illegible] cervic[illegible] iactat [illegible] quod [illegible] alter[illegible] de Ap[illegible] lo quide sum[illegible] Dare [illegible]

B [illegible] Pollux [illegible] fortitudine, [illegible] præstanti sapientia uir induitur. [illegible] modeste conatu [illegible] periculi [illegible] nunquid ut antea, sint agiles sic enim Apo[illegible] inquit ait:

[illegible]

[illegible]

[illegible] alter caput arroganter attollit [illegible] brachia iactat, ut ex malus [illegible] imprudentiæq; suæ signum ostendat, auras [illegible] uerberat [illegible] humeros la[illegible] in Darete fortitudinem extitisse Poeta designat, cùm [illegible], quod perspicuū est fortitudinis signū: [illegible] arrogantiam carpit [illegible] quod pro[illegible] positum esse uidetur. est autem ostentare glorian[illegible] di, siue iactandi causa ut Festus ait, aliquid monstrare.

[illegible] coenute [illegible] sic apud Homer. [illegible] manibus tangit: quam ui[illegible]

[illegible] ἀλέντι μαχέσσασθαι,

[illegible]

[illegible] Id est,

[illegible] uir corpore prodigi ingens,

P[illegible] arte ua[illegible] & uiribus integer amplis,

F[illegible] bonus Panopeo natus Epeus.

[illegible] tum uoce canora. &c.

C P[illegible] A[illegible] certamine, transit ad pugi[illegible], id est, πυγμαχίαν, quā [illegible] uocant. quæ ordine ab Homero refertur secunda. Apud illū Epeus [illegible] Euryalus committuntur, perinde ut hic Dares & Entellus nobile pugil[illegible] par. Quos imitatus Statius, Capaneū & Alcidamantē in[illegible] ter se co[illegible]ponit, nusquam [illegible] tro Poëta tanquam ab ar[illegible] chetypo d[illegible] cedens [illegible] Homerus Iliad. penultimo:

[illegible]

[illegible]

[illegible] ἀνώγω

[illegible]

[illegible]

[illegible] ἀμφικύπελλον.

Id est,

A[illegible] præstantes [illegible] Pelasgi,

Binos ecce uiros, reliquos qui robore uincant,

Cæstibus in pugnam solos committere stat mens.

Et cui fortè fauens palmam donarit Apollo,

Ne Danai ignorent, mulam [illegible] ducat.

Poculum at auferet is, qui uictus cedet arena.

Ab eadem particula Adrastus apud Papinium transitio[illegible] nem parat ad pugilum certamen, quæ ipsa est propositio:

Nunc opus est animis [illegible] cæstus

[illegible] ominus: hæc belli & ferro proxima uirtus.

Præsens animus.] [illegible] dicitur, qui aduertit ad ea quæ dicuntur, co[illegible] omnibus [illegible] alijs rebus occupatis. Hinc quos iubemus esse [illegible] animi, ut disertè annota[illegible] uit Erasmus, ut ad hunc modum loqui solemus, Hic estote, hoc agite, adeste animis. [illegible] etiamnū hodie hæc loquen[illegible] di consuetudo, apud Germanos præcipuè, ut eum qui cogi[illegible] tatione peregrinetur, domi non esse dicamus, sed foris. Plaut. Ego hic sum, animus uero domi est. Proinde cùm dicit, [illegible] certum intelli[illegible] git, firmumq;, & paratum ad cæstuum pugnam. Eadem quippe ratione præsentem mortem, [illegible] remedium, præsensq; [illegible] Etenim quod [illegible] eo quod [illegible] præsens est obiectum [illegible] Seruius qui præsens [illegible] Subo[illegible] auditur [illegible] Sequen[illegible] distin[illegible] guenda. [illegible] hoc [illegible] & brachia ad ostentationem [illegible] quemlibet antagonistam prouocaturus [illegible] manibus.

Geminum h[illegible] siue, duo diuersa præmia [illegible] uicto, & quidem exemplo Homerico, ut an[illegible] dictum est.

Victo [illegible] iuuencum auro uestia[illegible] tum uicto [illegible] Victori Homerico, mula pronunciatur. uicto, pocu[illegible] Velatum auro. Hoc pa[illegible] tempestate hoc orary boues or[illegible] nantur. Hinc liquet [illegible] ueteribus, in certaminibus, hoc ipsum fieri solitum in [illegible] publis. Solatia.] Appositio.

Nec mora.] Homer.

[illegible] μέγας τε,

[illegible] Id est,

Sic ait, extemplò se uir magnusq; bonusq;

Extulit, haud cestus Panopei ignarus Epeus.

Et Papinius:

Constitit immanis cerni, immanisq; timeri

Argolicus Capaneus ——

Dares.] Phryx hic fuit. Fuit itē alius Dares Phrygius, rerum Troianarum clarus scriptor [illegible] Cornelij Nepotis Sallustijq; iudicio in historia in primis laudatus. Hunc Poë[illegible] ta Daretem fingit ad exemplum Epei Homerici insultan[illegible] ter exultantem, spirantemq; grandia, prouocantem inso[illegible] lenter quemlibet in monomachiam cæstuum. ad postre[illegible] mum reliquos tum Siculos tum Troianos corporis sui ua[illegible] stitate ac mo[illegible] pygmach[illegible] territantem.

M[illegible] id est, admiratione & stupore: meta[illegible] taphora. [illegible], pro uirorum syncope. Quoniam autem hunc Daretem Poëta, & fretum uiribus & iuuen[illegible] ta ferocientem inducit [illegible] ultrò prosiliens quemuis ad certamen prouocet, nemine assurgente, deterritis reli[illegible] quis, præmium sine sanguine poscit ab Aenea: huic [illegible] committitur Entellus senex, qui iampridem ab huiusmodi genere certaminum feriatus quidem, sed partim Aceste, partim Aenea instigante, partim memoria ueterum uictoriarum compulsus surgit, cum feroci adolescente dimicaturus. Hinc apud doctos prouerbij uice iam olim

celebris

celebratur, Dares [illegible] llum prouocat, quoties aliquis in[illegible] uenis audacia lacessit quempiam, detr[illegible] antem qui [illegible] per ætatem certamen. uerùm multo superiorem, ub[illegible] fen[illegible] mierit. ab hac certaminis specie sumptum, ut paulò post uidere erit. [illegible] erit ora. [illegible] extollit se, pars pro toto.

Sol[illegible]] A signis mult[illegible] r[illegible] bonis, [illegible] exercitati [illegible] in [illegible] machia. Tradunt Paridem [illegible] pare[illegible] qu[illegible] cuba se facem qua Tr[illegible] ia p[illegible] ra euerteretur [illegible] re somnia[illegible] in [illegible] ua[illegible] uum [illegible] P[illegible] ru[illegible] ri inter pastores educatum [illegible] rò postea, [illegible] im in uirum e[illegible] urbe [illegible] gonales ind[illegible] os. Qu[illegible] cum u[illegible] p[illegible] entan[illegible] dam uirtutem, arti[illegible] p[illegible] confluerent [illegible] qu[illegible] p[illegible] e[illegible] gijs liberis germ[illegible] ue[illegible] dos onu[illegible] H[illegible] ab[illegible] superatu P[illegible] e iuue[illegible], c[illegible] eo est con[illegible] ue. [illegible] e inante [illegible] He ctorem aiunt tande[illegible] c[illegible] fratrem [illegible] e. Et prolatis m[illegible] umentis ita co[illegible] ertum fuit [illegible] ri[illegible] am [illegible] cripteret poet[illegible] pr[illegible] ri. Paridem [illegible] Troianorum, [illegible] ti unum fui[illegible] e [illegible] Idamp[illegible] can[illegible] um [illegible] ur r bi[illegible] tem, artisq; m[illegible] c præs[illegible] ta[illegible] ponit, ut hoc nomine p[illegible] eas En[illegible] reddatur Eury[illegible] us I[illegible] meneue [illegible] tiam Epei, aus[illegible] cum e[illegible] con[illegible] narra[illegible] nes antogoni[illegible] ta[illegible] p[illegible] u a[illegible] b[illegible] c[illegible] dipi supera[illegible] e. [illegible] Sententiam Po[illegible] uerba aute[illegible], si quis de [illegible] deret

» [illegible],
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Atq; hos postea p[illegible] ere solent Paris mus. A'[illegible] dam[illegible] eodem [illegible] gumento descri[illegible] em cum [illegible] apaneo est e[illegible]

» T[illegible] dem m[illegible] at[illegible] Laconum
» Prosi[illegible] da[illegible] antur [illegible] ricas [illegible] um
» Agmin[illegible] e[illegible] m[illegible] cem [illegible] ro
» Norant, [illegible] eras [illegible]

Ergo H[illegible] Eur[illegible] aut [illegible] Ida[illegible] meos om[illegible] es ad [illegible] um [illegible] ausus fuerat cum Paride d[illegible] m[illegible] are [illegible] pugilem singulari ce tam[illegible] e[illegible] Al[illegible] cyd mas, in arte [illegible] m exped[illegible] ione A[illegible] um re[illegible] prou[illegible] cati[illegible] ne [illegible]

Ad[illegible] T[illegible] præstantiam e[illegible] g[illegible] ta ad tum[illegible] ctori de superat[illegible] eas[illegible] pugilum. Q[illegible] x[illegible] m[illegible] n occubuit quid[illegible] or, sed [illegible] enallage temporis [illegible] cu[illegible] monomachia [illegible] lennibus B[illegible] tem m[illegible] m occideri uenit in quæs[illegible] one[illegible] m[illegible] n[illegible]. Sin menue quando ex[illegible] m[illegible] rum re[illegible] quia ead m nocte conseen[illegible] c[illegible]

Occubat He[illegible] guis ita digerit [illegible]

[illegible] amor[illegible] A Troia[illegible] accederent [illegible] pr[illegible] in [illegible] A[illegible] N[illegible] a[illegible] ta inde [illegible] acri [illegible] grau[illegible] quem[illegible] dat[illegible] ra[illegible] tur[illegible] [illegible] occub[illegible] in[illegible] se[illegible] [illegible] Butadæ [illegible] [illegible] Hæc [illegible]

[illegible] cum [illegible], qui nunc Narbo [illegible] nat autem h[illegible] mōs [illegible] tam uer[illegible] [illegible] n suum sortita [illegible] tum [illegible] P[illegible] m uico Bebriaco, qui [illegible] nam [illegible] er pugnatum fuit [illegible] ita [illegible] inquit Pli. [illegible] e interfectio clarus erat [illegible] die [illegible] quam infanam uo. [illegible] [illegible] tum [illegible] eatur naui. [illegible] lib. 2. au. [illegible] ndeptum [illegible] [illegible] rum tenebat, [illegible] n expeditionem [illegible] [illegible] ustiam uerita, cum in [illegible] discer[illegible] ta per [illegible]

[illegible] ne [illegible]
[illegible] spitit [illegible] uerum
[illegible] eryonis p[illegible] m [illegible] p[illegible] acua,
[illegible] us [illegible] a[illegible]
[illegible] da [illegible] is
[illegible] en [illegible]
[illegible] lei [illegible] o
[illegible] ut fer[illegible] ent [illegible] cuit iest,
[illegible] tum dulces [illegible] ata [illegible] aiet
[illegible] um n[illegible] tem [illegible] lerda [illegible] pl[illegible] st [illegible] anitit,
[illegible] nessa uiri s[illegible] luis [illegible] acrabat op[illegible],
[illegible] marentem ingratoi raptor [illegible] amores,
[illegible] dens [illegible] manus, atq. hospitis arma uocantem
[illegible] feca [illegible]

[illegible] por[illegible] ad[illegible] endum [illegible] ebrycis mediam autho. [illegible] Am[illegible], Imperabat Bebrycis A. [illegible], Buta p[illegible] ter, temporibus Argo. [illegible] tens in regnum suum ad. [illegible] acere permittebat, ni secum castibus [illegible] tur [illegible] alerius Flaccus li. Argonaut. 4. Verba [illegible] at

[illegible] iue [illegible] etenim [illegible] ducta credo
[illegible] d [illegible] te lacessitus orat.
[illegible] ec uia [illegible] e [illegible] m [illegible] ignara locorum,
[illegible] e ea[illegible] ere contra
[illegible] a [illegible] a quisq; per arcton
[illegible] lauum po[illegible] cet, hac mea uisit
[illegible] c[illegible] cuncti ce[illegible] ca [illegible] certamine cogit.
[illegible] omet Neptunia proles.
[illegible] dem ca tu[illegible] es & [illegible]
[illegible] hut ater [illegible] umu[illegible] mecum [illegible] dera iunget
[illegible] cuna manu cui dona fero mox omnibus idem

[illegible] h[illegible] cos, fuga sub terras, fuga nu[illegible] la per auras. "
Nec [illegible] acryma nec foci preces, superi [illegible] uocati "
P[illegible] an [illegible] si amouent [illegible] [illegible] ppiuc otis "
Apo[illegible] [illegible] aut secundo:
[illegible] "
[illegible] "
[illegible] "
[illegible] "
[illegible] "
[illegible] "
[illegible] "

Id est

H[illegible] tabula alta boum Bebrycum regis, & alta "
A[illegible] ta erant Amyci, que [illegible] Melia Ennosigaeo "
R[illegible] re pra[illegible] lante [illegible] er[illegible] t, atrocem "
Ho[illegible] u[illegible] erat [illegible] card[illegible] e regna "
Ne au[illegible] erent e[illegible] re pr[illegible] uam castibus ipsum "
L[illegible] e peri[illegible] multos at[illegible] necat arte "
I[illegible] acui[illegible] "

Hunc [illegible] P[illegible] u[illegible] ex prouocatione [illegible] terfecit, ut tra. dit Apo[illegible] r [illegible] ecus Epic[illegible] armus tamen & P[illegible] ndrus aiu[illegible] eum [illegible] Po[illegible] tu[illegible] hui in pris mo. de[illegible] co, tradit eum [illegible] cast[illegible] um pugna supe. ca[illegible] m tantum unde [illegible] um ortum.

[illegible] al[illegible] Primus [illegible] are [illegible] decertan[illegible] castibus, hac f[illegible] a c[illegible] bra ui[illegible] Troi norum cum Paride cong[illegible] edi [illegible] mum fu[illegible] le[illegible] lem ad [illegible] ectoris tumul[illegible] bus [illegible] isset. De. scribit pers[illegible] nam Daretis [illegible] rai [illegible]

Ostendit] ad ostentationem [illegible] dit. Verberat] id quod [illegible] lentatorum [illegible] st, [illegible] tacite naneq; buca emantium cum uera uictus [illegible] robur at c[illegible] tra iactan. tiam spirer. A[illegible] us.] Antagonista, qui cum eo committe. retur. [illegible] neminem cum eo c[illegible] sum, cum qua [illegible] alium dicat, qui hominem [illegible] tu[illegible] cedere [illegible] pug. gnam ra[illegible] ut Papinius de Capaneo

Co[illegible] stitit [illegible] ernit, [illegible] . p[illegible] tuner[illegible], "
Ar[illegible] licus Capaneus: ac dum [illegible] ntis [illegible] mbo "
Te[illegible] mina cruda boum, non [illegible] e ipse, lacerto "
In[illegible] r, L[illegible] te tot [illegible] tbus unum "
Hu[illegible], ait, [illegible] utinam potiu[illegible] rpe[illegible] en ret "
Aemulus A[illegible] nia, [illegible] tere laio, "
Nec [illegible] crud[illegible] siu[illegible] [illegible] e uirtut. "

Pl[illegible] on amplius moratus. Taurum] Homerus [illegible] ce

[illegible] "
[illegible] tenuit mulam, simul e[illegible] ore loquutus. "

ARGUMENTUM

[illegible]

[illegible] dea sive [illegible] Est [illegible] mei [illegible] alloqui [illegible] turus obtulerat [illegible]

Nate [illegible] si nemo audet se credere pugnae,
Quae [illegible] nis stan[illegible], qui me decet usq; teneri
Ducere dona [illegible] cuncti simul ne [illegible] fremebant
Da[illegible] dani[illegible] re[illegible] ddiq; uiro promissa iubebant.
Hi[illegible] grauis Entellum dictis castigat Acestes,

nec tamē i[illegible] bene. uo[illegible] captat quem honorifico nomine ap pellat, [illegible] nam se uictorem esse argu. mentatur

R

Proximus ut uiri[illegible] fec[illegible]
Ent[illegible]le heroum [illegible]me[illegible]
Tam[illegible]ne, tam patie[illegible]
Dona fines? ubi nunc nob[illegible] Deus ille[illegible]
N[illegible]cquā memor[illegible] tu[illegible] Eryx, ubi fam[illegible]
T[illegible]acriam? & spol[illegible] tuis pendentia[illegible]
[illegible]e sub hæc.

[illegible] ex aliorum [illegible] demissione: cū[illegible] nemo ad pugnam ac[illegible]cedat, n[illegible] amplius imo[illegible]morandū putat, qum [illegible] ab Aenea præ[illegible]mio po[illegible]tatur. Quo[illegible] me decer[illegible] us[illegible] te[illegible] ne[illegible] *usq; pre[illegible] d[illegible] munera rap[illegible]*

[illegible] ul o[illegible] ant] *Tro[illegible] am[illegible] are[illegible] petitionem ut iustam, [illegible] probab[illegible] quod ait [illegible] iebant [illegible] ad morem p[illegible] orum Rom[illegible] spu[illegible] ut a[illegible] a pro[illegible] pub[illegible] epitu[illegible] qu[illegible]*

» [illegible] t[illegible] one[illegible] *te fremebant*
» [illegible] *a la.*

R[illegible] bant [illegible] *ba[illegible] m iustu[illegible] fie[illegible] a[illegible] ator, ad [illegible] stantem [illegible] aud Li[illegible] uideret[illegible] aut[illegible].* D[illegible] caft[illegible] *sap[illegible] ntiga[illegible] Tu[illegible] pueros uerb[illegible] mag[illegible] casti[illegible] are[illegible] uerbe[illegible] ibus. non d[illegible] Men[illegible] Græcos increpatio ap[illegible] mer[illegible] ad[illegible] quia ne[illegible] cum Hectore c[illegible] agre[illegible] aud[illegible] crepatio [illegible] contum[illegible] ed qua potu[illegible] il[illegible] com[illegible]endationem habe[illegible] Entellus a inepti, quasi turpe e[illegible] dixe[illegible] pug[illegible]atoriam ar[illegible] em[illegible] u pr[illegible] uerit, ut[illegible] ctoriam report[illegible] rit, committere [illegible] a[illegible] absq; periculo præmium, & palmam ferat. uerunta[illegible] m etiam laudat per comparationem: quem omni[illegible] im[illegible] er[illegible] um fortissimum appellat: sed addidit[illegible] ctra ut sup[illegible] riores [illegible] ctorias ad etiā gloriam nullas fa[illegible]e, aut m[illegible] pr[illegible]fui[illegible] indicet, si tam insignem iniuriam in præsentia f[illegible]erre [illegible]lit, & cum Darete cōgredi uereatur: quamobrem h[illegible], frustrà, nō ad [illegible] referri debet, ut interpretes ar[illegible]tur. sed ad [illegible]e. non dissimili sensu Menelaus [illegible] ad singulare certamen [illegible]m Hectore adhort[illegible]ri uidetur Iliad 7 cùm ait:*

» [illegible]

Quem locum imitatus Maro in [illegible] sub Numani pers[illegible]na ait:

» *O uere Phrygæ, ne[illegible] Phryges*

T[illegible]ane tam patiens] *Hæc [illegible] illo de[illegible] uria infernalis in Turnum ex [illegible] Aeneid.*

» *Turne tot in cassum fu[illegible] patiere labores?*
» *Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?*

Vbi [illegible]unc nob[illegible] [illegible]eus il[illegible] ma[illegible] ter[illegible] *Incre[illegible]pationem amplifi[illegible] à turpi, siue ab indigno per [illegible] magistrum. Simul [illegible]phæa, quæ [illegible] compar[illegible] eius memoriam reuocan[illegible] m esse, ut qui talem, tantum[illegible] ptorem qu[illegible] t, habuerit, ut tantam sibi [illegible] d[illegible] erit [illegible] e tot pug[illegible]lum spo[illegible], ac tro[illegible] Sici[illegible] te[illegible] pla[illegible] nauerit, unius hominis c[illegible]gre[illegible]um recusare: qui ne cum illis quidem quos ips[illegible] uicer[illegible] conferendus est: itaque [illegible] cum emphasi ex[illegible] repetitionem[illegible] adiunxit, quæ h[illegible] loco plurimum acr[illegible] moniæ, uim[illegible] ad pugnam incitādi maximam habent.*

L A M B.
Hort

N[illegible] dea.] *Periphrasis. uiolentum argumentum*

app auferunt [illegible] *nonom* [illegible] *authoritat* [illegible] *ma ut* [illegible] [illegible] *re, cum* [illegible] *ap* [illegible] *ne* [illegible] *damus* [illegible] P[illegible] *uri her* [illegible] L[illegible] *A* [illegible] N[illegible] *nt,* [illegible] N[illegible] *pe* [illegible] *uet umu* [illegible] *tr* [illegible] *de* [illegible] *qui* [illegible] *su* [illegible] [illegible] *de* [illegible] [illegible] *qui per* [illegible] *pu* [illegible] *etatis quæ* [illegible] *adr* [illegible] N[illegible] *Hom*[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible] Id est
Non [illegible] mihi membra [illegible] planta, manuue
Amplius ex humeris [illegible] meisq;:
Sine ætas adolesceret ut mihi prima, utrei[illegible]
[illegible] flebiles, simulacue Amaryngea regem
Buprasi [illegible] sepelirent pectus Epei,

Et [illegible] gians.
Illic nemo mihi par uir, [illegible] nullus Ep[illegible]
Sed [illegible] quis Pyrium, non magnanimum Aetolorum.
Cæstibus euici [illegible] lytomedem ex Enopi natum,
Et [illegible] Angaum Pleuronion, ui [illegible] sese
Opposuit. pedibus superaui Iphiclon alacrem,
Insignemq; hasta Phylea, hasta & Polydorum

A R [illegible] V M [illegible] N T V M.

Res [illegible]
[illegible] um
po[illegible] exuit, & am[illegible]
[illegible]

Non laud[illegible] amor. [illegible] anspi[illegible] ur [illegible]: qu[illegible] ante seni[illegible] ded[illegible] m qu[illegible] nnem [illegible] e [illegible] attenu [illegible] culp[illegible] cuius tamen non pr[illegible] facit, quam l[illegible] gloria, inquit: [illegible] nec [illegible] multa [illegible] quibus uerbis [illegible] animu [illegible] in quo laus [illegible] gloriæq; cupidi[illegible] quidem. [illegible] in alio stre[illegible] uiro, uigere: [illegible] ut io utree [illegible] talis [illegible] excus[illegible] tio [illegible] ad [illegible]

[illegible] laudis amor, nec [illegible]
[illegible] nim gelidus tard[illegible]
[illegible] hebet, [illegible]
[illegible] quondam [illegible], qu[illegible]
[illegible] nunc [illegible] iuuenta
H[illegible] pretio indu[illegible] us, [illegible] nco,
Venisse[illegible] amor[illegible],
In med[illegible] nos immani p[illegible] ndere cæ[illegible]
Protulit [illegible] acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, [illegible] intendere brachia tergo.
Obstupuere [illegible] ingentia septem
Terga b[illegible], ferro [illegible] rigebant.
Ante omnes [illegible] ipse [illegible] ares, longeq; [illegible].
Magn[illegible] nimusq; Anc[illegible], & pondus, & ipsa
Huc [illegible] lucuinclorum immensa uolumina uersat.
Tum senior tales referebat pectore uo[illegible]
Quid [illegible] quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vid[illegible] tristemq; hoc [illegible] in littore pu[illegible] nam
Hæc [illegible] m[illegible] nus [illegible] yx [illegible] ond[illegible] m tuu[illegible] arm[illegible]
San[illegible] uine cerni[illegible] a[illegible] e, [illegible] parsoq; infecta [illegible] o.
His magnum Alciden contra stetit. his ego [illegible]
Dum melior uires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed [illegible] nostra Dares hæc Troius arma [illegible]
Idq; pio [illegible] Aeneæ, probat Author Acestes,
Æ[illegible] uemus pugnas. Erycis tibi terga remitto.
[illegible] lue metus, & [illegible] Troianos exue cæstus.

& in iudicio [illegible] quam [illegible] quam præsidiis (sa[illegible] [illegible] sept[illegible] sumus) [illegible] ne non timere quidem sine aliquo ti[illegible] more p[illegible] mus se[illegible] ad amplificationem desi[illegible] derij, uoluntatisq; il[illegible] lius po[illegible] e[illegible] uide[illegible] tur. Haud equidē pretio inductus.] Beneuolentiam con[illegible] tra[illegible] a magnitudine animi su[illegible] ut non spē quæstus, aut præmio[illegible] rum [illegible] gloria ad di[illegible] mic[illegible] [illegible] glori[illegible] mis, ut inquit Aristot. anim[illegible] uget. ideo se[illegible] quitur Nec duna moror.] Sane impe[illegible] tu [illegible] ptus [illegible] hæc uecba uidetur, et do[illegible] na moror. ita quoq; a[illegible] pud Homer. Vlysses Odyss. Θ. ita commo[illegible] tus discum iaculatur contrà Latinus in signum sæderis, atq; amicitiæ inquit in 7. Aen.

[illegible] & reliqua.
Se[illegible] a nunc ualida lan[illegible] uentis corp[illegible] uiret
D[illegible] stituunt, nec robur inest iuuenile grauatis
Annorum [illegible] re[illegible] ertens
Me mea restituat, uirtusq; repubeat omnis
Pristina, quali eram iuuenis, quo tempore bellum
E[illegible] contra ge[illegible]

Se[illegible] enim gel[illegible] physice. nā sanguis in senib. fri[illegible] ge[illegible] subdit. [illegible] ætæ] [illegible] uires, [illegible] a, ac [illegible] tractu ab animantibus frequenti partu de[illegible] [illegible]. Si mihi, quæ quondam] uires suas uerbis ex[illegible] Daretisq; temeritatem, ac nimiam confidentiam ca[illegible] Si nunc foret [illegible] a iuuenta.] huius repetitio [illegible] quam Græci [illegible] uocant, hic non perspi[illegible] cuitate [illegible] opinor [illegible] qualis [illegible] apud Cic. in oratione pro Mil. [illegible] erunt tamen oratori aliquid, ut in foro,

Munera nec sperno. ——

In medium [illegible] geminos.] Locus est ex Apo[illegible] onio sumptus Argon[illegible] ubi Lycoreus Amyci regis minister an[illegible] te pedes utriusq; pug[illegible] id est, Amyci, & Pollucis cæstus po[illegible] nam [illegible] Apollonius:
[illegible]
[illegible]
Immani pondere] grauitas cæstuū uirium Entelli magnitudinem indicat [illegible] bus acer Eryx.] cæstuum grauitate exaggerat a persona nam Eryx pugilum prope iam Deus non nisi mag[illegible], ac supra quàm credi potest, gra[illegible] uibus cæstib. pugnare solebat unde ubis armis sequitur in[illegible] gens iuuenum stupor, præsentia Daretis. Obstupuere animi tantorum] Existimat interpres, tantorum ad homines, non ad boues referri, ideoq; hic esse di[illegible]

stringendum. Obstupuere animi tantorum. cuius sententiam ego libenter approbo. Stupor autem iste magnorum uirorum, cùm ad cæstuum magnitudinem designandam, tum ad Entelli laudem amplificandam facit: qui eiusmodi armis ad pugnandum utebatur, quorum magnitudo, atque pondus uel maximis, fortissimisq; uiris stupori essent. Marinus Saracca Raccu[illegible] discipulus meus, egregiæ uirtutis, optimiq; ingenij iuuenis, [illegible] quæ tum intelligi po[illegible] argui iudicat, [illegible] stupo[illegible] dam, ut qui alios h[illegible] paulo infrà testatur. A[illegible] strenuissimos ob id stup[illegible] dinis cæstus nunquam [illegible] nam [illegible] mut hominum [illegible] rerum [illegible] fieri [illegible] quæ nunquam ui[illegible] at quæ [illegible] sæpe ue[illegible] ui [illegible] ben[illegible] opt[illegible] non aspernan[illegible] [illegible] gnitudine [illegible] grauitatem [illegible] fuerit gygas, tot boum [illegible] con [illegible] plum[illegible] te. [illegible] cæstus [illegible] bo aut ferro insuti [illegible] dui bant [illegible] firmius retinerentur. quam[illegible] [illegible] paulo [illegible]

Et pacibus palmas amborum innexuit armis.

Tales uidi ego in statuis antiquis pugilum. Unde [illegible] perspici potest, falsam esse eorum opinionem, qui scribunt, clauas esse pilas plumbeas loris bibulis appensas [illegible] & fortasse alludit ad clypeum Aiacis, quem ex septem bobus fuisse Homerus testatur Iliad [illegible]. Lon[illegible] fat.] hinc facilè colligi potest quid temeritas, uaniq; impetus faciant: nam Dares, qui [illegible] antè ictibus artem uerberabat, taurumq; ut uictor, abducere uolebat, nunc [illegible] tantùmmodo cæstus recusat. M[illegible] Anchisiade] Aeneam circums[illegible] [illegible] etiam ab animi magnitudine commendat. [illegible] strorum præfectum, &, ut uocant, patrinum, uidere [illegible] arm[illegible] utrum [illegible] congruus, &, ut i[illegible] legitima fiat, facit sic hodie ductores certantium [illegible] ri certamine faciunt. [illegible] si quis cæstus [illegible] & Herculis arma Vidisset] [illegible] ac arma Erycis admiratione digna, quanto magis illa, quibus Hercules usus est, quæ maiora erant, admiratus fuisset [illegible] stemq; [illegible] ab effectu: quæ [illegible] stris Hæc germanus Eryx. [illegible] facit ad Acestem, & cæstus Erycis [illegible] tollit. Sanguine cernis [illegible] Laus E[illegible] qui nunquam uincitur, sed ab [illegible] signo quod eius arma adhuc [illegible] & cerebro [illegible] ab eo occisorum respersa sint. His magnum Alciden contra stetit] Viri olim quanto nobiliores & grauitate animi præstantiores, tanto in his ludorum certaminumq; generibus frequentiores fuerant [illegible] sibi [illegible] putabant, quam quod manibus, pedibusq; suis [illegible] rebant. id Homerus planum facit Odyss. Θ ubi Laodamas Alcinoi regis [illegible] Vlyssem hospitem suum adhortatur, ut ipse quoque periculum faciat in certaminibus quæ [illegible] hac inter [illegible] [illegible]

[illegible]

Id est ad uerbum, [illegible] decet autem te [illegible] certamina

Non enim maior, quandiu uiuis, gloria uiro est,
Quam quod pedibus manibusq; suis facit

Nu[illegible] A[illegible] cem in pr[illegible] ex [illegible] em primis [illegible] [illegible] ut pec[illegible] um [illegible] [illegible] ex[illegible] lesien[illegible] fine [illegible] memorare Ac[illegible] [illegible] uerbis [illegible] omnem [illegible] qui non qui[illegible] [illegible] tutum [illegible] imperandam [illegible] [illegible] ut est. [illegible] [illegible] A[illegible] [illegible] [illegible] ue ca[illegible] [illegible] ares, quib[illegible] [illegible] ipse, quibus ult[illegible] Ent[illegible] [illegible] cæstus exuat [illegible] [illegible] ex sanguine colore, [illegible] [illegible] fuo [illegible] [illegible] dicat. Ha[illegible] [illegible] dies, pro[illegible] [illegible] d uocet pr[illegible] [illegible] manu [illegible] g[illegible] pl[illegible] Pepmin[illegible] ga [illegible] materia[illegible] amp[illegible] catione. P[illegible] plumbo [illegible] cum uocat [illegible] admirati[illegible] um. Diuer[illegible] [illegible] Anch[illegible] es [illegible] [illegible] admirationis cæstu[illegible] habeant facit [illegible] eam m[illegible] [illegible] antem, ut inusitata magnitudinis ac [illegible] crebrò uertit manibus, id quod [illegible] Se[illegible] Entellus [illegible] ma[illegible] [illegible] cæstus [illegible] uidentur [illegible] H[illegible] cæstus, quibus [illegible] E[illegible] cm [illegible] in [illegible] so Siculo litore interemit [illegible] in quo humatus, de se nomen fec[illegible] [illegible] erectur. In eodem postea Aeneas Veneri genitrici templum erexisse dicitur [illegible] eodem monte & patrem [illegible] licet [illegible] in Italiam uenisse, atque [illegible] credas. [illegible] necis Erycis qui [illegible] rum h[illegible] [illegible] Hercules ex Hispania cum [illegible] præda [illegible] byam transgressus traiecit in Hetruriam [illegible]

[illegible] *se, & ut autem arcu,* [illegible] *melius, illustriusque Maro, qui non pugnam* [illegible] *meat eius que imaginem quasi ob oculos spectantium* [illegible] [illegible] *ait:* [illegible] *idenim primo* [illegible] *blime eleuare* [illegible] *fuit scriptum* [illegible]

Adduxer [illegible] *pinxit, quam* [illegible]

Sed [illegible]

[illegible]

Pu[illegible] [illegible] *extenuat* [illegible] *sensu* [illegible] *exantlibet* [illegible]

[illegible] *est, & labore* [illegible] *fessus laborasti* [illegible] *etiam locus ex Apollonio* [illegible] *sumptus est* [illegible]

E[illegible] *magna* [illegible] *feriant* [illegible] *Tusc. quasi de pugilibus agens:* [illegible] *caestibus* [illegible] *bant* [illegible] *tur* [illegible] *locum* [illegible] *nere* [illegible]

Stat gravis Entellus [illegible] *stare dicit, quasi de* [illegible] *qua* [illegible] *lent. Exit.* [illegible] *Sic.* [illegible]

Illud [illegible] *hunc* [illegible] *pugn* [illegible]

[illegible]

[illegible] neruos, co- [illegible] quam agit [illegible] ut Ac [illegible] eran- [illegible] spiritus, e- [illegible] quod esta [illegible] propter pul- [illegible] Hinc et, [illegible]

[illegible]

[illegible] ra, [illegible] Ven [illegible] rat [illegible]

[illegible] Enie [illegible] ducem prouocet Immobi- [illegible] atem conatus [illegible] erat in sene exercitato cum eodem [illegible] quasi in d [illegible] rum pariq; assiduitate, ada [illegible] tem con [illegible] tere [illegible] caesius ictus [illegible] ueri ce [illegible] tem e [illegible] tante [illegible] faciat, ut alterum ipse [illegible] uerbo [illegible] pr [illegible] euita- [illegible] ar [illegible] usus [illegible] uero ab [illegible] ur nec ue [illegible] ntemutat [illegible] ea linea [illegible] urit, [illegible] uitatur. Papinius [illegible] tatus: [illegible] m [illegible] exit. [illegible] de Amyc [illegible] pondere B [illegible] ry [illegible] ndo a- [illegible] rum [illegible] irritum [illegible] addit comparatio- [illegible] ca, [illegible] uastationib urbi [illegible] ab Home [illegible], sed non paulo grauior [illegible] um [illegible] ra [illegible] rea ui en- [illegible] m [illegible] sariu [illegible] cor [illegible] tatur, pulsaturq;.

us A [illegible]
Ita' [illegible]
a [illegible]
Qualis [illegible] no bocca cum [illegible] p [illegible] is
Littore [illegible] umo [illegible] pr [illegible]
Int [illegible] cu [illegible] ui rap [illegible]
Eury [illegible]

Quanquam [illegible] ratis [illegible] ad Entel-[illegible] m, [illegible] ius Daretem, [illegible] ns [illegible] qui [illegible] [illegible] recum [illegible] m [illegible] opera [illegible] natura [illegible]. [illegible] pe [illegible] ur [illegible] rei [illegible] er ui [illegible] p [illegible] irs [illegible] nna [illegible]

In [illegible] rauit [illegible]. *Pe [illegible] ium sap [illegible] inuentum abire: pr [illegible] stra sui [illegible] gra- [illegible] ollus [illegible] Ampli catio ea- [illegible] comparatio [illegible]. Maximarum arborum [illegible] Homeru [illegible] rum casus aequare so- [illegible]*

[illegible]
[illegible]
[illegible] —
Ceu Iouis a [illegible] patri [illegible] acta
Conciderat quercus grauis [illegible] odor es [illegible] at & ater
Sulphuris —— F [illegible].
[illegible]
is [illegible]
[illegible] au [illegible]
T [illegible] cu [illegible] ut ue [illegible] a,
A [illegible] pin [illegible] uis
Eruer [illegible] seruri ui [illegible]
[illegible] —

Caua [illegible] ate excauata, an [illegible] secuer [illegible] ut, *sed carie ex [illegible] ue. sponte, uel uenti [illegible] cecid [illegible] it.*

Er [illegible] n [illegible] *pe [illegible] o ge [illegible] ere, ut m [illegible] ds [illegible] thus [illegible] adiae mons [illegible] ar [illegible] oribus densus & horridus, in quo Hercules apr [illegible] prod [illegible] m [illegible] gnitudinis, omnia circum circa nasti [illegible] tem interf [illegible] qu [illegible] de Erymanthius aper di [illegible] fuit uel ui [illegible], uiuu ad Eurys [illegible] eum perduxit.* Ida] *m [illegible] e in Creta, a qua ea quae in Troade est nomen obtinu [illegible] t. Sed de Id [illegible] in tertio, ubi de Creticis di [illegible] uimus, d [illegible] ctu est.*

A R G V M E N T V M

[illegible]

[illegible] duo [illegible], dici facit Miseratus at [illegible] teste a pietate: [illegible] arone [illegible] qu [illegible] amici co- [illegible] Sic [illegible] actum [illegible] ip [illegible] um prostra- [illegible] Ente [illegible] tum [illegible] ab humo. id [illegible] Ace [illegible] quod lege pugnae fieri [illegible] solebat, ne tacens u [illegible] nerare [illegible]. nam ex [illegible] psu Ente [illegible] Dares ui- [illegible] e esse uidebatur ta- [illegible] meti

C [illegible] n [illegible] rgunt [illegible] Teucri, & Trinac [illegible] es:
[illegible] mor coelo [illegible] rimus [illegible] accurrit Ace [illegible]
Ae [illegible] uumq; ab h [illegible] mo mis [illegible] ns at [illegible] amicu.
At non tarda [illegible] s, neq; terr [illegible] heros,
Ac [illegible] rad p [illegible] m redi [illegible] m [illegible] at ira.
T [illegible] m [illegible] dor [illegible] dit uires, & consc [illegible] uirtu [illegible],
Praecipitem [illegible] Daren ardens agit aequore toto:

men [illegible] ecutus erat, [illegible] immobi[illegible] iaceret. [illegible] creditur e mic[illegible] gna mutuas ard[illegible] uer-berationes [illegible] apud Hom [illegible] Euryalum hum[illegible] stratum Epeu[illegible]

N[illegible]ngem[illegible]
[illegible] nec requ[illegible]
[illegible]us crepitan[illegible]
[illegible] q; manu[illegible]
[illegible]ter Aenea[illegible]
[illegible]nt[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ant[illegible]
[illegible] alta[illegible]
[illegible] eo dix[illegible]

Aeno[illegible] *Laus Entelli* [illegible] *tudine a*[illegible] *ab* [illegible] *ea uirtute* [illegible] ad p[illegible] *cauf* [illegible] *potenti*[illegible]

N[illegible] *interpret*[illegible] *propter ca*[illegible] *in Marone* [illegible] *octosum* [illegible] *dine* [illegible]

[illegible]

Inter [illegible]

Impu[illegible] *Aenea* [illegible]
T[illegible]
Qu[illegible]
Sed tibi magna[illegible]
[illegible]
Praue[illegible]

Non [illegible]

[illegible]

[illegible] ore Addit, [illegible] erunt uerbera, [illegible] ex ignominia la[illegible] [illegible] Spe [illegible] onem, ne quid [illegible] Sunt [illegible] mfle[illegible] [illegible] Laches La[illegible]

[illegible] um [illegible] iudicrum [illegible] speciem [illegible] certa[illegible] [illegible] retulit [illegible] quid [illegible] per t[illegible] [illegible] de [illegible] ratur, [illegible] ne [illegible] tamen [illegible]

[illegible] Adrastus,
[illegible]
[illegible] cerebro,
[illegible] mortuum, auferte La[illegible]

Nec mora, prorumpit Tydeus, nec in[illegible] excusat
Hippomedon. tunc uix ambo conatibus ambas
Restringunt e[illegible] ibentiq; manus, ac plurima suadent:
Vinc[illegible] pu[illegible]rum est, uitam donare minori.

Fessumq;. [illegible] onreatum emollitumq; castibus. **Numina.** *Vt cuiq; suum genium, seu numen tributum in[illegible]telligamus, qui uires suppeditet, & fortunam fingat. Hinc [illegible] beneficio a[illegible] creditur esse fortunatior.*

[illegible] e Deo. *Plutarchus in libello de Audiendo, au[illegible]thor est, hoc prouerbium inter septem Graeciae sapientum [illegible] celebratum, [illegible] id est, sequere deum [illegible] obtemperare rationi, quasi unicui[illegible] oraculi[illegible] esse quicquid in pectore dictet ra[illegible] illud Menandri [illegible] id est, [illegible] Et Cicero aut[illegible] est, in ser[illegible]mo de [illegible] praec[illegible] sap[illegible] prouerbij loco [illegible]ebrata, parere [illegible] sequi [illegible] & se noscere, & nihil [illegible] non sine [illegible] Ni[illegible] citra [illegible] uolun[illegible]tatem ferundum est [illegible] Quin illud item expres[illegible]sit [illegible] cum Deo pugnare [illegible] qui cum genio, sapere, aut [illegible]* Dixitq;, & praelia [illegible] *quam Lat[illegible] Cum di[illegible]cendum esset, [illegible] uel, [illegible] Poetice.*

A R [illegible] V M [illegible] N [illegible] V M.

[illegible] & [illegible] chi [illegible] aut [illegible]

A[illegible] im [illegible]	At illum fidi aequales, genua aegra trahentem,	*esse hinc est, qd leges*
[illegible] ex Hom.	[illegible] iactantemq; utroq; caput, crassumq; cruorem	*suppl[illegible] criminibus*
[illegible]	[illegible] eiectantem, mistosq; in sanguine dentes,	*proponunt uirtutibus*
[illegible]	Ducunt ad naues, [illegible] leamq; ensemq; uocati	*uer[illegible] impartiunt.*
[illegible]	Accipiunt, palmam [illegible] taurumq; [illegible]	Superans ani[illegible]
[illegible]	Hic uictor superans animis, tauroq; superbus:	mis. *animo elatus.*
[illegible]	Nate dea, uosq; haec, inquit, cognoscite Teucri	*proinde sequitur, tau[illegible]*
[illegible]	[illegible] mihi quae fuerint [illegible] in corpore uires,	roq; superbus:
[illegible]	Et qua seruetis reuocatum a morte Dareta.	Nate Dea [illegible] *men*
[illegible]	[illegible] xit, & ad uersi co[illegible] tetit ora iuuenci	*daturus scripsit Entel[illegible]*
[illegible]	Qui donum adstabat pugnae, durosq; reducta	*lus, nō Acestem, aut Sto*
[illegible]	Libra[illegible] dextera, medi[illegible] inter cornua caestus	*entos, quib. tunc uires*
[illegible]	Arduus, effractoq; illisit in ossa cerebro,	*suas super. [illegible] erāt,*
[illegible]	Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos.	*sed Aenea, & reliquos*
[illegible]	I[illegible] talem [illegible] pectore [illegible]	*Troianos alloquitur:*
[illegible]	Hanc tibi Eryx meliorē animā pro morte Daretis	*unde colligit [illegible]*
[illegible]	Persoluo, hic uictor caestus, artemq; repono	*quae suas quādoq; uir[illegible]tutes apud ignotos ho-*

[illegible] *mines celebrare quod in [illegible] Aeneid. Aeneas facit, cum ait:*

Sum p[illegible] Aeneas [illegible] qui ex hoste penates
Classe ueho mecum fama super aethera notus.

[illegible] *deduci uidetur loc[illegible] uterq; doctus no[illegible] [illegible] illud H[illegible] expressit: [illegible]* [illegible] rem [illegible] qui Hom [illegible] V[illegible] *non ueni[illegible] pretium munera pudore [illegible]* aleamq;, ensemq;. *Victū Dareta [illegible] nere quam [illegible] nam galea & ensis [illegible] qui datur Ent[illegible] [illegible] existimari debet, ut scilicet ost[illegible] ipsam & pretiū, & pra[illegible]*

Vbi multa in hanc sen[illegible] ex probatissimis auctorib. di[illegible]ximus [illegible] eadem saepius repetere mihi taedio est E[illegible] *igno, & ā magnitudine sacit quantitas in iuuentute uir[illegible] habuerit, conatur ostēdere, nā s[illegible] aetate fere extrema bouem uno ictu prosternit, quid in iuuenali aetate [illegible] existimandum est.* Durosq; reducta] *rem per[illegible] delineat.* Arduus.] *in di[illegible]gitos arrectus.* In ossa.] *positio in, ut orationi sic [illegible] Ente[illegible] propè [illegible] addere uidetur. hic [illegible] rectè Seru agnoscit.* Exanimisq;, &c.] *altera [illegible] re[illegible]fert*

fert Seru. interp. carmina in monasyllabū desinentia pessima esse: quod si uerum est, Lucretius, [illegible] iullus, Virgilius, Horatius imprimis, multos pessimos fecerunt uersus. at uticunq; est (nolo enim cum Grammaticis contendere) monosyllabum hic de industria a Marone factum fuisse credendum: nam ut lapsum percussi, ac prostrati bouis uerbis imitaretur, in monosyllabum desijt: quod neque euidentius, neque uenustius exprimi, delineariq; poterat.

Hanc tibi Eryx meliorem animam.] Votum Eryci soluit Entellus: cui pro anima Daretis bouis ani[illegible] offert tanquam Deo aptiorem: [illegible] enim sacrificium ex brutis quam ex hominibus conuenit magis. animale autem sacrificium designat: quod fiebat cum sola hostiæ anima Deo offerebatur. unde illud etiam est ex 2 Aeneid.

Sang[illegible]ne quærendi reditus, animaq; litandum
A[r]go[l]ica. —

Vict[o]r cæstus, artemq; repono.] [illegible] cæstibus [illegible] ac[t]is salute dico, atq; renuncio. ita quoq; Horat. in epist.

Nunc itaq; & uersus, & cætera ludicra pono.

LAMB.
Horr.

At illum fidi æquales.] [D]aretē socij ex arena ad naues ducunt propè exanguem. Homerus de Euryalo cæstuum pugna ab Epeio superato, fusoq;, qui pedibus per circum subtrahitur:

[illegible] δ' ὁμορτ[illegible]
[illegible]
[illegible] ἐστ.
— [illegible] socij [illegible] cum,
Qui per circum homine[illegible] traxêre, cruorem
Ore eiectan[t]em crassum, a[illegible] subinde
Iactantem caput. —

Vtroq; [illegible] modo [hu]c, mo[do] illuc, mortuo similis. Crassum.] αἷμα [illegible], sanguinem crassum euomentē, seu expuentē. At noster addit, et cōuenienter, dentes cum simul eiecisse. Dares [illegible] fidit soc[ij] ad naues uix ægra trahens membra ducitur: cùm Homericus i[l]le per terram pedibus trahatur. Galeamq;] Polysyndeton. Homerus:

[illegible] οἰχόμενοι [illegible]
Vadentes pateram secum tulêre capacem.

Noster uerò Dares gale[am] [illegible] ensem uictus accipit.

Vocati] Qui Darete[m] ad naues auferrent, redderentq; uicto sua munera [illegible]em atq; insignem galeam solatia u[ict]o. V[ict]ori uel [illegible]um auro uittisq; iuuencum.

Relt[illegible]unt] Ecce ensem & galeam uicto secum abstulerū[t] [ad] naues, [uic]tori relicto iuuēco. Superans.] exultans spiritu ferocia, ex uictoria. Nate dea] Diserte eum decora p[er]sona, senilis ætatis ingenium in Entello depingit. Est e[nim] ea ætas natura arrogantior, propter rerum [u]sum & e[x]perientiam, quam cum authoritate maior[em] i[n] dicendo reddunt, quàm fuerit fortasse, (laudator temporis acti) cùm sciant à nemine se reprehendi posse. Itaque E[n]tellum magnificum [ost]entatorem pristinæ uirtutis, ab[s]q; senectutis facin[illegible] [illegible] maioris [illegible] u[illegible]o, à minori. Reuo[ca]tum] quippe Aeneæ beneficio sub cultro, ut aiunt, u[ictus] fani cædi subtractus fuit. [D]onū] præmium uictori. C[æ]stus. Hypallagen hic fing[i]t Seruius: cùm sensus sit perspicuus, & nullo [mo]d[o] re figuratus. Arduus.] Entellus [er]gens, cæstum d[il]isit in [illegible] e est, in frontem, inter duo cornua mediam, quo [illegible] cerebrum ita f[eri]t fractum ut etiam humi concideret [C]æstus] pr[o] cæstum, numerus pro numero.

Li[b]rauit.] quasi collimans, ne ictus falleret, sed certu[illegible] [illegible] quo [illegible] abo excut[illegible] pes[illegible] qui non fane in [illegible] Na[illegible] con[illegible] laba d[illegible]o uersum clau[dat], c[um] tamen enclitica finiunt uersum [illegible] duæ monosyllabæ d[illegible] iuncula coniunctiæ. Neq; minus uer[illegible] canore animan[illegible] omen monos[yll]abum, quo interdu[m] poetæ de[lect]antur [illegible]

— muent[illegible]ibus suis. Et Horatius:
— n[illegible] ecur[illegible] mus

Qui m[illegible] ad magnū artificie[m] natur[illegible] uerborum sono reddere [illegible] uod [illegible] [illegible] nte ut super ea sum [illegible] tan[t]um. [illegible] tut est pe[illegible] At [illegible] qui magistro [illegible] habeat [illegible] quo egregie [illegible] tu[illegible] tas p[illegible] Teebatius, teste Macrobio [illegible] ee[illegible] doce[illegible] quirer tur [illegible] tat. [illegible] Petus[illegible] te [illegible] ore bidente [illegible]

— pecudum[illegible] rec usu
Pe[ct]oribus [illegible] spir[illegible] cc. fulsi exta.

P[illegible] m quo hostia animalis die [illegible] caditur. [illegible] hoc [illegible] caus[illegible] animali [illegible] eret [illegible] om[illegible]

Ha[illegible]
[illegible]

Iam ut [nu]ncupatum uotum coar[illegible] ad[illegible] quod de uoti reo proprie dicitur [illegible] stia est in secundo:

Sanguine placastis uentos [illegible]
Cùm primum I[l]iacas [illegible]
San[g]uine quærendi r[editus] [illegible]
Arg[oli]ca —

Artemq; repono] [illegible] rarum consue[t]udinem, [illegible] [illegible] tio dabat [illegible] modo d[illegible] ru[illegible] Quare [illegible] do in otium restituuntur, [illegible] tem, uel [illegible] mniq; inualetudinem, rud[illegible] e, & rude [illegible] cuntur. Horat. ad [M]æcenate[m].

Spectatum sat[is] [illegible] iam rude, quæris
Mecœnas, iterum anti[quo] [m]e includere [lu]do.

Erasmus admonet, metap[ho]ram [illegible] f[illegible], si longule transferatur. [illegible] quempiam uelit a[illegible] ri, ut eadem a[l]quando a s[illegible]iorum laboribus a[illegible]eat, sibiq; eadem im[p]artiat. Iam uero ipsi [g]la[d]iatores arma sua, ad [po]stem [H]erculi, ut [illegible] a sent[illegible] suspendere consecrareq; solebant: quo sig[ni]ficabant [illegible] aledicere. H[or]at. in eadem epist.

— [V]eianius armis
H[erculis] ad postem fixis, latet ab[ditus] a[gro],
Ne populum extrema toties exoret aren[a].

Pro[in]de cùm dicit, h[illegible] [illegible] [illegible] spensis Herculi sua cæ[st]ibus [illegible] machiæ uale[di]ce[re] ac rudem si[bi] imperti[r]i [illegible] ut a labo[r]ibus id[illegible] nus de[in]ceps ab[s]ineat. Porr[o] uer[illegible] pro seponere [illegible] quodammodo ual[edi]cere

A R G [illegible]

... dixit ...

... descenderet ... [illegible]

... Pampus ... [illegible]

Perr ... iam ... [illegible]

Primus ... [illegible]

Homerus ... [illegible]

Nam ... *Priamo* ... *Pretoten, Pra* ... *am, Sessium* ... [illegible]

Re ... *oppida aliquot* ... *Dardanio toto* ... *ad Lampsacum* ... [illegible]

... *Europa* ... [illegible]

Hippocoontis ... [illegible]

Fuit ... *Hippocoon* ... *Ne eum* ... [illegible]

dit Mnestheus.] ... *in nauali certamine uictorem* ... *Poeta, fui* ... *oblitus,*

Pra ... *tenidam de fune columbam:*

oblitus, [illegible] præ est [illegible] nomi [illegible] me ficio palmã obtineret. Sed qui [illegible] gitant [illegible] asse rere uolunt, mod[illegible] pro p[illegible] modũ [illegible] imò, [illegible] ui-ctor. Alij uer[illegible], humanis uiti[illegible] ut uic[illegible] eũ interpretantur, Cloanthum numi[illegible] ope tantum [illegible] passe. [illegible] iua. [illegible] ctoriæ signo Eurytion [illegible] H[illegible] terti[illegible] m[illegible] cum tribu[illegible] in-ter fortes. Hunc Pandari fratrem [illegible] qui [illegible] bel[illegible] ar-tibus ab Homero celebratur. [illegible] L[illegible] caonis, [illegible] quem Dardani[illegible] rum ducem [illegible] Troia[illegible] nducit Tr[illegible] mnibus præfu[illegible] [illegible] scribi[illegible] quod it accipi[illegible] praefuer[illegible] an-daru[illegible] Dardan[illegible] nomi[illegible] cons[illegible] seco la Ida montis qu[illegible] omnium [illegible] Cy[illegible] [illegible] L[illegible] [illegible] P[illegible] ia canit, ab [illegible] capræ ab ip[illegible] [illegible] memoratur Ilia[illegible]

[illegible]

Insignem [illegible]

A[illegible]

Sca[illegible]

Fuderat [illegible]

[illegible]Menelaum [illegible] ab [illegible] apud Hom. [illegible] gitta [illegible] rum, quod [illegible] nominibus [illegible]

A R G V M E N T V M

C[illegible] me[illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible]

NA[illegible] Flexos incuruant uiribus ar-c[illegible] Figurata locutio. pro incuruando flexos reddunt, siue [illegible] eciendo curuos faciunt: [illegible] lud est exprimũ Aen. subme[illegible] atq; obrue puppes id est, subm[illegible] rue. Arb[illegible] re, m[illegible]] figurate [illegible] be[illegible] Pa-tau[illegible] ocauit. [illegible] Spectan-tia. [illegible] Homero. At[illegible] sa m[illegible] rã du[illegible] Totus hic locus de uinculis ru-ptis etiam ex [illegible] m est: [illegible] Illa notos, atq; atra uol[illegible] in nubila fugit] elegant ut qu[illegible] Homerus [illegible] rem simpliciter dixit: [illegible] illa qu[illegible] um rapidus iam-dudum arcu.] & hoc ex Homero est eodem loco.

Tum ual[illegible] flexos incuruant uiribus arcu[illegible].
Pro se quisq; uiri, & d[illegible] romunt [illegible] pharetris.
Primaq; per cœlum n[illegible] uo st[illegible] te [illegible]
[illegible]yrtacidæ iuuen[illegible] uolucres [illegible] uras.
Ex[illegible] ienit, aduersiq; infi[illegible]
Intremuit malu[illegible] tim[illegible]
[illegible] enti[illegible] nuerunt [illegible]
P[illegible] [illegible] ne[illegible] cto [illegible],
Alt[illegible] ns [illegible] te q; oc[illegible]
A[illegible] m miserandu[illegible] au[illegible] ferro
N[illegible] nodos, & uine[illegible],
Q[illegible] pedem malo pend[illegible].
Il[illegible] notos, atq; atra uolans in nubila [illegible]
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in uota u[illegible].
Iam uacuo lætam cœlo speculatus, & ali[illegible]
Plaudentem ni[illegible] ra[illegible] g[illegible] sub n[illegible] be columbam.
Dec[illegible] exanimi[illegible], uita[illegible] [illegible] in astris
A[illegible], [illegible] xamq; refert [illegible] m.

dem [illegible] terram cadentem facit [illegible] eganti[illegible] me describ[illegible]. [illegible] [illegible] xam[illegible] refert delapsa [illegible] m [illegible]

[illegible] lumba [illegible] quo [illegible] lumba [illegible] pedec Ne [illegible]

[illegible]

T [illegible] en [illegible] sagittis pelentiam [illegible] primo [illegible] um. [illegible] erret [illegible] tem [illegible] uno [illegible] lusus [illegible] icur [illegible]

V [illegible] exum [illegible] idum

Pe [illegible]

[illegible]

[illegible] ex [illegible] ium [illegible] quam [illegible]

[illegible] Pandari [illegible]

[illegible] pudatis [illegible] [illegible] plus stupesac [illegible]

At [illegible] palla [illegible] tenens [illegible] ta in [illegible] o ad [illegible] pro [illegible] uebere [illegible] um pendentem [illegible] tem [illegible] ium, [illegible] du [illegible] mi quam [illegible] annotauit [illegible] suit P[illegible]ius [illegible] annius A[illegible] ensis. Fratrem] [illegible] darum qu[illegible] sagittandi p[illegible] parem prope Apol[illegible] cit. M[illegible] ouet Ap[illegible] eximiam Hecatomben, si uo[illegible] tem aut iaculo [illegible] ac [illegible] catris Pandari præsentem [illegible] Vitam.p.] [illegible] in [illegible] eclipsat, sed docet inter uolandum ean[illegible] uitam, ut in aere ea relicta ui[illegible] [illegible] ix [illegible] p. Hæc unà cum sagitta decidit: cu[illegible] ante pedem in terram de apsu[illegible] aut in [illegible] cadat, unde paul[illegible] deorsum [illegible]

A [illegible]

[illegible]

[illegible] Am[illegible] a[illegible] At[illegible] s[illegible] occurrit [illegible]
[illegible] men [illegible] telum cont[illegible] in a[illegible] p[illegible] am quam [illegible]
[illegible] O[illegible] sonantem. [illegible]
H[illegible] no [illegible] luterum [illegible]

S [illegible]

[illegible] m [illegible], d [illegible]
Sc [illegible] terr [illegible]
Namq; u [illegible] lans liquidis [illegible]
Si [illegible] nauitq; uiam flam [illegible]
Consum [illegible] ta in uentos, [illegible]
Transf [illegible] ne, crinemq; [illegible]
Attonitis hæsêre an [illegible]
[illegible] ucr [illegible]
[illegible] Aeneas [illegible] um [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] em d [illegible]
[illegible]
Cr [illegible] im [illegible] llum [illegible]
Anch [illegible]
Ferre [illegible]
[illegible]
[illegible]
N [illegible]
[illegible]
[illegible] imus ingre [illegible]
Extremus, [illegible]

Docuit post e [illegible] cus ingens [illegible] quia paul [illegible] Troianæ mulieres, [illegible] suas naues [illegible] hoc portendere [illegible] Acest [illegible] in nub. [illegible] accensū. Sera [illegible] renda, [illegible] Aen. [illegible]

Quæ quo [illegible] bustis [illegible] bus [illegible]

N [illegible] canit [illegible] umbr [illegible]

[illegible] dentibus [illegible]

[illegible] quo pacto [illegible] um [illegible] euanuerit, [illegible] ut fie [illegible] arum ea [illegible] euanescant ac uel in uentum [illegible] fumus [illegible]. Pur [illegible] poëtic [illegible] sequi maluit. Crinē [illegible] ducere [illegible] est [illegible] go tractu. unde [illegible] quia [illegible] sos, sparsosq; [illegible] Attoniti hæsêre ani [illegible] interpreti [illegible] expositionē non approbo [illegible] est, stupefacti tonitrua quæ semp [illegible] cohærent cœlesti. [illegible] nāq; semper tonitrua cœlestes [illegible] ignes, neq; hic erat, quod tonitruum fieret. quia [illegible] cœlestis fuerit, [illegible] tamē [illegible] cendi uidetur Troianos stupefacti [illegible] dubitare [illegible] ret. ideoq; superos [illegible] cantur. Nec max [illegible] omē Abn [illegible] Aeneas [illegible] deceptus [illegible] quod sup [illegible] cœlo des [illegible] fecuiderat itaq; lætus lætū [illegible] munerib. [illegible] exornat ingenti. [illegible] honoris Acesti appellat ad [illegible] dā Hoc Ser [illegible]

Desi [illegible] duccre [illegible] quæ Græcorū militia apud quos antiq; præda inter mi [illegible] diuideret selecti [illegible] f [illegible] Aen [illegible] pertulit illos quare [illegible] An [illegible] quod [illegible] pr [illegible] T [illegible] fi [illegible] E [illegible] lau [illegible] m. Pr [illegible]

[illegible] Pro [illegible] B

[illegible] ab cœru [illegible] quod [illegible] rerum [illegible] prof [illegible]

[illegible]

... ita tan- ... portens ... noctiac ... taponunt ... um ... de ...

... larum ... entium ... butmo ... uno ... ramu ... ut apud ... cum ... em secum ... quet ... ur ... ideri

... commune ... Accre ... metu ... e. Ab ... unt ut ... accipiuntur Dii ... n ... latu ... C mulat Ve ... cum ... os ... s, cumulate atti ... re ... erbi m ... onorum, de ... men ... opi

proji ... neq ... Auct ... Etiones ... trio interpretat ... stitionem ... spe ... licitu ... emex ... commoda ... An ... ex ... Lau ... ona qua- ... fest ... ianter ... flamma ... efse, ... qua pl ... re. ... tabula ... pr ... datur ... ntur.

Th ... or pocu ... commend ... io a pra ... de fuerit pr ... d ... em ex, ... est ... Cesent ... e. ... did ... Eud pro ... te ... atres ... orum ... zi ... cub ... pr gnat ... te ... dam p ... stat ... o ... Arch ... ca ... te ... exp ... fue ... tu ... am ... hoc ... de ar ... pecu ariter Po ... ept ... ce, ... ut entem, ... i ... elat, qu ... ar ... nu quam deei lant ... Sed ... tum ... ro parte ... t: ... na. ... nam sa fuerat ... ie A ... M ... junem ducere ber ... ut ... ma ... m confixerat. Arundi ne ... re ... a.

[illegible]

[illegible]

Ac pater A[illegible], n[illegible]d[illegible]

C[illegible]dem ad[illegible]omitem [illegible]

E[illegible]en vocat, & [illegible] d[illegible]em

V[illegible]d ag[illegible], Ascanio, [illegible] iam [illegible] par[illegible]um

Agmen habet secum, cursusq[ue] [illegible]strux[illegible] equorũ,

[illegible] d icu... ra... mit ... teretur ... in ... A[illegible]n. ... te serua[illegible]nt semp[er]

A

ARGVMENTVM.

[illegible] um [illegible] orum [illegible] dures, & satellites, [illegible] equi [illegible]

[illegible] A. C.

Treis equitum numero turmae, ternique uagantur
Ductores: pueri bis seni quemque sequuntur
Agmine partito fulgent, paribusque magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polyte
Progenies auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, uestigia primi
Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.
Alter Atys, genus unde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys, puerque puer dilectus Iulo.
Extremus, formaque ante omneis pulcher Iulus,
Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.
Caetera Trinacriis pubes senioris Acestae
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentque tuentes
Dardanidae: ueterumque agnoscunt ora parentum.

Treis equitum numero turmae] Suetonius Tranquill. in Augusto ca. 43. Caesarem ipsum Augustum Troiae lusum frequentissimè edidisse refert maiorum, minorumque puerorum delectu: ad quod procul dubiò hic noster alludere uidetur. nec uerum id [illegible] debet, si, cùm Iulius Caesar [illegible] eum eius uita Suet. testatur [illegible] cap. 39. Troiae lusum ex duabus Turmis maiorum, minorumque puerorum exhibuerit: hic uerò treis turmae Troiam ludât: nam Aeneae magnificentiam, ut fieri potuit, extollere. deinde etiam uetus illud, & antiquum Romanae militiae [illegible] Tatiensium, Rammetum, Lucerum, quod in treis partes diuisum fuisse scriptorum testimonio constat: hoc triplicis pugnae simulachro adumbrare uoluit. Paribusque magistris.] magistri equitum dicebantur. Vna acies iuuenum.] nomina ductorum ponit, & numerum sunt treis numero, Priamus Polytae F. Atys, & Iulus Aeneae F.

Nomen aui referens] nam Polytae filius est qui Priami regis filius fuit. ideo per [illegible] subdit: Tua clara Polyte Progenies.] de Polyte, qui à Pyrrho occisus fuit, dictum est [illegible]. Aeneid.

» Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polytes,
» Vnus natorum Priami, per tela, per hosteis,
» Porticibus longis fugit, & uacua atria lustrat
» Saucius: [illegible] ardens infesto uulnere Pyrrhus
» Insequitur, iam iamque manu tenet, & premit hasta.
» Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum,
» Concidit, ac multo uitam cum sanguine fudit.

C Auctura Italos] propter oppidum Polytorium quod ab eo conditum in Latio auctor est Cato apud Seruium: uel quia [illegible] Ancus Martius ui cepisset, totam multitudinem, ut urbem more aliorum regum augeret, Romam traduxit. Liuius libro ab urb. cõd. primo. Alter Atys] secundi ducis de [illegible] quem commendat à posteritate: nam de suo nomine populos reliquit. Paruus Atys.] uenusta repetitio. Puero[que] puer.] [illegible]

» Et pueri puer ille uultus.

Extremus forma.] tertium ducem Iulum fuisse memorat: per comparationem à pulchritudine commendat. Pauidos] gloriae cupiditate, non timore. nam si timore pauidi fuissent. quod certamen initurí erant, à paterna uel auita illa uirtute degenerare uiderentur. hinc illud Maronis ex 4. Aeneid.

» Degeneres animos timor arguit
» [illegible] cùm ex praeclariss. uiris nati essent, par erat, ut signum aliquod paternae uirtutis ostenderent. propterea subdit: Veterumque agnoscunt ora parentum.] quia

omnes [illegible] ferebant eorumque [illegible] tutus signum [illegible] unum ducebat.

Treis equitum] Haud dubie respexit ad numerum trium centuriarum equestrium, a Romulo conscriptarum Ramnensium, a Romulo: Titiensium, a T. Tatio Sabinorum rege: Lucerum, cuius nominis originis causam tradit incertam Liuius. Terni.] Turmis qui praeerant, decuriones dictos fuisse, author Vegetius est. Bis seni. Proinde turma puerorum restricta fuit in duodenos, quorum singulis singuli decuriones fuere praefecti. Et magistros è consuetudine rei militaris. magistros equitum dicit, in ludo tenui. Et fortasse ad paedagogos referri potest. nam suprà eo nomine Aeneae gubernatorem appellauit.

LAMB. Hort.

Vna acies] Diuisio acierum a ducibus, à quibus ducebantur. de instruendis aciebus optime apud Graecos scripsit Aelianus. His nunc treis praesunt duces: Priamum, Atym, & Iulum. Ouantem.] [illegible] laetam [illegible] ouatio minor triumpho erat apud Romanos, cùm imperator pedibus urbem triumphans ingrederetur [illegible] ob hostem perleuis momenti deuictum [illegible] Hunc dicit, quem Poeta in secundo [illegible] conspectu Priami à Pyrrho fuisse interfectum. Cato cum tamen in Originibus tradit cum Aenea in Italiam descendisse, atque oppidum Politorium condidisse ab Anco [illegible] captum, & incensum, nec saepius rebellandi materiam Latinis exhiberet. Fuerat hic inter Troianos, pedum celeritate fretus, explorator classis Graecorum, cùm ex Aulide profecti in Troicum littus appellerent. At noster Poëta, cum Priamum Italos aucturum scribat, non obscure innuit Politorium ab eo conditum postea fuisse. ac de patris nomine ita appellasse [illegible].

Nomen] A nominis ratione. Equus.] Hunc describit à loco & coloribus, quibus eius nobilitatẽ testatur. In magno praecipuè precio habentur, quibus quatuor pedes albi sunt, albae maculae in frontibus lucent.

Alba.] Epanalepsis. Vestigia primi pedis, pro primi pedes albi erant. Et ut equus multo sit cõmendatior, describit eum tacitè à bellicositate, nobilitate & uirtute, cum Thracium uocet, à natura gentis bellicosae: cui etiã brutorũ, maximè militarium, nobilitas respondet. Hecuba enim a- uia ex Thracia fuerat, Cissei regis filia. De Thraecum rebus, ingenio & natura, diuersis locis fuit nobis locuples sermo. Prom pergendum est ad ea quae sequuntur.

Alter Atys] Secundus fuit Atys: sed eius ut genus nobilitatem, & parentes praetermittit, ita eum ab origine & principio nobilissimae ac principis familiae Roma-

 na

na laudat. hanc Atyam dictum ait. Adulatur Augusto, cuius genus inter Romanas familias antiquissimum esse contendit. Adeoq; eius matrem Atiam inde ortam, & quasi Atyam ita appellatam. Fuit alius Atys, hoc multo uetustior, unus filiorum Herculis & Omphales, qui cum Maeonia regnum sterilitate laboraret, & abundante multitudine patrem populi deducere cogeretur alterorum Lydo succ[illegible] ore in regnum instituto alte rum Tyrrhenum cum longè max[illegible]a parte ciuium ad quaerendas nouas sedes proficisci iussit. Delatus in Italiam, ea in regionem occupauit, qu[illegible] ad mare inferum sita est. Hanc de se Tyrrhenam, [illegible] Ionij[illegible] ma[illegible] Tyrrhenum nominauit. Atys puer fuit a Berecynthia [illegible]rum matre adamatus, qui apud Phrygas re[illegible]giosi [illegible] batur, ut minister sacrorum matris Deorum: [illegible] A

Puerolq;.] *Paranomasia, siue uocum collusio, quamuis ut eadem significatione. Ab amicitia magni Iuli.*

Extremus] *In extremis Poeta studio ferè collocat principes, ubi certamen de uirtute est.* Equo Sidonio.] *A patria descriptio, & donatrice.* Pubes.] *iuuentus: figuratè, signum pro signato.* Trinacrij.] *Sunt qui legunt, Trinacrii: hoc est, Siculi equi: antonomasia.* P[illegible]uidos.] *pueros de gloria sollicitos fauore prosequuntur.* Gaudent.] *Gaudij causam addit, quod in puerorum uultibus existimarent se parentes Troianos eos sibi uidere.* Dardanidae]*Troiani antonomasia.* [illegible]

ARGVMENTVM.

Tres illic [illegible] turmae ubi ampum[illegible] [illegible] strarunt [illegible] spectatoribus in armis ostentassent, [illegible] o,in terno [illegible] quae [illegible] turma com[illegible] & mo[illegible] o[illegible] enendo [illegible] tam simu[illegible]do, & [illegible] [illegible] cenig, [illegible]do [illegible] im[illegible] enet[illegible]m rep[illegible]tant, quod de[illegible] om[illegible] uel [illegible] hem in [illegible] ia ab Ascanio B tam [illegible]m, cùm Albam urbem moenibus ci[illegible] [illegible] ductum fuisse Poeta hoc in loco iudicium facit.

Postquā omnem laeti consessum oculosq; suorū
Lustrauere in equis, signum clam[illegible] paratis
†Ep[illegible]tides longè dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrêre pares, atq; agmina terni
Diductis soluere choris, cursusq; uocati
Conuertêre uias, infestaq; tela tulêre
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus
†Aduersis spacijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt, pugnaeq; cient simulachra sub armis.
Et nunc terga fugae nudant, nunc spicula uertunt,
Infensi, facta pariter nunc pace †fruuntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum caecis iter, ancipitemq;
Mille uijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati uestigia cursu
Impediunt, texuntq; fugas, & praelia ludo
Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathiū, Libycūq; secant, luduntq; per undas.
Hunc more, †cursus, atq; haec certamina primus
Ascanius longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuêre suos: hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:
Troiaq; nunc pueri, Troianum dicitur agmen.

NASC. †al. Aepiodes
†al. Aduersis.
†al. feruntur.
†al. more, hos cursus.

LAETI]*uel alacres, ut pueros aetas ferebat. uel sibi placentes, & quasi laetitia, ac uoluptate quadam animi gestientes: nā pueri ingenuē ex huiusmodi rebus uoluptatem capere solēt.* Signū.] *duplex si nū datū est eodē tempore, clamore, & flagello: id est, uirga in more flagellis sonantis.*

Olli discurrere pares, atq; agmina terni Diductis soluêre choris.] *tres duces tribus acieb. erant praepositi: qua in unū agmen se patribus ostenderūt inde solutū est agmen illud unū, & rursus in tres choros, treisq; acies diuisū est. quae quidē singulae eo cies aquè in diuersas partes currendo, & recurrendo, nec nō in gyrū se uertendo sua spatia cōferebāt*

Alternosq; orbibus orbes Impediūt.] *propriè impediūt: nā in conficiendis orbibus miscet sese implicāt, & aliorū ferè alij gressum impediūt. sic paulò inferius:*
» *Haud aliter Teucrum nati uestigia cursu*
» *Impediunt, texuntq; fugas.*
Hos orbes elegantissime Homerus Iliad. 18 suis uersibus pingit. ubi de Pyrrhica saltatione in clypeo Achillis formata meminit. Pugnaeq; ciēt simulachra.] *praeliū fingunt, speciemq; belli praebent sic infrà:*
» *Ascanius galeam ante pedes proiecit inanem,*

Qua ludo indutus belli simulachra ciebat. Vnde & triuium rerum, quae militia cōtingunt, missionē facit, pugnae, fugae, pacis. & est Lucretij hemistichiū in 2. sic enim ille ait. Cōponūt, cōplēt, belli simulachra cientes. «

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus. *Ludicri descriptione elega[illegible]. Labyrinthi similitudine illustrat: quāobrem absurdū non est, quod Troia qui lus apud Seruium* C *ait, Pyrrhi[illegible], & Troia eundē esse lusum. nam Dionysius Halic. in sept. antiq. ubi de Pyrrhica, & Enoplia saltatione, quā eandem esse uult, etsi Plinio aliter uidetur, uerba facit eiusformam Troiae ludicro non penè dissimilem describit quod quidem saltationis genus in Clypeo Achillis à Vulcano fabricato ipso auctore Homerus effictum extitisse memorat: quem quidem lusum cum eadē Labyrinthi similitudine Homerus [illegible] ustret, argumento nobis perquam ualido esse potest Troiam lusum aut eundem extitisse, uel certè pyrrh[illegible]a s[illegible]ationis formam habuisse, licet pyrrhica pedibus, Troia equis fieret uersus Homeri hoc habent Iliad. 8.*

« Ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις
« Τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
« Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ.

A [illegible Greek verse]

[illegible Greek verse] Id est,

Hunc operi faber adiecit pede claudus uterque
Arte chorum, & uario distinxerat ordine, qualem
Construxerat Cretaeis Daedalon oris,
Formosae auxilium Minoidos ignibus olim.

Non longe dissimilis Labyrinthi descriptio est apud Catullum in Argo. Sed de Labyrintho qui scire plura uelit, adeat Plinium lib. 36. cap. 13. & Diodorum Sic. in 2. legat etiam prouerb. Labyrinthus. Haud aliter Teucrum nati. *comparatio* [illegible] *accommodat.* Vestigia cursu impediunt texuntque fugas *quod proximè dixerat. Alternosque orbibus orbes im*[illegible]*ed*[illegible] *idem nunc uerbis aliis* [illegible] *exprimit. & est Homeri uersus, ut etiã paulò ante innuimus, ex 18. Iliad. sub finem:*

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

Delphinum similes *]Homeri haec quidem imitatio est, sed Homerus libro praexime custodi rota figuli currente, hic uerò noster a Delphinis in mari ludentibus, gyrosque facientibus similitudinem ducit: nisi forsè ex Apollonio sumptam mauis sic enim in 4. cecinit:*

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

B *Et quae sequuntur. Vnde colligi potest quanta fuerit Poëtae cùm ingenii ubertas, tum copia orationis: qui uni rei duas comparationes opposuit: cumque Homerum imitaretur, alteram ab Homero diuersam nactus est comparationem.*

Maria humida *]Homeri epitheton* [illegible Greek].

Hunc morem, hos cursus. *] quis in Italiam hunc lusum docuerit, monet.* Hinc maxima porrò *]post longam temporis intercapedinem Roma quoque lusum accepit.*

Troiaque nunc. *] ludicrum hoc Troia appellatum, quod de Troia uenit fortasse Pyrrhica nominabatur antiquitùs, ut ex antiquis scriptoribus conijci licet.*

POSTQVAM. *] Vt Troiani plausu suorum liberos prosequuti sunt: ita uicissim pueri gaudio perfusi, in equalem suorum consessum ad ostentationem uirtutis lustrauerunt.* Epitides *] Ascanij paedagogus, de quo paulo antè dictũ est.* Lõgè. *]ex interuallo, sed seorsum à turmis fubmotus.* Signum *]quod cùm in re militari uel tuba, uel buccina, aut cornu fieri soleat, hic in re ludicra clamore & flagelli sonitu, paratis ad certandum signum datum canit.*

Olli discurrere. *] Antisthecum. Describit hypotyposi luculenta speciem pugnae equestris, & quidem puerorum Troianorum, concisis distinctisque membris, ut oculis exhiberi putes.*

C Olli discurrere *] Obliquus id genus cursus, qui hic refertur, in prouerbium abijt, quoties res arte, inquit Erasmus, ac dissimulanter agitur. Aut quoties aliud prae nobis ferentes, aliò tendimus, & cuniculis ut quae ambagibus quibusdam pergimus ad id quod assequi conamur.* [illegible Greek] *à Graecis item appellatus est. is enim flexibus quibusdam certis & arte peragebatur, non celeritate, quae in alijs multum alioqui ualere solet.*

Choris. *]Tres ductores suprà memorati separatim duxerunt suas acies, quas nunc choros appellat, propter ludum puerilem: cuiusmodi sunt puerorum, iuuenum, senum, uirginumque de laude honestatis, ac circa inuidiam certantium chori, in ciuilibus negotijs. In hostili certamine uox aciei quadrasset aptissimè. Caeterùm, tria potissimùm, ut quidem rectè, ad rei humilis amplificationem, è militari re transtulit: pugnam, fugam, & pacem. Iam uerò* Diductis, *pro separatim in aciem collocatis dixit: & soluere: pro, separauere.* Vocati. *] A paedagogis.* Conuertere uias. *] Quemadmodum in choris fortasse allusit ad euolutionum per decurias & iuga genus, quam speciem choream uel Persicam, uel Cretensem appellabant. ita in uerbo* Conuertere, *spectauit ad rationem conuertendi ordines ex suo loco restituendique loco pedestres.*

Simulachra [illegible]*] Significanter impediunt dixit, quasi intexunt, immiscent, & intricant.* Fugae. *]ad fugam, &c.* Vt quondam. *] A comparatione ad* [illegible]*ta pue*[illegible] *genem. In C*[illegible] *L*[illegible] *thus, portento* [illegible] *hum*[illegible] *in*[illegible] *humano fratibus & am*[illegible]*gic*[illegible] *inexplica*[illegible] *continens, crebris foribus ad* [illegible] *exitus, & ad eadem deinde in eosdem errores* [illegible] *parietinis* [illegible] *Labyrinthorum impedimentis* [illegible] *Ioannes Tzetza, qui* [illegible] *de Labyrintho:*

[illegible Greek verses]

[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]
[illegible Greek verse]

Hanc historiam carmine heroica uertere uisum fuit:

Cecropius regi Creta fabricarat in alta
Daedalus innumeris Minoi ambagibus olim
Carcerem, ubique situ caecum, nexuque uiarum
Ancipitem & multo tortum ingressuque dolosum,
Difficilem, Labyrinthum quem dixere uetusti.
Minotaurus in hoc fuerat fera, uox cui dira
Humana intonuit conclusi hoc carcere quotquot,
(Vt perhibent) hi Minotauri ore peribant,
Et tragico Euripidis celebrata tragoedia Theseus,
Aut uelutì nonnulli ali scripsère, uisram
Plexibus irremeabilibus, gyrisque retortis.
Virginibus Theseus cùm sex totidemque uirilis
Stirpis ubi Creta uenisset missus in oras,
Pestis enim & fames tum grassabatur Athenis,
Ductorem ob casum Minois classis atroci
Cecropidis fato Androgeum regionibus illis.

» Septem etenim in Cretam stirpis misêre quotannis
» Corpora fœminea, sexus totidemq; uirilis
» Cecropidæ, prædæ fatali corpora monstro, ut
» Cessaret tabes, & dura pericula rerum.
» Cum pueris postquam huc Theseus teneris'q; puellis
» Venit, amore eius capta est Ariadna tyranni
» Filia Minois, filum cui donat habendum,
» Carceris ingressu, quod primo ac limine prudens
» Necteret, ast aliam partem interiore recessu
» Prensaret manibus simulac Labyrinthon in altum
» Venisset Minotaurum conturucat, & inde
» Cum læta per iter sinuosum pube uagatur.
» Talis erat Creta domus hæc Labyrinthus in alta,
» Carcer & irremeabilis, hac quam cochlea formam
» Exprimit ipse tamen tropica grauitate figuras
» Rhetoricas ausim Labyrinthos dicere forsan.

Hæc de Labyrintho in præsenti dixisse sufficiat, cætera copiosiùs in sexto explicabimus. Mille.] multis: numerus certus pro incerto. Dolum ambages uocat. Catullus.

» Errabunda regens tenui uestigia filo,
» Ne Labyrintheis e flexibus egredientem
» Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Haud aliter.] Redditio. hoc est, applicatio rei collatæ cum eo Labyrintho, qui fuit in Creta. Teucrûm.] Teucrorum. Impediunt.] Scitè allusum est ad impeditas contextas'q; uariè lanarum ambages. Delphinum.] Alia comparatione puerorum ludum illustrat, delphinum in mari colludentium discursibus. Sed & eruditè puerorum ludum delphinum lasciuiæ comparat. nam animal est homini amicum, & musica symphonia delectatur: ita ut nauibus etiam in mari se obuiam offerat, exultans alludens'q;, etiam cum plena uela prætereat. Arionis citharœdi exemplum celebratius est, quàm ut hic referatur. Velocissimum omnium animantium est. ac nisi multum infra rostrum os illi foret, in medio penè uentre, nullus piscium eius celeritati euaderet. Fame impulsi eùm piscem fugientem in ima uada persequuti, diutius spiritum conclusum tenuêre, quasi arcus neruo ejecti ad respirandum emicant, ac tanta ui exiliunt, ut uela nauium passa uento impulsarum impetu transuolent. Multa Plin. de delphinis lib. [illegible] cap. 8. Illud auctarij loco adfuatur. Delphinem A esse etiam instrumentum ferreum naua[illegible], aut plumbeum, ad similachrû piscis delphinis ef[illegible]giatum, ad nauale certamen paratum. Vnde apud Thuc[illegible]dem naues Delphinophoros. Maria] Homericum [illegible]lud reddidit, [illegible]. Carpathium] Species pro genere. Carpathium pelagus nomen consequutum est à [C]arpatho insula inter Cretam & Rhodon, excelsa sita, olim adeò celebri, ut nomen mari dederit. Huius circuitus ducentorum est stadiorum. Fuit olim quatuor urbibus insignis. Ab hac septuaginta stadiorum insula, modico interuallo abest Casus, cum oppido Caso. Huic nomen [illegible], sed modicæ admodum subiectæ sunt insulæ, quæ Casiarum dicuntur. Homerus in [C]atalogo Carpathum & Casum coniunxit, quarum duces facit Phidippum & Antiphum Thessali liberos. Verba Homeri sunt.

[illegible]

Lybicum'q;.] A Libya [illegible] parte, cui obiectû est, alluit'q; Cæterum ut pro [illegible] Libya se penu[illegible] B merò ita Libycum mare, pro [illegible] tæ'q; usurpatur. Hunc morem] [illegible] puerorum equestri factitius, qua origine, [illegible] pulos postremò ad Romanos peruenit, [illegible] nius primus exercuit Alba, à secund[illegible] regionis illius incolas nunc priscos La[illegible] qui Latini prisci erant, qui ante condit[illegible]em urb[illegible] ea loca incoluere. Quo puer [illegible] Ascanius Tro[illegible] quomodo nunc exhibuit inter suos [illegible].

Hinc] Ex Alba, Romam postea peruenit. Patriū] Troianum nomen multis seculis is ludus se[ru]auit. Pyrrhicam uulgò appellatam, hāc Troiam, [illegible] Suetonius. Durauit hic ludus dictus Troia, certè usq; ad t[empo]ra Claudij Cæsaris. Sedente, inquit Cornelius [T]acitus lib. [illegible] historiarum, Claudio Circensibus ludis, cùm pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, inter'q; eos Britannicus imperatore genitus, [et] L. Domitius adoptione [illegible] imperiū & cognomentum Neronis adsciturus, [illegible] actior in Domitium loco præs[illegible] acceptus est.

ARGVMENTVM.

C

Ex re læta ad casum tristiorem describendum Poeta [illegible] facit. nam dum [illegible] celebran[tur] Troi[illegible] m[illegible] fortuna [illegible] Troianæ facem [illegible] gæq, [illegible] [illegible] conjiciunt, quatuorq; naues exurunt.

NASC. Hac celebrata tenus.] [illegible] est. Sancto patri] in numerū Deorum translato: cui & sacra fecit tanquam Deo. hinc etiam illud:

» Salue sancte parēs, iterum saluete recepti
» Nequicquam cineres

Hic primùm fortuna fidē mutatā nouauit.] [illegible]

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primùm fortuna fidem mutata nouauit.
Dum uarijs tumulo referunt solennia ludis,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, uentos'q; aspirat eunti,
Multa mouens, necdū antiquū* exaturata dolorē
Illa uiam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli uisa citò decurrit tramite uirgo.
Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat,
Desertos'q; uidet portus, classem'q; relictam.
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant, cunctæ'q; profundum
Pontum aspectabant flentes: heu tot uada fessis,
Et tantum superesse maris, uox omnibus una.

*al. mo[illegible] [illegible] ata

[illegible] est, non [illegible] turbatio tantum seu [illegible] nam [illegible] aliquando in [illegible] que perpetua. [illegible] per[illegible] agnitio [illegible], ut ex Aris[totele] [illegible] in poet. [illegible] quam pem solet est [illegible] perpetua, ut alias sæpe dictū est, nihil aliud quam [illegible]tio

[illegible] tædet pelagi per[illegible] [illegible]rem.
[illegible] dias sese haud [illegible] endi,
[illegible] em[illegible] deæ, uestem[illegible]
[illegible] maris coniunx longæua [illegible] ory[illegible]
[illegible] & quondam nomen natiq; fuissent:
Ac [illegible] Dardanidum mediam se matribus infert.

[illegible] fidem [illegible] non [illegible]. Perp[illegible] non perturba[illegible] tantum eum [illegible] pe[illegible] [illegible] semper sequatur agnitio, [illegible] [illegible] Iunoni [illegible] Iri [illegible] agnitionem po[illegible] [illegible] negocium aggreditur.

[illegible] seruandum est [illegible] Iunone [illegible] de nubibus, quarum Dea est Iuno) uerum etiam a Ioue, ut apud Hom[illegible] rarò apud Virg. & plerunq; ad [illegible] Mercurius ad concordiam [illegible]. Ve[illegible] tosq; [illegible] hoc est, [illegible] Aen.

[illegible] ignem, [illegible] ueneno
Noue[illegible] mouen[illegible] Aen.
Mu[illegible] animo [illegible]
N[illegible] dol[illegible]
B mo[illegible]en. [illegible] causa [illegible] dolores
E[illegible]o.

[illegible] Per [illegible] reum. huius [illegible] sationem [illegible] decu[illegible] tra[illegible] Virg[illegible] alios ubiq; fere ab Homero de[illegible] [illegible]tur D[illegible] deret [illegible].] ab occasione rem uerissime [illegible]. nam [illegible] nauibus [illegible] ominet [illegible] Iridis persuasi[illegible] At [illegible] procul in sola se[illegible]cretæ Troades acta Am[illegible] Anchisen [illegible]bant.] uarius [illegible], multiplexq; a circunstantiis deducitur [illegible]erationis affectus qu[illegible]d procul [illegible] hoc est, se[illegible] ab [illegible] ominib. nō enim ipsæ spectaculis interfue[illegible] quòd in deserto litore sunt. [illegible] postrem[illegible] etiā, [illegible] quem tantopere diligebant, am[illegible]runt. [illegible]ncta[illegible] profundum] auget cōmiserationis af[illegible] [illegible] quod flentes mare profundum a[illegible] [illegible] terrebātur, & [illegible] magis quia plurimū [illegible] erat. & [illegible] defessæ erat. [illegible] in describendis siue [illegible] siue ex aliena p[illegible]sona re[illegible] est Virgilius: cuius ne carmē quide intueri licet, in quo reru personaru[illegible] mores, [illegible] uel ex arte, uel ex natura, uel
C [illegible] casu, [illegible] reb. fiunt, nō e[illegible] nganius. Heu tot uada fessis.] siue ex Poëta, siue ex fœminarū persona dicatur, affectuosū est: sed maior certè, si fœminis tribuas, sese ostē[illegible]dit ex lōgæ nauigationis tædio cōmiserationis affectus. hæc igitur omnia eò mulierū animos impellebāt, ut oēs uno ore uerbo orarent. ideo sequitur: Vox omnib una Vrbē orāt.] opportuna occasio ex affectu, ac uoluntate mulierū.

Tędet pelagi.] [illegible] ga nauigationis tædio.

Et faciē[illegible] Deę, uest[illegible] reponit.] satis commodè duo diuersa uno cōplexus est uerbo. Fit Beroe Ismarij [illegible]iux longæua Dorycli.] utrū Beroen uxorē Dory[illegible] Priami regis nothi Poeta designet, qui, ut est apud Hom. [illegible] Aiace occisa est, uiderint alij, mihi uerò magis ueri simile [illegible] nomē esse fictū à Poeta. Sed utcūq; est, ad historiā [illegible] ædificatione urbis Romæ, quā Plutarchus in Romulo [illegible] describit hūc in mo[illegible] Troiā à Græcis ca[illegible]pta, quosdam [illegible] profug[illegible] qu[illegible] classem nacti nauiga[illegible]runt, & in E[illegible] uento delati ad Tybridis fauces appu[illegible]lerunt quorum mulie[illegible]res cūm [illegible] maris perterritæ, [illegible] nauigatione essent fati[illegible]gatæ, unam ex iis Romam nomine, quæ ge[illegible]neris nob[illegible] itate, & pru[illegible]dentia, rerum'q; usu cæteris man[illegible] præstare uidebatur, [illegible] ferunt [illegible] factum, [illegible] summo[illegible] [illegible] tamen [illegible] [illegible] quæ res certis feliciùs [illegible] totaq; [illegible] suscipientes, Romam multis honoribus [illegible] urbem'q; de eius nomine, ut quæ eius rei auctor exti[illegible] appe[illegible]arunt. Sed [illegible] Iris mulieris uul[illegible]tum [illegible] cultura est: aptior enim in[illegible]terdum [illegible] fœminæ persuasio, quàm sapien[illegible]tis uiri. nec [illegible] mulieris sed matronæ, & longæuæ fa[illegible]ciem, formam [illegible] ut nobilitas ætati coniuncta ma[illegible]iorem orationi [illegible] [illegible]erat. Cui [illegible] nu[illegible].] ad u[illegible]trunq; referri [illegible] ut ad [illegible] lum. sed melius [illegible] ad D[illegible] referre nam uiri nobilitas, gloria, atq; splendor, uxorem, libero[illegible] pen[illegible] igitur huius fœminæ cōmendatio de [illegible] nā summæ existimationis matrona erat, [illegible] genere nati, celebritate nominis insignis [illegible] quetia florentis uxor erat. Acsi [illegible] hac forma, [illegible].

L Hac celebrata.] Epilogus certaminū anni[illegible] rum ad tumulum Anchisæ. Sed ut nullum [illegible], siue priuatum, siue publicum, perpetuum est, quin uel fœlix [illegible] beat aliquid, uel tristem sortiatur exitum: ita sternitur oc[illegible]casio ad turbandas res [illegible]. Hac celebrat[illegible] pro[illegible] ut [illegible] sunt certamina sancto pa[illegible] A[illegible]chisæ [illegible] quarti [illegible] internuncia, deq; arcu [illegible] Illud tamen [illegible] hoc loci mon[illegible] internuncium deorum perinde ad [illegible] serenam mittit, ut Mercurium ad concilian[illegible] mortales [illegible] concordiam & societatem. Mittitur [illegible] Iunone, quippe Troia[illegible] inimica, & ho[illegible]stilem [illegible] ad [illegible] In Iride arcu cœle[illegible]sti, colores sunt, quos apparentias [illegible] neoterici: [illegible] Aristotel. lib. primo de Generatione [illegible] dixit. Appa[illegible]ret enim in iride color rubens albedini mistus, quòd mate[illegible]ria uaria sit, & solaris radius fortior uiolentior[illegible]q;. Arcus hic diuersicolor paræmiam fecit [illegible], Super omnem Irim, de luculenta ueste coloribus uariantibus. Volens itaque Iuno fidem rerum lætissimarum tristi [illegible] commutare, hanc ad disturbandum publicam læ[illegible]titiam misit. Est [illegible] Iris [illegible] nomen. Iliacam ad classem.] Troianam. Ventosq;.] [illegible] nam Iuno cūm aëri præ[illegible] rectè Iunonem uentos Iridi aspi[illegible]rare fingitur, ut [illegible] semoueat. Multa moneas.] quæ curata uelis. Porrò, quæ monueris. [illegible] notat, cūm pristinam ægritudinem [illegible] in Troi[illegible] animo adhuc ha[illegible] dicat. Dolorem.] pro d[illegible]ore. Transtulit in uerbo [illegible], quod corporis est, ad ani[illegible]mum. Celerans uiam.] [illegible]. pro celeriter per uiam abiens. Et prisca fuit loquendi figura in iure ciuili, uade uiam, abi uiam cuiusmodi phrases [illegible] festiuè [illegible] det in oratione pro Muræna. Mille.] uersicolorem ar[illegible]cum, Iridi internunciæ cognomentum. Diuersorum colorum

[illegible] oratio [illegible] in fine quarti lib. explica[illegible]mus. [illegible] uisa. [illegible] siue quòd dea introducatur, qu[illegible] specie mortalibus non potuit esse conspicua: siue quòd per celeritatem nulli fuerit uisa. Expressit H[illegible] ricum epitheton [illegible] Iliad. B. N[illegible] en I[illegible] tum [illegible] Por[illegible] non quasi [illegible], iris ferenda dea. sed [illegible] ro [illegible] mandata exponat oratione, simu[illegible] per [illegible] Lizm[illegible] in [illegible] rierut Odyss. [illegible]

» —— [illegible]
» [illegible]

» Quem iuuenes [illegible] xere Pela[illegible]
» Propterea qu[illegible] tiret quò quis [illegible] iuûm
» Cogeret ire —

Conc[illegible] sum [illegible] anorum [illegible] iculorum circa tumulum Anchisæ, [illegible] au[illegible] pr[illegible] caberat [illegible] Troia[illegible] cu um l[illegible] rum [illegible] tum co[illegible] A[illegible] o ub[illegible] continebant matronæ [illegible] tus [illegible] græco uocabu[illegible] usus est P[illegible] pro L[illegible] litoralis. In [illegible] La[illegible] uel [illegible] se[illegible] etiam alia uel sola in secreta ac[illegible], ut secreta [illegible] Secretæ. [illegible] decorum est, [illegible] matronas in publicis spectaculis misceri uiris [illegible] um aut[illegible] qu[illegible] matronarum erat, pullatas [illegible] crini[illegible] ut mortu[illegible] lugere.

» Et circum Iliade [illegible] erme[illegible] fo[illegible] ta.

Pontum a[illegible] ectabant [illegible] genere [illegible] pro mari dixit Homericū [illegible] He[illegible] toc uada. Sermocinatio tribuitur enim oratio querelarum plena matronis Troianis, diutina nau[illegible] atione fra[illegible] Sed [illegible] interpretantis nihil re[illegible] fragor. Vox [illegible] La erat, quam præmisit.

[illegible]

A R G V M E N T V M.

[illegible]

N[illegible]

O MI[illegible] Æ. ab exclamatione pa[illegible] thet[illegible] exorditur per insinuationē: quæ [illegible] commoder ærumnarum, calamitatumq, quas Troianæ m[illegible] ter passæ sunt. enu[illegible] rationem habet, quam alii repe[illegible] nempe ab exc[illegible] o [illegible] T[illegible]. quo firm[illegible] suæ undar [illegible] itaque per multa [illegible] ci[illegible] ias, uerborūq; [illegible] tandē descendit, quo uelit. [illegible] as n[illegible] ma[illegible] nus [illegible] augere [illegible] & ex comparatione. hoc enim insinuat, uobis feliciores ext[illegible] nul at [illegible] & modo, ut in 2. Aeneid.

O mi[illegible] ræ, quas n[illegible] manu[illegible] inquit, Ac[illegible]
T[illegible] axerit ad lethum patriæ sub mœnibu[illegible] ns
[illegible] ix, cui te exitio fortuna reser[illegible]
Sep[illegible] ma p[illegible] st [illegible] roiæ excid[illegible] iam [illegible]
C[illegible] m freta, c[illegible] m terras omne[illegible], t[illegible] nh[illegible] ax[illegible]
S[illegible] deraq; emensæ f[illegible] m [illegible] r m[illegible] ma[illegible]
It[illegible] iam sequimur [illegible] em & uolui[illegible] undis.
Hic E[illegible] yc[illegible] fines fratern[illegible] at[illegible] Ace[illegible]
[illegible] uis prohibet mu[illegible] ur[illegible] bc[illegible]
O[illegible] atri[illegible] & rapti neq[illegible] m[illegible] hoste [illegible] enate
N[illegible] m [illegible] roiæ [illegible] en[illegible] m[illegible] n[illegible] quam
H[illegible] ones [illegible] m & [illegible] mo[illegible] uidebo
[illegible] e & mec[illegible] exur[illegible] es.
Nam [illegible] Caff[illegible] n[illegible] o
Ard[illegible] dare u[illegible] Tro[illegible]
Hi[illegible] domu[illegible] n[illegible] is [illegible] m temp[illegible] a[illegible] re[illegible]
Nec t[illegible] nt[illegible] mora p[illegible] en[illegible] quattuor a[illegible]
6 Neptuno. [illegible] eus ipse faces animumq; mini[illegible]

[illegible] Traxerit a[illegible] l[illegible] [illegible] ut alias [illegible]

[illegible]ere

[illegible] terra [illegible] Troiae [illegible] fato [illegible] ideo subdidit: Cu[illegible] regno dixit. [illegible] Troiae [illegible] [illegible] a longitudine calami [illegible] [illegible] erat per [illegible] [illegible] fuit [illegible] [illegible] nomina [illegible] periculo [illegible] modo prae [illegible] [illegible] astra. [illegible]

[illegible] ue ma[illegible] tauo [illegible] procelloso.
[illegible] [illegible] & a difficultate ut alibi.
[illegible] prendimus oras.
[illegible] und[illegible] qua eet eum dif [illegible] demonstrat.
H[illegible] abitur ad persuasione oppo[illegible] proponit Quis proh[illegible] et mu[illegible]]ā [illegible] quasi dicat, in uestra manu est [illegible] ue[illegible] quae [illegible] amplum reit, nec personam tantum [illegible] niem, sed & causam comple[illegible] ni ut eas magis m[illegible] patriae, ac penatium Deorum illis memoriam re[illegible] um exclamatione affectibus plena. O patria, & [illegible] nequicquam ex hoste penates.] quasi dicat fru[illegible] nos eripuimus, nisi eorum auxilio [illegible] mus, iam tandem alicubi consistere, & aedificare pos[illegible] uox illa patria, cum ingenti doloris significatio[illegible] ne proferenda est ex memoria [illegible] Troiae, [illegible] ex nimio quaerendi desiderio. ideo subsequitur Nulla [illegible] iam Troiae dicentur moenia [illegible] omne unquam antiquae patriae imaginem uidebimus? Nusquam Hectoreos.] exaggerat per expolitionem Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes] post longam uerborum insinuationem, suum denique Iris consilium aperit comburē[illegible] das [illegible] naues: ut aliquando ex tanta nauigandi infelicita[illegible] te, laborumque perpessione liberentur. summa igitur totius persuasionis haec est cum detestatione nauium quas infaustas [illegible] esse, infelices appellat, uel quasi mali ominis, uel quia per [illegible] ipsae nauigando infelices reddebantur, quae felices se fu[illegible] turas putabant, si aliquando urbē condidissent, & quia res ad persuadendū difficilis admodū uidebatur [illegible] quanquā sa[illegible] [illegible] ob[illegible] one, & cōmemoratione perpessorū dolorū, ac pe[illegible] [illegible] [illegible] erant) ut maiorem suae orationi auctori[illegible] tatē ad[illegible] beat, eam cōfirmat ex uaticinio Cassandrae: quā in so[illegible] [illegible] se uidisse porrigentem [illegible] faces ad cōburendas naues [illegible] Troiae excidium Cassandrae uaticiniū quod antea ab omnib. spretum fuerat, maximae auctoritatis fuit.

H[illegible] e Troiā.] ne fortè alio sensu somnium interpreta[illegible] Cassandrā per faces designare uo[illegible] lui [illegible], [illegible] fi[illegible] dem. [illegible] negotiū conse[illegible] tē[illegible] pus agi res.] quae [illegible] adi[illegible] ficandi nisi manus haec ex persona [illegible] di[illegible], ut sit adhor[illegible] tatio ab opportunitate temporis. Nec [illegible] mora pro[illegible] [illegible] giis.] [illegible] oracae.] ab occa[illegible] sione. q. d. qui[illegible] cur [illegible] ur, cum [illegible] & omnibus ab ipsis Diis nobis porri[illegible] [illegible] ministrare uideātur [illegible] [illegible] Po[illegible] [illegible] Tr[illegible] mulieribus [illegible] ere[illegible] ctae fu[illegible] era[illegible] [illegible] An[illegible] que mo[illegible] ē flerent, & par[illegible] [illegible] rent. Animi[illegible] rat] apposi[illegible] te [illegible] audacia enim opus erat in re tā atroci ag[illegible] gre[illegible] [illegible] modo [illegible] monstra. an quia furorem [illegible] an mos mulierum? unde paulò post au:

[illegible] [illegible] pectore Iuno est. et

Aut Iridis [illegible] oratione [illegible] d Platonis allu[illegible] [illegible] ad quos[illegible] [illegible] motus [illegible] & cui opus per maximum m[illegible] [illegible] perturbationum [illegible] con[illegible] fir[illegible].

[illegible] exhortatio ta est, ad exurendas clas[illegible] AMB.
[illegible] neant. [illegible] exordium bene[illegible] Hoit
[illegible] eum [illegible] urbes [illegible] narr[illegible] e, cum de[illegible] earum [illegible] [illegible] tate amp[illegible] [illegible] constantiae. [illegible] clas[illegible] ses [illegible] [illegible] dam. Ach[illegible] [illegible] ad Tr[illegible] Pathos a loco [illegible] gens [illegible] sed dolentis particula hoc [illegible] est. Se[illegible] [illegible] portā d[illegible] [illegible] Non septem annos [illegible] patriae excidio [illegible], sed [illegible] si qui Dio[illegible] nysio credimus [illegible] secundo anno in Itali[illegible] per o[illegible] mnis [illegible] ut [illegible] principes extrem[illegible] plat[illegible] nondecem [illegible] ciuit ee[illegible] rorsit [illegible] cedens. Sed non minus erud[illegible] septe[illegible] an[illegible] mysterium numeri septenarij [illegible] [illegible] pugnat, quod in primo dixerit, septimā [illegible] cum pro[illegible] ut familiare sit, parte [illegible] Ne[illegible] que illud erat corr[illegible] luxus [illegible] luxu q. l. s. cum paucas dierum hebd[illegible] per amplificationem, uel hyemem [illegible] aestatem appellemus. Dum comuntur, dum ornantur [illegible] est, inquit Comi[illegible] cus. Aestas.] annus [illegible] parte pro to[illegible]. Amp[illegible] ficat tot annorum [illegible] à locis, ut manendi cupiditatem iniciat. inho[illegible] axa dixit, ut inhospita Syrtis.

S[illegible]dera.] quibus terras [illegible] bisset, quorum suprà uerticem latitudinem [illegible] longitud[illegible] praeternauigarant.

Maee [illegible] me[illegible] um, inter Africam & Europam medium. Se[illegible] fugientem] [illegible] utcunque coniunxit. Conuenienter [illegible] commun[illegible] fugientē dicit, quae tum uis[illegible] fuit [illegible] quam paulatim pro[illegible] pius adnauigando, assequi nequibant: eum semper retror[illegible] sum aut pro[illegible] sum, aut laeuorsum ui tempestatis pellerentur.

V[illegible] uimur undis.] Pathos à loco. Hic Erycis fines fraterni.] Ab opportuno suadet manendum esse in Sicilia. Eius propositio. Condamus urbem, & exuramus naues. Ergo exustis nauibus hic maneamus, & quidem in terra hospita, ubi Eryx frater Aeneae admodum nuper imperauit. Quis prohibet muros iacere.] Alludit ad hi[illegible]

ad histo[riam], quam alibi retulimus. Cum Aeneas in Siciliam uento delatus esset, Acesto & Helymo in ipso propè litore occurrit. Q[uibus] post mutuam gratulationem & hospitalia iura author fuit, ut quisque sui nominis urbem conderet. id quod extemplo est f[actum]. Harum altera Acesta, alter[a] [Elym]a, à conditorum nominibus est appellata. Huc Aeneas ex sua [illegible] ad naui[gan]dum pugnandumque multis [illegible] adser[illegible], quo facilius in corp[us] unius p[o]puli coalescerent. H[istoriae] [illegible] mentum poeticum acco[m]modauit Maro. [illegible] de Erycis urbis condi[ti]one, ac temp[lo] [illegible] loco hinc [illegible] exuimus. O patria [illegible] a loco [illegible], ut matronarum animos à [illegible] naui[g]atione alienet, eaque [illegible] detineat. N[illegible] [illegible] ecerunt in me[illegible] Heleni & [Cass]andra [illegible], à quibus urbem [illegible], paruam Troiam, & [illegible] de nominibus Troianorum [illegible] minum nominat[illegible] in [illegible] uiderant. Sed addit &, Nequi[illegible] nam frustra dij poterant penates ut[illegible] medio urbis incendio erepti, cum hactenus nullam salutem ciuib. [illegible] ssent. Hecto[r]eos [o]mnes. Troianos. Tragica plane antonomasia, ad similitudinem omnium Phrygiae [illegible] cognominet. Quin agite.] Quoniam autem paulo ante, ut manendi desiderium excitaret muliercula ipsa mulier, proposuit de noua urbe in Sicilia conditione, ut id facilius obtinerent, prius erat ut naues exurerent, quibus amissis, nauigandi facultas uideri poterat sublata in uniuersum. Et pa[illegible] uocat eas in[illegible] [illegible], in quibus [illegible] hactenus nauigatum fuerat: uel quibus toties peric[li]tatae [illegible] fuissent. Puppes.] naues part[e] pro to[to]. Sunt qui [illegible] Troianam non in Sicilia, sed in portu [illegible] combustam ferant, atque hunc, non à nutrice Aeneae, [illegible]: hoc est, ab exurendo portu, Caietae nomen [illegible].

Nam m[illegible]] Confirmat propositione, eccu piam, ab oraculo [Cassan]drae uatis, ut fides uerbis & authoritas co[n]cilietur, diuino [illegible] monio consilium confirmatum uideatur. Scelus [illegible] perpetrassent, si stulta temeritate ad [illegible] naues prosilu[iss]ent.

Visa.] N[illegible] sibi quidem [illegible] Cassandra datas faces, sed ut [illegible], ut [illegible] igitur pariat errorem, in [illegible] patriam, in quam per se pronae erant [illegible] habenda fides, ut, quae diuino testimonio co[illegible] hic non adsunt.

Hic quaerite.] [illegible] citata est, & uehementiorem hanc incendit repetitio particu[lae] [illegible]. Agi res.] [i]d est, non Troiam excitare, ut [illegible]: sed incendio delere classem, ut omnino sit manendum. Hic domus:] expolitio

[illegible] ad protinendas incendio rates

ARGVMENTVM.

[illegible] or[a]tione [illegible] [illegible] quaedam Py[rg]o no[illegible] [illegible] d D[illegible] mdi[illegible] [illegible] potu[illegible]

Haec memorans, prima infensum ui corripit ignem,
Sublataque procul dextra connixa coruscat,
Et iacit: arrectae mentes, stupefactaque corda
Iliadum. hic una è multis, quae maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
Non Beroe uobis, non haec Rhoeteia, matres,
Est Dorycli coniunx: diuini signa decoris,
Ardentesque notate oculos, qui [spiri]tus illi

[illegible] de [illegible] unam qui [illegible] spes erat aliquius [f]acti, sublata dextra alios ad facinus euocare, & excitare [volue]bat. [illegible] ita Scipio Nasica impe[illegible]

[illegible] fa[illegible] T Grae[illegible] [illegible] dextra, [illegible] inquit, uult [illegible], me sequat[ur]. Arrectae mentes. stupefactaque corda [illegible] signa persuasionis [illegible]

Quis uultus, uocisque sonus, uel gressus eunti?
Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui
Aegram, indignantem, tali quod sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ ferret honores.
†Sic effata.

A augendam rei fidem Pyrgus oratio sequitur. Hic una è multis, quæ maxima natu.] annum, & filiorum regis nutricem facit loquenti, ut maior sit in uerbis eius auctoritas, & fides.

Non Beroe uobis.] negat esse Beroën quæstio coniecturalis, ideo circumstantiys coniecturalibus ad hanc rem probandam maximè facientibus utitur nam subdit:

Diuini signa decoris.] Omnia recenset signa ex quibus diuinitas perspici potest, diuinum in uultu, & in actu decorem hoc enim his uerbis designat, diuini signa decoris, splẽdorem oculorum, augustam faciem, odorem, sermonem, incessum. Ardentes notate oculos.] rutilum oculorum splendorem, qualis fuisse in Augusto dicitur: cuius faciem intueri perpetuò nemo poterat. Qui spiritus.] odor ut in primo Aeneid.

——diuinum uertice odorem Spirauere.

Qui uultus, uocisque sonus.] duo sunt hæc perspicua diuinitatis indicia, uultus, & uox. unde est illud in primo Aeneidos:

B ——namque haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat.

Solet enim uultus esse Deis paulò augustior, quàm humanus. Vel gressus eunti.] incessus etiam diuinitatis est signum, ut,

Et uera incessu patuit Dea.

Nam Deorum incessus altus est, & sublimis. ut in primo Aeneid.

Ipsa Paphum sublimis abit.

Ipsa egomet uidi.] Ex suo testimonio, quod est à signo exaggerat, probatque non esse Beroën si Beroë non est, quam se esse profitetur, omniaque illi sunt diuinitatis signa, sequitur ut Dea sit. Aegram indignantem] ægrã, ægrotantem. quod si domi in lecto iacebat, ut Pyrgo paulò ante uiderat, inter matronas ad naues esse non poterat ita spacio temporis non erat idoneũ ut è lecto surgẽs ad matronas ægra tam citò se conferre potuisset.

Hæc memorans.] Ducem se præbet Iris ad hostilia inferenda ut agnita diuinitate, ad exemplum reliquæ matres incitetur, quasi diuinitus admonitæ. Infensum] Fortasse infestum hoc est, inimicum materiæ piratarum nauium, ne diutius mari iactentur. Arrectæ] Aeschrologia in translatione. Stupefactæ.] Interpretatur uerbũ præcedens. Iliadum.] Troianarum antonomasia. Maxima natu.] Ad conciliandã authoritatem, ab ætate, & dignitate officij. Tot Priami.] quinquaginta, ut ex Homero & in secundo libro retulimus. Ellipsis. deest uerbum Ait. Tota oratio huc spectat, ut ostendat non Beroën eam esse, cuius anus illa assimulabatur, quam grauiter conflictantem paulò antè uel in urbe, uel in castris reliquisset. Ex signis tribus potissimùm probat esse deam: à forma, uoce, & incessu. Ab iisdem locis, siue signis potius, describit Venerem in primo. Rhœteia] Troiana, à Rhœteo promontorio Troadis. Ardentes] A signo iræ. Quis spiritus.] Non odorem ego acceperim hic spiritum, sed ferociam & animosum pectus Nam ab accidente statim notauit iram, quam sequitur impetus uiolentus. Et in uultu maximè elucent signa feroces spiritus, & irati animi. Eunte] Inde petentis aras, unde ignem corripit & mox de naues, in quas facem torquet. Ipsa egomet] Ab alio signo antecedente, loci necessario. Non potest simul in castris & hic esse Atqui eam ægram in castris aut in urbe reliqui. Indignantem] indignè ferentem. Nec meritos] Illustrius reddit id quod præcedit hoc est, quòd sola Anchisæ anniuersarijs sacris interesse non potuerit. Pia ægritudinis causa. LAMB. Hort.

ARGVMENTVM.

Troianæ mulieres, quanquam oratione Iridis ualde fuerant commotæ, & nutricis admonitione etiam uehementius excitatæ, non tamen rem sibi propositam exequi volunt, sed dubiæ [illegible] & metu, malignis, obliquisq. oculis naues quidem spectant, sed adhuc unde hoc [illegible] ignorantes, mittere [illegible] incendium non audẽt. vbi vero Iridem in cœlum alis se attollentem vident, illius diuinitatis certę huiusmodi admonitus e cœlo [illegible] C tatæ, faces accensas in naues coniiciunt.

At matres primò ancipites, oculisque malignis
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisque uocantia regna:
Cùm dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum uerò attonitæ monstris, actæque furore
Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, frondem ac uirgulta facesque
Coniiciunt. furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.

C At matres primò ancipites] Dubiæ quid agerent. Oculisque malignis Ambiguæ spectare rates.] Tanquam sibi odiosas propter longos labores, maximaque nauigationis pericula. Miserũ inter amorẽ] miserum nominãt, quo miserrimæ futuræ erant. Præsentis terræ.] Siciliæ. Fatisque uocantia regna.] Italiam designat: quò fato uocabantur. Tum uerò attonitæ monstris.] hinc colligitur non uerbis tantùm, sed rebus, multòque sæpius rebus, quàm uerbis homines moueri, præsertim si præter naturam contingãt: nam dum loqueretur Iris, mulieres cõsilij ambiguæ fuerunt: ubi uerò se in cœlum sustulit, tunc omnis ex earum animis dubitatio prorsus sublata fuit. Frondem ac uirgulta.] Verbenas intelligit, quæ erãt in aris. Furit immissis Vulcanus habenis.] elegans tralatio. Transtra per.] per transtra. ἀναστροφή. Abiete puppes] ex abiete.

At matres] Consentaneè matronas facit hæsitantes, sequatúrne consilium Iridis, an secus, dubiæ, & inter metum ac spem attentæ. Amor præsentis terræ suadebat: contrà fatalis regni: hoc est, Italiæ dulcedo dissuadebat, & LAMB. Hort.

T metus

metus ne deos temerario scelere offenderent. Malignis.] *Dubijs, ut lux maligna. Incerta, uellentne exuri, an seruari. Addit autem utrunque causas.* Spectare.] *spectabant: modus pro modo.* Terrae.] *Siciliae.* Regna] *Italicae.*

Dea.] *Iris.* Arcum.] *caelestem, Iridi cognominem. De arcu iam non uno loco dictum est.* Monstris.] *miraculis ac prodigijs, quod à caelesti numine in formam Beroës transformato, & ignis in naues esset iniectus, & ipsae ad exemplum animatae essent.* Furore.] *uideo: nempe ab Iride concitatae, cuiusmodi à dijs afflatus immitti solet.*

Conclamant.] *Ducta uox est metaphora à re militari, mirum quàm uenustè. Nam in castris, interueniente hoste, ad arma conclamatur: aut si castra mouenda sint, & signa, ad uasa conclamari solet. Matronae hostile facinus incepturae conclamant ad inuadendas naues, perinde atque ad urbis oppugnationem. Conclamare, & conclamatum esse, funebre uerbum, etiam in prouerbium desperationis cessit.* Rapiuntque.] *Haeret in translatione ac collatione rei militaris, in qua ubi ad arma sit conclamatum, ἅρπαζουσι signa, rapiuntque feruntque, parta maximè uictoria: id quod hic primùm fieri uidemus.* Focis penetra.] *Sacratioribus focis. aras intelligit, quas diripiunt. id quod statim subijcit. Focos dictos uolunt, non solùm locum in quo ignem fouemus, uerumetiam aram id in qua sacrificatur, ut alibi de mari ex ueteri iure pontificio retulimus, quod foci loco habetur, cùm in id exta porriciuntur.* Penetralibus.] *Adiectiue, quasi castis, puris, & à prophano usu semotis. Penetralia enim dicuntur loca, & in uniuersum omnia ea quae in intimo recessu sunt. Hinc sacrificium penetrale, quod in interiori aedium parte fieri solebat.* Conijciunt.] *In naues fomenta incendij.* Vulcanus.] *Ignis: metonymia. Et remota metaphora est in Furit. Habenae propriè retinacula sunt, quibus equi tenentur. ad diuersa transferuntur.*

Transtra.] *Anastrophe.* Pictas.] *Simulachris figurisque animantium ac diuorum: ut accipiamus, ignem ac diuorum quidem simulachris pepercisse. Pathos ab impio.*

Abiete.] *materia pro re in abiegnis nauibus. Puppes pro nauibus. pars pro toto. Abiete, proceleusmaticus pes.*

ARGVMENTVM.

Eumelus nunciat Troianis naues esse incensas. primus omnium accurrit Ascanius, qui proiecta galea, vt agnosci possit, matronas facti arguit. deinde Aeneas, aliisque Troianis aduentantibus, mulieres metu perterritae diuersos locos fuga petunt, ac in syluis, & in speluncis sese abscondunt. quas etiam, re cognita, facinoris sui piget, atque vitae. interea ita ignis inualescit in nauibus, vt nec vlla aut hominum, aut aquarum vi extingui possit.

Nuncius, Anchisae ad tumulum, cuneosque theatri,
Incensas perfert naueis Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo uolitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus ut laetus equestreis
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
Quis furor iste nouus? quò nunc? quò tenditis? inquit,
Heu miserae ciues: non hostem, inimicaque castra
Argiuûm, uestras spes uritis: en ego uester
Ascanius, galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulachra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrûm.
Ast illae diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, syluasque, & sicubi concaua, furtim
Saxa petunt: piget incoepti, lucisque, suosque
Mutatae agnoscunt, excussaque pectore Iuno est.
Sed non †idcirco flammae atque incendia uires
In domitas posuére, *udo sub robore uiuit
†Stuppa uomens tardum fumum, lentusque carinas
Est uapor, & toto descendit corpore pestis.
Nec uires heroum, infusaque flumina prosunt.

NASC. Cvneosqve theatri.] *Cunei sunt graduum quidam ordines in theatro, in quib. ueluti spectatores stabant inter sedentium subsellia, uti ex Vitruuio libro 5. cap. 6. liquet: sed hic per cuneos theatri, μετωνυμικῶς nonnisi spectatores ipsos intellexeris.* Et ipsi Respiciunt.] *Res ipsa loquebatur quod si Eumelo fidem adhibere noluissent, ueritas ex signo patebat.*

†al. iccirco
*al. duro
†al. Stupa

Atrā in nimbo uolitare fauillā.] *mirè expressit ignis naturam Poëta in incendia. hinc est quod tantum sibi nomine comparauit: qui quācunque rem describit, eius siue artem, seu naturā, seu mores sibi ob oculos repraesentat, hoc boni poëtae officium est. Sed alibi etiam ex Aristotelis poëtica idipsum documus.* Primus & Ascanius.] *Ascanius primus accurrit, quia in equo est, & imperatoris filius, tanquam rei illius magis interesit, quam caeterorum, qui erant in equis.* Cursus ut laetus.] *elegās similitudo, quae lepidam ἀντίθεσιν habet laetus, acer. equestres cursus, turbata castra: ducebat, ostentationis gratia, petiuit, commotus, & necessitatis causa.* Castra.] *de nauibus castra dixit. Sic etiam in 3. —nos castra mouemus.*

Quis furor iste nouus?] *Ascanij increpatio est in Troianas mulieres, nō tamen contumeliosa, sed ex intimo doloris affectu proueniēs, initiū habet abruptum, quale hominum concitatorū orationes habere solent. foeminas igitur infamiae. ac furoris redarguit, & quantum ex hac re damni, atque incommodi futurū sit, ostendit: Vestras spes, inquit, cōburitis pronunciandus autem est totus hic uersus celeriter, ut ingens dicentis ardor, & effectus exprimatur non dissimilis ferè est Laocoontis increpatio in 2. Aeneid.*

—ô miseri, quae tanta insania, ciues? "
Creditis auectos hostes? aut ulla putatis "
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses? "

Quò nūc, quò tenditis?] *repetitio animi concitati affectū designat.* Heu miserae ciues.] *exaggerat ab inutili.* Non hostē, inimicaque castra.] *matronas dementiae arguit: nam quis sua, praesertim, in quibus omnis sua uitae spes est combureret, nisi demens? ergo dementes Troianae.* En ego uester.] *Ascanius seipse uidendum praebet ut'q non uoce tantùm, sed facie etiam noscatur, galeam ante pedes proijcit.* Ast illae diuersa metu.] *Virgilius uerisimilia (ut poëtas decet) quàm uera sequitur. non enim*

A enim hoc habet historia, quam suprà ex Plutarcho citauimus, fœminas aufugisse, quæ naues incendio dederant, sed complexas, deosculatasq́ uiros fuisse, atq; his blanditÿs eorum iram, ueniam petendo, deliniisse: hincq́ mansisse, inquit Plutarchus, ut mulieres, necessariÿq́ homines mutuis inter se complexibus iuncti frontem deosculentur. Sed uerisimile uidebatur, mulieres præsentia Aeneæ, aliorumq́ Troianorum, ob tantum admissum facinus, perterritas huc illuc aufugisse. propterea Poëta eas per litora, per syluas diffugisse, speluncasq́, & alia occulta loca petiisse finxit.

Piget incepti, lucisq́.] πάθ@ à dolore: quem maximum fuisse hoc indicat, quod eas uitæ pigeret. Excussaq; pectore Iuno est.] id est, furor opera Iunonis immissus. tandiu furore hoc agitatæ mulieres fuerunt, quandiu faces in naues coniecerunt, accensis uerò nauibus, furor ille Iunonius abiit. ideo eas pœnitet facti, & suos agnoscunt.

Sed non iccirco flammæ.] descripta mulierũ fuga, ad nauium mentionem transit. Lentusq; carinas Est uapor.] causam proximè assignauerat udo sub robore non n. humida, aut madida ligna tam celerem, quàm sicca, uaporẽ emittunt. Et toto descẽdit corpore pe-

B stis.] obseruandũ est pestem de igne dici, hîc, & proximè,

» ——semiusta madescunt

» Robora, restinctus donec uapor omnis, & omnes,

» Quattuor amissis, seruatæ à peste carinæ.

Nec uires heroum, infusaq; flumina prosunt.] accensi ignis uigorem amplificat per hyperbolen, cùm nec uiribus heroũ, quæ maxima sunt, nec fluminibus: hoc est, ingenti aquarum copia extingui possit.

LAMB. Hort. NVNCIVS.] Insiditur motus, cùm in personas spargitur: hoc est, cùm à castris matronarum ardere naues rumor in circum & uirorum concionem trepidè adfertur.

Tumulũ.] Etenim circa Anchisæ sepulchrum circus is erat specie theatri, in quo adhuc spectabatur, dum hæc ad naues geruntur. Cuneosq;] Metaphora, ad multitudinem in theatro collectam. Est autem propriè cuneus multitudo peditum, quæ cum acie coniuncta, principiò fronte angustior, deinde paulatim procedit latior, atque ordines hostium perrumpit, quòd à multis simul in locum unum tela conÿciãtur. Militari uoce caput porcinum appellatur. Eumelus.] Hunc nuncium trepidationis ad naues ac tumultus facit. ἀρηϊκὸς, ἢ ἀρήϊ@, bellicosus. Fuit alius multo antè Eumelus, unus ex amatoribus Hele-

C næ. Traditur alius Eumelus, Admeti & Alcestidis filius, qui ex Perrhæbia ad Troiam inter Græcorum duces, cum undecim nauibus uenit. Homerus in Catal.

» οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην,

» Βοίβην, καὶ Γλαφύρας, καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν,

» τῶν ἦρχ' Ἀδμήτοιο φίλ@ πάϊς ἕνδεκα νηῶν

» Εὔμηλ@, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν

» Ἄλκηστις Πελίαο θυγατρῶν εἶδ@ ἀρίστη.

Atram.] imò candentem fauillam. uerùm in nimbo atro: hoc est, nube, siue fumo atro, in quo flamma ac fauillæ elucescunt. Ascanius.] Auxilÿ initium oritur à puerili ætate, siue quòd ea in equis erat, & ocyus ad portum aduolaret: siue quod Ascanius eam iniuriam propriè ad se pertinere duceret, cui regnum Italiæ fato debebatur.

Castra.] pro ipse turbatur, uel turbata stulta temeritate mulierum. Hæret in translatione à re militari: cùm castra propriè hostium sint. Exanimes.] metu periculi anxÿ pædagogi ne in discrimen imprudens rueret, cùm incendium classis hostilis iniuriæ speciem præ se ferret.

Quis furor.] Expostulatoriæ orationis exordiũ abruptum est, ab obiurgatione. Scopus est, inutiliter ipsas, suas naues exurere. Perpetuæ interrogationes & ellipsis intendunt affectus. Nouus] quòd matronæ suas naues euertãt, à quibus sua ipsarum salus pendeat. Tenditis.] Quasi dicat: Quid nobis uultis? quod consilium uestrum est? qua spe, quóue consilio scelus incœptatis? Vestras spes] Ab inutili, id quod est uæsanarum mulierum: studio enim nemo sanus sibi incommodat. Argiuũm.] Argiuorum, quod honestè pariter & utiliter fieret. Pium est pro aris ac focis patriÿs pugnare, hosti dare damnum, & uitam pro laude pacisci, ut ait Poëta. En ego uester.] Vt authoritatem sibi, tum puero, tum armis tecto conciliaret, & ab incepto retraheret, non motat obiurgatione.

Proiecit.] procul à se se capiti detractam abiecit, id quod indignantis est. Accelerat.] Grandiorem statim ætatem adiungit, ad compescendas æquè pertinaciter furentes ad incendendam classem. Simul geminatum, æquipollet tum, uel geminatæ copulatiuæ &c. Illæ diuersa.] Ergo maturior ætas, ac dignitas heroica in magistratu tum metum, tum authoritatem conciliat. Quare uiso duce fugiunt. Syluasq;.] Nonnulla exemplaria syluas legunt. Concaua.] ut subaudiatur, sunt, uel patẽt, uel occurrunt in fuga. Lucis.] huius uitæ uel propter tædium nauigationis, uel propter furorem fanaticum quo incitatæ nefas magnum fuerant ausæ: scelus omne latebras quærit.

Suos.] ciues populares, quos modò enthusiasmo actæ agnoscere nequibant. Causam addit luculenter, quæ illae apud se non fuisse coarguit, ac modò ad se rediisse, cùm eas Iunonis numine correptas fuisse, ac modò eam excussam dicat. Alludit ad Phœbadum & Sibyllarum enthusiasmum, quæ Phœbi spiritu correptæ, ac furore diuino actæ extra se, horrenda uaticinantur: Deo uerò excusso, ad se redeunt. Quare disertè pariter ac significanter subdit: Excussaq; pectore Iuno est. quæ scilicet paulò antè fuerãt obsessæ. Indomitas.] ignem, qui domari. hoc est, extingui nequibat: metaphora ab animali ad nõ animal. Vdo.] in humidis aqua marina ratibus linum etiam & stuppa concepta flamma incepit fumare. Naturam fumi paulatim in densiorẽ nubem crescentis expressit. Pestis.] Auxesis incendiũ proserpens in uniuersis nauibus ad postremum uenit. Porrò, stuppa propriè est linum uile, quod proximè corticẽ hæret. στύπη Græci uocant, à stipando. quòd ÿs naues stipentur στύπ@, stipes. στείβω, obturo, stringo. hinc στυππεῖον.

Nec ui.] Quæ sequuntur, ad incendÿ amplificationem spectant. Flumina.] aqua.

ARGVMENTVM.

Aeneas naues suas igne flagrantes conspicatus, abscissa præ dolore ab humeris veste, Iouem precatur, vt vel ignem à nauibus auertat, aut, si meretur, fulmine suo ipsum occidat. cuius misertus Iupiter, immissa pluuia naues, quatuor exceptis, quæ totæ flagrarunt, incendio liberat.

NASC. HVMERIS abscindere uestẽ.] Tum pius Aeneas humeris abscindere uestem, Auxilioq; uocare deos, & tendere palmas: quid mirum si Aeneas præ dolore, ac desperatione

Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum
Troianos, si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flammam euadere classi
Nunc pater: & tenues Teucrûm res eripe leto:
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
(Si mereor) †demitte, tuaque hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat, cùm effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus Austris.
Implenturque super puppes, †semusta madescunt
Robora: restinctus donec uapor omnis, & omnes
Quattuor amissis seruatæ à peste carinæ.

†al. dimitte,

†al. semiusta

ratione sibi uestem lacerat: nam nõ quatuor naues, sed totam classem, in qua omnis illi nauigandi spes erat, ardere uidet. adde etiã, quod cùm tot pericula adierit, totque incommoda passus fuerit, nunc etiam uidere se eo præsidio destitutum, sine quo neque nauigare, neque Deorum uoluntatem exequi poterat, quid erat amplius, quod speraret? imò quid erat mali, quod non suspicaretur? ideo quasi desperans extremum fatum ad Iouem precandum confugit. Iuppiter omnipotẽs, si nondum exosus.] *εὐχή: id est, precatio Aeneæ ad Iouem: quæ iustam, honestamque petitionem habet non absque occulta ipsius Aeneæ commendatione à pietate: tota autem petitionis ratio conditionali, ut ita dicam, diuisione contineri uidetur: in qua & iustitiæ seueritatem non recusat, & misericordiam impetrare contendit. hoc igitur ait, si qua te stringit amoris pietas erga Troianos, eorumque labores, & calamitates te mouent, auerte hanc à nauibus flammam: si uerò ob scelus aliquod miseratione tua eos indignos putas, sublatis omnibus, me quoque tolle de medio tuo fulmine. quibus uerbis innuere uidetur se nolle perire, sed uelle ut Iouis misericordia, suique etiã ipsius meritis nauium incendium restinguatur. proxima huic illa est precatio ex 2. Aen.*

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Aspice nos hoc tantùm: & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater.

Iuppiter omnipotens.] *oratoriè epitheto potestatis in petitione usus est: ita enim ars postulat, ut si quid impetrandum sit, eius rei potestas in eo sit, à quo petatur. quamobrẽ cùm plura sint Iouis epitheta, eum in hac petitione omnipotentẽ appellat, ut eius potestatem extollendo, suæ etiã credulitatis fidem faciat, se quod uelit, facilè à benigno Deo impetraturum.* Exosus ad unum.] *si quid in te pietatis erga aliquem nostrum residet, & amoris: nec omnes prorsus nos odio habes. ad unum dictum est, pro ne uno quidem excepto. sic Cic. de Amicitia: de Amicitia uerò omnes ad unum idem sentiunt. & Lentulus ad Cic. lib. 12. Onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ: id est, ne una quidem excepta.* Si quid pietas.] *eandem rem commutatis uerbis per expolitionem extollit: cui non parum uenustatis affert conditionalis illa repetitio, Si.*

Labores humanos.] *quanquam hoc commune est, & ad omnes mortales referri potest, tamen separatim de suis Troianis, ac de se ipso agere uidetur: quos præter cæteros labores ingentes perpessos fuisse innuit.* Da flammã euadere classi.] *hæc summa, ac totius petitionis ratio.* Et tenues Teucrûm.] *extenuat ad conquestionem mouendam. hoc enim innuere uidetur, res Troianorũ in illud discrimen uenisse, ut, nisi à Ioue extenuentur, fractæ, ac penitus prostratæ iaceãt.* Vel tu, quod superest.] *alterum petitionis membrũ, in quo necari sub ea conditione postulat, si mereatur, ubi innuere uidetur, se non mereri mortem, sed ut ignis nauium extinguatur: unde statim è cœlo sequitur nimbus, qui flammas restinguit.* Vix hæc ediderat.] *hoc ethnico exẽplo colligitur preces uiri boni apud Deum non esse uanas: ita quoque in 2. Aen. cùm Anchises Iouem sic precatus fuisset:*

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Aspice nos: & quæ sequuntur, statim subsequitur Poëta B
Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
Intonuit læuum.

Sine more furit.] *impetũ tempestatis nimium designat, cùm præter morem, & solitum tempestatum è cœlo ruat.* Ardua terrarum.] *ὑψηλὰ ὄρη: montes intelligit.* Ruit æthere toto.] *amplificatio tempestatis.*

LAMB. Hort.

Tum pius Aeneas.] *Pathos à gesto indignãtis, & pia precatione, ad accẽdã misericordiam à omnibus, ut cùm secũdis uẽtis spirarẽt, nauigãdi copia esset.* Abscindere.] *abscindebat: ut tẽdere, tẽdebat: enallage modi.* Et vocare, *pro uocabat.* Iuppiter.] *Precatiũcula breuis, cõstat cõditionali propositione, à cõtrarijs. Si merui malum, perde: si non, serua.* Exosus.] *actiuè, exosus sine cõ passiuè aliquoties signat. Si nondũ omnes Troianos oderis. Tectè suã pietatem ostendit, quasi ob peccatũ & scelus aliquorũ incendiũ nutu Iouis sit exortũ. Rursum paucorum, adeoque unius pietas sæpe irã numinis solet placare.* Pietas.] *Modestè refricat pietatem suã in deos, patrem, & patriã. maximè, cùm nudè antiquã pietatẽ nominant, non suam dicat, ne quid suas uirtutes deprædicet.* Tenues.] *Metaphoricè ãt, accisas bello urbis incẽdio, captiuitate, & naufragio.* Lerũ.] *pro internecione accipit.* Demitte.] *nõ dimitte. Demittere neci, nunc* C *captũ lumine lugẽt: de Palamede.* Tuaque hic.] *Copia.*

Sine more.] *uel præter solitũ morem, uel præter modũ omnẽ: effusum imbrẽ indicat, quẽ metaphoris amplificat: cùm tempestatẽ atrã dicat furere.* Tonitruque.] *Amplificatio hyperbolica, quæ alijs atque alijs synonymis ad summũ usque crescit.* Ardua terrarũ.] *elegãti periphrasi montes nũcupat.* Robora.] *Materia pro re: naues.* Peste.] *Anxesis. collusio in Omnis festiua est.* Carinæ.] *Pars pro toto.*

ARGVMENTVM.

Aeneas hoc incendio nauium perculsus varijs cogitationibus distrahitur, verum in Sicilia resideat, an, vt oraculum infferat, in Italiam nauiget: at Nautes vir sapientiss. ipsum admonet vt assumpto sibi Aceste huius consilij socio, mulieres, pueros, imbellesque, senes in Sicilia relinquat: eisque vrbem condat: quæ de nomine Acestæ, *Acesta* appelletur.

At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingenteis, nunc illuc pectore curas

NASC. Nunc huc ingentes, nũc illuc pectore curas.] *ubique Aeneas in rerum difficultatibus*

*al. dubius, †al. capesceret †al. portenderet †al. cōsilijs †al. pmisso

Mutabat *uersans, Siculísne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italias ne †capesseret oras.
Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat uel quæ †portenderet ira
Magna deûm, uel quæ fatorum posceret ordo,
Isq; his Aeneam solatus uocibus infit.
Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntq;, sequamur:
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferēdo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes,
Hunc cape †consilijs socium, & coniunge uolentem:
Huic trade, amissis superant qui nauibus, & quos
Pertæsum magni incœpti, rerumq; tuarum est:
Longæuosq; senes, ac fessas æquore matres:
Et quicquid tecum inualidū, metuensq; pericli est,
Delige, & his habeant terris (sine) mœnia fessi.
Vrbem appellabunt †permisso nomine Acestam.

A nbuit cogitans induci. tur: sic enim principē decet; cui populorum cura commissa est. unde illud uite prouerbij iactātum, quod alibi retulimus, Nō decet principem solidam dormire noctem.

Oblitus fatorum.] quasi oblitus oraculorum, non enim re uera oblitus erat fatorum. *Italiasue capesseret oras.*] ex sententia oraculorum. *Tū senior Nautes.*] prudens amicus homini afflicto, & uaria cogitanti maximum est solatium: proinde a Virgilio inducitur Nautes uir sapientissimus, q hoc Aeneæ saluberrimum consilium det. nam etsi uir prudens est Aeneas, tamen curis obrutus sibi consulere nescit, B iuxta illud Plinianum, nemo mortalium omnibus horis sapit. adde illud etiam, quod quisq; hominum aliena acutius quàm sua uidet. *Vnū Tritonia Pallas.*] rectè suadentis personæ auctoritatem commendat, ut maior sit in oratione grauitas, atq; fides. prima commendatio est ab ætate, quòd ait senior, unde est grauitas, altera à doctrina, cùm omnes artes à Pallade sapientiæ Dea edoctum fuisse dicit unde est auctoritas: cumq; ait unum, omnibus procul dubiò sapientia præferre uidetur. *Hæc responsa dabat.*] laus consilij: quasi non humanum consilium, sed oraculi responsum esse uideatur. *Vel quæ portenderet ira.*] ἀπορία est: nam dubitat Poeta utrum hoc Deorū, præcipuè Iunonis ira fiat, an ita poscentibus fatis, ut Troianorum pars in Sicilia relinquenda sit. *Nate Dea.*] Nautæ suasoria oratio est: quæ rationes habet à necessario, ab honesto, & utili. primum uerò auditoris beneuolentiam colligit per commendationem illius à diuinitate, cùm ait, Nate Dea. *Quò fata trahunt, retrahuntq;, sequamur.*] à necessario. nemo enim contra fata inniti potest, itaq; rem in omnē sortis euentum tentandam esse monet. *Quidquid erit.*] siue bonum, siue malum. C *Superanda omnis fortuna ferēdo est.*] hinc illud Horatianum in 1. Carm.

» Durum, sed leuius fit patientia,
» Quidquid corrigere est nefas.

Est tibi Dardanius.] expositio consilij, ab honesto. *Huic trade, amissis superant.*] ab utili admonitio: quæ eorū enumerationē habet: qui in Sicilia sunt relinquendi: senes, pueri, fœminæ, quibus nauigationis longinquitas tædio est: id est, qui nolunt amplius nauigare. *Magni incepti.*] quia fato, nō ex eius uoluntate. *Et quicquid tecum inualidū.*] pueros intelligit. unde Anchises proximè dicturus est:

» ——lectos iuuenes, fortissima corda
» Defer in Italiam: gens dura, & aspera cultu
» Debellanda tibi Latio est.

Permisso nomine.] ab Aceste. Sunt tamen qui promisso legunt, nec inuenustè, ut hoc sit præmium, quod polliceri debeat Aeneas, si Acestes recipere non recusarit. uel promisso à fatis, siue ab oraculis κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut multa alia apud Virgilium.

At pater.] Non tā uir pius damno accepto perturbat, quàm quòd post longam iactationem amissis nauibus arceri Italia uideatur, ita ut uentis & Dijs iratis fatalem terram petere appareat. LAMB. Hort.

Nautes.] Fuit aūt hic ille, de quo diximus in tertio, cui sacrificantibus Troianis duce Aenea in Italia, Diomedes occurrens, oraculi monitus Palladium tradidit reddendum duci Troiano. Quare eum à Minerua institutum canit. Ab hoc inde Nautiorum gens Romæ, Mineruæ sacrorum ministerijs initiata fuit, non Iulia. Laudat hunc Nauten à sapientia & Palladis formatricis dignitate & præstantia, ut oratio senis pondus habeat, & authoritatem, dum principi rectè consulentem, fatorumq; ordinem exponentem facit. *Hæc responsa.*] Docet, in qua re bonum consilium principi suo dedit. Nam cùm responsa eius uerba appellat, respicit ad diuina oracula quæ à Minerua imbiberat. Vt classis incendium ortum est ira Iunonis, quæ usq; Troianis infesta fuisset, ne in fatalem terram reliquiæ gentis peruenirent. Fatorum tamen ordinem esse inevitabilem, quibus in Italiam uocarentur. *Portenderet.*] denunciaret, seu porrò tenderet. *Solatus.*] Tempus pro tēpore: cōsolaturus Aeneam, ad hunc modum orsus est. *Fata trahunt.*] Author optimi consilij est, necessitati fatali parendum esse. Etenim quod fatis semel placuit, id nemini licet euitare. Homer. Odyss. ε

« ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
« οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. Erasm.
» At mentem Iouis haud ullis rationibus unquam
« Diuorum quenquam uitare aut fallere fas est.

Consulit Nautes Aeneæ, præsentem necessitatem bonī consulendam: Propositio. Porrò autem quam necessitatem dicat, aut quæ fata innuat sequenda, paulò pòst addit. *Superanda.*] In aduersis, contra ea quæ euitare nequeas, optimum remedium est, tolerantia: atque hac quidem superatur omnis aduersitas. Non læditur is, qui contemnit: proinde uincit. *Est tibi Dardanius.*] Narratio, à descriptione personæ, à generis dignitate. Fuit autem Acestes prognatus ex Crimiso & Aegesta Phanodamantis, uel (ut alij) Hippotæ filia. *Dardanius.*] è Troia oriundus, propter Aegestam. Diuinæ stirpis eum appellat, uel quòd regum Troianorum Iupiter author fuerit creditus siue propter Crimisum amnem. Fluuiorum genij, inter deos minorum gentium recensentur. *Huic trade.*] Troianos, qui supersunt nauibus: inutilem ad nauigandum multitudinem. *Vrbem.*] Eruditè ubiq; ad historiam respicit. Lycophron tradit, Acesten tres ab initio urbes condidisse: Aegestam, Erycem, & Entellam. Alij authores sunt, ut paulò suprà memoraui, qui Aeneam authorem Aegesto fuisse & Helymo tradant duarum urbium condendarum, quarum una Aegesta, altera Helyma fuerit nuncupata. Et ut hi populi faciliùs coalescerent, ex

sua multitudine Aeneas, haud dubiè imbelli, in urbem que colonos adscripsit. Nec uerò dubium est, quin Poeta hanc historiam figmentis suo accommodet. Iam uerò nec illud hoc loco prætereundum est, quod alibi recensuimus, Aeneam tum, cùm in Sicilia hæreret, Veneri matri templum dedicasse, & Anchisen condidisse eo loco, in quo Eryx ab Hercule occisus fuerat. Monti Eryx nomē factum postea fuit. Strabo eum locum non montem, sed promontorium fuisse author est. A Longæuosq;.] *Enumerat inutilem imbellemq; multitudinem, quæ nulli usui amplius, sed oneri futura esset & nauigaturis, & bellaturis in Italia. Vtile prom consiliū.* Acestam]*ab etymo nominis. Hæc Segesta, ut diximus, appellata fuit.* Permisso nomine.] *Acestæ regi.*

ARGVMENTVM.

Aeneas Nautæ consilijs admonitus, cùm adbuc dubius esset, Anchises pater illi in somnis apparens Iouis verbis mouet, vt Nautæ consilium sequatur de relinquenda in Sicilia senum, mulierumq; colonia, secumque integros ætate iuuenes, & quos incœptæ nauigationis minimè tædet, in Italiam adducat. sed præcipuè ad inferos Sibylla duce se conferens, ad Elysios campos perueniat: vbi ipse habitat: à quo posteritatis suæ seriem, omniumq; instantium bellorum discet euentum.

NASC. † al. animo, * al. omnis. † al. Amplexus

Talibus incensus dictis senioris amici,
Tum uerò in curas † animus diducitur * omneis,
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ, subitò taleis effundere uoces:
Nate, mihi uita, quondam (dum uita manebat)
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc uenio, qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes fortissima corda
Defer in Italiam: gens dura atq; aspera cultu
Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen antè
Infernas accede domos, & Auerna per alta
† Congressus pete nate meos: non me impia namq;
Tartara habēt, tristesue umbræ, sed amœna piorum
Concilia, Elysiumq; colo: huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuū, & quæ dentur mœnia disces.
Iamq; uale, torquet medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat, & tenueis fugit ceu fumus in auras.

TALIBVS incensus] *incenditur quidem Aeneas consilijs amici, sed nō quiescit unde sequitur:* Tū uerò in curas.] *illud Terentianum uerū est. ubi in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. optimum illi quidem uidebatur Nautæ cōsilium, sed fatis. oraculorumq; monitis sollicitabatur, ueritus si eos in Sicilia relinqueret, ne Deorum consilia spreuisse uideretur. ideoq; diuina admonitione opus erat quamobrem sequitur:* Et nox atra polum bigis.]*rem uerisimilem facit à tempore: non enim diu, sed noctu umbræ mortuorum apparent.* Visa dehinc cœlo facies]*appositè de cœlo facit Anchisem descendere, ut, si aliunde, eius uerbis par ea, aut nulla potius fides habeatur.* Nate, mihi uita, quondam.]*uerba paternæ charitatis, atq; amoris plenissima, quæ cùm ad conciliandam per hyperbolicam comparationem illam: qua filij uitam sua uita chariorem dicit illius beneuolētiam, tum ad fidem sibi comparandam plurimum ualent: nam cum tanto cum beneuolentiæ affectu illum loquentem audiat, non ferè potest illius uerbis non aliquam fidem adhibere, & patrem suum, non ementitam aliam personam existere, quæ patris sui formam, ac uultum induerit credere.* Nate Iliacis exercite fatis.] *filij beneuolentiam renouat per commiserationis affectum. quem auget, & ornat elegans, & apposita repetitio.* Imperio Iouis huc uenio.] *fidem, & auctoritatem orationis suæ comparat ex diuinitate, & imperio Iouis: sic Mercurius in 4. Aen.*

Ipse Deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cælum, & terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.

Qui classib ignē.] *à signo.* Consilijs pare.] *admonitio* Pulcherrima.] *sapientissima, atq; optima: nā pulchrè, pro sapienter frequētissimè utuntur latini scriptores. Terent. in Eunuc.*

Dixti pulchrè. «
nunc quid uidi melius consilium dari. item in Phormione. B

Sanè pulchrè suades. «
Plautus in Milite:

Pulchrè admonuisti. « Lectos iuuenes.] *Nautæ consiliū repetit.* Gens dura atq; aspera cultu.] *hoc latinis in nono exequitur sub persona Numani:*

—natos ad flumina «
primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus: & undis. «

Debellanda tibi.] *pulchrè uictoria mētionē facit, ut ad labores fortius tolerandos filium animet. utq; res probabilior fiat, locum ponit,* Latio. Ditis tamen ante]*ab utili. perinde ac si dixerit, ualde tibi proderit, antequàm bella inchoes ad me in campos Elysios uenire, ut inde quid tibi euenturum sit intelligas. Vlysses quoq; apud Hom. Odyss. decimo suasu Circes ad inferos descendit. & ne fortè eundi laborem excusset horrore inferorum, præoccupat inquiens:* Non me impia namq; Tartara habent.] *quod ad filium consolandum plurimum facit, ut pater beatorum loca incolet. & quia occurrebat, quo modo solus eò proficisci posset, ut dubiū nūc iterum occupat, inquiens:* Huc casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.] *& appositè multo sanguine dicit: quia res asperæ, & difficiles absq; Deorum numine per plurimum sacrificium superari non possunt: & quia Dij inferi furuis hostijs ob similitudinem delectantur,* nigrarum pecudum *dixit. hinc illud Sibyllæ ex 6. Aen.* C

Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto. «
Sic demum lucos Stygios, regna inuia uiuis «
Aspicies. «

Quibus uerbis Sibylla ostendit absq; sacrificio uiuis ad inferos iter patere non posse: postremò etiam quia Aeneæ inqui-

A inquirendum erat, quamobrem eò sibi proficiscendum esset, causam Anchises ipse aperit.

Tū genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces.] ubi generis eius agnitionē, & urbis Romæ nomē: quod tanquā sacram, nec ulli cognitum, solus ei pater prædicit. Iamq; uale.] recedēs Anchises filium salutat, & sui tam celeris recessus causam assignat: à tempore, cùm ait: Torquet medios.] nihil cum umbris est, ut suprà diximus, magis inimicum, quàm lux. Sed obliquè his uersibus admonere uoluit Poëta eminentiss. diem, quem Romani ciuilem appellarunt, à sexta noctis hora oriri. adeas Gellium lib. 3 cap. 2.

LAMB. Hort. DIDVCIT animū.] poëticè. Et nox atra polum bigis.] Transitio ducta est à descriptione temporis nocturni ad oraculum Anchisæ. Spectat id autem huc, ut Nautæ consilium primum patris testimonio ac iussu cōfirmetur: inde ut discat, quæ prius, quæ posterius illi in Italia sint gerenda, ne quid tum præter spem illi eueniat. Sunt autem Italicæ res, quarum in præsenti eum leuiter commonefacit, bella: descensus ad inferos, ad se inuisen-B dum, à quo posteritatem suam cognoscat. Bigis.] Luna nocti ac humidis præest, biga uehi fingitur à poëtis, cùm reliquis quadrigæ tribuantur ab astronomis. Hac duæ puellæ siue nymphæ trahunt, propter perpetuam uirginitatem Dianæ, quæ eadem est cum Proserpina ac Luna. Ita Mercurio gallos accommodant, ut Marti lupos & equos, Saturno dracones, Veneri columbas: Ioui pauones, Iunoni etiam sacros: Soli equos. Iam cum singulis planetis bina Zodiaca subijciant, Cancro uolunt Lunam dominari. Nate.] Beneuolentia à persona filij. Imperio.] Attentio, à magnitudine & authoritate Iouis, à quo missum se ad Aeneam dicit. Qui classib.] ut doceat, eum adhuc dijs curæ esse. Consilio.] Confirmatio consilij Nautæ, ab oraculo ac monitu Anchisæ, ut imbelli multitudine illic relicta, cum robore iuuenum Italiam petat.

Gens dura] Loquitur de Rutulis, & Aboriginibus, Tyrrhenisq́, aduersus quos statim bellum sit gerendum. Et cum Debellanda dicit, certissimam uictoriam promittit.

Ditis tamen.] Et ne ordo turbetur, addit antè. Nā statim, quàm in Italiam perueniret, ductu Sibyllæ inferos petijt, ut narratur in sexto. Ditis.] Plutonis: qui ob id Dis appellatur, quòd opes è terra effodiantur, uel quòd in C terram redeant. Vnde Pluto apud Claudianum:

——semperq́ tenemus,
Quod superi tenuêre semel——.

Auerna.] Monstrat loca, per quæ descensus patet ad inferos in Italia. Auernus & Lucrinus duo lacus sunt, in sinu Baiano, ita uicini, ut maximis tempestatibus coniungi interdum soleant, Auernus, quasi ἄορνος, ut ipse Poëta alibi testatur, quod aues superuolantes per tetrum sulphureumq́ odorem emoriantur. Quare illàc iter ad Ditis concaua esse poëtæ finxerunt. Sed de his locis in tertio nonnulla diximus, plura in sexto annotaturi. Congressus.] colloquium. Et occupat id, quo Aeneas terreri posset, de tartaro, qui impiorum carcer est, ut alacriorem expeditioremq́ eum ad iter capessendum reddat. Elysiumq;.] domicilium beatorum animorum, quò soluti corpore migrare dicuntur. Seruius ἀπὸ τῆς λύσεως: id est, dissolutione corporis & animi, dictum putat. Alij, ἐλεύσιον, ἐλεύσιον dicunt, à profectione, quòd qui sanctè & piè uixerint, eò migrare credantur. nam ἔλευσις profectio est, & iter, Suidas Elysium ita describit: ἠλύσιον πεδίον περὶ τὸν ἥλιον. οἱ δὲ περὶ Αἴγυπτον, οἱ δὲ περὶ Λέσβον, οἱ δὲ τὸ κεραμωθὲν χωρίον ἢ πεδίον. τὰ δὲ τοιαῦτα ἄβατα. καλεῖ δὲ καὶ ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ ὁ Ἀθηναῖος φησί, τὸ κατασκαφὲν χωρίον καλεῖν. Id est, Elysium, delubrum est apud inferos. Alij in Aegypto, nonnullis in Lesbo. Rursum alij, regio seu campus tegulis instratus. Sunt autem huiusmodi loca inaccessa. Vocat item & Enelysia. Polemon author est, Athenienses eo nomine locum effossum nuncupare. Idem Suid. mox: ἠλύσιον πεδίον, ἐν ᾧ οἱ περὶ Ἕλληνας δίκαιοι αὐλίζονται, μετὰ θάνατον ἀποικιζόμενοι. οἱ δὲ κολάσεως ἄξιοι, εἰς τὸν Κωκυτὸν, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἀπάγονται. ποταμοὶ δὲ οὗτοι, ὁ μὲν κατεψυγμένος, ὁ δὲ πυριφλεγὴς θερμότατος. Id est: Elysius campus est, in quo apud Græcos iusti degunt, post mortem illuc emigraturi. Porrò qui puniri meruerunt, in Cocytum & Pyriphlegethontem abibunt. Sunt autem hi fluuij: quorum Cocytus frigidissimus est. Pyriphlegethon uerò calidissimus. Didymus Odyss. 4. domicilium quidem heroum esse scribit, sed ita appellatum ab Eleutheri cuiusdam religiosissimi hominis filio Elysio. Siue quòd ibi corpora maneant ἄλυτα. Est autem locus in insulis beatarum, ut uocantur. Veteres certè Elysium campum esse existimarunt in medio inferorum. Philosophi eum in insulis fortunatis collocarunt. Fuerunt qui esse dicerent circa lunarem circulum, ubi purissimus est aër. Hinc illud in sexto, ubi de Elysio loquitur:

Aëris in campis——.

Nec defuerunt, qui in Hispanijs posuerint, in quarum subterraneis Plutum ipsum habitare crediderunt, propter admirabilem in eo tractu fœcunditatem metallorum. Plato in Gorgia doctè tradit, quid sit Elysius cāpus. Cætera de Elysio in sexto explicabimus. Sibyla.] Docet, qua duce in ea loca penetrabit. Hanc castam, propter uirginitatem, nominat. Sunt enim Sibyllæ sacræ Apollini, cuius spiritu afflatæ horrenda oracula canunt. Seruius castam existimat, propter fabulam, quæ tradit Sibyllam Phœbo copiam sui negasse. Verùm quibus hostijs mactatis se accinxerint itineri refertur in sexto: & de Sibyllis in tertio prolixa nobis fuit explicatio. Tum genus.] Huius rei causa deducitur ad inferos, & ad colloquiū Anchisæ maximè. Torquet med.] À prima noctis hora Romanis dies incipit. Medium noctis cursum uocat, ubi Sol sub terra lineam meridionalem transierit. Humida.] ὑγρὰ est. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum, autumat Poëtam his uerbis admonere, diem à sexta noctis hora oriri, quem uidelicet diem Romani ciuilem appellant: cùm dicat Anchises mediam noctem lapsam, iamq́ insequentem cœpisse diem, quo mox paulò oriturus sit Sol. Sæuus oriens] uiolentus, cuius accessu paulatim dispalescunt tenebræ, donec ad postremum, obscuratis etiam stellis in uniuersum, sua ui caliginem fugarit.

Equis anhelis.] fessis, uel spiritum præ nimio labore trahentibus. Quatuor equos Solis quadrigæ poëtæ iungunt: Pyroëntem, Eoëntem, Aethonem, & Phlegontem. Huic planetæ subijciunt Leonem, propter igneum eius ingenium, & uehemens. Dixerat.] Hom. Iliad. penult.

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς
ᾤχετο τετριγυῖα——id est,
Atq; anima infernas fugit ceu fumus ad umbras.

Expressit uterq; Poëta naturam animæ humanæ, quæ tenuera spiritus est, sine carne & ossibus.

A

ARGVMENTVM.

Aeneas patrem tam citò à se abeuntem incusat, Dijs penatibus in foco sacra facit. & statim Acestem edocet, quæ iussu Iouis à patre acceperit. Acestes iussa Iouis non recusat, sed liberam ædificandi potestatem Aeneæ permittit. iuuenes cum Aenea nauigaturi naues igne semiustas reficiunt, remos, rudentes aliaq; id genus nauigationi necessaria parant.

Aeneas: Quò deinde ruis? quò proripis? inquit:
Quē fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorās, cinerem & sopitos suscitat igneis,
Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ,
Farre pio, & plena supplex ueneratur acerra.
Extemplò socios, primumq; accersit Acesten,
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consilijs, nec iussa recusat Acestes:
Transcribunt urbi matres, populumq; uolentem,
Deponunt animos nil magnæ laudis egenteis;
Ipsi transtra nouant, flammisq; ambesa reponunt.
Robora nauigijs: aptant, remosq; rudentesq;
Exigui numero, sed bello uiuida uirtus.

NASC. Qvo deinde ruis? quò proripis.] patrem incusat Aeneas sic ferè & matrem in 1. Aen.
" Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis
" Ludis imaginibus? cur dextra iungere dextram
" Non datur?
Quem fugis?] ἰσχυρισμὸς, καὶ κατηγορία. Cinerem, & sopitos suscitat igneis.] ut laribus seu penatibus sacra faciat. nā penates domi colebātur in foco: quibus patresfamiliâs, alijq; dignitate pditi sacra faciebant. Sed adeas primū Aen. eo uersu:
" Et flāmis adolere penates. Farre pio.] quo ignis diuinus seruabatur, uel quo Laribus sacrificabatur, licet & ture, & uino illis sacra etiam fierent. unde illud est Persij:
" Funde merum Genio. & Horat. in Poët.
" ——uinoq; diurno
" Placari Genius festis impune diebus.

Transcribunt urbi matres.] de pecunia tractus est sermo, nam scribi est dare. Virg. in 7. Aen.
" Turne, tot incassum fusos patiere labores?
" Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Propriè transcribi Iureconsultis dicuntur: quorum ius in alium transit. in Pandect. in l. si uir uxori De præscriptis uerbis, ut eos fundos, si ipse uellet, eodē pretiu mulier transcriberet uiro: id est, iure cesso traderet. Ouid. Metam.
" ——ergo ego cuiquam
" Posse tua uideor spatium transcribere uitæ.
Cùm igitur hæc Troiana gens ita in Sicilia relinqueretur, ut in coloniam deduci uiderentur, pulchrè dicuntur trāscribi, quasi omne ius suū Acestæ cesserint eiusq; imperio, ac iure obnoxiæ degere uelint. Populūq; uolentē.] multi codices hic distinguunt, nec fortasse perperā ut integrè, & absq; ulla distinctione sequens legatur uersus:
Deponunt animos nil magnæ laudis egenteis
hiq; sunt senes, fœminæ, atq; pueri: qui cùm sint imbelles, iure animos deponunt: secus iuuenes, ac uiri fortes: quibus animus ad gloriam, nominisq; immortalitatem erigi solet. quidā uerò antiquiores libri illic punctū apponūt:
Populumq; uolentem, Deponunt quā lectionem approbasse uidetur interpres, cùm ait Deponunt, quasi de nauibus. Sed quid si ita intelligas? (modò ita distinguendū sit) deponunt apud Acestem s. id est, seruandū tradūt, eiusq; fidei populū committunt. nam paulò infrà dicitur:
" Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
nam ut illi iam transcripti omne ius suum Acestæ uolenti cedunt ita æquum est, ut Acestes ipse eos seruandos, ac singulari fide tanquam pretiosissimum depositum, cu-

stadiēdos recipiat. mihi tamen castior lectio uidetur, si uersus integer absq; distinctione legatur:
Deponunt animos nil magnæ laudis egentes.
Sed bello uiuida uirtus.] figuratè, pro uiris bellica uirtute præditis.

LAMB. Hort. Qvo deinde.] Quò hinc fugis? Declarat στοργὴν naturalē fi- B lij in patrē, expetentis eius tum colloquiū, tum complexus. Arguat idipsū expolitio item synonymiæ. Quē fugis?] Emphasis. filiū, non alienū, fortem & piū, ac iuxtà fatis Iliacis exercitatū, tot annorū iactationibus non fractum, & in omnibus periculis animo constantē. Quis te.] cùm pater paribus affectibus erga filiū esse debeat: quos cùm non hic ostendat, potest uideri ab aliquo à filij complexibus, & colloquio prohiberi. Sopitos.] Trāslatū ab animali ad nō animal, ad ignē Vestæ sacrū, qui cōditus cineribus, quodammodo iā cœperit dormire. Pergameūq;] Troianū: antonomasia. Larem.] diuum tutelarem, Vestam, in cuius tutela Troia fuisse credebatur. Dæmones Cicero lares uocat, medios inter deorū commentissimam naturam, & humanam. Has Apuleius modò Genios, modò Lares nuncupat: quos ueteres preces nostras ad Deum pferre, & illinc rursū ad nos diuina dona & respōsa deferre existimarunt. Larē itaq; quem secum ex urbe incensa extulit, nunc sacrificat, eumq; religiosè ueneratur. Vestæ.] Exponit, quem Larem Troianorum appellet, qui mos Poëta est: C Vestam, uidelicet quam secum Troia extulerat:
" Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Erat aūt Vesta ignis perpetuus, qui postea religiosè apud Romanos consecratus etiā uirginibus seruabatur inextinctus. Ouid.
" Nec tu aliud Vestam, quàm uiuam intellige flammam,
" Nataq; de flamma corpora nulla uides.
De Vesta abundè in primò dictū est, & itē in 2. Hæc penetralia, quæ à Græcis ἄδυτα dicūtur, Aeneas admirabili religione custodiebat, deferebatq; secū in Italiam. Porrò, quare Vestam canam uocet Poëta, in primo docuimus.

Farre.] Cur farre Larem uenerabantur antiqui, in dubiū uocat Seruius. Vel quia exinde sacrificabāt, inquit: uel quia mos fuit apud maiores, ut diuinū ignē farre seruarēt: quia si durasset in alterū diem, eum aptum agendis rebus significabatur. Hæc ille. Primū omniū constat è Diodoro, Vestā Rheæ & Saturni filiā fuisse, eamq; (ut eruditioribus placet) domos ædificandi rationē inuenisse. Rursum alij, ut Plato, & eū sequuti, Vestā essentiā formarum separatarū, & rerū diuinarum solidū fundamentū dixerunt. Hanc ob causam

A causam, huic ante omnes deos sacrificare priscos solere cōstat. Rursum alij, ut Plotinus, Vestam & Cererem terræ animā esse uoluerunt. Iam & extitēt, qui Vestā ipsam terrā nocent: quæ quia rotunda est, Romani Vestæ tēplum rotunda forma fecere, in cuius medio ignis sacer rēseruabatur. Sed & Vesta pro Lare accipitur. Hinc apud Plutarch. ... supplex Vesta. Quoniam autem Terra odoriferarum herbarum parēs est, ueteribus mos erat, Lari thure & flosculis sacrificare, & quidem in foco, ubi ignis sopitus iacebat. Quare significāter addit Poëta, Aeneam Vestæ plena acerra uenerari. Et fortasse eadē ratione, & farre Vestæ uoc... Græcorū quidam de luctum uolunt ... quòd prima ædificia excitarit: uel quòd ubiq; locorum coleretur. Hinc Hestia, siue Histia Ionicè ac Doricè, conuiuium. Vnde Parisstia is locus dictus fuit, in quo ignis strueretur. Itaq; dum Poëta excitato igne Larem nominat, adiungit & Vestam quam diximus purum illum ignem fuisse, quem Troia exportatum, secum in Italiam deduxit, uel eundem cum Lare. Huic thure & rosarijs, ut modò dixi, sacrificari solitum à ueteribus liquet uel ex Aulularia etiam Plauti. Sed cur farre ue-
B neretur, fateor me ignorare, nec me legere meminn, (Seruij enim commentum non placet) nisi quod coniectura ducar, quod cùm unà cū Cerere terræ anima existimata fuerit, unde fruges & herbæ enascūtur, quibus uictitamus, ea de causa farre illi sacrum fieri solere, uerisimile fortasse fuerit. Sed de Lare & Vestā abundè satis: nunc cætera, quæ sequuntur, prosequamur. Extemplò.] Conditionem nouæ urbis ad Iouem authorem, per Anchisen internuncium refert, ut uulgus inutile ad nauigandum, uolens lubensq; ad manendum reddat. Iam hoc loco non supinus lector meminerit, quod sæpe hoc eodē libro nobis dictum est, Poëtam hic per occasionem Helymā & Aegestam origine donare: quæ cùm ab Helymo & Aegesto, authore Aenea, conderentur, & in eas ab eodem è sua imbelli multitudine coloniæ deducerentur, fingit nunc ab Aenea urbem sibi oraculi iussu conditam, & in eam è matribus & imbelli plebe numerum aliquem transcriptum. Quæ nunc.] Velle nouam urbem in ea insula excitare, in qua aliquam partem utriusq; sexus Troianorum relinquat.

Transcribunt]Hoc est, cùm ipse multitudine abundaret, ex ea coloniat deduxit. Addit discrtè, ex quo hominū genere: ex matribus ex foeijs longa nauigatione fractis & ignaua plebe, quæ nullis gloriæ stimulis ad res gerendas ducebatur. Ipsi transtra]Quos porrò dicat totos occupatos in reficiendis nauibus, mox subijcit Paucos admodum quidē, sed delectos ad bellum iuuenes, qui gloria futura in Italia expectatione alacres, incumbebant in id, ut reparata classe, in Italiam transmitterent. Reponunt.]eximunt, & seponunt. Robora.]asseres roboreos. Remosq;.]polysyndeton, & hypermetrum. Bello.] ad bellum. Virtus.]appositio.

ARGVMENTVM.

Aeneas impetrata ab Aceste ædificandi licentia, vrbem, vrbisq; domos designat: Acestes forum, negocijsq; iudiciarijs apta loca indicit, patres regendæ ciuitati deligit: templum Veneri condit, sacerdotem Anchisæ tumolo creat: deinde facto nouem diebus communi epulo, peractisq; sacris, & ventis secundè flare incipientibus Aeneas abiturus volens suos complectitur, mœstos consolatur, & Acestæ non sine lacrymis commendat: deinde peracto Eryci, & tempestatibus sacrifici lora solui iubet: ipse vero oliua coronatus in prora vinum libat, ita vento increbrescente Italiam versus nauigat.

Interea Aeneas urbem designat aratro,
Sortiturq; domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet: gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitq; forum, & patribus dat iura uocatis.
†Tunc uicina astris Erycino in uertice sedes (†al. Tum)
Fundatur Veneri Idaliæ, tumuloq; sacerdos,
Et lucus latè sacer additur Anchisæo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora uenti,
Creber & aspirans rursus uocat Auster in altum.
Exoritur pro curua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctemq;, diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire uolunt, omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis:
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
Treis Eryci uitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet, soluiq; ex ordine † funes. (†al. funem.)
Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ
Stans procul in prora pateram tenet, extaq; salsos
†Porricit in fluctus, * & uina liquentia fundit. (†al. Proijcit *al. ac)
Prosequitur surgens à puppi uentus euntes:
Certatim socij feriunt mare & æquora uerrunt.

NASC. VRBEM designat aratro.] allusio ad morē priscorum Rom. in condēdis urbibus, sed legito interpre-
C tē. Sortiturq; domos.]forte deligit locū ædificandarum ædiū, ne si locū alius alio minus conspicuum ad ædificandum recipiat, illum sibi præferri molestè ferat, & si quem accusationis locum esse putet, non Aeneæ iniquitatem, sed suam sortem accuset. Hoc Ilium.] non est nomen urbis (nam Acesta dicta est) sed ideo Ilium nominat: quia urbem ea forma designat: qua Ilium fuerat: ut Troiani similitudine allecti animo quiescerent, & quasi in patriam restituti lætarentur. Et hæc loca Troiæ] publica ædificia designat, instar eorum, quæ olim fuerant in antiqua urbe Troiæ. Gaudet regno Troianus Acestes] hic ex sequentibus præcedentia intelliguntur: nā ex eo, quod Poëta non dixit, satis perspicitur imperio Acestæ sibi dedisse urbem nouiter conditam, & depositos in ea Troianos. Sic Crito ille Terentianus ex eo, quod dixit, eius morte ad me lege redierunt bona, nec mortuam eā esse, nec cognatam sibi prædixerat: utrumq; tamen ex eo colligitur.

Indicitq;

Indicitq́; forū.] *Forum appellat. Quint. in quo iudicia publica exercerentur, sed & iudiciū iudicum fori appellatione antiquis, præsertim Ciceroni quandoq́ intelligitur. hic utrūq́ si uis, sed magis forense iudiciū accipe. nā sequitur.*

——& patribus dat iura vocatis.

Tunc uicina astris.] *ὑπερβολικῶς urbis cōmendatio.* Tumuloq́; sacerdos, Et lucus.] *non lucus tantùm additur, sed sacerdos, tanquam Deo, ut suprà dictum est.* Iamq́; dies epulata nouem.] *nouendiale epulum quasi sacrum nouendiale fuit: unde subsequitur sacrificiū* Et aris factus honos. Exoritur pro curua.] *κατ᾽ ἐξοχήν.* Et consanguineo lacrymans.] *Aeneæ pietas erga suos undiq́ sese ostendit: qui abiturus Acestæ illos non sine lacrymis commendat.* Ex ordine.] *rite: nam referri ad cædere, non ad solui Seruius autumat. nec fortasse ineptè. Sed quid si, ex ordine: id est, absq́ mora exponas? ut sit sensus. iubet fieri sacra: quibus peractis deinde absq́ mora, nullo intermissa tempore solui funes. ut apud Virg. lib. 4. Georg.*

» *Septem illum totos perhibent ex ordine menses*
» *Fleuisse.* Id est, *nulla temporis intermissione.*

Stans procul in prora pateram tenet.] *tempestati iubet alios Aeneas agnā cædere. ipse uerò princeps exta illius in mare porricit, & uinum fundit. hoc de more fieri solebat, ut exta cæsæ hostiæ cruda præfatis precibus in mare porricerentur. Liuius lib. 9. belli Pun. Secundum has preces cruda exta, cæsa uictima (uti mos est) in mare porricit. hoc enim sacrificio putabant mare tranquillum fieri quinetiam id ipsum ad nostra usq́ tempora permanet, ut nauclerus inter initia bibendi dimidiam uini pateram in mare proijciat. hoc sacrificij genus suprà etiam attigit Poëta, cùm ait:*

» *Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,*
» *Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum*
» *Constituam ante aras, uoti reus: extaq́ salsos*
» *Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.*

LAMB. Hort. Interea.] *A' naualibus studijs trāsit ad Aeneæ sedulitatem circa nouam urbem condendā. Ac uidetur Poëta studio hanc descriptionem addidisse, ut ueterem consuetudinem ducendi muros, & alias nouæ urbis ac reipub cōstituendæ partes celebret.* Designat aratro.] *Cato in Originib. tradit, ueteribus urbiū conditoribus hunc fuisse morē, ut muris locū designaturi, aratro taurū dextrū, uaccam sinistrā intrinsecus iungerent: atq́ ita ducebant sulcum: ut toga parte incincti, capite uelati, parte succincti tenerent stiuā, glebæq́ omnes introrsum ijcerentur. Atq́ ita ducto sulco loca muris designabant. Porrò, ubi in urbem ingressus esset, ibi aratrum leuatum portabant: unde à portando, portæ nomen inuenêre. Quin & euertēdis urbibus aratrum inducebatur. Horat. Oda 1.*

Imprimeretq́ muris hostile aratrum
» *Exercitus insolens.* —— *Cicero Philip. 2. Vt*
» *uexillum uideres, & aratrum circumduceres.* Hoc Ilium.] *Verba sunt Aeneæ, locis sua nomina facientis, sed Troiana, ut non iam exiliū, sed patriam præsentē imaginarentur. Nam Iliū multi ipsam urbis Troiæ arcē dictā fuisse affirmant Homerus tamen, & noster Poëta, tum Iliū, tum Troiam pro ipsa urbe nullo discrimine usurpant. Verba sunt Aeneæ, in re præsenti nomina locis indentis.*

Gaudet regno.] *Nō quasi per Aeneā regnaret, sed quòd noua urbe & Troiani sanguinis ciuibus per Aeneam auctum regnū esset.* Indicitq́;.] *nunciat, sicut Liuius: Indici finitimis spectaculum iubet. Tempus locumq́ nundinas conueniendi, distrahendiq́ res uenales.* A Patribus.] *ut ciuitas consilio & legibus conseruetur, legit senatum, quos nunc patres appellat: dat iura, quibus noua respub. sit munita & regatur.* Vicina astris.] *in monte. Quidā Erycem ὑπερέχοντα faciunt, alij montem. Inter Eryci & Syracusas nonnulli Ennam collocant Monti nomen factū fuit ab Eryce ibi sepulto. In hoc monte Aeneas D. Veneri matri sacellum condidit, de quò uberiùs alibi à nobis est commentatum.* Idaliæ.] *Epitheticōs à parte totum: Cypria. Fuit enim quondam oppidum memoratum Cypri Idalium.* Sacerdos.] *Et ne quid Aeneas à se prætermissum existimet, patri Anchisæ, ut diuo terrestri sacra instituit, antequā ex ea terra decedat. Sacerdotē, qui sacra statis diebus obeat, & lucum, cuiusmodi aris & templis extra urbes amœnitatis causa adiungi solebant. Nam sacerdos & lucus, ad tumulum Anchisæum referendi sunt. Lucus, antiphrasticè ita dictus est, quod propter arborū opacitatē in eo quiduis potius quàm luceat.* Epulata.] *Propter nouæ urbis conditionem, nouem dies comessando, publico gaudio absumpti sunt. Mirum, quàm poëtæ numero nouenario delectantur. est enim τέλειος &c. nam ita in* B *tres triadas diuiditur, ut earū unaquæq́ in tres distribuatur monadas. Itaq́ nouenarius numerus ueteribus pro quaslibet multitudine celebratissimus fuit. Vnde illud Horatianum de operis non præcipitanda editione:*

«——nonumq́ prematur in annum.

Maro de Timauo:

« *Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis*
« *It mare præruptum.——* Pro, per multa ora.

Et nouem Musis omnia recta studia sunt dedicata. Vergilius de Tartaro:

«——*& nouies Styx interfusa coërcet.*

Apud Aratum ἐν φαινομένοις, ἐννάγυια κορώνη dicitur, pro πολύγυια. Maro:

« *Præterea si nona dies mortalibus almam*
« *Auroram extulerit.——*

In summa, hic numerus peculiariter ad amplificationē rei pertinere uidetur. Quare cùm Poëta dicit, unanē gentem nouā perpetuos dies epulatā, multos dies haud dubiè innuit. Honos.] *ad aras religiosè sacrificatum fuit. Vnde* C *etiā dijs placatis, secundus uentus flatum insequutus fuit: hoc est, auster, qui Italiā petētibus prosper est.* Placidi.] *ab opportuno. mare tranquillū, & uentus secundus, inuitant ad nauigandū.* Aspirans.] *fauēs.* Noctemq́;.] *Amplificatio.* Ipsæ iā matres.] *Quare disertè & uerè dixit Terentianus ille: Cùm uelis, nolūt: cùm nolis, cupiunt ultrò. Hæ porrò matres, quæ modò Pontū aspectantes longioris nauigationis tædiū detestabantur, nunc cùm aduertunt Aeneā soluturum portū, unà proficisci uolunt. Tāta inest quibusdā animorum inconstantia Neq́ uerò de solis matribus loquitur, sed in uniuersum de omni imbelli multitudine, quam in nouam urbem trāscripserat, bello inutilem, & oneri res gerentibus futuram in Italia.*

Quos bonus] *Verè bonus, qui non grauetur etiam mæstos nūc ob discessū suorum benignis consolari uerbis, quas pro sua authoritate ob inconstantiam acerbè castigare potuisset.* Lacrymans.] *Aliud pietatis in suos argumentum, quòd lacrymas fundat, & diligenter eos Acestæ commendet, ut deinceps in tutelam acceptos, ut suos ciues, tueatur.* Eryci uitulos.] *fratri discedēs religiosè sacrificat. Nā antiquitus mos erat, ut saluturā*

oram

A *aram sacrificarent, uel tempestati, uel dijs maris.* Soluitq;.] *Hoc est, peracto sacrificio, iussit ancoras subduci, & uela uentis dare ad nauigandum.* Ipse caput.] *Hoc imperatorium munus erat, ut priusquàm classis promoueretur, ipse imperator pro suorum salute preces funderet, & è summa naui dijs maris libamina daret.* Oliuæ.] *olea, quod pacis haud dubiè signum erat.* Tonsæ.] *Hoc est, caput tonsum.* Stans pro.] *Liuius lib. 9. secundi belli Punici, loquens de Scipione in Africam traiecturo: Vbi illuxit, inquit, Scipio è praetoria naue silentio per praeconem facto: Dij deaeq;, inquit, maria terrasq; qui colitis, uos precor, quaesoq;, uti quae in meo imperio gesta sunt, & geruntur, postq; gerentur, ea mihi, populoq; & plebi Rom. socijs, nominiq; Latino, qui pop. Rom. quiq; meam sectam, imperium, auspiciumq; terra mari, amnibusq; sequuntur, benè uertant: eaq; uos omnia benè iuuetis, bonis auctibus adsitis, saluos incolumesq; uictis perduellibus, uictores spolijs decoratos, praeda onustos, triumphantesq; mecum domos reduces sistatis: inimicorum hostiumq; ulciscendorum copiam faxitis: quaeq; populus Carthaginensis in ciuitatem nostram molitus est, ea ut mihi Populoq; Rom. in ciuitatem Carthaginensium exempla edendi facultatem detis.*

Extaq; salsa porricit.] *Liuius: Secundum has preces, cruda exta caesa uictima (uti mos est) in mare porricit, tubaq; signum dedit proficiscendi. Vt mos est, ait Liuius. Eum morem hic Poeta uel ad authorem refert, uel antiquitate donat. At Aeneas non solùm cruda exta porricit, uerùmetiam uinum fundit in fluctus.* Prosequitur.] *Homerus Iliad primo:*

[illegible]

Liuius lib. eadem statim: Vento secundo satis uehementi profecti, celeriter è conspectu terrae ablati sunt.

ARGVMENTVM.

Venus à Neptuno petit non absque ingenti querela in Iunonem, vt per eum Troianis liceat tutò in Italiam nauigare.

At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur, talesq; effundit pectore questus:
Iunonis grauis ira, †nec exaturabile pectus,
Cogunt me Neptune preces descendere in omneis:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla,
Nec Iouis imperio, fatisue infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs satis est, poenam traxisse per omnem
Relliquias Troiae: cineres atq; ossa peremptae
Insequitur: causas tanti sciat illa furoris.
Ipsa mihi nuper Libycis (tu testis) in undis
Quam molem subito excierit: maria omnia coelo
Miscuit, Aeolijs nequicquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis.
†Proh scelus, ecce etiam Troianis matribus actis,
Exussit foedè puppes, & classe subegit
Amissa, socios ignotae linquere terrae.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si concessa peto, si dant ea moenia Parcae.

*al. & inexaturabile

*al. Per.

NASC. EXERCITA curis.] *more suo Poeta uno uerbo qualis futura sit sequens oratio indicium facit, cùm Venerem curis exercitam, id est, de salute Troianorum sollicitam facit.*

B Tales effudit pectore questus.] *non uoces dixit, sed questus, hoc est, uerba doloris, lamentationisq; plena.*

Iunonis grauis ira.] *Veneris oratio est, petitoria quidem, sed maiori parte consumitur expostulatione in Iunonem. tot ferè circumstantijs constat, quot Iunonis ad Aeolum oratio in primo Aen. eiusdemq; forma est, nisi quòd in sensu*

C *contraria sunt: illic enim Iuno petit Troianos in mare submergi, hic illis tutam nauigationem Venus exorat. exorditur ergo à causa necessaria: quam uarijs amplificationibus, longoq; uerborum circuitu protrahit, ut iustiorem demq; magisq; honestam petitionis suae rationem ostendat. Captat beneuolentiam ab aduersariae Iunonis persona: cuius iracundiam, impietatemq; grauiter accusat, ac detestatur.* Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus.] *diuinae personae [illegible] Venus egregiè seruat: quae in medio etiam curarum aestu grauitatis, ut ita dicam, maiestatem tenere uidetur. nihil enim aut grauius, aut quod maiorem doloris affectum indicet, ijs uerbis dici potest. & profectò non poterat de suis Troianis non uehementer sollicitari Venus, cùm in illos Iunonem adhuc animo exulceratam, iraq; accensam cerneret: cuius quidem irae magnitudinem epitheto declarat, cùm ait grauis: & amplificatione auget, cùm subdit: ——& inexaturabile pectus. Quod cùm ad concitandum in Iunonem Neptuni odium, tum etiam ad sui excusationem plurimum facit: quod cùm Dea sit, & filia Iouis, tam demissè, humiliterq; in*

aliorum preces praeter decorum sui numinis ob Troianorum salutem descendat. uerumtamen id, ut iam diximus, cum magno quodam grauitatis splendore facere uidetur. Quam nec, &c.] *exaggerat à tempore: & Iunonem tam quam implacabilem, atq; ab omni pietate alienam deturpat. nam cùm nullus sit tantus dolor, quem longinquitas temporis non minuat, atq; molliat, & nemo tam ferus, atq; implacabilis, qui non det sequandoq; ad lenitatem: Iuno iure reprehenditur: quae nec irae, nec impietati ullo unquam tempore habenas adducat, nec offensionem deponit.* Nec Iouis imperio.] *tertium hoc amplificationis genus amplificatio per congeriem orationis dicitur: multa n. congeruntur simul ad rem exaggerandam: sed ad incrementum deduci potest: quod Graeci [illegible] appellant: nam uidetur per diuersos gradus ascendere hoc modo. non tempus, non pietas, quod magis est: nec Iouis imperium, quod maximum est, eam placare potest. Sed & quartus additur amplificationis gradus.* Non media, &c.] *quartus est amplificationis gradus: quem supra summum Quintilianus appellat nam in 7. libro, ubi de amplificatione per incrementum uerba facit: Incrementum, inquit, est potentissimum, cùm magna uidentur, etiam quae inferiora sunt id autem gradu uno fit, aut pluribus per id uenitur non modò ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Ciceronisq; adducit exemplum in Verrinis. facinus est uincire ciuem Rom. scelus uerberare, parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? hic ultimus gradus supra summum additus esse uidetur: nam cùm tertium gradum, in quo parricidij mentionem fecerat, apposuisset, non uidebatur ulterius progredi posse cum ad summum uenisset, attamen quartus relinquebatur*

 in crucem

in crucem tollere: qui cùm careret legitimo nomine, supra summum, rectè appellandus fuit. ita quoque hoc loco enumeratis duobus gradibus: quos hoc carmine complexa est Venus:

Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.

Adhibendus erat tertius: qui summus esse uidebatur:

Nec Iouis imperio, fatisue infracta quiescit.

Sed cùm alia quæq; maiora extarent in Iunone impietatis indicia: quartum incrementi gradum adiunxit supra summum. Non media de gente Phrygum.] nã maius est impietatis, crudelitatisq; signum non satiari pœnis, supplicijs, stragibusq; inimicorum suorum, quàm odium ullo tempore, aut maiorum imperio hostibus impunitis nõ remittere hunc uerò gradũ ita cum Iunonis dedecore amplificat, ut alios amplificationis gradus per αὔξησιν continere uideatur. nam & odijs urbem Phrygum exedisse, & reliquias Troiæ omnibus supplicijs affecisse, postremò etiam cineres, atq; ossa consumptæ urbis eam insectari dicit. Exedisse odijs.] odij magnitudinem designat: quale in summis existere solet. ideo pulchrè interpres Exedisse, inquit, mulcebriter dictum est. Traxisse.] non pœnis affecisse ait, sed traxisse, ad supplicij grauitatem declarandam per omnes pœnas, ut pathos augeatur à magnitudine, & à numero. Cineres, atq; ossa peremptæ.] Extrema hæc est crudelitatis linea cineres mortuorum insectari unde illud est ex 4. Aeneid.

Nec patris Anchisæ cineres, manesue reuelli.

Causas tanti.] ὑποφορά. occurrebat enim ut Neptunus tantæ crudelitatis causas quæreret: ipsa autem quasi obiecto respondens inquit: sciat illa. quibus uerbis innuere uidetur, nec iustas, nec honestas. eæ sunt, quas Iuno exequitur lib. 10. & Poëta ipse in 1. Aeneid.

——manet alta mente repostum
Iudicium Paridis. & quæ sequuntur aliæ.

Ipse mihi nuper.] Confirmat à testibus, ipsius uidelicet Neptuni testimonio. Quam molem subitò.] id in primo Aen. Poëta elegãtissimis uersibus est prosecutus.

Maria omnia cœlo Miscuit.] id est, omnia perturbauit, prouerbialis est hyperbole: qua & paulò diuersius Poeta usus est in 12. Aeneid.

——non si tellurem effundat in undas
Diluuio miscens, cœlumue in tartara soluat.

In regnis hoc ausa tuis.] auget à loco ad prouocãdum in Iunonem Neptunum. non enim Iunonis est mare, sed Neptuni. unde illud:

Non illi imperium pelagi.

Porrò illius superbiam, atq; arrogantiam notat. quæ cum suis se finibus continere debuisset, nimis superbè aliena occupauit. Prô scelus.] Aliam subnectit cum exclamatione accusationẽ, & quasi ἀδεινὰν factum inuidiosè ostendit. exclamat ad eius magnitudinem designandam: quidam uerò cum antiquis aliquot exemplaribus legunt per scelus. Ex classe subegit.] exaggerat à necessitate, & ab incommodo Troianorum, quod coacti in ignota terra manserunt, atq; ita inuidiosam magis Iunonem fieri putãt.

Quod superest.] ad petitionem delabitur. Liceat dare tuta.] Ratio, & summa totius petitionis, ut tutò ad Tybrim peruenire possint. Tibi.] in honorem tuum.

Si concessa peto.] ab honesto. nam quæ aliàs concessa fuerunt, honesta esse iudicantur. Si dant ea mœnia Parcæ.] id est, fata & alludit ad doctrinam Platonis in Dialogo duodecimo de leg. in quo tres Parcas Lachesin, Clothon, Atropon materiam, & instrumentum Fati esse demonstrant. A

At Venus interea.] Vt catastrophe nauigationis sit quieta, transit ad consilium deorum, quorum nutu tranquilla sit futura. His enim nunc immenentium iniuriarum seu uindicibus planè opus est, ne rursum concitatis procellis Italia Troiani arceantur: quare nullus errandi foret finis. Etenim, ut Poëta initiò narrationem suam, quomodo Troiani è Sicilia in Italiam soluerent, à consilio Iunonis & Aeoli, de excitanda tempestate & disijcienda classe orsus fuit, ita hîc ultimũ nauigationis è Sicilia, à Veneris & Neptuni consultatione de pacando mari, ut salua & incolumis classis aliquando Italicum portum teneat, absoluit. Illic Iuno occupat Aeolum, ut emissis uentorum furijs in alieno regno, nauigantes retrò in Africam protruderet: hic Venus maturè Neptunum, ut suum tantisper trãquillet, dum Troiani tandem in fatalem terram perueniant. Idem superiori tempestati superueniens, uentis interminatus erat, ne iterum alienam ditionem miscerent, nisi magnum malum uellent experiri. At Venus.] Transitionis particula ostendit intermissa narratione, nouam telam Poëtam ordiri. Curis.] ægritudine & solicitudine pro salute suorum, fauitia Iunonis˜dius excruciata. B

Iunonis grauis.] Petitoria oratio, generis suasorij. Huius propositio est, ut tutò portũ Italicum Troiani possint tenere. Exordium, & inde ducta narratio, constat perpetua criminatione personæ aduersariæ, exaggeratione iniuriarum, & amplificatione odij Iunonis in gentem uniuersam Troianam, ut Neptuno misericordiam erga suos moueat. Sequitur hinc propositio petitionis, & breuis inde peroratio. Iunonis.] Attentio à causa, cur supplex Neptunum precibus solicitet. Ac ne illa perleuis momenti, aut ipsa ultrò uenire uideatur: addit, se coactam, adeoq; iniurijs Iunonis, ad supplicandum adesse. Duo potissimùm criminatur in Iunone: iram odiumq; semel conceptum contra Phrygas, & animum inexplebilem uindicandi cupiditate. Quam nec.] Amplificatio odij à tempore, & pietate Aeneæ. Etenim iniuriam, horum uel alterutrum, uel utrumq; mitigare solet. Nulla est uel animi ægritudo tam grauis, uel iniuria accepta tam insignis, cuius dolorem non adimat dies. Et pietas hostibus affectum conciliat. Nec Iouis.] Plus hoc est, non posse eam ipsius Iouis imperio compesci: sed longè maxima amplificatio, adamantini animi est, nihil curare Parcas, quarum imperio adeò ipse, diuûm pater atq; hominum rex subest. Gradatim ad summam amplificando peruenit. Quæ sequuntur porrò, ordine exaggerando commemorant exempla odij Iunonis in Troianos in eum usq; diem. Exedisse.] Atrox metaphora. Reliquias.] Aeneam, eiusq; fugæ socios. Causas.] Modesta reprehensio causæ non honestæ satis, quamobrem tam atrox odium in eam gentem susceperit: ob palmam de formæ præstantia abiudicatam. C

Peremptam.] dicit, Troiã euersam. Et dolorem, furorem uocat, per auxesim. Ipsa mihi.] Ab exemplo alterius iniuriæ, cuius etiam testem ipsum Neptunũ præsentè citat, ne querelarum exaggeratio ficta esse uideatur. Et cùm, mihi excietis, dicat, docet omnem iniuriam, quæ filio fiat, ad se pertinere. Molem.] tempestatem. Maria omnia.] Amplificatio tẽpestatis. Cæterùm schema prouerbiale est, Mare cœlo miscere: pro eo quod est, omnia perturbare, nihilq; non facere: frequens omnibus scriptoribus. Huiusmodi etiã sunt illa, cœlum ac terras miscere, apud

A apud Liuium: Mare cœlo cōfundere, miscere sacra profanis, & similia. Aeolijs procel.] frustrà implorasis uentorū auxilijs, quòd Aeneas incolumis euaserit, perlesi accepto damno. In regnis.] A' loco, ad concitandum aduersariæ odium. Audax mehercle facinus, ne dicam temerarium, in regno alieno sibi ius in hostem usurpare, illud'que liberè adeo'que impunè perturbare. Proh scelus.] Pathetica exclamatio in recens, adeo'que nuperum admodū facinus, quod in cōspectu adhuc uersetur. Exussit.] scilicet Beroës induta. Tribuit'que Iunoni, quod in urbem à se conditam Aeneas imbellem multitudinem transcripserit. Est'que iniuriæ recentis amplificatio. Ignotæ.] Pathos à loco. Quod superest.] Propositio petitionis. Laurentem.] In agro Laurentum labentem. Laurentes ipsa gens dicti fuêre à lauro, cùm regia conderetur, ibi reperta: quorum rex Latinus tum dicebatur, oppidum uerò Laurētum. Cæterùm Tiberis è montibus Apenninis oritur: uerùm in ipso cursu multis fluminibus oneratur. Partim per Tyrrheniam euagatur, atque inde deflectens, primùm per Vmbriam, inde per Sabinos, & Latinos, qui circa Romam
B colūt, usque ad maritima, deuoluitur. Si concessa peto.] A' possibili. Et constat fatalem hāc terram, debitam Troianis: proinde nihil uetat, quo minus Venus uoti compos fiat. Parcæ,] antiphrasticè ita appellatæ sunt, quòd nulli parcant: de quibus in primo dictum est. Quoniam autem summatim petit Venus, ut Troiani Laurentem Tibrim possint intrare: hoc est, in Latium peruenire: operæpretium fecero, si obiter, de Latio nonnulla, Latinis, Aboriginibus, & uetustis Latij incolis dixero: & quidem quod fieri potest, paucissimis. Veteres eatum regionum angustias, quæ intra Tibrim, & Circeos à mari ad proximos montes clauduntur, Latij nomine censuerunt. Etymon nominis inde deductum, omnium ferè consensus est, quòd Saturnus filij tyrannidem fugiens, illic sub Iano tutus latuisset. Ab initio Siculos, ut indigenas, hoc soli tenuisse, aliqui arbitrantur. Rursum fuerunt, qui hos Siculos, eosdem cum Liguribus fuisse opinati sunt, & ab Aboriginibus inde fugatos. Aborigines ijs temporibus, cùm Troiani in eas terras appellerent, hanc regionem habitabant, alijs atque alijs populis, diuersis illuc casibus delatis, antè in societatem soli receptis. Gens bellicosa, inde soli pomeria fines'que propagarunt ad Lirim usque. Quidam Latinos eos dictos uolunt, à Latina rege Albanorum: plures, à Latini patre Latino, qui id temporis in Latio regnum tenebat, cùm Troiani huc deferrentur. Sed reuera constat, Latinorum nomen multo esse uetustius: quippe Orpheus, qui unus Argonautarum fuit, Argo nauem appulisse in Latinorum cardines canit. Qua occasione aliqui inducti, à Latino Herculis filio, Latinos appellatos arbitrati sunt. Ingenuum terra nulli ubertate glebæ cedit. Regnarunt ab initio in Latio antiquum uetustissimi: Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus: quorum postremo regnante, Troianorum appulsus in hanc terram incidit.

A R G V M E N T V M.

Veneri respondet Neptunus: eiq, enumeratis multis in Aeneam beneficijs suis, hoc etiam, quod petit, se liberè præstaturum pollicetur.

Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis, merui quoque. sæpe furores
Compressi, & rabiem tantam cœli'que maris'que.
Nec minor in terris (Xanthū Simoënta'que testor)
Aeneæ mihi cura tui, cùm Troia Achilles
Exanimata sequens † impingeret agmina muris
Millia multa daret leto, gemerent'que repleti
Amnes, nec reperire uiam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus, Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam nec Dijs, nec uiribus æquis,
Nube caua eripui, cuperem cùm uertere ab imo
Structa meis manibus † periuræ mœnia Troiæ.
Nūc quoque mēs eadem perstat mihi: pelle timores.
Tutus, quos optas portus accedet Auerni.
Vnus erit tantùm, amissum quē gurgite † quæres:
Vnum pro multis dabitur caput.

† al. immitteret etum, impenderet — *† al. peritura* — *† al. quæret.* — *† al. potestur*

NASC. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis.] proponit Neptunus, atque in ipsa propositionis limine optimam erga illum animi sui uoluntatem, liberalitatemque declarat, & quicquid efflagitat, tanquā iustum, atque honestū se benignè præstaturū recipit. qđ cùm ad eius beneuolentiā colligendā, tum ad eius dolorē
C sedandum plurimum facit. ita quoque Aeolus in primo Aeneid. se Iunoni benignū præbet:

» ——tuus ô regina, quod optes,
» Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.

Item Vulcanus Veneri in oct. Aen.

» Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
» Quod fieri ferro, liquidóue † potest electro.

Vnde genus ducis.] ratio propositionis. sic autem argumentari uidetur. qui alicunde originem trahit, ibi & imperij, potestatis'que aliquid eum habere decet: tu è mari originem ducis: igitur aliqua tibi in eo sit potestas honestum est. porrò alludit ad fabulam: quæ Venerem de spuma maris: quæ Græcię ἀφρὸς dicitur: natā fuisse, & propterea ἀφροδίτην appellatam ferūt. Merui quoque.] ab antecedentibus Veneris spem confirmat: nam qui in aliquē beneficia multa contulerit, eum quoque & alia beneficia in eundē collaturum esse sperari potest. Sæpe furores.] à cōmuni ad separatam beneficiorum enumerationē descēdit: nam cùm ait, merui omnia in Aeneam sua complectitur beneficia. Et rabiem tantam cœli'que maris'que.] tempestatem exaggerat: quam tantā fuisse dicit, ut non in mari tantùm, sed de cœlo etiam Troiani perterriti fuerint, ut in primo Aeneid. liquido patet. Nec minor in terris.] magnitudinem amoris erga Aeneā sui amplificat. Xāthum Simoënta'que testor.] obtestatione fidē sibi conciliat. Xanthus Troiæ fluuius, qui & Scamander, auctore Homero, dicitur. Cum Troia Achilles.] ad aliam beneficiorum suorum erga Aeneam enumerationem se accingit: quæ Iliad. 20. Homerus est prosecutus. Millia multa daret.] πάθος à numero.

V. Geme-

Gemerentq́;.] *improprie de fluminibus, sed uenustè. est enim hæc tralatio non necessitatis, sed ornatus causa.*

Nec reperire uiam.] *elegans expolitio ad amplificationem rei.* Nec Dijs, nec uiribus æquis.] *nam Aeneas uiribus inferior erat Achille, nec Dij fauentes Troianis, etsi plures erant Græcorum Dijs, æquali potestate, ac uiribus esse uidebantur: nam Iuno, Minerua, Neptunus, Vulcanus, Mercurius Græcis, Troianis uerò Venus, Apollo, Diana, Latona, Mars, & Scamander auxilio fuerunt. Aeneas suasu Apollinis cum Achille congreditur, Neptunus uerò, etsi Troianis inimicus, ipsum liberat, hæc pluribus scribuntur. Iliad. 20.* Nube caua eripui.] *Neptunus caliginem fudit oculis Achillis, ne Aeneam uideret: quem necare uolebat. Hom. loco proximè adducto.*

Structa meis manibus.] *Il. 21.* Nūc quoq; mens eadem.] *renouat beneuolentiam à sua persona, & Venerem cōsolatur beneficiorum pollicitatione.* Pelle timores.] *sic in primo Aeneid.*

" *Parce metu Cytherea, manent immota tuorum*
" *Fata tibi.*

Vnus erit tantum.] *uaticinium futuri, & innuit Palinurum: qui paulò pòst in mari submersus describitur.*

Vnum pro multis dabitur caput.] *Item expolit ταυτολογία: quæ πολυπτωσίαν habet ex uarijs unius nominis casibus: unus, unum.*

LAMB. Hort. Tum Saturnius hæc.] *Responsum Neptuni totum ad beneuolentiam & reconciliationem Troianorum in gratiam compositum est. Probat exemplis, nunquam Troianis se aduersatum: quinetiam Aeneæ præsens auxilium attulisse, licet in muros urbis suis manibus excitatos cōiurasset.* Domitor maris edidit alta.] *Periphrasis Neptuni, coniuncta cum antonomasia. Est enim Saturni filiorum unus, cui in diuisione regni paterni, maris imperium sorte obuenit: quod quidem ob id à poëtis fictum creditur, quod primus mare nauibus sit ingressus.*

Fas omne est Cytherea.] *Beneuolentia à securitate periculorum ducta, præcipuè à mari, in quod ipse habeat imperium.* Vnde genus.] *A consanguinitate, ex fratre Ioue neptis. Est ergo, cur regno meo secura credas.*

Metui quoq;.] *ne malum, ne damnum in meo regno iniquitate aduersariorum accipiant.* Compressi.] *Probabile hoc, & uerum, ut in prima tempestate. Prudenter supprimit tamen furentis. Sed aptius Furores fortasse retulerimus ad fluctus turbatos uentorum atrocitate. Metaphora ducta est ab homine ad mare, ὠργισμένο. Quos porrò furores dicat, attexta expolitio luculenter docet. Sed & in rabiem, metaphora remota est. ab animantibus ad non animal: hoc est, ad maris æstum, & turbines tempestatum.* Nec minor in terris.] *Ab exēplis antecedentibus, etiam terra Aeneam sibi curæ fuisse.*

Xanthū Simoēntaq́; testor.] *A testibus: per prosopopœiam, amnes hos testes præsentes citat, ad quos non solùm inter hostes dimicabatur, sed ipsum Aeneam hostis manibus subtraxit.* Achilles.] *Homerus lib. 18. refert, Achillem cæso ab Hectore Patroclo, in planitiem è nauibus emicuisse. atque eo conspecto, Troianos in fugam actos, multis in ipso receptu cæsis. Verba Poëtæ sunt lib. modò citato:*

" οἱ δ' ὡς οὖν ἄιον ὄπα χάλκεον Αἰακίδαο,
" πᾶσιν ὀρίνθη θυμός, ἀτὰρ καλλίτριχες ἵπποι
" ἂψ ὄχεα τρόπεον. ὄσσοντο γὰρ ἄλγεα θυμῷ.

Et paulò pòst:

τρὶς μὲν ὑπὲρ τάφρου μεγάλ' ἴαχε δῖος Ἀχιλλεύς. "A
τρὶς δὲ κυκήθησαν Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι "
ἔνθα δὲ καὶ τότ' ὄλοντο δυώδεκα φῶτες ἄριστοι, "
ἀμφὶ σφοῖς ὀχέεσσι, καὶ ἔγχεσιν. "

Et Iliad. 21. ad urbem usq; Achilles Troianos ita prosequitur, ut totis campis sparsi uix portas consequantur.

πάντες πεφοβημένοι ἦλθον ὁμίλῳ "
ἀσπάσιοι προτὶ ἄστυ, πόλις δ' ἔμπλητο ἀλέντων. "
οὐδ' ἄρα τοί γ' ἔτλαν πόλιος καὶ τείχεος ἐκτὸς "
μεῖναι ἔτ' ἀλλήλους καὶ γνώμεναι, ὅς τε πεφεύγοι. "
ὅς τ' ἔθαν' ἐν πολέμῳ, ἀλλ' ἐσσυμένως ἐσέχυντο "
ἐς πόλιν, ὅν τινα τῶν γε πόδες καὶ γοῦνα σαώσαι. "

Et alijs multis locis refertur fuga Troianorum ad muros urbis, Achille cædibus omnia quæq; uastante. Congressum.] *Libro 20. narrat Homerus, Aeneam primùm, pòst diuorum inter ipsos certamen, cum Achille armato eo, unde fuisse manus collatis pedibus consereret:*

— δύω δ' ἀνέρες ἔξοχ' ἄριστοι "
ἐς μέσον ἀμφοτέρων συνίτην μεμαῶτε μάχεσθαι, "
Αἰνείας Ἀγχισιάδης καὶ δῖος Ἀχιλλεύς. "

At post longa inter ipsos colloquia, ubi iam res ad manus peruenisset, atq; Achilles strictum ferrum in Aeneā fuisset uibraturus, Neptunus pro eo apud diuos deprecatur: ut si in fatis sit, ut dijs inuisum Priami genus internecione extinguatur, non debere Dardani Progeniem, quem Iupiter in paucis adamasset, in totum deleri: B

τὸν δέ κε Πηλεΐδης σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα, "
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων. "
αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι θεοῖς μετὰ μῦθον ἔειπεν· "
ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο, "
ὃς τάχα Πηλεΐωνι δαμεὶς, Ἄϊδόσδε κάτεισι. "
πειθόμενος μύθοισιν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο "
νήπιος· οὐδέ τί οἱ χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον. "

Ac ad postremum Neptunus Aeneæ:

Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει "
ἀντί' Ἀχιλλῆος πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι, "
ὃς σεῦ ἅμα κρείσσων καὶ φίλτερος ἀθανάτοισιν. "
ἀλλ' ἀναχωρῆσαι ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ, "
μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι. "
αὐτὰρ ἐπεὶ κ' Ἀχιλεὺς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ, "
θαρσήσας δ' ἔπειτα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι, "
οὐ μὲν γάρ τίς σ' ἄλλος Ἀχαιῶν ἐξεναρίξει. "
ὣς εἰπὼν λίπεν αὐτόθ' ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα. "

Id est, C

Aenea, quis Deorum iussit te tam incogitantem cum Achille prælio decertare? qui longè te sit tum præstantior uirtute, tum dijs etiam charior. Quin cede, ne si cum illo commiseris, præter fatum pereas. Verùm mortuo Achille, inter primos fortiter pugna: non enim futurum est, ut Græcorum alius quisquam te, sit interfecturus.

Gemerentq́;.] *Metaphora, ab animali ad non animal. Refertur Iliad. 21. Troianorum, in fuga, partim in urbem compulsos, partim in amnem Scamandrum actos fuisse, quos omnes ita palantes Achilles cursu prosequutus fuit. Ac duodecim adolescentibus, Patroclo inferijs mactatis, amnis, cadaueribus oppleti inundatione iam ipse haustus fuerat, nisi Vulcanus eum seruasset, & amnem & campum incendio populatus fuisset. Homer. de Achille loquens:*

αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα γάρ ῥα θεῶν ὤτρυνεν ἐφετμὴ "
ἐς πεδίον. τὸ δὲ πᾶν πλῆθ' ὕδατος ἐκχυμένοιο "
πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ δαϊκταμένων αἰζηῶν "

πλῶον

A πλῶον καὶ νέκυες, τοῦ δ' ὑψόσε γούνατ' ἐπήδα
πρὸς ῥόον ἀΐσσοντος ἀν' ἰθὺν, οὐδέ μιν ἴσχεν
εὐρὺ ῥέων ποταμός. μέγα γὰρ σθένος ἔμβαλ' Ἀθήνη,
οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
χώετο Πηλείωνι, κόρυσσε δὲ κῦμα ῥόοιο.
ὑψόσ' ἀειρόμενος, Σιμόεντι δὲ κέκλετ' ἀΰσας
φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ
σχῶμεν, ἐπεὶ τάχα ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἄνακτος
ἐκπέρσει, Τρῶες δὲ κατὰ μόθον οὐ μενέουσιν.
ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, καὶ ἐμπίπληθι ῥέεθρα
ὕδατος ἐκ πηγέων, πάντας δ' ὀρόθυνον ἐναύλους.

*Horum uersuum haec summa est, Achillem deorum impulsu in planiciem concitatũ, quae iam aquis effusis inundata erat, ac cadaueribus & armis caesorum appleta, ita ut ipse ui fluminis leuaretur. Porrò Scamander omnem impetum in Achillem, congestis alijs super alios fluctibus, effudit: simulq́ Simoẽntis opem implorans, clara uoce hor*B *tatur, ut frater fratri, uir uiro adsit, ad hominis uires compescendas, ne unus urbem depopuletur, cuius uim tanta Troianorum agmina non sustineant, cataractas fontium aperiendas, ut repellatur. Et loco non multum inde diuerso: Cumulato aquarum agmine, ac sanguine cadaueribusq́ sordente, quae extra crepidines deuoluebantur, in altum leuatur:*

ἦ inquit, καὶ ἐπῶρτ' Ἀχιλῆϊ, κυκώμενος ὑψόσε θύων
μορμύρων ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσι.
πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο
ἵστατ' ἀειρόμενον, κατὰ δ' ᾕρεε Πηλείωνα.

Libro eodem perpetrata clade insigni, stomachabundus cum Achille Scamander expostulat, quòd se cadaueribus oneret, ut nusquam cursum tenere queat:

ὦ Ἀχιλεῦ, περὶ μὲν κρατέεις, περὶ δ' αἴσυλα ῥέζεις
ἀνδρῶν, αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί,
εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου πάϊς πάντας ὀλέσσαι,
C ἐξ ἐμέθεν γ' ἐλάσας πεδίον κάτα μέρμερα ῥέζε.
πλήθει γὰρ δή μοι νεκύων ἐρατεινὰ ῥέεθρα,
οὐδέ τί πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν
στεινόμενος νεκύεσσι, σὺ δὲ κτείνεις ἀϊδήλως:
ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἔασον, ἄγη μ' ἔχει ὄρχαμε λαῶν, &c.

Id est,

O Achilles ualde quidẽ potẽs es. ualde aũt indigna facis
Virorum. semper enim tibi auxiliantur Dei ipsi
Si quidẽ tibi Troianos dedit Saturni filius oẽs perdere,
Ex me expellens campum in cogitata fac.
Implentur enim iam mihi mortuorum amica fluenta,
Neque amplius possum profundere fluxum in mare humidum
Strictus mortuis. tu autem interficis perniciose
Sed age iam & desiste, stupor me habet princeps populorum.

Atq; euolue posset.] *Reddidit Scamandri uerba:*
οὐδέ τί πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν.

Pelidae tunc ego forti Cõgressum Aeneã, nec dijs nec uiribus aequis Nube caua eripui.] *Hic locus ex Homero sumptus est. Il. υ'.* αὐτίκ' ἔπειτ' ἄρα τῷ μὲν ἐπ' ὀφθαλμοῖσι χεῦεν ἀχλὺν Πηλεΐδῃ Ἀχιλῆϊ, ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον ἀσπίδος ἐξέρυσεν μεγαλήτορος Αἰνείαο, καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἔθηκεν, Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας, πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων Αἰνείας ὑπεράλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας. *Retulimus etiam paulò antè, tum Neptuni beneficio manibus Achillis Aeneam subtractum, cui neque uiribus, neque dijs, qui utrinque in partes diuulsi stabant, par erat.* Nec dijs, nec uiribus aequis.] *Hoc est, aduersis:* λιτότης *figura est: aut non aequis: id est, non aequali fauore: plures enim Graecis fauebat. De matribus autem intelligere non possumus, quia Thetide melior Venus est, & ei praesenti derogare nollet.*

Cuperem cùm uertere ab imo.] *Egregia profectò laus, quae ab hoste uenit. Nam cùm in muros urbis, propter Laomedontis perfidiam, unà cum Apolline conivrasset, Aeneam tamen, uel ob propinquitatis ius, uel uirtutis existimationem seruatum uoluit. Historiam alibi retulimus.*

Periurae moenia Troiae] *Propter Laomedonta. Vide Ouid libro undecimo: Et Homerus φ. Iliad.*

πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν
μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, &c. Et,
Λαομέδων ἔκπαγλος ἀπείλησας δ' ἀπέπεμπεν.

Est etiã Metonymia, continens pro contento: urbs cõdita, pro ipsa rege Laomedonte, qui iureiurando dijs obnoxius, excitatis muris, persoluere promissum noluit. Estq́ amplificatio amoris Neptuni erga Aeneam.

Pelle timores.] *Epilogus constat exhortatione breui ad securitatem periculorum, ex argumentis collectam.*

Accedet Auerni.] *Nam circà Cumas, quae uicinae sunt Lucrino & Auerno, classis appulit. De his locis alibi affatim diximus.*

Vnus erit tantum, amissum quem gurgite quaeres.] *Palinuri capite, ut hostia animali, pro omnibus satisfiet. Duos hic exponunt pro communi omnium salute. Palinurum & Misenum: propterea quòd Poëta addat: Vnum pro multis dabitur caput. Sed quàm consentaneum id huic loco sit, ipsi uiderint. Mihi certè posterius dictum uidetur, per expolitionem synonymiae, ut referatur ad Palinurum: simul ad figurandam orationem. Est autem anaphora, in repetitione uocis eiusdem. Etenim Miseni capite non sacrificatum fuit: sed cùm impius in deos, cum Tritone peritia canendi lituo certare contenderet, impietatis suae poenas dedit. Sed hac de re, suum cuiq; esto iudicium. Caeterùm Palinurus hic Elpenorem Homeri cum refert, qui Odysseae κ. conclamante Vlysse ad mouenda castra, uino ac somno adhuc sopitus, è summo tabulato aedium Circes praeceps decidit.*

Caput.] *Synecdoche: pro, unus sociorum pro omnium salute mihi litabitur.*

ARGVMENTVM.

Quod paulò antè Veneri Neptunus verbis pollicitus fuerat, munere ipsa præstat, curru volat per æquor: cuius præsentia vndæ subsidunt, totumque mare tranquillum efficitur.

His ubi læta Deæ permulsit pectora dictis,
Iungit equos † curru genitor, spumantiaque addit
Frena feris, manibusque omneis effundit habenas.
Cæruleo per summa leuis uolat æquora curru:
Subsidunt undæ, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis, fugiunt uasto æthere nimbi.
Tum uariæ comitum facies, immania cete,
Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon,
Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis:
Læua tenent, Thetis & Melite, * Panopeiaque uirgo,
† Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.
Hic patris Aeneæ suspensam blanda uicissim
Gaudia pertentant mentem: iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia uelis.
Vna omnes fecêre pedem, pariterque sinistros,
Nunc dextros soluêre sinus, unà ardua torquent
Cornua detorquentque, ferunt sua flamina classem.

NASC. *al. Lauro* L ÆTA permulsit pectora dictis.] *figuratè. hoc est uerbis permulcendo læta reddidit pectora: id est, uerbis ... .*

Iungit equos curru.] *pulchrè Neptunus hîc describitur ociosis mare placare, quàm in primo factum est ibi enim periclitantib. Troianis citò succurrendum fuit, ita enim ibi ait Poëta:*

*al. Panopeaque. *al. Nisæe*

» *Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat.*

Antiqui codices habêt, Iungit equos auro genitor. quã lectionem sunt qui idcirco ualde probent: quia rem faciat tum splendidiorem, & ornatum illustriorem, tum quia dictio curru statim sequitur.

Fugiunt uasto æthere nimbi.] *ita etiam in primo Aeneidos.*

» *Collectasque fugat nubes, solemque reducit.*

Tum uariæ comitum.] *hæc, quæ ad fabularum rationem attinent, legito apud interpretes, qui omnia diligenter explanant, Seruium in primis.*

Læua tenent Thetis.] *sexum imbecilliorê sinistræ parti prudenter accommodat. hæc autem Nympharum nomina partim ex Hesiodo, partim ex Homero sumpta sunt.*

Nisæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque] *Homeri hemistichium est Iliad. 6.*

» *Νησαίη, σπειώ τε*

Gaudia pertentant mentem.] *locutio est Poëtæ familiaris. sic & in 3. Georg.*

» *Gaudia pertentant mentem.*

Et in primo Aeneid.

» *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.*

Attolli malos.] *antennas, ut uela pandant.*

Intendi brachia uelis.] *lectionem non probo: quæ est in Roman. codice brachia remis. nam pansis uelis, non opus erat remis. neque Pyerij interpretatio, & quorundam aliorum meis auribus facit satis: qui, si velis legant, intelligendum esse dicunt antennas uelis esse brachiorum uice. ego uerò de brachijs nautarum intelligendum puto: nam si intendere brachia remis est remigare, & uelis intendere brachia erit occupare se in uelo parando, atque pandendo, quod si, cùm remis opus est, remiges, brachia remis intendunt, iidem cum pansis uelis nauigandum est, nautæ uelis aptandis brachia intendunt. & sanè ordinatè Poëta locutus est nam prius attollitur antenna, deinde uelum panditur.*

Vnà omnes fecêre pedê.] *nautarum studiũ in parãdis, aptandisque rebus nauigationi necessarijs scriben*do complectitur. nam panso uelo eius inferiorem partem ad utrũ latus nautæ ligare solent: quo firmius uelum consistat. hæc à Latinis pes, à Græcis πόδες dicitur.*

Pariterque sinistros. Nunc dextros soluêre sinus.] *ad obliquos uentos hinc, atque illinc transtulerunt uela pro uentorum uolubilitate.*

Cornua.] *antennarum extremæ partes cornua uocantur Virgil. 3. Aeneid.* B

» *Cornua uelatarum obuertimus antennarum.*

Sua flamina] *prospera, & à puppi uenientia.*

LAMB. Hort. LÆTA permulsit.] *Aut permulsit & lætam fecit ut, Animumque labantem Impulit aut certè perpetuum est epitheton Veneris, quam Homerus uocat φιλομμειδής.*

Curru] *currui: apocope, uel antiptosis.* Genitor.] *Neptunus, siue quòd Oceanus omnia flumina gignat, ac recipiat: siue quòd aqua, ut elementorum præstantissimum, omnia producat, sine qua nihil non sterile est.*

Equos.] *uitulos marinos, phocas, quibus Neptunus inequitare fingitur. Est autem Phoca, ἀλίθρεπτον ζῶον, animal marinum truculenti odoris. Aristoph. φώκης δ' ὀσμὴν ἔχει: id est, phocæ odorem habebat. Vituli marini, quos phocas uocant, spirant & dormiunt in terra, inquit Plinius. Pecudum more in terra pariunt, canum modo in coitu cohærent: nec plures pariunt geminis, & mammis fetum educant. Post duodecimum à partu diem deducũt in mare. Inter dormiendum mugiunt, unde uituli nomen inuenerunt. Mirum hoc, quod de ijs traditur, quòd uoce & uisu populum salutent: ac condito fremitu nomine uocati, respondeant. Profundissimè dormiunt, ut nullum animal profundius. Iis pinnis, quibus utuntur in mari, humi pedum uice serpunt. Addũt animanti miraculum, quòd dextra pinna, uis soporifera insit, ut si capiti subdatur, somnos eliciat. Phocarum pelles unquam cælo tanguntur, sicut nec hyænarum. Plinius tradit uitulos marinos ternas hominas capere ex Iuba ad Augustum. Hom. Odyss. 4. εἰλίποδας: hoc est, breues pedes habentes uocat. Horum etiam mentio fit apud Hom. Odyss. 4.* C

» *ἐς δ' ἄρα φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης ἀθρόαι εὕδουσιν.*
» *... ...*

Spumantiaque addit.] *Omnia ad similitudinem in terra equitantium narrantur. Feros, equos Neptuni nunc uocat, eadem ratione qua equum Daretem ferum dixit:*
» *In latus, inque feri curuam compagibus aluum*
» *Contorsit.* Effundit habenas.] *Metaphora, à liquidis ad habenas: ostendit uelocitatem in equi*

A in equitando, [illegible] omnia quae sequuntur copiose [illegible] circumloquuntur, & quidem rebus conuenienter. Tonanti] sub axibus currus strepentibus in ipso cursu: remota metaphora, [illegible]. Sternitur [illegible] & cetera quae sequuntur, ad dignitatem maiestatemque numinis amplificandam spectant. Insequente illo [illegible] est maris tranquillitas, & aeris serenitas, pulsis e caelo nubibus, unde uenti orientes maria turbant, miscentque. Variae comitum facies] Tribuit Neptuno omnia regia insignia & decora, equos, currum, sceptrum, ad postremum etiam satellitium nympharum, deorumque marinorum, sed minorum gentium, qui tantum regem conferti comitentur. Variae comitum facies dixit, pro uariis comitibus. Comites utriusque sexus eum sunt sequuti. Immania] ingentia cete. Enumeratio comitum. Cete] [illegible], inquit Suidas, [illegible] id est, Cetus, belua marina multiformis est enim leo, zygaena pardalis, physamus, pristis, quae & malle dicitur, est d[illegible] celis superatu, sed & aries, animal uisu horrendum. Seruius, cete

B marmor interpretatur, sed inscitè. Plin. author est libro 32 capite 1. cetos sexcentorum pedum longitudinis, trecentorum uerò & sexaginta latitudinis, Arabia flumen intrasse. Glauci] Glaucus piscis est, qui aestate nunquam appareat. Graeci, inter quos & Athenaeus est, de Glauco ad hunc modum fabulantur. Glaucus Anthedonius piscator fuit natandi peritissimus. Hic ut aliquam existimationem sibi pararet, huiusmodi imposturam commentus fuit. E portu spectantibus Anthedoniis enatabat urinando, donec è prospectu omnium sub aqua prouectus, in locum aliquem semotum secederet, ubi dies aliquot commoratus, cum uideretur, redibat natans in portum, spectantibus multis cum admiratione, qui in littore stabant. Interrogatus ubinam gentium tamdiu commoratus fuisset, respondebat, se in maris fluctibus uersatum. Fidem fecit hominis uerbis ac miraculo aliud commentum. Hyeme, cum caeteri piscatores nihil piscium caperent, ille suos ciues interrogabat, quosnam pisces uellent: ac statim, quos iussissent, aduehebat. Multò enim antè eos in hunc usum parauerat, concluseratque in secessu. Fortè tandem euenit, ut hic à belua marina deuoraretur: ac

C cum non rediret, uulgo iactatum fuit, Glaucum gustata herba immortalem factum, & habitare in mari. Enarrator Apollonii Argonaut. [illegible] longè diuersius hanc fabulam refert: [illegible] Glaucus Polybi filius Anthedonius genere, piscator fuit. est autem Anthedon Boeotiae urbs id quod etiam testatur Homerus [illegible]. Hic cum aliquando piscium multitudine, quos ceperat, defatigatus esset, inter uias onus piscium deposuit. Ibi eorum unus moribundus, herba degustata reuixit. Glaucus & ipse eadem herba comesta, immortalis est factus. Inde ubi ad summam senectutem est euectus, uitae taedio semel praecipitauit in mare, coepitque inde pro Deo marino coli. Aiunt & glaucum piscem ab [illegible] nomen accepisse. Hinc apparet natam paroemiam, cuius modo memini, Glaucus comesa herba habitat in mari, de iis per iocum, qui cum perierint, tamen uulgò adhuc creduntur uiuere. Idem interpres tradit G[illegible] dictum apud Iberos coli. E[illegible] promontorium esse, ita appellatum in [illegible] ipsis regionibus. [illegible] Glaucus, Minois, de quo prodigiosa fabula [illegible] Latinis prodita est. A diuersis diuersa prouerbia nata sunt, ut [illegible], Glaucus aliter ab equis deuoratus, Glaucus poto melle surrexit: Glauci ars, à Samnio [illegible], qui artis ferruminationem primus inuenit. Glauci & Diomedis permutatio. Fuit & Glaucus Epicydis Spartanus uirtutis existimatione clarus, cuius historia extat apud Herodotum. Alius item Carystius pyctes. Sed hoc loco illius piscatoris [illegible] immortalitate redditi fit mentio. Inousque Palaem.] Ino Cadmi & Harmoniae filiam fuisse fabulantur, quae arcu percusso ab Athamante filio Learcho, cum altero filiorum Melicerte in mare se abiecit Inonem, Leucotheam Liber pater uoluit nuncupari. Matutam hanc Latini nominant, Melicertem uero Palaemonem: quem nos Port[illegible] dicimus. Huic quinto quoque anno postea ludi gymnici instituti fuerunt, quos Isthmia uocatos fuisse, author est H[illegible]. Inus dolores, [illegible], inde in prouerbium creuerunt, de intolerabili dolore. Addunt alii, Inoni filiam Eurycleam item fuisse, & ipsam ab Athamante occisam. Inonem Megaris undis appulsam Megarenses honorificè exceperunt: ac nomine mutato, ut dixi, iusta mortuae persoluerunt. Melicertem Corinthum euectum, urbis eius ciues sepelierunt, instituitque tum ludis, quos Isthmios uocarunt. Aliter fabulam refert Melecrates Tyrius apud Zenodotum, & Hyginus apud Latinos. Athamantem prius uxorem habuisse Nephelen, ex qua Hellen & Phr[illegible] procrearat. Hac defuncta secundam duxit Ino. Quae cum Nepheles liberis insidias machinata esset, persuasit matronis omnibus eius gentis, ut semina in terram iacienda torrerent, ne quid inde enasceretur. Vbi eo anno nihil prouenisset, extemplò Athamas [illegible] Delphos misit ad oraculum, sciscitatum causam sterilitatis. Ino internuntium legatum occultè corrumpit, ut Delphis domum reuersus, Athamanti responderet, tum demum Ap[illegible] caritatem annonae depulsurum, si Helle & Phrixus caederentur. Persuadetur Athamas: insontes ambo ara admouentur immolandi. sed dii eorum miserti, aurei uelleris ariete uectos per aerem sustulerunt. Phrixus Colchos delatus est: Helle Hellespontico mari nomen fecit. Itaque Inousque Palaemon, Portumnus Inus filius, deus maris, qui portubus praesideat. Tritonesque citi] pisces uelocissimi pro d[illegible] culti, Tritonem Lycophron [illegible] uocat. alii Neptuni & Amphitrites, superiori quidem corporis parte umbilicotenus humanam [illegible] referens; sed posteriori usque ad caudam esse delphinem. re uera nihil aliud, quàm [illegible]. Idem Lycophron in eodem poemate, Tritonem pro ipso Neptuno usurpauit, [illegible]. Huius enarrator alibi citat Acesandrum quendam authorem, Eurypylum & Tritonem Neptuni & Celaenus libros esse alii Tritonem Oceani & Tethyos faciunt. patris & Neptuni tubicinem: pro tuba concha uti, quam buccinam uocitatam uolunt. Quidam in lit-

terrae excuderunt, Tiberio Caesari quendam nunciasse, Tritonem in specu quadam uisum, auditumque concha canentem. Eadem persuasio incessit de Nereidibus, quae squamis in hispido corpore uestitae humanam effigiem habeant. Nilum Tritonem quoque dictum, Graecorum commentarij tradunt, quòd ter nomen suum mutarit. Initio Oceanum appellatum, mox Aegyptum, ad postremum Nilum. Apollonij scholiastes, Tritonem urbem in Libya collocat, & aliam eiusdem nominis in Boeotia: ac uideri Mineruam circa alterutram natam, quamobrem Tritogenea dicatur: uel ἀπὸ τοῦ τρεῖν, perterrefaciendo. belli quippe dea est. Rursum extant, qui circa Syrtes amnem Tritonem labi asserant, & in paludem Tritonidem exonerari, circa quam etiam insula Phla sit, haudquaquam obscura, in cuius breuia Iason in expeditione Argonautica impegerit: ac Tritonis monitu nauem Argo inde subductam. Circa Tritonidem paludem Machlyes & Auses habitant, quorum puellae sacro Mineruae in turmas diuisae, fustibus & lapidibus inuicem petunt: ac si quae in eo certamine perierint, eas negant castas uirgines fuisse. Vicissim ac omnium fortissimam Graeca panoplia, ac crista Corinthia exornatam, sublatamque in currum, circum Tritonidem ingenij suorum plausu circumuehunt.

Phorcique exercitus omnis.] Phorcum Ponti & Terrae filium facit Hesiodus:

[illegible]
[illegible]

Varro tradit, Phorcum Thoosa nympha & Neptuno fuisse filium, ac Corsicae Sardiniaeque imperasse. Hic ab Atlante nauali praelio uictus, ac submersus, marinus deus factus est. Ad quam historiam Poëta alludens, Phorcique, inquit, exercitus omnis. Hic tres, uel (ut alij) quatuor filias reliquit: Scyllam, Medusam, Sthenio, & Euryalen: quarum Scyllam ex Crataei nympha, reliquas ex Ceto sustulit. Glaucus amauit, de quo modò nobis habitus fuit sermo: qui gustata herba, cuius beneficio pisces reuixerant, se in mare abiecit. Didymus enarrans hunc uersum Odyss. M.

[illegible]: Phorcynem marinum daemonem uocat. adducitque hanc historiam ex Herodoto, eum prius circa montem Arycinum uersatum est eum in Achaia. Habitabat autem conuallem, ab eo Phorcynis dictam. Qua regione iuxta oraculum relicta, uenit in Cephaleniam, ubi locum commodum delegit inhabitandum. Dictus enim is fuit Ammus: id est, Sabulam. Delatus inde in portum Ithacensem, cùm de suo nomine Phorcynum portum uoluit appellari. Vtraque declinatione igitur flectitur, Phorcique exercitus omnis & Phorcynis autem quidam portus est. Homerus Odyss. primo fabulatur Thoosam nympham Phorci maris Dei filiam fuisse, elocatamque Neptuno, qui ex ea Polyphemum susceperit [illegible].

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Thetis &.] Enumerat non Phorci filias, sed nymphas marinas, quas in laeua parte, ut infirmiorem sexum, collocat. Thetis priore breui & aspirata, posteriore per iota. Chironis filia fuit, Pelei Thessalorum regis uxor, ex quibus ortus fuit Achilles. Hesiod. in Theogon.

[illegible]
[illegible]

Porrò Tethys, [illegible], priori longa, posteriori aspirata, Hesiodo, Terrae & Coeli filia, quam Neptuni uxorem, & omnium nympharum matrem faciunt. Quod si ea sit, A
cuius hic fit mentio, expuncta coniunctione copulatiua, Tethys legendum est, priori tenui & longa. Quod si scripturam placuerit tenere integram, pro eadem quidem Chironis filia, sed Nereidum una, accipienda est. De hac Graeci ad hunc modum fabulantur, ut constet, quo pacto in Nereidem sit transformata. Lycophron prodit, Thetim ex Peleo septem liberos procreasse masculae stirpis, quorum sex in ignem abiecit, quòd à sua indole ac natura degenerarent: à caede uerò Achillis prohibita fuit. Alij dicunt, partem in feruentem lebetem, partem in ignem abiecisse, ut exploraret, num nam mortales essent. Pindarus scribit, Iouem, Apollinem & Neptunum de Thetidis nuptijs inter se certasse. atque à Themide repulsos, uel (ut alijs placet) à Prometheo. Oraculum ita responderat de Thetide: [illegible] id est,

Quae patre strenuum magis gnatum suo,
Pariet——.

Apollodorus tamen ait, Iouem & Neptunum solos contendisse, uter Thetide potiretur: atque ipsam cum Ioue noluisse habere consuetudinem, quòd à Iunone educata esset: quamobrem Iupiter iratus, eam homini mortali in matrimonium adiunxit. Chironis inde consilio ac uoluntate B
Peleus eam consequutus fuit. Achillem, uero Ligyronem dictum, iam natum uesperi ipsa in ignem solita fuit abijcere, ac interdiu ambrosia mungere, ut uidelicet hac ratione eum immortalem redderet. Peleus ista aduertens, cum puero auxilium allaturus accurreret, eumque Thetidem ad Nereides secedere. Sophocles tradit, Thetidem à Peleo ignominia affectam, eum deseruisse. Hinc inter nymphas marinas, Nerei filias, coepta est censeri Agamestor Pharsalius, citante enarratore Lycophronis, auctor est, Achillem ab igne & cineribus, Pyrisium principio nominatum. Hanc Thetidem multi Nerei, non autem Chironis filiam fuisse contendunt: atque à Ioue, cum ea potiri non posset, Peleo in uxorem datam. certè ab Hesiodo inter Nerei filias 50. recensetur. Atque hae quidem nuptiae illae sunt, in quibus, cùm Dij praesentes adessent, proiecto in mensam aureo pomo, cui inscriptum erat ἡ καλὴ λαβέτω, ortum inter tres deas certamen de forma praestantia fuit.

Melite.] Hanc censet Hesiodus inter quinquaginta Nerei filias: C

[illegible]

Item & Panopeam, quam ipse Panopen uocat:

[illegible] Et,
[illegible]

Cùm apud Graecos [illegible] scribatur, Nesaee hic legendum uidetur. Spio.] Hesiod. [illegible]

Cymodoceque.] [illegible]

[illegible]
[illegible] Id est,
Cymodoce, quae placat aquas in gurgite ponti,
Ventorum ac magnos flatus cum Cymatolege,
Corpore praestanti compositi, & Amphitrite.

Omnibus Nereidibus sua nomina sunt à maris & adiunctarum cognatarumque rerum natura: ut sunt litora, insulae, fluctus, facies placida maris, spuma & similia. Atque hae quidem non Phorci, sed Nerei filiae sunt Hesiodo ac recensentur in Theogonia 5 a.

Hic

A Hic patris.] *Lætitiam ex grata cœli clementia & maris tranquillitate cepit: quòd secundam nauigationem in aduersam Italiam, adeóq; propinquam nunc aliquando promitterent.* Suspensam.] *hactenus dubiam & solicitam de nauigationis euentu, & cœli facie. Animo suppletus gaudium, id quod prudentis est, qui in secundis non insolescit, neq; aduersis animo externatur.*

Iubet ocyus.] *Ne oblatæ occasioni ipse desit, excitat segniores nautas ad maturandum. Primùm attolluntur mali, eriguntur antennæ, soluuntur expanduntúrq; ad uentum uelorum sinus: ad ultimum, cornua carbasorum antennis mandant.* Brachia.] *antennas: metaphoricè.*

Pedem.] *podium, funem nauticum, quem Latinè pedē nominant. Est & podium locus extra domum priuatam publicumúe exporrectus instar pulpiti, ex quo spectare solemus, quæ extrà geruntur, quod in eo pedibus hæreamus. Iuuenal.*

Omnibus ad podium spectantibus——

πόδας alioqui Græci uocant ἐσχατα καὶ κατώτατα μέρη, id est, ultimas & infimas rerum partes, ut, πόδας Ἴδης, pedes siue radices Idæ. Et πόδας, τὰ ἐν ἀκροστιχίᾳ ποδῶν ὀρθῶν φακελοι, uolumina pedum, uidelicet fasciculus, siue fasces. Sinus.] *uelorum laxas ac flexas partes, quæ uentorum flatibus intumescunt. Cætera, quæ de sinu dicenda sunt, alibi annotauimus. Cæterùm ueli partes ita distinguunt, ut inferiorem partem pedem appellari, mediam fere πάχελον, summam uerò carchesium. & inde diffundi in utrunq; ueli latus, & ea quæ cornua dicuntur.*

ARGVMENTVM.

Palinuro ducem agenti Troianis, cursumq; nauigationis, ostendenti, Somnus è cœlo delapsus, & Phorbantis uultum induens, apparet in puppi, hortaturq; eum, vt dormiat, se interea pro eo gubernationis munus obiturum pollicens.

NASC.

Princeps ante omneis densum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iamq; fere mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida † laxabant membra quiete,
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:
Cum leuis æthereis delapsus Somnus ab astris
Aera dimouit tenebrosum, & dispulit umbras,
Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans
Insonti, puppiq; Deus consedit in alta,
Phorbanti similis: funditq; has ore loquelas:
Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem:
Aequatæ spirant auræ, datur hora quieti,
Pone caput, fessosq; oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.

† al. laxarāt

B Princeps ante omnes.] *unum unū uocat, ut peperam sentit interpres, sed alterū est dignitatis, alterum ordinis. tale quoq; illud est ex 2. Aen.*

» *Primus ibi ante omneis magna comitante cateruâ,*

» *Laocoon ardēs summa decurrit ab arce.*

Iamq; ferè mediam.] *hæc temporis descriptio ad Palinuri excusationem facit: nam eo tempore & ipse somno oppressus est: quo cæteri omnes dormierant. plerunq; enim homo se à somno, etiam si uelit, continere non potest. ueruntamen ad maiorem Palinuri excusationem, cuius nutu, ac imperio nauigabatur, somnum fingitur è cœlo delapsum eum illi intulisse.* Mediam cœli metam.] *medium cœli terminum, ac finem: sed adeas interpretem: qui hunc locum optimè, ac doctissimè explicat.*

C Delapsus somnus ab astris.] *non mirum uideri debet, si somnum è cœlis labi dicat, licet noctis, Herebiq; filius Hesiodo dicatur: nam somnia à Ioue immittuntur. Homer. Iliad. α.*

» *—— καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι.*

» *Igitur & somnus, per quem insomnia fiunt.*

Te Palinure petens.] *ἀποστροφή.* Tibi tristia.] *πάθος.* Phorbanti similis.] *Phorbas Troianus Ilionei pater fuit.* Fudit has ore loquelas.] *ad Phorbantis eloquentiam alludit: qui non minori quàm filius eloquentia ualuit.* Iaside Palinure.] *suasoria simulati amici oratio est: sic enim fatur Somnus, quasi Palinuri laborantis, nec ferè unquam quiescentis misereri uideatur.*

Ferūt ipsa æquora classem.] *ex ratione enthymematis auspicatur: quā ex opportuna occasione deducit: ita enim format enthymema pone caput id est. dormi nam æquora ferūt classem.* Aequatæ spirāt auræ.] *altera ratio itidem ab occasione uentorum æquabiliter spirantium.*

Dat hora quieti.] *exaggerat ab opportunitate temporis.*

Pone caput.] *propositio enthymematis.* Oculos furare labori.] *quasi sui non sint, sed artis cui exercendæ dicati esse uideant.* Ipse ego paulisper.] *quia occurrebat regimine opus esse: ἀνθυποφορὰν respōdet, se illius officij munere functurum, quoad ipse dormiet.*

IAMQVE fere.] *A nocturni temporis descriptione, opportuni ad id, cuius causa ea adhibetur. Ostendit mediam fermè noctem, sed nondum tamen fuisse. Media meta cœli, linea meridionalis est, quam cùm Sol sub terra contingit, apud nos media nox est. Hoc tempus, quoniam aptum quieti est, rectè sub id Somnum Palinurum petentem introducit: quod quia intempestiuum est agendis rebus, Intempestam noctem & proximum, Concubium appellant Metam uerò mediam cœli: id est, meridionale punctum. stationem item uocant, quod cùm ed attingunt planetæ, stare uideantur, ac inde in occasum uergere.* LAMB. Hort.

Nox humida metam.] *ἐπίθετον, epitheticè nox enim roscida est suapte natura, propter lunam, quæ meris & humidis præsideat. ἐφ᾽ ὑγρῷ, de imminentibus malis: ut contrà, lucē oboriri dicimus, de fœlicitate aliqua ostentata.*

Somnus.] *Hunc Ouidius placidissimū deorū uocat: Somne, inquit, quies rerum, placidissime Somne deorum. Et Homerus, κασίγνητον θανάτοιο, id est, mortis fratrem, non uno loco. Hunc nocte lucentibus astris Palinurum petentem facit, quòd id tempus quieti ac sopori sit aptum & paratum.* Tenebrosum.] *Etenim nox quid aliud est quàm terræ umbra, cuius interuentu, ubi sol occiderit, aër obtenebratur, & quasi inumbratur.*

Te Palinure petens.] *Auersio. Quemadmodum Vlysses Homericus Elpenorem uino ac somno grauem, ad sociorum strepitum excitatum, & è summo tabulato in ædibus Circes cadentem: ita Aeneas quoque unum Palinurum, at non ipsius uitio, ut ille, sed numinis uoluntate Italiam petens amittit. Vt omnes, quos saluos adhuc secum traxit, uno amisso, incolumes in Latium transportaret, tranquillo mari, securos nautas, & alta quiete mersos inducit, ne in tutissima re non simus etiam solliciti.*

Tristia somnia.] *Quorum sedem in uestibulo inferorum collocant. Rectè tristia, quippè præsentem mortem allatura citra suum aliquod meritum, non ut illi Elpenori, quare addit,* insonti: *ut qui non cæcam speculationem habenti in gubernanda naui egerat.* Deus. *Somnus.*

Phorbanti] *filio Priami. Fuit item alius Phorbas Triopæ filius, ex Hi*[illegible]*lla, uel (ut alij) Hyocla, qui Ophiusam tempestate sua (fuit ea isto nomine insula à serpentibus appellata postea Rhodus & Telchinis dicta) serpentes omnes, & inter eos horribilem draconem necauit. Quare à Rhodiensibus honores ei sunt instituti, ut naues longius aliquanto à litore abituræ, Phorbanti prius sacrificent. Persuasum enim habebant, ab interfectum draconem, eum Apollinis gratiam, in cœlum translatum, atque inter sydera collocatum, Ophiuchum, à Latinis Anguitenentem siue Serpentarium nuncupatum. Proditur alius Phorbas Neptuni filius, Curetum rex, qui ab Erechtheo occisus fuit, à quo Athenis τὸ φορβαντεῖον dicebatur. Huius meminit Hyperides, in oratione contra Proclum, teste Suida. Hic Priamiden Phorbantem dicit.*

Iaside Palinure.] *Hortatoria oratiuncula ad quietē. Habet suasorij generis partes: exordium, quo beneuolentiam captat à generis splendore, cùm eum Iasiden: hoc est, Iasij nepotem appellat. Habet narrationem,* Ferunt ipsa æquora classem. *Subijcit mox propositionem hortationis,* Pone caput, fessosq; oculos, &c. *Clausula constat benefici pensatione.* Iaside] *Iasij fili, aut nepos magni Iasij. Etsi in tertia de Dardano & Iasio diffuse dissectum est, obiter hic paucula annotanda duxi de Iasio, ne frigidè hunc locum desultoria ut ita dicam leuitate percurrisse uideamur: sicut prius diximus, Palinurum uel per antonomasiam Iasiden: id est, Troianum hic appellari: uel uoce patronymica, Iasij filium: uel magni illius Iasij nepotem. Cæterum Iasius & Dardanus fratres fuerunt. Hi post diluuium, quod Arcadiam inundauit, annis exactis aliquot, cùm ab Atlante materno auo regnum suscepissent, soli sterilitate moti, Arcadia Dimanti tradita, quem Dardanus ex Chryse Pallantis filia procrearat, cum altero Dardani filio, & numerosa popularium suorum manu, Samum insulam contra Thraciam occuparunt. Dardanus hinc quoq; & cœli rigiditate & terræ sterilitate extrusus, Iasio fulminis afflatu sublato in Phrygiā concessit, ubi ad radices Idæ Dardaniam condidit. Alij aliter historiam referunt. Siue igitur Palinurum ab ipso Iasio, Iasiden, siue à parente ipsius uocet, expendendum relinquo. Proditur alius Iasion, Pluti pater ex Cerere, Cretensis natione. Hellanicus tamen, Plutum Iouis & Electræ filium tradit. Hunc scribunt agriculturæ apprimè doctum fuisse, & ea laudem sibi peperisse. nam Cereri fuerat commoratus: id quod quidem nonnulli ita interpretantur, quòd post diluuium in Creta penes solum ipsum triticum sit repertum. Atq; hinc fabulandi materiam scriptoribus suppeditatam, quasi Ceres illi cohabitarit & Plutum genuerit.* Palinure.] *Palinurus sonat, quasi iterum meiens. Ausonius: Meiere uis iterum, iam Palinurus eris.*

Ferunt ipsa.] *hoc est, secundo mari & uento naues aguntur: à tuta.*

A B C

ARGVMENTVM.

Somnus Deus quod verbis facere nequit, [illegible] agit: nam cùm Palinuro persuadere non p[illegible]t, ver[illegible] lecto temonis regimine dormiat, cum aqua Lethæi fluminis irrorat. quem sopitum in mare præ[illegible] p[illegible]tat. ipse verò, sublatis alis, in cœlum volat.

NASC.

Cui uix attollens Palinurus lumina fatur:
Méne salis placidi uultum fluctusq; quietos
Ignorare iubes? méne huic confidere monstro?
Aeneam credam quid enim fallacibus Austris
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat, clauumq; affixus & hærens
Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat.
Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vimq; soporatum Stygia, super utraq; quassat
Tempora, cunctantiq; natantia lumina soluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in undas
Præcipitē, ac socios nequicquam sæpe uocantem.
Ipse uolans tenueis se sustulit ales in auras.

Vix attollens lumina] *egregiè naturā morientis semisopiti hominis expressit: cui adeò sunt graues oculi, ut eos uix attollat.* Méne salis placidum uultum.] *persuaderi nō uult Palinurus, & quasi animo turbato resi*[illegible]*det, sunt & qui arrogantes etiā dicant: sed cum* [illegible] *sat per* [illegible] *nauigandi, & experientia maris: qua plurimum pollebat* [illegible] *monet ait: qui fallacem, ementitamq; illius* [illegible] *uatem sæpe magno cum meo periculo sum expertus.* Méne huic confidere monstro?] *uerbi, & sententiæ repetitio acriorem reddit orationem.*

Aeneam credā.] *exaggerat à persona Aeneæ: nam maioris temeritatis uitio notandus esset, si ducem, ac imperatorem tanto periculo subiecisset, ideo* [illegible] *Aeneam dicit, hoc est, ducem, & imperatorē: cuius salute omnium nostrûm salus innititur.*

Et cœli toties deceptus fraude sereni?] *à suo testimonio, cùm amplificatione à numero, cùm toties ait.* Ecce Deus ramum Lethæo rore madentē.] *rem magnam repentinam, ac portento persimilem dicturus uoce utitur* Ecce, *de qua alibi etiam ex Asconio diximus. hæc sanè ad Palinuri excusationem dicuntur: ne fortè imprudentiæ uitio notari posset, qui, ubi maximè uigilandum fuerat, ibi in somnum oculos declinare posset.* Vix primos.] *iam infert Palinuro somnus.*

Méne

LAMB. Hort.

A MENTE salis?] Praestat tum optimi, tum exercitatissimi gubernatoris munus, qui caeli ac freti inconstantiam nouit, neque in praesenti tranquillitate periculorum sit securus. Monstro.] mari: translatio ab animali ad non animal. Fallacibus.] Ventis instabilibus, quibus nihil incertius, nihil inconstantius. Austris.] uentis meridionalibus, quibus flantibus, secunda est nauigatio petentibus Italiam. Toties.] A' periculis antecedentibus. Talia dicta.] Nauigantes, ubi eò usque à terra prouecti sunt, ut iam caelum sit undiq; & undique pontus, stellarum iudicio cursum moderantur: Graeci Helicen, Phoenices, Cynosuram, ut testatur Aratus ἐν φαινομένοις·

καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην. Ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρή, καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.
ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μέν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων.
μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.
τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

B Quos uersus ad hunc modum Caesar Germanicus uertit libertius:

Hic Iouis altrices Helice Cynosuraq; fulgent,
Dat Graijs Helice cursus maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit: sed candida tota
Et liquido splendore Helice nitet. haud prius ulla
Cùm Sol Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat caelo, septem quae Cressa flammis
Certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor,
Quippe breuis totam fido se cardine uertit,
Sidoniamq; ratem nunquam spectata fefellit.

Quem locum Arati imitatus Naso lib. Trist. 4.

Magna minorq; ferae, inquit, quarũ regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraq; sicca, rates.

Homerus Odyss. lib. quinto:

αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
ἥμενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

C Id est, interprete Erasmo:

Ille quidem nauim arte regens, clauo assidet haerens,
Nec sinit illapso torpescere lumina somno,
Pleiadas, serolq; recondentem ora Booten
Suspectans, ursamq;, alio cognomine plaustrum,
Quae fixa usq; loca se circumflectit eodem,
Et nunquam Oceani liquidis aspergitur undis.

Hinc prouerbij loco celebratur, ἄστροις σημαίνεσθαι, ἢ τεκμαίρεσθαι, Stellis notare: de his qui longam difficilemq; uiam peragunt, ut necesse illis sit regionum situs stellarum obseruatione signare. ἄστροις σημαίνεσθαι τὴν ὁδὸν uidentur, inquit D. Erasmus, ij qui notulis quibusdam & coniecturis arte deprehensis, rem aliòqui peruestigatu difficilem inquirunt, aut assequuntur: aut qui signis quibusdam male ab antè colligunt, quid sit euenturum. Postea deflexum est, ut stellas praenotare dicantur, qui quidpiam uelut ante inaduertendum insigniunt. Cui diuersum est ὀβελίζειν: id est, ueru praenotata quasi iugulare ac damnare. Hactenus D. Erasmus. Cicero quaestionum Academ. quarto: Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem, qui nunquam assentiar, qui nihil opiner. Sed quaerimus de sapiente. Ego uerò ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens: & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram:

Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto, ut ait Aratus, eoq; directius gubernant, quod eam tenent, *Quae cursu interiore, breui conuertitur orbe:* sed ad Helicen, & clarissimos septentriones: id est, rationes has, latiore specie, nõ ad tenue elimatas. Eo fit, ut errem, & uager latius. Ecce Deus.] Ne Palinurus sua culpa peccasse dicat, transfertur culpa somnolentiae in Somnum, quem nunc Deum uocat. Eundem Ouidius & quietem rerum, & deorum placidissimum appellat. Lethaeo rore.] tristissimo liquore, mortem allaturo. Sunt enim Lethe & Styx apud inferos amnes poëtis decantati. Lethe ἀπὸ τῆς λήθης: id est, obliuione: Styx παρὰ τὸ στυγεῖσθαι [?] tristior, habet suum nomen. Inducit enim somnus omnium curarum obliuionem. Ramum.] Quantam uim magicam ueteres uirgulis ac ramis tribuerint, ostendimus in quarto. Vnde etiam uirgula diuina à doctis prouerbij uice celebratur. Tempora?] Quamuis Aristoteli pathos, siue affectio somni circa cor, perinde ut uigiliae, consistit: eodem tamen authore, fert ille oritur è capite, humoribus suffarcinato. Proiecit] non abiecit, sed porrò iecit, ut in illo, Proiectaq; saxa Pachyni: &, Proiecto dum pede laeuo Aptat se pugnae. Natantia] natantes oculos: per similitudinem. Ipse uolans tenues se sustulit, &c.] Somnus in auem transformatus, re perpetrata in auras abit.

ARGVMENTVM.

Nauis Palinuro gubernatore destituta, auxilio Neptuni tutum iter currit, Sirenumq; ad scopulos uehitur, quam ubi Aeneas absq; rectore fluitantem sentit, eam ipse regit non sine gemitu ac dolore necis amici.

NASC. DIFFICILES quondã.] cur olim difficiles, causam illis ab assignat. Multorumq; ossibus albos.] eorum scilicet, quot suo cantu in naufragia deducebat. alludit ad fabulam sociorum Vlyssis: quot

Currit iter tutum non secius aequore classis,
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam multorumq; ossibus albos,
Tunc rauca assiduo longè sale saxa sonabant.
Cùm pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in undis,
Multa gemens, casuq; animum concussus amici.
O' nimium caelo & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

*al. segnius *al. Promissis que *al. Tum *al. &

à Sirenibus deuoratis fertur. Sale saxa sonabant.] pulcherrima alliteratione, hoc est figmatismo saxorum sonitum imitando expressit. Et ipse ratem.] ut est praeter decorum magni ducis, ut in necessitate

state Aeneas nauim regat. quod etiam alibi facit.

Ipse sedens clauumque regit, uelisque ministrat.

Casuque animum concussus amici.] *uóc & à dolore. quod etiam sequenti exclamatione auget.*

O' nimium cœlo.] *exclamatio doloris affectu plenissima.* Nudus in ignota.] *locus commiserationis ex circumstantijs, quòd nudus, quòd in ignoto loco, quòd in arena insepultus, atque indefletus iaceat. ita quoque ferè de Priamo in 2. Aeneid.*

——iacet ingens littore truncus,
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

LAMB. Hore. CVRRIT.] *Clauo ad istum modum spoliato suo rectore, ut æquor quietum nullo periculo rectà pergebat fluitare nauis.* Promissisque.] *Neptuni, qui ita promiserat Aeneæ omnia tranquilla ac tuta, si omnium salus unius morte redimeretur.* Iamque.] *Caprearum insulam dicit, quæ est in ora Campaniæ, contra Neapolim, rupibus immensæ altitudinis, ac profundo mari septa, uno eoque perangusto accessa tramite: circuitu XL. M. pass. Tyberij principis tum arce, tum solitudine nobilis, qui in his, reipub. cura in totum abiecta, reliquum postea uitæ egit. Hanc insulam Sirenes coluisse feruntur. Sirenes, inquit Seruius, secundum fabulam tres in parte uirgines fuerunt, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ: harum una uoce, altera tibijs, tertia lyra canebat. Et primùm iuxta Pelorum, post ea in Capreis insula habitarunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum ueritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam deducebant ad egestatem, his ficta sunt inferre naufragia. Hactenus Seruius: Sunt qui Sirenes aues esse putent in India, quarum cantu prænauigantes in littus pertracti, discerperentur. Hanc insulam Vlysses prænauigaturus, sociorum auribus cera obturatis, se malo alligari iussit, ut cantus dulcedine audita, frustra ad dirigendam eò nauem luctaretur. Vnde quicquid dulcedine aliqua blanditur, habetque interim sub uoluptatis specie pestem exitiabilem, Sirenem appellare licet. Homeri scholiastes, enarrans uersum lib. Odyss. μ. σειρήνων μὲν πρῶτον, scribit, secundum quosdam, Sirenas Acheloi & Steropes esse filias: rursum alijs, Acheloi & Terpsichores, quæ captæ à Venere, uirginitatem oderint: atque cùm essent alatæ, auolarint in Tyrrhenicum clima, occuparintque insulam Anthemusam. Nomina earum fuisse, Aglaophemen, Thelxepeam, Pisinoën, & Ligeam. Rursus secundum Homerum duas esse Sirenes. Has Lycophron ἀρπυιογενεῖς uocat, quòd supra humana specie, infrà uolucrum essent. Quibus, à Musis deuictis, earum alas detractas admirabili cantus dulcedine ornarunt. Hinc factum, cur Musæ capitibus alatis depingantur, præter unam Terpsichoren, quòd earum sit mater. Atque ista circa Cretam contigisse tradunt, unde eius insulæ urbs Aptera nomen inuenit, quòd Sirenes ibi deuictæ, alas abiecerint. Steriles eas idem author uocat, quòd ut eius interpres existimat, qui eas audirent, steriles redderentur: etenim moriebantur. Addam hic tantùm ex Suida, nonnulla ab istis non meherclè διὰ δὶς πασῶν discrepantia. Is docet, Sirenem esse animal mellificans in cera, non dissimile api: à qua natum est prouerbium, Siren amicum nuncias, apis hospitem.* A *Cæterùm mulieres esse, quæ dulciter modulentur, quæ in insula habitantes, suo cantu prænauigantes uirum in modum demulcebant, ut eas ad se attraherent, detinerentque usque ad mortem, à thorace sursum muliebri specie, deorsum uerò facie passerum. Quamobrem, inquit, mythologici aiunt, aniculas esse facie muliebri, quæ prænauigantes meretricijs quibusdam lenocinijs deciperent, demulcerentque audientium aures. Finem huius uoluptatis nullum alium cãtio ista adducebat, quàm interitũ solum. At ueritas ipsius rei sic habet, inquit. Sunt loca quædam marina, montibus quibusdam in arctum contracta, & angustiata. In hæc fluctus illisi, cùm suauem sonum ederent, prænauigantes eum audientes, æstui se totos crediderunt. quamobrem unà cum nauibus illic periêre. Porrò, quæ apud Esaiam Sirenes & onocentauri dicuntur, dæmones quidam sunt, sic in urbis solitudine & uastitate figurati, quæ ita ira numinis comparantur immittunturque. At Syri cygnos esse adstruunt, qui loti cùm ex aqua subuolant & aëre, canorum carmen edunt. Itaque Iob dicit, Frater Sirenum factus sum, socius passerum: hoc est, sono meas ipsius calamitates & miserias, perinde ut Sirenes. Struthum hic uocat,* B *quem Struthocamelum dicimus, auem uidelicet pedibus & collo asinam. Et in epigrammate quodam, uox illa Sirenibus suauior. Et Sirenes, autem concinnæ & Musicæ potentiæ Sirenum cantio, paræmia celebris. Hæc Suidas. Horatius in epistola ad Lollium:*

Sirenum cantus & Circes pocula nosti.

Difficiles quondam.] *aliquando periculosos, quãdiu à Sirenibus habitarentur, prænauigantibus: nunc uerò illis extinctis, minimè.* Tunc rauca.] *Monstrat quasi digito ueram historiam, tradentium, Sirenas (ut modò dixi) scopulos fuisse in angustias contractos, quib. cùm fremitu blãdo illisi fluctus marini, cùm canorum quiddam resonarent, nautæ periculi securi, æstui se totos permittebant. Naufragio illic facto, corpora in nudos scopulos eiecta, postea ibi computruerunt. Quamobrem disertè addit, albos ossibus nautarum procul apparuisse. Diuersas à nobis de Sirenibus memoratas authorum sententias, simul & allegoriam, facetis uersibus etiam complectitur Ioannes Tzetzes.* Ipse.] *pater Aeneas, ne quid officij & curarum in optimo principe prætermittat.*

Ratem.] *nauim.* Nocturnis.] *per noctem in mari.* Multa.] *multum: nomen pro aduerbio.* Amici.] *Palinuri: quippe non minus de salute sociorum, quàm sua solicitus* C O' nimium cœlo & pelago confise sereno.] *Concludit affectibus, ab exclamatione, per auersionem: ignarus quo casu gubernaculo ille excussus fuerit, uerisimilem tamen de causa interitus sumit coniecturam, ab officio.* Harena.] *Pathos à loco & habitu: In harena iacebis nudus: hoc est, insepultus. Addit amplificationem: in ignota, id quod tristius est, ac magis dolendum, quàm si ab amicis aut cognatis in patrio solo, iustis funebribus præstatis, conderetur.*

FINIS COMMENTARIORVM
in Quintum Aeneidos Librum.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM IN LIBRVM SEXTVM AENEIDOS VIRGILIANAE.

ADILON.

Quaeruntur sexto naues & tartara Ditis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN sextum Aeneidos librum Argumentum.

Cumas deinde venit, fert hinc responsa Sibylla.
Misenum sepelit, mons seruat nomen humati.
Ramum etiam antè deûm placato numine portat.
Et vates longaeua vnà descendit auernum.
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elissam:
Deiphobumq́ videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum poenas discit narrante Sibylla.
Conuenit Anchisen penitusq́ in valle virenti,
Agnoscitq́ suam prolem, monstrante parente:
Hac vbi percepit, graditur, sociosq́ reuisit.

D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII, ET D. LAMBERTI HORTENSII, MONTFORTII,

EXPLANATIONES IN Sextum librum P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS.

NASCIMBAENI NASCIMBAENII in Sextum Aeneidos librum explanatio.

ARGVMENTVM.

SExtus hic liber reliquis Aeneidos libris sine controuersia anteferendus est: in quo splẽdor reuera omnigenae doctrinae, eruditionisq́, mirum in modũ elucet: & in iis, quae ad rhetoricã, dicendiq; facultatẽ pertinent, si in reliquis libris copiosus est, & grauis, in hoc certè est admirandus tamen nõ placet (etsi latissimus sese nobis offert expatiandi cãpus) tam longè, lateq; vagari, vt quaeq; minuta consectari velimus: quia etiã λακωνισμὸν de industria sectari nobis in animo est. eoq; magis, quoniam nihil ferè hoc in libro sese offerri potest, presertim quod rhetoricę poëticaeq; facultatis intersit, quod superiorib. libris à nobis planè (vt opinor) non fuerit indicatum, atq; etiam (absit arrogantia) diligenter explanatum. verùm quoniam ampla, diuersaq; rerum materia non semper angusto sermone cõcludi potest, danda à nobis opera est, vt in magna rerum copia explicãda, eo nos temperamento vsi fuisse videamur, vt huic nostrae explanationi neq; multũ deesse, neq; multum superesse iudicetur. hoc autem argumento liber iste contineri videtur. Cumas cùm primùm aduectus est Aeneas, Antrum Sibyllae petit, peractoq; sacrificio, Phoebi oraculum consulit: inde cùm instanoa pericula, tum futuri belli euentus discit. Miseni corpus in litore repertum exurit, cineresq; sub proximo monte, qui de eius nomine *Misenus* dictus est, sepelit: deinde columbarum ductu ramum nactus aureum duce Sibylla per Auerni fauces ad inferos tendit. Palinurum circa Stygiam paludem oberrantem offendens exequiarũ spe cõsolatur. Stygem traiectus per circulos puerorum, perq; diuersas diuersa ratione damnatorũ hominum sedes iter faciens ad Ditis ipsius moenia contendit, relicto ad laeuam Tartaro: vbi sceleratorum animę poenas luunt, aureumq́ ramum in ipso reginae limine defigit. posthaec ad campos Elysios, fortunatorumq; sedes iter instituens, à Musaeo vate ad Anchisem patrem perducitur, à quo genus suum edocetur: obites Albanorum, Roma-

Romanorumq; regum catalogus, nec non Romanorum aliquot nobilium nomina recensentur. Postremò per eburneã portam ad superos egressus socios reuisit, relictisq; Cumis, Caietam nauigat. Qua in re Homerum imitari uidetur Poeta in decimo Odysseæ: vbi Vlysses quoq; se mandato Circes ad inferos descendisse, ibiq; Tiresiæ vaticinium de sua, aliorumq; salute audisse, Heroas, Heroidasq;, nec non matrem suam vidisse memorat. Doctrina libri Platonica est: nam ex aliquot Platonis Dialogis, ex Phædone inprimis, & Axiocho, adde etiam ex Apologia, alijsq; locis, vti suo loco patebit, multa desumpta sunt. A

Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas:
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris:
Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci
Ancora fundabat naueis, & littora curuæ
Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ,
Abstrusa in uenis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit: syluas, inuentaq; flumina monstrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ,
Antrũ immane petit, magnã cui mentẽ animumq;
Delius inspirat uates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atq; aurea tecta.

NASC. Sic fatur lacrymãs.] *hos duos priores uersus ex fine quinti in hunc librum à Tucca, & Vario translatas fuisse, & codices manuscripti, & ueterum interpretũ auctoritas fidem facit: nam æquũ fuerat, ut fine nauigationis Aeneæ, finis etiam libri clauderetur, præsertim cùm iam initium nauigationis factũ esset. uerùm quia principium huiusmodi,* Obuertant pelago proras, *Virgiliana maiestati parũ conuenire uidebantur, placuit uiris illis doctissimis, ut tale libri esset initium.*

Sic fatur lacrymãs.] *à simplici exorditur explicatione Poëta: nã quid simplicius, aut etiã quid mũdius dici potest, sic fatur lacrymãs? uerumtamen ut aliquid nuda simplicitati dignitatis adderet, à propria ad translatã dicendi formam se transtulit, cùm ait:* Classiq; immittit habenas.] *instruit classem ad nauigandum. translatio ab equis sumpta: quæ superiorem sermonis humilitatem temperat: nam poëtarũ oratio, uti Aristoteles in poët. auctor est, neq; humilis, neq; obscura, aut nimiũ elata esse debet: cuius rei non ignarus Poëta noster passim proprias rerum uoces metaphoris miscet, ut neq; perspicuitas absit, neq; dignitas, sublimitasq; orationis desideretur.* Et tandem.] *nauigationis longitudinem, atq; tedium designat.*

Cumarum allabitur oris.] *quæ in Lucania sunt, Italiæ parte, non longè à Bais Neapolitani regni.* Obuertunt pelago proras.] *mirus est Poëta in explicãdis, ut alibi diximus, naturæ, artisq; rebus, nec non ipsarum artium moribus, id quod cùm alibi, tum etiam hoc in loco planè perspici potest. nam quæ de more facere nautæ solẽt, cùm ad portum peruenerint, ea uerbis diligenter exponit, proras nauium pelago uertunt, anchoras iaciunt, exeunt nautæ de nauibus: ignem accendunt, cibos parant, ad aliaq; necessaria officia sese accingũt.* Iuuenũ manus emicat.] *ad laudẽ Troianorum: quorum uirtus in ipsis propè iam splendescere uidebatur.* Littus in Hesperiũ.] *nõ ociosè, nec ab re. sed ἐμφατικῶς ad augendam Troianorum uirtutem, splendoremq; hoc dictũ esse uidetur. quasi innuere uelit, salet in litore Italico sese Troianos pratulisse, ut nõ solùm Italis uiris bellicosissimis splendore uirtutis æquari, uerumetiam anteferri posse uiderentur.* Quærit pars semina flammæ.] *distributia est: nam diuersorum diuersa officia describit: sociorum scilicet atq; regis. hoc sanè de more nautæ facere solent, ut cùm primum è naui exierint, ignem accendant. hinc illud ex primo Aeneid.*

At primùm silicis scintillam excudit Achates. B

Sed locus iste plus habet in recessu, quàm fronte promittat, etsi interpretes ne uerbũ quidẽ. nam cum Aristotele sentire uidetur aduersus Platonis ideas. Plato enim cùm ideas posuisse tanquam necessarias in diuina mente, ut ab una idea cuiuslibet rei res omnes defluerent, & cognoscerentur, exẽpli causa, ab idea hominis, omnes homines, & ab idea equi, omnes equi, Aristoteles, & qui eum secuti sunt, Ideas tanquam monstra naturæ minimè necessarias, reijciendas putarunt: asserentes nihil ab agente aliqua fieri nisi compositum ex materia, & forma: cuius quidem forma uis, & potestas in materia lateat, & ab agente in actum educitur sui simile. nã semper à simili simile generatur, & fit: & ab uno unus, ueluti ab una homine homo, & ab uno equo equus, non quidem ab uniuersali substantia illa idea hominis, aut equi, ut Plato docebat, omnes homines, uel omnes equi proueniunt: sed illud potius concretum, atq; integrum ab agente educitur, quod ex materia, & forma constitutum est. id quod hoc in loco Poëta eminentiss. (si eius uerba æquè expendantur) sensisse uidetur, cùm ait:

—— quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis.

Quibus uerbis quid aliud innuit, nisi formam ignis in silice ui, & potestate lateret deinde in actum educi, nõ ab extrinseca idea procreari? Sed fortasse nimium altè: nam hæc philologis, non philosophis scribimus. Semina flammæ.] *Homeri est, σπέρμα πυρός.* Pars densa ferarũ Tecta rapit: syluas.] *συνεκδοχικῶς à toto pars, nõ syluas rapit, sed ligna ex sylua. tale illud est ex prima Aen.* C

Ipsius ante oculos ingens à uertice Pontus 14
In puppim ferit. 15

Non enim totum fuit pelagus, quod nauim excusserit, sed pars pelagi. quod uerò ait, densa ferarum Tecta, syluas, *ἐπεξήγησίς est. nam in syluis frequentia sunt ferarum lustra, & auium nidi.* Inuentaq; flumina monstrat.] *cui monstrat? Aeneæ, inquit interpres, ad se expiandum; qui morte Palinuri funestatus fuerat. arguta sanè interpretatio. ego uerò monstrat alter alteri scilicet non absque lætitiæ signo, cùm locum nacti fuerint ualde opportunum, regionemq; beneficio naturæ sibi apprimè commodam, rebusq; necessarijs abundantem. idq; ex more militari dictum arbitror: nam militibus præcipua cura est, & esse debet: ut aquãdi liberiùs facultatẽ habeant. Liuius, Vegetius.*

At pius Aeneas arces.] *τὸ πρέπον alijs dantur uilia officia, Aeneas antrum Sibyllæ petit: iussaq; patris exequitur.* Quibus altus Apollo.] *uel magnus, ut alibi.*

Sic

A Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo.

Ita etiam Iupiter altus Ouidio appellatur, uel quia in arce Cumarum illi templum erat: qui locus altus, excelsusq; esse solet. Horrendæ Sibyllæ.] uel uenerandæ, ut interpretes sentiunt, uel reuera furore Apollineo correptæ qui eam horrendam facit. ideo sequitur; Magnam cui mentem, animumq; Delius inspirat uates] præcipuam illam diuinandi speciem intelligit: cùm dormientibus, aut furore correptis diuinum numẽ infunditur. quod hic mentem, & animum appellat, Horat. 1. carm.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius.

Sed in tertio commentario de uarijs diuinandi generibus à nobis dictum est super eo loco: Troiugena interpres diuum, qui numina sentis. Iam subeũt Triuiæ lucos.] apparet illic Dianam unà cum Apolline cultam fuisse: unde & paulò pòst ait: —atq; unà Phœbi, Triuiæq; sacerdos Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi.

LAMB. Hort. SÆPE autem præfati sumus, primis quinq; libris nihil aliud agi ferè, quàm ut sapiẽtis uiri simulachrum in Aenea effingatur. qui tandem lubricis rebus humanis abdicatis, animum aliquãdo uirtutibus heroicis ornet, & ad immor-B talem gloriam & fœlicitatem præparet. Hoc ipsum admonitum significare tot iactationes terra mariq;, tot tempestates, tot labores, curas, solicitudines, pericula, damna quibus exercitus, semper scopum suum obtuens, pectus bene præparatum rebus cœlestis patriæ seruat. Labitur interim sapiens (id quod humanum est) & in luxum luxuriamq; dissoluitur ac diffluit. Id sibi uult Didonis splendidum conuiuium, & amores, in quibus uitiorum sordibus animus immersus, salutis suæ obliuiscitur. Aestuat affectibus, quos Græci πάθη uocant, & planè caro spiritui dominatur. At uerò diuino spiritus illustratus, uitiorum deformitate ob oculos posita, è uoluptatum illecebris se euoluit, tollit bonus & curis sordidis se eximit. Nullis Sirenum cantibus, nullis Circes poculis quamuis blandis, nullo loto distineri potest, quò minus ad sedem à Deo sibi destinatam uelis remis ac uentis properet. Sextus porrò liber, extra omnem aleam eruditionis positus est. est enim tãquàm thesaurus doctrinæ Vergilianæ, & recõditæ cuiusdam philosophiæ admirabilis. Continet enim mortalis naturæ rationem, quæ patrio solo exulans, mœrore contabescit, dum humeris ciuium suorum, ut ita dicam, eôdem reportetur. Etenim sub Aeneæ, qui in tota fabula primas partes agit, persona, ani-C mam contemplatur: quæ in corpus & in hanc mundi partem, quam Platonici, si cum cœlestibus animis cõferamur, Ditis cauernas appellant, descendit: duce Sibylla, ceu spiritu diuino, ad uerã Dei cognitionẽ peruenit, quem per Anchisen intelligunt: quo illustratus Aeneas, nullis innotescit, & immortale nomẽ sibi parit. Eôdem pari ratione pertinet commentum mortis paternæ in Sicilia, & anniuersaria parẽtatio. Hæc porrò quid aliud est, quàm error animi & stupentis & hallucinantis in ignorantiæ tenebris: & quidem sine fide? At hic θεοδίδακτος, æternæ uitæ haurit cognitionem, præmium bonis & rectis uiris propositum: contrà, quæ supplicia, sceleratos apud inferos manent: his terretur à uitijs, illis uerò ad uirtutes certa spe & recta fide accenditur, ut carnem, mundum, & malorum spirituum impetus facilè contemnat: & palmæ exemplo, aduersus quæuis pericula uiolentiis forti animo se erigat. Hæc sunt bella, quæ cum hoste Turno, & tot Italicis gentibus gerit: cui cùm in rebus conclamatis nulla salutis spes ostentata esset, animũ tamen habuit infractum, ut ad postremum uictor euaserit. Atq; hanc uictoriam esse interpretantur, qua ex hostibus suis pij homines, uitæ periculis defuncti, triumphant. Quare Aeneam deuicto Turno, in Deum indigetem trãsformatum, creditum fuit. Imitatus hoc libro est Homerum, apud quẽ Odyss. 11. Vlysses Tiresia uatis ductu ad inferos proficiscit: sed haud scio, an in nostro sublimiora sint omnia: plus certè reconditæ philosophiæ in hoc, quàm in illo, abstrusum latet. Hic ex patris mandato, & Heleni uatis: ille Circes monitu, inferos adit. Hic ut patrem, ille ut consulturus ad Troiam casos conueniat. Sic fatur.] Aeneas à Sicilia in Italiam delatus, amisso Palinuro Cumas tenuit. Hic monitorum Heleni memor, nihil prius duxit, quàm ut Sibyllam de suis rebus cõsuleret. Huius ductu, aureum ramum consequutus, iter facit ad inferos. Priusquàm tamen itineri se accingit, Miseno rite condito, Diti ad fauces lacus Auerni sacrum facit. Charontem portitorem umbras traijcientem offendit, à quo ipse quoq; in ulteriorem ripã transportatur. Nihil ibi moratus sopita offula obiecta Cerbero, circumducitur ad diuersa distinctaq; damnatorum loca: in quibus pro scelerum & ratione & magnitudine suppliciorum uaria genera admiratur. Cæsu hic inter eas qui sibi o[illegible]tam abruperant, uidit Didonẽ: uidit loco inde diuerso Deiphobum Priamiden. ac modico inde interuallo horrendos gemitus damnatorum audit. Duplici uia sub hac ceu biuio accepta, ductu Musæi in campum Elysium descendit: ubi patri in colloquium conuentus, ab eo regum & imperatorum Romanorum fata & posteritatẽ suã cognoscit. Postquam autem Anchises filium multis uerbis ad uirtutem, resq; magnas gerẽdas fuit exhortatus, porta tandem eburnea emissus, Cumas ad classem reuertitur: unde exemplò soluens, Caietam defertur. Sic fatur.] Principium à fine superioris libri pendet. Nam ubi Aeneas sensit nauem oberratam gubernatore, ratus id quod res erat, clauo eum excussum, casum amici miserans exclamarat:

O nimium cœlo & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Proinde dum lachrymis sortem Palinuri submersi ad istũ modum prosequitur, tandem Cumas peruenit. Lachrymans.] Pathos à gestu, ut non uerbis tantùm illius miseretus uideatur, sed re ipsa affectus suos bonus princeps exaggerat. Habenas.] Metaphora ab equis ad naues. nam habena propriè retinaculum est, quo equi constringuntur, & quodam modo habentur. Proinde funes nauticos dicit, anchoris innexos: quibus litoribus ac ripis adhærent naues, ne in altum aquarum ui abripiantur. Tandem.] Significanter Tandem: hoc est, post septem annorum iactationẽ, tandem aliquando tenuit, quæ semper retrò fugere nauigantibus uisa fuerat. Euboicis.] Eubœa insularum Græciæ maxima est, longitudine sua in Cycladas & Sporadas usq; procurrens. Est & 15. stad. spacio mons à Mycenis. Cæterùm [illegible Greek] Postea Abantis dicta fuit, & à Poëta Asopis. Ipsi autem Abantes, uel ab Abante Neptuni filio uel à Thracibus, qui ex Abis eam insulam occuparunt. Sunt qui huic insulæ nomen datum arbitrentur ab heroicæ indolis matrona quadam: uel (ut Strabo) ab antro litorali, Aula bouis dicto, ubi Io Epaphum enixa creditur. Eubœa certè à Bœotia quondam auulsa fuit, Euripo modico æstu interluente, ut ponte tum iungeretur. Bœotiæ

obuersa longo tractu, & Atticæ & Locridi, Maliensemq́ oram exequat. Quo spacio fretum facit. Ab Attica in Thessaliam Euripo discreta, nusquam amplius LX. mil. pass. expandens litora, minus XX. contrahens, ambitu CCCLXV. mil. passuum. Chalcis à Bœotia terræmotu abscissa fuit, ut Cypris à Syria, Sicilia ab Italia, Belbicus à Bythinia, Leucosia à Sirenum promontorio. Aiunt has maris angustias (quod & Plin. testatur) septies uno die, statis horis, huc atq; illuc fluxu ac refluxu commeare. Postea à Rom. animaduersum est. quòd montium propinquitate, ac subitis uentorum flatibus, procellisq; alterius pelagi concitati fluctus, in fretum depellerentur. Eubœam hodie (Turcicæ ditionis est) Nigropontum uocant. ad meridiem promontorium Geræstum habet, & Caphareum, naufragio Græcorum nobilitatum. ad septentrionem Cenæum extrudit: & nusquam lata. Duûm millium spacium habet, ubi arctissima est. Cæterùm longa est, totiq; Bœotiæ opposita, angusto interluente freto. Habet illustria oppida multa, inter quæ Eretria est, Caristos & Chalcis. Sed Chalcis multo antè insulæ nomen dederat, ut Chalcodotis diceretur: authoribus Ephoro & Aristide. Chalcis, ab ære ibi primùm reperto. hinc χαλκίζειν, καὶ χαλκιδίζειν, uariè & impedirè. Hinc χαλκιδικὴν δίαιταν, Chalcidica perfectio· τοῖς ἐγρηγορόσιν ἀθλίοις τὸ νόημα, ἐν πολλῷ ἀδαμάντων γνωμῶν διωχθεῖσαν τοὺς νομίμους, καὶ σώζειν φυγὰν ἀρχαϊκά. Et ab ἀργυραίου [illegible] Minerua χαλκιοίκος, χαλκίοικος μέγαν χαλκῷ [illegible]. Minerua apud Spartanos, uel à ferrea æde, uel quòd Chalcidenses ex Eubœa profugi eam condidissent. Etenim temporibus Latini Sylui, qui quartus Albæ regnauit ab Ascanio, Cumæ in litorali ora Italiæ à Cumæis & Chalcidensibus ex Eubœa profectis, conditæ fuerunt. Aiunt Hippoclem & Megasthenem eorum duces ita inter se pactos fuisse, ut gens altera, quæ urbi nomen daret, alterius colonia diceretur. Urbs nomen à Cumæis sortita, Chalcidensium credita fuit colonia. Atq; ob id Cumas modò Chalcidicas arces appellabit, modò rupem Euboicam. Halicarnasseus prodidit, Eretrienses, Cumarum conditores esse. sed qui posterioribus temporibus suis sedibus à Gallis & Cumæis fuerint pulsi. Circa Cumas uestigia quædam fabulosæ necyomantiæ, de qua extat in Odyss. Homerica, monstrantur. Cuiusmodi sunt, Styx, Acherusia palus, Acheron lauacraq; aquarum calida, quæ huc deferuntur pro Pyriphlegethonte. Est & occultum & effossum aquarum emissarium: Herodotus Δίοργχα uocat. Habet hoc exitus, transitus, & necyomantium. Huc qui ingrediuntur, noctu & ingrediuntur & egrediuntur ut hinc colligere sit, ibi esse Cimmerios, quorum meminit Homerus. Hoc ipsum uisitur circa uicinam Neapolim. Ea de causa confictum à poëtis est, hac maxime per lacum Auernum descensum patere ad inferos. id A quod dilucidè Poëta paulò post innuit, cùm ait:

—— quando hic inferni ianua Ditis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso.

Allabitur.] aduauigat. Tranquillitatem cœli, & mare pacatū indicat. Euboicis.] Italis. Ex Eubœa enim Cumani & Chalcidenses huc profecti fuerant. Homerus in Catalogo, Eubœenses occipitio capillato ad Troiam uenisse scribit: quo bellicosam eam fuisse gentem ostendit.

Dente tenaci.] ancora: periphrasticῶs. Curuæ.] Hypallage, curua litora. Emicat.] prosilit, in litus Italicum. Hesperium.] De Hespero, & cur Italia Hesperia fuerit nuncupata, aliàs copiosè à nobis est disputatum. Pars.] πολλοὶ. Semina.] Periphrasis, pro scintillas. Venis.] Metaphora, ab animali ad non animal. Densa.] arbusta, folia, ramos: periphrasis.

Flumina.] aquas. Temporum scriptores itaq; sic produnt, Aeneam post tertium excidij annum in Italiam cum omni fortuna, patre Anchisa, nutrice Caieta, filio, uiginti & duarum nauium classe, in qua inerant ter mille & quadringenti uiri, delatum, cùm Labdon in Latio regno primùm inauguratus esset. At pius Aeneas arces.] Transitio: id quod duci Troiano primùm curæ erat B post appulsum statim in Italiam, ut Sibyllam conueniret, quam de fatis suis rerum ludicarum consuleret. Sic enim Helenus uates iusserat:

Huc ubi delatus, inquit, Cumæam accesseris urbem,
Diuinosq; lacus, & Auerna sonantia syluis,
Insanam uatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, foliisq; notas & nomina mandat.

Huius præcepti memor, nihil prius duxit, quàm præmittere Achatem, Sibyllam accitum. Ipse interea circa templum Apollinis & Triuiæ Dianæ moratur in luco, atq; eos ibi operitur. Arces.] templum Apollinis. Altus.] Hypallage: altis. Horrendæ.] ueneratione plenæ. Antrum.] Appositio. Immane.] Lanuuini mane pro bono usurpabant: propterea quòd ab inferioribus locis, hoc est, à manibus, lucis exordium emergat, aut certè ab omine bono. Huic apud Latinos ex diametro contrarium est, immane: ut immanis belua, immane facinus. annotauit Macrobius. Sed immane multo aliter hoc loco usurpari uidetur: pro horrendo uidelicet, & ingenti: quo significatu mox usus est, Posuitq; immania templa. Secreta.] proinde, antrum immane: appositio. Describit obiter Sibyllam, à spiritu fatidico, & mente futurorum præscia. C

Delius.] Apollo: periphrasis. Triuiæ.] Diana. De Triuia annotauimus in quarto. Aurea tecta.] Per amplificationem, templum magnificè à Dædalo ijs locis conditum. Tecta.] numerus pro numero, pars pro toto.

ARGVMENTVM.

Templum Chalcidici Apollinis: quo Aeneas responsa petiturus adierat, à Dædalo constructum fuisse Poëta describit. in cuius foribus fœdum etiam Pasiphaës amorem, illius filij Androgei necem, & pœnas, quas Athenienses pro nece Androgei quotannis penderent, ab eo efficta: quin etiam sæpe ab ipso Dædalo tentatum quidem fuisse, ut Icari filij sui lapsum fingeret, sed præ nimio dolore manus in ipso opere eum defecisse memorat.

NASC. Vt fama est.] fabulā descripturus nec ueram, nec uerisimilem, perhibesem illam ut fama est, interpo-

Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.
Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primum terris, tibi Phœbe sacrauit

suit: ne præter legem poëtarū fecisse uideatur, qui, ut inquit Arist. in poët. uerisimilia sequi debent: quanquā hoc, ut

Remigium alarum: posuitq; immania templa.
In foribus lethum Androgeo, tũ pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum, stat ductis sortibus urna.
Contra elata mari respondet Gnosia tellus.
Hic crudelis amor Tauri, suppostaq; furto
Pasiphaë, mixtumq; genus prolesq; biformis.
Minotaurus inest, Veneris *monumenta nefandæ:
Hic labor ille domus & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti ambagesq; resoluit,
Cæca regens filo uestigia. Tu quoq; magnam
Partem opere in tanto (sineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro,
Bis patriæ cecidêre manus: quin protinus *omnia
*Perlegerent oculis: ni iam præmissus Achates
†Adforet, atq; unà Phœbi Triuiæq; sacerdos
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi:

* al. monimenta

* al. omnẽ

* al. Pellegerent

† al. Afforet.

A hoc, ut alibi admonuimus, de fabula, quæ est anima poëmatis, totiusq; negotij summã continet, intelligendum est. alioquin poëta omnes, ac in primis Homer. cui tantopere Aristoteles tribuit, errassent. nam omnes fabulose fictiantur, nec uerosimilia. & ab omni ueritatis fide aliena. Fugiens Minoia regna.] soluta, corruptis custodibus Labyrinthi, fabulam describunt interpretes. sed egregiè Ouid. lib. oct. Metamorph. & in 2. de arte amandi.

Præpetibus pennis.] felici auspicio: quia per eas liberatus est, & quò uolebat, peruenit. Ausus.] quasi B arduum, ac difficile negocium, uel potius quod fieri ab hominibus non potest. nisi mauis occultè humanam à Poëta temeritatem redargui, ut Hor. primo carm. facit:

» Audax omnia perpeti
» Gens humana ruit per uetitum nefas.

Et paulò post inter cætera hoc exemplum affert:

» Expertus uacuum Dædalus aëra.
» Pennis non homini datis.

Insuetum per iter.] quia terra, non aër homini data est incolendum. Chalcidica.] unde Cumani originẽ trahunt. Liuius oct. ab urb. cond. Tibi Phœbe sacrauit.] quod uoto tibi pollicitus fuerat Remigium alarum.] tralatio à remis nauium: nam eodem officio funguntur alæ naturales in auibus, diuersa tamen ratione, quo artificiosi remi in nauibus. Immania templa.] nulla ferè hic tẽpli descriptio est, attamen quale, quantumq; fuerit templum uno uerbo indicari uoluit, tum dixit immania templa. In foribus lethum Androgeo.] fores templi graphicè describit, & quidquid Dædalus mira quadam arte suis manibus in illis effinxerat (suis enim statuarius Dædalus, ut Plato docet in Ione) atq; in primis necem Androgei Minois Cretæ regis filij: quem Athenienses inui-C dia ducti, quia optimus athleta fuerat, interfecerunt: quibus Minos bellum intulit, & superauit, ad eas interpretes. quamobrem sequitur: Tum pendere pœnas Cecropidæ.] Athenienses à rege suo iussi, ut singulis annis de filijs suis septem in Cretam à Minotauro in Labyrintho incluso deuorandos mitterent. hæ fuerunt pœnæ, quas Minos uictor Atheniensibus iusserat. Miserum.] figuratè pro miserè, ut infandum pro infande. Virg. in primo Aen.

» Nauibus (infandum) amissis unius ob iram
» Prodimur.

Dolentis interiectio est.

Stat ductis sortib. urna.] ridiculè interpres, stat, horret: sed stat, efficta est in foribus urna, ex qua sortes eorum educebantur, qui mittendi erant in Cretam, ut à Minotauro deuorarentur. nam propriè stare dicuntur, quæ alicubi posita sunt, nec mouentur, unde domus, urbes, montes, scopuli, & huiusmodi alia, item rerum figuræ in pariete, uel tabellis aut picta, aut ficta stare dicuntur.

Contra elata mari respondet Gnosis tellus.] situs rationem habuit: nam uti Creta Athenis opposita est, ita in sculptura effecit ut è regione sese respicerẽt. Quod uerò Poëta ait elata mari, insularum cõmuni epitheto usus est. assurgunt enim, & mari lõgè sunt altiores.

Hic crudelis amor tauri.] ideo crudelis, quia ex illo tauri concubitu Pasiphaë Minotaurum peperit: qui humana carne uescebatur. Suppostaq; furto] non pro adulterio simpliciter accipiendum est, uti interpretes. sed alludit ad concubitum occultè factum. nam Pasiphaë inclusa in uacca ex ligno arte Dædali fabricata cum tauro rem habuit. consueuerũt enim ueteres, quicquid occultè factum esset, furtum appellare hinc illud Virg. in 4. Georg.

Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. «

Et Tibullus:

——celari uult sua furta Venus. «

Hæc enim ab hominibus, nisi sint Cynici, clàm fieri solent. Veneris monimenta nefandæ.] quasi diceret opus nefandum Veneris. sed monumenta nescio quid etiam maius habet. Hic labor ille domus.] inerat etiam Labyrinthus: quem ὑπογραφικῶς designat. Reginæ.] Ariadnes Minois regis filiæ. Tu quoq; magnam.] æquum erat, ut, cùm omnem incommodorum suorum caussam Dædalus in foribus effinxisset, casum filij sui non relinqueret: sed dolore uictus id facere non potuit, quod hic eleganti excusat apostrophe. Opere in tanto.] ad laudem sculpturæ. Sineret dolor.] si sineret dolor caussam transfert in dolorem: cuius magnitudinem sequẽtibus uerbis insinuat. Bis conatus erat casus effingere.] lapsum Icari è cœlo, unde liquefactis alis in mare cecidit.

Bis patriæ cecidêre manus.] uenusta, & perelegans repetitio, quæ uim & habet à dolore: hinc enim liquido perspici potest quantus fuerit paternus dolor, cùm in opere ipso bis eum manus defecerunt: talis ferè repetitio illa est ex secundo Aeneid.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum: «
Ter frustra comprehensa manus effugit imago. «

Quin protinus omnem Perlegerent oculis.] interpretes contendunt, utrum omnem, an omnia legendum sit. ego uerò libentius cum Macrobio, & Prisciano uiris doctiss. omnia legerim. sed illud magis obseruatione dignum, quod hic ad lectionem etiam pictura refertur, sicuti & γράφειν Græci ad scriptorem, pictorem, & sculptorem referunt. unde Aegyptiorum ratio fuit pingere, aut sculpere, quod significare, uel monumentis mandare uolebant. quod genus plerãq; Romæ uisuntur, & Orus Aegyptius duobus libris declarauit. Ni iam præmissus Achates.] κατὰ τὸ σιωπώμενον. nusquã enim legitur Achatem ad Sibyllam præmissum fuisse. uenit igitur ad Aeneam

uatem Sibylla: cuius proprium nomen, genus, & officium Poëta describit. nam Deiphoben, Glauci filiam, Phœbi, & Dianæ sacerdotem appellat.

LAMB. Hort.

DÆDALVS.] Digressio in historiam fabulosam Dædali, qui è Creta in hanc extremam Campaniæ oram delatus, Dianæ & Apollini, structo insigni magnificentia templo monumentum fugæ suæ ibi dedicauit. Hac digressione dilatat narrationem, præcipuè à monumenta rerum Creticarum, parietibus in ipso statim ingressu inscripta. Antequàm ueram historiam explicemus, ut uim est caanae notare, quæ nimis quàm fabulosè à diuersis tum Græcis, tum Latinis authoribus, literis prodita leguntur: ut ea quæ à Marone referuntur, primùm illustrentur. Primum autem Dædalus ob uarium & multiplex ingenium ἀπὸ τ δαιδάλλειν ita dictus fuit: orno, uario. Δαίδαλος, ingeniosus: Δαίδαλα κατασκευάσματα, uestina. δαίδαλα, Aristophanes statuam uocat, à Dædalo sculptam, ὡς ἐφ' τὸ ἀνδριάντων ἀρχαῖον δαίδαλον, poëma excultum & elegans, ἡ ποικίλον ἔπος.

Dædalus.] Dædalum quidam scribunt Eupalami, alij Euphemi filium fuisse, atque à Minerua fabricam lignariam & architecturam edoctum. Hic cùm Perdicem sororis suæ filium ὁμότεχνον per inuidiam de summo fastigio tecti præcipitasset, pœnarum metu solum uertit, & in Cretam fugit. Primus deorum simulachra fecisse creditur. Nonnulli produnt, non eum Perdicem, sed Talen, puerum admodum, discipulum suum, interfecisse: quod, (quæ erat ingenij excellentia) figuli rotam, & serram, ad formam spinæ piscis cuiusdam inuenti, reperisset. Cæterùm ob artis excellentiam breui in regis Minois amicitiam facilè est ascitus. At statim ei Labyrinthum struxit. inde Pasiphaë reginæ familiarior factus, ei monstrauit rationem, quo pacto ligno inclusa cum tauro consuesceret. Quo comperto Minos iratus, Dædalum ad supplicium quæri iussit. Ille filio Icaro ac sibi fabricatis alis, in Siciliam fugit. Icarus pennis destitutus, in pelagus concidit, atque loco nomen dedit. Porrò Minos Dædali fuga accepta, cum bello persequutus est, dum à Cocalo per colloquij speciem retentus thermarum uapore conficeretur. Corpus Cretensibus redditum fuit, subitæ mortis prætextu, quòd dum fortè lauaretur, imprudenter in feruidam aquam lapsus, repentè exanimatus esset. Ab hoc, omnia lucubenta & magnifica opera παροιμιακῶς δαιδάλου ἔργα: id est, Dædala opera uocaantur. Et dædala tecta, apud Poëtam. Erat autem Pasiphaë Solis filia, quam Venus (quia uniuersam Solis progeniem immortali odio persequebatur) in fœdum tauri amorem excitabat per id tempus, quo Minos bellum Atheniensibus propter Androgei filij cædem inferret. Ex tauro filium breui sustulit, quem Minotaurum appellauit. Rhapsodus uariæ historiæ & causam huius nefarij concubitus altiùs repetit, & paulò aliter refert. Cùm Minos patri Ioui Asterio successurus esset in regnum, nec à Cretensibus reciperetur, respondit, à diuis immortalibus sibi traditum regnum, & augurio è mari confirmatum. Itaque se immolaturum Neptuno uouit, id quod primum apparuisset. Oblatus bonum fuit taurus è mari, forma ac specie insigni. Inauguratus tum quidem regno est, sed tauro illo bubulcis tradito, alium Neptuno mactauit. Itaque hunc Pasiphaë, propter eximiam formam perditè amare cœpit, ac Dædali artibus cum eo coiuit: suscepitque monstrum, quod Minotaurum appellauit, ἡ βοάνθρωπον θηρίον. Dædalus interim in Creta ex serua Naucrate suscepit Icarum. Minos adulterio uxoris comperto, ambos A flagitij conscios & ad nefas adiutores arripi iussit, & in carcerem coniici. Inde arte elapsi, assutis alis auolarunt. At Icarus alis destitutus in mare decidit, ac submersus pelago nomen fecit. Dædalus in Siciliam delatus, in camino Siciliæ seruatus fuit. Sequutus eum est Minos, qui Siciliam ingressus, à filiabus Cocali æstu calido circumfusus ac mox frigefactus, interfectus fuit. Idem author, historiam allegoricè ita exponit, ut Minos cùm à Cretensibus repudiaretur, dixisseque sua causa signum è mari procul emersurum, quo imperium sibi stabiliretur, Taurum imperatorem cum classe apparuisse. Itaque regno extemplò quasi auibus approbantibus inauguratus fuit. Pasiphae haud ita longè post Tauri forma capta, Dædali opera hoc consequuta est, ut in domo priuata egregiè munita, clam marito, consuetudinem stupri cum illo haberet. Domum hac de causa, bouem ligneam Dædali appellarunt. Filium è Tauro procreatum, quòd duorum patrum esset, Minois ac Tauri, Minotaurum dixerunt. Porrò alæ Dædalea atque Icaria, naues fuerunt, quibus in Siciliam deferebantur. Quoniam autem Icarus naufragium fecit, alis eum destitutum ac submersum confinxerunt. Dædali statuas tanto artificio factas ferunt, ut se B ipsæ mouerint αὐτόματοι. Ante hunc eum architecti tempora, statuæ fieri consueuerunt sine oculis, aut manibus, aut pedibus. Primus autem omnium Dædalus, manus adaptauit, & pedes: affinxit & oculos, palpebras & alias corporis partes. Sunt rursum, qui Minotaurum Asterium dictum contendant, atque nomen à taurino capite, quale habuit, sortitum, filium Pasiphaës ac Minois & Tauri, quem Dædalus fabricarat: aut (quod uerius) Tauri imperatoris. Huic quia ualde similis erat, fabulati sunt, taurino capite fuisse monstrum.

Minoia regna.] Cretensia. Minos, quem Homerus Iouis discipulum, & post eum Plato, uocat, Cnosi in Creta imperauit lib. Odyss. T.

τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς, μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Primum hunc classe pugnasse scribunt. Ferunt Minoëm Iouis filium ad nonennium in Creta habitantem, uenisse ad patrem suum, ut ab eo institueretur, & tanquam à sophista officia, & quæ honesta essent ac recta perdisceret. Neque uerò illa solùm, uerumetiam temporis demonstrationes promit nouem annis illis imbibit sub Ioue: quare omnium eorum rex factus fuit. Quia prudentia consilio & iudicio reliquis præstabat, iudicem eum apud inferos C animarum constituerunt. Historia extat apud Platonem. Atque hunc superiorem Minoëm fuisse, multorum opinio est. Est & urbs Minoa, authore Strab. in nono, in Amorgo insula, una Cycladum: alia in Sicilia, Heraclia antea dicta: & Megarensium emporium, quod etiam Nisea appellatur. Cæterùm Minos totius maris imperium obtinuit, ac longè lateque cum classe toto mari euagatus fuit. Hic ille est, qui gloria ac fama Trois Troianorum regis & eius liberorum excitus, cùm in Asiam uenisset, Dardanum uenit, in qua habitabat Tros. Erant huic filij tres, Illus, Assaracus, & Ganymedes: quorum postremus, propter formæ dignitatem & decus, magnum sibi erat nomen consequutus. Diuertit in hospitium apud regem Troa, à quo humanissimè exceptus fuit. Datis acceptisque ultrò citróque muneribus, iussit Troi ut liberos conuocaret, ut illis dona itidem pro regia magnificentia largiretur. Respondit rex,

uenatum

A venatum pueros missos. voluit & ipse unà cum illis venari. Praemisit famulorum aliquem primùm circa ea loca, ad Granicum amnem, ubi venari filij dicebantur. Minos navem praemiserat ad ostia fluminis, atque ipse paulo pòst ad pueros venit. Conspicatus Ganymedem, forma decore illecto captus, rapi iussit puerum: & navi imposito, in altum abijt. Loco nomen mansit à raptu, ἁρπάγια. Minos ad istium maduum puerum consequutus, secum abduxit in Cretam: ubi aegritudine animi sibi manum intulit, quem Minos in templo sepelivit. Hinc fabulis proditum est, Ganymedem cum Iove versari. Caeterùm Minos, fuit primi Minois filius, Iovis nepos, qui primus (ut dictum est) θαλασσοκράτωρ, id est, maris imperio potitus fuit. Uxorem habuit Pasiphaën Solis filiam, ex qua susceperat ille liberos, Androgeum, Ariadnen, & Phaedram. Androgeus egregiae indolis adolescens, cùm virtute omnes superaret, cùm in Graeciam ad certamina profectus in palaestra longè victor extitisset, per invidiam ab Atheniensibus & Megarensibus occisus fuit. Hac iniuria motus rex, primùm gravi bello Megarenses adortus, eos devicit. Inde Athenienses his legibus tributarios fecit, ut quotannis septem masculae totidemque foemineae stirpis pueros, pro caede Andro-
B gei in Cretam regi servituros mitterent. Invenio apud quosdam scriptores, Athenienses, Minoë Atticam ferro & igne populante, simulque numinis ira omnia infestante, Delphos legatos misisse, qui genium de belli ratione consulerent. Oraculo responsum, ut Athenienses in Cretam profecti, pacem conditionibus interpositis paciscerentur à rege. id quod extemplò factitatum est. Pacis leges has fuisse, ut nono quoque anno septem pueros indigenas, totidemque virgines in Cretam mitterent, quos poëtae à Minotauro vorari solitos scribunt. Alij ita tradunt, ut tribus primis annis è plebeis nati, sequentibus tribus è populariter nobilibus, postremis tribus nobiles & imaginibus illustres pueros penderent. Sunt qui hos tantùm Labyrintho inclusos fuisse memoriae prodiderũt, qui locus planè carcer quidam erat, unde effugere non possent. Daedali opus, ad Aegyptiacum Labyrinthum mirabiliter extructum, sed cuius centesimam partem vix fuit assequutus. Ex hoc sine glomere lini exitum invenire nemo poterat. Suidas eum locum paucissimis verbis ita describit, ut dicat fuisse τόπον κοχλιοειδῆ. Sed de Labyrintho paulò pòst. Minos is igitur gymnicum certamen in Androgei memoriam insti-
C tuit, & pueros ab Atheniensibus missos victoribus praemia proposuit, qui tantisper dum ludi spectarentur, in Labyrintho servabantur. In primo certamine vicit Taurus quidam (id homini nomen fuit) qui ob militaria egregia facinora in magno honore erat apud Minoëm. Rumor constans erat, non solùm eum à Pasiphaë adamatum, sed stupri consuetudinem huic cum illa fuisse. Hic multa atrocia in Atticos pueros, quos praemium virtutis suae in primo agone obtinuerat, perpetrare solitus fuerat. Instabat tertij tributi tempus. Legati Cretenses ad hoc ipsum Athenas venêre, ut tributum exigerent. Theseus regis filius lacrymis popularium suorum & querimonijs inductus fuit, ut extra sortem se obtulerit. Quem cùm neque patris preces, neque lacrymae permoverent, cum alijs forte ductis profectus fuit. Hellanicus tradit, Minoëm per se consuevisse, quos vellet, deligere, ac Theseum sibi tradi postulasse. Ferunt eum, antequam navem conscenderet, Delphis sacrificantem, huiusmodi oraculum retulisse: magno animo proficisceretur, Veneris ope & beneficio omnia feliciter eventura. Caeterùm miserè affectum patrem, discessurus ita consolatus dicitur, ne de sua vita desperaret: certam spem conciperet, ut vel fortuna aliqua, vel industria, vel virtute, non solùm difficultatem omnem superaturus, sed dijs bene iuvantibus patriam etiam à miserabili servitute & ignominia liberaturus esset. Pater his filij verbis in magnam futuri successus spem erectus, vela atra argumentum maeroris nautis dedit: quibus subijcit alba, vel (ut Simonides) punicea, quibus postea in meliori fortuna rebus positis, in Atticam renavigarent. Navis rectori Amarsyadae Phereclo nomen fuisse, proditum est à Simonide: Nausitheum quendam, à Philochoro. Hic (ut illud obiter adijciam) author est, Taurum Gortensem virum fuisse, corpore planè gladiatorio & robusto, ferocia plusquàm humana, consuetum in certaminibus vincere. Ob morum insolentiam, & creditum cum Pasiphaë adulterium, apud regem & populares multa flagrabat invidia. Venit in Cretam interea Theseus. Instante agone, desiderabatur, qui cum illo se committeret: nec erat qui congredi in pugnam auderet, & hominem ferocia exultantem de victoriae possessione deturbaret. Ad postremum petenti Theseo, ut liceret cum eo in stadium descendere, facilè est concessum. Caeterùm inter disparia studia spectantium, faventium, invidentium, victoria potitus est Theseus: quam inde facilè alia mox est consequuta. Aderat in eodem spectaculo regia filia Ariadna. haec forma & virtute adolescentis capta, ei nubere optat. Victoria Thesei gavisus Minos, ut Taurum maiori ignominia afficeret, in eius invidiam obsides Theseo restituit, & Atheniensibus tributum in perpetuum remisit. Sunt qui Daedali è Creta fugam navigationis causam Theseo in eam insulam extitisse prodant: quidam Athenas, alij in Italiam, atque in Phlegraeis campis circa Cumas consedisse. Qui Athenas delatum tradunt, authores sunt, cum à Deucalione Minois filio ad supplicium petitum: si non dederetur, fore ut pueri omnes Atheniensium, qui in Creta essent, à patre interficerentur. Tum demum abiuisse Theseum, ut Daedali dedendi praetextu in Cretam navigaret: at illuc ubi pervenisset, Gnosium ex improviso adortum vi cepisse, & ad labyrinthi fores tumultuario praelio Deucalionem interfecisse. Ariadna clade domestica perturbata, foedus cum Theseo ijt, ut restitutis Atheniensibus suis liberis, & in perpetuum remissa tributa, foedus inter utrosque esset. At verisimilius, Ariadnam amore captam Thesei, cum eo ex insula navigasse. Huius consilij Daedalum non ignarum fuisse: quippe qui Atheniensis, popularibus suis impensè favebat. Hac iniuria Minos motus, eum per tot maria ad supplicium quaesivit. Sunt qui ob suprà memoratam causam, regi eum invisum fuisse autument, quod adulterij Pasiphaës & Tauri conciliator extitisset. Quo pacto in Siciliam profugum, ad Cocalum, vel (ut alij) Cotalum, bello sit persequutus: & quî perierit, paulò antè à nobis relatum est. certè in Daedali gratiam, qui ob excellens ingenium apud Siculos in summa admiratione erat, in thermarum vapore fuit necatus. Itaque in his locis multa egregia Daedali monumenta. & circa proximas Cumas posteris temporibus mansêre: unde haudquaquam fabulosum esse liquet, quod de illius in eam insulam, & vicinam Italiae partem appulsu quidam prodidêre. Caetera, quae ad Theseum & Ariadnen, nihil ad praesens institutum pertinent.

neam Sibyllæ: cuius proprium nomen, genus, & officium Poëta describit. nam Deiphoben, Glauci filiam, Phœbi, & Dianæ sacerdotem appellat.

LAMB. Hort. DÆDALVS.] Digressio in historiam fabulosam Dædali, qui è Creta in hanc extremam Campaniæ oram delatus, Dianæ & Apollini, structo insigni magnificentia templo monumentum fugæ suæ ibi dedicauit. Hac digressione dilatat narrationem, præcipuè à monumento rerum Creticarum, parietibus in ipso statim ingressu insculptis. Antequam ueram historiam explicemus, operæ pretium est ea ante notare, quæ nimis quàm fabulosè à diuersis tum Græcis, tum Latinis authoribus, literis prodita leguntur: ut ea quæ à Marone referuntur, primùm illustrentur. Primum autem Dædalus ob uarium & multiplex ingenium ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν ita dictus fuit: orno, uario. Δαίδαλος, ingeniosus: δαίδαλα [illegible], [illegible]. Δαιδάλεια, Aristophanes statuam uocat, à Dædalo sculptam, [illegible], poëma excultum & elegans, [illegible].

Dædalus.] Dædalum quidam scribunt Eupalami, alij Euphemi filium fuisse, atque à Minerua fabricam lignariam & architecturam edoctum. Hic cùm Perdicem sororis suæ filium [illegible] per inuidiam de summo fastigio tecti præcipitasset, pœnarum metu solum uertit, & in Cretam fugit. Primus deorum simulachra fecisse creditur. Nonnulli produnt, non eum Perdicem, sed Talum, puerum admodum, discipulum suum, interfecisse: quod, (qua erat ingenij excellentia) figuli rotam, & serram, ad formam spinæ piscis cuiusdam inuenti, reperisset. Cæterùm ob artis excellentiam breuè in regis Minois amicitiam facilè est ascitus. Ac statim ei Labyrinthum struxit. inde Pasiphaë reginæ familiarior factus, ei monstrauit rationem, quo pacto ligno inclusa cum tauro consuesceret. Qua comperta Minos iratus, Dædalum ad supplicium quæri iussit. Ille filio Icaro ac sibi fabricatis alis, in Siciliam fugit. Icarus pennis destitutus, in pelagus concidit, ut que loco nomen dedit. Porrò Minos Dædali fuga accepta, cum bello persequutus est, dum à Cocalo per colloquij speciem retentus thermarum uapore conficeretur. Corpus Cretensibus redditum fuit, subitæ mortis prætextu, quòd dum fortè lauaretur, imprudenter in feruidam aquam lapsus, repentè exanimatus esset. Ab hoc, omnia luculenta & magnifica opera [illegible] δαιδάλεα ἔργα: id est, Dædala opera uocantur. Et dædala tecta, apud Poëtam. Erat autem Pasiphaë Solis filia, quam Venus (quia uniuersam Solis progeniem immortali odio persequebatur) in fœdum tauri amorem excitabat per id tempus, quo Minos bellum Atheniensibus propter Androgei filij cædem inferret. Ex tauro filium breui sustulit, quem Minotaurum appellauit. Rhapsodus uariæ historiæ & causam huius nefarij concubitus altius repetit, & paulò aliter refert. Cùm Minos patri Ioui Asterio successurus esset in regnum, nec à Cretensibus reciperetur, respondit, à dijs immortalibus sibi traditum regnum, & augurio è mari confirmatum. Itaque se immolaturum Neptuno nouit, id quod primum apparuisset. Oblatus hunc fuit taurus è mari, forma ac specie insigni. Inauguratus tum quidem regno est, sed tauro illo bubulcis tradito, alium Neptuno mactauit. Itaque hunc Pasiphaë, propter eximiam formam perditè amare cœpit, ac Dædali artibus cum eo coiuit: suscepitque monstrum, quod Minotaurum appellauit, [illegible]. Dædalus interim in Creta ex serua Naucrate suscepit Icarum. Minos adulterio uxoris comperto, ambos A flagitij conscios & ad nefas adiutores arripi iussit, & in carcerem conijci. Inde arte elapsi, assutis alis euolarunt. At Icarus alis destitutus in mare decidit, ac submersus pelago nomen fecit. Dædalus in Siciliam delatus, in camino Siciliæ seruatus fuit. Sequutus eum est Minos, qui Siciliam ingressus, à filiabus Cocali æstu calido circumfusus ac mox frigefactus, interfectus fuit. Idem author, historiam allegoricè ita exponit, ut Minos cùm à Cretensibus repudiaretur, dixisset que sua causa signum è mari procul emersurum, quo imperium sibi stabiliretur, Taurum imperatorem cum classe apparuisse. Itaque regno extemplò quasi auibus approbantibus inauguratus fuit. Pasiphaë haud ita longè post Tauri forma capta, Dædali opera hoc consequuta est, ut in domo priuata egregiè munita, clam marito, consuetudinem stupri cum illo haberet. Domum hac de causa, bouem ligneam Dædali appellarunt. Filium è Tauro procreatum, quòd duorum patrum esset, Minois ac Tauri, Minotaurum dixerunt. Porrò alæ Dædaleæ atque Icariæ, naues fuerunt, quibus in Siciliam deferebantur. Quoniam autem Icarus naufragium fecit, alis eum destitutum ac submersum confinxerunt. Dædali statuas tanto artificio factas ferunt, ut se B ipsæ mouerint αὐτόματοι. Ante huius enim architecti tempora, statuæ fieri consueuerant sine oculis, aut manibus, aut pedibus. Primus autem omnium Dædalus, manus adaptauit, & pedes: effinxit & oculos, palpebras & alias corporis partes. Sunt rursum, qui Minotaurum Asterium dictum contendant, atque nomen à taurino capite, quale habuit, sortitum, filium Pasiphaës ac Minois & Tauri, quem Dædalus fabricarat: aut (quod uerius) Tauri imperatoris. Huic qui ualde similis erat, fabulati sunt, taurino capite fuisse monstrum.

Minoia regna.] Cretensia. Minos, quem Homerus Iouis discipulum, & post eum Plato, uocat, Cnosij in Creta imperauit. lib. Odyss. T.

[illegible] "
[illegible] "

Primum hunc classe pugnasse scribunt. Ferunt Minoëm Iouis filium ad nonennium in Creta habitantem, uenisse ad patrem suum, ut ab eo institueretur, & tanquam à sophista officia, & quæ honesta essent ac recta perdisceret. Neque uerò illa solùm, uerumetiam temporis demonstrationes primis nouem annis illis imbibit sub Ioue: quare unanimum eorum rex factus fuit. Quia prudentia consilio & iudicio reliquis præstabat, iudicem eum apud inferos C animarum constituerunt. Historia extat apud Platonem. Atque hunc superiorem Minoëm fuisse, multorum opinio est. Est & urbs Minoa, authore Strab. in nono, in Amorgo insula, una Cycladum: alia in Sicilia, Heraclia antea dicta: & Megarensium emporium, quod etiam Nisea appellatur. Cæterùm Minos totius maris imperium obtinuit, ac longè latéque cum classe toto mari euagatus fuit. Hic ille est, qui gloria ac fama Trois Troianorum regis & eius liberorum excitus, cùm in Asiam uenisset, Dardanum uenit, in qua habitabat Tros. Erant huic filij tres, Ilus, Assaracus, & Ganymedes: quorum postremus, propter formæ dignitatem & decus, magnum fuerat nomen consequutus. Diuertit in hospitium apud regem Troa, à quo humanissimè exceptus fuit. Datis acceptisque ultrò citróque muneribus, iussit Troi ut liberos conuocaret, ut illis dona itidem pro regia magnificentia largiretur. Respondit rex,

uenatum

A uenatum pueros missos. uoluit & ipse unà cum illis uenari. Praemisit famulorum aliquem primùm circa ea loca, ad Granicum amnem, ubi uenari filij dicebantur. Minos nauem praemiserat ad ostia fluminis, atq; ipse paulò pòst ad pueros uenit. Conspicatus Ganymedem, formae decore illicò captus, rapi iussit puerum: & naui imposito, in altum abijt. Loco nomen mansit à raptu, ἁρπάγιον. Minos ad istum modum puerum consequutus, secum abduxit in Cretam: ubi aegritudine animi sibi manum intulit, quem Minos in templo sepeliuit. Hinc fabulis proditum est, Ganymedem cum Ioue uersari. Caeterùm Minos, fuit primi Minois filius, Iouis nepos, qui primus (ut dictum est) θαλασσοκράτωρ: idest, maris imperio potitus fuit. Vxorem habuit Pasiphaën Solis filiam, ex qua susceperat ille liberos, Androgeum, Ariadnen, & Phaedram. Androgeus egregiae indolis adolescens, cùm uirtute omnes superaret, cùm in Graeciam ad certamina profectus in palaestra longè uictor exstitisset, per inuidiam ab Atheniensibus & Megarensibus occisus fuit. Hac iniuria motus rex, primùm graui bello Megarenses adortus, eos deuicit. Inde Athenienses his legibus tributarios fecit, ut quotannis septem mascula totidemq; foeminea stirpis pueros, pro caede Andro-B geì in Cretam regi seruituros mitterent. Inuenio apud quosdam scriptores, Athenienses, Minoë Atticam ferro & igne populante, simulq; numinis ira omnia infestante, Delphos legatos misisse, qui genium de belli ratione consulerent, Oraculo responsum, ut Athenienses in Cretam profecti, pacem conditionibus interpositis paciscerentur à rege. id quod extemplò factitatum est. Pacis leges has fuisse, ut nono quoq; anno septem pueros indigenas, totidemq; uirgines in Cretam mitterent, quos poetae à Minotauro laniari solitos scribunt. Alij ita tradunt, ut tribus primis annis è plebeis nati, sequentibus tribus è populariter nobilibus, postremis tribus nobiles & imaginibus illustres pueros penderent. Sunt qui hos tantùm Labyrintho inclusos fuisse memoriae prodiderût, qui locus planè carcer quidam erat, unde effugere non possent. Daedali opus, ad Aegyptiacum Labyrinthum mirabiliter extructum, sed cuius centesimam partem uix fuit assequutus. Ex hoc sine glomere lini exitum inuenire nemo poterat. Suidas eum locum paucissimis uerbis ita describit, ut dicat fuisse τόπον λοχμώδη. Sed de Labyrintho paulò pòst. Minos is igitur gymnicum certamen in Androgei memoriam insti-C tuit, & pueros ab Atheniensibus missos uictoribus praemia proposuit, qui tantisper dum ludi spectarentur, in Labyrintho seruabantur. In primo certamine uicit Taurus quidam (id homini nomen fuit) qui ob militaria egregia facinora in magno honore erat apud Minoëm. Rumor constans erat, non solùm eum à Pasiphaë adamatum, sed stupri consuetudinem huic cum illa fuisse. Hic multa atrocia in Atticos pueros, quos praemium uirtutis suae in primo agone obtinuerat, perpetrare solitus fuerat. Instabat tertij tributi tempus. Legati Cretenses ad hoc ipsum Athenas uenêre, ut tributum exigerent. Theseus regius filius lacrymis popularium suorum & querimonijs inductus fuit, ut extra sortem se obtulerit. Quem cùm neque patris preces, neque lacrymae permouerent, cum alijs sorte ductis profectus fuit. Hellanicus tradit, Minoëm per se consueuisse, quos uellet, deligere, ac Theseum sibi tradi postulasse. Ferunt eum, antequam nauem conscenderet, Delphis sacrificantem, huiusmodi oraculum retulisse: magno animo proficisceretur, Veneris ope & beneficio omnia foeliciter euentura. Caeterùm miserè affectum patrem, discessurus ita consolatus dicitur, ne de sua uita desperaret: certam spem conciperet, ut uel fortuna aliqua, uel industria, uel uirtute, non solùm difficultatem omnem superaturus, sed dijs bene iuuantibus patriam etiam à miserabili seruitute & ignominia liberaturus esset. Pater his filij uerbis in magnam futuri successus spem erectus, uela atra argumentum moeroris nautis dedit: quibus subiecit alba, uel (ut Simonides) punicea, quibus postea in meliori fortuna rebus positi, in Atticam renauigarent. Nauis rectori Amasyadae Pherecle nomen fuisse, proditum est à Simonide: Nausitheum quendam, à Philochoro. Hic (ut illud obiter adijciam) author est, Taurum Cretensem uirum fuisse, corpore planè gladiatorio & robusto, ferocia plusquàm humana, consuetum in certaminibus uincere. Ob morum insolentiam, & creditum cum Pasiphaë adulterium, apud regem & populares multa flagrabat inuidia. Venit in Cretam interea Theseus. Instante agone, desiderabatur, qui cum illo se committeret: nec erat qui congredi in pugnam auderet, & hominem ferocia exultantem de uictoriae possessione deturbaret. Ad postremum petenti Theseo, ut liceret cum eo in stadium descendere, facilè est concessum. Caeterùm inter disparia studia spectantium, fauentium, odientium, uictoria potitus est Theseus: quam inde facilè alia mox est consequuta. Aderat in eodem spectaculo regia filia Ariadna. haec forma & uirtute adolescentis capta, ei nubere optat. Victoria Thesei gauisus Minos, ut Taurum maiori ignominia afficeret, in eius inuidiam obsides Theseo restituit, & Atheniensibus tributum in perpetuum remisit. Sunt qui Daedali è Creta fugam nauigationis causam Theseo in eam insulam extitisse prodant: quidam Athenas, alij in Italiam, atq; in Phlegraeis campis circa Cumas consedisse. Qui Athenas delatum tradunt, authores sunt, cum à Deucalione Minois filio ad supplicium peteretur: si non dederetur, fore ut pueri omnes Atheniensium, qui in Creta essent, à patre interficerentur. Tum demum obtinuisse Theseum, ut Daedali dedendi praetextu in Cretam nauigaret: at illuc ubi peruenisset, Gnosium ex improuiso adortum ui cepisse, & ad labyrinthi fores tumultuario praelio Deucalionem interfecisse. Ariadna clade domestica perturbata, foedus cum Theseo mijt, ut restitutis Atheniensibus suis liberis, & in perpetuum remisso tributo, foedus inter utrosque esset. At uerisimilius, Ariadnam amore captam Thesei, cum eo ex insula nauigasse. Huius consilij Daedalum non ignarum fuisse: quippe qui Atheniensis, popularibus suis impensè fauebat. Hac iniuria Minos motus, eum per tot maria ad supplicium quaesiuit. Sunt qui ob suprà memoratam causam, regi eum inuisum fuisse autument, quod adulterij Pasiphaës & Tauri conciliator extitisset. Quo pacto in Siciliam profugum, ad Cocalum, uel (ut alij) Corotalum, bello sit persequutus: & quî perierit, paulò antè à nobis relatum est. certè in Daedali gratiam, qui ob excellens ingenium apud Siculos in summa admiratione erat, in thermarum uapore fuit necatus. Itaque in his locis multa egregia Daedali monumenta, & circa proximas Cumas posteris temporibus mansêre: unde haudquaquam fabulosum esse liquet, quod de illius in eam insulam, & uicinam Italiae partem appulsu quidam prodidêre. Caetera, quae ad Theseum & Ariadnen, nihil ad praesens institutum pertinent.

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Vnde ruunt totidem uoces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen: quũ uirgo, poscere fata
Tempus, ait: Deus, ecce Deus. cui talia fanti,
Ante fores subitò, non uultus, non color unus,
Non comptæ mansêre comæ: sed pectus anhelũ,
Et rabie fera corda tument, maiorq; uideri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei. Cessas in uota, precesq;
Tros, ait Aenea? cessas? nec enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus. & talia fata
Conticuit: gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: funditq; preces rex pectore ab imo:

A Nunc grege de intacto.] obiurgatio non sequitur admonitio ab utili, atq; etiam ab honesto. sic Helenus in 3. Aeneid.

——tacsit primùm de more iuuencos,
Exorat pacem diuûm, uittasq; resoluit
Sacrati capitis.

Septem mactare iuuencos.] numerus septenarius Deo gratissimus est. quò igitur facilius impetret, septenario sacrificio Phœbũ opportunè placatum iri monet. alludit autem ad diem illũ, quem interpretes ex iure pontificio festum appellat: cùm non toto die, sed aliqua diei parte uaticinari, & responsa rapere liceblat. Excisum Euboicæ latus.] Antrũ Sibyllæ describit: quod non naturale, sed manu factum esse indicat, B cùm ait excisum. & nouè dictum uidetur, latus rupis excisum in antrum. usitatè autem, antrum in latere rupis excisum. Quò lati ducunt aditus centum.] loci commoditatem ostendit ad responsa captanda. nam cùm centum: id est, plura essent ostia: unde plures Sibyllæ uoces hauriri possent, multi uno in loco eodem tempore oracula poscere ualebant. Vnde ruunt totidem uoces.] rationem habuit Sibyllæ furẽtis: quæ nisi magno cum impetu uerba fundere non potest. Ventum erat ad limen.] antri. Deus, ecce Deus.] uerba Sibyllæ quæ repetitionem, siue anadiplosin habent ad subitam numinis præsentiam indicandam, & ad silentium etiam indicendum, id quod facilè liquet ex illo Ouid. Metamorphos. 15.

En Deus est. Deus est, animis, linguisq; fauete
Quisquis adest, dixit.

Non uultus, non color unus.] Vates interdum placatè, quandoq; concitatè futura prædicere legimus. Helenus in 3. Aeneid. nullo alius furore uentura explicat, Sibylla uerò huiusmodi fit coloris uultus, capillorum, uocisq; mutatio, ut penè transfigurari uideatur.

C Fera corda.] facta scilicet propter numinis præsentiam, fera ita quoq; infrà:

——tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans.

Maiorq; uideri.] non quòd esset, sed quia uidebatur, dum numine afflata erat. Nec mortale sonãs.] hinc illud.

Nec uox hominem sonat.

Afflata est numine quando Iam propiore Dei.] τὸ αἴτιον est mutationis Sibyllæ: quamobrem non possum non admirari, uel potius irridere istam iudicij interpretum leuitatem, atq; in primis Seruij multi nominis uiri: qui hunc locum explanans: Afflata est numine, non dum Deo plena, sed uicinitate numinis afflata dixit. cùm ipsius Poëtæ uerba contrarium indicent. nã cùm ait, numine propioris Dei, quid aliud designat, quàm numinis præsentiam in interiori corporis parte Sibyllæ? sed illud decepit interpretes, quod ait afflata, quasi uerò afflatus numine dicatur tantummodò contactus, at penè aspersus numine, ut naris afflatur odore florum. uel unguenti, non autem plenus. Ouid. in 6. de Fast. de tibia agens hac uoce aflatum uocitur pro flatu repletam, cùm ait:

Inuentam Satyrus primum miratur, & usum
Nescit: & afflatam sensit habere sonum.

Deinde cùm Cicer. in oratione pro Archia poëta Poëtam ait, naturæ ipsa ualere, & mentis uiribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari: quid aliud innuit, quàm poëtas diuino quodã spiritu repleri? quod uerò Deo plena Sibylla fuerit, signa illa, quæ paulò antè recensuit Poëta, satis fidem nobis faciunt

——non uultus, non color unus,
Non comptæ mansêre comæ: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri,
Nec mortale sonans.

Et statim rationem Poëta suggerit:

——afflata est numine quando
Iam propiore Dei.

Idest, quoniam diuino spiritu repleta est. quod apertiùs Poëta demonstrat inferius cùm ait:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum.

Quid enim erat quod de pectore suo Deum excutere uellet, nisi Deũ in pectore habuisset? Cessas in uota, precesq;] uerba Sibillæ increpantis Aeneæ tarditatem, atq; negligentiam ad uota facienda, precesq; effundendas.

Cessas?] repetit ad necessitatem agendæ rei ostendendam: quam & confestim per aetiologian aperit, inquiẽs:

Nec enim ante dehiscent.] non antè fabitus dictio, quàm sacra feceris. & est allusio ad templum τῶν [illegible] quod (ut etiam interpretes admonent) non manibus sed uotis, & precibus aperiebatur apud Homer. Odyss. 11. Vlysses iturus ad inferos, eiusq; socij sacra faciunt, sed per Scyomantiam ex umbra Teresiæ Vlysses sui itineris successum scire quærit. Attonitæ domus.] [illegible], ut,

——pallidus Orcus,
Eumenidesq; satæ.

Gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor.] horrescunt Troiani nõ propter imperatas Aeneæ preces, & uota, sed propter uarios, monstrososq; Sibyllæ motus.

Non hoc.] Ab excursu, ad intermissam narrationẽ reuertitur. Nam interea dum dux Troianus monumentis Dædali oculos pascit, Sibyllam uatem accitum missus fuerat Achates. Non hoc.] Reprehensio ab inutili spectaculo. & ocio, cùm id temporis utilius collocare posset. Datiuus festiuitatis causa adiectus est. LAMB. Hort.

Nunc.] Exhortatio ad cædendas uictimas, quibus Deus conciletur In ipsis uel animalibus, uel hostijs cõsultatorijs, quædã dicebãtur hostiæ iniuges: hoc est, quæ nunq; domitæ ac iugo subditæ erant. Has nunc gregẽ intactum uocat,

uocat, quasi nunquam ad iugum admissum, nondum uiolatum. In sacris libera omnia & dissoluta esse oportebat, pura item & casta. Atque haud scio an lectas bidentes hoc loco appellat, eximias hostias quæ ad sacrificium destinatæ è grege eximantur: uel, quod eximia specie, ut numinum cadenae, eligantur. Macrobius certè, eximias hostias è Veratio, de Quæstionibus Pontifica. l. easdem monuere non uidetur. Cæterùm significatura perfectum sacrificium uates, septem iuuencos mactare iubet. Est enim ἑπτάς, conflata ex ternione & quaternione: quorum hunc (τετρακτὺν uocant Pythagorici, quasi ad absolutam perfectionem animæ pertinentem, inter arcana uenerantur, ut inde iurisiurandi religionem sibi fecerint, οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. Ternarium autem signare animæ naturam tribus suis partibus perfectam, ratione, animositate, & cupiditate. Itaq; absolutum & perfectum significaturi, ter, quater, aut septies id fieri scribunt. Proin cùm septem iuuencos cadere iubet, significanter exactam curam circa sacra indicat.

Lectas.] Voce utitur, antiqua loquendi forma è ueteri iure pontificio Romanorum sumpta, selectas bidentes, quasi egregias dicat, è grege selectas, ut præstantissimas. Duo maximè hostiarum genera tradebantur: alterum, quo uoluntas diuina ab aruspicibus per exta disquirebatur, ex capitibus, fibris, extremitatibus situ ac positu extorum: alterum, quo anima tantū Deo dedicabatur, ut hoc in loco.

Lectas] huiusmodi sacra eximia, & hostiæ maiores, opima & pingues nuncupabantur, quæ ad sacrificia destinata, è grege eximebantur. Bidentes.] Nonnulli bidentes omnes bestias bimas uocant, nedum oues tantùm, cùm initio bidennes dicerentur. Sed ad hiatum & pronūciationem hulcam prohibendam literam d interpositam fuisse putant, ut pro biennes, bidennes primùm diceretur. Longo postea usu corrupta uox fuit, & bidentes efferre cœpêre. Hyginus bidentes hostias ueteres dixisse scribit, quæ per ætatem duos tantùm dentes altiores habuissent. De mare itaq; mactandas hostias selectas monet potius, quàm ut ociosis præteritarum rerum spectaculis tempus nullo fructu perdat. Sacra] quibus anima Deo dicabantur, perinde ut iussa à Sibylla fuerant.

Excisum] Describit antrum Sibyllinum à forma, situ, & credita diuinitate: Euboicam rupē per antonomasiam, Cumæam dicit. Causam suprà retulimus. Ex Euboea Cumam Chalcidenses in has oras profecti erant.

In antrum.] Præpositio, similitudinis uim habet: id est, in formā antri. Centum.] Numerus certus pro incerto: amplificatio. Vndiq; ad antrum, ceu in centrum, aditus erant. Aditum ab ostio ita distinguunt, ut aditus ab adeundo, ostium ab obstando sit dictum.

Voces.] responsa: appositio. & Limon, synecdoche, à parte totū. Iam ad antrum Sibyllæ uentum erat Fata, pro oraculo posuit. Poscere, Græcè magis quàm Latinè, pro poscendi tempus fata, dixit. Deus.] Afflatur enthusiasmo, quare dicturientis uerba abrumpuntur, atq; attonitæ subitò, pedum numerus eruditè accommodatus est. A

Sed & relatio subitam externationem coarguit, quæ engastrimythis: hoc est, dæmone afflati ac uaticinaturi afficiuntur. Hoc nomine & Pythonissæ appellantur, quòd dæmon hoc tempore, quādo corripiuntur, præcordia & uentrem exagitet, ut fanatica oracula proferant. Quare rectè furere à Poëtis dicuntur, & insanire:

> Insanam, inquit, uatem aspicies, quæ rupe sub ima
> Fata canit, foliisq; notas & nomina mandat:

Neque uerò Pythonicus dæmon maturam tantùm ætatem utriusque sexus afflat, sed pueros etiam lactentes usu compertum est impuris corripi spiritibus. Hoc genus hominum, quum agitatur, constat interdum uera etiam oracula edere: sed quibus nemo pius fidem habere debeat. Similis ludibria fanatica Anabaptistarum gens superioribus annis multos mortales in horrendos errores præcipites egit, qui correpti sensim uel se in terram declinabant, ac brachiis decussatim positis, uel expasis, post interuallum uelut profundo somno expergefacti, respirantes exclamare cœperunt. Diem Domini magnum adesse: se B cum Deo patre in cælu collocutos. Alij positis uestibus, à summo uertice ad imos pedes usque nudi, clara luce, nonnulli noctu, per publicum discursabant, horrendis mugitibus identidem obrudentes, Resipiscendum: ad uindicem securim positam: regem Sionis aduentare. Nec defuerunt, qui per triduum muti ex composito, uanissima responsa sunt reddidêre. Quæ pro ueris accepta, stultè credulos eius sectæ homines miserè fefellerunt: & exitus uana coarguerunt. Deus.] Defectio: adest. monstrat uelut conspectum, uti ἀόρατον, dæmonem præsentem.

Non uultus.] A forma, colore, & habitu animi Sibyllæ, iam afflari cœptæ. Furentem inducit, hortantemq; Aeneam, ut se in preces effundat, ut ostiū antri aperiatur.

Corda tument.] cor, numerus pro numero.

Videri.] uidebatur: modus pro modo. Mortale sonans.] Absolutum usurpatum transitiuè: pro mortale quiddam. Afflata est numine quando.] Vates, quando agitantur dæmonio, afflari dicūtur: quòd spiritu, qui uitus est, corripiūtur. Cessas in uota, precesq;.] Exhortatio ad faciendum numini uotum, ab utili, & periculo incommodi. Attonitæ magna ora domus.] C numinis plenæ: metaphoricè, fores antri ora domus uocat. Gelidus tremor.] Metonymia. Metaphora est in sudie, à re corporea ad incorpoream. Iamblichus author est, Sibyllam duobus modis concepisse numen: uel per spiritum quendam tenuem igneumq;, qui erumpebat ex ore antri: uel insidens sedi aneæ super antrum, habenti pedes tres, quæ Deo dicata erat, exponebatq; se utrobique diuino spiritui, unde numinis illustrabatur.

A R G V M E N T V M.

Aeneas Phœbum, Deosq; etiam, ac Deas Troianis infensas, Sibyllamq; orat, vt illos iam tandem permitant Latio cōsidere, hactenusq; aduersam Troianorum fortunam, non vlteriùs progredi velint, templa Phœbo, & Dianæ, Sibyllæ etiam cultum, & sacerdotes pollicetur.

NASC. Phoebe graues.] precatoria oratio est, illiq; circūstantiæ cōstat: quib. petitoria orationes ornari solent: de quibus alibi satis

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Aeacidæ, magnas obeuntia terras

Tot maria intraui duce te, penitusque repostas
Massylûm gentes, prætentaque Syrtibus arua:
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna †sequuta.
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti,
Dijque Deæque omnes, quib. obstitit Iliũ, & ingens
Gloria Dardaniæ: tuque ô sanctissima uates,
Præscia uenturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesque Deos, agitataque numina Troiæ.
Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore tēpla
Instituam, festosque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manēt regnis penetralia nostris,
Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam, lectosque sacrabo
Alma uiros: folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis:
†Ipsa canas oro, finem dedit ore loquendi.

al. secuta. al. nomina al. ipse

A fatis dictum fuit, & suis locis dicetur. interim uerò Apollini beneuolentiam sibi conciliat acceptorum ab eo beneficiorum cōmemoratione, unde etiam occultè suam laudem deducere uidetur Aeneas; non dum Apollinis erga se beneficia narrando cōplectitur, se quoque beneficiorum memorem esse indicium facit.

Graues miserate labores.] duplex ratio, alterum ex grauibus, perpessisque difficilibus Troianorum laboribus: quod etiam à numero, & magnitudine augetur: non enim laborem, sed labores, B utque quales fuissent ostenderet, epitheton addidit graues. alterum ex affectu misericordia Apollinis erga Troianos: ibi enim magnus uiget miserationis affectus, ubi uoluntas quidem auxiliandi adest, sed ob tristem quendam rerum euentum potestas abest. ideo ait miserate. nam Troiam, ut est apud Hom. uti optabat, tueri non potuit. Ouid. 1. de Trist.

Mulciber in Troiam pro Troia stabat Apollo.

Dardana qui Paridis direxti tela.] à communi ad separatam transit beneficiorum enumerationem: & ab insigni beneficij munere exorditur: nam quo maiori alio Troianos beneficio afficere poterat, quàm illis oppugnatorem, ac totius Troiæ regionis exterminatorem de medio tollere: & quanquā Paris id fecisse uideatur, tamen Phœbus ipse manum illius, ac telum direxit in corpus Achillis: aliter enim uir penè inuulnerabilis occidi non poterat. Ouid.

At postquam occidit Paridis, Phœbique sagittis.

Magnas obeuntia terras Tot maria intraui duce te.] aliud Apollinis beneficium recensit, quod si principia nauigationis Troianorũ consideres hapax C aprosphoron intelligendum est, Aeneam duce Apolline, id est, monitu Apollinis nauigasse: hac enim de re nihil extat præter illud ex 3. Aeneid.

Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Augurijs agimur Diuum.

Sed melius est, ut ad illud Apollinis uaticinium referatur.

——antiquam exquirite matrem.

Quod uerò ait maria obeuntia terras, epitheto maris usus est: cuius proprium est terras circundare.

Massylûm gentes, pretentaque Syrtibus arua.] aparrhoon Africam designat, & fortasse etiā aprosphoron arua prætenta Syrtibus dixit, id est, accessu difficilia, ac penè inhospita. Italiæ fugientis.] longissimæ nauigationis tediũ innuit. Prendimus.] tuo beneficio: & persistit in tralatione fugientis. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.] finē precatur aduersæ Troianorum fortunæ: idque ipsum sentire uidetur, indignum esse, ut quam in bello Troiano fortunam Troiani passi sunt, eandem etiam in Italia patiantur, sed æquum, atque honestum esse, ut iam tandem sit eorum calamitatibus modus.

Vos quoque Pergameæ.] hactenus Apollinē precatus est, qui Troianis semper præsidio fuit: iam uerò eos etiā precatur Deos, qui Troianis infensi fuerunt, occultè alludens ad morem Rom. qui Deos quosdam, ut prodessent, quosdam uerò, ne obessent, placare consueuerūt. Gel. Macrob.

Iam fas est.] cum tot miserijs, calamitatibusque affecti fuerimus: etenim delinquentibus etiam ignoscere pium est, eò maximè si post perpessas calamitates, atque supplicia se uictos confiteantur, & auxilium implorant.

Dij, Deæque omnes] subitam mouet quæstionē interpres, quod Deorum duntaxat exempla reperiũtur, quibus Troiam obfuerunt, ut Ganymedes Heba, Paris Mineruæ: non enim ad hæc, (mea quidem sententia) alludere Poëta uidetur, sed ad Gloriam Troianorum in bello partam, cùm Dij Troianis fauentes Deorum potentiam, qui Græcis fauebant, superarunt lege Homerum inter initia libri Iliad. 20. hoc autem sic se habere ipsius Poëtæ uerba propè iam clamare uidentur, cùm subdit:

Quibus obstitit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.] non obfuit, sed obstitit dictum est: nam tūc obstitit Ilium & gloria Troianorum Dijs, cùm Troiani pro ipsorum salute aduersus Græcos honestissimè dimicarūt, & præter Deorum Græcis fauentium uoluntatem gloriam reportarunt. plausibilior tamen sententia uidetur, si precatio hæc uniuersaliter accipiatur, quasi Poëta dicere uelit si qui Dij hactenus gloriæ Teucrorum inuidistis, par est iā ut illorum calamitatem miserati tandem aliquando irascendi finem faciatis. & hic obsecrandi modus antiquissimus est, & Græcis frequentissimus. Tuque ô sanctissima uates] non erat omittenda Sibyllæ inuocatio: de cuius ore, quæ de Troianis futura erant, excipiebat.

De Latio cōsidere Teucros] totius petitionis hæc summa est. modum enim habere debet petitio, ut in primo Aeneid.

Incute uim uentis, submersasque obrue puppes.

Et in quinto:

——ors. liceat dare tuta per undas
Vela tibi. liceat Laurentum attingere Tybrim.

Non indebita posco.] per parenthesim petitionis honestatem ostendit sic in 1. Aen. sed occultius:

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Quanquàm & in ipso petitionis modo honestas elucet. nam uult Troianos Latio considere, quod fatis illis polalicitum est, Deos errantes, & numina Troiæ agitata dicit, quibus honestissimum est sedes permittere.

Tum Phœbo, & Triuiæ.] officium grati animi, ac beneficij memoris. quod in omnibus petitorijs orationibus inueniri debet. Virg. in 1. Aen.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore, &c.

Occultè autem alludit ad templum, quod Augustus ab

Aru-

Aruspicibus monitus in palatio Apollini dicauit: cuius adhuc etiam uestigia extant. Festosq; dies.] *altera allusio ad ludos Apollinares: quos Augustus ipse Apollini instituit. Sueton. in August.* Te quoq; magna manent.] *obseruandum est, quod cùm triplex fuerit Deorum inuocatio, Apollinis, Deorum Troianis inimicorum, & Sibyllæ, Apollini tantũ, & Sibyllæ munera pollicetur.*

Magna manent.] *magnos magna decent: ideo & Phœbo templa pollicetur ex marmore.* Penetralia.] *penetrale sacrificium intelligit, quod (ut ait Festus) in interiori parte sacrarij conficitur.* Sortes.] *oracula: sed alludit ad libros Sibyllinos Romæ adseruatos in penetralibus templi: quorum inter alios Liuius, & Gell. meminerunt.* Lectosq; sacrabo Alma uiros.] *perstat in allusione librorum Sibyllinorum: quibus dati sunt primi duo custodes ex patritio genere, & hoc est, quod ait,* Lectos uiros. *deinde plures additi fuerunt. adeas Liuium, & interpretes.* Folijs tantum ne carmina manda.] *honesta petitio: quæ extenuationem habet, nam cùm ait tantum, paruum, ideoq; concedendum, quod petit, insinuat.* Ne turbata.] *causam suggerit ex effectu uentorum quæ petitionem etiam honestã facit.* Ludibria.] *tanquam ludibria.* Ipsa canas oro.] *ne modũ quærat, ὑποκρίσεως ipse occupat, & est Græca locutio. ὁ αὐτὸ ἄστε.*

Finem dedit ore loquendi.] *sic in primo Aen.*

——quem das finem rex magne laborum.

LAMB. Hort. PHOEBE.] *Petitoria oratio. Hac petiturus ab Apolline & sibi & penatibus Troianorum quietam placatamq; sedem, initio statim captat beneuolentiam à persona ipsius Dei narrat, amplificans ad concitandos affectus, calamitates & casus suos. Petit, simul honestum ostendens quod petit. Promittit uicissim animum gratum pro accepto beneficio: neq; uerò Apollini solùm, sed & uati. Cæterùm docet summatim, quæ à Deo petenda sint, pia uidelicet, & iustà salutaria.* Phœbe.] *Beneuolentia, ab officio & meritis Phœbi in Troianos, recentibus maximè, qui alioqui semper ab eorum partibus steterat.* Phœbe.] *Anno, quo ab Achille Hector occisus fuerat, cùm Hecuba eiusq; filiæ ad cæsi tumulum extra urbis muros inferias ferrent, ille tum fortè obequitans, Polyxenam intuitus, eius forma extemplò captus fuit. Erat autem ea candido colore, statura procera, longo teretiq; collo, oculis uenustis: forma adeò decora, ut omnes quæ ea ætate essent puellas superaret. Hanc per seruum Phrygij sanguinis internuncium ab Hecuba uxorem postulat, promittens, si per nouam hanc affinitatem ad Troianos ipse deficeret, fore ut urbs obsidione illicò solueretur. Refert rem Hecuba ad Priamum: qui factum ita probaturus uidebatur, si certò post affinitatem exercitus esset abiturus. Alioqui integro bello, non esse è re Troianorum, cuiquam filiam iungere. Cæterùm res per internuncios agitata, Achillem iamdudum ab omni armorum studio ac cura auerterat: qui præcipuè Palamedis imperium pertæsus, Græcis soluendi belli author erat. Conuenit inter eum & regem, & despondetur Polyxena, ut produnt quidam. Cùm iam in templo Apollinis Thymbræi eam docturus esset, à Paride, qui pone Deæ simulacrum latebat, sagitta traiectus fuit, quò maximè occulto consilio eò tractus à rege & regijs liberis fuerat. Tradunt quidam Græcorum, corpus à Priamo non, nisi ea pecunia renumerata, qua Hectoris cadauer redemerat, redditum fuisse. φασὶν οἱ ποιηταί, ὅτι ἀχιλλεὺς ἐρασθεὶς πολυξένης τῆς θυγατρὸς πριάμου, ἰδὼν αὐτὴν ἐν τῷ ἱερῷ, συμμαχήσειν αὐτῷ, ἐπέθετο δὲ κόρην. ὁ δὲ συνῄνεσε, ἄσεσι. καὶ ἐλθόντος ἐν τῷ τοῦ θυμβραίου ἀπόλλωνος ναῷ, ἀλέξανδρος κάθεν ἐξ ὅσα τὸν ἀχιλλέα. καὶ ὅτι συνέθη ἀφελεῖν τὸν ἥρωα. λαβόντες δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ, οἱ τῶν τρώων προσῆκοντες, ὃ πρόσθεν δόντες ἕκτορα γενόμενοι, πρὶν ἢ τὰ δῶρα λάβωσιν ἐξέδοσαν, ὅ τε τόσον ὅνπερ ἐλάβον, ὅ καὶ λέγουσιν.* Idem latens post sepulchrum Ili, Diomedem in tarso pedis uulnerauit.

A

Aeacidæ.] *Achillis: antonomasia, Aeaci nepotis. Aeacus pater fuit Pelei, ex quo prognatus fuit Achilles: & à Peleo, Pelides dictus. Notum illud Ouidianum est:*

Pelides utinam uitasset Apollinis arcus. a

Aeacus ex Aegina & Ioue natus in insula Aegina imperauit, quam ita de matris nomine dixit, cùm antè Cenopia, uel (ut alij) Oenone appellaretur. Tanta iustitia regnasse creditur, ut cum Minoë & Rhadamantho Gnosio, iudex inferorum à Plutone præfectus dicatur, crimina discutiat, & pœnas sontibus inferat. A' uerbo αἰάζω forsan ducta denominatione, lamentator, θρηνῶ.

Magnas obeuntia terras.] *Narratio. Proponit in uniuersum periculorum magnitudinem, per quæ tot annos iactatus fuit. Hæc statim amplificando deducit in partes.* B

Duce te.] *A' beneficio Dei, cui acceptam fert suam salutem.* Repostas.] *in interiori prorsus Africa habitantes: amplificatio erroris. eò enim usq; non peruenerat, cùm tantum in littus Carthaginense esset eiectus.* Repostas, *pro repositas: syncope μεταπλασμοῦ, &* Massylae, *gentes Libyæ sunt, affines Mauritaniæ, Massæsuli. Plinius, Masæsylios in Tingitania statuit. Ab his diuersi sunt Massyli, quos Masulos uocat Polybius. Cicero & Valerius Max. lib. secundo de Institutis, authores sunt, non aliam gentem laudatiorem fuisse, quàm Massiliensium, qui nullos in scenam mimos admiserint, ne parum pudicis fabularum argumentis ciuium mores inficerentur. Itaque, non hos Africæ populos existimat Erasmus ueneficijs infames olim fuisse, ut Thessalos: sed Gallos, de quibus dictum est prouerbiali figura. πλεύσειας ἐς μασσαλίαν. Sed de his plura in quarto annotauimus.*

Prætentaq; Syrtibus arua.] *obiecta, opposita: periphrasticè. Carthaginensem agrum intelligit nam Syrtes sitæ sunt in interiori recessu maris Punici, quas uadosum & reciprocum mare in accessus facit. de his in primo à nobis fusissimè annotatum est.* C

Iam tandem.] *Quasi dicat, post multorum annorum iactationem, tandem aliquando Italiam, semper retrò fugere uisam, consequuti sumus. nam difficultatem in assequendo, ostendit uerbo* Apprehendo: *ut quam haud temerè sint amissuri.* Fugientis.] *fugere apparentis, cuius arua semper retrò dixit cedere.* Hac.] *Tmesis. Tenus his pronominibus assiuitur, hac, ea, qua, & similibus, atque in aduerbia commutat. Itaq; hactenus (inquit) uaria fortuna terra & mari Troianos agitauit, ut hic sit meta & finis laborum nostrorum. Existimat metaphoram ductam ab arcu, & Tenus extremitatem arcus appellatam.* Fuerit, *dixit: per Enallagen modi, pro fuit. nisi quis forsan potentialiter accipere malit.*

Vos.] *Petitia: ut genti Troianæ parcant dij, qui Iliaco nomini infesti fuerunt.* Pergamex.] *Troianæ: à Pergamo Phrygiæ, ut in tertio disseruimus: antonomasia, Troianorum hostes in primis erant Minerua & Pallas,*

ob for-

A *ob formæ palmam à Paride abiudicatam: Apollo item & Neptunus, quòd à Laomedonte promissa mercede, postquam urbem mænibus cinxissent, defraudati fuissent. Hos sibi propitios & placatos esse precatur, ut nunc tandem aliquando faciant in Troianos sæuiendi finem.* Obstitit.] *Non obfuit: sed aduersata fuit. primùm dijs murorum conditoribus, inde Herculi, postremò deabus in iudicio Paridis. Nam obstant, quæ aduersantur, & sunt impedimento. Homerus passim Deos cum Troianis pugnantes inducit. Quare illi ipsi dij captam à Græcis urbem deleuisse, à Poëta 2. Aen. finguntur:*

» *——inclementia diuûm*
» *Has euertit opes, sternitq; à culmine Troiam.*
» *Aspice (namq; omnem quæ nunc obducta tuenti,*
» *Mortales hebetat uisus tibi, & humida circum*
» *Caligat, nubem eripiam, tu ne qua parentis*
» *Iussa time, neu præceptis parere recusa)*
» *Hic ubi disiectas moles, auulsaq; saxis*
» *Saxa uides, mixtoq; undantem puluere fumum:*
» *Neptunus muros, magnoq; emota tridenti*
B *Fundamenta quatit, totamq; à sedibus urbem*
» *Eruit: hic Iuno Scæas sæuissima portas*
» *Prima tenet, sociumq; furens à nauibus agmen*
» *Ferro accincta uocat.*
» *Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas*
» *Insedit, nimbo effulgens & Gorgone sæua.*
» *Ipse pater Danais animos uiresq; secundas*
» *Sufficit: ipse deos in Dardana suscitat arma:*
» *His itaq; obstitit Ilium, & ingens Gloria Dardaniæ.*

Tuq;.] *Auersio ad Sibyllam.* Non indebita.] *Ab æquitate petitionis: nam ea quæ petit, fato ei debentur regna.* Latio.] *In Italia. De Latio aliâs disseruimus.* Errantesq;.] *Pathos à pio, cũ expolitione.* Tum Phœbo.] *Remuneratio pro accepto beneficio. Templa uouet, quæ posteris temporibus his dijs condita fuerunt.* Festosq;.] *& ludos Apollinares indicat, qui postea ex uaticinio Martij uatis & carmine Sibyllino Romæ celebrati sunt, primo bello Punico, Cornelio Rufo decemuiro, qui ob id Sibylla cognomento dictus fuit, ac postea corrupto uocabulo, Sylla. Carmen autem Martij uatis huiusmodi erat: Hostes Romani si expellere uultis, uomicamq; quæ*
C *gentium uenit longè, Apollini uouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, cùm populus dederit ex publico partem, priuati uti conferant pro se suisq;: ijs ludis faciendis præerit prætor is qui ius populo plebiq; dabit summum. Decemuiri Græco ritu hostijs sacra faciant. Hæc si ritè faxitis, gaudebitis semper, fietq; res uestra melior nam is diuus extinguet perduelles uestros, qui uestros campos pascit placidè. Addit Liuius, diem sumptum ad id carmen explanandum. Hi ludi ab Apolline, Apollinares appellabantur, ἀπολλώνια: ut Magnæ Matris deûm, μεγαλήσια Megalenses. Donat illos Poëta sua uetustate. Post Actiacam uictoriam Augustus postea Apollini templum condidit in Palatio.* Triuiæ.] *Dianæ. quamobrem Triuia Diana fuerit dicta, alibi recensuimus.* Marmore.] *à materia.* Te quoq;.] *Auersio. Promittit uicissim Sibyllæ, pro beneficio se in adytis, quæ Latini penetralia nuncupant, aut posteros suos, scripta eius reposituros, quorum inspiciendorum causa decemuiri item crearentur, qui ab initio duo tantùm dicti fuêre: unde duûmuiri appellabantur. Inde plebe impulsrice, decem facti sunt, ut huius magistratus nomen quoq; sortirentur. Itaq; quinq; è patricio ordine, totidem è plebeis creari cœpti. Postea ad quindecim numerus creuit. Pomponius author est, Duûmuiros primùm à Tarquinio Superbo institutos. Fenestella dicit, se nullam mentionem huius sacerdotij reperisse antè, quàm quo tempore per filium Posthumi secundo dictatoris, qui tunc duûmuir erat, dedicata fuit. Nam pater dictator bello Latino uouerat. Itaque hi instituebantur sacrorum causa, ut sacros uidelicet libros legerent, carmina Sibyllina interpretarentur, præessent antistites Apollinis & rerum sacrarum. Quoties prodigia motus magnos aut rerum graues euentus portenderent, lectisternijs ad puluinaria deorum: supplicijs & sacrificijs minas illorum auertebant, placabantq; diuos. His aliquando cura data legitur fastorum corrigendorum: hi etiam Februarium mensem, qui diu ultimus in ordine fuerat, post Ianuarium posuerunt.* Hic ego.] *Porrò cuius Sibyllarum hi libri fuerint, qui Sibyllini fuêre nuncupati, prorsus non liquet. Constat autem fatidicas eas mulieres, spiritu diuino afflatas uerè fuisse: quare tantùm de Deo, eiusq; regno uaticinatas: denunciasse aduentum, uitam, doctrinam, supplicium, resurrectionem, ascensum Christi: iudicium extremum, uitam æternam, inferos: postremò ea quæ ad uerum Dei cultum, religionem & fidem pertinẽt: multa item historicè de Romani imperij amplitudine, & maiestate populi Rom. tantum abest, ut eam gentem faniticorum errorum ludibrijs & impiæ superstitionibus implere uoluerint, quæ simulacrorum & malorum spirituum cultum & εἰδωλομανίαν abominarentur. Anus hospita Tarquinium Superbum, qui ultimus fuit postea regum Romanorum, adijt, nouem uolumina in sinu ferens, in quibus aiebat diuina oracula contineri. Interrogabat regem, num hæc trecentis philippis redimere uellet? Risit rex, quasi anus ætate desiperet, quæ tantulos libros tanti indicaret. Indignata illa, tres in proximo foculo coram rege exussit: percontans num reliquos sex mercari uellet, & quidẽ tantidem. Risit rex multò magis, clamitans eam nunc planè desipere. Illa rursum tres excussos in focum, exussit. Denuò inde rogauit, num tres reliquos eodem precio mercari uellet? Tum demum constantia, seu pertinacia potius anus permotus, tanti tres mercatus fuit, quanti nouem licitata fuerat. Atque hæc quidem inde digressa, nunquam post illa in humanis uisa fuit. Libri in sacrarium conditi, Sibyllini fuerunt appellati, quòd anus illa Sibylla uulgo credita fuit. Sed malus genius qui se in omnes formas ac species transformat, mille artibus instructus, in quàm horrendis erroribus populum his libris continuit, liquet: quos diuina oracula hinc habuisse, persuasum erat. Ita alias gentes alijs imposturis toto Orbe idem ludificabatur, & irretitas in sua uassa seruabat: atq; ita occæcarat, ut uerum Dei cultum præ suo despicerent: nec argumentis, nec authoritate ulla scripturarum ad ueram religionem induci possent. In Bœotia Delphis, dæmon Delphicus celebris oraculis erat: in Libya, Iupiter Ammon cornutus deus, Afris formidabilis, omnium mortalium animos religione abominanda imbuerat: Dodonæ è quercu columba responsa edebat. Atq; ita totum Orbem impurus spiritus præstigijs suis incantarat, occuparatq; tanta caligine animos, ut in clara luce ad clarum ueritatis Solem caligarent. Præterea, ut altioribus tenebris crassis homines immergerentur, uates obsidere cœperunt, utriusque sexus mortales uentriloquos, quos Græci ἐγγαστριμύθους uocant. His lo[illegible] stultè creduli uentum*

tribuebant, ut responsa non ab homine, sed diuinibus profecta crederent. Neque uerò quicquam directè, dilucidè, aut apertè ab his respondebatur, ut ex oraculi fide certi aliquid constaret, sed obscuris uera inuoluentes, in errorum dubios labyrinthos omnia praecipitabant. Hinc Apollini Loxiae nomen factum fuit. Huiusmodi fuerunt χρησμοὶ illi apud Herodotum, Croesi & aliorum. Extant apud Diodorum nō pauci, & historiographos alios. Hinc tanta in horum fana, tot regum & tam prodiga liberalitas, tanta diuersarum gentium luxuriosa donaria, ut auro argento'que splenderent omnia: quae posteris temporibus, sacrilegis praedae ac direptioni exstiterunt. Sortes.] *oracula. Libros Sibyllinos innuit, in quibus fata Romana continebantur. Quare statim subiecit, Arcanaq; fata: quae in sacris penetralibus recondita, à solis Duumuiris, Decemuiris & Quindecemuiris consulebantur, inspiciebanturq́.* Meae genti.] *Populo Romano. nam in his (ut dictum est) fata Romana tantū inerant: quibus hostijs prodigia inexpiabilia procurarentur: à quibus locis hostibusq́ cauendum: quae supplicationes ad quae templa saeuiente peste decernerentur. qui ludi uouendi, quibus dijs, hostibus longè gentium in Italiam irruentibus: ferro accepta clade, quibus hostijs placandi essent dij. Haec & id genus ludibria libris illis prodita fuerant, ad quos tanquam ad extremam, & quidem sacram ancoram in summo discrimine confugiebatur.* Lectos.] *electos, delectos. id enim legere propriè signat: Legit uirginem uestalem per speciem honoris.* Viros.] *Statim enim quàm Tarquinius libros accepisset, duos uiros adhibuit, qui eos inspicerent: quorum alter M. Attilius: quoniam illorum mysteria temerè euulgasset, bubulo corio insutus, regis iussu in mare praiectus fuit. Itaque hi libri deinceps asseruari iussi sunt sub templo Iouis Capitolini (quae penetralia magna regni Romani hic uocat Poëta) in arca lapidea. Et haec quidem Sibyllina oracula perdurarunt in hoc populo rerum domino, usq; ad bellum Marsicum, quo Capitolio siue casu, siue fraude aliqua humana, siue diuino fulmine exusto, libri unà cum templo deflagrarunt. Sed Damon, uerè daemon, statim satellitem aliquem excitauit, qui alios supponeret, qui deinceps parum uera appellatione libri Sibyllini appellati fuêre. Ex Italiae urbibus quaedam publica cura conquisita: alia ex Erythris, caeterisq; Asiae urbibus, sunt, quorum nulla, aut certè paucissima Sibyllarum. Atq; haec quidem habeo, quae de Sibyllinis libris prodita reperi. Caetera, quae ad Sibyllarum cognitionem, & earum rerum notitiam attinent, uidere est in tertio.* Folijs.] *Huic Sibyllae peculiare fuit, oracula sua non ore reddere, sed palmarum folijs inscribere: quae si uento agitata conturbari contigisset, nunquam postea induci poterat, ut deinde integro caneret: atq; ita incertiores abibant, quàm uenerant. Author Varro est, & post Varronem Poëta in tertio:*

Insanam, inquit, uatem aspicies, quae rupe sub ima
Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat:
Quaecunq; in folijs descripsit carmina uirgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt:
Verùm eadem uerso tenuis cum cardine uentus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquam deinde cauo uolitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllae.

Proinde Sibyllae folia, in prouerbium abierunt apud doctos, de ijs quae uehementer uera indubitataq; uideri uolumus, ὡς τὸ ἐκ τῆς τρίποδος. Aristoph. in Pace; ὁ μαντικὸς τρίπους, ὃ δὴ τοῦτ' ἐστι σίβυλλα. Et Iuuenalis:

Credite me uobis folium recitare Sibyllae.

Nomina.] *aliàs carmina. Memor Aeneas praeceptorū Heleni uatis, petit id quod peculiariter ad se, & periculū suprema conatus prohibendū pertineat. Vtitur adeò ipsius uatis dictis, ut curā & solicitudinē ad exequēdū illius iussum ostendat. Folijsq; notas, inquit, & nomina mādat.* Ipsa canas.] *non folijs inscribas.* Ore.] *Pleonasmus.*

ARGVMENTVM.

Auet Sibylla Troianis vaticinium promere, sed ipsam reprimit Phoebus, tandem sponte sua aperiuntur ostia speluncae, vocesq; exaudiuntur multae: quae Troianis praenunciant grauiora in terris futura in eos pericula, quàm quae in mari passi fuerint, bella horrida Aeneam gesturum, multarum vrbium, atq; gentium auxilium imploraturum: huiusq́, mali tanti vxorem externam causam fore: itaq; animo opus esse maiore, quàm ipsius fortuna permittat, salutem pollicentur: quam ex vrbe Graeca ei euenturam vaticinantur. C

NASC.

*al. terra
*al. Latini
*al & venisse. et, te venisse
*al. Italûm? aut quas

At Phoebi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat,
Os rabidū, fera corda domans, fingitq; premendo.
Ostia iamq; domus patuêre ingentia centum
Sponte sua, uatisq; ferunt responsa per auras:
O' tandem magnis pelagi defuncte periclis
(Sed † terra grauiora manent) in regna * Lauini
Dardanidae uenient: (mitte hanc de pectore curā.)
Sed non † uenisse uolent bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint: alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea, nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit, cum tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes † Italûm? quas non oraueris urbes?
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,

At Phoebi nondum patiēs.] *egregiè uaticinantiū morē Poëta ab oculos ponit: nam oracula editurae Phoebades fatidico numine primum repleri credebantur, quod illis graue inprimis, & molestum erat: uerebanturq́ pro uiribus illud è pectore eijcere, ubi uerò ui numinis resistere non licebat, tum demum Deo plena, atq; illius uoluntati credentes in mentis stuporem abibant, oraculaq́ edebant.* Immanis.] *quia dictum est:*

Maiorq́ uideri.

Bacchatur.] *more Bacchantum furit: nam in sacris Apollinis Phoebadum, Bacchantiūq; eadem erat: nam idem est Apollo, qui Liber, qui Sol.* Excussisse Deum.] *translatio ab equitatu: uates enim Apollinis impatiens quasi equus excussorem excutere nititur conatur.*

Externiq; iterum thalami.
TVNE cede malis, sed contrà audentior ito,
†Quàm tua te fortuna sinet: uia prima salutis
(Quod minimè reris) Graia pandetur ab urbe.

†al. Qua

A men conatur. Sed Apollo tanquam sessor ipsam magis frenat, ac fatigat: nec mirum si, cùm de Apolline loquatur, equi tralatione utatur: nam Apollo in Asia apud quosdam populos in formam equi colebatur: cuius adhuc extant numismata antiquissima, quæ uir quidam doctissimus, mihiq; amicissimus se uidisse mihi retulit.

Tanto magis ille fatigat Os rabidū] bene os fatigat, unde oraculum proferendum erat. Fera corda domans.] corda aduentanti numini reluctantia. & perstat in tralatione equi. O' tandem magnis.] Apollinis uaticinium est. orditur per commiserationem: quam mouet à præteritis, & amplificat à futuris Troianorum calamitatibus. huic loco contrarius est locus ex 1. Aen.

O' passi grauiora: dabit Deus his quoq; finem.

Ibi enim de præteritis queritur, & de futuro consolationem affert: hic uerò futura etiam prædicit mala, quanquam in fine ipsum etiam consolatur. In regna Lauini B Dardanidæ uenient.] κατ' ἐμφάσιν uaticinium apertiùs explanat: mouetq; conquestionem ex euentu futurarum calamitatum. Bella horrida, bella.] τὸ αἴτιον, cur uenisse noluerint, & utitur παλιλογίᾳ ad grauitatem, & horrorem futuri belli amplificandum: & ut qualis, quantusq; futurus esset huius belli horror, ostenderet: Tybrim, inquit, multo spumantem sanguine cerno. ubi non sanguineum tantùm dicit, sed multo sanguine: nec rubentē Tybrim, sed spumantem. ut q; certa, & indubitata se referre ostendat, ait cerno. nam uatibus rerū, quæ futuræ sunt, spectra ob oculos repræsentari solent. bellum autem designat, quod Troiani cum Rutulis in Italia gesserunt.

Non Simois tibi, nec Xanthus.] bellum, ducem, lociq; situm per similitudinem bello Græcorum comparat. Tyberinus, inquit, & Numicus, in quem cecidit Aeneas, pro Simoi, Xanthoq; aderūt. Alius Latio iam partus Achilles.] Turnum intelligit: quem nulla in re Achille minorem facit. Natus & ipse Dea.] Venilia, ut Achilles Thetide: nam dicitur in 10. Aen.

» Nascentem & patria Turnum consistere terra.
» Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.

& est à genere commendatio.

Addita Iuno Nusquam aberit.] unde ipsa ait in septimo Aen.

» Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

C Addita uerò hic positum est pro affixa, & per hoc infesta, atq; inimica, & est ex Lucilio sumptum. ita enim ait:

» Si mihi non prætor siet additus, atq; agitet me.

Macrob. lib. 6. cap. 4.

Cùm tu supplex in rebus egenis, Quas gētes Italûm.] Triplex eō questionis locus ex aduersa Troianorum fortuna, quod supplex, quod in summa rerum egestate, quod plures orare cogetur, & quoniam tanti belli originem, causamq; exquirere posset Aeneas, πρόληψιν occupat, cùm ait: Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris.] ut prius Helena, sic tu Lauinia mali Troianorū causa eris hac de re Virg. in 7. Aen. abundè meminit. Tu ne cede malis.] ad animi magnitudinem hortatur: quod est ab honesto adhortatio.

Sed cōtrà audentior ito, Quàm tua te fortuna sinet.] Stoicè monet sapientē, animoq; forti supra fortunā esse oportere, quidam uel antiqui codices Quā, legunt, sed plus est in dictione quàm: sic enim adhortatur Aeneam, ut fortunam ipsam superare contēdat. si uerò Quà legas, fortunæ tantùm ut obsequatur admonere uidetur. Via prima salutis.] Aeneam consolatur spe salutis futuræ, undeq; euentura sit eius salus, ipsum edocet. Graia, inquit, pandetur ab urbe, & Euandrum Arcadem designat: cuius auxilium implorauit. Virg. in 8. Aen.

At Phœbi.] Antequam Sibylliacum oraculum subiiciat, in furentis prosopographia uersatur. Hanc ab effectu numinis, & afflata engastrimythæ habitu tractat. LAMB. Hort.

Phœbi.] uiolētiam spiritus, quo correpta uaticinaretur, cùm non fari posset, furore agitari cœpit: in quo mentē Phœbadis præscientia rerum futurarum dæmon ita complebat, ut mentis impos, statim horrendas ambages caneret. Sic spiritus ille cor suo arbitrio finxit, quoties uatibus id genus ceu organis, ad demendos stultos mortales in caligine & idolomania uteretur. Immanis.] diuina, numine plena. Bacchatur.] furit: ab habitu uatis. Deductum uerbum est ἀπὸ τοῦ βακχάω, μαίνομαι, insanio: καταβακχάομαι, ἐνθεάζω τινὸς πληροῦμαι, afflatu alicuius numinis impleor: id quod proprium erat sacerdotum Bacchi, à quo illæ Bacchæ dicebantur, ὁ καὶ Διονύσιος. Bacchus uerò idem qui Apollo, Macrobio. Cæterùm uicina metaphora, ad uates, inde ad eos qui corripiuntur, postremò longiùs & remotiùs transfertur. Vates pro Sibylla, pronominatio. Magnum.] Causa furoris, à fine. Apollinem: antonomasia. Mirum ni Magnum ob id eum uocet, quod de penatum Troianorum numero esset, quos suprà τοὺς μεγάλους θεοὺς appellarit.

Cum socijs, natoq;, penatibus, & Magnis Dijs. Et: »
——numicaq; Troia. »
Numina magna Deûm, »

Nisi simpliciter Magnum deum libeat interpretari, pro magni nominis, & toto Orbe multis de causis celebri numine. Excussisse.] excutere: enallage temporis. Tanto.] Quanto sudabat uates enixius excutere è pectore numinis uim, tantò ille magis corpus eius impressu suo frangere conabatur, quò fatigata ac mentis sana, corporisq; uiribus destituta instrumento hoc liberiùs uteretur. Cæterùm uerbi fatigo significatio longissimè patet. Deductum uidetur ab affatim & ago, quasi affatim lassitudine grauo. Aliquando cædo. ut,

——iuuencum terga fatigamus hasta. »

item miscere & perturbare:

——cœlumq; fatigat. & excito. »

Rabidum.] ab animantibus, quorū propriè est rabire. Corda.] Enallage numeri. Fingitq;] pro arbitrio mentem format, imbuitq; ut quæ sit responsura. Ostia.] Hyperbolicōs, centum ostia templo tribuis, quæ spōte sua, impulsu numinis aperiebantur: numerus certus pro incerto. O' tandem.] Beneuolentia à persona Aeneæ, & eius inuicti animi magnitudine. Parenthesis collationem habet ingruentium periculorum, quæ grauiora multò & maiora sunt futura. Vis collationis sita est in mari & terra, exactis, & futuris. Manent.] expectant. Quidam hic philosophantur, ut per maria intelligant uitam ciuilem, quam Græci πολιτικὴν nominant, in qua uir excelsus egregiè exercitatus fuerat. Constat autem, motus negotiorum ciuilium, procellis & fluctibus comparari. Per

certam uerò solidam θεωρητικὴ: id est, contemplandi laborem & studium accipiunt. In hoc uitæ genere infinitæ difficultates multo maiores, pluraq́ obstacula quàm in politica sese ingerunt. Est enim quò absolutior uita, tantò & periculorum & tentationum plenior. Atq; hoc quidem Poëtam uelle innuere, cùm dicit, Aeneam magnis periculis mari defunctum, terra uerò multa maiora expectare. Ego uerò simpliciter, & citra tropum, hoc ad historiam referendum, & accipiendum arbitror, maximè cùm præteritarum rerum memoriam refricet, & euentura reuera denunciet. Cæterùm ἐξηγητικὴ oratio & oraculum est. nam serie narrat, quæ bella Troianis cum quibus populis in Italia sint gerenda. Constat autem hæc narratio perpetuis amplificationibus magnitudinis bellorum, à collationibus & exemplis maioribus ductis, ne partæ Italiæ immodica lætitia nimium exultantes, ad imminentia pericula forent oscitantes & supini. Lauini.] Alij hic legunt Latini. Plurimorum testimonio constat, tum temporis Latinum in Italia regnasse, cùm Aenea duce, Troiani in eam terram uenirent: Lauinium Latini fratrem, ibi antea regnum tenuisse. à quo loco etiam nomen datum. Ferunt Latinum regem imperium adeptum, cùm urbem Lauinium & eius pomeria ampliasset, à lauro ibi inuento, eam Laurentum & Laurolauinium dixisse. Postea à Lauinia, Latini filia, coniuge Aeneæ, rursum Lauinium appellari cœpisse. Cæterùm Latinus Laurentum rex fuit, ex Fauno & Nympha Marica procreatus. Habebat hic filiam Lauiniam, ex Amata Dauni regis Ardeatum sorore, quam Turno Dauni filio spoponderat. Sed cum oraculorum responsis extero genero alicui elocare cogeretur, eam Aeneæ à Troia per id tempus in Italiam profugo, & hospitio excepto, repudiato Turno, uxorem dedit. Turnus acceptam iniuriam ulturus, Latino bellum & Aeneæ indixit. Sunt, qui Latinum non Fauni, sed Herculis filium fuisse produnt. Verùm hos nominis similitudine lapsos arbitror. nam Telephus Herculis filius, teste Suida, & ipse Latinus cognominatus fuit. Lauini.] pro Lauinij: apocope. Dardanidæ] Troiani: antonomasia. Mitti.] pro, amitti: simplex pro composito. Desine solicitus esse de fatorum tuorum euentu. Consolatur ducem Troianum persuasione partæ fatalis terræ. cui tamen statim opponit pericula & labores adeundos, priusquam ad quietem sit peruenturus. Bella.] Causa, quamobrem non uenisse uolent: propter bella, quæ iterum ipsis in Italia gerenda erunt, persuasione partæ quietis falsis. Exaggerat eorum magnitudinem, repetitione uerbi, & denunciatione cladis, quam à signis describit, quando Tybrim sanguine cæsorum spumantem se uidere dicit. Vates enim futura, perinde ut præsentia, uident. Simois.] Hi amnes ab Homero non uno loco cæsorum cadaueribus obruti ita finguntur, ut proximos ripæ campos obturatis faucibus sanguine inundarent: ac cum Græcorum ducibus, præcipuè uerò Achille de iniuria & inhumanitate expostularent, quòd cursus ipsis in mare præclusus esset. Cum his comparat amnes Italiæ, Tybrim & Numicum, ad quos infestis armis cum utriusque populi maxima clade concursum fuit. In Numico Aeneas haustus creditur, ad quem postea illi templum conditum fuit, cum huiusmodi inscriptione: PATRI DIVO TERRESTRI, QVI NVMICI FLVVII VNDAS GVBERNAT. Quod tamen Dionysius existimat, antea ab Aenea in patris Anchisæ honorem positum fuisse. Proximi accolæ eum Iouem indigetem dixerunt. Et spumare uerbum, cladis magnitudinem amplificat. De Simoënte, & Xantho, qui & Scamander Homero, aliàs diximus. Dorica castra.] Græcorum castra: synecdoche. quorum uirtute opes Troianæ accisæ essent. Videtur significare Halesum Agamemnonis filium, quem tradunt cum magnis copijs Turno aduersus Troianos auxilio uenisse. Idem Poëta in septimo, ubi catalogum ducum recenset: A

> Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
> Curru iungit Halesus equos, Turnoq́ feroces
> Mille rapit populos.——

Ouidius lib. 4. Fastorum author est, hunc Falisca gentis conditorem extitisse:

> Venerat Atrides fatis agitatus Halesus,
> A quo se dictam terra Phalisca putat.

Ferunt hunc ex Agamemnone & Briseide ortum, alij ex Clytemnestra: cum qua, quia contra patrem coniurauerat, postea patrio solo pulsum, in Italiam fuga delatum, & in Massico monte Campaniæ consedisse. Græcus hic, ut Troiano nomini hostis, postea aduersus Aeneam cum Turno castra iunxit. Indicat, Aruncos, Ausonas, & totam Magnam Græciam ad arma consurrecturam. B

Dorica.] Doridem Strabo libro octauo, & item nono testatur, Græciæ regionem esse, & iuxta Parnassum ad occiduum latus, unà cum Aetolis & Locrensibus ad Coracum montem habitasse. Vmbilicus planè est inter Thessaliam, Hellada & Aetoliam. Quatuor urbes illi tribuunt, Erineum, Boium, Pindum & Citynum. Rigatur amne Cephiso, qui sinu suo item alium riuulum suscipit. Sunt authores, inter quos Staphylus est, rerum Doriensium scriptor, qui his tres tantùm urbes tribuunt, Erineum, Boium & Citynum: quare τριχάϊκες appellati fuêre. Pindari interpres, Dorienses in Pindo urbe habitasse credit, quæ una fuit ex Tripoli in Perrhæbia: ac postea in Doridem emigrasse, quæ est inter Oetam montem, & Parnassum: & sex ibi urbes habitasse, ex quibus in Laconiam cum Heraclidarum gente postea profecti fuerant. Dorienses à Doro ipsorum rege nomen sortiti dicuntur: alij, à nympha filia Oceani & Tethyos: Seruio, à Doro filio Neptuni. Cæterùm huius gentis lingua inter excelsas & suaues totius Græciæ proprietates recensetur: quod uel illud testatur, quod clarissimos scriptores habuerit, qui C eam celebrarunt: Pindarum, Theocritum, Stesichorum, Simonidem, Ibicum, & Thebyrum. A Doriensibus, Dorica Musa prouerbio locum fecit. Sunt enim celeberrimæ harmoniarum species, Dorica, Bœotica, Lydia & Phrygia. δώριος ἁρμονία, μουσική. Et δωριάζειν, ὑπερηφανεύεσθαι. δωριάζειν γάρ ἐστι, ait Suidas, τὸ σῶμα ἀναφαίνειν τὸ πολὺ, διὰ τὸ μηδὲ ζώνας ἔχειν. τὸ πολὺ δὲ γυμνὰς φαίνεσθαι. [illegible]

Achilles.] A ducum collatione. etenim ut Achillis uirtute res Græcorum ad Troiam steterunt, ita Turni uiribus Italicum bellum aduersus Troianos geretur, quem, eiusq́ socios non minus feroces & acres sit experturus, atque ad Troiam Achillem, & Achillis socios Myrmidonas expertus fuisset. Latio.] hoc est, in uastationem Italiæ: ut dandi, non auferendi sit casus. Natus.] A parentum utriusque dignitate collatio, quæ ad Aeneæ laudem spectat, ne cum obscuriori hoste, quàm Achilles erat, congressurus uideatur, cum quo quoties apud Homerum commissus narratur, nemo ferè est qui nesciat.

Proinde

A Proinde amplificationem difficultatis in superando hoste & in negotio conficiendi belli habet. Et ipse.] Emphasis: indicat heroëm Achillem mortali patre, dea matre Thetide prognatum, bello propè insuperabilem fuisse, ne Turnum, matre dea & patre mortali ortum, contemnere uideatur. Hoc hominum genus prisci heroas uel ἡμιθέους appellare consueuêre. Ipse.] uel ut cum Aenea comparetur, quo propter generis huius splendorem minus securus periculorum ingruentium reddatur. Ortus erat Turnus patre Dauno & matre nympha Venilia, sorore Amatae. Fuit autem hic Daunus filius prioris Dauni ex Pilumno & Danaë nati, qui in Apulia regnauit, à quo ipsa regio Daunia quoq; dicta fuit: quam quidam tamen à quodam Dauno claro homine Illyricae gentis appellatam ferunt. Daunos rursum nuncupatos nonnulli credunt à Dauno socero Diomedis, quod ab eo uicti bello essent. Iuno.] quae Rutulorum res aduersus Latinos & Troianos turbatur, perinde ut ad Troiam Graecorum opes tutata fuerat in uastationem regni Troiani. Supplex.] Amplificatio periculorum in auxilijs implorandis exterorum populorum. Interrogatio uim habet uniuersalem. Ostendit eum
B nullos non populos ad armorum societatem, sed frustra, solicitaturum. Enallage modi. Oraueris, pro orabis: nisi μετ' ὀλίγον μέλλον uelimus interpretari. Italûm.] Italorum: syncope. Causa.] Occurrit tacitae cogitationi, unde belli materia oritura sit. Quemadmodum propter raptum exterae mulieris, Helenae Menelai uxoris, bellum Troianis fuit excitatum: ita propter desponsam Lauiniam, & ipsam exteram puellam, bellum Aeneae indicetur: ita causae propè per omnia conuenient. Coniunx.] Lauinia, initio Turno desponsa: quam Latinus pater diuersis prodigijs territus, Aeneae extero genero dare coactus fuit. Qua de causa Aborigines & Troiani à Turno Rutulorum rege, cui ante Aeneae aduentum connubium Lauiniae pactum fuerat, bello sunt petiti: & quidem iustam ob causam. Ferebat aegro animo, aduenam hominem sibi in affinitate praelatum. Alij produnt, regem Latinum non prodigijs ad asciscendum exterorum ducem commotum: sed per quietem à genio loci monitū, bello abstinendum: expedire regi & Aboriginibus, aduenarum ducem benigniter compellare, hospitio & omni necessitudine sibi adiungere. Hac nocturna specie Latinum consilio mutato,
C postridie Aeneam in colloquium conuocasse: ac data acceptaq; fide, ac domesticum foedus publico adiunxisse, data in uxorem Lauinia. Quidam scribūt, Latinum, omisso bello quod illi cum Rutulis erat, & in Troianos conuerso praelio uictum, pro non paruo negotio habuisse, primum pace Aeneam, inde affinitate sibi adiungere. Rursum alij sunt authores, Latinum, priusquam cum aduenis in discrimen pugnae descenderet, in medium progressum, & ducem in colloquium conuocasse. Ibi Latinum edoctum, qui uir Aeneas esset, unde profectus, quid quaerens in ea loca uenisset: nobilitate generis, & gentis fortuna, Ducis in primis indole, animoq; bello, paciq; parato commotum, pacem fecisse & affinitatem iunxisse: nullis monstris aut prodigijs ad id impulsum. Thalami.] coniugium Lauiniae: synecdoche. Iterum.] primum bellum propter raptum Helenae ad Troiam, iterum hic in Italia ob coniugium Lauiniae Troianis bellum motum fuit. Tu ne cede.] Epilogus constat exhortatione ad constantiam in dubijs rebus, ne animo sit fracto. Virilis animi robur, cùm palmae genuina naturae congruens, scitè Poëta describit. Etenim haec, quo premitur magis, hoc aduersus onera imposita insurgit & erumpit uiolentius. Vera animi fortitudo quo exercetur magis periculis, hoc indurescit magis, confirmaturq; ad euincenda aduersa, ne succumbat. Atq; haec causa fuit, cur à ueteribus musò palma communis sacrorum certaminum uictoribus praemium fuerit constitutum, & corona: quòd eius arboris & uirorum fortium eadem sit indoles & ingenium. Via prima.] Prima ratio, causa & occasio salutis proficiscetur è Graecia. Prouerbialem speciem habent ista, Aperire uiam, praecludere uiam, monstrare uiam, fenestram aperire, & id genus alia.

Quod minimè.] Quis crederet, è Graecia Troianis auxilia profectura, quae paulò antè in eorum internecionē coniurata, Troiam uastarat? attamen inde Troiano duci salutis extremam anchoram pollicetur. Vrbe.] ab Euandro Arcadum rege, qui regno pulsus, in Latio oraculis matris Carmentae monitus, consederat: quemadmodum ipse refert in 8. Aen.

Me pulsum patria pelagiq; extrema sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
His posuêre locis, matrisq; egere tremenda
Carmentis nymphae monita, & deus author Apollo.

Est autem Arcadia in media Peloponneso sita, ueluti umbilicus. Cingitur ab ortu Argia & Laconica, à meridie Messenia, à Septentrione Achaia, ab occasu Elide. Initiò Pelasgia dicta fuit. Postea Arcas Iouis & Calistus filius imperio ibi potitus, de se Arcadiam appellauit. Hic Arcas meliori cibo glandes, quibus tum mortales uulgò uescebantur, commutauit: docuitq; frumētum frangere, farinam subigere, & panes pinsere. Adhuc, pro arborum corticibus, pellibus animantium se uestire: quomodo lana deducenda esset, ac digitis filum fingendum: qua arte fila contexerentur, & uestes consuerent. Atq; ob haec beneficia, diuini honores post mortem illi habiti fuerunt. Ossa eius postea Mantiniam oraculi Delphici iussu translata sunt, cùm antea in Maenalo monte condita fuissent. Ferunt Arcadiam, Parrhasiam etiam dictam, à Parrhasio Martis & Philemonis filio, qui à lupo educatus, cum fratre Lycasto Arcadiam occupauit. Montes habet, Pholoën, Cyllenen, Lycaeum, Artemisium, Lampheum, Nonacrim, Maenalum, & Parthenium. Dionysius author est, Arcadas omnium Graecorum primos, transmisso Ionio in Italiam colonias deduxisse. Vnde tradunt Oenotrum cum fratre Peucetio & Aboriginum gente, 17. aetates ante euersionem Ilij, classe in Italiam deuectum fuisse. Erat autem Oenotrus Lycaonis iunioris filius, qui à Phoroneo primo Peloponnesiacorū rege quintus fuit. Quare eruditè Oenotrum caeteris omnibus Italiae cultoribus antiquiorem facit, cùm dicit, Oenotrij coluêre uiri. Fuit alioqui Arcadia fertilis pascendorum pecorum. Habet & miraculum, quod ex rupe Nonacris aqua manet gelidissima, in speciem roris collecta, sed letifera bibentibus. Omnia uasa ui pestiferi liquoris satiscunt. Hoc ueneni genere Alexandrum ab Iola spoliatum tradunt. Arcades in primis rei pecuariae studiosi fuerunt. Hinc illa prouerbia: Bos Arcadicus, Arcades imitans: qui alijs laborant, non sibi. Arcadiam me postulas: qui magna & utilia petit. Arcadicum germen: de grandibus & ignauis, quo nomine ea gens male audijt. Veteri consuetudine receptum erat, usq; ad trigesimum aetatis annum in Musicae studio exerceri ut probro esset, eam artem nescire, qua existimabant ingeniorum feritatem mitescere. Quoniam autem regio

ipsa ferè montosa est, unde asperiora eorum sunt ingenia: hinc factum fuit, quòd eo libentius illam artem sint amplexi. Arcades Ioui Lycaeo humanis hostijs sacrificabant, quod persuasum esset, homines eius gentis in lupos transformari, teste Plin. Eidem Arcades Latij populi sunt. Arcades omnium mortalium se antiquiss. iactabant, & ante lunam natos, proverbiali ioco προσέληνοι & βαλανηφάγοι audiebant. Hinc Euander casu magis quàm destinato consilio in Italiam uenit: uir eloquens, & Mercurij cuiusdam filius: cùm patrem Parricidium occidisset, regno à suis pulsus, consilio matris Carmentae fatidicae foeminae fugit in Italiã: tenuitq; ea loca, fugatis Aboriginibus, ubi duo fratres postea Romam condidêre. Posuit in Palatino môte humile oppidum, quod de filij sui nomine Pallãteum dixit. Ibi Herculem spolijs Iberis onustũ hospitio excepit: ibi & Aeneam, cùm ab eo auxilia aduersus Rutulos peteret. Illud precium operae est adijcere, antequam hũc locum absoluamus: Carmentam (quam à carmine quidã appellatam putant, quòd certè mihi nõ uidetur, quippe Graecam, & in media Graecia natam) Ionij Arcadum regis fuisse filiam, uxorem Pallantis, qui auus fuerit Euandri. Tradunt eam Euandrum ex Mercurio procreasse, uir excel-

so & bellicoso, qui & inter Hercules, ob res gestas, numeratus fuit. Caesis eo, qui pater uulgo dicebatur, caeso, auito regno eiectus fuit. Itaq; ad istum, quem dixi, modum matris consilio, naui in Italiam uenit. Erat autem Carmenta fatidico spiritu per eam tempestatem celebris, & Graecarum literarũ doctissima, Nicostrata priùs appellata: quam postea Carmentam uocatam uulgò ferunt, quòd carminibus futura denunciaret. Vnde uerisimile uideri potest, nomen ab Italis postea foemina mutatum fuisse. Addũt & illud authores, Italos tum rudes, & omnium bonarum artium expertes, ab hac politicam disciplinam accepisse, & mores item didicisse & literas. Ferunt & literas eas uetustas esse, quas Hyginus author est ab Euandro profugo in Italiam delatas quidem, sed à Carmenta matre numero 15. in Latinas commutatas. Quare multi contendunt, initio ueteres Graecas literas easdem cũ Latinis fuisse, quas posteritas mutauit. Carmentam certè, beneficiorũ memores, adhuc superstitem diuinis honoribus coluerunt. Praestiterunt mortuae non minus: nam sub infima Capitolij sacellum ei dicauêre, ubi habitarat: sacra Carmentalia instituêre, & festa: portam item Carmentalẽ ab ea nuncuparũt. Hinc Aeneae auxilia postea aduersus hostes profecta sunt. A

ARGVMENTVM.

Furor Sibyllae minuitur, quae res facit, ut Aeneas eam alloqui audeat, viamq; se doceri postulet inferorum, ut patrem suum complexus petat: cuius iussu non solùm hoc iter se instituisse, uerumetiam Sibyllae limina supplicem adijsse commemorat. B

Talibus ex adyto dictis, Cumaea Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris uera inuoluens: ea fraena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore uertit Apollo.
Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Aeneas heros: Non ulla laborum,
O' uirgo, noua mi facies inopinaue surgit:
Omnia † praecepi, atq; animo mecum antè peregi,
Vnum oro (quando hic inferni ianua * regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum † chari genitoris, & ora
Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atq; omnes pelagiq; minas coeliq; ferebat
Inualidus, uires ultra sortemq; senectae.
Quin, ut te supplex peterem, & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat, † natiq; patrisq;,
Alma precor, miserere: (potes namq; omnia) nec te
Nequicquam lucis Hecate praefecit Auernis.
Si potuit manes † arcessere coniugis Orpheus
Threicia, fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; uiam toties: quid Thesea, magnum
Quid memorẽ Alcidẽ? & mi genus ab Ioue summo.
Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.
Tunc sic orsa loqui uates; ——

†al. percepi. *al. ditis †al. cari †al. gnatiq; †al. accersere

NASC. CVMAEA Sibylla] Varro uult Erythream fuisse. quod ex uarietate scriptorũ fieri arbitror. Horrendas canit ambages.] Horrendas Troianis. Obscuris uera inuoluẽs] Apollinis oraculũ quale fuerit ostendit, perplexum uidelicet, ideoq; obscurum: unde λοξίας Apollo dictus est: id est, obliquus, & perplexus. Pindari interpres. Ea fraena furẽti.] redit ad equi metaphoram: cuius rei causam paulò antè assignauimus. Cessit furor.] aliquãtulum imminutus est. Nõ ulla laborum, O' uirgo noua mi facies.] Aeneae petitoria oratio est: sinnimbusq; deliberatiui generis, ad qđ dirigitur, partibus cõstat, honesto, iucundo, utili, facili, possibili, necessario, uti suis locis declarabitur. principio Sibylla beneuolentiam colligit à persona sua: nam modestè, & absq; iactantia prudentiam suam fleuè commendat: qui quae futura sunt

siue commoda, siue incommoda, tãquam ex specula multò ante se prouidisse demonstrat: Stoici enim sapientem sic animo excubare oportere aiunt, ut nihil ei improuisum accidere possit, uel inopinatum. Cic. in Tusculan. Noua mi facies.] hinc apparet faciẽ non solùm in hominũ corporibus (quod etiam Gellius annotauit lib. 13. cap. 29.) sed etiam in rerum cuiusq; modi aliarum dici: quapropter & hic facies laborum, & infrà scelerum facies dicitur, & terrorum facies apud Cicer. & Tacit. & consilij facies apud eũdem. C Omnia percepi.] uel ab oraculis, uel ex seipso, secum cogitãdo quae bona, quae mala sibi euenire possent: quamobrem subdit: Atq; animo mecum antè peregi.] ex dogmate Stoicorum (ut antè diximus) quib. praecogitatio futurorum commendatur. futuras inquit Theseus apud Euripid. mecum commentabar miserias.

praecisa

A prouisa omnia Stoici leuiora fieri putant. Cic. in 3. Tuscu lan. Vnum oro.] delabitur ad petitionem, & quoddam præcipuum se petere ostendit, quod statim post parenthesin infert. Ire ad conspectum genitoris. Quando hic inferni.] à possibili: id est, ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ. Acheronte refuso.] redundante: ex quo fit palus. Virg. in 1. Aeneid.

» *Stagna refusa uadis.*

Ire ad conspectum chari.] honesta, atque etiam iucunda petitio, quod facilè ex eo cognoscitur, quod ait, chari. Doceas iter, & sacra hostia pandas.] huic affinis est illa petitio ex primo Aeneid.

» *Et quo sub cælo tandem, quibus orbis in oris*
» *Iactemur doceas.*

Quod uerò sacra hostia dicit non mirum est: nam & inferorum loca antiquis sacra fuerunt. Illum ego per flammas.] recenset, quæ fecerit patri, ut inde honestum illius adeundi desiderium probet, colligatque Sibyllæ beneuolentiam ex diligenti erga patrem suum officio. Eripui his humeris.] δεικτικῶς. Medioque ex hoste recepi.] ἐμφατικῶς redemptionis difficultatem ostendit ex medijs hostibus. Ille meum comitatus iter.] Amplificat ex magnis, multiplicibusque incommodis patris: unde mouet commiserationem per locum communem ex infelici rerum eius, suarumque euentu. Inualidus, uires ultra.] hæ omnes circumstantiæ uim mouendæ, atque augendæ commiserationis habent Sortemque senectæ.] præter munus senectutis: id est, præter quod senectus ferre potest. Quin ut te supplex peterem.] Amplificat à necessario, & unà Sibyllæ diuinitatem extollit ex uerbis, & iussu paterno. Idem orans mandata dabat.] ostendit mandatum patris non fuisse uiolentum, sed, ut ita dicam, obsecratorium: nam ait orans: unde occulta colligi potest Aeneæ commendatio ab officio, & pietate erga patrem: qui etsi hac in re liber erat, idque & facere, & non facere poterat, tamen ob nimiam erga patrem suum beneuolentiam, atque charitatem, omnia patris uerba iussa sibi esse putat, eaque tanquam necessariò exequi conatur.

Natique, patrisque, Alma precor miserere.] petitioni obsecrationem adiungit: quo faciliùs impetret.

Potes namque omnia.] à facili. Nequidquam lucis.] per quos erat descensus ad inferos. atque ita Sibyllæ potestatem exaggerat, ut quæ pro arbitrio suo ad inferas domos accedere posset. Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus.] suam petitionem honestam esse

C exemplis comprobat à minori ad maius ex ui rerum, & personarum deductis: nam uxorem ab inferis reuocare maius est, quam uidendi tantum patris causa inferos petere, & Aeneas Thesei, atque Orphei comparatione dignior est: nam proximè dicturus est.

—— & mi genus ab Ioue summo.

Threicia fretus cithara.] Orphei fabulam inter alios Virg. lib. Geor. 4. enarrat. adeas interpretes. Si fratrem Pollux.] altero exemplo ostendit accessus ad inferos sibi negari non debere: in quo si personarum uim spectes, à minori argumentatur, si rerum, à maiori ad minus: nam hominem à morte redimere maius est, quàm si alloquendi hominis causa inferos petat. Itque, reditque uiam toties.] altero mortuo, resurgit alter. alludit ad Geminos, quod est signum cœleste: quorum altero occidente, alterum oritur. Sed adeas interpretes, qui hæc fabulosa copiosissimè prosequuntur. uersus autem ex Homer. sumptus est Odyss. λ. ubi de Leda eiusque filijs uerba facit. Quid Thesea.] alia per occupationem inculcat exempla. ij duo, ut est in poëtarum fabulis, & ipsi inferos petiuerunt: sed nõ pietatis ergò ut Aeneas: nam alter, ut Proserpinam, alter, ut Cerberum tricipitem ad superos reuocaret, adiuit. Si igitur impietati inferi patuerunt, tanto magis æquum est, ut pietati pateant. Et mi genus ab Ioue summo.] κεκρυμμένως occultæ quæstioni respondet, ne dicat Sibylla eos trahere genus à dijs: nam & ipse à Ioue originem ducit. Arasque tenebat.] alludit ad ritum sacrorum: nam Deos precaturi aras tenebant. adeas Macrob. libro tertio Saturn.

TALIBVS.] Et ad istum quidem modum uates, de Italicis rebus uaticinata fuit Adyton porrò quid sit, alibi à nobis est annotatum. & Poëta hoc loco ipse exponit, quid adyton nocet, cùm dicit, Antroque remugit. Constat autem, oraculorum Sibyllarum & Dæmonum ueritatem obscuris ambagibus inuolui solere, ut perplexas & dubias mortalium mentes in errore & suspensas continerent. Declarant id abundè χρησμοί, apud Diodorum, Herodotum, Thucydidem, & cæteros historiographos: quorum obscuris circuitionibus, quàm fœdè reges, tyrãni & populi falsi fuerint, quis est qui nesciat? Horrendas,] horrorem iniicientes, & admirationẽ. Remugit.] Epexegesis, interpretatur obscurius dictum, adytum uidelicet: metaphora propinqua, à boue ad hominem. Frena.] quibus mentem uatis pro arbitrio uersat, temperatque. Rursum translatio à brutis ad hominem: sicut stimulos metaphoricõs uocat, uim diuinam, quæ animum Sibyllæ & impetum fatidici spiritus excitauit: à re corporea ad incorpoream. Est enim fustis cuspide præacuta, quæ rustici boues ad cursum suppungunt. Græcè κέντρον. Furor.] ἐνθουσιασμὸς τῆς ἐγγαστριμύθου, ubi ad se, excussa spiritu fatidico, redijt. LAMB. Hort.

Rabida ora.] A signo sanæ mentis, cui restituta fuit; enallage numeri. Non ulla laborum.] Suasorij generis petitoria oratio, artificiosè contexta. Paucis in exordio statim captat beneuolentiam: ab assuetudine periculorum terra & mari, & cognitione totum bellorum quæ ipsa ille prædixit Troianis exoritura. Inde proponit hoc ipsum quod petit, ut secum comes eat ad inferos, & monstret uiam. Subijcit causam descensus, copiam conueniendi patris. Probat à pio pietatis argumenta à præcedentibus signis obijcit. Confirmat ab honesto, à facili, ab exemplis: quorum inter se, admistis affectibus, facit collationem: à modo, dispari, à similitudine sanguinis, ut non habeat quod extenuet, aut etiam amplificet. Non ulla.] Beneuolentia à Sibyllæ persona, cùm eam uirginem uocat, & à sua fortitudine: cui nullum periculi genus nouum queat uideri, tot bellis exercitato, totque iactationibus fatigato. Sed nihil noui eam ne denuntiasse quidem: quippe qui eadem multo antè ab Heleno uate acceperit, & patre. Quare disertè statim addit, Omnia præcepi: hoc est, antè accepi. Nonnulla exempla legunt, Percepi: uerùm superius magis placet, ut eruditioni Vergilianæ ac proprietati aptius.

Antè peregi.] reuolui, qua ratione ingruentes difficultates superem. Oro.] Propositio petitionis: ut te duce mihi liceat descendere ad inferos, ad uisendum patrem. Parenthesis inclusam habet occasionem propositionis, à loco. nam ibi fauces esse memorantur, per quas descensus patet ad Plutonis tartara. Apprimè eruditè id quidem à Poëta dictum est. Etenim circa Cumas signa quædam fabulosæ necyomantiæ Homericæ, quæ extat in Odyssea, ostenduntur: cuiusmodi sunt, Styx, Acherusia palus,

Acheron,

Acheron, calidæ aquæ uice Pyriphlegetontis. Monstratur ibi quoque effossum cuniculum occultum & subterraneum, quod meatus exitusq́ habeat, & quod à Græcis νεκυομαντεῖον appellatur. Huc qui ingrediuntur, noctu ingrediuntur & egrediuntur. Quare consentaneum uidetur ibi eos esse, qui apud Homerum Cimmerij dicuntur. *Hoc ipsum circa uiciniam Neapolim apparet. Sunt enim ibi lauacra calida, quæ tum ad curanda corpora, tum ad uoluptatem & delicias uehementer conducunt, neque uerò Baijs inferiora, imò præstantiora multo. Huc enim multi Romanorum quietis, ocij & tranquillitatis gratia ex urbe commigrare solebant.* Regis.] *Plutonis: periphrasis. Inferos prisci philosophi reuera nihil aliud esse uoluerunt, quàm tarda & inertia corpora humana, quibus inclusæ animæ, quiddam carceribus simile patiuntur, qui tenebris atri sunt, & sordido cruore horrent. Hæc animorum sepulchra (σώματα γὰρ τὰ σήματα dicta asserebant) & Ditis concaua, abyssumq́, hæc inferos nuncupabant. Simul omnia quæ apud inferos credebat esse fabulosa antiquitas, in corporibus humanis illi posuerunt. Platonici tamen non corporibus, sed certæ mundi parti Ditis sedem assignabant. Antiquitas quinque præcipuos amnes inferis attribuebant, Acherontem, Lethen, Phlegetontem, Cocyton, & Stygem. Acherontem in homine dixerunt, quicquid uel dixisse, uel fecisse, ratione inconstantiæ humanæ & uarietatis hominem pœniteat: ut est mens hominis uaria. ἄχος enim dolorem signat. Lethen (λήθη obliuio est) nihil aliud interpretabantur, quàm cæcum errorem animæ, qua originem, fontem, dignitatemq́ suam obliuiscitur, neque recordetur eò, unde profecta sit, sibi redeundum esse. Cui non subit cœlestis patriæ recordatio, sed inclusa carcere obbrutescit, ibi se perpetuò uicturam existimans. Phlegeton, ἀπὸ τοῦ φλέγω nomen habet: hoc est, ab ardeo. Per Phlegetontem perturbationes animorum, quas πάθη Græci nuncupant, intelligi uoluerunt: ut ardorem iræ, cupiditatum, & similium affectuum. Cocytum, quicquid hominem in luctum abripit, & præcipitat quacunque ratione in lachrymas. κωκυτὸς, luctus, ploratus: κωκύω, lugeo, ploro, lamentor. Stygem dixerunt, omne id quod animos mortalium in fluctibus odiorum demergit: ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, odi: & στυγνάζω, tristor, & inferο tristitiam. Cæterùm ut è Philosophia ad historiam reuertamur, ianuam Plutonis, lucum & lacum Auernum, specus subterraneos, νεκυομαντεῖον, quæ circa Cumas tum uisebantur, intelligit.*

Palus.] *Auernus lacus, in quem Acheron restagnare fingitur ab inferis. Suidas: ἀχερουσία ἡ λίμνη ἐν ᾅδου, ἐφ' ᾗ διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες τὸ σωμάτιον, ὅπερ ἀποδύεται καλῶς, ἐκ πυρὸς φλογὸς ἀδεόντες. Idem paulò post, de Acheronte: ἀχέρων, ποταμὸς ἐν ᾅδου μυθολογούμενος, παρὰ τὸ ἄχη ῥεῖν. Est & Acheron τόπος τις μέσος τοῦ παντὸς, ἐν ᾧ ἀδιαλείπτως ἀπὸ ὑδάτων καὶ καταῤῥέουσι μέχρι τοῦ τέρματος τοῦ παντὸς, σκοτεινός τε καὶ ἀλαμπής. ὁ δὲ ἀχέρων καθαρσίου ἐστὶ, καὶ ὁ κολαστήριον, ῥύπον καὶ σμῆχον τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων. Sed missis fabulosis, Acheron fluuius in his regionibus in promptu erat, à quo oppidani Acherontini dicebantur. Hinc fabulandi occasio potius oblata fuit. Apud Plautum, ulmorum Acheron, & senex Acherontius. Est & Acheron in Heraclea Pontica fluuius, unde Hercules Cerberum canem iussu Eurysthei abduxit: unde fabulæ materia de inferis, Plutone, Proserpina, nata est. Verùm de his paulò post in Theseo.*

Chari genitoris] *Anchisæ: periphrasis.* A

Doceas.] *Petit, ut se ducat, & ad patrem quidem iter monstret, ad inferos, & Ditis ostium aperiat.* Doceas iter, *dixit: pro, ut iter mihi commonstres. Porrò sacrum quid sit, explicat Macrobius libro tertio, capite 3. Saturnal. ex Trebatio de religionibus, quicquid est, quod deorum habetur. Quare Poëtam ferè statim Dei alicuius mentionem adijcere, ut:*

> *Sacra Dionææ matri, diuisq́ ferebam,*
> *——tibi enim, tibi maxima Iuno*
> *Mactat sacra ferens.——*
> *Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui.*

Et sacrum dicitur execrandum:

> *Auri sacra fames.*

Illum ego.] *Quo sceleris perpetrandi aliorum exemplo existimationem tollat, descensus causam prætexit, pietatem; quam graphicè amplificat, cùm addit, se patrem per incendium medium, per densum telorum nimbum, & medios hostes humeris urbe extulisse.* Illum.] *patrem Anchisen.* Flammas.] *Amplificatio, sicut & id quod sequitur.* Per mille sequentia tela: *cùm in eum nulla constet coniecta tela.* Mille.] *Numerus certus pro incerto.* His humeris.] *Emphasis, δεικτικῶς.* Hoste.] B *synecdoche: hostibus medijs.* Ille meum.] *Ab honesto: Si Anchises filio per omnia pericula peregrinationis comes fuit: pium est uicissim, filium patris causa nullum laborem quamuis arduum recusare. Quo pactu autem uir pius patrem humeris suis è Troia extulerit, narratur in fine secundi libri Aen.*

> *Ergo, inquit, chare pater ceruici imponere nostræ,*
> *Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.*
> *Quò res cunq; cadent, unum & commune periclum,*
> *Vna salus ambobus erit.——*
> *Et paulò pòst:*
> *Hæc fatus, latos humeros subiectaq́ colla*
> *Veste super, fuluiq́ insternor pelle leonis,*
> *Succedoq́ oneri.——*

Iter.] *Septem annorum iactationem terra mariq́.* Minas pelagi] *dicit, tempestates & procellas, quæ nauigantibus toties extrema minatæ fuerant.* Inualidus.] *Amplificatio, cùm seni quies debeatur & ocium: ea enim fors illi ætati est.* Vltra.] *Anastrophe.* Quin ut.] *Ab authoritate & iussu patris, ut non temerè Sibyllam ad officium solicitare, aut pietatis fucum obtendere existimetur. Etenim si patrem humeris suis è medio urbis incen-* C *dio, & è medijs hostibus in pacatum extulerit: si eundem terra mariq́ secum circumduxerit: si oratulis genitoris oratus, iussusq́ sit uatem adire, adeoq́ ab ea supplex petere, ut dux comesq́ uiam ad inferos monstret, ad patrem Anchisen ducat: denique si pio affectu agitatus, genitorem inuisere ardeat: nihil est quod suspicetur mali.*

Limina.] *domum: synecdoche.* Natiq;.] *Polysyndeton: pathos à relatione. Petitionem à facili confirmat, & facultate, quod ad Sibyllam attinet.* Hecate.] *Proserpina non sine causa te his lucis præfecit, qui circa lacum Auernum sunt, Acherontem, & alia ea loca per quæ descensus ad inferos existimatur. Luci diuo alicui antiquitus consecrati erant: & luci Auerni, Proserpinæ ac Plutoni. Sic dicti putantur ἀντιφραστικῶς, quòd prorsus nihil luceant.*

Hecate.] *Antonomasia: Proserpina. Hæc propter triplicem nomenclaturam, Hecates, Proserpinæ, & Dianæ, triformis ueteribus credita fuit. est autem eadem cum luna.*

Triplex

A Triplex lunæ uicissitudo est, cùm surgit in cornua, cùm diuidua est, & cùm orbe pleno lucet. Hinc Poëta eam in quarto uocat,

„ Tergeminamq́ Hecatem, tria uirginis ora Dianæ.

Sunt qui eam Tergeminam appinentur, quòd sit trium capitum, ut sit dextrum caput equi, sinistrum canis, medium suis agrestis. Quare Lycophron eam τρικέφαλον uocat, & τρίμορφον. esse autem Tartari filiam. Alij contendunt Iunonem, Proserpinam, & Dianam, unam atq; eandem censeri, inter quos Orpheus est: quòd Hecaten cum Iunone coniungant, ex quibus Hecate commune efficiat numen. Triades apud inferos censentur, ut Hecates numini consecratæ. Argumento est, trigla pisce ei rem diuinam fieri solere: & Hecatæ in triuijs simulachrum surrigebatur, ubi nouilunio mensa struebatur è cibis onusta, quam pauperes noctu diripiebant, persuadentes Hecaten uniuersa absumpsisse. Athenis simulachrum Triglantinæ Dianæ, seu Hecatæ dedicatum stabat. De Hecate multa Cælius lib. 11. cap. 6. Hinc natum prouerbium est, Qui apud inferos sunt termones: de ijs qui res abditas & abstrusas curiosa quadam diligentia inuestigarent. Hecate cœnam, ueteres præparatam ac sordidam uocabant, quod

B apud inferos tenuissimo, eòque uilissimo cibo uiueretur, iuxta poëtas. nam umbra plebeia malua & porro uictitare dicuntur. Hecate uerò ipsa mænides & triglidas, contemptissimos pisces apud homines, in delicijs & sibi sacros habere credita fuit. Apollonij enarrator libro 4. Argonaut. citat Nymphidem quendam authorem in sexto de Heraclea: Hecates templum esse in Paphlagonia, à Medea conditum. Ἑκάτης φασὶν ἱερὸν εἶναι ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ, Μηδείας ἱδρυσαμένης. Fulgentius Hecaten appellatam credit, quasi ἑκατὸν, centum: quòd frumentum, fructum centuplum profundat. est enim filia Cereris: quæ frugum dea dicitur. Alij, ἀπὸ τοῦ ἑκάστου προσφάδειν, ab Orpheo ταρταρόπαις dicta. Scholiastes Lycophronis hunc uersum in Cassandra enarrans:

„ Βοὶ μιλάσσεις Περσέως ζηρυνθίας

„ Δάκυνα μὴ σίβεσι λαμπαδουχίαις

„ ὀνείροις φρικάδεσσι φαντάσμασι θεᾶς,

„ φερεφόνη τρισυπόστατος θεός.

Ἑκάτη, inquit, ἑτέρα Φεραίας τῆς Αἰόλου θυγατρὸς, καὶ τοῦ Διὸς τεχθεῖσα, ἐν ταῖς τριόδοις ἐρρίφη. Βουκόλοι δὲ τινὲς Φεραίας εὑρόντες αὐτὴν ἀνεθρέψαντο. διὸ ἐν ταῖς τριόδοις αὐτῇ τὰς θυσίας ἐκτελοῦσι. Φεραίαν δὲ, διὰ ἐν Φεραῖς τι-

C μωμένην. Φεραὶ γὰρ πόλις Θετταλίας, ἣ νῦν Σέρρα λεγομένη. Et statim, ἡ αὐτὴ δὲ, ἥνπερ Ἄρτεμις καὶ Ἑκάτη. Id est, Hecate altera Pheraæ Aeoli F. & Ioue prognata, in triuijs exposita fuit: quam pastores Pheretis Pheræa inuentam educarunt. Hac de causa in triuijs ei sacrificarunt. Pheræam porrò eam uocat Lycophron, quippe quæ in Pheris colebatur. Etenim Pheres urbem Pheras condidit, quæ hodie Sera appellatur. Est autem Diana eadem, quæ & Hecate. Suidas author est, ex hac licere discere, utrum melius sit diuitem esse, an pauperem. refertq; idipsum, quod à nobis paulò antè est memoratum, à diuitibus singulis mensibus mensam instrui solere, quam mos esset pauperes diripere. Hecates insula ante Delum sita est uehementer modica, quæ à nonnullis Psammite uocatur eadem causa, quòd dea psammitis colebatur. Est autem psammitum, placentæ species. Sunt qui Hecaten dictam putent, quòd centum hostijs placetur: uel quòd centum annos insepultos errare cogat. Quidam propter uarias coronas, quas quotidie circum Lunam uidemus. Nonnulli ab ἑκάτῳ deriuant: id est Sole, ut à Delio, Delia: à Cinthio, Cinthia deducitur. Fuit & alia Hecate, ueneuorum & malarum artium perita, ex Perseo prognata, qui frater fuit Aetæ, illius qui in Taurica regnasse proditur. Proinde ab Hecate: hoc est, à Proserpina lucis Auerni præfecta fuit Sibylla. Vnde autem lacus Auernus denominationem suam trahat, alio nobis loco relatum est, & paulò pòst nonnulla referentur.

Si potuit.] Ab exemplis pathos, quibus colligit, indignum esse si quod alijs contigerit, sibi negetur, unde concitatur negaturæ inuidia. Si potuit.] A' dispari causa. Orpheus manes uxoris Eurydices, hic patris: ille arcessere, hic uidere tantum cupit: ille fretus cithara, hic misericordia motus. Si fratrem.] A' modo: nam plus est sæpe ultrò citroq; commeare, quàm semel tendere ad inferos.

Thesea.] Propter illustres uiros, non habet quod extenuet, aut etiam amplificet amplius: sed quod in illis eluxcet, id sibi cum ipsis commune esse dicit. Illi duo geniti, ad inferos descendere potuerunt, alij alias ob causas: & se genus à summo Ioue ducere, inquit. Si potuit.] Thracem hunc Orpheum fuisse memorant, ex Calliope & Oeagro prognatum, ac pulsandæ citharæ arte tantum ualuisse, ut syluas, saxa, bruta animantia ad tripudia carminis dulcedine concitarit. nam ex promontorio Serrio Orphea sequuta narrantur nemora. Postea cùm ad inferos Eurydicen uxorem quæsitum cum cithara descendisset, cum omnium deorum progeniem laudasse, præter Liberum patrem. qua de causa Bacchis, à quibus discerptus fuit, pœnas dedisse. De quo uenustè Apollonius primo Argonaut. ita canit:

„ Πρῶτά νυν Ὀρφῆος μνησώμεθα, τόν ῥά ποτ' αὐτὴ

„ Καλλιόπη Θρήικι φατίζεται εὐνηθεῖσα

„ Οἰάγρῳ σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέσθαι.

„ αὐτὰρ τόν γ' ἐνέπουσιν ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας

„ θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ ποταμῶν τε ῥέεθρα.

„ φηγοὶ δ' ἀγριάδες κείνης ἔτι σήματα μολπῆς

„ ἀκτῇ Θρηικίῃ ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι

„ ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἃς ὅγ' ἐπιπρὸ

„ θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.

Ex Odrysiis Thraciæ hunc, patria Bisaltia fuisse, memoriæ produnt, Thamyridis filium atq; Oeagri aut per amplificationem, Calliopes. Aesclepiades Apollinis eum & Calliopes esse contendit. Cæterùm quòd (ut Simonides tradit, & alij poëtæ) musices cantu feras & lapides mulserit, aues ad carmen supra eius caput conuolarint, pisces ex aqua subsiluerint: ad dulce musices melos quidam referunt, quæ lapicidas, piscatores, aucupes, homines ferinis moribus & agrestes ita afficere solebat, ut operibus neglectis, suauem concentum sequerentur. quod lepidis uersibus ita explicat Ioannes Tzetzes historia 12. Chiliade 1.

„ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ, ἐξ Ὀδρυσῶν πατρίδος Βισαλτίας,

„ Θαμύριδος ἢ Οἰάγρου, καὶ τῆς Καλλιόπης,

„ κἂν ἀμφοτέροις φασὶ τῆς Καλλιόπης.

„ τοῦτόν φασι τῇ μουσικῇ θῆρας καὶ λίθους θέλγειν,

„ ὡς γράφει που περὶ αὐτοῦ καὶ Σιμωνίδης οὕτω.

„ οὗ καὶ ἀπείριτοι πωτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλᾶς,

„ ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ κυανέου ἐξ ὕδατος ἅλλοντο,

„ καλᾶς σὺν ἀοιδᾶς. τὰ μὲν ἐκεῖ μῦθος, ταῦτα.

„ τὸ δ' ἀληθὲς τῇ μουσικῇ θέλξας ἀνθρώπους θέλγειν,

„ τοὺς πετρουργοὺς, ἁλιεργοὺς, καὶ τοὺς θηριοφόρους,

„ ἔθελε ἔργων ἀπολιπεῖν, ἑπομένους τούτῳ.

Idem

Idem Chiliad. 8. historia 140.

» ὀρφεὺς ἦν θρᾷξ, ἐξ ὀδρυσῶν τῶν περὶ βισαλτίας,
» γυναιξὶ τ' ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τῶν θρᾳσσῶν.
» ἀπηγορευκότος δὲ φασὶ πάντα τῶν γυναικῶν.

At Fulgentius longè aliter fabulam interpretatur. Interfuit hic Orpheus expeditioni Argonaut. qui & ipse Argonautica scripsit. Pherecydes author est tamen, hunc non cum illis nauigasse, sed Philammonem quendam. Et propter citharæ dulcedinem, in hyperbolen prouerbialem abijt, Orpheo uocalior. Cæterùm quia plures Orphei numerantur, non inutile fuerit ex Suida inter eos distinguere: ut sit perspicuum, quàm temporum iniuria ea quæ de Orphea memoriæ prodita sunt, sint confusa. Omnium uetustissimus Thrax fuit, Oeagri, ut diximus, & Calliopes. Proditur Oeagrus quintus ab Atlante, iuxta Alcyonem, quæ una fuit eius filiarum. Floruit autem ille sub undecimam generationem rerum Troianarum. Tradunt eum Lini auditorem fuisse, uixisse generatione nona, uel (ut alij) undecima. Scripsit τριαγμοὺς, qui tamen Ionis tragici esse dicuntur. Inter hæc Hierosolica appellata, ἐν οἷς κοσμικὰ, νεωτευκτικά: præterea ἱεροὺς λόγους in ῥαψῳδίαις 24. quæ Theognetis Thessali esse feruntur: uel, ut alij, Cercopis Pythagorici. Oracula, quæ Onomacrito attribuuntur. Mysteria, quæ & ipsa Onomacrisi esse asseruntur. Librum de Lapidibus, qui inscribitur ὀγδοηκοντάλιθος. ad hæc σωτήρια, quæ Timoclei Syracusani nomine circumferuntur, & Pergini Milesij: Crateras, Zopyri titulo uulgo inscriptos. θρονισμοὺς μητρῴους, & Bacchica. Atq; hæc quidam Nicio Eleato adscribunt. Scripsit & Descensum ad inferos: & ista quidem Herodici Perinthij opera esse credunt. Peplum præterea, & δίκτυον, Rete, quæ & Zopyri Heracleoti opera esse creduntur: secundum alios, Brotini. Onomastica carmina: Astronomiam: ἀμοσκοπίαν, θυηπολικὸν, ᾠοθυτικὰ, uel ᾠοσκοπικὰ epice. super hæc, καταζωστικόν: Hymnos, κορυβαντικόν: Physica, quæ Brontini esse credunt. Fuit alius Orpheus Ciconæus, aut Arcas ex Bisaltia Thraciæ, epodarum scriptor. Præcessit & hic Homerum duas generationes, uetustior rebus Troianis. Scripsit hic μυθοποιΐαν, Epigrammata, hymnos. Traditur post hos Orpheus Odryses, & ipse epopæus. Dionysius asserit hunc non extitisse: ad eum tamen poëmata aliqua referuntur. Orpheus Crotoniata, & ipse epicus, quem Asclepiades prodidit cũ Pisistrato tyranno familiariter uixisse lib. 6 rerum Grammaticarum, ac Decaëterian scripsisse, Argonautica, & alia nonnulla. Claruit & Orpheus Camarinæus, epicus: cuius esse aiunt descensum ad inferos. Orpheus Thracum rex, quo imperante Amazones Phrygas tributarios fecerunt. ὀρφεία, lyra Orphei. Si fratrem.] Castor & Pollux è Leda prognati dicuntur: quorum Castor equo clarissimus fuit. Pollux uerò inter pugiles maximè excelluit, qui è bello Troiano reuersi, in cœlum translati feruntur. Illud inter authores conuenit, tantam inter eos fuisse concordiam, ut neuter de principatu contenderet. Cùm Spartam Lynceus & Idas oppugnarent, ibi perierunt. Homerus addit, Pollucem fratri dimidiam uitam concessisse. Itaq; in cœlo alternis diebus oriri: esseq; eos, quos Geminos uocant Astronomi. Quare hos nautæ ceu deos in mari inuocant, authore Plinio. Fabulantur Iouem astro assimilatum, cùm Leda consueuisse, atque ex ea Castorem & Pollucem genuisse: postea uerò ex ouo Helenam suscepisse. Rursum alij sunt qui fabulantur, Iouem in cygnum uersum Ledæ abstulisse stuprum, & eadem nocte cum ea concubuisse Tyndareum. Itaque ex Ioue Pollucem & Helenen, ex Tyndareo uerò Castorem fuit enixa. Hinc factum, quòd Castor mortalis, Pollux uerò immortalis sit factus, ut author est Pindarus. Precibus tamen fratris effectum fuit, ut ille immortalitate quoq; sit donatus, & ut alternis uiuerent. Vterq; cum Argonautis unà Colchos nauigasse traditur, in qua expeditione res magnas gessêre. nam Amycus Bebryciorum rex à Polluce ex prouocatione, in cæstuum certamine interfectus fuit. Apollonius in ducum catalogo: A

καὶ μὴν αἰτωλὶς κρατερὸν πολυδεύκεα λήδη, «
κάστορά τ' ὠκυπόδων ὦρσεν δεδαημένον ἵππων «
σπάρτηθεν, τοὺς δ' ἥγε δόμοις ἔνι τυνδαρέοιο «
τηλυγέτους ὠδῖνι μιῇ τέκεν, οὐδ' ἀπίθησε «
λισσομένοις, ζηνὸς γὰρ ἐπάξια μήδετο λέκτρων. «

Alterna.] Vt omnes fabulosa, repudianda ea sunt, quæ Hyginus de Ida, Linceo, Castore & Polluce refert: cùm Pollux fratrem morte alterna redemerit, cùm stella à Ioue donatus esset. quod ipse Iouis, Castor uerò & Clytemnestra Tyndarei crederentur. ac Pollucem Iouem rogasse ius impartiendi fratri suam fœlicitatem, atque impetrasse. Hinc dicit Romanos hoc seruasse institutum, in ludo desultorio, ubi unus duas trahit equos, ex quorum altero in alterum desilit, quasi sua fratrisq; uice fungatur. B
Hi ipsi ab eodem referuntur inter eos, qui Parcarum beneficia ab inferis redierint. Pollucem dictum credunt ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυμι, perdenda: Castorem, quasi κακῶν ὄσσον. Ipsi autem nauigantibus signa sunt salutaria, ut Venus & Aeolus: sed Castorum signa nautis ominosa sunt, & periculorum prænuncia. Romæ Castorum ædes fuit sita per forum, iuxta fontem Iuturnæ, uota à Posthumio: posita, quod rem R. in prælio iuuissent, quo ipsorum equestris species conspecta fuit. His quotannis sacrificabatur. Sacro ibi perpetrata, transuectio equitum sequebatur, ut equites olearum ramis coronati, purpureisq; subergmentis punicei togis amicti, à templo Martis, quod extra pomœrium erat, digressi, per forum ante ciuitatis ora omnium plausu præteruelerentur. Apud ueteres, neq; uiri per Castorem, neque mulieres per Herculem iurabant. Fœminæ ab Herculano sacrificio abstinent. Aedepol, id est, per Pollucem, utrisq; commune erat iuramentum. Varro tamen author est, uiros neque per Castorem, neq; per Pollucem deierare solitos: sed fœminarum iusiurandum fuisse tantùm, & ex Eleusinijs profectum. paulatim inscitia antiquitatis & uiros per Pollucem deierare cœpisse. Hoc C
ipsum annotauit Gellius. Iam uerò & hæc addenda sunt, quæ à Pindaro produntur. cùm Castor ab Ida in certamine nobili de nuptijs puellarum perijsset, Iouem iratum, Idam extemplò fulmine percussisse. Affabulatur, optionem oblatam Polluci, uelletne cum fratre sex menses uita defungi, & totidem esse in rebus humanis, an frui immortalitate. Delegit, cum Castore fratre uiuere & mori. Anaces à Græcis dicuntur, quòd cùm mysterijs initiati, & ab Aphidna quodam adoptati essent, tam pacatè omnia circa Athenas gesserunt, ut diuinos honores consequerentur. Græci enim ἀνοχὴν, belli cessationem uocant: uel à cura ciuitatis, ab omni iniuria seruatæ, hoc nomen adepti fuêre. Non desunt, qui ab ascensu astrorum illis nomen factum autument, quasi decas in altis, suprà, ἀνάκεια Dioscurorum festa. Produnt authores, cùm Argonautis ex Sigeo digressis, Argo fœda tempestate iactaretur, im-

A munere extremo discriminis, uotum dijs Samothracibus Orpheum uouisse pro incolumitate Argonautarum: atque ita fuit remedium contra sæuitiem procellæ monstrasse. Miraculum rei fidem fecit. Cùm iam illi in medio periculo uersarentur, duplicem quasi flammam è Castoris & Pollucis capitibus effulsisse. Sequuta fuit paulò pòst prodigiosa maris tranquillitas & cœli clementia. Ob eam rem stati tum credita numinum diuinitate, ignes id genus in mari Castores appellari cœpêre. Sunt autem geminæ quasi fulgurum effigies, quæ aliàs in nocturnis stationibus militum, pilorum cuspidibus hærere, nonnunquam per antennas & nauium foros peruagari, uocali sono solent. Quæ quum solitaria ueniunt, graues sunt, & periculosæ, naufragiumq́ minantur: cùm uerò geminæ apparent, salutares sunt, ac prosperæ nauigationis prænuncia: quæq; suo interuentu diram illam ac terribilem pestem, quam nautæ Helenam uocant, fugare creduntur. Ea res deinceps effecit, ut Διοσκούρους ἐπικαλουμένους, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς πολυθέους, nautæ religiosè coluerint. Itq; reditq;.] Plus est, sæpius ultrò citroq́, quàm semel ire. Ad physicam Geminorum rationem id si referamus, erit perspicuum satis. Oriente altero occidit alter. Historiam uerbis selectis explicat author uariæ

B historiæ. Quid Thesea.] Occupatio. Hunc non dicit reuersum, sed tantorum heroum conatum solum ostendit, quibus minus quàm sibi licere arbitratur. Narratur alia fabula huic diuersa, qua Theseus amici Pirithoi liberandi causa ad inferos descenderit: uerùm spe frustratum, audaciæ pœnas ibi luere: & ut mox paulò dicit:

—— sedet, æternumq́ sedebit
Infœlix Theseus ——

Hyginus, authore Gellio, hunc locum Vergilianum reprehendit, dictitans eum Poëtam correcturum fuisse, nisi mors occupasset. nam cum Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad inferos adissent & redissent, dixissetq;:

—— quid Thesea? magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue summo est.

Postea tamen infert:

—— sedet, æternumq́ sedebit
Infœlix Theseus. ——

Qui autem, inquit, potest fieri, ut æternùm apud inferos sedeat, quem suprà cum ijs nominat, qui descenderint illuc, atq; inde rursum euaserint: præsertim cùm ita sit fabula de Theseo, atque sic Hercules eum euellerit è petra, &

C in lucem ad superos eduxerit? Hactenus ille: cuius censura utrum Aristarcho digna, & extra omnem aleam sit, id in disquisitionem uenit. Etsi Poëta Theseum inter eos recenset, qui ad inferos ierunt, redieruntq́: ipsum tamen non reuersum dicit, quamuis cum Hercule redijt, quem in uita eò sequutus fuerat. Quare per præteritionem, illius tantùm leuiter meminit: atque haud scio an contemptim, propter descensus causam planè impiam. Similem ob causam in eadem præteritione cum illo Herculem coniunxit: quem etsi reuersum constet, reditionis propter impietatis notam, nullam facit mentionem, cùm ille dominam Ditis, hic Cerberum secum abduxerit. Hanc Poëtæ sanam interpretationem & mentem esse uel inde liquet, quòd Sibylla respondeat, huc facilem descensum dari: at non quibuslibet inde, nisi paucis, quos Iupiter, dijs genitos, propter uirtutem adamarit, reditum contingere. Itaq; excludit aliquos, & eos quidem impios, quibus uia præclusa fuit ad superos, ut Herculem excipias, remeandi. Theseus & Pirithoum constat ad rapiendam Proserpinam profectos, iuxta poëtarum fabulas, & ibi utrosque retentos: quod, uel Poëta tacente, satis indicare uidetur paulò pòst Sibylla. Quod si non redierit ut Orpheus, Pollux, & Hercules, nihil pugnat cum illo:

—— sedet, æternumq́ sedebit,
Infœlix Theseus. ——

At redijt, ut in fabulis est: proin rectè annumeratur ijs qui descenderint ac redierint. Theseus & Pirithous ita societatem iunxisse produntur, ut uterq; alteri in gerendis rebus suam operam præstaret. Theseus Neptuni, Pirithous Iouis filius creditus fuit. Theseus prior Helenes amore captus, in ea rapienda Pirithoi auxilio adiutus fuit. Hic coniunctus Theseo temerarium fœliciter cessisse conspicatus, illius ope fretus, raptum Proserpinam ad inferos descendit. Per Tænarum progressi, cum itinere faciendo lassi, in saxo consedissent, surgere inde nequiuêre. Huc allusum statim est à Marone:

—— sedet, æternumq́ sedebit,
Infœlix Theseus. ——

Posteris temporibus ad Cerberum profectus Hercules, Theseum liberauit quidem, ut qui resistens & tergiuersans eò tractus fuisset: at Pirithoum, qui destinato consilio ad nefarium scelus perpetrandum huc penetrarat, in saxo reliquit. Interim dum Theseus hærebat apud inferos, Dioscuri copias aduersus Trœzenem duxerunt: quam depopulati, Aethram eius matrem captam secum abduxerunt. Herculis itaque uirtute liberatus redijt: proinde benè à Poëta in catalogo eorum est positus, qui inde sunt reuersi. Pugnat ergo secum Poëta, cùm eum paulò pòst dicat adhuc ibi sedere, atque sessurum æternùm. Primùm omnium dispiciendum Poëtæ consilium est à quo, quâue ratione singula apud inferos & locorum & pœnarum genera Aeneas edocetur. A' uate, fœmina religiosa, futurorum prescia, quæ ceu numen omniscia τὰ τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, per singula ibi circumducitur. eam Nonstrat diuersas & pœnarum formas, & locorum genera, in quibus sontes pro admissorum ratione, uarijs supplicijs afficiuntur. Ostendit postea, quæ uirtuti præmia inter beatorum animorum domicilia sint proposita. Pœnas horrendas, quod potest, in rem quasi præsentem adducto amplificat, ut deformitate scelerum & suppliciorum crudelitate proposita, [illegible] à uitijs deterreat, & exemplis fortium uirorum ad uirtutes accendat. Et quàm sit immodicus in amplificationibus utriusque rei, quis est qui non dispiciat? ut interdum etiam plus dicat, quàm sentiat. cuius rei ut iustior sit uenia, Sibyllam narrantem inducit: quippe quam nihil lateat, & quæ singula aliàs præsentibus oculis lustrarit. Itaque, ut ab uno pietatis hostium genere, à quibus sacra Ditis uiolantur, mortales deterreat, Thesei exemplum adducit: qui quod in uita filium iniustè occidisset, post mortem illuc esset detrusus, nunquam inde reuersurus: cùm uiuus unà cum Hercule ad superos redierit. id quod hoc loco spectat Poëta, & ad illud postea respicit. & ne putent impunè fore, qui hostilia illaturi, Ditis conclauia petunt, nunquam eum euasurum dicit: fingitq́ ipsum Theseum Phlegyas obtestantem, ut suo exemplo edocti iustitiam colant, & Diuos reuereantur. Porrò autē cùm suprà non dixerit eum reuersum, licet annumerarit alijs, dijs genitis, quibus datum fuit pietatis causa ad superos remeare, atq; infrà perpetuò ibi sessurum eum affirmat Sibylla, quid Poëta habet pugnātiæ

Vt

Vt interim taceam, quàm Maronis maiestati uerisimiliora omnia ista fabulosè dicuntur (quando poëtis fabulandi libera potestas est permissa) quàm alijs, qui eum ab Hercule uindice manu assertum in lucem rediisse canunt. Proximus enim (si alterutri credendum sit) & magis consentaneum, Deos impios pœnæ æterno cruciatu, quàm temni pœna contentos perpetrata scelera condonare. Loquor hic de fabula Thesei, quem Aeneas apud inferos, quos sub terra esse uoluerunt, ad quas ipse ductu uatis penetrauit, ibi etiam tum saxo illigatum audiuit. Nam qui eum rediisse fabulis prodidére, illi fabulandi materiam ex eius uita, & historica rerum ab eo gestarum narratione, sumpserunt, unde Maroni ad nouam fabulam pro suo commodo commentandam subministrata fuit occasio. Addendum & illud, non temerè à nostro uate dictum: pauoe, & quidem Dyi genitos, redire potuisse: cùm Theseus neq; deo Neptuno, ut in fabulis, sed Aegeo prognatus fuerit. Quanquam poëtarum, plena sunt fabularum omnia. Itaque qui eum reuersum uolunt, bifariæ ueritatem (ut mox dicetur) fabularum inuolucris adumbrarunt. Rursum qui hinc imaginantur, locum obscurum carceri damnatorum animorum sub terra destinatum, illi reditum Pirithoo & Theseo negatum rectè contendunt: aut post mortem propter horrendum scelus æterno cruciatu puniri. Quare, qui relictum eum ibi uolunt, ab Hercule inde exemptum negant. Sed ad historiam, unde fabula dimanauit, transeamus. Primùm omnium satis constat, tantam in eo uirtutem fuisse, ut ipse nullius opibus aut uiribus adiutus multa præclara gesserit: ipse uerò multis auxilio adfuerit. Iasonem Colchos petentem adiuuit: apud Calydonios in apro terribili conficiendo, Meleagro adfuit: Adrasto, in recuperandis cæsorum cadaueribus eorum qui ad Thebas ceciderant, opitulatus est. Sequutus fuit & Pirithoum, cum quo hoc proditum est, primum amicitiæ symbolum & initium extitisse. Cùm de Thesei uirtute tanta fama esset, ut omnem propè fidem superaret, Pirithous eam uolens experiri, boues illius ex Marathone abegit. Iniuria hostis motus Theseus, eum extemplò persequutus est. Pirithous aduentu illius nihil perterritus, sequentis intrepidè obuiam processit. Ad colloquium inde in medium progressi, ubi diu uterq; alterius formæ dignitatem, magnitudinem animi, & uirtutem satis admiratus esset, amicitiam adiunxerunt. Erat per id tempus Pirithous Deianiram, uel (ut alij) Deidamiam ducturus: rogat Theseum, ut ad eam regionem uisendam secum proficiscatur, congrediatur cum Lapithis, & colloquatur: unà adesse uellet in rogandis Centauris ad cœnam. Haud negauit id quidem amico Theseus. Centauri cùm iam inter pocula in multum uini prouecti, sponsæ & alijs mulieribus uim offerre conarentur, Lapithæ Thesei opera adiuti, cùm fortiter iniuriam magno tumultu in regia depulissent, multis cæsis, reliquos paulò post bello adortus, Theseus paruo momento subegit. Herodotus refert, orto iam bello cum Lapithis sappetias tulisse: ac tum primum ab eo Herculem uisum. Erant ætate æquales, & consanguinitatis uinculo coniunctissimi, nati ex duabus sororibus patruelibus, si Plutarcho credendum est. Postea iam quinquagenarius Helenam rapuit, auxilio Pirithoi confirmatus. Inter quos ita conuenit, ut utri sorte ea obueniret, is potiretur: nauaret'q; uicissim alteri suam operam, ad aliam rapiendam. Obuenit Theseo Helena. Erat per eam tempestatem Aidoneus rex Molossorum, opibus & nominis celebritate clarus. Huius coniugi Cereri erat nomen, filiæ uerò Proserpinæ, cani Cerbero. Rex iamdudum inuulgari iusserat, ut qui filiam ex heroibus uxorem peteret, cum cane decertaret: uictori præmium filiam propositam. Theseus uolens Pirithoo amico parem gratiam referre, simulata peregrinatione cum eo in Epirum proficiscitur. Verùm ubi comperit rex, non ut procos decuit, pacatos, sed raptores eos aduenisse, in uincula utrumq; coniecit: ac paulò pòst Pirithoo cani immani statura, & aspectu horrendo, laniena obiecto, Theseum in uinculis seruari iussit. Euenit postea, cùm Hercules ab Aidoneo hospitio exceptus esset, ac casu mentio Thesei & Pirithoi incidisset, audito qua spe, quo consilio illuc uenissent, quas pœnas eorum alter soluisset, dicitur uehementer indoluisse, alterum tam ignominiosè perijsse, alterum in fortunam tam calamitosam incidisse, Theseum sibi condonari exorauit. Itaque ab Aidoneo dimissus, ubi Athenas reuersus esset, templa omnia quæ ciuitas antea sibi dedicarat, Herculi consecrauit, & pro Theseis Herculea nuncupauit: exceptis quatuor, ut tradit Philochórus. Hinc fabulandi ansa de raptu Proserpinæ, de descensu utriusq; ad inferos, de Herculis auxilio, de Pirithoi supplicio, poëtis nata fuit. Namq; ea omnia quæ apud inferos esse poëtæ canunt, hic occurrebant: Acheron amnis, rex Aidoneus, ἀΐδης καὶ ἀϊδωνεύς. Infernus: Ceres uxor: Proserpina, Aidonei filia: Cerberus canis. Hæc, quia luculentis uersibus annotauit scriptor Variæ historiæ Chiliad. 2. libuit eos adscribere:

Θησεὺς γὰρ ἦν ἀθλητικὸς αὐτὸς, ὁ τῆς αἴθρας.
ὡς δ' ἀθλητὴν ἐρασθεὶς παῖδα τοῦ ποσειδῶνος.
τοὺς θυμικοὺς γὰρ σύμπαντας, καὶ πάντας τοὺς ἀνδρείους,
ἐρᾷ καὶ φίλας ἐραστὴς φασὶ καὶ φίλος τοῦ ποσειδῶνος,
οὗτοι πρὸς συνθήκην ἦν φιλίας ἐλθόντες,
ὅπως διὸς ἁρπάξουσι τοῖς βασιλεῖς
κόρην τινὰ, καὶ γάμοισι καὶ δὴ περὶ μελόντων.
ἐς χώραν γοῦν τῶν μολοσσῶν, ὧν βασιλεὺς ἦν ἄδης,
οὗπερ γυνὴ δημήτηρ ἦν, θυγάτηρ περσεφόνη, καλοῦσι κόρη.
(τὰς γὰρ εὐμόρφους μολοσσοὶ κόρας καλοῦσι παῖδας)
καὶ κύων δὲ κέρβερος, φοβερὸς ἦν μεγάλως,
ὅστις ἐπῆλθε λαβεῖν αὐτοῦ τὴν θυγατέρα.
κατασχεθέντα δ' αὐτὸν, ἀπείθες ἢ βρῶτο
τῷ πειρίθῳ τῷ κυνὶ, θησεὺς δ' εἰρκτῇ ἐκρατεῖτο. C
ὡς δ' ἡρακλῆς ὡς φίλος αὐτοῦ ἦλθε περὶ τὴν ἄδου,
τὸν εὐρυσθέως πέμψαντος ἀπαγαγεῖν τὴν κύνα,
καὶ ὁ θυσία τῆς δεσμῶν ἀπέλυσεν ἰδίως,
ἔργῳ ἐκεῖνον ἔγραψε ἀναφορὰν ἐξ ᾅδου.

Hæc quantulum distent ab ipsius historiæ explicatione, abundè liquet. Canem hic Tricerberum appellatum, Herculem ab Eurystheo ad eius raptum missum, Theseum uì abductum narrat. Hinc fabula pullulauit, eum ab inferis reuersum fuisse. Recensuimus paulò antè, Theseum multis, in magnis rebus conficiendis strenuam operam nauasse: ob id tum inoleuit prouerbium. Non sine Theseo, cùm præclarum aliquod facinus alicuius uirtute confectum coarguere solemus. Cætera quæ ad Theseum, prolixè prosequitur Plutarchus in eius uita, & Herodotus: inde petenda sunt. Citam publicam cùm per amicos recipere esset adortus, à Mnestheo & alijs aduersæ factionis hominibus, qui contrà annitebantur, urbe fugit. atq; præmissis ad Elephenorem Chalcodoontis filium in Chalcidem liberis, ipse ad Lycomedem Scyrorum regem in exilium fugit. à quo

de rupe

A de rupe præcipitatū, in gratiam hominū aduersariorum, fuit: uel (quod multi suspicantur) quòd tanti uiri præsentiam ferre non potuerit. Sunt qui diuersum opinentur, eum cùm secretò spaciaretur, fortè lapsum, è præcipitio cecidisse, eoq; casu extinctum. Theseum, templum in honorem Thesei conditum: & Thesea festa postea instituta, cùm ossa herois, cæsa ab Atheniensibus Lycomede, Athenas translata essent: quo tempore diuini honores illi quoq; sunt habiti, distributiones item & epulæ institutæ. Vt uerò aliquando tandem ad Herculem, Thesei & consanguineum & æqualem emigremus: secundùm Maronem Theseus ab inferis non rediit, licet inter eos positus sit, quibus redire contigit, sed conatum parium heroum obiicit solum, ut ante diximus, quibus se partem generis splendore docet.

Alciden.] ut Magnum ad Alciden referatur, non ad Theseum, ut nonnulla exemplaria perperam distinctum habent. Antonomasia: Herculem. Fuit alius quidam Hercules, qui in Phœnicia claruit, temporibus Iasue, generatione decimanona: sed non magnus ille. M. Varro, post enumeratos quadraginta Hercules, addit: omnes Hercules dici posse, qui res magnas gessérunt. Sed de Magno illius Herculis, siue Iouis siue Amphitryonis filius is fuerit, laboribus præstat in uniuersum silere, quàm pauca dicere:

B cui à fortitudinis laude, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, uel ab Alceo aua nomen factum fuit. Certè ex tam præclaris meritis, à mortalibus nihil præter inuidiam sibi peperit in uita. Hinc partumia orta est, Herculei labores. Verùm hominum ingratitudinem, dii è rebus humanis sublato diuinis honoribus abundè pensasse creduntur. Nam fato defunctum in Deos retulerunt: locatusq; fuit inter corpora syderum cœlestia, uocaturq; Hercules, siue Engonasin. Situs est inter circulū arcticum & æstiuum, utroque pede & dextro genu modicè inflexo, circulum arcticum finit, sinistro uerò caput draconis proterere conatur. humeris uidetur circulū æstiuum sustinere, & manu dextra proiecta tangere. Et quia supra draconem collocatus est, effigiatur quasi ad decertandum cum eo paratus, dextra clauam, sinistra pellem leonis tenens. Quo autem pacto Hercules ad inferos descenderit, & unde fabulandi materia poëtis sit petita, in Theseo reddimus. Et mi genus.] Applicatio. Hac se illis generis dignitate parem facit: quare non minus id sibi licere argumentatur, quàm illis licuerit. Mi, mei: uel per synæresin, subtracta aspiratione. Ellipsis: deest uerbum substantiuum est. Arasq;.] Aras initio dictas, quasi ansas, author est M. Varro: quòd esset necessarium eas à sacrificantibus & orantibus teneri. Adeoq; nemo est qui dubitet, uasa ansis teneri solere. Commutatione literarum aras dici cœpere: ut pro Valesio & Fusio, Valerius & Furius. Idem alibi

"Tango aras, mediosq; ignes & numina testor. Et,
"Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
"Audiit omnipotens.——

ARGVMENTVM.

Petitioni Aeneæ Sibylla respondet, facilem esse ad inferos descensum, sed magno negocio gradum ad superos reuocari posse, attamen si tanto proficiscendi eo desiderio teneatur, oportere eum inuestigare oculis arborem auream: quæ in umbrosa, atq; opaca sylua latet, ex eaq; ramum decerpere: & Proserpinæ offerre: deinde Misenum socium suum, cuius mors totam eius funestat classem, legitimo sepulturæ honore afficere: sic demum posse illum inferorum regna attingere, indeq; ad superos redire.

——Sate sanguine Diuûm
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni:
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras:
Hoc opus, hic labor est: pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus:
Diis geniti, potuêre tenent media omnia syluæ,
Cocytusq; sinu labens † circumfluit atro.
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra uidere
Tartara, & insano iuuat indulgere labori:
Accipe, quæ peragenda prius. Latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento uimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer. hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus umbræ.
Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit primo auulso, non deficit alter
Aureus, & simili frondescit uirga metallo
Ergò altè uestiga oculis, & ritè repertum
Carpe ? manu: namq; ipse uolens facilisq; sequetur,
Si te fata uocant: aliter non uiribus ullis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea, iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totamq; incestat funere classem,
Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes:

NASC. Sate sanguine Diuûm.] antequam ad petita respondeat, Aeneæ beneuolentiam sibi comparat commendatione claritatis, nobilitatisq; generis illius: quē Diis generatum esse dicit.

† al. circumuenit

C Facilis descēsus Auerni.] incipit ad quæsita respondere: & est illi⁹ partis respōsio.

" Vnum oro (quando hic inferni ianua Regis
" Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
" Ire ad conspectum chari genitoris, & ora
" Contingat.

? al. manu: Sed obseruandum est, quanquam hæc poëticè dicuntur, ἀλληγορικῶς non tamen à Poëta aliud dici, aliud sentiri totamq; hūc locum de descensu ad inferos, deq; aureo ramo secundū Platonis doctrinam tractari: qui in Phædone, atq; alibi id designauit, uitiis facilè sanari, quæ adhuc in habitū non transierunt. contrà uerò, quæ iam longæ consuetudinis callum obduxerunt. sed ne ita uitiis ingurgitet homo, ut inde aliquando emergere, & uirtutes sequi non possit, adhibendam esse prudentiam, quæ uitiorum est frenum: quæ per aureum ramum procuidubio significari uidetur. Quod ergo Poëta ait, facilē esse Auerni descensum, hoc innuit, lubricam esse uitiorū uiam: per quam plures

Z umbu-

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia uiuis
Aspicies dixit, pressoq; obmutuit ore.

ambulant sensibus, appetitusq; abnoxij, ideo subdit, NOCTES, *atque dies patet atri ianua Ditis. quibus* tal.vjuia *quidē uitijs qui profundè etiam sese immerserint (nisi fortè ad Tartarum peruenerint, unde (ut inquit Plato) non est regressus) resipiscere, seq; ad uirtutes exercendas reuocare quidem possunt, sed magno negocio: quamobrem hæc heroicus sequitur.* Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras: Hoc opus, hic labor est.] *si uerò cum Seruio, alijsq; interpretibus sentire uelis, bene agentium animas ad superiores circulos: id est, ad suā originem redire, malè uerò agentium apud inferos semper manere non labero: hac enim de re etiam Plato in decimo dialogo de iusto copiosè disserit. sed nostra expositio contextui melius quadrare uidetur. nam subdit tria esse hominum genera: quibus non ascensus ad superos, sed ab inferis ad superos regressus detur, quos eleganti diuisione distinguit: dilectos à Ioue, præditos uirtute, Dijs genitos: quorum numerus, quia exiguus est, omnino, ait,* PAVCI: quos æquus amauit Iuppiter.] *quos Iupiter sua benignitate estimuit, quò minus uitijs sopirentur, sed ad uirtutes, relictis uitijs, expergiscerentur. nam æquus propriè is dicitur, qui mansuetè, ac benignè cum aliquo agit, & illi, quantum in se est, fauet. eos autem designat, qui uirtute plusquam humana: id est, heroica & diuina præditi sunt. ideo sequitur:* Aut ardens uirtus.] *bene ardens: non enim frigidi uirtutem capessunt, sed feruidi, & ardentes animo. hinc illud Virg.*

» *Sin has ne possim naturæ addiscere causas.*
» *Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.*

Dijs geniti.] *in quibus semen diuinum est, cuius stimulo ad uirtutes assiduè excitantur. itaq; fit, ut ex his tribus hominum generibus alij usquequaq; uirtutes sectentur, alij in uitia prolabantur quidem, sed aut à Dijs subleuentur, aut ipsi amore quodam uirtutis resipiscant, & ad uirtutes ipsas erigantur: quibus tandem uirtutibus datur illis ascensus in cœlum, adeas Platonem in Apologia Socratis.*

Tenent media omnia syluæ.] *τὸ αἴτιον est, cur nō facilis sit animorum regressus ad superos: hæc enim impedimenta sunt, syluæ, Cocytus fluuius: id est, peccandi consuetudo: per quam homines pœnitentiam differūt, magnoq; negocio resipiscunt, præsertim si longa fuerit.*

Quod si tantus amor menti.] *ostensa difficultate negocij, paulatim delabitur ad propensionem sui erga illum animi declarandam: nam quod petit Aeneas, se benignè præstaturam innuit, cūm quid ei agendum sit, præscribit. non dissimilis ferè locuit est ille ex 2. Aeneid.*

» *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,*
» *Et breuiter Troiæ supremum audire laborem,*
» *Quanquam animus, &c.*

Amor.] *propter patrem.* Bis Stygios innare lacus.] *nunc, & iterum post mortem hic adeas interpretem.*

Et insano iuuat indulgere labori.] *uel magno, ut cum dijs sentiam, uel si libet, labori non sana consilia suscepto nam inferos adire nulli homini emolumento, magno autem detrimento esse potest: quod ne Homerus quidem tacuit Odyss. 12. ex quo fortasse locus hic desumptus est*

» Σχέτλιοι, οἳ ζώοντες ὑπήλθετε δῶμ᾽ Ἀΐδαο
» Δισθανέες, ὅτε τ᾽ ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ᾽ ἄνθρωποι.

Sed si cum interprete sentire mauis, non labor: nam Aeneæ magno futurum erat usui inferos adire, ut sui generis propaginem de patre cognosceret: propterea ait: iuuat indulgere. Accipe, quę peragenda prius.] *locus actionis ex utilitate rei.* Latet arbore opaca.] *narratio: qua rami aurei historiam explicat: sed quanquam ista poëticè, ut ante etiam admonuimus, dicuntur, tamen allegoricè aliud Poëta sentire uidetur. nam ramus aureus ratio, seu prudentia est: per quam homo quidquid uelit, quantuis arduum, ac difficile, consequi potest, & scitè per aureum ramum prudentiam designauit: nam quemadmodum aurum omnibus metallorum generibus præstat, sic prudentia reliquis uirtutibus antecellit: eam Plato discreuit à reliquis uirtutibus, & in rationali parte collocauit, appellauitq; oculum mentis. igitur uitijs inquinatus homo, adhibita ratione, seu prudentia, quæ ex ratione est, poterit ex inferis ad superos redire: id est, resipiscere, & declinatis uitijs uirtutes apprehendere.* Latet.] *inter arbores, & frondes uitiorum. sed illius splendoris radij è tenebris erumpunt: nam tanta uis uirtutis penitus occultari non* B *potest.* Iunoni infernæ dictus sacer.] *qui de sacris Proserpinæ scribunt, hæc, quæ de ramo aurea dicuntur, mystica esse uolunt. nam ramus aureus, qui prudentiam significat, iure optimo Proserpinæ Deæ sapientiss. (sic nam Plato describere uidetur in Cratylo) sacer esse dicitur. plures tamen de historia id sumptum affirmant: quam Seruius interpres enarrat. adeas illius commentaria. Proserpina uerò ita Iuno infera, seu inferna dicitur, ut Pluto Iupiter stygius. Iouis enim potestas ubiq; est, in cœlo, in terra, & apud inferos. & uxor æquali ferè potestate est cum uiro. itaq; si Pluto Iupiter appellatur, & Proserpina eius uxor, per similitudinem Iuno nominari potest.*

Hunc tegit omnis Lucus.] *arbor hæc lucis, umbrisq; arborum iccirco tegi dicitur, quia homo dum uitijs, cupiditatibusq; paret, imprudens, ac penè rationis expers esse uidetur.* Sed non ante datur.] *mysticis historica miscet. nam alludit ad id, quod interpres docet, fugitiuis datam fuisse potestatem, ut, si quis ex arbore, quæ in templo Proserpinæ fuit, ramum excerpere posset, singulari certamine cum fugitiuo templi sacerdote pugnaret. lege eius commentaria* Hoc sibi pulchra.] *id de more sacrorum factum fuisse indicium facit, ut uictor Proserpinæ ramum offerret.* C Primo auulso non deficit alter.] *redit ad ἀλληγορίαν. huiusmodi enim est prudentia, sapientiaq; hominis, ut nulla exercitatione minuatur, sed magis crescat.* Ergo altè uestigia oculis.] *ad primæ præceptionis conclusionem delabitur: nam duo præcipit Sibylla, ut ramum quærat, & socium sepeliat. admonet autem ab honesto, & utili, ut ramum uestiget: id est, ut quantum in se est, prudentiam adhibeat, quòd ad superos hoc est, ad uirtutes redire possit. & scitè altè uestigia ait. nam prudens homo, ac rationi obediens non in uitijs, corporisq; uoluptatibus se oblectat, sed ad contemplationem uirtutis, magnarumq; rerum mentis suæ oculos attollit.*

Et rite repertum.] *alludit ad sacra. nam aliquo ritu ramus iste carpi solere indicat.* Si te fata uocant.] *mysticè adhuc agit hominem diuina studia adiutum facile à uitijs ad perfectionem uirtutis reuocari.*

Aliter, nō uiribus ullis.] *ἀνάγκη, nisi diuinus fauor*

A uor adsit, frustrà quis conatur uelle fieri prafectus. Praeterea iacet exanimum.] aντό ἀπὸ [illegible] facit ad alterū praeceptum de Miseno sepeliendo; de cuius casu commiserationem mouet. Heu nescis.] grauiter quidem feriuntur Aeneae hoc nuntio repentino, sed grauius etiam, quod cum audiat signo doloris appom. heu, cum exclamatione, summae uirtutis uirum extinctum esse suspicari potest.

Totamq; incestat funere classem.] quemadmodum domus, ubi aliquis extinctus iacet, tota polluta esse credebatur, ideoq; ramus cyparissinus pro foribus affigebatur ne fortè flamen Dialis per imprudentiam ingressus pollueretur, sic tota classis unius etiam morte incestata putabatur. nam classis unum corpus est, tanquam una domus.

Nostroq; in limine pendes.] dum nostris uerbis nimium intentus es, idq; unum solicitè expectas. tale est illud ex 4. Aeneid.

—— pendetq; iterum narrantis ab ore.

Sedibus hunc refer ante suis.] id est, sepulturae manda: nam mortuorum sepultura uera domus est. admonitio est ab honesto, atq; etiam utilitatem proxim. ò dixerat:

—— totamq; incestat funere classem.

Quod uerò interpretes aiunt mortuos in domos suas referri solere, eoq; Poetam alludere, non facit ad hunc locum,
B & merae nugae sunt. Duc nigras pecudes.] expiatorium persuadet sacrificium propter classem funestatam: nam sequitur, ea prima piacula sunto. Sic demum.] conclusio generalis sic, si nostra iussa feceris. Regna inuia uiuis.] exceptis tribus illis hominum generibus, quos paulò antè recensuit.

LAMB. Hort. Sate sanguine.] Beneuolentia à persona Aeneae: Prognate ex stirpe deorum. Diuûm, pro diuorum: syncope. Tros, pro Troiano: primitiuum pro deriuato. Anchisiade: antonomasia, uel enallage. Facilis.] Primùm respondet ad id quod praecipuum erat in oratione Aeneae: hoc est, principalem petitionem. Hanc illi non negat quidem Sibylla, sed deterret à difficultate reditus, quam componit cum descensus facilitate. obliquè notans temerarium Pirithoi & Thesei conatum, qui ab inferis redire non ualuerunt, secundum Maronem. Auerni.] ad inferos. Auernum lacum pro inferis usurpauit. Circa hunc lacum νεκυομαντεῖον erat, & spelunca, per quam descendebatur ad inferos. Hanc qui ingrediebantur, noctu & ingrediebantur, & extra eundem telluris hiatum egrediebantur, ut suprà retulimus. Huius descriptio extat hoc eodem li-
C bro. Auernus lacus dictus est, quasi ἄορνος, quòd ob sulphureum halitum, qui inde effundebatur, aues locum fugerent. Lacum Lucrinum Auernus excipit humili admodum ostio. Ipse autem lacus undiq; arduo supercilio quinq; stadiorum ambitu septus est. Vadi altitudo aquam alioqui limpidam satis, caeruleam efficit. Quidam huc Vlyssem penetrasse sua nauigatione existimant, sacris magicis operaturum. nam fama erat, ibi νεκυομαντεῖον esse: hoc est, defunctorum uaticinia, adeòq; ipsos inferos carminibus euocari solitos. Hac persuasione credula & superstitiosa uetustas perpulsa fuit, ut ex proximo fonte, qui ex fluuialibus aquis scatens in mare effunditur, tanquam Stygia unda religiosè abstinerent. Hinc Poeta lacus stygios, Stygios lucos, & Cocytum circa eos medias syluas cingere dicit. Cimmerij in his locis subterranea habitasse crediti sunt aliquando, & inter se profundis cauernis peruijs commercia exercuisse. Quare aduenas oraculorum gratia eò profectos, abduisimis specubus excipere consueuisse: uictum autē illi genti ex diuinationum mercede, & metallorū effossione paratū. Praeterea occulta latrocinia: noctu hiatum egredientes exercere, nunquam Solem uidere.

Facilis descensus.] Quod si hoc & alijs locis propriè accipimus, extra omnem controuersiam descensus ad inferos facilis est, & uia lata, quae ad mortem ducit: quare longè maxima pars mortalium per eam grassatur. Contrà, ea quae ad uitam ducit, ut angusta, ita infrequens est, & rarum uidet uiatorem. Huc migrantibus reditus ad superos uia in aeternum praeclusa est. Huc uadunt, quorum mentem caligine caecitatis sunt obtenebratae, quiq; suam iniustitiam, nondum carnem exuti, ὁ [illegible] quoad possunt stabilire pergunt. Et hic triplicem descensum ad inferos quidam imaginantur. Primùm, cùm in uitia foeda labimur, unde paucis emergere contingit, quos elegit Deus, & destinauit ad uitam. Vel cùm uatio seu spiritus in carnem descendit: hoc est, cùm caeca spiritui dominatur, uictumq; quasi conscrtis manibus tenet. Tertium, cùm propter horrenda admissa aeternis supplicijs destinantur, unde nemo speret reditum. Atq; his adijciunt, quarto loco, qui illustrati spiritu diuino, hoc consilio in contemplationem uitiorum descendunt, ut eorum deformitate perspecta, inde abstineant. His duos Platonici adijciunt: & cùm animus in corpus ceu in carcerem descendit: & cùm sacris quibusdam magicis & necromantia animae inuocantur. Caeterùm ob inferis redire ad superos, quod Poeta reuocare gradum, & euadere ad superas auras dicit, quid porrò aliud est, quàm è uitiorum sordibus in nouam uitam emergere & resurgere? quod paucis contingit, quos aequus amauit Iupiter, aut qui ardens uirtute commendauit. Ardentem autem uirtutem, iustitiam uocare uidetur, cuius nomine omnes ethicas uirtutes complectitur. Dijs porrò genitos, ex Deo natos & spiritum renatos accipiunt, quos philosophi ad diuinarum rerum contemplationem animo surrigere, religiosè scribens uacare[illegible] ipus, quae has complectitur uirtutes, intelligentiam, scientiam sapientiam, prudentiam. Itaq; pauci reperiuntur, in quibus insint oēs hae, quas enumeraui, dotes mortales, & quae in intellectu positae sunt. Ditis.] Plutonis. Dis, Pluto dictus existimatur, quòd opes è terra effodiantur, quodq; in terram redeant. Hinc Pluto apud Claudianum:

—— semperq; tenemus,

Quod superi tenuêre semel. ——

Syluae.] Sylua, ὕλη, Platonicis omnis materia est. Itaq; pro corpore accipitur, à quo ea uitia nascuntur, quae per quatuor inferorum flumina intelligimus. Lethen, coelestis patriae, & suus rerum obliuionem quam diu animus in ea mole tanquam carcere peregrinatur. Acherontem, uacuitatem gaudiorum interpretantur, quae ex obliuione originis nascitur, cuius cognitio & recordatio incredibile gaudium gignit. Stygem, odium & detestationem uitiorum, ex eorum deformitate conceptam exponunt. Hinc oritur Cocytus: id est, luctus, acerbissima animi perturbatio. Atque hos quatuor amnes, unum flumen esse apud inferos contendunt: & ob id diuersis nominibus appellari, quòd quatuor malorum sint causa. Per lucum, siue syluam, corporum contagionem capiunt, qua oppressi, nihil sentimus per umbram, appetitus manet, prauaq; cupiditas est, quae & ipsa à ueritatis cognitione arcent. Telluris operta subire negatur. id est, ad ueritatis notitiam peruenire, nisi aureus prius ramus contingat. Hunc exponunt sapientiam, quae tum diuinarum, tum humanarum rerum

sciencia est, citra quam nulla datur fugiendarum expetendarumq; rerum cura. Cocytus.] A' qual iam Ex fectè quidem atro, inu : nam κωκυτὸς, ὀδυρμός est, τὸ θρῆνος. Quid porrò sinus sit, alio loco à nobis est annotatum. Bis.] Descensum ac reditum significat. Repetitio particulæ Bis, habet amplificationem horroris ac periculi. Tartara, in abyssum profunda inferorum dicit.

Nigra.] Metalepsis : nam tenebrosa intelligit, hinc in profundum præcipitia. Tartarus, plurali Tartara, ἀπὸ τοῦ ταράττω, conturbo : quòd apud inferos perturbentur omnia : uel παρὰ ταρταρίζω, frigore tremo. Suidas: τάρταρος, inquit, ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος ... hinc ταρτάρειος θεός. Transit ad præcepta, quæ prius exequenda sunt, quàm descendere detur. Primum autem omnium, de aureo ramo docet, quem à materia, qualitate, loco & dignitate describit.

Prius.] Antequàm descendens mecum. Latet.] Difficultatem subijcit, cùm latère, & quidem in umbrosa arbore latere dicat. Aureus.] A' materia, & qualitate. Iunoni.] Proserpinæ. Omnes reginas regum primogenitas, Iunones appellamus: ut regum primogenitos, Ioues : uiros fortes, Hercules: urbium conditores, Saturnos, ut Xenophon in Aequiuocis testatur. Periphrasis: à dignitate rami aurei. Dictus sacer.] consecratus, dicatus Proserpinæ. Hunc.] ramum. Exaggerat difficultatem eius inueniendi. Vmbræ tegunt, in conuallibus tenebrosis. Omnis sylua tegit.

Opertas] occultas terra & inferorum adyta. Fœtus.] aureum ramum: metaphora ab animali ad non animal. Si te fata.] Cum Deo quisque flet & ridet. Ab illo enim omnia proficiscuntur tum bona, tum mala. Illo annuente, citra humanam operam optata eueniunt : negante uerò, omnia consilia, conatus & industria iacet. Atque hæc illa prædestinatio est ad uitam, de qua in sacris apertum extat testimonium Pauli : Quid consilium humanum, quid uires, aduersus diuinam prouidentiam A possunt? Quis ausit ... exemplo? Præterea.] Alterum præceptum, de rite humando Miseno, antequam iter ad inferos capessant. Et hunc Misenum mortuum allegoricè ... interpretantur, ut nemo nisi eo exutus, ad diuinarum rerum contemplationem se accingat. Limine.] Synecdoche : ut ... la gloria, dum edocetur à uate, ... Imitatus hoc loco Homerum est, apud quem libro decimo, sub descensum Vlyssis, Elpenor unus e sociis, ad sacrorum concubitum experge factus, deorsum de gradibus superioris tabulati lapsus periere. Verùm quoniam ille in uestigio non fuit sepultus, cum eo qui & ipse Vlyssi postea primus apud inferos occurrit Palinurus conferri potest, qui sepulturæ honorem à Troiano duce contendit.

Sedibus.] Periphrasis. nam mortuos in locum suum referre, quid porrò aliud est, quàm sepelire: terra sedes est cadauerum, in qua, mixto solo, putredine resoluuntur.

Conde.] Epexegesis. Nigras pecudes.] Præcepta de ceremonijs sepulchralibus. Hostiæ furuæ & dijs inferis & mortuis conueniebant, ut tristia & luctum repræsentarent. Contra, candida superis. Piacula.] sacrificia uocat expiatoria, quibus anima expurgari credebantur : hæc & B piamina dicebantur. Sic demum lucos Stygios.] Epilogus. Hoc paucis concludit : His præceptis exactis, tum demum eum inferos posse inuisere. Lucos Stygios, paulò antè Auerna ... syluis, dixit : quibus omnia media interseptâ erant. Regna.] Appositio. Inuium id uocatur, per quod iri non potest. Per hos lucos, ostendit multis iter non patere, nisi paucis, quos uirtutis nomine celebres, & pietate insignes, dij hac ad inferos penetrare uoluerunt. Cuiusmodi fuerunt Hercules & Orpheus. Sunt qui hic legunt uiuis : quasi mortuis tantùm hac iter pateret, non uiuis.

Presso.] Pleonasmus. satis erat dixisse. Dixit, uel ab omutuit, dicendi finem fecit, i, fe cok.

ARGVMENTVM.

Aeneas a Sibylla admonitus de morte socij, antrum linquit, & ... um Achate mœstus, & ... tabundus hominem quærit, dumq; inter se uerba ferebant, quisnam hic esset, de quo Sibylla loquuta erat, Mi... tum iacentem in litore offendunt, qui cum marinos Deos cantu lacessere ausus fuisset, a Tritone Deo in ma... ubmersus est. magnus tunc excitatur clamor, & ad iussa Sibyllæ exequenda ac... gunt se omnes, ceduntur ... bores, scinduntur ligna, pyra erigitur. huic operi præest Aeneas.

NASC. Defixus lumina.] hoc actu non solùm Aeneæ mœstitiã propter extinctum socium, quod Poëta ipse expressit inquiens, mœsto uultu, sed etiam cogitationem indicat propter rami aurei inquisitionem.

Ingreditur linquens antrum.] egreditur ex antro, & graditur. attamen nescio, quid plenius hoc uerbum significare uidetur, quàm ab interprete exponatur. Ingreditur : id est, graditur ad exequẽda iussa Sibyllæ : præpositio .n. in motum ad locum significat, & hoc in loco animi propensionem ad peragenda Sibyllæ commissa, & uehemens studium aurei rami inquirendi, haud dubiè declarat. C

Cæcos euẽtus.] incertos, & quos ipse ignorabat. Paribus cuius uestigia figit.] cogitationes

Aeneas mœsto defixus lumina uultu,
Ingreditur, linquens antrum, cæcosq; uolutat
Euentus animo secum : cui fidus Achates
It comes, & paribus curis uestigia figit.
Multa inter sese uario sermone † serebant. (†al. ferebant.)
Quem sociũ exanimem uates, quod corpus humã(dum
Diceret. atq; illi Misenum in litore sicco,
Vt uenêre, uident indigna morte peremptum,
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.
Postquam illum uictor uita spoliauit Achilles,
Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora † sequutus. (†al. secutus.)
Sed tum fortè caua dum personat æquora concha,
Demens, & cantu uocat in certamina diuos,

Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Praecipuè pius Aeneas tum iussa Sibyllae,
(Haud mora) festinant flentes, aramq; sepulchri
Congerere arboribus, coeloq; educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:
Procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex,
Fraxineaeq; trabes: cuneis & fissile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.
Atq; haec ipse suo tristi cum corde uolutat,
Aspectans syluam immensam, & sic forte precatur.

A tium morem egregiè expressit: qui tardo gressu incedere solent, tractum à bobus senibus, uel labore delassatis: unde est prouerbio ueteri, Bos senex fortius figit pedem.

Misenum in littore sicco.] mouet commiserationem per locum communem à circumstantijs: quòd in litore iaceret, ut de Priamo dictũ est Iacet ingens littore truncus. Quod & morte indigna affectus esset. Vident.] non audiunt, sed oculis uident: unde maior etiam nascitur dolor: nam oculi augent dolorem. hinc illud ex 2. Aeneid.

——quaeq; ipse miserrima uidi.

Misenum Aeolidem.] iterationem facit, ut Miseni laudes longius prosequatur. Quo non praestãtior alter

B Aere ciere uiros.] commendat à peritia canendi qua in re energiam quandam eum habuisse Poëta designat, ut facilè milites tuba canendo ad praelium excitaret: & fortasse ad historiam Timothei alludit: qui cantu suo Alexandrum regem, cui in primis charus fuit, ad praelium accendisse dicitur. Plutarch.

Martemq; accendere cantu] hoc hemistichium ex tempore à Virgilio fusum, dum librũ hunc Augusto recitaret, antiqui interpretes literis tradiderunt.

Hectoris hic magni fuerat comes.] uirũ fortissimum, reiq; militaris peritissimum fuisse Misenum probat per locum communem ex attributis personae. non enim nisi uir fortis haberi potest: qui uiri fortissimi comes extiterit, cum eo coniunctissimè uixerit, & illo cum hostibus dimicante unà & ipse pugnauerit: sunt qui Hectoris primum, deinde Aeneae Misenum aurigam fuisse putant, ut Pyrrhi Automedon. Pugnas insignis obibat.] antea Lucretius talia obire dixerat.

Vita spoliauit Achilles.] sic uita, ut armis spoliare dicimus. sed est allusio ad morem singulari certamine pugnantium: quorum uictor uictum armis, exuuijsq; spoliat. Dardanio Aeneae.] auget probationem fortitu-

C dinis Miseni ex facto illius: qui, mortuo Hectore comite suo, alteri se addixit fortissimo comiti Aeneae.

Non inferiora secutus.] commẽdat fortitudinem, magnitudinemq; animi Aeneae per comparationem Hectoris: cui semper Aeneam parem facit. unde illud est:

Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis.

Sed tum forte caua.] prosecutis obiter Miseni laudibus, ad eius mortis causam exponendam delabitur.

Personat aequora.] personat, personare facit: aut figurata locutio, sonat per caua aequora. sic personare regna aliquem dicimus. Virg. 6. Aeneid.

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat.

Aurem personare, Horat dixit epist. lib. 1. epist. 2.

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Et Cic. in fam. ad Leptam lib. 6. tamẽ personare aures eius huiusmodi uocibus non est inutile.

Demens.] Miseni imprudentiã arguit, qui non aduertit Deos etiam aemulatione excitari posse, alludit autem ad prouerbium: Noli cũ Dijs pugnare.

Exceptum.] insidijs oppressum. ut in 3. Aeneid.

Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.

Ergo omnes.] ad rẽ redit, à qua paululùm digressus fuerat.

Circum clamore fremebant.] dolore, fletu, & lamentatione. Praecipuè pius Aeneas.] Aeneas ut primus est inter Troianos, sic ei praecipua erga alios tribuitur pietas. unde & in primo Aeneid de illo dicitur:

Praecipuè pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit.

Tum iussa Sibyllae] Troianorum studium, atque diligentiam in struenda Miseno pyra breui oratione complectitur. Aramq; sepulchri.] id est, pyra.

Itur in antiquam syluam.] rem negociorum circumstantijs dilatat cũ ingenti carminis maiestate. persimilis est apud Homer locus. Iliad. 23 ubi Patroclo extincto paratur pyra: sed copiosior proculdubiò est Virgilius, atque etiam elegantior. Cuneis & fissile robur.] de industria ὀνοματοποιΐαν fecit, ut pronunciatione rem, quam significat, imitaretur. Aduoluũt ingentes.] negocij tarditatem propter arborum grauitatem pedum, ac syllabarum tarditate delineat. Nec non Aeneas.] non fuerat Aeneas ab hoc negocio se quaestrandus, ut per syluam gradiens ramum tandem aureum oculis cerneret.

Paribusq; accingitur armis.] accingitur quidẽ paribus officijs, sed non fungitur, ne praeter suam dignitatẽ decorum aliquid facere uideatur. quam ob rem de eo proximè dictum est:

Hortatur socios.

Verùm quia res interdum magis mouent, quàm uerba, ideo accingitur pari labore, non tamen laborat, sed aspectans syluam optat rami aurei apparitionem.

AENEAS.] Primum pium affectum boni principis erga suos, statim quàm infortunij certior factus esset, proponit, ut non solùm animo consternatus esset: uerumetiam uultu, in quo animi sedes est, eum prae se ferret. Adiungit Achatem indiuiduum comitem, non minus anxium, ac sollicitum de sociorum suorum salute. Defixus.] A' gestu dolentis, & moerore turbati. Lumina.] Poëtica synecdoche. Ingreditur.] Repetit, à Sibylla dimissus, classem, eius praecepta exequuturus. Antrum.] Sibyllae specum, in quo oraculum acceperat. Caecos.] dubios & incertos casus accepti mali secum reputat, quis sociorum, quo casu, fato perijsset. Curis.] Sollicitudine & affectu pari cum suo duce nauei repetit. Multa.] Et inter uias, sermones caeduntur, non ociosi, sed pij, rebus, locis ac temporibus congruentes. Et narrat ipse Poëta, quae inter se conferebant. Sociũm.] ut syncope sit pro, quem sociorum, aut ut circa figuram accipiatur. Qui porrò philosophantur, ita hunc locum ἀλληγοροῦσι, quasi uir pius ante quaesitam, paratamq; sapientiam, uitia nondũ agnouisset. LAMB. Hore.

Misenum.] *tibicinem suum, cuius prosopographiam sistim attexit.* **Littore**] *Pathos à loco & casu.*

Aeoliden, *Anaphora huc spectat, ut à corpo cursu in personae descriptionem excurrat. Aeoliden, Aeoli nepotem, Misenum uocat. Caeterùm* [illegible] *Graeci uentos uocant, & ueloces.* [illegible]*, uaria, ueloces* [illegible]*, citius uentus est.* [illegible]*, nauigare, congregare* [illegible] *mouere, nauigare.* [illegible]*, acta nox, aut uaria, propter sydera. Ab Aeolo, Aeolia insula, in qua regnas,* [illegible] *datur Aeolus.* **Aere ciere**] *tuba & classica ad pugnam bellatorum animos excitare. Ab officio & exercitatione laus. Fuerat Hectori etibicen, qui in pugnam iuuro classico cum canere consueuerat.* **Aere.**] *synecdoche: ex materia, res confecta. Nam per aes intelligit lituum, aut tibiam tubámue, cuius sono ad pugnam militum animi accenduntur. Hyperbolicè cum à studio consuetudo laudat, cùm eum omnium uirum facile praestantissimum in arte classicum canendi dicat.* **Ciere,** *simplex pro composito: rursum species pro specie, uidelicet pro excitare. Duplici ratione enallage: figurae & speciei.* **Martem.**] *Ferunt huius uersum initio à Poeta imperfectum relictum fuisse: postea cùm hunc librum Augusto recitans, ad istum usque locum peruenisset, ex tempore expolitionem adiecisse.*

Martemque accendere cantu.] *Martem, pro praelio metonymia sicut in* **Accendere** *metaphora est.*

Hectoris.] *Digressio in prosopographiam Miseni: hunc autem primùm laudat à dignitate & praestantia Hectoris, cuius tibicen ad Troiam fuerat. Persona enim Hectoris uehementer ad laudem Miseni facit. Colligitur artis excellentia. nam tanti heroes, insignes maximè artifices deligunt.* **Magni.**] *Rectè magni, qui cùm Troianorum facilè esset fortissimus, à rerum gestarum magnitudine meritò magna appellatione censendus est: perinde ut posteris temporibus Alexander, & Carolus Magnus, hoc ipsum cognomen sua uirtute inuenêre. Rerum ab Hectore gestarum egregius praeco Homerus est in Iliade.*

Hectora.] *Anastrophe: neque uerò mediocrem gratiam habet repetitio. Graeca figura est, circum Hectora pro apud Hectorem* [illegible]*. Ab officio Miseni. Lituus, propriè tuba incurua est: à cuius similitudine dictus est lituus, uirga auguralis breuis & in curua, qua in capiendis auguriis augures coeli spatia designabant. nam manu non licebat.* **Hasta.**] *Ostendit eum & tubicinem fuisse iuxtà, & militarem hominem. Tum autem geminatum eleganter est.* **Illum.**] *Hectorem. Refertur id ab Homero lib. Iliad. 22. Post mortem Hectoris, sequutus fuit arma Aeneae, qui post Hectorem uirtutis laudem tenebat: quare eum non infimam conditionem sequutum dicit. Caeterùm laudes Miseni huc spectant, ut obliquè coarguat, in bello multa uana geri, & inanem gloriam & iactantiam plerosque mortales plus quàm ueram uirtutem sectari.* **Sed tum.**] *Periphrasis tubae in caua concha. Et in Personat enallage generis: pro, ipsum aequor sonare facit tuba sono.* **Diuos.**] *marinos: Tritonem, tubicinem Neptuni, de quo in primo dictum est.* **Cantu.**] *tuba.*

Aemulus. [illegible]*, eiusdem artis peritus.*

Si credere.] *ut non sit fabulosum.* **Inter saxa**] *inter scopulos. Indicat, deos punire omnem impietatem, quam praesentes ubique uident & audiunt.* **Ergo.**] *quia sic perierat uir fortis, omnes eius casum indignè tulerunt. Sed nemo grauius tulit quàm Aeneas. cui prae caeteris salus sociorum cura fuit.* **Tum.**] *Transit ad studium Troianorum, in congerendis lignis quibus pyra cremando Miseno extrueretur, idque ex praecepto Sibyllae.* **Festinant**] A
dicit, prae festinantia exequuntur. Id enim primum erat amico praestandum. **Aram**] *pyram, in qua mortuus concremaretur ad similitudinem arae, in qua dijs sacrificari & adoleri consuetum fuit.* [illegible] *autem de ara saepe alias diximus.* **Arboribus.**] [illegible] *pro, ex arboribus.*

Coeloque] *in coelum hyperbole.* **Itur.**] *ab omnibus Troianis. Ex antiquitate, proceritas arborum est intelligenda. Hanc* [illegible] *stabula ferarum, metaphoricè uocat, in qua ferae* [illegible] *stabulentur.*

Piceae] *propter pinguedinem, ea arbor rogis mortuorum adhiberi maximè solebat. Ex hac, pix omnium aeterrima emanat. Pix,* [illegible]*. Huius folia, foliis abietis breuiora sunt, strictiora item & tenuiora, & magis algentia: tota horrida, & resina perfusa. Quo item nomine mortuorum exequiis grata fuit. Lignum abieti simile. Venenum est eius illius umbra, & noxia, quaecunque attingit, ut iuglandis pinus, & abietis. De eius pice & resina multa Plinius lib. 16. capite 9. Picea resinam fundit pinguem, & thuris modo succosam: Larix gracilem, ac mellei liquoris, redolentem uirus. Vtriusque folia trita ac decocta in aceto, dentium dolori medentur: cinis uerò corticum & intertrigini & ambustis. Si bibas, sistit aluum, & urinam mouet: at suffitu, uuluas corrigit. Piceae folia praecipuè iocinerosis conducunt, in aqua mulsa pota pondere drachmae. Syluae, quae picis ac resinae gratia radantur, phthisicis sunt utiles, & iis qui longa aegritudine uires nondum recollegerunt.* B

Sonat icta.] *Hypotyposis studium excindentium arbores Troianorum depingit, quae dilatat narrationem. Est autem ilex,* [illegible]*, arbor glandifera, ut esculus, quae Ioui sacra fuit. Inter arbores quae glandem ferunt, numeratur ilex, sicut robur, esculus, cerrus & suber. Ilicis tradunt duo genera potissimùm. In Italia foliis ab oleis non multum distant Smilaces (inquit Plinius) à quibusdam Graecis dictae, in prouinciis aquifoliae. Glans breuis est & gracilis, quam Homerus* [illegible] *lib. Odyss. 10. uocat ubi refert, quibus artibus Circe dicam glandem iis obiecerit, quos ex socijs Vlyssis in porcos transformerat.*

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Numeratur ilex inter eas arbores, quarum folia non decidunt. Sunt aculeata ut aquifolia. Quoniam cibus uictusque antiquitatis querceus fuit. ligna & quernâ corona donabatur is, qui ciuem ipse ciuis in praelio seruarat, teste uita salutisque suae. dicebaturque Ciuica corona. C

Fraxineaeque trabes.] *Procera est & teres fraxinus pennata folia. Homeri praeconio & Achillis hasta nobilitata. Iliad* [illegible]*.*

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quae nascitur in Ida Troadis: adeoque cedro similis est, ut cortice ablato emptores fallat. Duo genera sunt. longa, & ea quidem enodis. & breuis, quae durior, fuscior laureis foliis est. Folia iumentis traduntur letalia esse, sed ruminantibus innocua. Succus expressus ad potum, remedium est contra serpentes: & uulneribus imposita, opifera, ut nihil aequè. Fugit serpens eius umbras. Semen medetur iocineris & lateris doloribus in uino extrahit aquam, quae

subis

A subit cuneum. Rob[illegible]] & ipsum, arbor glandifera est durissimi ligni unde pro uiribus usurpatur, per translationem. Cuneus] instrumentum est, ad scindendam omnem materiam paratum. Est & cuneus peditum multitudo, quæ cum primo acie angustior, deinde latior procurrit a uitus fortitudine, loco etiam in theatro cunei dicti sunt, in qui nimirum uulgò spectatores stabant, inter sedentiũ subsellia. Ornos.] arbores, Germanicè [illegible]. maxime hæc arbor gaudet locis montanis, sicut cedrus, larix, tæda, & cæteræ è quibus resina gignitur. Item aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus, ornus, & carpinus. Itaque eruditè uates, Troianos ornos e montibus deuoluisse dicit, coarguens rerum necessitatem ac molem. De orno, multa Columella.

Nec non.] In pio negotio erga suos socios, tanto duci tribuit etiam sordidum officium, quod alio qui regi uideo eorum duceretur. Regium est, exhortari ad faciendum officium. Pietatis argumentum est erga mortuum, quòd ipse quoque excindendis arboribus operam nauat, & quidem primus. Porrò quæ arma dicantur, uel hinc liquet, & in primo annotauimus. Arma rusticorum, securis, cuneus, ligo, aratrum, & cætera. Arma militum, gladius, hasta, scutum, & similia: atque ita aliorum studiorum.

Hæc ipse suo tristi cum corde uolutat.] Quæ sequuntur, cogitat apud animum suum. Locus præbet occasionem eo repetendi. Docuerat eum paulo antè Sibylla, latere in arbore ramum frondenti metalla. Itaque aspectu syluæ, dum officio pio incumbit, memor monitorũ, optat sibi illum nunc obuiam dari. Ex casu Miseni, colligit nihil uana habere oraculum, de ramo.

ARGVMENTVM.

O[illegible] Aeneas in nemore arborem auream uidere, ut inde ramum refringat & statim illi apparẽt geminæ [illegible] uolantes: quas, quia Veneri matri dicatæ sunt, precatus lætus ut cursum suum dirigant, ubi ramus aureus [illegible]. obseruatoq; earum [illegible] arbore consedisse animaduertit [illegible] gradiens cum peruenit, aureæ arboris fulgorem uidit, indeq; illico ramum excipiens, cum Sibyllæ detulit.

B

Nasc.

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat, nemore in tanto, quando omnia uerè
Heu nimium de te uates Misene loquuta est.
Vix ea fatus erat, geminæ quum fortè columbæ
Ipsa sub ora uiri cœlo uenêre uolantes,
Et uiridi sedêre solo: tum maximus heros,
Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur:
Este duces, ô si qua uia est, cursumq; per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem diues opacat
Ramus humum: tuq; ô dubijs ne defice rebus
† Alma parens. Sic effatus, uestigia pressit: (al. Dira)
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergãt:
Pascentes illæ tantum prodire uolando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde ubi uenêre ad fauces graue olẽtis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumq; per aëra lapsæ,
Sedibus optatis † gemina super arbore sidunt, (al. geminæ)
Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet syluis brumali frigore uiscum
Fronde uirere noua quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.
Corripit extemplò Aeneas, manibusq; refringit
Cunctantem, & uatis portat sub tecta Sibyllæ.

Si nunc se nobis.] [illegible] optatis has monstrum magno cupiditatis affectu: nullã enim cupiditati sua temporis dilationem quærit: sed præsentis temporis signum apponit, si nunc uidelicet. ut [illegible] nunc, in oct. Aeneid.

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Nemore in tanto.] bene optat ramũ sibi aureũ ostẽdi, quia nemore in tanto, non enim facile inuẽtu est, quod in nemore umbroso, uertq; ac propè iam infinitis arboribus confusa latet.

C

Quãdo omnia uerè.] uaticinij Sibyllæ cõmendatio est: cuius ueritatem probat ab effectu, id est, ex morte Miseni. erit autem huiusmodi sensus, uanam ita quoq; uerè mihi sese ostendat ramus aureus, ut uera cætera fuerunt: quæ mihi prædixit Sibylla. Heu nimium de te uates Misene locuta est.] [illegible]. quæ [illegible] habet à dolore. Geminæ cũ fortè colubæ] augurium sese offert Aeneæ, cum regi, tum Veneris filio maximè congruum. Nam Veneri dicatæ sunt columbæ, & quia tanquam solæ uolant, regibus augurium facere dicuntur. quos solos esse non decet: quamobrem rectè hic duarum, non unius columbæ mentio fit. sunt uerò, qui putent, hic per geminas columbas mysticè duas animæ alas Platonicè designari: hoc est, contemplatiuam, moralemq;

uirtutem. quæ ad recipiendum aureũ munimentum, id est, ad prudentiam, altamq; illam sapientiam hominẽ ducunt. quæ etiam à Venere matri dicuntur quia diuinarum rerum amor eximiæ alis nutrimenta sufficit quibus surrigimur, & in Deum transimus. quod paulò inferius à Poeta indicari affirmant eo uersu:

Tollunt se celeres, liquidumq; per aëra lapsæ

Sedibus optatis geminæ super arbore sidunt.

Porrò alas non recipit anima (ut Plato testatum reliquit in Phædro) nisi post annorum decem millia: præter tamẽ illius animã, qui philosophatus est sine dolo. uel unà cum sapientiæ studio pulchritudinẽ adamauit. Ipsa sub ora uiri.] ut eius causa uenisse uiderentur. Maternas agnoscit aues.] à matre missas. Este duces] deprecatio ad colũbas. Si qua uiã est.] ad ramũ aureũ inueniendũ. Vbi pinguẽ diues opacat.] hic causamq; causæq; effectus ponit pinguẽ humus, diues ramus, ipsiusq; umbra opaca: nã terræ pinguedine arbor luxuriat, pariterq; ac frõdosis ramis largã, densamq; umbrã facit. Tuq; ô dubijs ne defice rebus Alma parens.] cognito matris augurio, ingratus animo fuisset matris auxiliũ non implorare, in re præsertim tam difficili. Sic effatus uestigia pressit.] firmat se Aeneas, in Augurie [illegible]

tes solent auguria capturi, proinde subdit.

Obseruat quæ signa ferant.] *propriè augures seruare de cælo dicuntur, cùm auguria captant.*

Pascentes illæ.] *alludit ad pullare augurium, in quo boni ominis erat, si pulli pascerentur.* Aura rami discolor.] *splendor auri colorem uariantis.*

Quale solet syluis.] *ramum aureum uisco comparat: est enim crocei coloris uiscus, splendescitq; in truncis arborum more auri.* Syluis.] *in syluis ut plurimum uiscus reperitur: ubi aues uarij generis modulantur: fit enim ex stercore auium, maximè turdorum, & palumborū. Plin.*

Quod non sua seminat arbos.] *satum uiscum nullo modo, inquit Plinius, nascitur, nullamq; propriā sedē habet, sed in aliena uiuit. oritur maxime in quercu, robore, ilice, pruna syluestri, ac terebintho: cuius truncos instar hederæ circundans, usu temporis arborem ipsam enecat. hæc ex lib. 16. cap. 44.*

Talis erat species auri.] *comparationis institutum accommodat.* Bractea.] *tanquam bractea: nam eius folia ea subtilitate natura produxerat, ut aura spirante, quasi bractea crepitarent.*

Corripit extemplò.] *rectè extemplò, quia non absque augurii inuenerat.*

Cunctantem.] *non adrantū, sed ad Aeneæ cupiditatem refertur: quam ipse Poëta egregiè indicat appositione uocis, auidus.*

LAMB. Hort. Misenum.] *Auersa.* Vix ea.] *Quid columbæ sequent, hoc eodem libro docuimus. Varrò antiquitas columbam Veneri dicarunt, ut aquilam Ioui, pauonem Iunoni, gallum Herculi, Marti equum. Ob castum amorem, pudicitiam & fœcunditatem columba Veneri grata est. Huius plena descriptio extat apud Plinium libro 10. capite 34. Huic tantam tribuunt pudicitiam, ut neutri notum sit adulterium: coniugi fidem non uiolent, & communem seruent domum, quam nisi cælebs aut uidua non relinquit. Etiam iniquos, eosq; imperiosos mares ferunt. Si suspicio sit adulterij, guttur plenum est querelarum, & saui ictus rostro: sed in satisfactione mox osculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Proin à matre filio mittuntur columbæ duces itineris, ad monstrandam uirgam auream.*

Ora.] *sub conspectum Aeneæ.* Maternas.] *matri Veneri sacras.* Este duces.] *Petitoria oratio breuis: continet hæc summa est, ut se ad ramum aureum ducant: oratq; simul matrem, ut in rebus dubijs nunc sibi adsit.*

Diues opacat.] *aureus ramus humum inumbrat quod proprium est arborum. Pinguem, fœcundam terram uocat, quæ omnia læto sinu effundit. & Deñce dixit, pro desu.* Pascentes.] *ut est ingenium eius animantis, & plerorumq; uolatilium, pascenda procedere.*

Prodire.] *Enallage modi, pro, prodibant, procedebāt. Aciem usurpat pro uisu.* Auerni.] *De Auerno suprà relatum est. Apeisiumum locus tribuit epithetοn; exhalat enim sulphurea aqua grauem odore, ut aerem tetra suffumigatione & halitu inficiat.* A

> *Quam super haud ullæ, inquit Poëta, poterāt impunè uolantes*
> *Tendere iter pennis, talis sese halitus atris*
> *Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.*
> *Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum:*

Quasi ἄορνον, sine auibus. Sedunt.] *pro sedēt & Super cum auferendi casu.* Gemina.] *Hypallage, geminæ sedent.* Auea.] *splendor auri.* Viscum.] *Brumali tempore maximè maturum est uiscum, aurīq; colorem imitatur, & noua fronde uiret. Visci tria genera ponit Plinius libro 16. capite 44. in abiete ac larice (stelin uocat Euboea, hyphear Arcadia) in quercu, robore, ilice, pruno syluestri, terebyntho. Sunt qui copiosissimum produnt nasci è quercu, quod δρυὸς ἰξὸν appellatur. Sed odore ex omni arbore differt, præterquàm ex Ilice & quercu. Folium uerò ipsum ingrati odoris est. Gustu in utroque genera est amarum ac lentum. Idem author loco diuerso tradit, uiscum nec aqua, nec igni posse corrumpi. Nascitur uiscum albus sub alis foliorum herba chamæleo-* B *nis, præcipuè sub Canis ortum, quo modo & Thura nasci dicuntur. Medicinam & remedia uaria ex flore uisci, in ipsoq; adeò uisco prosequitur diuersis locis Plinius: & uiscum pro retr ueteres usurparunt, authore Nonio, à tenacitate. A simili dilatat narrationem, ut rami aurei naturam comparatione euidenti oculis subijciat. Nascitur in ijs quas retulimus arboribus.* Croceo.] *crocei coloris, qui tendit in rutilum.* Fœtum] *Recens uiscum nuncupat, quod illustrius splendet sublustri luce.* Teres.] *rotundum in longum & procerum. Truncus teres, teres hasta.* Talis.] *Applicatio rami collati cum uisco fuluo.*

Bractea.] *aurea lamina. Laminam à Bractea ita Grammatici distinguunt, ut existiment bracteas tenuiores esse, laminas crassiores. Dicitur & brattea, c litera in t mutata. Bractearius, qui bracteas hoc est, tenuissimas laminas ex auro argentóue, aut alio quouis metallo cudit, funditue. A bractea, diminutiuum deducitur bracteola. Ipsa porrò ars bractearia, & quod bracteis contectum est, bracteatum appellatur. Cæterùm, per copiam Poëta uimen illud, & ramum aureum, bracteam appellat.*

Corripit.] *Vehementiam & spiritum constantem animi in diffringendo oblato ramo ex uoto, ostendit: tum autem & sedulitatem, cùm tardè sequētem quantis posset uiribus diuellit.* C Portat.] *celeritatem in obeundo negotio docet. Etenim ramo inuento, nihil erat cur in sylua diutiùs cunctaretur: & iam maceria ad litus in pyram à sacris congesta erat.*

Vatis Sibyllæ.] *Appositio. Aeolicè fatidicā signat, quæ sit diuinorum consiliorum conscia, ὅτι, ἀεὶ τὸ Διὸς βουλὴν, τὸ βουλῆν.*

A R G V M E N T V M.

Miseno de more Rom. exequiæ celebrantur, eius cadauer comburitur, collectisq; cineri ingens illi sepulchrum Aeneas sub monte construit, quem de eius nomine Misenum appellat, appositisq; armis, remo, & tuba, quibus ille dum uiueret, vtebatur, abit, & ad sacrificium se accingit.

NASC. Nec minus.] *peracto uno ex ijs, quæ Sibylla iusserat: alterum exequitur, uidelicet Miseni exequias: quas eo ordine describit, ut*

> Nec minus interea Misenum in littore Teucri
> Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
> Principiò pinguem tædis, & robore secto

Ingentem struxêre pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales antè cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusque lauant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus. tum membra thoro defleta reponunt,
Purpureasque super uestes uelamina nota
Coniiciunt. pars ingenti subiêre pheretro,
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuêre facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias uino, & bibulam lauêre fauillam,
Ossaque lecta cado texit Chorinaeus aheno.
Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui, & ramo foelicis oliuae.
Lustrauitque uiros, dixitque nouissima uerba.
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaque arma uiro, remumque tubamque,
Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, aeternumque tenet per saecula nomen.
His actis properè exequitur praecepta Sibyllae.

A *hic, ut omnia priscae antiquitatis uestigia in funere curando complecti uideatur. ex Homeri 23. Iliad. ubi haec eadem ferè Patroclo exhibentur, multa quidem sumuntur. Sed etiam collibi hic locus ex 11. Odyss. pendere uidetur. ubi Homerus Elpenori funus celebrat.* Et cineri ingrato.] *nullam gratiam habituro. Virg. lib. 11. Aen.*

Nos iuuenem exanimum, & nil iam coelestibus ullis
Debentem, uano maesti comitamur honore

B Pinguē taedis.] *copiosum facibus ex taeda arbore Virg. lib. 4. Aeneid.*

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti, taedis atque ilice secta.

Alludit autem ad pinguedinem arboris: ex qua resinam fluere manifestum est. Ingentem.] *quia magno uiro struebatur. nam pro dignitate personarum pyrae fiebant, aliae ingentes, aliae paruae. scribit Homerus Iliad. 23. Siquidem Patroclo fuisse pyram centum pedum.*

ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον, ἔνθα καὶ ἔνθα.

Frondibus atris.] *feralibus. cupressum intelligit, quae feralis arbor dicitur. Ouid. 3. trist.*

Funeris ara mihi ferali cincta cupresso
Conuenit.

Ideo per [illegible] *subdit:*

——& ferales ante cupressos.

Super fulgentibus armis.] *magni uiri nunquam soli comburebantur, sed cum armis, aut equis, aut canibus, quibus dum uiuerent, oblectati fuissent.*

C Corpusque lauant frigentis, & ungunt.] *de more id fieri solebat. ita etiam nostra tempestate lauantur cadauera, in Italia praesertim, sed ungendi mos obsoleuit.*

Fit gemitus.] *haec eadem in funere Patrocli, & Hectoris Homer. lib. 23. & 24. Iliad. uersibus complexus est. Sed & interpretes pluribus meminerunt.*

Tum membra thoro defleta reponunt.] *hoc est, quod corpus P. Clodij nudum in lecto, ut uulnera uideri possent, in forum delatum fuisse apud Asconium legimus.* Purpureasque super uestes.] *haud dubiè de Miseni uestibus intelligit. alludit autem ad paludamentum, quo uiri principes in bello utebantur, & ex purpura constabat.* Velamina nota.] *quorum usus in bello frequentissimus erat. unde illud ex 11. Aeneid.*

——*pars munera nota*
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.

Et subiectam more parentum.] *propinquiores cum accensis facibus in pheretro mortuos ad comburendum deferebant: quod in contextu indicari uidetur, propter copulam & subiectam: at Seruius paulò infrà sentire uidetur, faces de fune ante mortuos deferri solitas.*

Cōgesta cremantur Thurea dona.] *fortasse ad arcendum uistrinae nidorem propter quod & cupressus pyrae miscebatur.* Dapes.] *per dapes arbitror adipē, & carnes etiam hostiarum esse intelligendas: nam Homerus loco superius adducto, mactatarum ante pyrā ouium, atque boum adipe Patroclū ab Achille coopertum à capite ad pedes fuisse, excoriatasque hostiarum corpora cum melle, atque oleo in rogum ad lectum ipsius adhibuisse scriptum reliquit. ut cadauer, scilicet citius cremaretur. Homeri uersus, ita se habent.*

πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
πρόσθε πυρῆς ἔδερόν τε καὶ ἄμφεπον· ἐκ δ' ἄρα πάντων
δημὸν ἑλὼν ἐκάλυψε νέκυν μεγάθυμος Ἀχιλλεὺς
ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, περὶ δὲ δρατὰ σώματα νήει.
ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας,
πρὸς λέχεα κλίνων.

Fuso crateres oliuo.] *Homerus amphoras, hic crateres fusas esse dicit. Sed hoc pro mortuorum dignitate. in funere Patrocli honoratior pompa, maiorique impensa describitur, quàm in his Miseni exequijs, quae cuique inquit, sicut apud Homerum Elpenoris.* Relliquias uino, & bibulam lauêre fauillam.] *Homeri est: qui ubique pyras uino nigro, extinctas dicit.* Ossaque lecta cado texit Chorinaeus aheno.] *nō lecta cado, sed collecta in cado texit in lamnine scribit: & est Homeri ex 23. & 24. Iliad. nam Hectoris ossa, ut alia omittam, à fratribus, socijsque collecta, & in aurea urna posita. uelamineque purpureo cooperta fuisse dicit.*

ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοί θ' ἕταροί τε
μυρόμενοι, θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν.
καὶ τά γε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες
πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν.

Lustrauitque uiros.] *erat apud Romanos quoddam sacerdotum genus, qui funestatas familias, & in exequijs mortuorum turbam hominum pollutam aquae aspersione lustrarent, atque purgarent. ut Popa Licinius de circo maximo apud Cic. pro Milone de quo ita Ped. Asconius: Respōderat Pompeius Licinium quendam de plebe sacrificulū, qui solitus esset famil. as purgare, &c.*

Dixitque nouissima uerba.] *quae in sacris etiā dici solebant. apud Latinos ilicet id est, ire licet, apud Graecos* λαοῖς ἄφεσις, *idest, populis missio. Apuleius li. ultimo.*

At pius Aeneas ingenti mole sepulchrū.] *Aeneas ita Misenum, uti apud Homerū Achilles Patroclo, sepulchrum curat. apud quem nunquam uideris prius sepulchrum cuiquam parari, quàm illius exequiae fuerint celebratae. curat igitur Aeneas sepulchrum, & rationem, habet amplitudinis, atque dignitatis uiri, quod ingenti mole*

al. Impo-nit

mole illud construit: qua in re non uidetur illa Platonis parsimonia seruari: qui sepulchrum exstrui uetat altius, quàm uiri quinque diebus totidem exstruere possint, lapides non maiores, quàm ut possint defuncti laudes quatuor heroicis uersibus comprehendere.

Suaq; arma uiro, remumq;, tubamq;.] locus iste ex 12. Homer. Odysseæ sumptus est. ubi Vlysses, eiusq; socij Elpenori sepulchrum erigunt, in cuius uertice remū figunt. Homeri uersus hi sunt:

αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ
τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες,
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Exequitur præcepta Sibyllæ.] ut pararet funeri hostias, & sacrificaret. Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.

LAMB. Hort. Nec minus.] Transit ad studia Troianorum circa iusta Miseni, quem ritè conditum oportuit: uersaturq; operosè in descriptione ceremoniarum funebrium, ut alijs in locis diuersis diligenter. Nihilominus, inquit, interim dum Aeneas circa aureum ramum uestigandum occupatur, Teucri de more mortuum deflebant, expediebant omnia quæ ad exequias desiderabantur. Primùm circumfusi lugubriter affecti plangore deflebant uita defunctum. Post deinde ad iusta discedebatur.

Ingrato.] cadaueri, ad quod nullus sensus funeralium officiorum perueniebat. Suprema ferebant.] ultima iusta mortuo exhibebant. Principio pinguem.] Vbi summatim ordinem proposuit, transit ad ipsas ceremonias, quibus illa suprema singulatim constabant. Videtur Poëta quasi ex composito, per occasionem, ceremonias funerales uoluisse tradere: adeò operosa diligentia eas prosequitur. Primùm, inquit, erexère pyram. Addita; significanter materiam, unde ea structa fuit, ex tædis, robore, & ferali cupresso. His lignis pinguem rogum appellat, ob succulentiam earum arborum, simul & naturam, cur funeribus à priscis dicatæ fuerunt. Tædis.] Tæda arbuscula est, ex genere laricum, sed succo magis abundat, cur morbus quasi laricis existimatur: parcius fundit tamen succum, liquidiusq; quàm picea. Quamobrem flammis, lumini sacrorum, & nuptijs eam consecrerūt ueteres. Hinc fit, cur per tropum etiam pro nuptijs usurpetur in carmine. Nunc tædam appellare uidetur, quam paulò antè piceam uocauit:

Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex.

Et robur hic, supra ilicem quæ maximè montes amat, & ueteribus in primis feralis ac rogis familiaris habita fuit. Porrò tædam speciem laricis esse dixi. Est autem larix, abieti non dissimilis, sed præstantior ac nobilior ipsa materia: cuius uim incorruptam, & humori contumacem tradunt, unde plusculum liquoris mellei coloris erumpat, qui nunquam indurescat.

Secto.] fisso, ex quernis & roboreis, fissa ligna ignem uiolentiorem efficiunt, & tardius reliquis consumuntur.

Cui frondibus.] Hinc pyra intexebant ligna, funeribus apta. cuiusmodi sunt larix, picea, taxus, cupressus, & aliæ nonnullæ arbores id genus.

Ferales.] tristes & funebres. Cupresso ideo rogos cingi solere, author est Varro, ne graui ustrinæ odore circūstantie multitudinis corona offenderetur. Adstabat aūt frequētia tam diu, lachrymis præficæ per omnia respondens, donec cadauere flāmis absumpto, collectisq; in urnam cineribus discedere uoce Ilicet iuberentur. Erat autem præfica, mulier in funeribus conducta, quæ circumfusæ multitudini lamentandi eiulandiq; modum dictaret. Hunc quoq; mos fuit, ante domum funestam, mortui laudes celebrare. Ilicet, illud erat, quod nouissimum Poëta paulò post uerbum uocat: A

Lustrauitq; uiros, dixitq; nouissima uerba.

Hunc morem deflendi mortuos in Gallijs seruari adhuc uulgò constat, ut plangore, & euellendis capillis omnium ora præfica in se conuertat. Illam quidem causam Varro adducit, cur cupressus bustis & ustrinæ adhiberi solita fuerit. Hoc autem non minus uerisimile, & fortasse uero propius est, eam rogis solennem fuisse, ob funestum ipsius ingenium. Etenim incisa non repullulat, & quasi uita priuata, planè nunquam reuiuiscit: ideoq; ante mortuorum, maximè nobilium ædes, eam pomi mos tenebat. Et non plebeios inquit Poëta, luctus testata cupressus: quòd de mortuo nihil reliqui in uita sperandum sit. Horat. Odarum lib. 2.

Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor, neq; harum quas colis arborum
Te, præter inuisas cupressos,
Vlla breuem dominum sequetur. B

Hinc pro morte ipsa apud Poëtas frequenter usurpatur. Cæterùm de cupresso in principio libri secundi plura disseruimus. In Ditis tutela esse credebatur.

Ferales.] à feralibus factis, quæ mortuis fiebant. In ijsdem etiam epulas ferri mos erat, ad tumulum eius, cui parentabatur. Fulgentibus armis.] In illustrium uirorum bustis, eodem rogo arma quoq; eorum consumebantur, & ea quæ in uita habuerant charissima.

Calidosq; latices.] calida aqua priùs lauabant cadauera ungebant, & ex interuallo conclamabāt: ut si qua uitæ reliqua esset, se reciperet. Solet spiritus inclusus nonnunquam homines fallere. Frigentis.] mortui. Calore enim uitali pulso, qui spiritus sedes habetur, friget corpus. Vnde per tropum, mortem modò frigidam, modò pallidam appellamus. Vngunt.] Constat cadauera priùs ungi solere quàm cremarentur. Iuuenal. Satyra quarta:

Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum uix redolent duo funera. —

Ahæna.] ollas æneas parant. Thoro.] ligno, quo efferebatur ad pyram extructam. C

Purpureasq;.] Appositio: uestes luculentas, quas in uita in precio habuerat, insternunt mortuo.

Super uestes uelamina nota.] corpus exanime.

Pheretro.] quo funus effertur.] Pheretrum propriè id omne dicitur, in quo aliquid in pompa portatur. Liu. lib. 1. Decad. 1. Spolia ducis suspensa, fabricato apte ad id pheretro gerens. Capitolium ascendit: ibiq; cūm ad quercum pastoribus sacram deposuisset, templum designauit, & addidit cognomen, Iupiter Pheretrius. Ferculum & pheretrum à Græco uerbo deducuntur. More parentum.] ritu maiorum. Hoc muneris dabatur propinquioribus, & humeris sandapilæ subiectis funus efferrent. Erat & his mos priscis illis mortalibus, ut uita defunctus domū suam portaretur, ubi dies septem seruatus, & calida lauabatur, & oleo inungebatur: tum autem (ut dictum à nobis sæpe est) per interualla conclamabatur, fiebatq; gemitus.

Auersi.] iniecturi facem se auertebant: quo arguebāt se inuitos id facere, quod cogeret necessitas, qui rogum accensuri. Iliad. Homericæ enarrator, rationem reddit, cur

A cur antiquitus corpora defunctorum cremabantur, [illegible] ... Interpres citat Andronem, apud quem haec historia refertur. Thurea dona.] id est, ipsum thus: periphrasticè. Dapes] Valla existimat, deorum tantùm epulas uocari dapes: neque uerò eas solùm, sed etiam quae deorum sacrificiis inferantur. Sed uir tantus, ut in

B nonnullis aliis, ita hic caruit iudicio. Etenim dapes sunt, ut omnium scriptorum testimoniis constat, omnes opipari lautique apparatus: siue deorum sint, siue mortuorum, siue adeò etiam hominum nullo discrimine, idque opera. Martialis:

Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbit:
Sed nihil omnino te recitante placet.

De Mensa Ligurini. Et Maro in tertio, loquens de Cyclope:

Nam simul expletus dapibus, uinoque sepultus.

Et in Bucol.

Quas illi Philomena dapes, quae dona pararit.

Falsus fortasse fuit Valla, quòd apud antiquos daps dicebatur res diuina, quae fiebat aut semente hyberna, aut uerna: à Graeca uoce δαίς, quae id genus epulas signat, authore Sexto Pomp. Fest. Hinc dapsile, & dapaticum, magnificum. Dapaticè excipi, lautè, magnificè, & splendidè: dapaticum negatiuum, dotes dapsiles, apud Plaut. Sed & infundi uitabilesque cibi Nonio uocantur. ut ex Virgilianis suprà citatis locis affirmat. Atqui Achilles Homericus lib. Iliad. 23. in funere patrocli longè diuersas à Marone ceremonias praestat,

C αὐτίκα λαὸν σκέδασον κατὰ νῆας ἐΐσας,
κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλην.
ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα.
ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν ἀχνύμενοι κῆρ,
πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
πρόσθε πυρῆς, ἔδερόν τε καὶ ἄμφεπον. ἐκ δ' ἄρα πάντων
δημὸν ἑλὼν ἐκάλυψε νέκυν μεγάθυμος Ἀχιλλεύς,
ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, περὶ δὲ δρατὰ σώματα νήει.
ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας.

Quod Vergil. dixit:

——*fuso crateris oliuo.*

[illegible]

Oliuo.] oleo, ex oliua expresso. Postquam.] Transit ad ceremonias funeris postremas, quae mortuo, restincto incendio, praestabantur. Vt cineres colligerentur, ignem restinguebant infuso uino, quo commodè in urnam conuerterent, quam sub terra aggesto tumulo condebant. Vnde urna pro morte & sepulchro à poëtis usurpatur. Poëta cadum hoc loco uocat. Collapsi.] Apto ac proprio uocabulo usus est: quasi in unum aceruum simul lapsi, ut in urnam conuerti possent. Collapsi sunt defectio.

Relliquias.] Exponit, quas reliquias uocat: uidelicet, cineres calidos, quos uino extinguebant. Ignita ac calida humorem omnem imbibunt, absumuntque. Rectè reliquias: à cremato .n. cadauere, nihil praeter cineres reliqui superest. ποτιστικῶς, geminauit. Porrò bibulum id appellatur, quod pronum est & procliue ad exorbendum. Meribibulus, qui merum: hoc est, non dilutum aqua uinum, bibit. Charta bibula, quae imbibit atramentum, aut alium liquorem, quae & papyrus bibula appellatur.

Ossaque.] Proximum erat, restinctos cineres in urnam condere, quod ministerium sacerdotum erat, qui sacerdotes funeris appellabantur. Lecta.] Enallage figura, collecta in urna contexit. Idem.] Ternarius numerus apud poetas uim amplificandi habet: estque sacer diis inferis.

Circumtulit.] lustrauit, purgauitque: hypallage. pro, socios ter puram undam circumtulit: elementum rebus diuinis consecratum. Quare rectè à Pindaro elementorum praestantissimum appellatur, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Pura, quasi casta & consecrata. Spargens.] Quem morem ab ethnicis acceptum, etiamnum tenent Christiani.

Foelicis] Festa olea: uel quod Mineruae sacra habebatur: uel quòd pacis symbolum & amicitiae esset: uel quòd huic arbori R. maiestas magnum honorem tribuerit, Idibus Iulii turmas equitum ea coronando & ea ouantes uictores quoque Athenis coronabantur.

Lustrauit.] aspersit, purgauit. Nouissima.] Ilicet innuit, nam, corpore rogo imposito, ter uale conclamare mos erat. Ingenti mole.] Homerus Odyss. duodecimo:

αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ,
τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Vtriusque tumuli paria sunt insignia, arma & remus, Graecus sepulchro summo columnam imponit. ubi cippum aggesserit, remum figit. Remumque.] Reddit, quae uiri arma fuerunt, remus & tuba. Remum, lorum uocat, unde pendet tuba. Aerio.] alto: donat locum ratione nominis: quod loco uel à Miseno mansit, uel propter Aeneae authoritatem. Ipsum promontorium, a neutro genere Misenum fuit appellatum, ab hoc Miseno tibicine Aeneae, sub eo condito. Testatur Chrestomathiae autor post Cumas ad meridiem promontorium Misenum esse, mox Baias, & calidas aquas, ad delicias & morborum curationes accommodas. μετὰ δὲ τὴν Κύμην, τὸ Μισηνὸν ἄκρον. μετὰ δὲ αἱ Βαῖαι, καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα, πρός τε τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. Mela cap. libri secundi, ubi eam Italiae partem describit: Lacus Lucrinus, inquit, & Auernus, Baiae, Misenum (id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen) Cumae, Linternum.

His actis properè exequitur praecepta Sibyllae.] Transitio ad ὑποτύπωσιν descensus ad inferos. Primùm autem describit locum, atque hiatum per quem descensus ad inferos esse putabatur. Constat haec topographia meris amplificationibus rerum earum, à quibus describitur.

ARGVMEN-

A

ARGVMENTVM.

Spelunca, Auernusq́; lacus: per quem descensus est ad inferos, describitur. illic Sibylla explorat, mactatq́; victimas mystico vocis sono Proserpinam vocans. Aeneas autem nocti, terrae, nec non Proserpinę ipsi sterilem vaccam sacrificat, & Plutoni holocaustum oleo auctum offert.

NASC.

Spelunca alta fuit, uastoq́; immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq́; tenebris:
Quā super haud ullæ poterāt impune uolantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens † supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine * Auernum.
Quattuor hic primum † nigrāteis terga iuuencos
Constituit, frontiq́; * immergit uina sacerdos,
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus † imposuit sacris libamina prima,
Voce uocans Hecaten cœloq́; ereboq́; potentem.
Supponunt alij cultros, tepidumq́; cruorem
* Suscipiunt pateris: ipse atri uelleris agnam
Aeneas matri Eumenidum magnæq́; sorori
Ense ferit, sterilemq́; tibi Proserpina uaccam,
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum uiscera flammis,
Pingue superq́; oleū fundens ardentibus extis.

† al. supra
* al. Aornō.
† al. nigrātis
* al. inuergit
† al. imponit
* al. Suspiciunt. item, Succipiunt

Spelunca alta fuit.] Spelūca descriptio cuius altitudinē primò, deinde latitudinē, quia immanis uasto hiatu, materiam, quia scrupea: id est, lapillosa est, securitatē: id est, ad quā accessus esse non poterat propter lacus Auerni obscuritatem, horrentemq́; nemoris umbrā depingit.

Quam super.] non laudes tātùm Speluncæ, sed etiā uituperationes attingit: quā ex fœtido halitu detur pat, quo super uolantes aues necantur. Talis sese halitus.] causam assignat necis auium superuolantium. Claudianus de raptu Proserp.

Tunc & pestiferi pacatum limen Auerni
Innocuæ transistis aues

Quasi nunquam antea impunè transierint.

Vnde locum Graij dixerūt nominę Auernum.] etymologiam huius uocis docet. quidam legunt Aornū: nam ἄορνος: id est, sine auibus propriè dicitur Lucretium æmulatus est Poëta in 6. ubi ait:

Principio quod Auerna uocantur, nomen id ab re
Impositum est: quia sunt auibus contraria cunctis.

Si Auernum legas, quæ dictio, etsi ex Græco, Græcis tamen incognita est, credendum est Poëtam ad sensum omnino respexisse. quasi uelit dicere, nos Latini ex Græcorum sententia, qui illum lacum Aornum uocant, quasi sit sine auibus, pari etymologia Auernum uocamus. appositè autem usus est uerbo dixerunt, non uerterunt. ut in 3. Georgic.

——Oestrum Graij uertēre uocantes.

Quattuor hic primum nigrantes terga iuuencos Constituit.] singulis his uerbis examine opus est, & libra: nam quod ait quattuor, numerum parem dijs inferis gratum designat: unde illud est:

——numero Deus impare gaudet.

Hic, signatè loquitur, in concaua spelunca, alludens ad morem. nam Dijs inferis sacra fiebant in effossa terra. hoc in loco prisci etiam ueteres Plutoni sacra facere consueuerunt, ut auctor est Strabo, rati illinc esse descensum ad inferos. adeas Cicer. in primu Tuscul. unde huc non pauca uidentur fuisse translata.

Nigrantes terga.] propter similitudinem: nam ut alba superis, sic furua, aut nigra inferis conueniunt. alibi pluribus hac de re diximus.

Frontiq́; Immergit uina sacerdos.] uictimæ exploratio. ita quoq; in 4. Aeneid.

——media inter cornua fundit.

Porrò ad morem sacrorū allusio est: nam fundere, vergere, & inuergere uerba sunt sacrorum: de quibus ita obseruant docti, ut fundere sit supina manu libare: vergere, seu inuergere conuersam sinistram partem manu ita fundere, ut patera conuertatur. quod in sacris propriè inferorum fiebat: quæ infusione si uictima obstupuisset, non probabatur.

B

Et summas carpens.] prima libatio, quæ Romanis fortasse fiebat. nam apud Græcos sacerdos sacra facturus de capillis suis, quos in ignem conijciebat, Deo primitias soluebat. quod Odyss. ξ indicasse uidetur hoc uersu:

Κα' ὄγ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Voce uocans.] mystico sono, ut interpres asserit ex Lucano: cui ego quoq; assentior. nam sæpe bellÿna uoce, alioq́; diuerso ab humana uoce sono sacerdotes Hecaten uocabant. sed occultè uidetur alludere ad magarum inuocationem, cùm necromantiam exercent, sed infrà pluribus. Supponunt alij cultros.] uictimam iugulāt, sic in 3. Georg.

Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Cui rei & sequentia uerba fidem faciunt:

——tepidumq́; cruorem
Succipiunt pateris.

C

Non enim sanguis excipi pateris potuisset, nisi uictima iugulata fuisset. sed Poëta doctiss. ad morem sacrificantium alludere uoluit: qui dum uictimas cederent, secespitam (sic uocat Festus) cultrum æneum, seu ferreum oblongū manubrio eburneo, rotundo, solido uincto ad capulum argēto, aureoq́, fixo clauis æneis, ære Cyprio, illi supponebant.

Tepidumq́; cruorē Suscipiunt pateris.] ordinem sacrorum pergit ostendere: nam cadenti hostiæ (ut Dionysius Halyc. auctor est) quidam uasa, ut cruorem exciperent, subijciebāt. Matri Eumenidum.] nocti: cuius, patre Acheronte, filiæ esse dicuntur Eumenides. Virg. lib. 12. Aeneid.

Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ,
Quas, & Tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemq́ tulit partu

Sterilem Proserpina uaccam.] ideo ei sterilem mactant, quia filios nunquam genuit Macrob. ex corn. porcam dicit Proserpinæ iugulari. at Maro vaccæ mentionem facit. cui astipulatur Aurelius Prudentius, contra Symmachum his uersibus:

Rapta

A " *Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina regis*
" *Placatur uaccæ sterilis ceruice resecta.*

Tum stygio regi.] *Non fuerat mittendum, quin etiam Platoni inferorum Deo sacra fierent.* Nocturnas inchoat aras.] *de more sacrorum: nam Dijs inferis noctu sacra fiebant, aras autem inchoat, ut sacrificet. ad illas'q; preces fundat uam orantes, ut ante dictũ est, aras tenebant.* Et solida imponunt.] *Illud oblationis genus attingit, quo integra offerebatur uictima: quod holocaustoma, & holocaustum, & holocautoma Græcè uocari animaduerti. de uarijs autem sacrificiorum generibus plenus est Virg. Seruius interpres, & Macrob.* Pingue superq; oleum.] *in sacris oleum, uinum, & lac etiam infundi solebat. Sed Homerus in omnibus sacrificijs τὸ αἴθοπα οἶνον celebrat.*

LAMB. Hort. Alta.] *A' qualitate asperitate'q; soli, cùm scrupeam dicat. addit'q; amplificationem, immanis, uasto hiatu: hoc est, ingenti apertura à tuto, cùm inaccessum animantibus ob tetrum odorem faciat. Rursum amplificat horrorem loci, cùm lacum ipsum à colore circumscribat, & adiunctis nemoribus.* B *Porrò autem scrupi & scrupuli lapilli sunt minuti, qui ambulantibus insiliunt in calceos: qui quoniam pedibus molesti sunt, pro dubio, cura & solicitudine usurpantur: & scrupulum inijcere, prouerbiali specie, pro solicitudinem animo cuiuspiam inijcere: Eximere scrupulum, curat eximere. Non omnino fabulosa sunt, quæ poëta de hiatu circa lacum Auernum canunt, per quem descensum patere ad inferos creditum fuit. Nam circa Cumas, signa quædam non obscura fabulosæ necyomantiæ Homericæ, in Odyssea monstrantur. Cuiusmodi sunt, Styx, Acherusia palus, Acheron, lauacra calida, quæ illuc deferuntur, uice Pyriphlegetontis. Visitur ibi occultum aquarum emissarium, exitus meatus'q; habens & necyomantium. Huc qui subeunt, noctu subeunt & exeunt. Vnde licet colligere, ibi eos degere, qui apud Homerum Cimmerij appellantur. Hoc ipsum item uidere est circa uicinam Neapolim, ubi lauacra calida salubria, & ad delicias facta monstrantur, haud quaquam inferiora ijs quæ sunt Baijs, præstantiora multò. Huc multi Romanorum recessus, quietis, tranquillitatis'q; causa commigrare solebant.* Quam super.] *Anastrophe. super quam speluncam, in quam, dixi ex Strab. & Chrestoma-* C *thiæ scriptore, noctu subire & egredi solere eos, qui ex mortuis res futuras cognoscere uolebant, id quod luculenter pòst paulò coarguit Poëta, cùm dicit, solum ante Solis exortum mugire sub pedibus uisum, aduētante Proserpina, cùm Aeneas se in hiatum esset demersurus.*

Impune.] *citra noxã. Fœtore & sulphureo halitu enecabantur. Volantes, aues uocat, & tendere iter pēnis, periphrasticè, uolare.* Talis.] *Causa, cur uolatu nusquam propè illuc aues accedebant.* Faucibus.] *Remotis metaphoris naturam rei exprimit.* Conuexa.] *in aërem. Conuexum id dicitur, quicquid concauo oppositum, ut superior globi superficies & speculi conuexum: interior globi pars concauũ appellatur: ita conuexum pedis pars.*

Auernum.] *quasi ἄορνος, sine auibus: quòd superuolantes aues necaret. Hunc lacum Auernum, & proximum Lucrinum, Cæsar purgauit, syluarum densitate adeò obductos, ut exhalans inde per angustias sulphureæ aquæ odor teterrimus superuolantes aues conficeret.* Graij.] *A' ratione nominis. nam α particula priuatiua est, ὄρνις auis.* Quatuor.] *Prius quam se in speluncam immerat, religiosè ijs dijs sacrificat, quorum penetralia sit inuisurus. Ceremonias sacrorum, quæ dijs inferis fiebant, diligenter describit Poëta, nullius doctrinæ expers.* Quatuor iuuencos, *& eos quidem atros, cædit: nam numerus par dijs inferis conuenit, ut impar superis, quemadmodum arbitrantur. Et nigra inferis sunt consecrata, ut candida superis, & bonis ominibus.* Nigrantes.] *nigras.*

Hic.] *ante fauces speluncæ.* Terga.] *Synecdoche.*

Inuergit.] *conuersa manu in sinistram partem ita esfudit, ut patera conuerteretur. id quod in sacris hoc genus fieri solebat. Fundere uerò, erat supina manu libare: id'q; dijs superis tantùm.* Setas.] *Nunc pilos uocat: propriè sunt duriores, crassiores, erecta'q; illæ in suibus quasi seta, ut Grammaticis placet.* Libamina.] *Appositio. Ignes sacros uocat, qui ad sacrificium parati & instructi erant.*

Hecaten.] *Proserpinã, quam tergeminam esse fingũt. Etenim triplex Lunæ est uicissitudo, cùm surgit in cornua, cùm diuidua est, & orbe pleno lucet. Sunt qui eam ob id trigeminam opinentur, quòd trium sit capitum: dextri equini, sinistri canis, medij hominis agrestis. Quidam aiunt, Tartari esse filiam. alij contendunt, Iunonem, Dianam & Proserpinam, eandem esse, ex quibus commune effictu numen. Certè triades apud inferos censentur Hecatæ sacri. Huic trigla pisce sacrum fiebat, & simulachrũ in Triuijs erigebatur. Natum hinc prouerbium est, Quæ apud inferos sunt terniones: quo ridebantur ij, qui res abditas & abstrusas, curiosa quadam diligentia inuestigarent. Apollonij enarrator lib. 4. Argonaut, author est ex Nymphide, à Medea templum in Paphlagonia Hecatæ constitutum fuisse. Fulgentius tradit Proserpinam à Græcis ἑκάτην nuncupatam, quasi ἑκατὸν: id est, centum, quòd Ceres centuplicatum fructum proferat. Inuenio rationem proditam apud Græcos, cur ternio huic sacer existimetur, & in triuijs illi sacrificari solitum fuerit. Hecate Pheræa & Iouis filia, in triuijs exposita fuit. Quam inuentam bubulci Pheretis Pheræ sustulerunt. Hac de causa in triuijs sacra illi postea fecerunt. Hinc à Callimacho Pheræa quoq; appellatur:*

" ἄρτεμι μουνυχία λιμενόσκοπε χαῖρε φεραία.

At tribus capitibus Lycophroni τρικέφαλος dicitur: hoc est, supernè τρίμορφος. Sunt qui eam ob id Hecaten uocitatam autument, quòd centum uictimis eam placare mos esset, ex Menelai instituto: uel quòd inhumatos centum annos ipsa errare cogat. Cæterùm, Artemis siue Diana, Luna & Proserpina, eadem putabatur. Quamobrem potens apud superos & inferos est. Apud superos, quàm diu supra nostrum horizontem conspicua est: apud inferos, ubi sub terra deuersa antipodibus lucet; est'q; semper eadem. Erebo.] *Quidam Erebum fluuium apud inferos esse contendunt, atque ita dictum, quasi ἐρεβεννὸν, ἢ ἐρεβῶδες, obscurum & caliginosum, σκοτεινὸν ἔρεβος, τὸ σκότος, ζόφος, νύξ.* Voce.] *Pleonasmus.* Cœlo.] *Polysyndeton.* Supponunt.] *Partitione dilatat descriptionem sacrificij nocturni seruatque adeò ordinem, quo mysterium peragebatur. Cædunt uictimam, cruorem'q; suscipiũt. Egnatius legit hîc, Succipiant, pro suscipiunt: quasi Poëta eo, ut uerbo antiquo, fuerit delectatus.*

Pateris.] *Patera poculi genus planum est ac patens, unde nomen deductum liquet.* Ipse.] *Aeneas separatim sacrificat Nocti, furuis hostijs. Hanc enim placare conueniebat, cuius aperta esset subiturus. Nocte genitas Furias uolunt. Nocti sororem Terram affingunt, quòd illa terra*

umbra fit, cuius interuentu Solis aspectus radijsq; adimuntur. Terrae penitissima Chaos esse uolunt, Aden & Erebū. Furiae antiphrasticè εὐμενίδες dicuntur; quòd immites sint & implacabiles, terreantq; & puniant semper mortalium conscientias, ut possint esse quietae & cura morsum. De his alibi plura annotabimus. Feric.] caedit. nam ita animalia feriri dicunt, cùm occiduntur. Sterilem uaccam.] Variat apostropho narrationis cōtextum, ne idem orationis color odiosus sit. Etenim constat, uaccam bouem propriè sterilem esse: & à uacando, ut Grammaticorum studijs placet, nomē sortiri. Vacca inferis fiebant sacra, quòd per mortem ea quae ab homine reliqua manent, infoecunda sint & sterilia. Stygio.] Periphrasticōs, Plutoni, qui perinde inter mortuos regnare putatur, & Iuppiter summus inter coelestes deos. Aras.] sacra: ut hac ratione, quantum deorum inferorum esset, placaret. Nocturnas aras: hoc est, tota nocte calentes peragit. Aras, pro sacris & hostijs: metonymia. Sacrificantium uox quoq; ueteribus fuit, inchoare, in his ritibus sacrificandi. Holocaustum hoc sacrificij genus erat, quo nihil reliquum mansit, sed uniuersum igne absumebatur, praeter tergus detractum. Viscera, omnia interiora censentur esse: ueluti pulmo, iecur, cor, ilia, praecordia, & ea quae pelle conteguntur. Ex his porrò exta dicuntur, quae sacrificantur dijs, & ab aruspicibus inspiciuntur, ut ex ijs futura diuinēt. Huius singulare uiscus est, quicquid sub corio est. Visceratim antiqui dixerunt, carnem distribuere: quod fiebat in solenni sacrificio, uel in funere nobili: uisceratio, huiusmodi carnis distributio. hinc uisceratim, per uiscera. Itaq; uiscera hoc in holocaustomate flamma absumpta fuerunt, unà cū extis. Super.] Tmesis superfundēs. Expressus autem hic locus est ex 11. Odyss. ubi refertur, quo pacto, quibus ceremonijs, quibusq; uictimis Vlysses ad inferos descensurus sacrificarit. Ille autem scrobe cubitali facta, circa libamina fundit mortuis, ex mulso primùm, inde uino, postremò ex aqua: quibus farinam inspersit. Veneratur precaturq; debilia, ut ipse ait, Debilia mortuorum capita. Cumulat uota. Domū reuersum uaccam: hoc est, ut ipse dicit, στεῖραν βοῦν, sterili boue, ut ipsis se sacrificaturum, structurum pyram: sed nominatim Tiresiae, caeterum solis nigram ouem, quae eximia sit, & omnibus in grege praestet. Exposcit pacem mortuorum precibus & uotis. Simul feris ense in scrobem atri uelleris agnam. Porrò cruorem mortuorum umbrae ex inferorum tenebris profectae hauriāt. Sed uerba Homeri adscribamus. A

ἐγὼ δ᾽ ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
βόθρον ὄρυξ᾽, ὅσσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἀμφ᾽ αὐτῷ δὲ χοὴν χεόμην πᾶσιν νεκύεσσι,
πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
τὸ τρίτον αὖθ᾽ ὕδατι. ἐπὶ δ᾽ ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.
πολλὰ δὲ γουνούμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥ τις ἀρίστη,
ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ᾽ ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
Τειρεσίῃ δ᾽ ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ
παμμέλαν᾽, ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι.
τοὺς δ᾽ ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε, ἔθνεα νεκρῶν
ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
ἐς βόθρον, ῥέε δ᾽ αἷμα κελαινεφές. αἱ δ᾽ ἀγέροντο
ψυχαὶ ὑπὲξ Ἐρέβευς νεκύων κατατεθνηώτων.
νύμφαι τ᾽ ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες, B
παρθενικαί τ᾽ ἀταλαὶ, νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι.
πολλοὶ δ᾽ οὐτάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν,
ἄνδρες ἀρηΐφατοι, βεβροτωμένα τεύχε᾽ ἔχοντες,
οἳ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος
θεσπεσίῃ ἰαχῇ. ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.

Inde ad uictimas flammis conficiendas exhortatur socios: simul ut deos pacem exposcant. in primis autem Plutonem & Proserpinam, in quorum regnum iter adornabat:

δὴ τότ᾽ ἔπειθ᾽ ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσα
μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ᾽ ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῷ,
δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν,
ἰφθίμῳ τ᾽ Ἀΐδῃ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ.

Ad hanc confluunt animorum umbrae, ad degustandum hostiarum cruorem: quod à Marone est praetermissum.

ARGVMENTVM.

Peractis sacris, sub media nocte terra mugit, arborum uertices in sylua mouētur, & propter numinis aduentum Proserpinae praesentiam furiae vlulant, quibus Sibylla imperat, vt a luco procul absistant, paucis auget animū Aeneae, monetq; vt ense audato viam inuadat, ipse animo praesenti gradientem Sibyllam sequitur: itaq; in tenebris regna Plutonis perambulant. Poëta vero per inuocationem Deos inferos precatur, vt liceat sibi pandere, quae de inferis audierit. C

Ecce autem primi sub lumina Solis & ortus,
Sub pedibus mugire solū, & iuga coepta moueri
Syluarum, uisaeq; canes ululare per umbram
Aduentante Dea. Procul, ò procul este profani,
Conclamat uates, totoq; absistite luco.
Tuq; inuade uiam, uaginaq; eripe ferrum:
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis uadentē passibus aequat.
Dij, quibus imperiū est animarū, umbraeq; silētes,
Et Chaos & Phlegeton, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui: sit numine uestro
Pandere res alta terra, & caligine mersas.
Ibant † obscuri sola sub nocte per * umbras,
Perq; domos Ditis uacuas, & inania regna.
Quale per incertam Lunam sub luce maligna,

NASC. Ecce autē.] Si quae ab Homer. Odyss. 11. cum ijs, quae à Poëta nostro dicta sunt, conferantur, ingens similitudo, ratione tamen diuersa reperietur. nam Vlysses apud Homerū iussu Circes, Aeneas monitu Anchisae patris: Vlysses per necromantiam, & sciomantiam: quibus & mortui suscitentur; & umbrae ab inferis euocantur, ut Elpenoris Anticleae, Tiresiae, & aliorum in 11. Odyss. Aeneas per mortui Miseni exequiarum celebrationem, & per multa uarij generis sacrificia: quae Homeri procul dubiò νεκυίαν, ut Cicero uocat, adumbrant. ad inferos tendunt. cùm ergo ait Ecce, rem quandam magnam, & insperatam designat.

† al. obscura soli
* al. umbram

Primi sub lumina So-

Est iter in syluis, ubi cœlum condidit umbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

A na Solis]*more Rō. apud quos dies à media nocte incipiebat, Gellius nec aliter intelligi potest: nā huiusmodi sacra noctu fiebant.* Sub pedibus mugire solum.]*Hac clarius intueri licet, his sacrificiorum generibus Poëtam ad Homeri νεκυίαν allusisse, cùm subdit, terram sub pedibus mugisse hoc enim, & alia huiusmodi propria sunt magorum opera, & qui νεκρομαντεῖαν exercent. unde illud est ex 4. Aeneid. de sacerdote maga:*

" —— *mugire uidebis*
" *Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.*

Canes ululare.]*Furiæ infernales. Horat. 1. Serm.*

" —— *atq; uideres*
" *Infernas errāte canes lunamq; rubentem.*

Aduentante Dea.]*Proserpina.* Procul, ô procul este profani.] *Exclamatio est Sibyllæ in animas criminibus pollutas, quæ ad inferos nondum transierant, ut purgarentur: quæ quidem exclamatio uim imperādi, & terrēdi habet. porrò alludere Poëta uidetur ad Græcorum sacra, in quibus sacerdos exclamans dicebat, ἑκὰς, ἑκὰς ἔστε ὅστις ἀλιτρός: id est, procul, procul quicunq; peccator. Cal-*
B *limachus in hymnis: nam pollutus homicidio, aut alia quacunq; infectus labe procul à sacris esse uolebant. atq; sacra hæc ἄβατα Græcis appellata reperio, βέβηλα uerò, quibus etiam profani admittebantur.* Tuq; inuade uiam.]*Sibyllæ admonitio per apostrophen ab utili, & à necessario: nam qui agitare dæmones moliuntur, ex Platonica disciplina enses, ac tela sibi parent, necesse est. quamobrem & Homerus ipse libro proximè adducto, unde locus iste sumptus est, Vlyssem, uisis mortuorum umbris, gladium educentem facit. ita enim ait:*

" αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
" ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
" αἵματος ἄσσον ἴμεν, πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι.

Et infrà Virgilius:

" *Corripit hic subita trepidus formidine ferrum*
" *Aeneas, strictamq; aciem uenientibus offert.*

Nunc animis opus Aenea.]*Adhortatio ab honesto. decet enim uirum, fortem magno, fortiq; animo esse.* Furens antro se immisit aperto.]*Rectè furens id est, repleta spiritu: aliter enim nec furijs, nec alijs infero-*
C *rū pestibus resistere potuisset.* Dij, quib. imperium est animarum.] *Descripturus Poëta inferorum loca, quæq; ibi esse dicuntur, appositè inuocationem adhibuit: nā cùm alia multa, tum maximè, quæ de inferis dicuntur, ethnicis cognitu, creditúq; difficilia sunt. Primùm igitur Deos, quibus in animis potestas est, generatim inuocat: nam alia alijs tribuuntur in animas officia, quæ de re interpretes abundè meminerunt.* Vmbræq; silentes.] *idcirco umbras inuocat, quia locus inferorum proprius est, & plenus umbrarum. nam infrà dicetur:*

" *Vmbrarum hic locus est.*

Sunt qui hæc ad physicam rationem transferant, sed ego poëticè interpretari malo. Loca noctu silentia latè.]*effectum, & causam ponit.* silentia noctu: *id est propter tenebras. & per allusionem hæc arbitror dici: nam tenebrosa loca nulli negotio sunt apta, ideo silere dicuntur.*

Sit mihi fas audita loqui.] Audita *dicit, nō cognita, quasi innuere uelit, quæ de inferis narrantur, poëtarū insomnia, atq; anicularum, ut inquit Cicero, deliramēta esse. Sic enim credidit antiquitas. licet Plato de inferis multa scripsit. Seneca in consolatione ad Marciam: Illa, inquit, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. adeas Macrob. in 1. de Som. Scip. cap. 10. nos uerò firmiter credimus, quæ ex diuersis scripturis accepimus.* Pandere res alta terra, & caligine mersas.]*cùm ait, alta terra, inferos in cētro terræ esse designat aduersus Lucretium Epicureū, qui in tertio non alibi inferos statuit, quàm in hac uita, cùm ait:*

Atq; animarum etiam quæcunq; Acheronte profundo "
Prodita sunt esse, in uita sunt omnia nobis. "

Et apud Ouid. Pythagoras:

Quid styga, quid tenebras, & nomina uana timetis? "

Et Tartarum præcipuè intelligit, de quo ita ait infrà,

—— *tum tartarus ipse* "
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras, "
Quantum ad æthereum cœli suspectus Olympum. "

Physicè uerò ista duo iunxit, terram, & caliginem: nam ex terra caligo oritur. Et inania regna.]*Simulachra enim illic sunt: quæ inania esse, nemini dubium est.*

Quale per incertam.] *Obscuritatem inferorum nemoris obscuritati comparat, ubi nox atra, cœlumq; nubilosum est: nam lucus sua sponte obscurus est: si uerò noctis obscuritas accedat, nihil obscurius fieri potest.* Per incertam lunam.]*absq; lunæ lumine, sic incertos soles dixit in 3. Aeneid.*

Tres adeo incertos cæca caligine soles "
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes. "

Vbi cœlum condidit umbra Iuppiter.]*noctis definitionem periphrasi inuoluit: nam quid aliud est nox, quàm umbra terræ? attamen nubilosam noctem intelligit, cùm luna effundere lumen suum non potest. ideo proximè dictum est:*

" *Ibant obscuri sola sub nocte.* "
" *Nam sola est nox, cui lux nulla succedit* "

Ecce autem.]*Exactis sacris, horrenda signa aduentus Proserpinæ prænuncia, aptis translationibus narrat. Hanc grauitatem Homerus omisit: sed Vlyssem cum stricto ferro sedentem, nec usquam propè ad sacrum cruorem umbras prius accedere permittentem, facit, quàm Tiresiam audierit:* LAMB. Hort.

αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ "
ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα "
αἵματος ἄσσον ἴμεν, πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι. "

Ecce.]*particula uim attentionem captantis ad sequentia, non demonstrantis, hic habet. Arguit singulare quiddam, quod mox Aeneæ sit obiectum, sub primum in lucum accessum.* Ortus.]*hoc est, sub exortum Solis.*

Mugire.]*A' bobus, sumpta remota metaphora, ad terram. Canes, furias Stygias uocare uidetur.* Vlulare.] *ὀλολύζειν, quod luporum alij proprium putant, alij ulularum: quòd ὀλολυγὼν ululam signet, & ululatum. pro lugubrem uocem emittere, certè ὀλολύζειν accipitur, & clamare. ὀλολυγμός, ululatus. Hesychius, ὀλολυγὴν interpretatur, φωνὴν γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι. καὶ ἄλλος τι ... Et ... Suidas, ὀλολύζειν, τὸ μετὰ ... Itaque metaphora hic est in uerbo ululare.* Dea.] *Proserpina.* Procul.] *Iteratio particulæ uehementiam habet identidem monentis,*

ut à luco discedant. Prophanum consentiunt id esse, quicquid extra phanaticam causam sit, quasi porrò à phano & religione secretum. Trebatius, authore Macrobio, ait, prophanum id dici, quod ex religioso uel sacro in hominum usum proprietatemq; conuersum est: quodq; ex sacro promiscuum humanis actibus accommodatur. Inuade.] Vetustè hoc dictum fortasse uidetur, sicut ire uiam, uade uiam, & similia. Sed significanter inuadere dicit, quasi magno excelsoq; animo, arduam rem incepturus, nullis periculis terreatur. Vaginaq; eripe.] Ad eundem modum Vlysses Homericus lib. 11. Odyss.

» αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
» ἥμην.——

Multi asserunt dæmones ferri aciem formidare: & reipsa compertum est, & noui quibus hoc ipsum nocturnis horis acciderit, sed cum magna postea aduersæ ualetudinis conflictatione. Qui dæmones infestare student, magna animo ferrum & tela obyciunt: neque temerè cedunt illi quidem, nisi impactum ferrum desiliat. Poëta noster Homerum suum sequutus, Aeneam ferro armat ex Platonicorum doctrinis. Hinc liquet, quàm eruditè Seruius (ut cum illius uenia sit dictum) quamq; aptè hunc locum excusserit, cui satis fuit somniasse, Aeneam descensurum aduersus umbras ensem consecratum habere uoluisse. Eruditè hunc locum explicat Cælius Rhodiginus pluribus uerbis lib. 1. cap. 29 Lectionum antiquarum. Porrò qui philosophantur allegoriis, ferrum interpretantur fortitudinem atque animi constantiam in uiro sapiente, quibus ad inferos descensurum armatum esse oportet.

Ferrum.] pro gladio, ex materia rem cōfectam: synecdoche. Animis.] Constantia Animi infracta, aduersus terrores & mortuorū spectra abitu. Firmū pectus.] bene confirmatum, contra quæuis pericula, ijs uirtutibus innuit, quibus animosum sapientis pectus fultum esse decet. Tantum.] Hoc est, non pluribus Sibylla Aeneam alloquuta. Furens.] numine afflata & enthusiasmo. Tales ἐγγαστρίμυθοι à Græcis dicuntur: hoc est, uentriloqui, quòd uentrem ac præcordia in ipsa afflatu dæmon agitet, cum phanatica oracula proferuntur. Quare discretè furentem dixit Poëta Sibyllam: & eiusmodi ueteribus furere dicebantur, quemadmodum hoc eodem libro eam quoq; descripsit Maro:

» Non comptæ mansêre comæ, sed pectus anhelum
» Et rabie fera corda tument, maiorq; uideri,
» Nec mortale sonans, afflata est numine quando
» Iam propiore Dei.——

Ducem.] uatem, cuius ductu per singula inferorum loca penetrabit. diuersa ratione, ab Homerico Vlysse, qui à Tiresiæ uatis umbram νεκυομαντείᾳ edocetur. Difficilem locum & periculosum ingressurus, deprecatur impietatis notam: quòd umbrarum res occultas & sub terra demersas, in lucem erutas mortalibus, sit proditurus. Ex legibus XII tabulis deorum manium iura sacto diëtiosæ lædere nefas erat: Deorum manium, iura intacta seruantor. Qui eorum mysteria uulgat, is quodammodo eorum iura lædere uidetur. Etenim quæ sub terra, quæq; inferorum caligine sunt tecta, & propalare nephas: promittit se in lucem editurum. Sed cùm audita tātùm, non autem uisa se narraturum dicat, fabulosa ea omnia futura dissimulanter ac tectè fatetur. Audita enim pro uanis repudiari possunt, uisa uerò nequaquam. Vnde paræmia orta est, Pluris oculatus testis unus, quàm auriti decem. Sed hoc ipsum in calce huius libri, fortassis A pluribus explicabitur. Dij quibus.] Deos quos appellat, quibus imperium apud inferos delatum creditur, non dubium est quin Plutonem & Proserpinam dicat. Quoniam autem umbræ substantiæ sunt incorporeæ, quæ uocem emittere nequeant, silentes à poëtis uocantur umbræ: & interdum, silentes absolutè. Nec absurdum fuerit fortassis, silentes umbras accipere pro secretis silentijs inferorum. Et chaos.] Chaos ueteres dixerunt, confusam & hiantem unitatem, quæ in profundum pateret, ut elementorum: à uerbo χαίνω, & χάσκω, hinc χάσμα hiatus. Zeno Hesiodium, χάος, aquam fuisse arbitratur: ut tradit interpres Apollonij. Festus tradit, cohum à poëtis cœlum dictum, à χάος, unde putant cœlum formatum. Ianum hunc quoque detracta aspiratione nuncupatum, idem contendit, quod fuerit omnium primum, cui primo supplicabant ueluti parenti, à quo rerum omnium factum putabant initium. Aristo- B phanes τοῦ χάους ad istum modum digerit genealogiam: χάος, inquit, ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς. γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν. ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν ἔρως ὁ ποθεινὸς, στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις. οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ, κατὰ τάρταρον εὐρὺν ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν εἰς φῶς. πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα. ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς, ὠκεανός τε καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. Id est, Chaos fuit ab initio, & Nox, Erebusq; primum ater, & Tartarus ingens: cùm neque Terra adhuc, neque aër, neque cœlum conditum esset. At omnium primum Nox atris pennis alata, in uasto, Erebi gremio ouum subuentaneum peperit, ex quo postea natus est Amor ille delectabilis, in humeris alis aureis relucens, uentosis uertiginibus assimilis. Hic Chao alato commistus nocturno coitu apud inferos, nostrum genus peperit, fouit, pro- C duxitque primum in lucem. Nam ante id temporis genus immortalium diuorum nullum fuerat, priusquam Eros cōmiscuisset uniuersa. Itaq; alijs alijs cōmistis, natum fuit Cœlum, Oceanus & Terra, & diuorum beatorumq; omnium soboles. Quanto simplicius & uerius, quantoq; illustrius Moses ille de opificio mundi omnium primus scripta reliquit, quæ fabularum & ænigmatū inuolucris Græcia illa prisca & fabulosa uetustas mendaxq; implicuit

וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם
וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם׃ וַיֹּאמֶר
אֱלֹהִים יְהִי אוֹר וַיְהִי אוֹר׃ & ea que sequuntur,

quæ Moses numinis afflatu, de chao quam uerisimile scripsit. Etenim ante quam singula in hanc faciem rerum pulcherrimam à conditore & opifice Deo secreta essent, nihil aliud in rerum natura fuit, quàm Chaos: hoc est, ut ingeniosus Poëta ait, ——rudis indigestaq; moles. «
Non bene iunctarum discordia semina rerum. Vsurpatur «
Chaos ab Aristophane in auibus pro aëre, teste Suida, ut:

διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους, «
τὸν μέσον τὸν κνίσαν ὁ διαφέροντα. «

Quoniam autem χάος omnium in rerum natura fuit primum, & perinde uetustissimum: natum prouerbium est, χάους ἀρχαιότερος καὶ τῆς Κρονίου, antiquior quam chaos.

A chaos, & Saturni tempora, de re nimium prisca & absoleta, ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν. Citatur Phrynus ab eodem, πονεῖται ἐν ἀλλοτρίῳ χάει: id est, uolat in alieno chao. Ac rursum: ὁ δὲ φλυαρεῖ, καὶ μάτην ἡμῖν λῆρον καταχέει τοῦ χάους ἀρχαιότερον, καὶ κρονίων ὀδωδότα: id est, Hic autem nugatur, ac temerè in nos nugas infundit, antiquiores quam Chaos, & Saturni tempora redolentes. Et.] Eleganter copula geminatur. Phlegeton.] flumen inferorum, quòd flammis aestuantibus rapidum fingitur, ἀπὸ τοῦ φλέγω, ardeo, φλὸξ, ignis. idem nonnunquam πυριφλεγέθων dicitur. De Phlegetonte Vergil. qui eius naturam signanter expressit:

Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton.——

Phlegetontem nihil aliud esse uoluerunt, quàm irarum aestum, & cupiditatum: ut Acherontem, dolorem & poenitudinem dictorum factorumq́ue: & Lethen, errorem animae, quae natura sua obliuiscatur, puteťq́ue non aliam quàm in corpore uitam esse: Cocytum, quicquid humanum ge-
B nus in luctum praecipitat: Stygem, id quod animos in paludem curarum & solicitudinis immergit. Per Phlegetontem Poëta intelligit hoc loco τὰς δυνάμεις, τῶν καλῶν, τῶν ὑποχθονίων, quas sibi propitias & placatas precatur. Loca.] Appositio. Hinc, ut modò dixi, & ipsae umbrae silentes dicuntur. Audita.] Ergo non uult conuinci se dicturum uera, non comperta, sed audita. Quare Aeneas ad superos per eburneam portam emittitur.

Pandere.] Periphrasis inferorū: id est, Sit mihi fas inferorum res mortalibus aperire. Itaque non tam inuocationis redintegratio est, atq́ue culpae deprecatio.

Ibant.] Redit à deprecatione ad narrationem τῆς ἀπονεκυίας ad inferos, per subterraneum specum, in quem noctu ingrediebantur exibantq́ue, uelut è Trophonij antro, qui ex mortuis futura cognoscere cupiebant. Sunt qui hic Cimmerios collocant, quorum meminit Homerus in Odyssi. uidelicet inter Baias & Cumas. Obscuri.] obscura, hypallage: ut in sola, pro soli. Vmbras.] hîc non intelligit animas, sed profundi specus caliginem. Ditis.] Plutonis, quas rectè uacuas uocat, & per expolitionem synonymiae inania regna: quòd cùm animae sint incorporeae substantiae, nullum occupant locum. Ditem Plutonem uocant, quòd diuitiae è terra effodiantur, uel quòd in terram remigrent.

——semperq́ue tenemus
Quod superi tenuêre semel:——

inquit Pluto apud Claudian. Antiquitùs dis pro diuite usurpatur. unde extant comparatiua & superlatiua, ditior, ditissimus. Illud item annotatum etiam oportuit, quemadmodum apud Graecos ὁ πλούτων, παρὰ τοῦ πλούτου: id est, à diuitijs nomen habet: ita apud Latinos, à diuitijs, Ditem appellatum constat. Vacuum, propriè aëris epitheton est, quòd omnia impleat: idem inane existimant. Quamuis hoc interest, ut uacuum uas dicatur materia aut liquore: idem etiam inane, sed diuersa ratione. Vsurpatur item inane, pro uano ac leui. Quale.] Vt umbrarum & opacitatis speciem subijciat, comparatione loci caliginem oculis proponit. Incertam.] dubiam lunam, per subiectas nubes interceptam, neq́ue apparentem. Sed & syluarum opacitas auget tenebras nocturnas, ut rebus facies auferantur. Vmbram, hîc noctem dicit. Incertam lunam,] coitū lunae fortassis rectiùs acceperimus, quo tempore noctes sunt tenebrosissimae. nam tum globus lunaris Soli obiectus lucem concipit quidem illam, sed non conspicuam, ut rectè incerta luna appellari queat. Quod tempus, & nox silens, & amicum lunae silentium, & luna silens dicitur. Malignam ideo lucem uocat subobscuram, metaphoricè: cùm propriè asperum, difficile, inuidumq́ue signet. Atra.] quae nihil per noctis crassas tenebras in oculos incurrit. Per atrum, πολυαχλυῶς caliginosum intelligit.

ARGVMENTVM.

C Inferorum loca aggreditur describenda: atq; in primis uestibulum ipsum depingit: in quo quot uariae pestes, quotq; monstrorum genera extent, ordine commemorat.

Vestibulū ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus, & ultrices posuêre cubilia curae:
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas,
(Terribiles uisu formae) lethumq;, laborq;.
Et consanguineus lethi sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine bellum:
Ferreiq; Eumenidum thalami, & discordia demēs,
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.
In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens, quam sedem somnia uulgò
Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus haerent
Multaq; praeterea uariarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllęq; biformes,
Et centum geminus Briarĕus, ac belua Lernae
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimęra.
Gorgones, Harpyiaeq;: & forma tricorporis ūbrę.
Corripit hic † subitò trepidus formidine ferrum
Aeneas, strictamq; aciem uenientibus offert.
Et, ni docta comes tenueis sine corpore uitas

NASC. VESTIBVLVM ante ipsū.] Huius uestibuli meminit etiā Plato in Axiocho, unde totus ferè hic inferorum ordo, quo utitur Poëta, sumptus esse uidetur. quod ferreis claustris, atque clauibus obfirmatum ipse memorat. Luctus, & ultrices posuêre cubilia curae.] Philosophi ueteres duplicem esse mundum literis tradiderūt, maiorem, & minorem: maiorem eum, quem communiter mundum dicimus: minorem autem hominem esse dixerunt: omniaq́ue in minori, quae in maiori cernuntur, contineri affirmarunt. has duas philosophorum opiniones Virgilius noster tum poëticè, tum mysticè eleganter, & festè in hoc libro sub inferorum descriptione designare uidetur, nam cùm suprà ait,

Sit mihi fas audita loqui, sit numine uestro
Pādere res alta terra, & caligine mersas.

Et Tartarum in cen-

† al. subita

 tro

Admoneat, uolitare caua sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet umbras.

tro terræ ponit, eos se- qui uidetur, qui infe- ros esse, ibiq; animas noxiorum cruciari crediderunt. Cùm uerò hic morbus, curas, labores, discordiam, pallorem, luctum, aliaq; id ge nus multa in Orci faucibus ponat, quorum partim ante mortem, partim in morte, & post mortem homini contingunt, eorum sectam dubio procul sequi uidetur: qui non alibi, quàm in hac uita inferos esse statuerunt. quamobrem homo orcus ipse est, qui his omnibus incommodis obnoxius est. hæc ferè incommoda, quæ hic à Virgilio recensentur, Cic. in lib. de nat. Deorum, Herebi, & noctis filias esse dixit: quæ quidem omnia, præter pallorem, qui in morte, & luctum, qui post mortem accidit, ante obitum hominibus contingere reipsa experimur.

Vltrices curæ.] *Quæ ex conscientia pessimè actæ uitæ nascuntur: nam magna est uis conscientiæ, inquit Cicero pro Milone, & magna in utranque partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos uersari putent, qui peccarint. hinc fictum est furias accensis facibus insectari parricidas.* Pallentesq; habitant morbi.] *μετωνυμικῶς ab effectu: nã morbi homines pallidos efficiunt. obseruandum uerò est, uti singula singulis epithetis illustret. curæ ultrices, morbi pallentes, tristis senectus, sicq; singula.* Tristis senectus.] *non senecta, ut interpretes ferè sentiunt: sed cùm de incommodis, quæ homini contingunt, uerba faciat, in quibus etiam recensetur senectus, μετωνυμικῶς intelligi debet, quæ homines tristes, mœstosq; reddit: nam plena ærumnarum est senectus, adde etiam, quod cũ in inferno esse describatur, aliter sentire Poëta non potest, nisi ut sit difficilis, molesta, incommodorumq; omniũ plena.* Malesuada fames.] *Quæ malè suadet, hominemq; in quoduis periculum, facinusq; impellit. Sic Lenam malesuadam Plautus in Mostellan. ita amorem malesuadum alij poëtæ uocant.*

Turpis egestas.] *Quid turpius homine famelico, præsertim si diu famem tolerarit: qualis describitur Achæmenides in 3. Aeneid.* Terribiles uisu formæ.] *Ex poëmate Ciceronis: cuius uersus ipse ponit in 1. de Diuin.*

» *Iam uerò uariæ nocturno tempore uisæ*
» *Terribiles formæ bellum, motusq; ciebant.*

Consanguineus lethi sopor.] *Soporem, ait Cicero, noctis, atq; Herebi filium, hic mortis consanguineum uocat non ex Hom. ut interpres ariolatur: sed ex Hesiodo: qui in Theog. somnum, & mortem noctis fuisse filios dixit. & reuera parùm dissimilis est mortuo, qui dormit. Cic. Tusculan. 1. somnum mortis imaginem appellat.*

Mala mentis Gaudia.] *Vindictæ: quibus lætantur quidem factiosi, sed mala sunt gaudia placet interpreti ut pro quocunque scelere accipiantur: cui non inuitus accedo: nam & in sceleribus quandoque plurimi oblectantur.* Aduerso in limine.] *opposito ingredientibus.*

Ferreiq; Eumenidum thalami.] *Thalami impropriè pro sedibus positi sunt, quidquid interpretes dicãt: & scitè de domicilijs meminit furiarum, non de furijs, quia huc, illuc mittuntur furiæ: & si fortè apud inferos morantur, non nisi raro in uestibulo domus Plutonis. licet illic sedes habeant, sed in Tartaro frequentiùs diuersantur, ut sceleratos suis flagellis crucient: ut de Tisiphone infrà dicetur:*

» *Continuo sontes ultrix accincta flagello*
» *Tisiphone quatit insultans, &c.*

Discordia demens.] *quæ in dementibus hominib. existit.* A

Vipereum crinem.] *Quia ex discordia odiũ: inde bellum, & cædes oriuntur* In medio ramos, annosaq; brachia pandit Vlmus opaca, ingens.] *Poëtæ fictis fabulis apud inferos somnia collocant, ea ratione opinor, quia somnus, per quem somnia fiunt, Herebi, & noctis filius esse dicitur: horum sedem arborem esse singunt, cuius folijs adhæreant. Poëta noster ulmum esse affirmat, utrum ita apud ueteres scriptum inuenerit, aut ipse finxerit, ignoro. Chrysippus, Plato, Aristoteles, Hippocrates, Cicero, Hermodorus, alijq; non pauci de somnijs perscripserunt, sed de ijs fabulosis rebus ne uerbum quidem. Commendatur ulmus, quod annosa, quod ingens est, quod patulos ramos habet, quod folijs exuberat, ideo opaca.*

Quam sedem somnia uulgò Vana tenere ferunt.] *Qui de somnijs scripserunt, alia uera, alia uana esse affirmarunt. Sed hoc in loco arbitror Poëtam Ciceronem sequi: qui in 2. de Diuin. somnia uana, nec ullam illis fidem adhibendam esse uarijs rationibus conatur ostẽdere. ideo sequitur:* Folijsq; sub omnibus hærẽt.] *Ideo folijs inhærere somnia dicuntur: quia uana sunt: aut* B *re uera alludit ad illud, quod etiam interpres literis prodidit, autumni tempore, quo folia cadunt, uana esse somnia. huius rei speciem quandam habes apud Hom. Iliad. ξ. ubi somnus à Iunone exoratus, ut Iouem soporaret, in abietem ascendit in monte Ida sub oculos Iouis, illicq; ramis abiegnis coopertus sedit. Versus Homeri hoc habent:*

Ἔνθ' ὕπνος μὲν ἔμιμνε πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι, »
εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἣ τότ' ἐν Ἴδῃ, »
μακροτάτη πεφυυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν. »
ἔνθ' ἧστ' ὄζοισιν πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν »
ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσι. »

Centauri in foribus stabulant.] *Stabulant nõ simpliciter accipiendum est, pro habitant, siue stationem habent, ut Seruius exponit: sed rationem habuit personarum: quibus natura est belluina magis, quàm humana: nam ex parte, ut est in fabulis, equi sunt: & stabulare, siue stabulari de pecoribus propriè dicitur.* Scyllæq; biformes.] *de Scylla satis dictum est in 3. Comment. quod uerò numero multitudinis Scyllæ biformes ait, aut poëtica* C *licentia dictum est, de monstro illo tantùm sentiens: uel re uera alludit ad fabulam de duabus Scyllis: quarum altera in auem conuersa est Nisi Megarensium regis filia, de qua Ouid.*

Filia purpureos Nisi furata capillos »
Puppe cadens nauis facta refertur auis. »

Altera Phorci filia in piscem conuersa, siue in saxum nautis periculosum. adeas Ouidium in 14. Metamorph.

Et centum geminus Briarẽus.] *Aegaeon gygas: quem centum manus, cẽtumq; brachia habuisse ferũt. Virgil. libro decimo Aeneid. hunc egregiè his uersibus depingit:*

Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt, »
Centenasq; manus: quinquaginta oribus ignem, »
Pectoribusq; arsisse, Iouis cùm fulmina contrà »
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses. »

Et bellua Lernæ.] *Hydra, seu excetra Lernæ Argiuorũ paludis.* Flammisq; armata Chimæra.] *quã occidit Bellorophon. Hom. Iliad 6. Alludit aũt Poëta ad ueritatem rei: nam mons Lyciæ est semper ardens:*

quem

A quem quia Bellorophō habitabilem fecit, Chimæram occidisse dicitur. Gorgones.] *Stheno, Euryale, Medusæ tres sorores unum tantum oculum habentes: quo inuicem uterentur.* Ouidius libro 4. Metamorph.

Harpyiæq;.] *Tres sorores Aello, Ocypete, Celæno: de quibus in tertio dictum est.* Et forma tricorporis umbræ.] *Geryonem intelligit: qui tria corpora habuisse fertur: Erilum quoq; Seruius addit.* Corripit hic subita trepidus formidine ferrum.] *Locus iste, ut proximè dictum est, ex Homeri Odyss.λ. sumptus est. nam ita quoq; fingit Homerus Vlyssem timuisse, ferrumq; nudasse cum mortuorum umbras, seu animas apparere uidisset:*

——ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.

Caua sub imagine.] *Quia mania, ut suprà etiam diximus, sunt simulachra.*

LAMB. Hort. VESTIBVLVM.] *Vestibulum est area, authore Macrobio, quæ à uia domum diuidit. Etenim ve, in compositione intentionem habet, & nonnunquam minutionem. Antiquitùs, qui amplas ac magnificas ædes ædificabant, locum ante ianuam uacuum relinquere solebant, qui inter fores & uiam medius erat, ubi ij qui dominum domus sa-*

B *lutatum ueniebant, consistere consueuêre. Hi neque in uia stabant, neque intra ædes erant. Græci ab ipsa re deducta uoce, πρόθυρον appellant. Huiusmodi uestibulum Poëta inferis tribuit. Quoniam autem mos fuit ueteribus Romanis, signis & tabulis atria & uestibula exornare, ut essent quæ expacientium oculos delectarent, remorarentur ac detinerent: ad consimilem modum Poëta monstrorū formis, quæ mortalibus pestes sunt, uestibulum, hoc est, primum statim aditum inferorum, domicilium tribuit, unde in hanc lucem ad puniendas infœlices conscientias, & corpora mactanda immittuntur.*

Primis.] *Explicatiùs reddit, quid uocet uestibulum, fauces uidelicet inferorum. Per translationē fauces usurpamus pro angustijs, seu ingressu potius loci alicuius.*

Orci]inferorum. *Orcum ipsum Plutonem esse multi contendunt: atque hinc à Martiale spondam Orcinianam dictam, pro sandapila. Ab urgendo deducto uocabulo, quòd ad interitum omnia demergat & urgeat. Sunt qui ab Orco rege Molossorum, orcum dictum uolunt, qui regnante Athenis Eleusio, Proserpinam Sicani regis filiam rapuerit: unde fabula raptus eius nata fuit. Sed & amnis apud inferos memoratur, qui idem sit cum*

C *Styge, manans in Thessalia ab inferis, defluensq; in Peneum quidem, sed ab eo non recipitur. Supernatantem enim olei in modum breui inde spacio effundit: & diras aquas respuens, puris suis lymphis segregat. Constat autem solis dijs apud poëtas per Stygem iurare concessum: unde à iureiurando, amni inditum nomen fuisse: ὅρκος, iusiurandum, etsi non ignorem, diuersum uoci apud Græcos spiritum inscriptum. Verrius ait: Orcum ab antiquis Vragum dictum, quòd is Deus nos maximè urgeat: ἀπὸ τοῦ ὅρκου: id est, à iureiurando. & iurisiurandi uiolati uindex est ἐπίορκος. καὶ ὅρκιον σκῆπτρον, per quod reges iurabant; ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, Iliad. α. Et Vergil. Vt sceptrum hoc (sceptrum nam dextra fortè gerebat.) Ab Orco, quem Græci ἅδην dicunt: hoc est, Plutonem, Orci culus in prouerbium concessit, ἅδου πρωκτῷ περιπέσοις: id est, in Orci culum incidas, imprecantis perniciem est, & exitium extremum. cognatum his, βάλλ' ἐς κόρακας, βάλλ' ἐς μακαρίαν. Celebratur*

& Orci galea ab authoribus, ἄϊδος κυνῆ: qui semet arte quapiam occultant. Hanc accepit Perseus à Phorci filiabus, quam qui gestabant, ij quodlibet uidebant, ipsi nemini conspicui erant. Hac tectus ille, caput Medusæ abstulit. Cætera paulò pòst dicemus, cùm ad Gorgonas peruentum erit. Orci galea Diomedes Iliad. 5. à Pallade tegitur, aduersus Martis impetum:

—— αὐτὰρ Ἀθήνη
Δῦν' ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος Ἄρης.

Luctus.] *Congerie prosopopœias monstrorum diuersorum enumerat, quæ uestibulum tenent.* Luctus: *hoc est, curæ & angores infœlicium conscientiarum, ex admissarum pœnitudine. Hæc illa est μετάνοια, quæ post factum sapere ac dolere incipit, quæ malè sibi conscias mentes ulciscitur, ac grauiter punit. Hinc ultrices huiusmodi curas uocat. Nam mens à flagitio ad se reuersa, nisi portum aliquem salutis procul spectet, perpetua ægritudine se affligit, quare nulli cruciatus sunt horribiliores.*

Pallentes.] *Metonymia, efficiens pro effecto: ut in sequentibus:* Tristis senectus, turpis egestas, *& similes loquendi formæ. Enumerat, uti dixi, præcipuas mortalibus pestes, animis pariter & corporibus duras infestasq;, quæ uerè ab inferis proficisci creduntur: quanquam omnia & bona & mala à Deo dispensari certum est.*

Terribiles uisu formæ.] *Appositia.* Penem *disertè malesuadam uocat, quæ per egestatem miseros mortales ad furta, cædes, rapinas & iniurias alias impellit. Quare signanter per expolitionem addit,* & turpis egestas: *non enim suapte natura turpis est, sed efficit ut homines se turpiter sæpe dent, cum malis artibus uictum quærunt. Contrà, iuxta prouerbium, in optimis ingenijs multa docet fames, Ingenium mala sæpe mouent, inquit Ouidius. Et Persius:*

——ingenijq; largitor
Venter: negatas artifex sequi uoces.

Declarat id senarius Græcus:

πενία ὁ πάντα γίνεται διδάσκαλος.

Lethumq;.] *Polysyndeton alsât, laborq;. Lethum, à prisco uerbo leo deductum est, quòd mors omnia deleat, & ad interitum trahat.* Sopor.] *Somnum mortis germanum fratrem Homerus facit Iliad ξ. quòd mors, priuatione animæ, perpetua corporis quies sit, & dormitio per similitudinem. Neque collatio illa uero adeò absurda, aut poëtica uideri debet, cùm in sacris, primùm à Christo, inde à Paulo, mortui dormire dicantur. Verba Homeri sunt lib. ut dixi, Iliad. ξ.*

ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.

Quo statim loco, Somnum regem deûm ac hominum Iuno appellat:

ἔνθ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων.

Iliad. π. gemellos nuncupat, ubi refert, qua ratione Sarpedonem telorum aceruo subtractum Apollo à duobus comitibus in Lyciam auferri iusserit:

πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι
ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσι.——

Hesiodus in Theogon. utrumq; δεινοὺς θεοὺς uocat,

ὕπνος καὶ θάνατος δεινοὶ θεοὶ, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.——

Quo quidem loco memorat, somnum & mortem è caliginosa Nocte prognatos, cum uniuersa somniorum genere:

νὺξ δ' ἔτεκε στυγερόν τε μόρον, καὶ κῆρα μέλαιναν,
καὶ θάνατον, τίκτε δ' ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον ὀνείρων.

Idem Poëta eodem loco recenset, nemesin, imposturam, amorem, senectam & contentionem, nocte satos. Ex Eride verò, laborem prognatum, obliuionem, dolorem & pestem:

τίκτε δὲ καὶ νέμεσιν πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι
νὺξ ὀλοὴ, μετὰ τὴν δ' ἀπάτην τέκε καὶ φιλότητα
γῆράς τ' οὐλόμενον, καὶ ἔριν τέκε καρτερόθυμον.
αὐτὰρ ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν πόνον ἀλγινόεντα,
λήθην τε, λιμόν τε, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Ouid. lib. 11. Metamorph.

Somne quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministerijs mulces, reparasq́ labori.

Quo loco extat scita descriptio regiæ Somni. Homerus Odyss. 13.

καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
νήγρετος ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Stulte quid est somnus, inquit alius poëta, gelidæ nisi
mortis imago?

Catullus ad Lesbiam:

Nobis cùm semel occidit breuis lux,
Nox est perpetuò una dormienda.

Mala mentis.] hoc est, gaudia ex flagitijs perpetratis concepta: cùm admissa pœnitudo & luctus sequi debeat. Illud verò malè perditorum hominum est, quos nulla prauì conscientia mordet, neq́ supplicia futura pro noxis terrent. Bellum.] exitiale bellum: quod pacis & concordiæ artibus semper aduersetur, illisq́ se medium apponat. Aduersatur saniè consilijs, ut omnia misceat.

Ferreiq́.] Synæresis in quibus furiæ natæ & habitare dicuntur, κατ' ἀντίφρασιν ita appellatæ, quòd quiduis potius sint quàm mites. ἤπιος, mitis, propitius. Sunt enim immites furiæ, & implacabiles. Sunt qui eas Harpyias uocari credunt, quæ circa litora uersantur. Poëta certè eas ab Harpyijs secernit, Eumenides & Erinnyes dici putant nonnulli. Suidas certè Eumenides, σεμνὰς καταχθονίους δαίμονας nuncupat, ὡς σεμνὰς ἀεὶ καταχθονίους δαίμονας μεταλαβεῖν δὲ φασιν αὐτὰς τὸ ὄνομα ἐπὶ ὀρέστου. τότε γὰρ πρῶτον εὐμενίδας κληθῆναι, ἵλεως αὐτῷ γενομένας κατὰ τὴν νικῶσαν ψῆφον ἀθηναίοις, καὶ ὀνομαστὰς ταύτας ὑπ' αὐτοῦ ἐξιλασθείσας. Idem author citat Philemonem Comicum, qui tradit, σεμνὰς θεὰς, quas plerique Eumenides esse uolunt, diuersas ab illis esse. Sophocles, ὦ γῆς καὶ σκότου κόραι. Vnde prouerbium natum est. ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά: id est, alia alibi pulchra: propterea quòd alij alijs nominibus Eumenides uocent. ἄλλ' οὖν ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζονται, παρ' ἡμῖν δὲ ταῦτα, τὸ ὀνομάζειν αὐτὰς εὐμενίδας, κατ' εὐφημισμὸν τὰς ἐριννύας: id est, Alia igitur nomina apud alios honesta existimantur: apud nos uerò hæc, appellare eas Eumenides, gratia ominis ac boni ominis causa Erynnias. Aeschylus, ubi ea retulit, quæ ad Orestis iudicium pertineant, inquit, Mineruam Erinnyas mansuefecisse, ne infestè se aduersus Orestem gererent. Quare eas Eumenides nominauit. Sunt autem tres: Alecto, Megæra & Tisiphone. His ab affectis nomina sunt indita: (sunt enim Noctis & Acherontis filiæ) nam Alecto, quòd nunquam desinat infesta esse mortalibus, ἀπὸ τοῦ μὴ λήγειν, καὶ λήγω, desino: Megæra dicta est ἀπὸ τοῦ μεγαίρω: id est, inuideo, quòd conscientijs ἀνθρώπων βροτῶν quietem ac tranquillitatem inuideat: Tisiphone, à τίω, punio, quòd eas A perpetuis curis puniat. Has rectè in ferreis thalamis habitare canit Poëta, ut signet, eas nulla ratione placabiles aut exorabiles esse, quò minus diris cruciatibus torreant, affligant, & excarnificent conscientias infœlices mortalium. Etenim dura, immitia, inflexibilia, & quæ neque precibus, neque lacrymis neque affectibus moueri possunt, ferrea, cornea, & adamantina, robur, silicem hyperbole prouerbiali appellare solemus. Itaq́ Persius dixit:

——neq́ enim mihi cornea fibra est.

Discordia.] Doctè Maro cum Eumenidibus discordiam coniunxit, quæ pace quippe turbata lites & motus ferat, ut omnia misceantur sacra prophanis. Nec potuit aptius epitheton tribuere, quàm dementia. nam ex mera stultitia & dementia dissidia nascuntur, cùm natura ad concordiam & mutuam beneuolentiam nos consociârit, quam etiam bruta animantia eiusdem generis inter se colunt. Vipereum.] A forma terribili, quæ naturæ rei congruat. In medio.] Describit ulmum, à quantitate & loco, quæ in medio uestibulo collocata, ramis pandit, & proinde opaca est, & ingens. Vlmus arbor sterilis est: hanc proinde somniorum sedem uocat, quòd sterilia sint B & uana, quæ per somnum uidemus, nisi diuinum habeant testimonium. Cæterùm expressit Poëta Platonis dogma, qui tradit, animum in hac uita altum dormire, ac priusquam expergiscatur, è theatro hoc facessere, ac iam inde post mortem profundo somno sepeliri. Quod ipsum uidetur & Orpheus significare, cùm canit, ἀγρευτὸν τοῦ ἀίδαο ὕπνου καὶ δῆμον ὀνείρων. De somniorum generibus annotauimus in Tertio. Quatuor ulmi genera produnt: Attineam, quæ excelsissima est: Gallicam: & quæ apud Italos densiore folio est, & numerosiore ab eodem pediculo. Vltimum genus ulmi, sylvestre est. Ouidius libro undecimo Metamorph. ubi describit Somni regiam, in uestibulo papauera collocat, & eas libas quæ soporem concilians:

Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq́ herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.

Circa somnum uarias insomniorum formas collocat, quorum numerum collationibus hyperbolicis amplificat:

Hunc circa passim uarias imitantia formas
Somnia uana iacent, totidem quot messis aristas.
Sylua gerit frondes, eiectas littus arenas. C

Centauri.] Monstra animantium commemorat, quæ contra rerum naturam ad humanam perniciem nata fabulantur. Centauri, Ixionis & nubis filij dicuntur fuisse, superne humana, inferne forma equina. Postquam enim in cœlum Ixion à Ioue sublatus esset, cùm Iunoni stuprum afferre uellet, re comperta, Iupiter nubē illi supposuit, ex qua Centauros sustulit. Seruius fabulam ad historiam uolēs reducere, ipsa fabula fabulosius commentum adducit huiusmodi. Cùm quidem rex bobus œstro agitatis satellites suos, ad eos reuocandos ire iussisset, cùm illos cursu insequi nequirent, ascendisse equos, quorū uelocitate stimulis additis assequuti armentū reduxerunt. Atq́ hinc ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, stimulando, Centauros dictos. Inde, quum equi ora in amne Peneo uniuersa haberent, procul spectantibus eam speciem prabuêre, quæ postea fabulæ locum dedit. At ita res ipsa habet. Centauri Thessaliæ populi sunt, & Pelij montis accolæ. Ab his ratio pugnandi ex equis inuenta fuit, ut à Bele

lero

A lerophonte uehendi in equis, à Peletronio frenis eos regendi ars. Hinc Centauri, quasi centuri, stimulatores dicti. Hi cùm circa Peneum amnem forte aquarentur, habentes ora flumini immersa, ut à quibusdam historicorum proditum est, eam procul spectantibus formam praebuere, quam postea credula uetustas in ijs figurandis expressit. Quoniam autem Centauri homines erant uiolenti, contumeliosi, & praeferoces, κενταυρικῶς accipitur pro ἀγροίκως καὶ ἀσέμνως, καὶ ὑβριστικῶς: id est, agrestè, ineleganter, & contumeliosè: uel, ut nonnulli, molliter ac delicatè. Est & centaurea, & centaurium nobilis herba, efficax aduersus multa morborum genera. Caeterùm Centaurorum insignium nomina celeberrima ista recensentur ferè ab authoribus: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhoetus, Orneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Thaumas, Mermeros, Pholus, Menelius, Abas, Nessus, Eurynomus, Arius, Imbreus, Cometes, Aphidas, Phereus, Lycus, Cromus, dictis, Elope, Bianor, Hodites, Lycetus, Hippasos, Rhiphaeus, Thereus, Demoleon, Phlegraeus, Hylas, Iphinous, Dams, Dorylas, Cyllarus, Thonus, Theleboas, Pyretus, Ocelus, Erigyppus, Astylus, Nesseus, Odytes, Stiphelus, Bromus, Antimachus, Helmus: Pycagnus,

B Latreus, Monychus. Stabulant.] habitant. Genus pro genere, quod brutorum animantium propriè est: alludit ad equinam in parte formam.

Scyllaeque.] Duae Scyllae ab authoribus referuntur. Altera Nisi regis Megarensium filia, quae ob ademptos patri aureos crines in cirin auem, quam eandem cum alauda & galerita putant esse, conuersa narratur. Fabula extat apud Ouidium Metamorph. libro octauo. Altera Phorci, quae media sui parte ueneficijs Circes in canem conuersa fuit, inde in scopulum. Fabulae copiosius à nobis relatae sunt in tertio. Hinc fabula conficta est, Scyllam in pelago Tyrrheno fetam esse, oculorum tenus speciem formosae mulieris prae se ferentem, à reliqua parte canum capita sex, reliqua uerò corpore, serpentinam. Alij aliter huius monstri, siue malis scopuli, simulachrum describunt. Idem in 3. Aen.

> At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris,
> Ora exertantem, & naueis in saxa trahentem:
> Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
> Pube tenus, postremò immani corpore pistrix,
> Delphinum caudas utero commissa luporum.

Est & Scylla insula. Biformes.] Quòd altera in ci-
C rim auem, altera in monstrum marinum mutata creditur, quod in pelago Tyrrheno à fluctibus toto corpore extet.

Briareus.] Briareus, Cottus & Gyges fratres fuisse memorantur, Caeli & Terrae filij: quorum singulis centum fuerunt capita, ac totidem manus. Hi multa bella contra Saturni filios gesserunt. Tandem deuicti, ad inferos praecipites dati sunt. Hesiod. singulis centum manus, & quinquaginta capita tribuit: Homerus sequutus, qui Briareum ἑκατόγχειρα uocat, lib. Iliad. 1. Hesiodus ad istum modum genealogiam horum tradit.

> ἄλλοι δ' αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
> τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί,
> κόττος τε, βριάρεώς τε, γύγης θ' ὑπερήφανα τέκνα.
> τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
> ἄπλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα
> ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν,
> ἰσχὺς δ' ἄπλητος κρατερὴ μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.
> ὅσσοι γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο,
> δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆι.

Porrò cùm Iupiter aliquando insolenter iactitasset, se nullo momento omnes diuos catena suspensos, cùm uellet, sublimes rapturum: fabulantur, in eum Mineruam, Iunonem & Neptunum conspirasse: coniecturosque in uincula fuisse, nisi Thetys Ioui Briareum centimanum auxilio aduocasset. Meminit huius Lucianus in quodam dialogo. Homerus fabulae addit, Aegaeonem illum à mortalibus, ab immortalibus uerò Briareum appellatum, lib. Iliad. 1.

> ὁππότε μιν ξυνδῆσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
> ἥρη τ' ἠδὲ ποσειδάων, καὶ παλλὰς ἀθήνη.
> ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν.
> ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν ὄλυμπον,
> ὃν βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
> αἰγαίων', ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων,
> ὅς ῥα παρὰ κρονίωνι καθέζετο κύδεϊ γαίων.

Centumgeminus.] non centiceps, sed centimanus, authore Hesiodo: ἄπλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα ἐξ ὤμων. Nomen à rei natura est confictum. nam βριαροὶ Graecis uocantur, ἐχθροί, ἄγριοι, στερεοί, καὶ φοβεροί: id est, odiosi, molesti, agrestes, solidi, duri, & terribiles. Lernae.] Hanc Hesiodus prognatam canit ex Typhaone & Echidna nympha, & à Iunone educatam, in Herculis odium, sed quam is postea confecerit.

> τὸ τρίτον ὕδρην αὖτις ἐγείνατο λύγρ' εἰδυῖαν
> λερναίην, ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος ἥρη,
> ἄπλητον κοτέουσα βίῃ ἡρακληείῃ.
> καὶ τὴν μὲν διὸς υἱὸς ἐνήρατο νηλέι χαλκῷ
> ἀμφιτρυωνιάδης, σὺν ἀρηϊφίλῳ ἰολάῳ,
> ἡρακλέης βουλῇσιν ἀθηναίης ἀγελείης.

Hydram centum capitum fuisse, alij octo, nonnulli septem tantùm tradunt, & inter ea unum immortale. Cum hoc monstro Hercules multum diuque conflictatus fuit, quòd uno reciso capite, tria renascerentur. Quod quidem ut prohiberet, recisum caput laminis ignitis extemplò adussit uel (ut multi) Graeco igni confecit. Caeterùm Strabo lib. 8. scribit, Lernam fuisse lacum in communi Argiuorum Mycenaeorumque agro, in quem cùm ab omnibus passim sordes, stercora, & purgamenta deportarentur, uulgo natum fuit prouerbium, λέρνη κακῶν, de malis quamplurimis in unum congestis, uel ijs qui post castigationem peiores euadunt. In hoc lacu fingunt poëtae hydram illam constitisse, quam diximus ab Hercule obtritam. Zenodotus autumat, Lernam locum fuisse in Argolico, in quem cùm omne sordium genus congereretur, foetidae & pestilentes nebulae inde exhalabantur. Idem author prodit, rectius ad fabulam Danaidum, prouerbium Lerna malorum referendum. quarum pater Danaus, capita generorum suorum, scaeuis Aegypti filiorum, quos filiae una nocte contrucidarant, in eum locum congesserit: ac fieri potuisse, ut contumeliae causa in eundem lacum omnis generis purgamenta conuerti iusserit. Idem annotatum reliquit Suidas in prouerbio λέρνη θεατῶν, de theatro, quod ex uaria mixtaque hominum colluuie constat. ἀντὶ τοῦ κακῶν [illegible]. Citatque idem, perinde ut Hesychius, Cratinum comicum. οἱ μὲν, inquit, διὰ τὴν ὕδραν, οἱ δὲ διὰ τὸ τοὺς ἀργείους τὰ καθάρματα ἐκεῖ ἐκφέρειν. ὁ δὲ δαναὸς τὰς κεφαλὰς τῶν αἰγυπτιάδων ἐν τῇ λέρνῃ ἀπέθετο, καὶ ὡς ἄλλοι, ἐφ' [illegible] τὰ [illegible], Lernen, à Lerno rege dictam existimant. Chimaera.] Hanc ex hydra Lernea procreatam, patre Typhone, Hesiod. in Theogonia fabulatur, pedibus uelocem & robustam: belluam trium capitum leonis, caprae, & draconis, priori corporis parte

leoninam

leoninam formam gestare, media capræ, posteriori draconis: ignem item spirare. quare noster eam flammis armatam dicit:

ἡ δὲ χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,
δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε.
τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.
πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
τὴν μὲν πήγασος εἷλε, καὶ ἐσθλὸς βελλεροφόντης.

Qua uirtute hoc monstrum uir ille confecerit, refert Homerus lib. Iliad 6. Est autem chimæra Græcis, capra annicula. Seruius fabulam ad historiam torquet. Certè Chimæra mons in Lycia, in cuius summitate leones sunt, in medio pascua, ima uerò serpentum sunt referta. Hunc montem ferunt Bellerophontis beneficio habitabilem factum. De Chimæra in quinto dictum est. Illud potius ad historiam referendum est, quod Maro addit, ferro eam armatam. Etenim mons Chimæra in Phaselide perpetuo incendio noctes dieśq; terribilis est: cuius igni aqua etiam ardet: terra ac fimo, uel (ut alij) ferro extinguitur. author est Plin. Est & castellum in ora Epiri, in Acroceraunijs. Ouid. de Chimæra.

Quoq́; Chimæra iugo, medijs in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Gorgones.] Medusa, eiusq́; sorores. Tres fuisse produntur, in extrema ora Africæ, Stheno, Euryale, & Medusa quarum postrema sola fuerit mortalis. De his Hesiodus:

γοργούς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο,
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, ἵν' ἑσπερίδες λιγύφωνοι,
σθεννώ τ' εὐρυάλη τε, μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.
ἡ μὲν ἔην θνητὴ, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρως
αἱ δύο. τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο κυανοχαίτης
ἐν μαλακῷ λειμῶνι, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
τῆς δ' ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
ἐξέθορε χρυσάωρ τε μέγας, καὶ πήγασος ἵππος.

Erant his capita draconum squamis obsita: dentes item prægrandes suum instar: singuli oculi: ad hæc, manus & alæ, quibus per aërem ferebantur. Inerat his ea uis, ut se contrà obtuentes, in saxa uerterent. Medusam petiuit Perseus, Orci galea contectus. Huius comas Minerua in anguem mutarat, quod in suo templo, non in prato, ut Hesiodus ait, à Neptuno uitiata esset. Et oculis Perseus in clypeum æneum, in quo ipsius Gorgonis imaginem uidebat, manum in Medusam librans, Palladis beneficio eius caput desecuit. Sunt qui eam ferri splendore perculsam scribant. Reliquæ sorores uolantes Perseum quidem insequebantur, sed cùm illum propter Plutonis galeam uidere nequirent, persequi desierunt. Perseus ab ea expeditione in Seriphum reuersus, Polydecten aggressus est, sed frustra amicos implorantem. Quos ad regiam concurrentes, Gorgonis capite obiecto, obtuentes in saxa uertit. Polydecta sublato, ac Dicty in fratris locum suffecto, Gorgonis caput Palladi reddidit: galeam, peram, & talaria Mercurio: qui ea nymphis, à quibus acceperat, restituit. Reddidit & falcem adamantinam Mercurio. Cæterùm domum Gorgonum atq; eius insulæ miracula, scribit Plin. lib. 6. cap 31. Loquutus de terrarum fronte extrema in Africa, primum se circumagente in occasum, ac mare Atlanticum. Contra hoc promontorium Gorgones insulæ narrantur, inquit, Gorgonum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continenti, ut tradit Xenoph. Lampsacenus penetrauit in eas Hanno Pœnorum Impe- A rator, prodiditq́; hirta fœminarum corpora uiros pernicitate euasisse: duarumq́; Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam. Copiosè prosequitur historiam post Zenodotum, enarrator Lycophronis. γοργὸν, & γοργὸς, terribilis. γοργονῶπον, προσωπεῖον. γοργόνη, γοργώ. γοργολόφας Minerua, à capite ipsius Gorgonis ita appellata. γοργονεῖον, periphrasticè Gorgon, & scutum in quo Gorgonis caput fixum est. γοργῶπις, γοργεῖον, Gorgonia etiam gemma est, cuius meminit Plin. sicut & picturæ monstri Gorgonis. Gorgon autem prouerbium fecit, γόργονα περσεὺς ἐχειρώσατο, Gorgonem Perseus adortus est, ubi quis egregium facinus inceptat.

Harpyiæ.] De his in tertio abundè annotauimus.

Tricorporis.] Periphrasis Geryonis. Hunc ex Chrysaore natum, & tricorporem, uel (ut Hesiod.) trium capitum fuisse memorant:

χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικέφαλον γηρυονῆα,
τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη ἡρακληείη,
βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιρρύτῳ εἰν ἐρυθείῃ.
ἤματι τῷ ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους,
τίρυνθ' εἰς ἱερὴν διαβὰς πόρον ὠκεανοῖο, B
ὄρθον τε κτείνας, καὶ βουκόλον εὐρυτίωνα,
σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο.

Cæterum hunc Hispaniæ regem, ut ex his Hesiodi uerbis liquet, Hercules interfecit, eiusq́; armenta per Italiam in Græciam abduxit. Oppianus in Cynegeticis:

αὐλῶν ἐπ' ἀκταίων ἀργὸς γηρυονῆι.

Eum autem pro armento suo pugnantem interfecit, telo percussum circa amnem Anthemontem. Addunt scriptores aliquid monstri simile, duas arbores ad eius tumulum sanguinem eliquare. Habitauit in insula Erythia: quoniam Tyrij ab origine eorum orti, ab Erythræo mari eò ferebantur. Quoniam autem hic Herculi multum negotij fecit in singulari certamine, Aristoph. prouerbiali figura dixit, βούλει διαμάχεσθαι γηρυόνῃ τετραπτίλῳ, ἀντὶ τοῦ τετρακεφάλῳ: id est, uis tu pugnare cum Geryone quadricipite: hoc est, cum inexpugnabili decertare? Fabula inde nata creditur, quòd cum Chrysaori tres essent filij, tanta inter se concordia regnarunt, ut nunquam de imperio certamen esset. Hos ferunt ab Hercule deuictos prælio. γηρυόνεια, arbores appellant. γηρυόνειον, fistum, κῦμα. Itaque ut nos aliquando ex his monstris explicemus, hæc ideo fingit Poëta in inferorum uestibulo sedem C habere, ut monstra uitia intelligantur, & Tartarum eorum habitum: unde Acheron dimanat: hoc est, gaudiorum priuatio. Quod quia sic uideo quosdam philosophari, libuit obiter hic quoque adijcere. Corripit.] Admonui paulò antè, ex Platonicorum doctrina Vergilium, Homerum sequutum, Aeneæ ferrum tribuere, propterea quòd eius aciem formidare credantur dæmones, ut qui eos agitare uelint, studiosè ferrum obijciant: id quod dixi, experimento compertum. Homer. Odyss. λ.

αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
αἵματος ἆσσον ἴμεν, πρὶν τειρεσίαο πυθέσθαι.

Docta.] Sibylla: periphrasis. disertè docta, ἀντὶ τῆς Σιβύλλης. Vitas.] quippe quæ nec carnem habent, nec ossa: unde rectè umbræ à poëtis appellantur. Proinde periphrasis spirituum & umbrarum, quæ locum non occupant. Irruat.] Enallage temporis: pro irruisset,

A irruisset, & diuerberasset. Frustrà ferro diuerberet.] cùm substantia planè sint incorporea, quæ nec sensu aliquo tangi, nec lædi possunt. Eadem ratione à Græcis σκιαὶ dicuntur.

ARGVMENTVM.

Explicatis, quæ in vestibulo regiæ Plutonis continebantur, reliqua inferorum loca describēda aggreditur, atq; in primis Acheronta fluuium: eiusq; portitorem Charonta: cuius formam, ætatem, habitum, officiumq; depingit: ad quem animas diuersi, ac infiniti propè generis mortuorum hominum conuolare memorat, vt ad inferos eius cymba transferantur.

Hinc uia Tartarei quæ fert Acherontis ad undas:
Turbidus hîc cœno uastaq; uoragine gurges
Aestuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas & flumina seruat,
Terribili squalore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta iacet, stant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:
Ipse ratem conto subigit, uelisq; ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba:
Iam senior, sed cruda Deo uiridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atq; uiri, defunctaq; corpora uita
Magnanimûm heroûm, pueri innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quàm multa in syluis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues; ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

NASC. Hinc uia Tartarei.] Eodē ordine usus est Plato in describendis inferorum locis in Axiocho. cùm ait: Vestibula autem, quæ aditus est ad Plutonis regnum, ferreis sunt claustris, atq; clauibus obfirmata, aperienti illa fluuius excipit Acheron: post quem Cocytus est. eos ubi quis traiecerit, ad Minoëm, & Rhadamanthum est accedere necesse, & reliqua. Hic uerò [illegible] stygis paludis mentio fit: quam turbidū gurgitem uasta voragine appellat, id quod facilè intelligi potest ex eo, quod paulò infrà Sibylla ait:

Cocyti stagna alta uides, stygiamq; paludem.

Huiusmodi igitur est horum fluuiorum situs. Acheron est, quem Poëta de Tartaro sentit exire: huius æstus stygem facit paludem: de styge uerò nascitur Cocytus: quæ flumina si mysticè, seu allegoricè interpretari uelimus, Acheron absq; gaudio significat: qui uerò gaudio caret, is tristitia afficiatur necesse est, quod per stygem designatur, ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ dictam. tristitia autem luctui proxima est, qui Cocyti nomine intelligitur: ἀπὸ τοῦ κωκύειν: id est, lugere. hæc sunt apud inferos, alij tamen hæc aliter interpretantur. adeat Platonem in Phædon, eiusq; interpretem Marsylium in argumento dialogi. Portitor has horrendus aquas.] Quia occurrebat, si nullus datur ad inferos accessus nisi per hæc flumina, quomodo transmittuntur, [illegible] occupat, esse portitorem Charonta: qui animas cymba transuehat: quem etiam per effictionem, seu [illegible] describit horrendum, squalidum, canum, prolixa, atq; inculta barba, oculis flammeis, & amictu sordido ab humeris dependente, nodoq; religato. quarum rerum allegorias hic apponere non pigeret, nisi satis perspicuè ex his, quæ Seruius interpres scribit, intelligi possent, & Boccatius declarasset. Cui plurima mento Canicies.] Addit, inculta, &, iacet, scilicet neglecta. Stant lumina flamma.] rigidos, terribilesq; oculos designat: quales crudelium hominum, atque pertinacium esse solent. Ipse ratem conto subigit.] Charontis officium, illiusq; exercendi modum nec nō ipsius officij instrumenta describit, conto, non remo cymbam impellit, uelisq; progredi facit. Ferruginea.] uel nigra, uel potius ferruginis coloris ferrugo, seu rubigo sordes est, quæ ferrum consumit. Ouid. in 1. de Ponto:

Roditur ut scabra positum rubigine ferrum.

Subuectat.] Frequenter uehit animas: quas mortua corpora appellat; nam inferius uiua corpora dicit:

Corpora uiua nefas Stygia uectare carina.

Alludit autem ad Platonis opinionē: qui in Phæd. tradit animas, quæ nō puræ decesserunt à corpore, earum apparere umbrosa phantasmata, nisi bileq; aliquid secū trahere, & uideri posse. id quod ne Homerus quidem tacuisse uidetur Iliad. 23.

[illegible]

Iam senior.] ætatem docet. Sed cruda Deo.] [illegible], ne forte quis putet, senem inualidum tam laborioso negotio præesse. Effusa ruebat.] nimio tranandi fluminis desiderio. Matres, atq; uiri.] hac tota descriptione mortem omnibus communem esse ostendit. nam per omnem ætatem, omne hominum genus, per matres, & viros sexum, per heroas conditionem, per pueros, & puellas, iuuenesq; ætatem designat. sed [illegible], nec absque ingenti commiserationis affectu pueros, iuuenesq; nominat: quasi ipsorum mortem deploret: qui nondum ætati, atq; naturæ satisfecerunt, porrò auget uim & à commiseratione cùm liberos spectantibus eorum genitoribus, in pyram positos memorat. Quàm multa in syluis.] descriptionem multitudinis animarum ad ripam fluminis conuolantium duplici comparatione, altera à folijs arborum extremo autumno cadentibus, altera ab auiū numero hyeme trans mare in apricam regionēm uolantium deducta auget, & illustrat. cuius rei imago quædam est apud Apollonium in 4. Argonaut.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quàm multæ glomerantur aues.] de gruibus hauddubiè intelligit: quibus frigus inimicum est: & uidetur locus desumptus ex 3. Iliad. inter initia:

[illegible]
[illegible]

Et terris immittit apricis.] Soli expositis, & per hoc calidis, ut Africā, aliasq; regiones ad meridiē exposita.

LAMB. Hort. Hinc uia.] E' uestibulo traducitur ad amnes, & narrationem eorum rerum, quas hic dictu audituq; horrendas uideris, antequam ad damnatorum locā transmittat.

Accom-

Accommodatè humanis rebus omnia narrat, seruato ordine locorum, quem Homerus prorsus omisit. Noster primùm uestibulum regiæ Plutonis tribuit, cuiusmodi ædibus illustrium hominum sub ipsum ingressum hærere solent. Inde regiam non uallo, sed fluminibus cinctam ducit. Et, ut in rebus humanis fieri solet, portitorem ibi locat, qui accepta stipe, umbras in ulteriorem ripam traducat. Atque hic quidem ociosus non est Poëta: sed fabulosæ narrationi, erudita quædam ex media philosophia: hoc est, ex Platonis mysterijs. admiscet, ut uoluptas & dulcor utilitate aliqua condiatur. Hinc.] *Ex uestibulo iter est, & uia statim occurrit lata & spaciosa, quæ ducit ad paludes, stagna & flumina, quæ Tartarum ambiant. Acherontem Tartareum uocat, quippe qui ex Tartaro interiore emanet. Primùm autem describit Acherontem à qualitate aquæ & natura. nam cum turbidus fluat, & cœnosus, præterea ex profunda uoragine in Cocytum omnem arenam effundit.* Vorago, *quæ & uortex dicta, quòd uoret & absorbeat ea quæ in eum locum incidunt. Eundem locum & gurgitem dixit. nam idem uortex, tanquam gula, nihil non ad se trahit, absumitq́.* Aestuat.] *feruet, agitatur: metaphora, à calore ad æstum maris. Illa uerò remotior est, ab homine ad non animal: hoc est, ad Acherontis uiolentiam.* Cocyto.] *In Cocytum, per Stygem.*

Portitor.] περθμεύς. *Proximum est, ut ad Charontis munus transeat, quem hunc amnem seruare fabulantur. Huius prosopographia constat ab officio, dum huic fluminum custodiam tribuit, & cymbæ gubernaculum: describit hunc item à neglecta forma, à cultu, habitu, & ætate. Portitor is dicitur, qui portorium conducit. & qui traducit homines in ulteriorem ripam, uel ad nauem de litore; uel de litore ad nauem. Eodem uocabulo censetur is qui uehitur,* κατα[illegible], *ut uector.* Squalore.] *Squalor propriè est, in corporibus alta sordium congeries, ad squamarum in piscibus similitudinem: à quarum crebritate asperitateq́ (ut in serpentum quoque corpus est uidere) squalere dicitur. Hinc tunicam auro squalentem dixit, & thoracem horrentem ahenis squamis. In uniuersum, quicquid nimis inculcatum obsitumq́ aliqua re erat, ut incuteret uisentibus facie noua horrorem, id squalere dicebatur.* Canicies.] *A' signo senilis ætatis Sed significantiùs grandiorem & propè decrepitam senectutem ostendit uox* inculta: *sed & ueteres barbam non comebant, quòd ea ætas peculiariter prorsus sui cultus sit negligentior.* Flamma.] *Ab horribili aspectu.* Sordidus.] *A' sordido cultu, & uestitu immundo. Sordes enim omnis immundicies est. hinc sordeo, squaleo, horreo.*

Ipse.] *Ab officio gubernandæ cymbæ. His duobus potissimùm aguntur naues, uelis & remis. Ministrat, pro regit dixit.* Ferruginea.] *ab usu cymbæ. hæc enim traducit animas ad inferos. Ferrugineum colorem uocant, à ferrugine, quæ ferri rubigo est: ut ærugo, æris. Rubiginem à colore denominatam uolunt. nam antiquitus robum, rubeum dicebant, hinc Robigus: & Robigalia sacra, ne robigo segetes corrumperet. Hinc ferrugo, rufus color, per translationem, & subniger, qualis color est floris hyacinthi: & color ferrugineus. Vnde Poëta hyacinthum ferrugineum appellat:*

Et ferrugineus hyacinthus.——

Ferruginea uestis, ferruginea cymba Charontis: non tamen lutea, sed subnigra, ut rubeum nonnihil efflorescens.

Iam senior.] *Ab ætate: sed quem ea adeò non retardauit, ut iuuenilis animus in effæto corpore adhuc esset.* A

Deo.] *Charonti. Mos quippe poëtis est, & diuorũ ministris Dei appellationem, propter immortalitatem, tribuere. Cæterùm Charontis cymba etiam prouerbij loco à doctis celebratur, pro sepulchro, seu morte, teste Suida: ut, alterum pedem in Cymba Charontis habere senes dicuntur, qui diu uiuere non possunt. Cymba nauicula est, cuius medium extremitatibus latius est. Huius inuentores Phænices fuêre* χαρώνειος θύρα: *id est, Charontis ianua, de imminente capitis periculo, aut de re ualde tristi. eo enim nomine antiquitùs carceris unius ianua appellabatur, per quam damnati iudicum sententijs ad supplicium educebantur. Citatur à Suida. &,* πορθμευτικὰ παρὰ χάρωνος [illegible], καὶ κηρύγματα: *id est, porthmeutica à Charonte disces, & præconia. Inepta prorsus sunt & ridicula, quæ quidam hic de Charonte, cymba conto, uiridi senecta, & amictu philosophantur, singula propè uocabula ad allegoriam rapientes,* χάραν, λίαν, *Macedonicè.* Huc.] *Ad ripas Acherontis confluebant mortuorum umbræ indiscriminatim, studio trajiciendi amnem. Enumerat amplificatione omnis generis mortales, conditionis, loci, sexus, & ætatis. Hac autem innuit, omnibus semel moriendum: nec ætatem, nec imagines esse, quæ morti non sit subiecta.* B *Matres.] A' sexu.* Heroum.] *A' generis splendore.* Pueri.] *Ab ætate, & conditione.* Iuuenes.] *Qui præmatura morte decesserunt: pathos ab ætate. Acerbum parentibus est, eos condere, quos procrearunt.* Quàm multa.] *Traductus hic locus est ex Iliad. 6.*

οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.

Quos uersus ita uertit Erasmus:

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum:
Quorum hæc uentus humi fundit, rursum illa uirescens
Profert sylua, simul ueris iam afflauerit aura.

Hoc carmine tradit Laërtius Pyrrhonem Academicum peculiariter delectatum fuisse. In eandem propè sententiam hi uersus faciunt, qui extant Iliad. 21.

οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε
ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι.

Id est, eodem interprete:

Frondibus arboreis similes, nunc ubere fætu C
Exuperant, lætiq́ satis uescuntur agrorum,
Nunc rursum intereunt, euanescuntq́ caduci.

Duplici comparatione hyperbolica uim umbrarum ad amnem ruentium proponit. Harum altera ducta est à folijs, tempore autumni ex arboribus decidentibus: altera ab auibus, gregatim sub tempus uernum tepidius cœlum petentibus. id quod de gruibus, hirundinibus, & ciconijs præcipuè proditur. Vtraque mirè quadrat rei, cum qua conferuntur. ὑπερβολικῶς. Autumni.] *Quo tempore omnia rerum è terra nascentium ad senectutem à maturitate uergunt, & succus calidus frigore exhauritur.* Aut.] *Altera collatio.* Gurgitem, *mare dicit: per tapinosin.*

Glomerantur.] *confertim uolant. Propriè glomeratio est, implicare, & in globi seu sphæræ figuram inducere filum. Hinc conglomerare manum, dimicare: conglomerare capita, coniungere, & similia: & agglomerare, adiungere:*

Et lateri agglomerant nostro.——

Frigidus.]

A Frigidus Hyems.] à toto partem dicit: quẽadmodum & pontum, more, specie usus pro genere. Propriè pontus est interior maris pars, inter Cherronesum & Euxinum: sed ab ἐγχωρίων pro quouis mari usurpatur. Hinc parœmia nata est, de infinitis bonis, πόντος ἀγαθῶν: perinde ut ἀγαθῶν θάλασσα: id est, mare bonorũ. Hac de causa Aristophan. Neptunum, ποντομέδοντα appellat, pro μέγιστον. annotauit Suidas.

ARGVMENTVM.

Animarũm illæ concursus in ripa fluminis à Charone iũctis manibus petit, ut transferatur, at seuerus portitor eas tantùm in cymbam suscipit, quas lege transferri posse non ignorat. quam rem admiratus Aeneas Sibyllam interrogat, ipsa statim & portitoris, & fluuiorum, paludisq; nomen edocet: & quamobrem illæ transuehantur, hæ verò a Charonte relinquantur, causam edisserit.

NASC. Stabant orantes primi transmittere cursum,
Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore:
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longè summotos arcet arena.
Aeneas (miratus enim, motusq; tumultu)
Dic, ait, ô uirgo, quid uult concursus ad amnem?
Quidue petunt animæ? uel quo discrimine ripas
Hæ linquunt? illæ remis uada liuida uerrunt?
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos:
Anchisa generate, deũm certissima proles,
Cocyti stagna alta uides, Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent, & fallere numen.
Hæc omnis, quã cernis, inops inhumataq; turba est:
Portitor ille Charon: hi, quos uehit unda, sepulti:
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare priusquàm sedibus ossa quierunt.
Centũ errant annos, uolitantq; hæc littora circum,
Tum demum admissi, stagna exoptata reuisunt.

Stabant orantes primi.] alludit ad morem oratorũ: qui dum orabant, stabãt: hinc propterea est, quod Aeneas à Didone rogatus, ut modũ excidij Troiam ordine explanaret, à toro sur-
B rexit, tanquam è suggesto diceret:

Inde toro pater Aeneas sic ortus ab alto.

Verùm quia hoc non orationis, sed supplicationis, deprecationisq; genus erat, æquum fuerat, ut supplices peterent, aut aliquod aliud demissionis animi signum ostenderent, id Poëta temperauit inquiens:

Tendebantq; manus.] hoc non modò humilitatis animi, uerumetiam ingentis affectus assequendæ optionis signum est: nam cùm Deum Opt. Max. affectuosè precamur, iunctas manus attollere solemus. hinc illud ex 3. Aeneid.

——tendoq; supinas
Ad cœlum cum uoce manus: & munera libo
Intemerata focis——, inquit ille.

Nauita sed tristis.] seuerus Charon: qui nullis
C precibus mouetur, ita libẽtiùs exponerem, quàm crudelis, ut alij interpretes: nam Charon eas ob crudelitatem non reijcit, sic enim omnes æquè arceret, nec ullis transeundi facultatem daret (non enim crudelitas amicos habet) sed quia inferorum leges optimè nouit, hos recipit, quos iure potest: illos reijcit, quos lege transferri nõ decet. uel tristis, ab effectu. transitu enim priuatæ animæ tristitia afficiebantur. Ast alios.] distributio. Dic, ait, ô uirgo.] simplex interrogatio, quæ tria habet membra: qualis illa:

Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris?
Quoue tenetis iter?

Nam quærit Aeneas unde hic animorum concursus, deinde quid petat, postremò quid sibi uelit delectus ille, ut aliæ pellantur à cymba, aliæ uerò transferantur.

Vada liuida.] omnia apud inferos nigra esse dicuntur. Lõgæua sacerdos.] alludit ad fabulã: quam Seruius, atq; alij interpretes enarrant. mihi uerò aliud consiliũ est, quàm fabulas prosequi. Anchisa generate.] breui oratione nunc quæsitis Aeneæ respondet, imò plura etiã, quàm ille quærerat, ipsa refert, portitoris, fluuiorum, paludisq; nomen: quæ tamen ad quæsita plurimùm faciunt. inter initia uerò Aeneæ beneuolentiam colligit, quem ex præstantia generis ἐγκωμιαστικῶς commẽdat, quod Anchisæ filius est, illius, scilicet cuius concubitum non aspernata est Venus. unde illud est Didus ex 1. Aeneid.

Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam?

Deũm certissima proles.] exaggerat genus Aeneæ: quẽ ex Deorũ stirpe natũ esse cõfirmat à signo, siue ab effectu: quod inferos adire potuit: quorũ aditus, nisi Dijs, patet. Cocyti stagna.] fluuiorũ, paludis, & portitoris nomen docet. Dij cuius iurare timent, & fallere numen.] uersus est Apollonij ex 2. Argon. quẽ egregiè certè, ut omnia solet, hic noster transtulit. sic ait Apollon.

ἔτ' ὀμοσσαμένη Στυγὸς ὅρκον, ὅ τε θεοῖσιν
ῥίγιστος πάντεσσιν ἐπιορκότατός τε τέτυκται.

Causam, cur Dij timeant iurare per stygem, hanc astruunt interpretes. quod cùm styx mœrorem significet, Dij autem omnis mœroris sint expertes, iurantes per stygẽ, iurant per rem suæ naturæ contrarium. Inops, inhumataq; turba est.] inhumatã turbã uocat, quæ legitima caruit sepultura, inopẽ uerò, quæ ne imaginariã quidem habuit: de qua inferiùs dicendũ est. Nec ripas datur horrẽdas.] fieri nõ potest, ut ad inferos trãsmeare possint prius, quàm sepultura affecti fuerint. hæc fuit antiquorum superstitio: quã in hunc usq; diem perdurasse uideo. nam qui uiolenta morte obeunt, eos uulgus ignarũ tantisper errare putat, dum legitimæ mortis tempus compleant. Quàm sedibus ossa quierunt.] quàm sepultura affecti fuerint: nam sepulchrum propria est cuiusq; sedes. hinc illud:

Hunc sedibus refer ante suis, & conde sepulchro.

Centũ errant annos.] licet Poëta superstitiosam hominum indicare uoluerit opinionem, tamen ex occulta Platonis doctrina locus iste tractari uidetur, animas enim hominũ purgari supplicio, præmioq; offici per numerũ annorum Plato literis prodidit: numerum denarium uniuersalem appellat numerum. qui si in se ducatur multiplican-

do decies decem, numerus efficitur centenarius, deinde si reducatur in semetipsum computando decies decem, millenarius nascitur. si igitur allegoricè hic locus exponendus est, talis erit sensus. inuisti hominis animā à se ipsa discessisse in corpus: id est, à sua natura degenerasse, labéque infectam esse corporea: hancque labem per denarium numerum, qui uniuersalis est, expurgari uniuersam. Quod uerò denarium hunc numerū oporteat in se duci procreādo centenarium, significat animam à corpore ad se per rationem emergere oportere, huc alludens Poëta noster, centum, inquit, errant annos. quod uerò opus sit rursus decénarium in se ipsum reducendo millenarium conficere, allegoricè designatur, animam non solùm erga se uerti debere per rationem, uerumetiam per intelligentiā in se conuerti, atque ita in unitatem redigi propriam: quò demum possit Deo frui, summa omnium rerum unitate, ideo infrà dicetur:

— mille rotam uoluêre per annos.

Hac tum ex Platone, tum ex eius interprete Marsylio, uiro doctissimo.

LAMB. Hort. STABANT.] A' collatione, ad narrationē redit. Certatim ad ripam protensis manibus orabant, ut primi quique traducerentur. Exprimit affectus supplicantiū umbrarū.

Nauita] Charon: antonomasia. Miratus enim.] ne non aliquid quod ad philosophiam pertineat, singulis locis sparsim interserat, Aeneam sedulò singula sciscitantē facit: quemadmodum hoc in loco. Nam cùm poëticum figmentum celebre sit de Charonte, & concursu animorum ad amnem, ut in ulteriorem transportentur, id quod nouum duci Troiano uidetur: causas inquirit, cur alij excipiantur à nauta, alij circum ripas diuagentur, à portitore reiecti. Hac eò percontatur, ut Sibylla paulò pòst ea ex Platonicorum mysterijs explicet. Miratus.] Causa sciscitationis parenthesi inclusa est. nam motus fuit ad percontandum, tumultu, & animorum concursu. Tumultus est tanta perturbatio, ut maior subinde timor oriatur, authore Cicerone Philipp. 9. Hinc bella Italica, tumultus Italici: & uerbum tumultuor: & tumultuariè, extemporaliter: tumultuarius, extemporarius. Porrò autem, quòd non omnes à nauta in cymbam excipiuntur, id quusdam ita philosophari uideo. Omnes natura quodam desiderio rerum cognoscendarum ducimur: sed arbitrium liberum obstat, quo minus omnes ad rerum admirabilium contemplationem, alij alias ob causas perueniant. Et in corporibus humatis, in cymbam non admitti, significare uolunt: perturbationes animorum sequaces, prorsus inutiles esse ad hac θεωρήματα. Sed hæ allegoria mihi nimis operosæ ac contortæ uidentur, ne dicam absurdæ.

Dic.] Proponit tria potissimùm: cur ita turmatim ad amnem Lethaum confluant: cur aliæ animæ excipiantur, aliæ relinquantur in ripa. Harum eruditè causas cognitu dignas reddit Sibylla, ne quid Aeneas ociosum rogasse existimetur. Quidue.] Expolitio. Discrimine] necesse est aliquid in causa esse, cur alias à cymba repellat, alias in alueum admittat. Liuida] Periphrasis: pro Cocytum, uel Stygem. Vadum, fundus fluminis solidus, quòd in eo sine periculo uadatur. Liuidum amnem uocat à colore, qui propriè est subniger in carne, ex ictu & uerbere. A' quo colore elucente in uultibus, liuidos liuidos appellare solemus: & liuidam mortem, à funeris colore.

Verrunt.] nauigant: ducta metaphora à purgantib. pauimenta scopis, quod propriè uerrere est. Olli.] illis antithesis. Longæua.] Sibylla, periphrasis: Viuacitas A huius Sibyllæ in prouerbiū abijt, Sibylla uiuacior: ut Nestore uiuacior. Propert. lib. 2. At me non ætas mutabit tota Sibyllæ. Seruius hunc locum enarrans, huiusmodi fabulam de eius uiuacitate adducit. Cùm Apollo eius amore captus, ei poscendi arbitrium quod uellet dedisset: illa haustis arenis, tantùm uitæ poposcit. Annuit Apollo quidem eius uotis, sed hac lege, si Erythræam insulam relinqueret, nunquam post illa eam reuisura. Itaque Cumas migrauit, ubi corporis uiribus defecta, in sola uoce uitam retinuit. Quod ubi cognouissent eius ciues, incertum inuidiáne an commiseratione moti, epistolam ad eam dederunt, creta ueteri more obsignatam. At illa patria terra uisa, illicò efflauit animam. Ouid lib. Metamorph. 14. hanc item uiuacem uocat:

—— uiuacisque antra Sibyllæ
Intrat. ——

Etsi in tertio de Sibyllis summatim sit dictum, illud tamen hoc loco Erythræa operæprecium fuerit adijcere, ex Suida. Erythræa hæc dicta fuit, ut meminimus, ab Erythrais, quæ Batti regio appellata fuit. Nunc autem in ea ipsa restaurata, Erythræ nuncupantur. Sunt qui eandem B Sicelen uocant: alij Sardanen, nonnulli Gergethiam, multi Rhodiam, plerique Libyssam aut Leucanen. Neque uerò desunt qui Samiam appellent. Ferunt eam floruisse circa Troiæ excidium. Idem Suidas tradit, eam scripsisse libros de Tremoribus, carmina & oracula. Ferunt huius inuentum lyram forma triangula fuisse. Caterùm anni conuenient nam & apud Ouidium lib. Metamorph. 14. ubi Aenea suum cum Phœbo congressum refert, septem secula ei tribuuntur: cuius orationem, quod lucem nonnullam huic adferat fabula, quam paulò antè de eius uiuacitatis causam retulimus, libuit hic adijcere, ut studiosis quærendi labor adimatur:

Nec dea sum, dixit, nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput, ne nescius erres.
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea uirginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit: Elige, ait, uirgo Cumæa, quod optes,
Optatis potiere tuis ego pulueris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere uana rogaui. C
Excidit, ut peterem iuuenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque iuuentam,
Si uenerem paterer. contempto munere Phœbi,
Innuba permaneo. sed iam fœlicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu uenit ægra senectus,
Quæ patienda diu est: nam iam mihi secula septem
Acta uides, superest numeros ut pulueris æquem,
Ter centum messes, ter centum musta uidere
Tempus erit, cùm de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet, consumptaque membra senecta
Ad minimum redigentur onus: nec amata uidebor,
Nec placuisse deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, uel dilexisse negabit.
Vsque adeò mutata ferar, nullique ferenda:
Voce tamen noscar, uocem mihi fata relinquent.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygijs emersa ad urbem
Troius Aeneas, sacris ex more litatis
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.

Pluribus

A *Pluribus haec ex ingenioso poëta huc adscripsi, ut lector non omnino supinus intelligat scriptorum de ipsa hac Sibylla consensum, quod ad eius uiuacitate attinet. Suidas tradit, Sibyllam Romanum uocabulum esse, ac natem signare.* Anchisa.] *Beneuolentia à generis dignitate Estq; periphrasis Aeneae. notat enim, unde sit prognatus. Et cùm ex Venere eum natum constet, illam uerò ex summo Ioue, non dubium est, quin heros dijs genitus sit, cùm matrem deam, atum maternum τὸν πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε habeat.* Cocyti.] *Narratio breuis, pro loci ac temporis ratione. Monstrat illi singula, Cocytũ, Stygem, & his adiuncta. Primùm autem docet, quae loca ea sint, & quibus nominibus appellentur, tum autem & amnium eorum religionem. Inde respondet ad ea quae Troianus percontatus fuerat. Eruditius ergo Sibylla, quippe docta, responsum instituit, quàm rogerat ille.* Cocytum.] *A luctu paludi nomen inditũ, alibi retuli: quòd luctus damnatorum animas sequatur. Hinc Pluto ipse Cocytus appellatur. Monstrantis ex tenui interuallo uerba sunt.*

Stygiam.] *ἀπὸ τοῦ στυγάζω, tristor, quòd animos in curarum uoraginem mergit. στυγνός, tristis. Hunc deorum*

B *poëticorum, iusiurandum religiosum esse uolunt, ut qui per eum iurauerit, illum annum & diebus nouem ambrosia & nectare defraudari. Est autem Styx, secundum Hesiodum, sacer fons, Oceani filia: uel, ut nonnulli aiunt, quòd ille apud inferos, eiusdem huic nominis sit. Ioui consilio dij religiosum iusiurandum eum fecerunt, inquit Homeri enarrator. Testatur id Iupiter ad Iunonem, apud eundem uatem lib. Iliad. 15. quem ille enarrat locum:*

» Ἴστω νῦν τόδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
» καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
» ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Idem lib. 19. Stygem καρτερὸν ὅρκον: id est, efficax, ualidum, & forte iusiurandum, περιφραστικῶς nominat:

» αὐτίκα δ' εἷλ' ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο,
» χωόμενος φρεσὶν ᾗσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον
» μήποτ' ἐς Οὔλυμπόν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
» αὖτις ἐλεύσεσθαι ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται.

Quo loco Iupiter Aten summo capite arreptam, è coelo praecipitem dat: addens maximum iusiurandum, nunquam futurum ut in coelum & ad superos reuertatur. καρτερὸν ὅρκον, inquit interpres, τὸ στυγὸς ὕδωρ. Et hanc quidem Oceani filiam, & suarum sororum longè praestantissimam, quaeq; in maximo habita honore fuerit post illam diuorum pugnam, quae Titanum dicta fuit. Porrò quòd huic religioni is consecratus fuit, huiusmodi de causa accidisse aiunt. Cùm Titanes Coeli filij unà cum Saturno Ioui & dijs recentioribus bellum fecissent, Styx inter alia auxilia, prima omnium Ioui unà cum liberis suis auxilio aderat. Quapropter dij, qui à Ioue erant, summis honoribus eam affecerunt: & aquam eius amnis qui apud inferos labitur, Deorum iusiurandum esse uoluerunt.

Paludem.] *Ex restagnatione Acherontis oriri creditur.* Fallere.] *peierare.* Haec omnis.] *Respondet ad id quod rogarat:* Quid uult concursus ad amnẽ? Quid'ue petũt animae? uel quo discrimine, *aliae excipe-rentur, aliae arcerĩtur à ripa. Inhumati repelluntur à cymba: iustis funebribus contrà conditi, à nauta excipiuntur.*

Portitor] *qui portorio animas in ripam ulteriorẽ transportat. Docet Aeneam, quod non sciscitatus fuerat.*

Nec ripas.] *Causa diutini erroris circa ripas.*

Raucum.] *à sono obtuso fluctuum, flumen uocat.*

Sedibus.] *Periphrasis sepulchri.* Centum.] *Ex Platonicorum mysterijs hoc Poeta deprompsit. nam cùm denarius numerus perfectus esse credatur, si decies sumatur, nascitur inde centenarius. Hos annos uniuersos uocãt, qui purgationi & emaculandis animis dedicantur, quibus uitiorum sordes eluuntur, ut aliquando Elysij foelicitate fruantur. Videtur tamen (ut amplius aliquid adijciatur) ad uetustam Osiridis & Isidis historiam respexisse. Haec cùm mariti ossa, diu quaesita, tandem circa Syenen inuenisset, collecta in sepulchro condidit, loco inaccesso, quã insulam ob id Abaton dixerunt. Est enim haud longo interuallo ea à Memphi sita, palude limosa, frequentibus papyris horrida. Ipsam autem paludem Stygem uocarunt. Huius autem consilium fuit, ne quis in eam traijceret, nisi statis diebus. Quod si fortè quis ibi perisset, in Stygia, inquam, palude, in centum annos ei sacrificabatur, quod tempus finiendi erroris absolutum uisum fuit. Hinc illud,* Centum errant annos. Volitant.] *quippe umbrae & substantiae incorporeae.* Circum.] *Anastrophe.* Tum demum admissi stagna, &c.] *centum annis exactis, ad Lethen & Styga reuertuntur, quorum desiderio tot annos capta fuerunt.*

C

ARGVMENTVM.

Cognita causa tumultus animorum, & quamobrem citra flumen relinquebantur multi, firmat se Aeneas cogitabundus, & in ea turba quosdam de socijs suis offendit, qui naufragio perierant: in quibus Palinurum etiam, qui nuper in mare demersus fuerat, moestum uix agnouit: à quo mortis ipsius causam quaerit, Apollinemq; accusat mendacij: qui cùm illum ad Italiam peruenturum praedixisset, dictis non mansit.

Constitit Anchisa satus, & uestigia pressit,
Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquã.
Cernit ibi moestos, & mortis honore carentes,
Leucaspim & Lyciae ductorem classis Orontem,
Quos simul à Troia uentosa per aequora uectos
Obruit Auster, † aqua inuoluẽs nauẽq; uirosq;.
Ecce gubernator sese Palinurus agebat,
Qui Libyco nuper cursu dum sydera seruat,
Exciderat puppi, medijs effusus in undis.
Hunc ubi uix multa moestũ cognouit in umbra,
Sic prior alloquitur: Quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioq; sub aequore mersit?

† al. aqua

NASC. Et uestigia pressit.] *non est ταυτολογία: sed illud* constitit Anchisa satus, *ad gressus compressionẽ: hoc uerò ad animi cogitationẽ refertur: solent enim cogitabundi pedem figere & consistere aliquando, ideo sequitur:* Multa putãs sortẽq; animo miseratus iniquã.] *ex longa cogitatione humanae calamitatis sociorũ Aeneae miseratio nascebatur, sed ad caeteras miserias hoc etiã illis accedebat incommodum, quod, quia alterius negligentia sepultura carebãt, quieti frui non possent.* lo-

cus

Dic age namq; mihi fallax haud antè repertus.
Hoc uno responso animum delusit Apollo,
Qui fore te Ponto incolumem, finesq; canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem:——

cus misericordiæ communis ex iniquitate fortunæ. Cernit ibi mœstos.] *πένθ@ à mœstitia, & dolore.*

Honore mortis] *exequijs, funeraliq; pompa. ij namq; sunt mortis honores.* Leucaspim.] *duos recenset ex socijs: qui in mari perierunt, locum, tempus, modumq; naufragij illorum exponit.* Et Lyciæ ductorem classis.] *nauis, quæ Lycios uehebat, de qua in primo Aeneid.*

» *Vnam, quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem.*

Ecce gubernator sese Palinurus agebat.] *ægrè se mouebat. agere enim se tardè, & tristes dicuntur. unde illud ex 5. Aeneid.*

» *Amissis remis, atq; ordine debilis uno*
» *Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.*

Et fortasse à Physica ratione tractus est sermo: nam agitur corpus animi iudicio. Qui Libyco cursu.] *ea nauigatione, quæ fuit ex Libya in Italiam.*

Hunc ubi uix multa mœstum cognouit in umbra.] *totus in hoc sexto libro Platonicus est Maro noster, & hic maximè Platonis sententiam sequitur de anima uitijs inquinata, quæ donec in sordibus inuoluta est, obscura existit, uixq; agnosci potest: ubi uerò per purgationem è sordibus emerserit, clarior fit. cùm igitur Palinurus ad purgatoria loca nondum transierit, quid mirum, si eum uix agnouit Aeneas?* Quis te Palinure Deorum.] *Aeneæ ad Palinurum oratio est, partim petitoria, partim expostulatoria: nam ab eo primùm ut perierit, postulat, deinde se ab Apolline delusum fuisse conqueritur. à commiseratione eum ingenti doloris affectu exordiri uidetur, cùm ait:* Quis deorum eripuit te nobis? *quasi sentire uideatur Deos tum Palinuro, tum sibi quoq; iratos fuisse: unde ingens commiserationis affectus (ut inquit Cic.) deduci solet. obseruanda est etiam Græcanica locutio τίς θεῶν, quis deorum? pro quis deus. non dissimilis ferè sensus huic principio extat illud Hecubæ in Priamum coniugem ex 2. Aeneid.*

» *——quæ mens tam dira miserrime coniux*
» *Impulit his cingi telis?*

Mens dira, inquit, quasi deorum ira missa.

Namq; mihi fallax.] *querelam ingreditur. quòd fuerit ab Apolline delusus in uaticinio Palinuri, itaq; occultè innuit Apollinis oraculum non semper esse uerum. quod tamen ueritatis commendatione mitigat, cùm eum nunquam, nisi hoc responso, fallacem à se repertum fateatur.* Qui fore te Ponto incolumem.] *fallaciam Apollinis probat à causa ad effectũ.* En hæc promissa fides est?] *concludit eum indignatione ex perfidia Apollinis: qui promissis non stetit. huic affinis est querela Veneris in Iouem ex primo Aeneid. cùm ait:*

» *Certè hinc Romanas olim uoluentibus annis, &c.*

Mox subdit:

» *——quæ te genitor sententia uertit?*

LAMB. Hort. CONSTITIT.] *Quo splendidè huius loci narratio continuetur, exemplis rem illustrat, nõ exoticis illis quidẽ, aut incognitis, sed domesticis, & notis simul, & recentibus.*

Constitit.] *Arguit admirationẽ ex re noua, & cõmiserationẽ.* Anchisa.] *Periphrasis Aeneæ.* Vestigia.] *Expolitio.* Putans.] *simplex pro composito: reputans, cogitans.* Sortem.] *fortunam eorum quibus propter inopiam tenuitatemq;* A *transitus negaretur: maximè uerò insepultis, quos modò uocauit turbam inopem, quasi terra iniecta carentem.* Opis, *terra dea est, cõmunis omnium animantium parens, quæq; uita defuncta corpora sinu suo recipit.* Cernit.] *Enumerat aliquos, quos mari haustos sibi charissimos socios ibi uiderit: Leucaspim, gubernatorem classis Lyciæ: Orontem, eius ductorem: quorum naufragium relatum est in primo, cum soluto portu Siculo, in Africam ui tempestatis Troiani rejcerentur: & Palinurum, qui postrema nauigatione in traiectu è Sicilia in Italiam clauo hærens, somno sopitus in subiectos fluctus excussus fuit.* Leucaspim.] *Idem Poëta in primo Aeneid.*

Vnam, inquit, quæ Lycios, fidũq; uehebat Orontẽ, «
Ipsius ante oculos ingens a uertice Pontus «
In puppim ferit, excutitur pronusq; magister. «
Voluitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem «
Torquet agẽs circũ, & rapidus uorat æquore uortex. «

Lyciæ.] *Lycij, minoris Asiæ populi sunt, inter Cariã* B *& Pamphyliam. Horum duces ad Troiam fuisse Sarpedonem & Glaucum, author est Homerus in Catalogo:*

σαρπηδὼν δ' αὖτ' ἦρχε λυκίων καὶ γλαῦκ@ ἀμύμων «
τηλόθεν ἐκ λυκίης, ξάνθου ἄπο δινήεντ@. «

*Chrestomathiæ author scriptum reliquit, Lyciam à Lyco Pandionis nomenclaturam sortitam· ὅτι, inquit, ὁ πανδίον@ λύκ@, ἐκεῖνος σολύμους ὀνόμασεν λυκίαν τὴν χώραν. Hic Solymos condidit. Habuit hæc Asiæ regio quondam oppida 60. quorum 36. Plinij temporibus tantùm reliqua fuerunt, reliquis aut bellis aut terræmotibus deletis. Hanc Taurus mons non includit tantùm, sed ingreditur etiam: nonnunquam Massycites atq; Cragus, interdũ Anticragus & Cadmus. Telmessius oram maritimam claudit. Clarissimas urbes habuit: Patara, unde Patareus Apollo, quòd ibi Apollinis fanũ esset, & Lycias sortes uocat ***. Xanthum, Olympum, Myram, Ilon. Amnis Xanthus è monte Crago, Lymira è Massycite funditur. Miraculũ habet hæc regio, Chimærã montem nocte flagrantẽ: & oppidũ Ephestium ingis flagrantibus decantatum Ly-* C *ciorum quondã respub. florentissima fuit, & dominatu suo marino ad Italiam usq; peruenit, ut Cilices ad Pelusium Aegypti.* Ductorem.] *Appositio. Est & Orontes fluuij nomen. Classem hic pro una naui usurpatur. Colligitur id ex libro primo: Vnã, quæ Lycios fidũq; uehebat Orontem, &c.* « Obruit.] *Significanter, pro fluctibus oppressit.*

Nauemq;.] *Polysyndeton: & nauem in qua uehebãtur, & ipsos Lycios: ut coarguat, ad unũ omnes unà cũ naui perijsse.* Austee.] *uentus: speciem posuit pro genere, familiare huic Poëtæ.* Ecce.] *Attentio, ad congressum cum Palinuro, cum quo colloquium serit. Sed & ipsa uates promittit illi non tantùm sepulchrum, ut inter alias umbras transmittat amnem: uerumetiam consolatur, spe & expectatione æterni monumenti nominis sui apud omnem posteritatem. Cæterùm Palinurus, παλινοῦρ@, Græcis iterum meiens sonat. neq; dissimulat id Martialis cùm dicit:*

Meiere uis iterum, sic Palinurus eris. «

Pari ratione Odyss. 11. Vlyssi Elpenoris umbra, prima apud inferos obuia adest, cuius casum ad eundem modum primum Poëta commemorat, antequam in colloquium committuntur:

umbra

A πρώτη δὲ ψυχὴ Ἐλπήνορος ἦλθεν ἑταίρου.
οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.
σῶμα γὰρ ἐν Κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς,
ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπειγε.
τὸν μὲν ἐγὼ δάκρυσα ἰδὼν, ἐλέησά τε θυμῷ.
καί μιν φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδων.

Sese Palinurus.] *Græcam periphrasticè uocem reddidit, ἦλθεν, hoc est, uenit: & si non ignorem, quosdam sese agere, interpretari, pro citra ullam difficultatem, negotium & laborem incedere, & quasi se mouere nullius adminiculo, id quod animorum est immortalium.* Gubernat.] *κυβερνήτης, ἢ κυβερνήτηρ, ἀπὸ τοῦ κυβερνάω, guberno: appositio.* Libyco.] *in mari Tyrrheno, in traiectu è Sicilia in Italiã.* Nuper.] *de breuiori tẽpore haud ita diu peracto.* Seruat.] *Simplex pro composito: obseruat.*

Mediis.] *Pathos à loco.* Mœstum.] *quòd honore sepulturæ defraudato, traiectus negatus esset.* Vmbra.] *dubia noctis.* Hunc.] *Homericus Elpenorem conspicatus, lacrymas fundit:*

τὸν μὲν ἐγὼ δάκρυσα ἰδὼν, ἐλέησά τε θυμῷ.

B Quis te.] *Materiam narrandi & respondendi suppeditat, quo casu è medio sit sublatus: maximè, cum fide oraculi Italia ei promissa esset.*

Dic age.] *Repetitio interrogationis emphasim habet: id quod sequentia indicant. Nam Apollinis oraculum uiro Italiam denunciarat: quare causa est, cur curiosè inquirat, quando in Tyrrheno mari submersus erat, qui factum quòd deus uanus in hac parte deprehensus esset, qui nunquam antea fefellisset. Homerus Odysseæ λ.*

Ἐλπῆνορ, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα;
ἔφθης πεζὸς ἰὼν, ἢ ἐγὼ σὺν νηῒ μελαίνῃ;

Breuioribus Homericus ille, quàm noster, & quidẽ rectè, cui nihil erat quod uel de oraculo reddito, uel de fortuna cuius ignarus prorsus erat, percontaretur. Fallax.] *mendax: quare, quia Delphica, quæ eadem & Pythia oracula, summam fidem apud mortales merebantur, in prouerbium, eius dæmonis tripus abiit, ut Ex tripode dicta iactitarentur, quæ uehementer uera atq; indubitata uideri uolebant. ὡς τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος, propter ueritatem oraculorum.* Qui fore.] *oraculum Dei, sed λοξὸν καὶ ἀμφίβολον. nam contigit illi id quidem, uerùm secus quàm uel Aeneas uel ipse interpretatus fuerat, id quod peculiare illi genio fuit.* Promissa.] *obliquè notat uanitatem numinis, quæ hoc in euentu coargui posse uidetur duci Troiano.* Ille autem.] *Respondet ad id quod postremum rogarat, de fide oraculi: narratq; cum laude Aeneæ, à cura, fide, & eius solicitudine pro se. Homericus Elpenor, nudè statum narrat, quo infortunio deorsum de gradibus domi Circes deciderit, & animus ad inferos deuolarit:*

διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ, καὶ ἀθέσφατος οἶνος.
Κίρκης δ' ἐν μεγάρῳ καταλέγμενος οὐκ ἐνόησα
ἄψορρον καταβῆναι, ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν,
ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσον, ἐκ δέ μοι αὐχὴν
ἀστραγάλων ἐάγη, ψυχὴ δ' Ἄϊδόσδε κατῆλθεν.

A R G V M E N T V M.

Respondet Palinurus Aeneæ: cuius errorem corrigit, falsamq; illius de sua morte suspicionem tollit: Apollinem purgat, & quo pacto ipse perierit, ordine enarrat.

NASC. Neque te Phœbi.] *à confutatione obiectorũ auspicatur: quæ mira breuitate refellit.* Cortina fefellit.] *μετωνυμικῶς locũ uaticinij pro ipso uaticinio posuit: est aũt cortina tripus, seu uas aureum tribus pedibus sustentatum, in quo sedentes Phœbades uaticinabantur. & quia huiusmodi tripodes, seu cortinæ Apollini Delphico dicari solebant, alio nomine Delphicæ nuncupatæ fuerunt. Plin. lib. nat. hist. 34. ex ære, inquit, factitauêre & cortinas tripodũ nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur.*

—Neq; te Phœbi cortina fefellit:
Dux Anchisiade: nec me Deus æquore mersit.
Namq; gubernaclum multa ui fortè reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursusq; regebam,
Præcipitans traxi mecum: maria aspera iuro,
Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm † te, ne spoliata ramis excussa magistro,
Deficeret * nauis, tantis surgentibus undis.
Treis notus hybernas † incẽsa per æquora noctes
Vexit me uiolentus aqua: uix lumine quarto
Prospexi Italiam summa sublimis in unda.
Paulatim adnabam * terræ: iam tuta tenebam,
Ni gens crudelis madida cum ueste grauatum,
Prensantẽq; uncis manibus capita aspera mõtis,
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, uersantq; in littore uẽti.
Quod te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iüli,
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Iniice, (namq; potes) portusq; require Velinos:
Aut tu, si qua uia est, si quam tibi Diua creatrix
Ostendit (neq; enim credo, sine numine Diuûm
Flumina tanta paras Stygiamq; innare paludẽ)
Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

† al. tua ne
* al. tantis nauis
† al. immẽsa
* al. terræ: & iam

quem umbra Elpenoris Vlyssi apparens casum suæ necis refert, Odyss. 11.

Maria aspera iuro.] *beneuolentiã colligit ex officio suæ erga Aeneã pietatis: nam de illius magis, quàm de suo periculo se sollicitũ fuisse memorat sic & Cic. facit pro Milone cùm T. inquit, Annius ipse magis de reipub. salute q̃ de sua perturbetur, idq; Palinurus obtestatione cõfirmat: quarὶ ὅρκον habet: nautæ enim per maria iurat.* Excussa magistro.] *nouè dictũ uidetur: nam caret exẽplo.* Treis notus hybernas.] *tẽpestatis, periculiq; sui magnitudinẽ exaggerat à diuturnitate temporis. sic Homerus*

Namq; gubernaclum.] *τὸ αἴτιον, quod & sui casus expositionẽ continet. Homerum imitatur Poëta: apud Vlyssem naufragum inducit, sed minori temporis spatio,*

duos dies, duasq; noctes. Iam tuta tenebam] πάθος præter spem: nam cùm se iam tuta tenere putaret, non modò id non est adeptus, sed in miseram, crudelemq; necem incidit. hoc perturbationis genus Aristoteli peripetia uocatur: de qua alibi satis multa diximus. Ni gens crudelis.] rem uerisimilem à qualitate personarum non absque ingenti indignationis affectu, non enim nisi crudeles, & absq; pietatis affectu homines naufragum hominem occiderent. Lucanos autem designare uidetur, qui olim apud Rom. malè audierant. Prensantemq; uncis manibus.] graphicè rem depingit per ὑποτύπωσιν. Ferro inuasisset.] πάθος à modo. Prædamq; ignara putasset.] personæ subnectit causam, gens crudelis mihi necem intulit: quia inde lucrum sperabat. locus ex ratiocinatione sumitur. Cic. in Inuentione. Nunc me fluctus habet.] ad deprecationẽ delabitur. Versantq; in littore uenti.] si per littora accusandi casu legas, ut quidam manuscripti codices, nescio quid magis miserabile præ se fert, dum cadauer scopulis sæpiùs illidi ostendit. Quod te per cœli iucundum lumen.] δεινὸν, quæ πάθος habet: nam primò per cœli lumen: id est, per splendorem Solis, Lunæ, ac Stellarum inde per genitorem postremò (quod apud Aeneam maius habiturum pondus existimat) per filium Ascanium precatur. non dissimilis est apud Sophoclem Philoctetæ precatio in eius nominis tragœdia, ubi Neoptolemum orat, ut se aliquò ipsum tollat, ne in illa solitudine uiuat sic enim ait:

» πρὸς νῦν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον,
» πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλὲς,
» ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον
» ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ' οἵοις ὁρᾷς.

Et reliqua alia.

Huc etiam acciri potest illa Achæmenidis deprecatio ex tertio Aeneid.

» *——per sydera testor,*
» *Per superos, atq; hoc cœli spirabile lumen,*
» *Tollite me Teucri.*

Porrò imitatur Homerum Poëta, apud quem anima Patrocli orat ab Achille celerrimè sepeliri, ut ad inferos trãsire posiit. Iliad. ψ.

» εὕδεις, αὐτὰρ ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ Ἀχιλλεῦ,
» οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκήδεις, ἀλλὰ θανόντος,
» θάπτέ με ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περήσω.

Et quæ sequuntur.

Eripe me his inuicte malis.] petitio per cõmiserationem à facultate Aeneæ: quam uehementer extollit, cùm eum inuictũ appellet: quasi dixerit, cũ inferos subieris, nihil est, quod facere non posis, atq; eum magis inflãmet, δεικτικῶς his malis, inquit, quos cernis, scilicet. Aut tu mihi terram Iniice.] modus petitionis est, in quo ad illud sepulturæ genus alludit, quod olim pontificalibus libris tradebatur, ut si manu plena non obrueretur cadauer, iniecto ter puluere pro sepultura haberetur. Horat. lib. 1. carm.

» *Quanquàm festinas, non est mora longa, licebit*
» *Iniecto ter puluere curras.*

Adeas Cœlium Rhod. lib. 9. cap. 44.

Namq; potes.] iuris facultate, & religione, sic est intelligendũ, alioquin bis idẽ ociosè dixisset, quod de Marone turpe est existimare: nam cùm Aeneam inuictum dixerit, omnem illi potestatem tribuisse uidetur. uerùm quoniam multa sunt potentia, quæ iure, & religione fieri non possunt, utroq; modo id ab Aenea fieri posse indicauit: unde ingens etiam elucet ipsius Aeneæ commendatio à magnitudine potestatis, & à peritia religionis: non enim hoc dicit, Namq; potes, ut ipsum doceat, sed ut tanquàm sacrorum scientissimum hominem commendet. Portusq; require Velinos.] sunt, qui Virgilium notent, & in primis Hyginius apud Gellium, quod littus Velinum ex ore Palinuri dixerit, cùm Veliam Seruio Tullo regnante conditam fuisse tradat sexcentesimo post Aeneæ aduentum in Italiam anno, sed sciant ipsi permissum esse Poëtis κατ' ἀναχρονισμὸν quædam etiam ad sua tempora in carmine referre, ut locorum, ut fluminum, ut armorum genera, nec obstat quod ille inquit, etsi Palinurus apud inferos futura diuinare potuerat, Aeneam tamen, qui non diuinabat, huius nominis portum qui tunc nusquam erat, requirere non potuisse. nam ex Sophocle satis à me probatum est in 3. comm. id quoq; fieri posse. nam quod auctoritate sit grauissimi præsertim scriptoris, id etiam iure, & rectè fieri putamus. itaq; uidendus est locus ille super eo uersu: A

Apparet Camarina procul, campiq; Geloi. «

Huc accedit quod non semper ab oppidis portus, aut fluuij, & maria, deriuant, sed sæpenumerò à portubus, fluuijs, maribus oppida nomina sortiuntur: quamobrem non desunt, qui Veliam oppidum, quod & Helia dictum est, à fluuio huius nominis denominatum putent: cuius inter alios meminit Stephanus in dictione ἐλέα, ut rectè posimus portum intelligere, quem fluuius ille facit. B

Aut tu, si qua uia est.] diuersas proponit suæ salutis conditiones, ut unam saltem misera assequatur. unde ingens colligitur conquestionis affectus ob animam, quam ipse ostendit, solicitationem, ac dolorem. Neq; enim credo.] renouat locum à facili per coniecturam ex diuinitate Aeneæ: ex qua colligitur argumentum à maiori, si diuinitate, deorumq; nutu ductus hæc inferorum subire loca potuisti, quanto magis ferre opem mihi poteris? Diua creatrix.] omnium rerum generaliter intelligendum putat interpres: ego uerò simpliciter Aeneæ creatrix, ut Veneris matris circumlocutio sit. Da dexteram misero.] auxilij imploratio cum commiseratione, & est Homeri locus, atque uersus ita quoque umbra Patrocli in Iliad. ψ ab Achille sibi manum dari petit:

καί μοι δὸς τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι. «

Sedibus ut saltẽ placidis in morte quiescam.] quasi dicere uelit, si alia iucunditate frui nõ possim, saltẽ id mihi detur in morte, ut quiescam, cùm iam satis in uita fuerim uagatus. alludit autem ad errores nautarũ. unde & πάθος moueri uidetur, cùm in uita nunquã quieuerit, ne in morte quidem sibi concedi, ut quiescat. C

CORTINA.] oraculum: synecdoche. Cortinam tradunt fuisse locum in templo Apollinis, dictum ita à corio Pythonis, quo tripus illa Delphica fuisse contecta memoratur. Alij arbitrantur, cortinam denominatam, quasi certinam, quòd ibi certissima responsa & indubitata redderentur: quo nomine locus ille meruerit appellari. uel à corde uatis in specu demersæ, cùm esset uaticinatura, uel à κόρη puella, & τείνω extendo, quòd illic uates extenderetur. Sed hæ etymologiæ, ut ineptæ, sunt repudiandæ. Sunt, quibus rectiùs placet, à corio, sed non Pythonis, habere nomen: quasi dicas corinam: quòd uasa, quæ nunc ex ære conficiuntur, apud uetustissimos è corio fierent bubulo: uel, quòd hoc uasis genere in cortibus uillaticis uterentur, ad calefaciendas aquas, & uina decoquenda, quæ deciès LAMB. Hort.

A cies decoquebantur defervescente cortina. Fuerunt etiam ex plumbo, ut constat ex Catone. Aristophanes in Pluto, cortinas ἄμματα: id est, coronas nuncupat: quòd cortina uas esset rotundum, tribus fultum pedibus, ad coronæ similitudinem. in quod Phœbas uaticinatura demergebatur. In hoc uasis genere lana inficiuntur, & oleum ex oliua expressum excipitur. & aqua calefit. Mos antiquitùs tenebat, ut tripodes huiusmodi, qui cortinæ appellātur, in Delphici Apollinis templo dicarentur, ex ære facta. Cortinam à corte Varro dictam autumat, non à corde, sœdo librariorum errore. Porrò Cortyna, siue Gortyna, Cretæ urbs est, quam præterluit Lenaus amnis, per quem tauri dorso Europam in eam insulam euectam, fabulæ prodiderunt. Iuxta Cortynam calami nascuntur, quibus pro sagittis utuntur. Hinc apud Maronem, Cortynia arundo, pro sagitta: &, spicula Cortynia. Suidas tradit, Gortynam ab heroë Gortye appellatam γορτυών, πόλις κρήτης, ἀπὸ ἥρωός τινος γόρτυνος. γορτύνιος, ἀπὸ τούτου. Cortys, Arcadiæ urbs: à qua Cortynij Arcades dicuntur, teste Hesychio. Corten, Persæ uocāt uestis genus, quam sumunt pueri, qui in uiros euasêre. κόρτυν, πάρθοι ἔνδυμα καλοῦσιν, ὃ
B λαμβάνουσι παῖδες ὡς ἄνδρας ἀφικόμενοι. κορτᾶν, κροτᾶν. καὶ κόρτος, ὁ ἐν τοῖς κωμικοῖς κρότος. Cortyna igitur Phœbi, oraculum Apollinis non fefellit te.

Nec me.] Interpretatio, quæ captat attentionem ad narrationem sequentem. Namq.] Narratio, quæ exponit, quo casu perierit: unde colligit ueritatem obscuri & ambigui oraculi. Gubernaclum.] Syncope. Præcipitans.] Heterosis generis, Præcipitatus. Iuro.] citra præpositionem, & cum præpositione: Iurare Iouem lapidem, siue per Iouem. Quàm te.] Causa solicitudinis Aeneæ, pro sua salute. Armis, naualibus, quibus reguntur naues. Magistro.] gubernatore: metaphora. Notus.] species pro genere: uentus. Lumine.] die. Iam tuta.] Mira breuitate rem narrat, id quod rei natura & ratio postulat, cum Aeneæ nihil illic sit cunctandum diutiùs.

Tenebam.] Modus pro modo: iam littora tenuissem tuta, eiectus & naufragus nisi à Veliensibus Lucanorum gente occisus essem. Gens crudelis.] Lucanorum, in quos casu in littore hærentes incidi. Prensantem.] identidem apprehendere conantem. Summum conatum signat in luctando, circa promontorium. Montem item, saC xum uocat, hyperbolicōs. Prædam.] hoc est, uel prædonem, è naui deiectum: uel hostem deturbatum, qui Lucanis præda esset. Nunc.] Clausula narrationis rei gestæ, à loco & regione, in qua corpus eius infœliciter eiectum iacet. Me.] Corpus meum insepultum Pathos à loco, & reuam se fluxu ac refluxu modò in littore iacere, modò circa littus fluitare dicit. Et in ferro pathos à materia seu instrumento, quo percussus interierit. Epilogus constat obtestatione, ut in humo terra iniecta condatur, & iusta sibi præstentur. Cōsimili epilogo cōstant uerba Elpenoris Homerici ad Vlyssem, lib. suprà citato: potissimum autem ipsa obtestandi formula, quæ ad exemplum expressa est:

νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι οὐ παρεόντων,
πρός τ' ἀλόχου καὶ πατρὸς ὅς σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,
τηλεμάχου θ', ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες.
οἶδα γὰρ ὡς ἐνθένδε κιὼν δόμου ἐξ ἀΐδαο,
νῆσον ἐς αἰαίην σχήσεις ἐυεργέα νῆα.
ἔνθα σ' ἔπειτα ἄναξ κέλομαι μνήσασθαι ἐμεῖο.
μή μ' ἄκλαυτον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν
νοσφισθεὶς μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι.
ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ἅσσα μοι ἔστιν,
σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης
ἀνδρὸς δυστήνοιο, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.
ταῦτά τέ μοι τελέσαι, πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμὸν
τῷ καὶ ζωὸς ἔρεσσον ἐὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισιν.

Accuratiùs Homericus & mandat & præscribit iusta, quæ sibi præstari uelit. Obtestatur per coniugem, patrem, & Telemachum, quem patria discedens domi reliquit, ut ab inferis in Aeæam insulam ad naues reuersus, uelit sui esse memor: ne uidelicet se infletum & insepultum seu numinis iram relinquat, sed concremet simul cum ijs quæ in uita habuisset charissima: hoc est, cum armis, tumulum erigat in littore, infœlicis hominis apud posteros monumentum: remum tumulo infigat, quo superstes cum socijs remigare insueuisset. At noster Palinurus sat habet contendisse, ut præsenti infœlicitate eripiatur: hoc est, ut alterum possit obtinere: uel ipse Aeneas iniecta terra eum condat, uel secum trans flumen manu traducat. Eripe me.] Propositio petitionis: & exponet eam illustrioribus uerbis, qua ratione præstaturus id sit, & quo pacto præsentibus malis liberari possit. Aut tu mihi.] Humati dicebantur, quos humus iniecta cōtegeret. Etenim, antequàm iniecta gleba est, locus nihil planè habet religionis. At uerò ubi corpus rogo concrematum, terra tumulis iniecta conditum humatumq́; est, & glebatum uocatur, & multa tum demum iura religiosa complectitur. Repudiandum igitur est, quod Seruius somniat, quòd absente cadauere, quædam sacra solennia fieri consueuerint. Excussit hunc locum diligenter, expendit'q; accuratè, Cœlius Rhodiginus lib. 9. Antiq. lect. cap. 44. Cæterùm quòd Aeneam obtestatur per iucundum lumen & auras: id ita accipiendum interpretantur, quòd apud inferos quidem aura sit, sed minimè iucunda. Namq; potes.] A' facili, & facultate. Velinos.] Monstrat locum, ut demat laborem sciscitandi, quærendiq;: perinde ut Elpenor Homericus:

οἶδα γὰρ ὡς ἐνθένδε κιὼν δόμου ἐξ ἀΐδαο,
νῆσον ἐς αἰαίην σχήσεις ἐυεργέα νῆα.

Noui equidem, inquit, ubi ex inferis redieris, ad insulam Aeæam classem recipies. Velia Lucaniæ fuit oppidum, ad Palinuri promontorium, anteà Helia nuncupatum. Plinius libro 3. capite 5. describens eam regionem: A' Silaro, inquit, regio tertia, & ager Lucanus Brutiusq; incipit: nec ibi rara incolarum mutatio. Tenuerunt eam Pelasgi, Oenotrij, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maximè populi: nouissimè Lucani, à Samnitibus orti, duce Lucio. Oppida, Pæstum, à Græcis Posidonia appellatum: sinus Pæstanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia. Ab hac Velia, diuersi populi sunt Ligurum, ultra Alpes, Velienses. Alij item Velienses, in Hispania. Lacus Velinũ circa Sabinos, in Italiæ quarta regione collocantur. Et Velina tribus, apud Rom. Hyginus hunc locum Vergilij reprehendit, atq; emendaturũ fuisse existimauit, quòd Palinurum introducat ab Aenea petentẽ, ut in portum Velinũ reuersus, corpori exequias & iusta præstet. Verba Hygini extant apud Gelliũ lib. 10. cap. 16. Quo, inquit, modo aut Palinurus nouisse, aut nominare potuit portus Velinos? & Aeneas ex eo nomine locũ inuenire? cũ Velia oppidum, à quo portum, qui in eo loco est, Velinũ dixit, Seruio Tullo regnante Romæ, post annũ amplius sexcentesimum quàm Aeneas in Italiā uenit, conditā in agro Lucano & eo nomine appellatum sit? Nam qui ab Harpalo, in-

quit, regis Cyri præfecto ex terra Phocide fugati sunt, alij Veliam, partim Massiliam condiderunt. Inscitissimè igitur petit ut Aeneas portum Velinum requirat, cùm id nomen eo tempore fuerit nusquam gentium. Neq; simile, inquit, illud uideri debet quod est in primo carmine:

» Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit
» Littora.——

Aut quod æquè est in sexto lib.

» Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.

Quoniam poëtæ ipsi quadam κατὰ πρόληψιν historiæ dicere, ex sua persona concedi solet, quæ facta postea ipse scire potuerit: sicut Vergilius sciuit de Lauinio oppido, & colonia Chalcidensi. Sed Palinurus qui potuit, inquit, scire ea quæ post annos sexcentos facta sunt? nisi quis eum diuinasse apud inferos putet, perinde ut animæ defunctorum solent? Sed etsi ita accipias, quanquam non ita dicitur: Aeneas tamen, qui non diuinabat, quo pacto potuit requirere Velinum? cui nomen tunc, sicut diximus, nullum usquam fuit? Hactenus Hyginus. Si loco nomen tum nullum fuit, (ut tu ais) qui potuisset principi suo regionem commonstrare, in qua corpus offenderet? Sin nomen omnino necessarium fuit, quod potuit aptiùs & conuenientiùs dare, quàm illud, quo sua tempestate censebatur? Quàm multa loca uerisimile est ab Homero recenseri, quæ tempore belli Troiani ducentos antè annos quàm is nasceretur, prorsus appellationibus carerent? cùm pleraque deserta, inculta, & habitatorum uacua iacuissent. Ab hac calumnia uindicauit Poëtam olim Iouianus Pontanus. Porrò cùm in iure regula tradatur, ex præsenti in præteritum, præteritum præsentem, ut id quod hodie est, olim quoque fuisse credatur: & cùm rerum natura perpetua sit, ut montes, flumi, campi: non de ipsis oppidis loquitur Poëta, ut in illo: Apparet Camarina procul: & de portu, ut hic: sed de campis ac fluminibus quæ ab Orbe condito extitissent. Stephanus tradit, Veliam dictam ab amne præterfluente, ut portum rectiùs accipiamus, quem Velia facit. Sic de Camarina palude, & Gela fluuio censendum est. A

Diua.] Venus. Sine numine.] ἐν ἄνευ θεῶν, cùm citra humanam industriam magni aliquid consequimur.

Innare.] nauigare. Dextram misero.] auxiliũ. Est autem ea, uirtuti, fidei, auxilio, & rebus auspicatis cõsecrata. Sedibus ut saltem placidis, &c.] Proin corpore inhumato umbræ citra ripam errantes, non putabantur quiescere, sed sursum deorsum perpetua inquietudine diuagari. B

ARGVMENTVM.

Importunam petitionem, auidamq; nimio cupiditatem Palinuri Sibylla reprehendit ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου. nam fieri non posse ostendit, vt inhumatus ad inferos transeat, sed ipsum consolatur prænuncians populos, à quibus occisus est, illisq; etiam finitimos prodigijs è cœlo territos, eius necẽ sacrificijs tandem placaturos, tumulumq; ei erecturos, & locum illum omnium Palinuri perpetuò dedicaturos.

Talia fatus erat, cœpit cùm talia uates:
Vnde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq; seuerum
Eumenidum aspicies? ripamue iniussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando:
Sed cape dicta memor, duri solaria casus.
Nam tua finitimi longè lateq; per urbes,
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent,
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.

NASC. VNDE hæc ô Palinure.] obiurgatio nõ absq; indignatione cùm petat Palinurus, quæ nulla ratione assequi possit. Tam dira cupido.] tanta, ut Deorũ ira tibi immissa uideatur. Tu stygias inhumat⁹ aquas.] perstat in increpatione cũ irrisione quadã, indicans fieri nõ posse eum, nisi priùs sepulturæ mandetur, apud inferos posse quiescere. Amnemq; seuerum.] expolitione locum illustrat, & impossibilitatẽ (ut ita dicã) transeundi amplificat, quo faciliùs Palinurum à sua cupiditate auertat: alludit aũt ad doctrinã Platonis in Phedone: ubi ostendit animas per flumina infernalia puniri, atq; purgari aliàs magis, aliàs minus: hunc uerò fluuium Cocytum, quem Poëta noster seuerum dicit, ferum ille, atq; durum appellat: quia non statim Cocyto purgantur animæ, sed qui grauia admiserint scelera, & pœnitentia ducti in uita resipuerunt, eos in Tartarũ quidem detrudi necesse est: sed ibi annũ cõmorati, fluctibus ejciuntur, quidam per Cocytum cum luctu, & lacrymis, quidam uerò per Pyriphlegetontem ad Acherusiam paludem: ibiq; clamant eos, quos iniurijs affecerint supplicesq; rogant, ut progredi sibi permittatur per paludem, & absolui: quod si impetrarint, illuc penetrant, finemq; suis miserijs accipiũt. Ripam'ue iniussus abibis.] figuratè ad ripam, uel in ripã. porrò hac locutionis figura abire cum accusandi casu, Latinis scriptoribus frequentior est, quàm exemplis probari oporteat. Virg. in primo Aen.

» Ipsa Paphum sublimis abit.

Terent. in Heaut.

» In Asiam ad regem militatum abit.

Desine fata Deum.] spem salutis Palinuro adimit, nullumq; esse ad flectenda fata precibus locum ostendit. nam quod semel fatis decretum est, id mutari nunquam potest: sed ne fortè ad desperationem illum adigere uelle uideatur, consolatione ipsum permulcet. Sed cape dicta memor.] locus attentionis. nam de re Palinuro utili se uerba facturam ostendit. Nam tua finitimi.] consolatur Palinurum, ut uoluptatem aliquam ex mœrore calamitatis suæ capiat miser. deducitur autem hoc consolationis genus ex futura diuinitate, nominisq; immortalitate illius. C

Prodigijs acti cœlestibus.] alludit ad historiam: nam Lucanis, à quibus Palinurus occisus fuerat, pestilentia laborantibus, oraculum respondisse ferunt, manes Palinuri esse placandos. Tumulo solennia mittent.] hostias mittent, quibus solenne sacrum celebrari possit. His dictis curæ emotæ.] quàm efficax fuerit Sibyllæ oratio, indicium facit: quæ paulatim curas, & dolorem ex eius animo tulit. Gaudet cognomine terra.] lætatur Palinurus se apud mortales immortalitatis nomen adepturum.

Talia.]

A TALIA.] ὣς ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος
B. προσέειπον. *Et Vlysses promittit Elpenori, omnia iusta se illi persoluturum:*

» ταῦτά τοι ὦ δύστηνε τελευτήσω τε καὶ ἔρξω.

At Maro uatem Palinuro respondentem facit, & quidem prudenter. Nam cùm futura essent ei denuncianda de corpore humando, quæ Aeneas præscire non potuit, optimo consilio, simul & necessario, uatem Sibyllam eum consolantem fingit, futurorum præsciam. Vlysses contrà ipse Elpenorem se promittit conditurum.

Cœpit.] *Ellipsis poëtica: hoc est, loqui uicissim, & percontari.* Vnde.] *Primùm per indignationem respondet ad id quod posteriori loco proposuit, de auxilio, ut unà cum alijs in ulteriorem ripam transportaretur, id quod nulla humana ope fieri potuit. Quod* ἀλίαστον, *grauiter uerbis eum castigat. Erat autem illud eiusmodi, ut nullis precibus exorari posset, quamdiu corpus, terra nondum*
B *mixtum, insepultum, indefletumq; iaceret.*

Cupido.] *traijciendi Stygem.* Tu Styg.] *Indignantis ad interrogationem respondere, quod (ut dixi) impossibilia orasset, & quæ nulli contingerent. Emphasis est in particula Tu, qua personæ ignobilitas coarguitur.*

Inhumatus.] *Amplificatio indignitatis. Et cùm Stygias aquas dicit, emphaticè non uulgarem amnem notat, cuius ingenium diserta expolitione amplificat, cùm eũ tristem euitabilemq; uocitet. nam id seuerum hoc loco significat. Alioqui seuerum propriè usurpatur pro graui ac censorio, modò truci ac terrico: ut cùm Poëta rupes tetricas, & montem seuerum appellet.* Eumenidum.] *Neque uerò satis est amnis naturam amplificasse, nisi addat amplius quiddam, quo Palinurum magis terreat à traijciendo, adhuc corpore insepulto, cùm dicit, furiarum collegium eum manere. Porrò Eumenides furiæ appellantur* κατ' ἀντίφρασιν, *quòd nulli sint propitiæ ac benignæ,* ἀμειλίχους, *sed implacabiles. Numerantur tres: Alecto, Megæra, & Tisiphone: Noctis & Acherontis filiæ. Quidam produnt, has, Epimenidem scripsisse, Saturni fuisse filias, cuius uersus hi sunt:*

» ἐκ τοῦ καλλίκομος γείνατο χρυσῆ Ἀφροδίτη,
» μοῖραί τ' ἀθάνατοι, καὶ Ἐρινύες αἰολόδωροι.

Alecto, à particula priuatiua α, & λήγω *desino, quòd indesinenter infestet infœlices conscientias. Tisiphone,* ἀπὸ
C τοῦ τίω, *punio. eadem ratione Megæra,* παρὰ τὸ μεγαίρειν, *ab inuidendo, quod conscientijs tranquillitatem & quietem inuideat. Nominantur eadem &* σεμναί: *hoc est,* δαίμονες καταχθόνιοι καὶ σεμναὶ θεαί. *& Erinnyes nomen commutasse eo tempore, quo de Oreste iudicium sententiæ apud Athenienses ferrentur. In quibus, Erinnybus Mineruæ opera placatis, ne illi nimis infestæ essent, Eumenidas eas ipsa nuncupauit. Quamobrem uicissim holocautomate Deæ sacrum ipse persoluit: hoc est, oue furua. Philemon comicus,* σεμνὰς θεάς *diuersas esse ab Eumenidibus arbitratur. Sunt qui duas tantùm prodiderint: & earum duo simulachra in Attica. Sophocles in Oedipo Coloneo:* αἱ γὰρ ἔμφοβοι θεαί σφ' ἔχουσι γῆς τε καὶ σκότου κόραι. *Hinc parœmia nata est, teste Suida,* ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά: *id est, alia alibi pulchra: ob id quod alij alijs nominibus celebrent. Nam alia apud alios nomina pulchra existimantur, & habentur auspicata. Apud Græcos, Erinnyes placuit magis Eumenidas* κατ' εὐφημισμὸν *uocare. Fulgentius exponit* τισιφόνην, *quasi* τούτων φωνήν, *&* μέγαιραν, *quasi* μεγάλην ἔριν. *quòd primùm paulatim furiæ concipiantur: deinde in uocem erumpatur, ac ad postremum in certamen exurgatur. Atque hanc earum planè esse naturam.*

Ripam.] *Defectio pro, in ripam ulteriorem, iniussu deorum fatorumq;.* Desine fata deûm.] *Itaque concludit, fatum esse immutabile, ut insepulto traiectus permitteretur. Idq; adeò esse* ἀλίαστον, *ut ea perpetua lex nullius precibus aboleri possit.* Fata.] *Iam & fatum ineuitabile, inter parœmias celebratur: quòd diuina consilia non commutentur, cùm leges humanæ pro temporis ratione uarientur, quemadmodum & mores & uoluntates. Allusit Poëta ad illud Homericum:*

οὐ γὰρ αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων. «

Item & illud:

ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο, «
οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. «

Etenim, quod in fatis est, id nemo potest euitare, quin sit euenturum. Mouetur itaque Palinurus, ne quid oret: & quòd uirium humanarum non sit præstare, & quòd abtinere non possit. Sed cape.] *Transit ad id quod prius proposuerat de corpore humando: quod ita necessitate perpulsa posterius reddit, ut spe obtinendi potiundiq; otij, condito cadauere, eum rursum consoletur.*

Sed cape d.] *Attentio, qua in spem solatij abiectum erigit.* Dicta, solatia.] *Appositio.* Nam tua.] *Non Aeneas quidem tibi terram inijciet, sed finitimi Lucani. Huius gentis populares suprà memorauit. Palinurum adnantem prensantemq; scopulos contis, & ferro obtriuisse. Quam ob iniuriam, quod à littore omnibus communi, naufragum barbara ac beluina feritate non prohibuerant modò, sed etiam occiderant, in Lucanos numen pestem immisit. Qua grassante, cùm ad oraculum missi essent, responsum fuit, si peste liberari uellent, placandos esse manes Palinuri, eadem expiandam, corpus humandum. Oraculi fidem sequuti Lucani, peste liberati sunt, Promontorio certè, sub quo conditus fuit Palinurus, inde ab eo mansit nomen, haud procul ab oppido, quod postea conditum Helia, mox Velia appellatum fuit: uti Miseno, à tubicine Aeneæ Miseno Aeolide.*

Finitimi.] *Non ipsi quidem Velini, qui tum nulli fuisse uel hinc probantur, sed Lucani finitimi. Finitimi autem propriè sunt, qui fines alicuius attingunt uicini, appositi, confines, proximi.* Prodigijs.] *peste, alijsq; ostentis, quibus territi oraculum consulturi sunt. Prodigium dictum autumant, quasi porrò digitum, quod porrò denunciet, & aliquid futurum portendat: hoc est, prædicat significetq;: ut sunt minæ & iræ deorum.* τέρας: *prodigiosum,* τερατῶδες. Piabunt.] *purgabunt,* ἁγνιοῦσι, ἀφοσιώσουσι. *Vsurpatur & pro colere, contaminare, impiare.* Tumulum.] *sepulchrum condito corpore, aut cenotaphium.* Solennia.] *funus, exequias & iusta persoluent.* Aeternum.] *Sic Plinius libro 3. capite 5. Oppidum Helia, quæ nunc Velia: promontorium Palinurum, à quo sinu recedente traiectus ad columnam Rhegiam C.M. passus.* Cognomine.] *hoc est, ipsa regio tibi cognominis est.*

A

ARGVMENTVM.

Sibyllam, & Aeneam per nemus ad ripam fluminis tendentes vt vidit Charon, superba, ac imperiosa oratione Aeneam præsertim gladio accinctum repellere conatur, causam etiam assignans hunc esse vmbrarum locum, viuis hominibus inuium, ideoq; ingenti cum animi sui molestia quosdam transuexisse viuos, qui ad inferos sese conscendentes vim loco, & regibus intulerunt. Sed aliter facere non potuisse, quia Dijs geniti fuerant.

Ergo iter incœptũ peragũt, fluuioq; propinquãt.
Nauita quos iã inde ut Stygia prospexit ab unda,
Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat ultrò:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tẽdis:
Fare age, qd uenias, † iãq; istinc cõprime* gressũ.
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq; soporæ.
Corpora uiua nefas Stygia uectare carina.
Nec uerò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumq;,
Dijs quanquã geniti atq; inuicti uiribus essent.
Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit,
Ipsius à solio regis traxitq; trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quem contrà breuiter fata est Amphrysia uates:

† al. iam istinc & comp.
* al. gressus.

NASC. Ergo iter incœptum.] [illegible] redit ad institutã.

Per tacitũ nemus.] nullo uentorũ flatu agitatum, aut est ἀκύμαντος ipsi taciti.

Aggreditur dictis.] qualis futura sit Charontis oratio, indicium facit: nam aggreditur dictis ita dicitur, ut quasi ad dimicandum cum Aenea accedere uelit & profectò nunquam ferè apud Virgil. uerbum hoc aggredi absq; emphasi reperitur.

Quisquis es.] talis est oratio, qualis personæ conuenit nauticæ: quam suprà descripserat. solent enim nautæ imperiosi esse. adde quod est apud inferos nauta, ubi nulla humanitas est, sed superbia, crudelitas, & arrogãtia uiget uidet ergo Aeneam à longè uenientem, & imperiosa, atque tyrannica hac oratione prior alloquitur. Fare quid uenias, immò etiam addit, & comprime gressum. attamẽ crudelis, ac penè inhumanus nauta tam superbæ, atq; imperiosæ interrogationis causam assignat, inquiens.

Vmbrarum hic locus est.] putat eò uenisse Aeneam, ut transferatur ad inferos, coniecturamq; trahit ex antecedentibus: nam & alij olim uiui homines uenerant, Hercules, Theseus, Pirithous: quos summa cum animi sui molestia inuitus uexerat: quamobrem edicit hunc esse locũ umbrarum, quin etiam rem exaggerat ab indecenti, dum sequitur: Corpora uiua nefas Stygia uectare carina.] rectè corpora uiua dixit: nam sunt etiam corpora mortuorum: quæ sunt ipsæ umbræ, & simulachra quædam, ut antea ostendimus ex Platone, quæ uideri possunt. hanc rem non ignorauit Homerus: qui Iliad. ψ. Patrocli umbram ita loquentem facit:

τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων.

Nec uerò Alciden.] προληπτικῶς quæstioni occurrit, si nefas est uectare uiuos cymba stygia, cur ipse uexerit Herculem, Pirithoum, atq; alios. nam Dijs genitos esse dicit, idq; tamen cum animi molestia se fecisse memorat, Alciatus in parerg. friuolam, inanemq; mouet quæstionem de Pirithoo, utrum inter Dijs genitos referendus sit, quem constat, inquit, Ixionis filium, Plegiæ nepotem fuisse impijssimorum parentum. nam uel semidoctis perspicuum est Homeri testimonio Iouis filiũ fuisse, etsi Ixionis filius putatus est. ita enim scribit Odyss. λ.

καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ
Θησέα Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικυδέα τέκνα.

Quem locum, ut uidere est, Poëta imitatus est.

Tartareum ille manu.] τὸ αἴτιόν ἐστι, cur nõ libẽter eos uexerit, quod ex eorũ audacia, uel temeritate potius deducit: nam Hercules, inquit, Cerberum abduxit, Theseus, & Pirithous (si Herculem etiam ponas, non laboro) Proserpinam tentarunt abducere, factum Herculis circumstantijs exaggerat. nõ enim simpliciter ab eo canem abductum dicit, sed custodẽ tartareum, nec solutum, sed qui uinculis retinebatur, ad eius temeritatem augendam, nec duxisse placidè, sed traxisse, & quod magis etiam refert, à solio ipsius regis, atq; Dei. Hi dominam Ditis.] factum Thesei, & Pirithoi itidem exaggerat cùm à dignitate personæ, tum à loco, quod dominam suam: id est, regis uxorem, ex thalamo ipsius regis per uim capere conati sunt: nam ita sunt iungẽda uerba, dominam meã, ex thalamo Ditis. nam Charon Orci satelles dicitur. Horat. lib. 2. Carm.

—nec satelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus.

B

Quod uerò ait adorti, uim illatam intellige.

LAMB. Ergo iter.] Vlyssi Homerico, misso Elpenore, statim mater obuiat: quam tamen haud prius accedere committit, quàm uatem Tiresiam conuenisset. Aeneas, quia ad Elysios properat, à Sibylla, relicto Palinuro, ad Stygem rectà deducitur. Iter incœptum.] Pergunt ire ad amnem, qui traijciendus ipsis erat. Fluuio.] Stygi. Nauita.] Charon.

Hort. Hunc poëtæ fabulantur portitorem apud inferos esse, qui accepto naulo, triente manes transportet, & in ripam ulteriorem exponat. Et quoniam persuasum erat, neminem transuehi, nisi illius cymba, posse, Charontis cymba in prouerbium abijt, pro sepulchro & morte. Charontis item ianua, de imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Antiquitùs ita una ex carceris ianuis appellabatur, per quam damnati iudicum sententijs ad supplicium educebantur. Macedones, τὸν χάρωνα leonem uocant. Hinc Lycoph. χάρωνα ὠμηστὴν nuncupat. Porrò χάρων apud Aristophanem in Pluto, pro morte usurpatur. ὁ δὲ χάρων τὸ σύμβολον δίδωσιν, Charon symbolum dat: pro eo quod est, morieris. Hinc & illud quod à Suida refertur, παρὰ χάρωνος [illegible] καὶ κηρύγματα, à Charõte cognosces & præconia. Videtur Charõ dictus ἀπὸ τοῦ χαίρειν, gaudeo, antiphrasticè, ut pleraq; alia nominat: acrũm apud inferos, sicut Eumenides, Parcæ, & similia: quòd prorsus non gaudeat is, qui uel moriatur,

C

uel

A uel ad inferos descendat. Caeterùm fuerunt in uita humanus plures Charontes. Charon Lampsacenus proditur historicus fuisse, qui sub primo Dareio floruit, filius Pythoclis. Hic scripsit Aethiopica & Persica libris duobus, quatuor libros rerum Graecanicarum, duos libros de Lampsaco, Libyca item, Terminos Lampsacenorum libris quatuor, Prytanes siue principes Lacedaemoniensium edidit & Chronica: conditiones urbium libris duobus, Cretica tribus: praeterea leges à Minoë latas, nauigationem postremò ultra Herculis columnas. Claruit alius Charon Carthaginensis, qui uolumen scripsit de tyrannis qui in Europa & Asia extitêre: ad haec uitas illustrium uirorum libris quatuor, & totidem illustrium mulierum. Charon Naucratites non incelebris historicus post hos fuit. ab hoc proditi memoriae sunt sacerdotes Alexandrinorũ & Aegyptiorum, eaq; quae à singulis gesta sunt: item & reges, qui ab initio in unaquaq; gente fuêre: tum autem & Naucratei, atq; alia quaedam rerum Aegyptiacarum. Tacitum.] ipsos tacitos, & silentiò accedere: Hypallage, uel quòd in eo nemore nullus uolucrum cantus, nullus garritus auium audiatur. Stygia.] Hanc quoq; fabulantur
B unam filiarum Oceani, fuisse quam Iupiter maximũ deorum iusiurandũ esse uoluit. Pedemq;.] Periphrasis uerbi Appropinquare: ut in eo statim sequitur. Aggreditur dictis, pro alloquitur. Increpat ultrò] hoc est, non rogatus. expolitio synonyma. Increpare autem propriè est, strepitum reddere quacunq; ratione: ut, tuba increpuit terribilem sonitum, & sonus increpuit, ab salute: crepuerunt fores à Glycerio: increpuêre arma: ἐπεκρότησε, ἐπεβόμβησε: metaphoricè, immani sono reprehendere. ἐπιτιμᾶν, incusare. Quisquis es.] Propositio interrogationis. Quur huc uenis? hinc absiste. Terret ab incolis earum regionum, ab impio, & exemplis. Noctisq; soporae.] soporiferae, quae soporem adfert. Nefas.] Ab illicito. Nefas erat, iura manum facto uiolare: unde poenas numerat eorum, qui Plutonis iura uiolarunt. Simul exaggerat exempla impietatis. Nec uerò Alciden.] Ab exemplo Herculis, qui ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: id est, à uirtute, Ἀλκείδης dictus fuit: uel ab auo suo Alcaeo, ut alij opinantur. Etsi suprà satis explicata sit historia, unde fabulandi materia poëtis pullularit: annotandum tamen hoc loco duxi, quod in Graecorum commentarijs de Herculis ad inferos de-
C scensu fabuloso refertur. Eurystheus, perpurgato Augei stabulo, confectaq; hydra Lernaea, undecimum certamen Herculi obiecit, Cerberum uidelicet ab inferis abducendum. Habuisse dicitur hic capita tria, ac draconis caudam. Huc iter adornaturus profectus Eleusinem ad Eumolpum est, ut uidelicet ab eo ibi sacris initiaretur. Ea tempestate non erat fas hospites & peregrinos sacris initiare. Initiatus tamen fuit, postquam à caede Centaurorum ab Eumolpo expiatus esset, ob quam praesens mysterijs interesse non potuit. Inde in Taenarum Laconices promontorium profectus fuit, quae fauces sunt per quas descensus patêre creditur ad inferos: per has inferorum profunda petiuit. Vmbrae autem uiso Hercule, extra Meleagrum & Medusam, extemplò fugam faciunt. inde in Gorgoniam intrepidè illatus, gladium in eam tanquam uiuam strinxit. Admonetur à Mercurio, inane esse simulachrum. Propius hinc progressus ad inferorum uestibulum, Theseum ibi sedentem in sella immobili ac petra excitauit, euellitq;. Quod ipsum erga Pirithoum facere adortus fuit. Sed terraemotu cùm conatum fru-

straretur, non ualuit. Deuoluit ibi Ascalaphi saxum. Volens itaque his umbris sanguinem bibendum praebere, unam ex Plutonis bobus ibi mactauit. Atque ad istum modum Cerberum abduxit. Eius reditum sequuta fuit mox caedes Lyci tyranni. Thesea.] Suprà fabulam de Theseo & Pirithoo retuli: de quibus Apollonius lib. 1. Argonaut.

> θησέα δ' ὃς περὶ πάντας Ἐρεχθεΐδας ἐκέκαστο, "
> ταιναρίην ἀίδηλος ὑπὸ χθόνα δεσμὸς ἔρυκε "
> ἑσπόμενον καμάτοιο κλεινὸν Πειρίθοον ἔσπω. "

Quem locum interpres enarrans, ὁ μὲν, inquit, ἐν ᾅδῃ, ὁ δὲ ἐν παραδείσῳ, οἱ ἐρωτικοὶ ἐπολέμησαν τῷ πλούτωνι καὶ ὁ μὲν θησεὺς τοῖς ἰδίοις ἔργοις, ἕτερον συμπράττοντα αὐτῷ τὸν πειρίθουν· ὁ δὲ πειρίθους τὴν περσεφόνην ἁρπάσαι βουλόμενος, ἀφαγνείας ἄχρι τὴν θησέα ἐκέλευσεν· καὶ δὴ δι' ἀμφοτέρων εἰς ᾅδου καταβάντες, καὶ ἐπιτυχεῖς πέτρας καθεζόμενοι, αὖθις ἀναστῆναι οὐκ ἠδυνήθησαν. ὕστερον δὲ καταβὰς ἐπὶ τὸν κέρβερον, τὸν μὲν θησέα ἀνέσωσε, ὡς μὴ ἐκόντα καταβάντα· τὸν δὲ πειρίθουν εἴασεν, ἵνα αὐτὸς τιμωρίαν ἰδίᾳ καταβάλλῃ. ἐπεὶ γὰρ κατὰ τῆς φύσεως οἱ διόσκουροι διὰ τὴν ἀδελφὴν, θησέως ὄντος ἐν ᾅδου, καὶ πορθήσαντες ἔλαβον αἰχμάλωτον αἴθραν θησέως μητέρα. Suprà docuimus calumniam Hygini, qui astruxit Poëtam pugnantia de Theseo scripsisse: quare illum locum eum extra dubium correcturum fuisse, si uita diutiùs fuisset superstes. Nam cùm eum numerat inter illos qui ab inferis ad superos emicuerint, non dicit quidem eum redijsse, sed multorum heroum conatum ostendit tantum, quibus minus licere, quàm sibi, debebat. Esto non fuerit exemplum Thesei, per occupationem adductum, aequè efficax: sed tamen non tam solicitum eum habuit reditus, quàm descensus. Est & alia fabula huic diuersa, quae refertur, Theseum amici liberandi causa descendisse, sed spe destitutum poenas impietatis luisse. Itaque uerisimile est Poëtam studio uarietatem fabulosae uetustatis exprimere uoluisse: id quod in multis alijs eum factitasse constat. Plutarchus in uita Thesei author est, duarum maximarum urbium, Romae & Athenarum, conditores spurios fuisse quidem, qui tamen armis & uirtutibus suis clarissimi euaserint: quare Dijs geniti existimati fuerunt. Ad hos accessit Hercules, in cuius templum spurios inferre mos tenebat. Sed & Pirithous non Ixionis, sed Iouis fuit filius, Phlegiae nepos. Neque uerò apud ueteres ignominiosum fuit nothi nomen, praecipuè cùm praeclaris factis illustraretur. Testatur id Agamemnon Homericus, cùm Teucrum laudat, καί σε νόθον περ ἐόντα κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. Iam uerò, quod ad fabulam Pirithoi, tradunt Iouem se, cùm Diam Ixionis coniugem adamaret, in equum transformasse: ac circum eam saltitantem, puellae pudicitiam tentasse. unde παρὰ τὸ περιθεῖν, Pirithous dictus fuit infans. Quoniam autem Theseus multis claris uiris in certaminibus adfuit auxilio, ut Meleagro in conficiendo apro, Pirithoo contra Centauros, Herculi aduersus Amazonas, è quibus nullum tulit praemium, in paroemiam cessit, οὐκ ἄνευ θησέως, non sine Theseo: cùm significamus, aliquod negotium alieno auxilio confici: aut eorum omnium esse quandam cõmunionem & societatem: aut facinus aliquod alieno nomine celebrari, alterius tamen opera potissimùm peractũ. θησεῖον, asylum erat Athenis, Theseo dedicatũ ad eius tumulum, quem posterior aetas tanti uiri mota uirtutibus, magnis honoribus prosequuta est. Nam & mortuum sacrificijs

quibus-

quibusdam celebrarunt. Illud obiter adijciendum duxi, Theseum Cretensium regem à Suida dici. Fuit & Theseus alius quidam historicus, qui libris quinq; uitas illustrium uirorum descripsit: tribus, res Corinthiacas complexus fuit. Tartareum.] *Periphrasis: Cerberum.*

Regis.] *Plutonis.* Dominã.] *Proserpinã.* Ditis.] *Plutonis hoc est, inferorum regmam. Respexit haud dubiè Poëta ad δεσποιναν illam Arcadicam, quam Arcades adserunt Neptuni filiam fuisse. Multi Cereris cognomentũ esse uolunt quidem, sed quod & Proserpinæ tribuatur.* Amphrysia.] *Periphrasis Sibyllæ. Amphrysus, fluuius est Thessaliæ, secundum quẽ Apollo fertur pauisse pecus Admeti: à quo ipse Amphrysius appellatur. Lucan.*

—— *& flumine puro* A
Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

In Pyrrha, inquit Plin. flumen, quod Amphrysus uocatur, steriles facit. uerùm hoc in Phrygia est, ab illo diuersum. Vergilius in Georgicis:

—— *& te memorande canemus*
Pastor ab Amphryso. ——

Apollinem significans. Hinc Amphrysiacus, a, um. Papinius:

—— *Amphrysiaca pastor de gramine carpsi.*

Est & urbis in Phocide nomen, & item Bœotiæ. Quidam etiam Ambrysium, per b scribunt, teste scholiaste Apollonij Rhodij.

ARGVMENTVM.

Sibylla Charonti respondet, illiusq; obiecta refellens omnem uiolentiæ suspicionem remouet, deinde quamobrem huc uenerit Aeneas planum facit, ramum aureum illi ostendit: quo uiso muneris pulchritudinem admiratus Charon, puppim ripæ aduertit, & Sibyllam, Aeneamq; simul trans flumen traijcit.

NASC.

Nullæ hîc insidiæ tales, absiste moueri:
Nec uim tela ferunt, licet ingens ianitor antro
Aeternùm latrans exangues terreat umbras:
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Aeneas, pietate insignis & armis,
At genitorem, imas Erebi descendit ad umbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,
† At ramum hunc (aperit ramũ, qui ueste latebat)
Agnoscas tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his. ille admirans uenerabile donum
Fatalis uirgæ, longo pòst tempore uisum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatq; foros, simul accipit alueo
Ingentem Aeneam: gemuit sub pondere cymba
Sutilis & multam accepit rimosa paludem.
Tandẽ trans fluuium incolumes: uatẽq; uirumq;
Informi limo, glaucaq; exponit in ulua.

† ual. Ad

NVLLÆ hic insidiæ tales.] *partes, quæ erant Aeneæ, Sibyllæ dantur: nam interrogatur Aeneas, Sibylla respõdet. ita aptius fuit, sicq; negocij τὸ πρέπον requirebat, ut quæ maioris esset grauitatis, loquendi etiam partes susciperet: nam cũ Sibyllæ uerbis maior quàm Aeneæ fides adhiberi deberet, fiebat etiam, ut Charon pacatiore animo, quæ ab ea dicerentur, auditurus esset. hac igitur diuisione potissimùm utitur, ut Charontis primum obiecta refellat, deinde profectionis Aeneæ ad inferos causam exponat. Sanè optima hæc disponendæ orationis ratio fuit, ut ab obiectorum confutatione auspicaretur: nam cùm obiecisset Charon, quæ Hercules, & alij fecerant, eademq; insidiarũ suspicione agitaretur, obiecta priùs refellenda, omnisq; illius auertenda suspicio fuerat, quàm sui aduentus causam exponeret. quod si aliter fecisset, auditorem utiq; perpetuò aduersarium habuisset. eodem ordine dicendo Ilioneus utitur Aeneid. 1.*

» *Non nos aut ferro Libycos populare penates*
» *Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas.*

Absiste moueri.] *absistere cum infinito pro desinere. ita quoq; in oct. Aeneid.*

» —— *absiste precando*
» *Viribus indubitare tuis.*

Nec uim tela ferunt.] *ad illud breuiter respondet:*

» *Quisquis es armatus qui nostra ad limina tendis,*
» *Fare age quid uenias.*

Licet ingens ianitor antro.] *q. d. non huc uenimus, ut uel Cerberum, aut Proserpinam dominam tuam abduceremus, & ad illud respondet:*

» *Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit:* B

Casta licet patrui.] *ad illud*

» *Hi dominam Ditis thalamo.*

Seruet limẽ patrui.] *συνεκδοχικῶς domum custodiat Plutonis fratris Iouis: ex quo ipsa nata est. Terent. in Eunuch.*

» *Solus Sannio seruat domum.*

Troius Aeneas.] *causam profectionis edocet, non absq; commendatione Aeneæ cùm à pietate, tum ex armorum, reiq; militaris peritia.* Imas Erebi descẽdit ad umbras.] *hic eorũ sedes Seruius esse affirmat, qui rectè uixerũt & profectò uidetur aliquid dicere. nam si Erebum idem, quod Tartarus esse dicamus,* C *de Anchise haud rectè sentire Sibylla uidebitur, quod absurdum est. nam in Tartaro scelesti puniuntur, &, ut ex Platone ostendimus, inde regredi posse nemini datur. sed uelim mihi Seruius, alijq; interpretes dicant, ubi'nam legerint Erebum locum esse ijs, qui piè uixerint, constitutum. Plato, cuius auctoritas hac in re irrefragabilis esse debet, Erebum impiorum esse locum ijs uerbis ostendit in Axiocho, etsi quidam Platonis esse negant. at illi, quibus per scelera uita fuerit turpiter peracta, per Tartarũ à furijs ad Erebum, chaosq; rapiuntur: ubi impiorum est locus, &c. igitur συνεκδοχικῶς à parte totum intelligendum est, ut sit sensus, tanta erga patrem pietate Aeneam adductum fuisse, ut illius ergò ad inferos descenderit, ita quoq; infrà Erebum pro toto inferorum loco posuit:*

» —— *illius ergò*
» *Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.*

Si te nulla mouet tãtæ pietatis imago.] *quia dixerat Charõ, Herculi, & alijs propter diuinitatẽ inferos patuisse, Sibylla huic parti respondens, nullã quidem diuinitatis*

A nitatis Aeneae mentionem facit, sed hunc summae illius erga patrem pietatis effectum obiecit, quae in hominem cadere non potest: ut inde quoque Aeneam ex Deo genitum esse tacitus colligere posset. neque igitur si te tanta pietas non mouet, quasi dicat, quae te mouere, satisq; diuinitatis illius sibi fidem facere deberet, sequitur: At ramum hunc agnoscas.] Ramus aureus (uti iam dictum est) sapientiam, summamq; illam prudentiam significat: quae in homine perfecto, omnibusq; uirtutibus cumulatiss. tantum exsistit, ad quam illi solùm peruenire posse uidentur, quos supra Poëta recensuit:

» ——pauci, quos aequus amauit
» Iuppiter, aut ardens euexit ad aethera uirtus,
» Dijs geniti potuêre.——

Cùm igitur Sibylla hoc immensae pietatis indicium diuinitatis Aeneae apud Charonta fidem facere non posse uideat, ramum illi ostendit aureum, ut à signo probet eum Dijs amicum esse, ob'q; suas uirtutes eò dignitatis, diuinitatisq; fastigium euectum fuisse, ut ipse quoq; inferos adire, & ad superos redire possit. Ramum hunc.] Aeneae. nam sequitur: Aperit Ramum.] ramum retegit,
B & ostendit, ut in 1. Aeneid.

» ——his unda dehiscens
» Terram inter fluctus aperit.

Qui ueste latebat.] Aeneae. Nec plura his.] inde nihil dicta fuerūt, scilicet neq; à Charōte, neq; à Sibylla. Fatalis uirgae.] Quae fato debebatur Aeneae: ut enim Sibylla dixerat:

» ——namq; ipse uolens, facilisq; sequetur,
» Si te fata uocant.

Longo post tempore uisum.] nam paucissimi sunt, qui eum assequūtur. Laxatq; foros.] ea nota animorū turba spatium in cymba quasi laxabatur, locusq; fiebat amplior ad Sibyllam, & Aeneam recipiendum. Simul accipit alueo.] alueo cymbae, non fluminis, ut Seruius perperam sensit. Propertius:

» Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina,
» Portabat sanctos alueus ille uiros.

Ingentē Aeneam.] sunt, q Ingentem ad animum Aeneae referant: quibus ita assentior, ut ei parùm contra dicerem, si quis ad corporis magnitudinem, grauitatem'q; comparatione cymbae referendam contenderet. nam se
C quitur:

——gemuit sub pondere cymba
Sutilis.

Rimosa.] fabulae ferunt iunceam esse Charontis cymbam.

LAMB. Hort. Nullae.] Respondet ad exēpla impietatis posterius enumerata, ut priùs quàm ad priora reddat, periculorum securum faciat, & metum iniuriae animo eximat. Nec uim.] Reddit ad id, quod armorum mentionem iniecerat: ut à ferro suspicionem periculi excutiat. Suprà retuli, quamobrem Vlysses Homericus, ac post eum Aeneas, strictum ferrum, ad inferos descendens, umbris obtendat: quod daemones ferri aciem formidare credantur. adeoq; Poëtam nostrum ex Platonicorum doctrina, Homerum in ea re imitatum. Tela.] gladius strictus. Ianitor.] Cerberus, canis triceps. Aeternum.] per enallagē partium dixit, pro aeternè: aduerbium nomine commutatum. Patrui.] Plutonis. Limen.] domū: synecdoche. Proserpina.] κόρη & Δήμητρ. Iouis haec & Cereris filia fuisse creditur. Proserpina, à Graecis φερσεφόνη, Latinis à proserpere dicta existimatur. (est enim eadem quae Luna) quod modò in dextrā, modò in sinistram uagetur. Eadem & Dictynna, Diana, Hecate, Triuia, Noctiluca, Libera, Lucina, & Pergaea, sed diuersis rationib. appellatur. Caeterùm ex Cerere & Ioue prognata fuit. cùm Siciliam Pluto eius patruus perlustraret, in Ennaeis campis oppressam, flores legentē cum Sirenibus & Cyane nympha rapuit, & ad inferos abduxit. Diu quaesitam in montib. cùm filiā Ceres non inueniret, indicio Ascalaphi comperit à Plutone raptam: Iouem precata ut restitueretur, responsum tulit, posse quidē id fieri, si apud inferos nihil gustasset. Verùm illā cùm cōstaret aliquot mali punici grana in campis Elysijs esitasse, de reditu ad superos desperatum fuit. Obtinuit tamen Ceres à Ioue, ut senos apud superos, & totidem apud inferos, apud Plutonem, menses uersaretur: propter Lunae crescentis decrescentisq; naturā. Raptū Proserpinae Claudianus poëta libris tribus descripsit. Ouid. 4. Fastor. & Cicero historiam eandem grauiter ac disertè simul & cōpendiò complexus est, lib. 6. Action. Verrinarum, cuius uerba non grauabor adscribere, quod ad illustrandam uel fabulam uel historiā uehementer conducāt. Vetus est haec opinio, inquit, quae constat ex antiquissimis Graecorum literis atq; monumentis, insulam Siciliam totam esse Liberae consecratam. Hoc cùm caeterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atq; innatum esse uideatur. Nam & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primùm repertas esse arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam uocant, ex Ennensium nemore: qui locus, quòd in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. Quam cùm inuestigare & conquirere Ceres uellet, dicitur inflammasse taedas ex ijs ignibus, qui ex Aetnae uertice erumpūt: quas sibi, cùm ipsa praeferret, orbem omnium peragrasse terrarum. Enna autem, ubi ea quae dico, gesta memorantur, est loco praecelso atq; edito: quo in summo est aequata agri planities, & aquae perennes. Tota uerò omni aditu circumcisa atque directa est: quam circa lacus lucīq; sunt plurimi, & laetissimi flores omni tempore anni: locus ut ipse raptum illum uirginis, quem iam à pueris accepimus, declarare uideatur. Etenim propter est spelunca quaedam, conuersa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru exstitisse, abreptamq; ex eo loco uirginem secum asportasse, & subitò non longè à Syracusis penetrasse sub terras, lacumq; in eo loco repentè exstitisse, ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt, celeberrimo uirorum mulierumq; conuentu. Propter huius opinionis uetustatem, quòd eorum in his locis uestigia ac propè incunabula reperiuntur deorum, mira quaedam tota Sicilia priuatim ac publicè religio est Cereris Ennensis. Etenim multa saepè prodigia eius uim numenq; declarant: multis saepe in difficillimis auxilium praesens eius oblatum est, ut haec insula ab ea nō solùm diligi, sed etiam incoli custodirīq; uideatur. Non solùm Siculi, uerumetiam caeterae gentes nationesq; Ennensem Cererem maximè colunt. Haec Cicero. Idem testatur, Cereri in eo errore, cùm filiam quaereret, ob monstratas allatasq; fruges ab Atheniensibus sacra fuisse instituta. In sacra huius deae nefas erat uinum inferre. Propius autem uerò est, id quod chronici produnt, Proserpinam Sicani regis filiam fuisse, & ab Orco rege Molossorum, regnante Athenis Eleusio, (à quo Eleusinia sacra Cereri instituta fuēre) raptam. Qua iniuria adacta, frumenta in

illius inuidiam succendit, obrutisq; repertum semen Triptolemo, ut utilissimum inuentum inter mortales uulgaretur. Cæterùm sunt, qui hanc Proserpinam eandem esse credant, cum ea quam Romani Bonam Deam nominabant: & ueteres Faunam & Sentam dixerunt: fuisse tam pudicam, ut nullus uir eam in uita postea uiderit, præter maritum: sed ne nomen quidem eius audierit. Quare in operto illi sacrificatum, & quidem à mulieribus tantum. Porca ob id ei sacrificabatur, quod id animal segetes, à Cerere mortalibus donatas, depastum esset. Repudianda hic eorum sententia est, qui Proserpinam candē esse contendunt, quæ Atheniensibus Corytto, seu Cotys fuerit: turpium uidelicet rerum præses, aduersus cuius sacra peruigilationesq; nocturnas Eupolis Baptas comœdias scripsit, in quibus illa uexabantur, agitabantur. Ex Coryttijs & Bendidijs Thracum sacris, Orphica sumpserunt originem. Proserpinam dictam uolunt, quasi segetem è terra proserpentem: eandem & Hecaten, ἀπὸ τοῦ ἑκατὸν, centum, quod cum fœnore centuplum fructum terra effundat. Pietate.] Causa descensus à pio. Etenim, quid magis pium humano iudicio in uita, secundum Deum ducendum est, quàm parentes inuisendi causa, in inferiora terræ descendere: hoc est, infinitos labores suscipere, & mille pericula adire? Erebi.] Inferorum. Et ut difficultatem descensus amplificet, addit imas, quasi in penitiorem erebi recessum, ubi Elysij esse creduntur campi. Erebus, [illegible], tenebræ, caligo, nox, σκότος, ζόφος, νύξ. [illegible], & [illegible], obscurus. Hinc, [illegible], apud Homerum. Itaq; apte uocabulo is locus erebus appellatur, quem radij solares non adumbrant, ad quam ueræ lucis cognitio nunquam peruenit, & à Christo τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον appellatur. Si te nulla.] Suprà de ramo quid sentiant philosophi, leuiter annotauimus. Aliud hic pietatis argumentum in deos Charonti proponit, quo agnito, nihil est quod uereatur amplius. Aperit.] asterologia. Et operit dixit, pro detegit Sibylla ramum, qui sub ueste ducis Troiani occultatus fuit. Cæterùm totus hic locus nihil aliud signare uidetur, quàm ut qui se dedunt contemplationi rerum diuinarum, à dolo ac omni iniuria alieni esse debeant. Non enim, ut tres illi heroēs, ad uim faciendam, sed patris inuisendi causa, Aeneas uenerat: hoc est, ad philosophandum de rebus diuinis. quo inde aduersus mundum, carnem & uitia armatus instructusq; esset. Aperit ramum sub ueste occultatum, detegit sapientis animum: quo intelligitur destinatus scopus, ad quem nemo citra sapientiam & prædestinationem Dei peruenit. Atque hanc ob causam uirgam fatalem nuncupat. Hen.] adiicit. Fatalis.] aurei rami, qui nulli contingit, nisi his quibus Deus largitur. Est autem donum Dei sapientiæ, & spiritus, qui quibuslibet non contingit, sed electis tantùm, & fato, hoc est prouidentia destinatis. A Atque ita arbitror allegoricè hunc locum explicari posse. Verùm nimia ἀκριβολογία ridiculum fortasse fuerit, & ineptum. Longo pōst.] tandem semel post multos annos conspectum. nam nulli datur, nisi fato prædestinatis. Indicat quàm paucissimis donari, & malorum hominum illo penetrantium uberem messem esse.

Cæruleam.] Cæruleus color, id est qui cæsius, Græcis γλαυκὸς, ex albo & uiridi commistus, in flauum tendens. Cuiusmodi color est foliorum salicis aridorum & cadentium. Idem Poëta in 8. Tybrim cæruleum & glaucum dicit, qui à cognato & affini colore ab Horat. flauus nuncupatur. Sed de cæruleo aliàs. Puppim.] nauem: synecdoche. Iuga.] sedilia. Sunt autem iuga, montium cacumina, ζυγοί, δαφοί. Ligna item, quibus boues coniunguntur: & iugum animantium dicimus. Metaphoricè, pro seruitute, ζυγός. Est & iugum, lignum cui textores telam inuoluunt. Et hostes uictis prælio, sub iugum mittebantur inermes. Erat lignum transuersum, duobus terræ fixis impositum. Iugum in uinea, ubi perticis fixis, aliæ super alias alligantur. Vocaturq; eodem uo- B cabulo ab Hispanis tantum terræ, quantum uno die arare possunt: nos iugerum uocamus. Iugum quoque est, lignum transuersum in libra, à quo lances dependent: & tabulæ nauium, in quibus remiges sedent, transtra dicta: in quo significatu hic accipiendum arbitramur.

Foros.] Tabulata nauium, uel loca in naui apertiora, inter quæ perambuletur. Fori Circensia etiam spectacula erant, hoc est, loca erectiora, in quibus spectabatur. Hinc foruli capsulæ seu armentariola librorum. Est & oppidi nomen. In agris, fori, modici sulci & oblongi.

Alueo.] Synæresis. Legitur & aluus, λογχίον, uasculum uimineum, uel cortex, quod aliquid propter concauitatem reponitur. Sed & locus, in quo apes mellificant: hac est; aluearia Venetè ananārium: & interior pars riparum, fluminum, quam unda stringit. Hic pro naui usurpatur. Festus author est, & alueum dici genere neutro. Hinc alueolus, & um, uas concauum, locus in quo ponunt pullos columbæ: tabula item latruncularia siue aleatoria.

Gemuit.] Metaphora, ab animali ad non animal, ab homine ad cymbam. Rutinosa.] rimas agens, hausit multam aquam palustrem: synecdoche, pars pro toto. C

Tandem.] Difficultatem in traijciendo concludit, & quidem eam cum periculo coniunctam: quare addit incolumes, uidelicet citra naufragium. Virumq;.] Aeneam & Sibyllam: polysyndeton. Glaucaq;.] quem colorem, authore Nigidio, dicimus à Latinis cæsium dictum, quasi cælium.

ARGVMENTVM.

Aeneas, & Sibylla à Charonte trans flumen expositi Cerberum personantem audiunt: cui etiam serpētes, quos pilorum loco in collo habet horrescere uideos, offam soporiferam Sibylla obijcit. qua correpta statim sopitur, ipsi progrediuntur, fluuiumq; irremeabilem ingenti celeritate pertranseunt.

NASC. CERBERVS hæc ingēs.] De Cerbero cane tetigit tantùm Poëta, quæ alij latiùs perscripserunt, atq; in primis Seneca in Herc(ule furēte): qui Cerberū depingēs sic scribit:

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui uates horrere uidens iam colla colubris,
Melle soporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit,

Post hæc auari Ditis apparet domus,
Hic sæuus umbras territat stygius canis
Qui

Fusus humi, totoq́ ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum, custode sepulto,
Euaditq́ celer ripam irremeabilis undæ.

A Qui terna uasto capita concutiens sono
Regnum tuetur sordidum.

Tabo caput lambunt colubræ: uiperis
Horrent uiba, longiusq́ torta sibilat
Cauda draco, par ita forma, &c.

Melle soporatã, & medicatis frugibus offam Obijcit.] *Pultem ex melle, frugibusq́ soporem inducentibus confectam. & in sententiam Varronis Poëta locutus fuisse uidetur, cùm ait frugibus: qui in 1. de Re rust. offæ conficiendæ rationem docens: Cibatui, inquit, offas positas hæ maximè glomerantur ex ficis. & farre mosto. Quod uerò addidit medicatis, ex medicamentis confectam designat soporiferis quod apertè demonstrat cùm soporatam ait. & impropriè locutus esse uidetur, pro qua soporandi uim habet. Sic etiam in 5. Aeneid.*

Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem
Vique soporatum stygia, &c.

Nam soporatus propriè dicitur, qui sopitus est, & quiescit. Plin. de nat. hist. lib. 10. aquatilia ipsa quiete cernuntur
B *placida, ceu soporata. & soporatus dolor, qui sopitus, & qui interquieuerat, Curtio dicitur.* Totoq́ ingẽs extenditur antro.] *Nõ poterat melius, nec breuius Cerberi magnitudinem corporis explicare, quàm cùm ait toto antro se illum extendisse: nam quæ immanitas corporis illius iudicari debet, qui extentus totum antrum occupat? ita quoq́ de Tityo inferius*

—per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur. Sic de Polyphemo in 3. Aeneid.
Monstrum horrendum, ingens, cui lumen ademptum,
Trunca manum pinus regit.

Custode sepulto.] *arctius dormiente. ut in 2. Aen.*
Inuadunt urbem somno, uinoq́ sepultam.

Euaditq́ celer ripam.] *Cocyti fluminis: nam prius Acheronta traiecerat. & est ex Platone in Axiocho: Aperientem, inquit, illa fluuius excipit Acheron: post quem Cocytus est. eos ubi quis traiecerit, ad Minoëm, & Rhadamanthum est accedere necesse. quamobrem Poëta in recensendis inferorum circulis paulò infrà iudicum meminit: de quibus antea ne uerbum quidem fecerat.*

C Irremeabilis undæ.] *quia animæ traiectæ semel Cocyto non reuehuntur amplius.*

LAMB. Hort. CERBERVS.] *Hesiodus hunc Cerberum πεντηκοντακέφαλον, ex Echidna & Typhaone natum in Theogon. canit:*

[illegible]

Quo loco Hesiodus hunc canem non τρικέφαλον: id est, tricipitem, uerùm πεντηκοντακέφαλον: hoc est, quinquaginta capitum appellat: attribuitq́ illi ferream uocem, horribilem eius latratum indicare uolens. Cerberum etymologici dictum putant, ὡς κρεῶν βορός, ἢ βορά: quòd consumat, uoretq́ carnes. Terra, omnium animantium bellua est, ut sic dicam, & disperdit quicquid in cibus humanis est. Vnde autem fabulæ nata materia est, cur Cerberus inferorum peruigil custos portis dictus sit, suprà in historia Thesei docuimus. Est & alia ratio. In Tænaro Laconiæ promontorio, per quod ad Ditis regnum persuasus fuit esse aditus, serpens fuit, cuius ueneno homines tacti interficiebantur. Hoc nomine canis Alexandri Epirotici dictus quoq́ fuit, qui cum leonibus in certamen descendit. Fabulæ prodiderunt, è spumis Cerberi canis aconitum gigni apud Heracleam Ponticam, ubi dicitur Hercules eum ab inferis extraxisse. Trifauci.] *è tribus faucibus emisso, hanc regionem implet. Et personat, transitiuè.* Aduerso.] *nam inferi superis & cœlestibus aduersantur: nisi quis simpliciter malit interpretari, ut significanter immanitatem belluæ intelligamus.* Antrum.] *ἄντρον. hoc Latini tanquam proprium & natiuum usurpant.* Horrere.] *Terribilia & hispida esse, atq́ aspera. Est & contremiscere. Variè se habet uerbum horreo: nam quod in acutum sua densitate admirationem inducit, id horrere dicitur: ut horrida barba. Tum ferreus hastis horret ager. Ennius: Horrescit telis exercitus asper utrinq́. Idem: Arma rigent, horrescunt tela. Idem in Scip. Sparsis hastis longis campus splendet & horret. Sed Homerus multò ante uerbo φρίσσειν in eo significatu usus est:*

[illegible]

Iliad. 13.

Horror pro ueneratione, & numinis plenus: ut, Arboribus suus horror inest. Soporatam.] *temperatam herbis ad inducendum somnum.* Frugibus.] *A materia, arte medica ex frugibus factam offam. Grammatici offam uocant, massam ex carnibus porcinis Lucanis confectam, quã facere ex medio intestino Romanæ mulieres à Lucanis didicerant. Hinc offa porcina, μάζα à Græcis appellatur, cibarium ex frustis panis, pingui iure & liquamine perfusis. Fiebat & ex frustis, caseo uetere, pipere & cinnamomo condita. Atq́ hæc caseata, illa uerò iussulata dicebatur. Significat item pultem, & quicquid pultis speciem habet. Conficiebantur etiam offæ, maximè glomeratæ ex ficis & farre musto. Vsurpatur item simpliciter pro massa. Quod si offa eadem est, quæ Græcis μάζα (id quod uidetur, cibi genus erat, ex simila tritici: quod in magnis deliciis fuisse, uel inde apparet, quòd uulgari ioco prouerbiali ἀπομαζᾶν illi dicebantur, qui apparatè splendidèq́ uiuerent: siue ob egregias mazas, siue quod has etiam aliquid lautius sumerent: ut μαζίσκη, à simili propè cibi genere. Mazza inter secundæ mensæ delicias à ueteribus recensebatur. Erant & mazæ quædam sacræ amphiphontes appellatæ, quas Dianæ Munychiæ offerebant. erat & Hygiea. erat maza pluribus usibus accommodata. Cæterùm offæ descriptio constat à materia, quæ soporem inducit. papauere, melle, & simila tritici. Quare statim addit, ea gustata, Cerberum in somnum solutum fuisse. Papauer suapte natura soporiferum est. Sed propriè melitutta dicebatur, quæ obijciebatur Cerbero: sicut obolum accipiebat Charon, & coronam, quæ significabant, uitæ labores iam positas esse.* Pande.] *aperiens in uastum hiatum.* Toto.] *Metalepsis uastitatem molis intelligit.* Occupat] *prior inuadit. indicat intrepidam celeritatem in inuadendo ulteriorem ripam, priusquam sopitus canis expergisceretur.* Sepultum.] *καταχωσθέντα. quasi dicas, profundè & altum stertentem.*

Euadit celer ripam.] *in ripa: hoc est, in ripã. Iam uerò*

uerò & uadum irremeabilem uocat, per quam reditus ad superos nulli patet, ut qui eò semel transmiserit, illi perpetuò ibi sit manendum: aut (ut uerius meo iudicio loquar) per alterutram portarum diuino permissu redeundum. Alios qui à morte uia irremeabilis est: uel ab inferis ad superos, uel contrà. A

ARGVMENTVM.

Loca apud inferos ultra flumen Cocytum, & Stygiam paludem, à quibus incolantur, planum facit quos nouem circulis scribendo complectitur. primus circulus animas infantium continet: alter eos, qui falsò damnati sunt mortis crimine: tertius, qui uitam perosi sibi ipsi mortem consciuerunt: quartus, qui amore capti perierunt: quintus uiros fortes: sextus sontes, scelestosq; homines, parricidas, patriæ proditores, aliosq; alijs scelerum generibus inquinatos complectitur: hisq; sedibus constituti sunt iudices, qui reos pro delicti ratione puniant: in septimo circulo animæ sunt beatorum. in octauo purgantur animæ: nonus uerò circulus purgatas animas recipit: quæ post mille annos Lethæum fluuium epotæ in alia transmittuntur corpora.

Continuò auditæ uoces, uagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis uitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxtà falso damnati crimine mortis.
Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos urnam mouet: ille silentum
Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethũ
Insontes peperêre manu, lucemq; perosi
Proiecêre animas: quàm uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:
†Fata obstant, tristisq; palus *innabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
Nec procul hinc partem fusi mõstrantur in omnẽ
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit;
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.

†al. Fas obstat
*al. inamabilis

NASC. CONTINVO'] tota hæc circulorum, seu sedium infernaliũ ratio ex decimo Platonis de Repub. dialogo, licet multa excipiantur ex Hom. Odyss. λ. sumpta esse uidetur: ubi ordine exponit, quæ Erus quidam Armenius, genere Pamphylius se apud inferos uidisse retulerat, qui in bello occisus, domumq; suam delatus, ut sepeliretur, duodecimo ab obitu die pyræ impositus, reuixerat. Sed ut hæc de circulis inferorum doctrina apertiùs intelligi possit, meminisse oportet, quæ à nobis in superioribus dicta fuerunt, Poëtam ita de inferis uerba facere, ut eodem tempore duplicem antiquorũ opinionem sequi uideatur: & eorum qui nullibi, quàm in hac uita: id est, in ipso homine inferos esse statuerunt: & qui post hanc uitam pijs, impijsq; hominibus cruciandis, præmioq; afficiendis locum assignarunt. nam quid aliud in hac tota circulorum descriptione, quàm de bonis, prauisq; hominibus agitur? per quos allegoricè uitia, uirtutesq; hauddubiè designantur: quæ diuersa ratione in diuersi generis, ætatis, gradus, æstimationisq; homines cadunt: quæ quantò maiora, aut minora sunt, eò magis, minusúe aut cruciantur ipsi, aut præmio afficiuntur, & ad maius, altiusq; gloriæ, immortalitatisq; fastigium euehuntur. hæc autem ita esse cùm ex his, quæ præcesserunt, tum ex his, quæ sequuntur, facilè intelligi potest. huc accedit Platonis auctoritas, qui uarijs in locis hæc, quæ de inferis dicuntur, non dissimili sententia interpretatur. Nam utriusque sexus, diuersæq; ætatis mortales morimur, principes, & pauperes, fortunati, infelices probi, atq; improbi quibus, quoniam diuersè uitã agimus, prauè, & honestè, ita quoq; par est diuersæ sedes, ac domicilia alijs honesta, atq; illustria, alijs obscura, tetra, pœnarum, uarijq; generis tormentorum referta parentur. Infantibus, quia propter ætatis imbecillitatem nihil præclarè gesserunt, inter sedes illas, seu circulos, ut in bello tyronibus, inferior datur locus. ijs altiori quodã gradu accedunt falsò damnati mortis crimine, unde gradatim alij sequuntur: quos Poëta recensel in textu: qui omnes iudicum, Rhadamanthi, Aeaci & Minois iudicati sententijs, pro ratione uitæ uel pœnis, uel præmijs afficiuntur diuersis praui uerò, & scelesti homines in Tartarum eâ lege truduntur, ut inde nunquam exeant, sed æternis supplicijs crucientur. B

uerùm in explanando cõtextu hæc suis locis meliùs, plenioŕq; declarabuntur. Continuò auditæ uoces, uagitus & ingẽs.] Hic inferorum locus primus quidẽ est ordine, sed infimus dignitate, ideo iure datur infantibus qui cùm uirtutis fuerint expertes, nullo dignitatis, honorisq; præmio digni uidebantur supplicia tamen non merebantur, quia uitiorum fuerunt exortes. Quamobrem Plato in decimo de Repub. dialogo exponens, quæ Erus de inferis retulerat, de his uerò, inquit, qui statim ac nati sunt, decessêre, aut breue tempus uixêre, quædam parum digna memoria recensebat. adde etiam quod primus locus, primumq; inferorum limen iure illis per similitudinem debetur, qui naturæ, atque uitæ primum quasi limen attigerunt. Exortes uitæ.] mouet commiseC rationem ex aduersa infantium fortuna, sorteq; infelici, quibus tantum datum fuit, ut uiam naturæ inirent, non autem, ut alij, conficere possent. quasi extra sortem uitæ fuerint, cum alijs sortitò uita contingat. Ouid. Metam. 3.

Iamq; breuis uitæ spatium sortita iuuentus.

Et ab ubere raptos.] auget commiserationem à tristi eorũ fortuna. Atra dies.] illis ita infausta, ut atro calculo digna esse uideretur: nã dies infausti, tristiq; omine infames nigro ueteribus lapillo signabantur, quò haud dubiè allusit Poëta. Hos iuxta falsò damnati.] cur falsò damnatis iuxtà infantes detur locus, causam nullam reperio, nisi fortè quemadmodum infantes absq; crimine sunt, sic hi falsa criminis causa damnati perierunt. quasi & ipsi fuerint criminum expertes. Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.] non carent hæ sedes iudicio, atq; iudice. & rectè sedes numero multitudinis dixit, ut intelligatur omnes, qui in his inferorum sedibus positi sunt, à secũda ad sextum usq; circulum, iudicio esse obnoxios, quod uel Plato ipse admonet in Gorgia. non enim

infantes

A *infantes criminis, ac prope iam uitæ exortes interrogari à iudicibus inferorum possint.* Quæsitor Minos urnam mouet.] *hæc omnia ex Platonis dogmate tractantur. nam licet tres sint iudices Minos, Aeacus, & Rhadamanthus. Minos tamen præcipuus est, qui, si quid alijs duobus ambiguum accidit, dijudicat, & considerans, ut inquit Plato loco proximè citato, sed & solus aureum habens in manibus sceptrum, de quo Homer. sub persona Vlyssis Odyss. 11 sic ait:*

» *Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,*
» *χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσιν.*

Ideóque eum Virgilius quæsitorem *appellat, alludens ad morem Rom. qui prætorem, seu iudicem quæstionis* quæsitorem *uocabant. hic pro tribunali solus sedebat (ut inquit Asconius) iudices uerò, quorum nomina ipse forte ex urna trahebat, in subsellijs: quam cõsuetudinem designans Poëta ait:* Vrnam mouet.] *Hanc Græci* κάλπιν, *Latini* sitellam *alio nomine uocant. Plautus in Casina:*

» Conijciam sortes in sitellam, & sortiar.

Ille silentum.] *Animarum silent, non loquuntur iudicium expectantes.* Concilium.] *perstat in allusione*
B *Romanæ consuetudinis: quæ, ubi causæ agebantur, conueniebãt omnes.* Vitasque & crimina discit.] *Ex Platone in Gorg. ut suo loco docebimus. idem ferè in Axiocho repetit: ubi ait ad Minoëm, & Rhadamanthum accedere oportet. uocant hunc campum ueritatis: in eóque iudices sedent, recognoscentes eorum, qui aduenerint, uniuscuiusque uitam, & qua quisque ratione corpus inhabitans ætatem peregerit, non me latet quatuor uitas cum suis contrarijs à Platone tractari in quinto dialogo de leg. uel legumlat. ad quarum rationem quibusdam fortasse allusisse Poëta uidebitur, quia* vitas, *non numero multitudinis dixit: sed hoc ad rem, meo quidem iudicio, non facit. nam Plato illic uitas hominum tales depingit, quales illis conuenit, qui rempub. optimè gerere possint: hic uerò aliter contingit.* Proxima deinde tenẽt mœsti loca.] *Tertij circuli descriptio est: in quo habitant, qui sibi mortem consciuerint: quos ideirco mœstos uocat, quia eos graue supplicium manet. non enim decet de statione uitæ decedere priùs (ut inquit Plato in Phædone) quàm iusserit Deus, qui in corpus nostrum animam sparsit. adeat Macrob. in 1. de Som. cap. 13. Sed & aptè sanè*
C *datur his locus consciscentibus sibi necem, ut ex* ἀντιθέτου *superiori respondeat: nam illi ui occiduntur, hi spontè sibi necem inferunt. adeas omnino Macrob. in 1. de Somn. Scip cap. 13. qui doctè admodum super hac re disputat. utrum homini inferre sibi mortem liceat.*

Lucemque perosi.] *Figuratè, ut ignauiam pertæsus de Cæsare apud Suetõ. Trãquil.* Proiecêre animas.] *Quasi rem tantam nihili pẽderent. Græci* τὰ ὅλα *dicunt. quamobrem iure merito optant, quod assequi non possunt. Sequitur enim:* Quàm uellẽt æthere in alto.] *Propter grauitatem suppliciorum, quæ patiũtur. nam uti eorum cadauera graui pœna multabantur, cùm aut minimè sepelirentur, aut igni non comburerentur, sicuti de Aiace Thelamonio legitur, cuius corpus humi à Græcis depositum est iubente ita Calchante, quoniam impium uidebatur, ut igni daretur, qui sibi ipse mortem consciuisset, sic multo maiori apud inferos supplicio eorum animæ cruciabantur.* Aethere in alto.] *Præ inferis: id est, respectu inferorum, qui longè sunt nobis inferiores.*

Fata obstant.] *νόμος τῶν ἀνθρώπων. nam sic nobis iure naturæ, quod hic fatum seu fas appellat Poëta (nam multi,* fas obstat, *legũt) uita data est, ut qui semel hinc migrauerit, redire huc amplius non possit.* Tristique palus innabilis unda.] *Varij codices hunc uersum uarii legunt, quos consultò prætereo, ne aliorum lucernas lingere uidear. Sed casta mihi uidetur lectio,* innabilis *sic enim duplici cõditione detestatur* palus, *quòd irremeabilis, & quòd tristis est: nam & Homerus* στυγνήν *appellat. probo etiam* inamabilis: *nam ratio additur,* tristi vnda.

Nec procul hinc.] *Quarti circuli descriptionem aggreditur, in quo existunt, qui amore perierunt. & sanè superiori circulo ualde congruere uidetur hic circulus: nã in illo mœsti affliguntur: in hoc assiduis curis affecti miserrimè uexantur. nam proximè dicetur:*

——curæ non ipsa in morte relinquunt.

Fusi monstrantur in omnem.] *Latitudine cãpi multitudinem amantium, eorumque, in quibus libido dominatur, ostendit. ubi enim magnitudine loci opus est, ubi numerus hominum ingens existit.* Lugentes campi.] *ex Platone in dialogo de iusto.* Hic, quos durus amor.] *Communiter hic omnes amãtes complectitur, mox seperatim quosdam recensiturus, qui propter amorem uel tabe consumpti, uel sibi uim inferentes occubuerunt.*

Durus amor.] *perpessu difficilis.* Peredit.] *tractũ ab igne, unde illud est:*

——*est mollis flamma medullas.* «

Secreti celant calles.] *τὸ κρυπτὸν amantium: qui nõ palàm, sed occultè in callibus ad hoc maximè aptis amicas suas alloquuntur, suosque illis amores proferunt: uel ad domos meretricum alludit, quæ in callibus, & angiportubus habitare solent. Horat. 1. Carm.*

Inuicem mœchos anus arrogantes «
Flebis, in solo leuis angiportu. «

Et myrtea circum Sylua regit.] *aptè* myrtea sylua *dicit: nam cùm amor ex Venere sit, congruè myrto teguntur, quæ Veneri dicata est.* Curæ non ipsa in morte relinquunt.] *πάθος à perpetuitate dolorum: nam cùm mors finis ærumnarum sit, ipsi ne post mortem quidem doloribus uacant.*

CONTINVO.] *Distinguit umbrarum apud inferos mãsiones & loca, in quibus pro uitæ ratione & meritis diuersa animorum genera discriminat. Neque ita uerò turbato confusóque ordine singula percurrit, ut Homerus, quem alicubi ad delectandum remorandúmque legentis animum hæreat. Prima regione, iusta ratione infantes, immatura morte è medio sublatos, in ipso limine collocat: quod in ipso limine uitæ statim, lucis dulcedine nondum gustata, decesserint. Id quod ipse mox perspicuè indicat, cum subijcit locum,* in limine primo. *His quoniam in uita cõsuetum est uagire, eundem quoque uagitum, tanquam studium aliquod, quo uiui delectantur, aut certè tenentur, hic attribuit.* Vagitus.] *Interpretatio. nam proprio uocabulo, quas uoces dicat, luculenter exprimit cum expolitione: animæ infantum flentes.* Quos dulcis.] *Pathos ab immatura morte: quòd priusquàm se uiuere norint, è medio tollantur. Itaque ergo, propter uitæ innocentiam, nullis pœnis cruciari finguntur.* Ab ubere.] *Videtur hoc prouerbiali specie dictum, pro, ab ipso statim infantia: perinde ut à lacte nutricis, à teneris, à primis annis, ab incunabulis, à teneris & primis unguiculis, & similia* παροιμιώδη *sæpe ab eruditis efferuntur.* Atra dies.] *mors, quasi tristis: sed ethnicis, & nõ credentibus, quibus animam simul*

LAMB. Hort.

cum corpore interire persuasum est. Funere.]morte è medio sustulit. Nam funus, exequiarum ceremonias significat, cadauer mortui hominis, ipsamq; adeò mortem.

Acerbo.]tristi, propter immaturitatem. Secus ille qui censuit, aptimum non nasci, aut certè quàm primùm mori.

Hos iuxtà.]Transitio ad secundam regionem, in qua collocat eos pari consilio, qui proximè ad infantum innocentiam accedunt, & uiolēta morte ante fatalem diem dānati, culpæ exortes perierunt. Addit hic obiter fabulam, poëtis de Minoë celebratam, qui sortitò sedes umbris tribuit, qui quæstionibus exercendis præfectus, de criminibus hominum in hac uita cognoscit, & sententijs iudicum suffragantium aut damnet, aut absoluat, aut amplius deliberandum sentiat. Hos iuxtà.]Hos proxime: anastrophe, & eclipsis. deest uerbum, uel audiui, uel uisi sunt, uel collocantur, uel sedem habent, uel simile uerbum.

Falso.]hoc est, falso intētato crimine insontes damnati fuerunt: cuius rei exempla omnibus seculis in nulla non gente, diligenter historias peruoluentibus inueniuntur.

Hæ sedes.]Non modò enumeratæ, uerumetiam quæ reliquæ sunt, ob diuersa delicta, damnatorum iudicum sententijs. Quamobrem, Sorte significanter addit. nam sortes, inter alia significata, pro iudicum suffragijs, uel ore editis, uel in urnam missis, eleganter accipiuntur. Sortes enim à iudicibus ducebantur, & quæ prima dica ex urna prodibat, prima iudicabatur. Tres iudices cognoscendorum criminum, propter insignem eorum iustitiam in hac uita, à poëtis finguntur, Aeacus, Rhadamanthus, & Minos. His apud inferos eam iudiciorum formam tribuit, quæ aliquando apud P.R. fuisset. Quæsitor.]quæstor: hoc est, quæstionibus exercendis præfectus Minos. Qui iudicio publico apud ueteres R. præerat, quæsitor dicebatur, à uerbo Quærere, quod est, legibus uindicare, & diligenter inquirendo rem singula discutere, hodie indoctum uulgus informationem sumere dicunt. Vnde quæstio, ipsa inquisitio iudicis, & iudicium publicum. Hinc prætor iudex quæstionis dicebatur. Proinde Minos quæsitor, prætor, idem & qui iudicijs publicis præerat, ut dixi. Martianus L. prima, ad L. Cornel. de sicarijs. Quiue magistratus iudexue quæstionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Statuunt (ut id obiter admoneamus) hanc differentiam inter quærere & inquirere, ut quærere iudicum sit, & magistratuum: inquirere uerò, quorumlibet. Ciceronis accusator fuit Verres, idem & inquisitor. Itaque Minoi ea omnia tribuit, quæ in iudicijs antiquitus obseruari consueuêre λαγχάνειν δίκας, apud Græcos dicebatur, quod apud Rom. sortes iudiciorum dare. Iudicibus ternæ sortes dabantur, his literis notatæ. C. A. NL. harum C condemnandi nota erat, A absoluendi aut ampliandi NL non liquere. In grauibus causis hæ tabellæ uel in cistam, uel in urnam mittebantur. Ab earum numero pendebat uel salus rei, uel capitis periculum. Hinc A litera salutaris à Cicerone appellatur: & C tristis erat, ut apud Græcos θ quasi θάνατος, ἢ θανάσιμον. Atque hæ quidem sententiæ, quia uoce non ferebantur, sed tabellis in urnam coniectis, tabellariæ dicebantur. Aliàs tabulæ duæ tantùm à prætore dabantur iudicibus, damnatoria & absolutoria, quibus suam sententiam inscribebāt. Oportebat enim uel absoluere reum, uel condemnare. Tertia postea ijs ignascebatur, quos aut fraude, aut errore ad signandum perpulsos constabat. Prætor iudicum concilium cogebat: qui ob id iudex quæstionis dicebatur. Hæc eo consilio latiùs prosequutus sum, A ut aliquantum lucis huic loco addatur, Minoëm Romanorum consuetudinem in iudicandis criminibus apud inferos seruare, à Poëta dici. Dat sortes: hoc est, tabellas ceratas: mittuntur in urnam: cognoscuntur, recognoscunturq; crimina: prætor iudicum concilium conuocat: intromittuntur hi in concilium: fit censendi potestas. Minos.] Etsi de Minoibus initio huius libri copiosa nobis fuit oratio, pauca hoc loco de eorum altero addenda sunt. Homer. lib. Odyss. 11. unde hic locus descriptus est, Minoëm aureo sceptro donat, & laudatissima munera illi apud inferos tribuit, Iouisq; uocat filium:

„ ἔνθ᾽ ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
„ χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν,
„ ἥμενον, οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα
„ ἥμενοι ἑσταότες, κατ᾽ εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.

Plato in libello qui Minos inscribitur, tradit item ab Homero laudatum fuisse inter omnes heroas, qui uirtutum laude præstantes fuerunt: de Creta, & eius urbibus loquens, quarum celeberrima fuit Cnossus, in qua Minos regnauit, Iouis consuetudine per nouem annos usus. hoc sibi uult, inquit, illud carmen Homericum: B

„ ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Id est, nouem annos regnauit, cum Ioue consuetus. Propterea, inquit, magna Homeri laus est, & supra quàm dici aut cogitari possit, in Minoëm, haud solum Iouis fuisse filium, uerumetiam unum omnium heroum ab eo institutum. Nam quod Hesiodus ait de eodem:

„ Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῷ καὶ πολέων βασίλευεν·

Id sibi uult, quòd cùm à Ioue esset institutus, Cretensium urbibus legitimè imperasset. Hunc idem Plato in administratione regni sui Rhadamantho quoq; usum fuisse ostendit. Erat is, inquit, uir bonus quidem, sed haud quáquam ad unguem omnes regias artes edoctus: tamen οὐχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ut ipse ait, sed administra quadam opera regia regiæ uices iudicijs præfectus obire didicerat, quamobrem iudex bonus uulgò audiebat. Hoc enim nomophylace Minos in urbe utebatur: extra urbem uerò, Taloë. Hic ter quotannis uicos ac pagos circuibat, legum administrationi intentus, æreasq; tabulas, in quibus insculptæ erant, circumferens. quare æreus dictus fuit. Hic maris imperium tenuit, ac sursum deorsum nauigando omniamaria lustrauit: amicitias & hospitia multis re- C nunciauit. Cæterùm motus Troiæ ac uirtutis Troianæ celebritate, tum autem Trois & regum Troianorum, ubi in Phrygiam uenit, aliquandiu Troiæ egit apud regē, Troë. Erant autem huic filij tres, Illus, Assaracus & Ganymedes Horum postremo, decoris summa laus toto orbe erat. Minos postquam summa humanitate hospitio exceptus fuisset à Troë, datis acceptisq; uicissim muneribus, iussit Troi, ut liberos suos ad se accerseret, dictitans se eos cupere uidere, ac dona dare uelle Responsum fuit, uenatum missos pueros. Simulauit & ipse Minos, unà cum illis uenari uelle se. Misit illicò famulorum unum, exploratum circa amnem Granicum, ubi tum uenabantur: atq; nauibus in eo paratis, ipse Minos in uestigia sequutus, ad adolescentes uenit. Ibi illicò adolescentis forma captus, eum Cretensibus rapere iussit. Loco inde nomen mansit Harpagia, à rapta. Venit cum puero rex in Cretam, ubi paulò pòst animi ægritudine contabescens Ganymedes, ferro sibi mortem accersiuit. Minos eum in templo sepeliuit. Atq; hinc fabulandi occasio nata poëtis creditur, Ganymeden

cum

A cum Ioue uersari. Quod si haec quae ex Suida retuli, ita se habent, non uideo cur iudex & iudiciorum praefectus apud inferos dici mereatur, cùm uiolator fuerit alieni hospitij, captor Ganymedis, perpetratorq́ scelerum, quae à uera iustitia abhorreant. Alter Minos, uictos Athenienses compulit tributarios nono quoq; anno tot libera capita, quot suprà memorauimus, Minotauro in Cretam mittere. Iure itaq; à Cocali filiabus cùm Daedalum persequeretur, occisus is creditur. Vnde hic ab Homero Odyss 11. ὀλοόφρων nominatur: non superior, ut delirat Seruius. Caeterùm Iouis filios, ut Minoa, Aeacum, Rhadamanthum, Sarpedonem, omnesq́ praestantiss. uirtute uiros, prudentia & uiribus excelsos poëtae appellant. ut contrà, feroces, immanes, & ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni liberos dixerunt: cuiusmodi fuerunt, Cyclopes, Cercyon, & Laestrygones. Annotauit Gellius.

Vrnam.] in quam iudicum calculi, & tabulae ceratae de reis uel damnandis, uel absoluendis, uel ampliandis cōijciuntur. Sunt tamen qui omnia illa Homeri, Hesiodi & Platonis praeconia ad secundum Minoëm referant: adeò incerta sunt omnia rerum antiquarum. Silentum.]

B umbrarum. & iudicum frequentiam cogit: id quod praetorij muneris erat apud Pop. Rom. Vitas.] habet de singulis aliquot quaestiones, cognoscit delicta tanquam ex Iouis diphthera, omnis actae uitae. Tertia regio eorum est, qui nulla mala conscientia freti, sibi manum intulêre, taedio uitae praesentis. Quoniam autem secundum locum ijs tribuit, qui insontes percussi interiêre, apto ordine in tertio loco eos collocat, qui honestam mortem turpi seruituti anteponentes, sibi uitam abruperint. Notat obliquè Catonem Vticensem, Brutum, Lucretiam, atq; id genus alios, quibus potiùs fuit uitam abijcere, quàm uiuere turpitudine deformatos. Moesti.] propter causam mortis. Etenim dolore acceptae iniuriae, aut aegritudine animi in extrema moestitia, desperatis rebus, mortem sibi accersunt. Iam eum habitum umbris affingunt poëtae, quo è rebus humanis decessêre. Est autem moestitia & moestitudo, tristitia uehemens, & externatio animi ex concepto dolore. Liuius: Lucretiam moestam sedentem in cubiculo inueniunt. Caeterùm hic locus ita accipiendus est, non quasi Poëta horrendum ac nefarium istud scelus approbet: sed ut locum monstret, in quem homines id genus, qui ante

C diem fatalem mortem sibi accersunt, hinc emigrent. Etenim nisi opifex Deus, & rerum naturae architectus nos istius corporis custodijs liberauerit, in coelis sic templum aditus patêre non potest. Sumus enim hac lege creati, ut ex Dei opificio magnitudinem opificis admirantes, nostrae obedientiae admoneamur: peregrè in hanc terram missos tantisper, dum in patriam coelestem ab Imperatore nostro reuocemur, rationem talenti crediti reddituri. Quare omnibus pijs animus in corporis custodia tam diu retinendus est, donec eius iussu, à quo datus est, hinc reuocetur, quasi diuina uirga, ad suum principium: ut munus humanum à Deo assignatum defugisse uideantur, ut inquit Cicero. Proiecêre.] ceu uile quiddam: & quidem per indignationem abijcere maluerunt; quàm hic taedia & pericula perferre. Aethere.] in hac uita, παρὰ τὸ αἴθω, ardeo. Innabilis.] Videtur in uerbali naturam particulae στερητικῆς usurpasse: in qua uidelicet nauigari non potest. quae causa sit, cur per fata obstantia, & intrauatura, inde exitus negetur. Et nouies Styx.] Additione numeri τὸ ἀδιάλειπτον amplificat. νὺξ, ἀπὸ τοῦ νυγ... ἢ νύειν. Iam uerò, quod de nouem orbibus coelestibus Seruius hic philosophatur, minus mehercle frigidum uidetur. Illud potius dicendum erat nouenarium numerum ueteribus pro qualibet multitudine usurpatum: ut ἐννεάκυκλον, pro duobus oculis ἐννεάδιπλον, πολύδιπλον, ut alibi saepe dictum est. Vnde & Musis is dicatus est idem numerus, authore Eustathio in praeconum Enneade, Iliad 2. Nec procul.] Transitio ad quartam regionē, quam apto ordine ijs tribuit, qui amoris aestu sibi necem consciuerunt. Cùm his & coniunxit quasdam, quae fidem honestè persoluerunt maritis. Recenset hic eas fermè heroinas, quas Homericus Vlysses libro Odysseae undecimo sibi obuias fuisse refert. In uniuersum, totus hic locus effictus est ceu ad exemplum, ad necyomantiam Odysseae: transpositis aliquot personis, in quarum enumeratione ordinem consultò mutauit. Lugêtes.] Sic appellatos dicit, à luctu, quo propter turpem foedamq́ libidinem, ob quam sibi manum intulêre, miserè cruciantur. Malus animus, mala conscientia fretus, horribili terrore punitur, & luctu ac moerore contabescit. Lugentes campos dixit, campos lugentium uel per metonymiam in quibus luctu praeteritae libidinis recordatione marcescentes sunt conclusi. Tabe.] amore: metaphora à corpore ad animum.

Secreti.] ab alijs seclusi. Hos disertè ac rectè myrtea sylua tectos canit. Est autem ea arbor Veneri dicata. Et ratio est, cur ij myrtea sylua tegantur, qui libidinis & amoris impotentia sibi uim fecerint in hac uita. Theophrastus tradit myrtum primùm Circeis, & (ut ait Plinius) in Elpenoris tumulo uisam. Roma quoq; cùm conderetur, fuit nam myrtea uerbena Romanam Sabinisq́ post dimicationem propter raptas uirgines, positis armis pacem adiunxerunt, eo loco, ubi postea Veneris Cloacinae templū fuit. Idem Plinius author est, Venerem coniunctioni & huic arbori praeesse. In delubro antiquissimo Romuli, ante aedem ipsam sacrae myrti fuêre duae: quippe cuius origo generis à Venere profecta fuerat. Harum altera patricia, altera plebeia dicta erat. Ara item uetus ibi fuit Veneri myrtea, quam postea Murtiam dixêre. Tria myrti genera à Catone prodita fuêre, libro de Re rustica, capite octauo, album, nigrum, & coniugulum: fortassis inquit Plinius à coniugijs, ex illo Cluacinae genere. Odoratissima est in Aegypto. Haec bellicis rebus adhiberi quoque consueuit. Posthumius enim libertus de Sabinis triumphans, myrto Veneris uictricis coronatus incessit. Postea ouantium corona fuit. Massurius author est, currus quoque triumphantes myrtea corona usos. Et Papyrius Naso. myrto coronatus ludos Circenses spectare solitus fuit. Plinius caram nobilitatem huius arboris tradit libro decimoquinto, capite uigesimonono, & alijs multis locis, quam hic nimis longum est persequi. Hac fit fundo, ut constat, eam arborem in Veneris custodia fuisse antiquitùs: quamobrem prudenti consilio lugentium campos myrtis horruisse Poëta scribit. Plutarchus libro primo Sympos. scribit olim fuisse morem, ut in conuiuio communi uoce primùm Deum canerent παιανίζοντες: deinde myrteum ramum unicuique tradi solere, quem αἴσακον appellatum putat: quòd is, qui eum accepisset, caneret. Vnde prouerbium, de literarum imperitis, ad myrtum canere. Curae.] quibus uiui aestuarunt. Amores dicit, & animorum curas ex amoribus natas.

A

ARGVMENTVM.

A' genere ad speciem transit: & quasdam fœminas separatim scribendo complectitur: quæ nimio amore perierunt, Phædram, Procrin, Eriphylen, aliasq; nonnullas, sed præcipue Didonem: quam errantem in sylua per vmbram agnoscit, & lacrymans alloquitur, seque de suo ab ea discessu purgat, oratq; vt gradum sistat, neue ab eius aspectu se ipsa subtrahat.

His Phædrā, Procrinq́; locis, mœstāq́; Eriphylen
Crudelis nati monstrantem uulnera cernit:
Euadnenq́; & Pasiphaën. his Laodamia
It comes: & iuuenis quondā, nūc fœmina Cęneus.
Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens à uulnere Dido
Errabat sylua in magna: quam Troius heros,
Vt primum iuxtà stetit, agnouitq́; per * umbram
Obscuram: qualem primo * consurgere mense,
Aut uidet, aut uidisse putat per nubila Lunam,
Demisit lacrymas, dulciq́; affatus amore est:
Infelix Dido, uerus mihi nuncius ergò
Venerat extinctam, ferroq́; extrema secutam.
Funeris heu tibi causa fui? per sydera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Inuitus regina tuo de littore cessi.
Sed me iussa Deûm, quę nūc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq́; profundam,
Imperijs egêre suis: nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
Siste gradum, teq́; aspectu ne subtrahe nostro.
Quē fugis? extremū fato quod te alloquor, hoc est.

*al. vmbras
*al. primo quis surgere. item, primo qui surg.

NASC. His Phędram, Procrinq́;] *Phædra Hippolytum priuignum amauit: quem cū iussu mariti sui necatū cognouisset, laqueo uitam finiuit extat apud Ouid. epist. & Euripides meminit in Hipp. Procris uerò uxor Cephali fuit: quā, cùm audisset suū coniugē amari ab aurora, & ad eum deprehendendum in frutetis latuisset, cōiux feram esse ratus iacta hasta imprudens confecit. fabulam eleganstissimè describit Ouidius Metamorph. lib. septimo, non longè à fine. harum fœminarum Homerus quoque meminit Odyss. 11. quem Poëta imitatus est:*

» *Φαίδρην τε, Πρόκριν τε ἴδον καλήν τ' Ἀριάδνην.*

Sed Maro noster loco καλήν τ' Ἀριάδνην, dixit mœstamq; Eriphylen. qui locus itidem ex Hom. sumptus est,

» *—— στυγερήν τ' Ἐριφύλην.*

Crudelis nati.] *Alcmeonis: qui cū, ut patris sui Amphiarai necem, cuius ipsa ob auaritiam, licet ipsum amaret, causa fuerat, ulcisceretur, indicta causa necauit: ideo mœstam dicit, uel quia coniugis, quem ualde amabat, necis causa fuit. huius meminit Cic. in 6. in Verrem. Propert. lib. 3.*

» *Tu quoq; ut auratos gereret Eriphyla lacertos,*
» *Dilapsus nusquam est Amphiaraus equis.*

Euadnenq́; & Pasiphaën.] *Altera in rogū Capanei coniugis ardentem se præcipitem dedit. ideo Propert. fidam Euadnen appellat libro tertio, altera tauri amore flagrauit. huius Virgilius meminit inter initia sexti Aen.*

Laodamia.] *uxor Protesilai: quæ in uiri umbra apparentis amplexu expirauit. huius extat epist. ad Protesilaum apud Ouid.* Et iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus.] *Cur Cæneum, quæ Cænis dicta est, inter amantes referat, quæ amore perierūt, mihi omnino ignotum est, nisi forte quia ob elegantiam formam & amabilis fuit, & à multis etiam amata. Ouidius libro duodecimo Metamorph.*

» *Clara decore fuit proles Elatēia Cænis,*
» *Thessalidum uirgo pulcherrima, perq; propinquas,*
» *Perq; tuas urbes (tibi enim popularis Achille)*
» *Multorum frustra uotis optata procorum.*

Sed hoc mihi non facit satis. huius amore captus Neptunus, positus est: quam, ipsa postulante, uirum fecit, & inuulnerabilem, Cæneumq; appellauit. quæ cùm in tumultu Lapitharū contra Centauros arborum congesto aggere oppressa, & suffocata fuisset, rursus in pristinam formam, ut inquit Poëta, restituta est. Sed Ouid. loco paulò antè adducto in auem conuersa fuisse refert. meūq; est, aliud fortasse Poëta ad μετεμψύχωσιν Platonis, quod etiam interpres admonuit, adeas Platonem in dialogo duodecimo de legibus. Per umbrā obscuram.] *quia proximè dixerat*

—— recens à uulnere Dido.

Nam Poëta innuere uidetur obscuriora, & per hoc cognitu difficiliora esse simulachra animarū, quæ recenti morte ad inferos transierunt, quia nondum animæ purgatæ est. qua de re abundè, ut opinor, suprà ex Platone mentionem fecimus. Qualē primo qui surgere mense.] *rem eleganti comparatione à Luna recenti (ut ita dicam) partu edita illustrat.* Primo mense.] *principio mensis illius: hoc est, primo ortu cùm apparere iam incipit.*

B

Demisit lacrymas.] *Nimio affectu amoris lacrymas continere non potest. quod ad persuadendam necis illius innocentiam plurimum ualet.* infelix Dido] *Hac oratione purgat se Didoni Aeneas de causa necis illius per translationem criminis ex iuridiciali assumptiua. nam factum quidem confitetur, uidelicet discedendo causam illius necis fuisse, sed excusat per necessitatem, omnem culpam in Deorum uoluntatem, atq; imperium transferens. exorditur autem per commiserationem ex infelicitate Didus. Sic enim causa requirit, ut per indicium doloris animum illius à se abalienatum mitiget.* Verus mihi nuncius ergo.] *Ex effectu cognoscit uerum fuisse nuncium, quod indicat uox ergò. arbitrantur quidam interpretes id κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum: quasi aliquis Aeneæ nunciauerit Dido sibi mortem consciuisse, quod Poëta reticuit. Sed ego haud dubiè ad ignem uisum referendum puto: de quo in quinto Aeneid.*

C

Interea medium Aeneas iam classe tenebat «
Certus iter, fluctusq; atros Aquilone secabat, «
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ «

Collucent

A » Collucent flammis: quæ tantum accenderit ignem,
» Causa latet. & reliqua.

Vnde colligitur Aeneam de eius nece semper dubitasse quidem, sed nihil unquàm certi habuisse, quod perspicuè hæc ipsa uerba indicant, si æquè expendantur:

——uerus mihi nuncius ergò Venerat.

Ferroque extrema.] uel à ferro, à materia, & à modo.

Funeris heu tibi causa fui.] Confessio criminis est cum signo doloris. crimen quidem confitetur Aeneas, sed criminis à se causam reijcit. Per superos.] Ad purgationem delabitur, & prudenter sanè Deos testes citat, cùm apud inferos animi sui testem habeat neminem. Porrò occultè ad morem amantium allusisse Poëta uidetur, qui, ut aliquid suis amicis faciliùs persuadeant, uel leui de causa grauissimè iurant. Si qua fides tellure sub ima est.] innuere uidetur apud inferos promissa exitũ nõ habere. & fortasse allusit ad fidẽ Orpheo datã de reducẽda uxore: quæ ei seruata nõ fuit. Inuitus regina tuo.] Factum excusat à necessitate. & est Catulli uersus ex poëmate de coma Berenices paucis immutatis. sic enim ille ait:

B Inuita ô regina tuo de uertice cessi.

Sed me iussa Deûm.] Causam facti in Deos transfert. Per loca senta situ.] Rem uerisimilẽ facit à difficultate itineris: non enim quisquam huiusmodi loca, nisi inuitus, adire solet: senta autem situ dixit, horrida, ut [illegible] ab inculta terra Terent. in Eunucho:

» Video sentum, squallidum, agrum, &c.

Nec credere quiui.] Altera facti excusatio ab imprudentia nam cùm purgatio facti tribus partibus cõstet, fortuna, imprudentia, necessitate: duabus postremis, imprudentia, & necessitate suam Aeneas causam tuetur.

Siste gradum.] Abibat enim ut irata, his ferè etiam uerbis patrem alloquitur in 5. Aeneas:

» Aenea, quò deinde ruis? quò proripis, inquit,
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?

Extremum fato quod te alloquor.] Simpliciter loquitur Aeneas hoc esse extremũ uerbum, quod eã in uita alloquitur, idque fatu sibi concessum fuisse quod uerò interpres ait, quia Deus futurus est, aut aliam: hoc est, uirorum fortium sedem possessurus, non probo, sed fortè alij melius iudicabunt.

LAMB. Horr.

His Phædram.] Enumerat, imitatione Homerica, C aliquot heroinas, quæ sibi conspectæ partim sibi uitam ademerint, partim amore pudico periêre. Odyss. 11.

» Φαίδρην τε, Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην,
» κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος, ἥν ποτε Θησεὺς
» ἐκ Κρήτης ἐς γουνὸν Ἀθηνάων ἱεράων
» ἦγε μὲν, οὐδ' ἀπόνητο.—— Et paulò pòst:
μαῖράν τε, κλυμένην τε ἴδον, στυγερήν τ' Ἐριφύλην.

Fuit hæc Phædra Minois ex Deucalione neptis, non Minois filia. Erat autem Deucalion, unus ex filijs Minois. Phædra Theseo, post Atticam ciuitatem conditam, nupsit. Sunt qui opinentur, aliquamdiu prius illi iunctam fuisse: certè Athamas & Demophoon ex ea procreati fuerunt. Iam multò antè Theseus Hippolytum filium, quem ex Amazone sustulerat, Troezenem educandum ablegauat, ut procul ab imperio nouercali & iniuria abesset. Accidit autem, cùm adolescens iam in Atticam ad mysteria profectus, in conspectum nouercæ uenisset, ab ea cœptus est adamari, & quidem perditè. Profecta mox cum Theseo Troezenem ad Pitheum, concubitum ab adolescente petijt. Repulsam illa grauius tulit, quàm ille eam didit. Itaque cum Theseo Athenas regressa, multa de priuigni audacia & temeritate questa, se Troezene incesti ab eo interpellatam, uix euasisse eum, eum apud patrem criminatur. Theseus atrocitate facti consternatus, per internuncium filium nunciari iubet, patrem rescisse, eum opportunitatem nactum nouercæ insidiatum: iussitque atrocitatem criminis grauiter exaggerari. Casu tum Hippolytus curru uehebatur: qui ubi nouercæ artes intellexit, fidem rei apud patrem factam ratus, magnitudine doloris perturbatus, cum iam animi amens habenas è manibus imprudensque excussisset, ab equis subito casu consternatis distractus perijt. Morte Hippolyti Athenas nunciata, Phædra sibi mortem consciuit. Authores quidam sunt, post duplicem hanc cladem Theseũ Athenis pulsum fuisse. Hinc nobile illud Tzetzæ carmen extat:

» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]
» [illegible]

Narratur fabula ab historia nonnihil diuersa: quam tamen Asclepiades ceu rem gestam in libris historiarũ suarum scriptam reliquit Phædram non Deucalionis, sed posterioris Minois filiam fuisse, illius qui Cretensibus imperaret. Veritus Theseus nouercæ insidias, Athenis filium ablegat, ut Troezenijs imperaret. nam Troezenium regnum maternum Theseo debebatur. Ex Aethra Pithei, qui magnam Troezeniorum urbem tenebat, filia, is procreatus erat. Phædra iamdudum uehementer Hyppolytum adamare cœperat primumque templum Athenis sacrumque dicatu, quod Hippolyteum nominauit. statim Troezenem profecta, blandis uerborum lenocinijs adolescentem noctem orauit. Ille nefas detestatus, nouercæ impias preces repulit. Tulit ægrè contemptum Phædra. quare de falso stupri oblati crimine Hippolytum apud patrem criminari aggressa, illud demum obtinuit, ut in exilium mitteretur. Aiunt Theseo à patre suo Neptuno tria proposita fuisse, è quibus unum aliquod, quod deligeret, consequeretur. Phædræ suasu, filij mortem optasse ferunt Inter uias in fuga Hippolytus cum exilij causa solum patrium uerteret, uehereturque in maris littore, bellua marina subitò è summo mari excussa, (taurum fuisse multi credunt) equos conterruit: qui consternatione in diuersum capti, ipsum Hippolytum unà cum curru distraxerunt. Calumnia mox detecta. Phædra suspendio sibi mortem quæsiuit.

Procrinque.] Seruius hunc enarrans locum, Procrin filiam Iphicli, uxorem Cephali fuisse narrat. hic cùm uenationis studiosus esset, fessus in locum quendam se recipere solebat, ubi Auroram animi causa inuocabat. Identidem cùm id factitaret, tandem Auroram in amorem sui illexit, dono Lælape cane accepto, duobusque hastilibus ineuitabilibus. Cephalus de coniugis pudicitia, ab illa monitus, periculum facturus, mercatoris habitum induit, quo ad Procrin uenit. Quæ muneribus acceptis, copiam sui corporis illi fecit. Cephalus re explorata, se maritum eius esse prodidit Doluit mulieri sua facilitas. sed ad postremum ubi à rustico comperit, eum Auroram adamare, in syluam profecta, inter fruticeta ad deprehendendam rem se abdidit. Cephalus, ubi consueuerat, Auroram inuocat. quod Procris audiens, cùm se inter frutices moueret: Cephalus ratus feram ibi latitare, in eam torsit hastam, & uxorem insciens transfixit. Historiam seu fabulam

bulam scholiastes Homericus Odyss. 11. Didymus ex Pherecyde multo aliter refert ac docet, Procrim non Iphicli, sed Erechthei filiam fuisse, atque ut uxoris continentiam periclitaretur, maritum peregrè octo annos domo abfuisse. Reuersum ignoto habitu, oblato mundo muliebri dono, facilè animum eius corrupisse, & concubitum impetrauit. Sed ipsius Pherecydis uerba ex Didymo adscribam: Κέφαλος ὁ Δηιόνος, γήμας Πρόκριν, τὴν Ἐρεχθέως, ἐν τῷ Θορικῷ κατοικεῖ. θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι, λέγεται ἐς ἀποδημίαν ἰέναι ἔτη ὀκτώ, καταλιπὼν αὐτὴν ἐπὶ τῷ μαρτυρεῖν ἔτι. ἔπειτα κατασκευασάμενος, καὶ ἀλλοιώσας ἑαυτὸν ποιήσας, ἔρχεται ἐς τὴν οἰκίαν. ἔχων κόσμον, καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξασθαι τοῦτο, καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. ἡ δὲ Πρόκρις ὑποβλαμμένη τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν Κέφαλον ὁρῶσα ἄνδρα καλὸν, συγκοιμᾶται αὐτῷ. ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν Κέφαλος, αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. ἡ μὲν ὅμως λαθομένη ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. συνιὼν δὲ αὐτῷ ὁ θηρευτὴς, ἐπιθυμεῖ τῆς Πρόκριδος ὅτι μείζονα γυναικὸς ἔργα ποιοῦσα. ὁ δὲ Κέφαλος ὀψέ ποτε ἔρχεται ἐπὶ τὴν κορυφὴν, καὶ λίθον ἀφεὶς, ὁ στίλβει ἐπὶ βωμοῦ καὶ βοῶν μόνων συναυλίζονται. ἡ δὲ ὑπονοήσασα, ἔρχεται ἐς τὸ χωρίον, τὴν κορυφὴν, καὶ καταφυλάσσει. ὁ δὲ ἀκούσας αὐτῆς ψοφησάσης, ἀκοντίζει αὐτὴν. ἡ δὲ Κέφαλος ἰδὼν αὐτὴν αἱμοστάζουσαν, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται. καὶ ὅσον ἔχει θάπτει μετὰ χεῖρα ἀκοντίζων τὴν Πρόκριν, καὶ λυπεῖται. μετὰ μικρὸν ὕστερον ἀποθνήσκει, θάπτει δὲ πολυτελῶς αὐτήν. Apud Hyginum alia est fabula, quæ hinc toto cœlo distat, libr. fabularum cap. 189. Fuit his Cephalus pater Arcesij, unde Laërtes Vlyssis pater procreatus fuit. Non igitur se ipsa confecit, sed mariti manibus interijt. Amoris morbus necis illi causa fuit. Sed Poëta illam inter illas recenset, ut Homericam maximè uenustatem exprimat, qui utramque ad eundem modum coniunxit:

» Φαίδρην τε, Πρόκριν τε ἴδον.——

Quæ ita uertit:

» His Phædram Procrimq́; locis.——

Suidas, Πρόκριδος ἀκόντιον est, Procridis iacula, inter parœmias recenset, moneťq; dici ἐπὶ τῶν πάντων ἐπιτυγχανόντων: de ijs, inquit Erasmus, qui ueluti certis telis, quicquid animo destinant, assequuntur. Sumptum prouerbium à relata fabula, quæ pluribus uerbis explicatur ab Ouidio in fine libri septimi Transfor. Suid. parœmiam tamen natam docet, non ab inevitabili Cephali telo, sed ipsius Procridis iaculo, quæ cum einsmodi haberet, nihil non inter uenandum assequebatur. ἀκόντιον γὰρ (inquit) εἶχεν ἡ Πρόκρις, πάντα ἐθήρα. **Eriphylen.]** Hanc Iphis filiam nonnulli, quidam Thalaonis uel Talai fuisse, uxorem uerò Amphiarai, memoria prodiderunt. Hic fatalem diem suum ad Thebas præsciens futurum, cum alijs ducibus ad earum obsidionem proficisci recusauit. Itaque necubi inueniretur, in occulto se continuit. Eriphyle maritum ob sordes exosa, aureo monili ab Adrasto, uel, ut alij, à Polynice corrupta, eum prodidit. Amphiaraus ad Thebas perijt ferro. Multi adserunt, terræ hiatu uasto haustum eum fuisse. Alcmæon, ut ab abeunte patre illi præceptum fuerat, ob indicium, matrem Eriphylen trucidauit. ob quod scelus ipse paulò pòst furijs agitatus fuit. Historiam Diodorus, & quidam alij, ut ueram, & minimè fabulosam, ita scriptam reliquêre. Cùm Adrastus ferò omnia comparasset, quæ ad bellū necessaria essent, adiunxit sibi belli socios Capaneum, Hippomedontem, & Parthenopæum, impigrum iuuenem. Censuêre multi, & Amphiaraum uatem ad id bellum ducendum. Ab hoc, aiunt, igniſpicij rationem primùm tractatam. Is futurarum rerum peritus, quum ita euenturum præuideret, si ad Thebanum bellum proficisceretur, fore ut ibi caderet. Itaq; fatalem sibi militiam uitaturus, tantisper in occulto latere constituit, donec Adrastum & alios ad bellum id profectos cognosceret. Multum diuq; magno studio quæsitus, quum nusquam compareret, eaq; una res obstaret quo minus expeditio in Eteoclem procederet, Polynices aurea torque Eriphylen impulit, ut sibi maritum proderet, aut belli societatem ei persuaderet. Sic tradit Diodorus. eamq; in disceptatione quadam inter Amphiaraum & Adrastum, cuius ipsa soror erat, prius orta, amborum consensu arbitrium adeptam, secundum mariti causam indicasse. Cæterùm adiecisse, arbitrium ita ratum uideri, si is socius adiutorq; ad bellum foret: ac per ea Amphiaraum ob uxore proditum illius cædem filio Alcmæoni imperasse. Paulò diuersius historiam refert Didymus, ex Asclepiade. A

Crudelis nati.] Alcmæonis: Pathos ab attestatione.

Euadnenq́;.] Hanc Martis filiam ex Thebe, & Capanei uxorem fuisse scribunt: quę tam perdute adamauit, ut eius morte ad Thebas audita, stupore diriguerit, ac postea in rogum illius se coniecerit. Sunt qui hanc nō Martis, sed Phylaci cuiusdam filiam produnt. **Pasiphaën.]** De hac initio huius libri sat multa enarrauimus. **Laodamia it comes.]** Laodamia Bellerophontis filia fuit, ex qua Iupiter Sarpedonem Lyciorum postea regem sustulit, qui bello Troiano interfuit. Fuit alia Laodamia, ex Acasto & Laudothea prognata, uxor Protesilai illius, qui primus è nauibus in littus Troianum conscendens, pugnando fortiter occubuit. Hæc accepto nuncio, eum ab Hectore occisum, diutiùs superesse noluit. Optauitq; simul, ut priusquam moreretur, umbram mortui conspiceret. Quod consequuta, in illius amplexibus animam efflauit. Porrò si uera sunt quæ Hyginus narrat, non paulò diuersiora sunt ab ijs quæ modò retuli. Etenim amisso marito, ubi tres horas lacrymando absumpsisset, ærcum simulacrū, coniugem repræsentans sibi parauit. Quod in thalamo positum, per speciem sacrorum colere occœpit. Famulus antelucanis horis poma nescio quæ adferens ad sacrum consuetum, cùm omnia per rimam aspexisset, simulq; eam simulacrum mariti amplexantem osculantemq; obtuitus, ratus adesse adulterum, rem ad Acastum patrem detulit. Accurrens ille, in thalamum irrupit: qui conspecta Protesilai effigie, ne illa diutiùs mariti desiderio langueret, signum & ipsa sacra in pyram ad id extructam conijci iussit, & absumi. Non continuit se Laodamia: nam in eundem rogum se coniecit. Idem author tradit, audita morte mariti, Laodamiam à dijs petijsse, tres horas colloquendi cum marito potestatem. Statim à Mercurio in uitam reductam umbram Protesilai: atque mox paulo remigrasse. Recensetur inter castissimas fœminas Laodamia. B C

Cæneus.] Elati filius, à lacte nutricis elegantissima puella fuisse creditur. Eius formæ Neptunus captus, pro concubitu dedit, ut in uirum mutaretur, & ferro uulnerari non posset. Imperabat Lapithis. quos cùm per hastam suam, per fastum & deorum contemptum iurare coëgisset, iratus Iupiter, pugnantem cum Centauris arborum stipitum nimbo ita oppressit, ut uiuus in terrā deijceretur. Mortuum in auem mutatum narratur ab Ouid. lib. Metamorph.

A morph. 12. Maro uerò in priorem sexum rediisse. Enarrator Apollonij lib. 1. Argonaut. fabulam in hanc sententiam refert. Fabulantur Cæneum, inquit, initio fœminam fuisse. Inde ea Neptuno potito, mutatam in sexum masculum, concubitus præmium. Pacta id ab eo fuerat, simul ne uulnerari posset. Certauit aliquando cum Apolline, sed in eo certamine nullo momento superatus fuit. Hic, se adeuntes per hastam suam iurare compulit. Hæc paroemia nata est, Cænei hasta. Hic expeditioni Argonauticæ interfuit, non Coronus eius filius. Vtcunque habet, fuit certè magnus diuorum contemptor: fixumque in publico iaculum prætereuntes adorare iussit. Vnde prouerbium illud, Καινέως δόρυ, ἢ ἀκόντιον, de singulari impietate. Pindarus:

ὁ δὲ χλωραῖς ἐλάταισι τυπεὶς ᾤχεθ' ὑπὸ Καινεὺς,
σχίσαις ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.

Quem imitatus Apollonius 1. Argon.

Καινέα, inquit, δὴ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
ἤλασ' ἀριστήων, οἱ δ' ἔμπαλιν ὁρμηθέντες
οὔτε μιν ἀγκλῖναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι,
B ἀλλ' ἄρρηκτος ἄκαμπτος ἐδύσετο νειόθι γαίης,
θεινόμενος στιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσιν.

Non enim dijs sacrificabat, nec adorabat, solùm hastæ fretus. Hyginus author tamen est, eum consciuisse sibi necem. Atque hic ille Cæneus, quem Nestor Homericus libro 1. Iliados recenset inter eos duces præstantissimos, cum quibus ipse uixerat familiariter: Καινέα τ', Ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολύφημον. Et eo loco interpres fabulam copiosè enarrat. Figuram.] sexum. Inter quas.] Homeri exemplo Aeneæ Didonem obuiam donat, qui Aiacem Vlyssi offert. Sed utriq; mortis accersitæ diuersæ fuêre causæ. Aiaci dolor, ob arma Achillis à Græcis sibi abiudicata in certamine: Didoni ira & indignatio ex fuga Aeneæ concepta. Itaq; uterq; Poëta, utrumque suis infestum facit, eodem spiritu, eodemque animo apud inferos, in ipsa occursu. Homer. Odyss. 11.

οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο,
τὴν μὲν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσί,
τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος, ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ,
παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.
ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ.

C Reddidit ingeniosissimus Poëta disertè, quamobrem Telamonius Aiax stomacho plenus seorsim se à reliquis subduxerit: Propter uictoriam, inquit, quam ego ad naues Græcorum, de armis Achillis contendens, annuum iudicio obtinueram, simul & Mineruæ beneficio. Additque statim, atque utinam in hoc certamine non fuissem superior. Porrò autem noster Poëta horum nihil, sed ubi tantùm narrat, ubi Didonem uiderit errantem, qualisque apparuerit propius adstanti. Illustrat id comparatione, quo splendidior sit narratio. Recens.] A recenti uulnere, quo extincta fuit. Rectè errabat; quæ iniussu imperatoris sui è custodia corporis migrauit. Horrendus profectò error, imò nefarium scelus, non uno supplicio puniendum.

Sylua.] Quippe lucem perosa, in tenebrarum latebras se abripuit. Nam quemadmodum feræ, quæ hominum consuetudinem fugiunt, in syluarum lustra & latibula sese abdunt, quo ferinum ingenium coarguunt: ita consociatione humana homines id genus pertæsi, dum lucem hanc detestantur, in syluarum caliginem se demergunt, tantum à mansuetudine alieni, quantum beluæ, & ferina brutorum animantium ingenia. Qualem.] Comparationem subijcit, à natura aut certè imagine nouæ lunæ per nubes leuiter sublucescente, qualis iuxtà assistenti duci Troiano Dido uisa fuit. Huiusmodi collationem prætermisit Homerus. Lacrymas.] Pathos ab animi habitu.

Infœlix.] Consimilia propè uerba Vlyssi tribuit Homerus, ad Aiacem, in diuerso argumento:

Αἶαν παῖ Τελαμῶνος ἀμύμονος, οὐκ ἄρ' ἔμελλες
οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου εἵνεκα τευχέων
οὐλομένων, τὰ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν Ἀργείοισι.
τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο· σεῖο δ' Ἀχαιοὶ
ἶσον Ἀχιλλῆος κεφαλῇ Πηληϊάδαο
ἀχνύμεθα φθιμένοιο διαμπερές, οὐδέ τις ἄλλος
αἴτιος, ἀλλὰ Ζεὺς Δαναῶν στρατὸν αἰχμητάων
ἐκπάγλως ἤχθηρε, τεῒν δ' ἐπὶ μοῖραν ἔθηκεν.
ἀλλ' ἄγε δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς
ἡμέτερον, δάμασον δὲ μένος καὶ ἀγήνορα θυμόν.

Laudat Aiacem à uirtute, propter quam in pari cum Achille honore à Græcis fuerit habitus. Solum Iouem illi mortis causam fuisse, qui exercitui Græcorum semper infestus fuisset. Atque inde eum inuitat, ad propius colloquendum, iramque & præferocem spiritum deponendum. At Aeneas statim ultrò se incusat apud Didonem, quasi causam illi mortis, propter subitum abitum ex Africa. Quem tamen excusat à necessitate. Confirmatque religioso iureiurando, ad faciendam fidem. Extinctam.] te fuisse. Et id quod statim sequitur, expolitio synonyma est.

Funeris.] Pathos à causa. Per sydera.] Confirmat à iureiurando, quòd inuitus Carthagine discesserit.

Sed me.] Ab authoritate & oraculis deorum, & præsentium laborum exaggeratione. Iussa.] oracula deorum, monita Iouis, fata. Confirmat ab æquali exemplo præsenti, & necessitate fatali, cui repugnare & non parere impium esset & nefas, ut iustus uideatur. Deûm.] syncope deorum. Per umbras.] tenebras inferorum, quas amplificat, cùm eas loca senta situ nocitet. Sentum.] à sentis, spina: quam ita appellatam Grammatici opinantur, quòd à tangentibus sentiatur: [illegible] hinc senticosus, ἀκανθώδης, spinosus. Sentis canis, κυνόσβατον, rubus maiusculus, qui crassiora mora in agris producit. Sentus, a, um: horridus, pilosus, quasi spinosus [illegible] [illegible]. Loca igitur senta, ἀκανθώδη, spinis & sentibus horrida, & situ, & squalore. Est autem propriè situs, caries, mucor, & quiuis squalor, quo parietes obducuntur.

Per loca.] Exaggerat præsentem difficultatem, expolitione à natura inferorum: dum loca senta, & quidem situ inculta, domumque noctem appellat profundam. Et hæc pari necessitate se, ac iussu deorum adire, quo discesserit Carthagine. Nec crede.] spectat hoc ad excusandam ignorantiam rei, casu euentura, si sui arbitrij fuisset uel abire uel manere. Siste gradum.] Inuitat ad familiare colloquium: qua in re Homericum epilogum reddit, ἀλλ' ἄγε δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς ἡμέτερον.

Quem fugis.] ubi Homericus iubet iram deponere, ut propius colloquantur:

δάμασον δὲ μένος καὶ ἀγήνορα θυμόν.

Porrò, ipsa interrogatio emphasim habet. signat se illi nõ alienum, cum qua suauissimè coniunctissimeque in amore Carthagine uixerat. Fato.] Cui monitis & oraculis diuinorum illò descendere necessitas incubuerat, in quæ loca non esset unquam postea penetraturus. Quapropter extremum Aeneæ conueniendi copia Didonem fuit.

ARGVMEN-

A

ARGVMENTVM.

Dido se tribus indicijs Aeneæ iratam præstat, silentio, auersione, fuga.

Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis animum: lacrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat.
Nec magis incœpto uultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit
In nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.
Nec minus Aeneas casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrymãs longè, & † miseratus euntẽ (est.

† al. miseratur euntem.

NASC. ARDENTEM animũ.] *Ira: quod sequẽtia indicant uerba.* Et torua tuentẽ.] *nam qui hosti iratus est, eum toruè, obliquisq; oculis intuetur.* Lenibat dictis animũ lacrymasque ciebat.] *Lenire uerbis animum, lacrymasq; ex ea ciere uolebat: sed quasi laterẽ lauans nihil proficiebat, nã sequitur:* Illa solo fixos oculos auersa.] *hoc etiam uersu de irata Iunone usus est in 2. Aeneid. duo hîc iracundiæ signa apparent, quod oculos solo figit, quasi inimicum aspicere nequeat, & quod se auertit, nisi auersa irata exponas. Sumptus est locus ex libro Odyss. 10. ubi anima Aiacis itidem Vlyssem fugit.* Quàm si dura silex.] *Comparatio à scopuli immobilitate deducta, & egregiè sanè duram Didonem, atq; animo immobilem duritia, immobilitatiq; animi Aeneæ ex æquo respondere facit: nam ut Aeneas nullis Elisæ fletibus mouetur in quarto, ita hoc in loco uicissim Elisa Aenea lacrymante, atque etiam orante nihilo melius mouetur. quamobrem & Aeneam quercui, cùm ait:*

" *Ac ueluti annosam ualido cum robore quercum*
" *Alpini boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc*
" *Eruere inter se certant:*

Et Didonem hic silici cõparauit. Marpesia cautes.] *à Marpeso mõte: qui est in Paro insula.* Tandẽ proripuit sese.] *occultè, ac furtim se rapuit. ut in Buc. Ecl. 3.*

" *Et cùm clamarem, quò nunc se proripit ille?*

Coniux ubi pristinus.] *Ex tot amantibus unius tantùm hominis mentionẽ facit, nẽpe Sichæi, fortasse quia fœminæ ardentius amãt, quàm uiri: cumq; Sichæus Didonem non minus diligeret, quàm à Didone diligeretur (unde sequitur:* Illi Respondet curis) *hoc uno usus est hominis amantis exemplo. quod etsi alia hominum perditè amantium reperiri possunt exempla, hoc tamen fuit Poëtæ aptius, cui utriusque, Sichæi uidelicet, & Didus historiam id antea scribere cõtigerat.* Prosequitur lacrymans lõgè.] *Amoris affectus quãtum ualeat, hinc colligi potest, quòd Aeneas uir prudens, atq; sapiens apud inferos uel umbram amicæ fugientis prosequitur.*

LAMB. Hort. ARDENTEM.] *ira agitatam eadẽ, qua ob illius fugam uita se spoliarat. Iram statim à signis seu accidentib. exprimit, cùm toruè eam uidentem fingat. Nec recedit Aeneas à pristina sua pietate erga Didonem, quando recordatione dulcis consuetudinis, & illius in se beneficiorum lacrymas fundit. Metaphora à re corporea ad incorpoream, in uocẽ* Ardet. Torua.] *Enallage, siue heterosis partium: nomen positum pro aduerbio.* Lacrymasq;.] *lacrymabat: periphrasis, pathos à gestu.* Illa solo.] *A signis perturbati cõcitatiq; spiritus, pathos.* Nec magis.] *Cõparatione amplificat obstinatiã animi irati, Homerus citra ullum ornamentum ac splendorem de Aiace addit:*

" ὣς ἐφάμην, ὁ δέ μ' οὐδὲν ἀμείβετο. —

Vultum.] *poëticè, pro uultu. Nec illud quidem omittendum, Auersa dixisse, pro auersos oculos: hypallage.* Dura.] *Epitheticõs, inexorabilẽ significat.* Marpesia.] *Marpessus, uel (ut nonnulli) Marpesus, mons saxeus est, in insula Paro. Vnde scitè ex specie genus intelligens, quemuis saxeum montem indicat. Quare eleganter amicam inexorabilem pertinacemq; cauti adsimulat: cuiusmodi & adamantinum, & corneum, & ferreum appellare solemus. Potest in eundem sensum prouerbialem torqueri cum adagione, Inest maxima non metuit strepitum,* ἄκμων μέγας ὁ ψόφον οὐ φοβεῖται*, animus excelsus non commouetur aut minis, aut sæuientis fortunæ procellis. In eandem sententiam usurpatur & aliud prouerbium, Obtundas frustra, uelut unda. hoc est, inassum molestus es. Marpesia igitur cautes, Parius lapis, marmor Parium, quod aloqui longè durissimum est. Et Stephanus author est Marpessam montem esse in insula Paro, unde lapides excindantur. Fuit & Marpessa quædam Eueni, nupta Idæ per ea tempora [illegible] uiro. Hanc & Apollo adamauit [illegible] rapuit. Quamobrem arcu sagittisq; sumptis, in [illegible] commisit fuere. Iupiter eam diremturus, Mercurium ad [illegible] misit, ut utri Marpessam abiudicaret, à certamine desisteret. Interrogata puella, utrum mallet maritum, Idam Apollini prætulit, uerita ne senio confecta ab hoc repudiaretur. Ita Lycophronis scholiastes fabulam refert. Extat paulò aliter eadem explicata apud Homerum lib. Iliad. nono: quo loco* μάρπησσα *legitur, tum etiam apud eiusdem enarratorem. At uerò apud Lycophronis interpretem per e, non per i scribitur.* Refugit.] *Expolitio synonymia. Hæc in syluam se abripit: Aiax uerò in animorum foeta agmina, & ut ipse Poëta ait:*

B

C

" —— βῆ δὲ μετ' ἄλλας
" ψυχὰς εἰς Ἔρεβος νεκύων κατατεθνηώτων.

In nemus.] *Tenebras intelligit, quas Græcus* Ἔρεβος *uocat* κατατεθνηώτων*: id est, caliginem mortuorum.* Pristinus.] *prior maritus, qui Pygmalionis insidijs interceptus perierat. De hoc in primo plus satis dictum est.* Nec minus.] *Concludit affectibus ab habitu, quibus consuetum amorem suum erga Didonem testatur.*

ARGVMENTVM.

Relicta Didone, iter institutum peragit Aeneas, virorumq; fortium sedem inuisit: cui occurrunt cùm Græci, tum etiam Troiani aspiciunt, loquuntur, & aduentus etiam illius causam requirunt, at proceres Græcorum, eo viso, trepidant metu, exclamant, & fugiunt.

Inde datum molitur iter. iamq; arua tenebant
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.

NASC. DATVM iter.] *ratione fati.]* Iamq; arua tenebãt Vltima.] *Nõ displicet mystica*

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos, belloq́; caduci
Dardanidæ, quos ille omnes lōgo ordine cernēs
Ingemuit, Glaucūq;, Medōtaq;, † Thersilochūq;:
Treis Antenoridas, Cererīq; sacrum Polyboeten:
Idæumq́; etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra læuaq; frequentes:
Nec uidisse semel satis est, iuuat usq; morari,
Et conferre gradum, & ueniendi discere causas.
At Danaûm proceres Agamēnoniæq; phalāges,
Vt uidêre uirum, fulgentiaq́; arma per umbras,
Ingenti trepidare metu: pars uertere terga:
Ceu quondam petiēre rates: pars tollere uocem
Exiguam, inceptus clamor frustratur hiantes.

† al. Thersilocumq;:

A *mystica Seruij interpretatio. nam licet Poëta alia quoque arua recenseat, tamen hæc uirorum fortium arua ultima sunt eorum, qui iudicum sententijs subijciendi sunt: reliqua arua, seu circuli indicatos continent. quorum alij sunt in Tartarum perpetuò detrusi, alij purgantur, alij iam sunt purgati. sed hunc locum Poëticè, ac simpliciter intelligendum arbitror,* Iamq́; arua tenebat Vltima: *hoc est, iam occuparat, seu ingressus fuerat arua: quæ uiris bello nobilibus incoluntur. nam ultima pro primo quandoq; capi solet. Cicer. in 1. de finib.* Quod quàm magnum sit, *fictæ ueterum fabulæ declarant: in quibus tam multis, tamq́ ua-*
B *rijs ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria inueniuntur. & in 1. de Off.* Efficitur*q id, quod Pythagoras ultimum (id est primum) in amicitia putauit, ut unus fiat ex pluribus. ex Nonio Marcello. sunt enim duo rerum initia primum, & postremum, unde illud auctoris ad Herenn. & si non ab ultimo initio repetemus.*

Hic illi occurrit Tydeus.] *Diomedis pater: quē ualde commēdat Hom. Iliad. Δ.* Hic inclytus armis Parthenopæus,] *hoc laudis epitheton ad utrumque referendum puto, nempe ad Tydeum, & Parthenopæum. nam æquè clarait bello Tydeus, ac Parthenopæus. hic Thebanus fuit ex matre Atalanta, ut Statius in 4. Theb. refert nullam patris eius mentionem faciens. Seruius uerò ex Marte, & Menalippa genitum affirmat: perijt bello Troiano.* Et Adrasti pallentis imago.] *Adrastū Seruius intelligit regem Argiuorum, qui Thebanis bellum intulit, de quo Statius lib. 5. Theb.*

» *Dux Talaonides antiqua ut fortè sub orno*
» *Stabat, & admoti nixus Polynicis in hastam.*

Sed satis uereor, ne de Adrasto Percosij filio intelligendū sit: de quo Hom. Iliad. β. mentionem facit. Hic multū
C fleti.] *ad Troianos transitionem facit: quos primū communiter complectitur, deinde quosdam separatim recenset. & ad Lamentationem uidetur alludere, quæ in funere nobilium multa fieri solebat.* Ingemuit.] *πάθ@ à dolore.* Glaucumq́;, Medontaq;, Thersilocūque.] *à communi ad separatam transit Troianorum mētionem. Glauci in primis uiri strenuiss. qui cum Diomede congressurus, sese mutuo agnouerunt, ac sine conflictu discesserunt. Hom. Iliad 6. at in 16. Iliad. uulneratur. quis uerò fuerit Medon iste Troianus, nullibi me legisse memini. de Medonte quodā Penelopes proco agit Hom Od. 4. & Ouid. in epist. Penelopes. itaq; satis uereor ne pro Medonta legēdum sit Mydonaq;, qui in Iliad. 21. ab Achille occiditur. quod eò etiam firmius crediderim, quoniam ab Homero isti duo simul nominantur, Mydon, & Thersilochus. nam sic ait:*

» ἔνθ' ἕλε Θερσίλοχόν τε, Μύδωνά τε, Ἀστύπυλόν τε.

Itaq; apparet Virgilium nomina pro arbitrio suo commutare, ut etiam paulò inferiùs de Polypœte, quem Polyboetem uocat. Tres Antenoridas.] *q sunt isti Antenotida, ut inuenio apud Homerum, à quo tamen Seruius commemorari dicit. in 20. reuera lib. Iliad. Homerus Demoleunda Antenoris filiū ab Achille interfectū memorat. uerū hoc parū refert, & haud multū ad intelligentiā proficis, nec ipse hic professor historias enodare.* Cerericq; sacrū Polybetē.] *hunc Polypœtē Hom. appellat Iliad. μ.* Idæumq́; etiam currus.] *Priami enim fuerat auriga. porrò hæc poëticè dicuntur, apud inferos insignia quoq; existere fortiss. hominū, ut qua re quisq; uiuus delectatus fuerat, eam etiā in morte retineat, quod (ut ego arbitror) ex eo sibi Poëta finxit, quod Plato scriptū reliquit in Gorgia, animā disiuncta corporis simulachrum eundem habitum apud inferos seruare, quem homine uiuente possidebat. Sed & Hom. Odyss. 11. indeq; Virg. huius rei infrà apertiùs meminit.* At Danaûm proceres.] *Laus ingens Aeneæ à fortitudine: nam quantopere Græcis formidolosus fuisse, dum uiueret, putandus est, si mole corporis exuti, morteq; liberati adhuc timēt, neq; illi⁹ conspectū ferre possunt.* Ingenti trepidare metu.] *Græcorū formidinem hic notat Poëta, per quod eos ceu imbelles per similitudinem deturpat ex præterita illorum in bello Troiano fuga: quam etiam repetitione exornat.*

Ceu quondā petiêre rates.] *ad illud Homericum alludit Iliad. οἰ. in quo Hector Græcos fugat, & ad naues impellit.* Vocē exiguam.] *ut in metu hominū cōtingere solet.* Frustratur hiantes.] *os quidē aperientes, ut loquerentur, sed loqui præ timore non ualentes.*

INDE.] *Transitio ad ultimam inferorum regionem, quam attribuit claris ducibus, illustribusq; uiris, qui in bellis fortiter pugnando occubuerunt. Enumerat aliquos, è quorum uirtutibus, de reliquis est coniecturam facere.* LAMB. Hort.

Molitur iter.] *Periphrasis, in carmine tantum. pergit cœptum iter facere* Secreta.] *à reliquis propter uirtutes heroicas & fortitudinem semota, illi incolunt.*

Tydeus.] *Enumerat eos principio, quos obuios sibi Aeneas habuerit. Primum aliquos recenset, qui fortiter bello Thebano res gerendo ceciderunt: inter quos in prima acie collocat Tydeum. de quo ita Homerus lib. Iliad. 5.*

« Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. «
Id est:
« *Corpore paruus erat Tydeus, sed fortis in armis.* «

Fuit autem Tydeus Oenei regis Aetolorum filius, qui acceptis ijs quæ Meleagro & Althea ad Calydonem acciderant, domestica clade externatus relicta patria, ad Adrastum Argiuorum regem confugit, cuius filiam haud multò pòst uxorem duxit. Ad eundem Adrastum Polynices patria profugus, ac regni paterni sorte defraudatus, per id tempus quoq; uenit. Cui oraculi monitu rex hospiti quoque alteram filiarum uxorem, Argiam Polynici, Deiphilen Tydeo collocauit. Adrastus amborum fortunam miseratus, eos bene sperare iussit: fore breui, ut utriq;

suum regnum restitueretur. Primum Polynicis causam amplexus, priusquam arma mouerentur, Tydeum legatum Thebas ad Eteoclem res fratris repetitum misit. Quæ quidem non modò non sunt redditæ, sed uis etiam insuper contra ius gentium Tydeo intenta fuit. Præterea quinquaginta lectos ex omni iuuentute Thebana Eteocles misit, qui eum ad Adrastum redeuntem, inter uias insidijs interceptum obtruncarent. Tydeus intrepido animo insidijs aduersis in hostes conuersus, non solùm ijs fortiter pugnando restitit, uerumetiam principijs in ipso conflictu statim fusis interfectisq́, reliquos in fugam egit. Aliqui affirmant (quod parum uerisimile esse uidetur) ad unum omnes ab eo cæsos fuisse, præter unum atque alterum, qui cladis turpis & acceptæ ignominiæ nuncij domum sunt reuersi. Argos itaq; Tydeus regressus, legationem Thebanam ordine exponit, ostensis simul recentibus cædis uestigijs, quas paulò antè ægrè insidijs fuerat abreptus. Sequutum inde est bellum magnum & atrox, quo mutuis uulneribus Eteocles & Polynices conciderunt. Occubuerunt præter Argiuorum iuuentutem, quæ fuit propemodum immensa in ea obsidione, omnes duces, excepto Adrasto rege, qui fugientis similis incolumis Argos reuersus fuit. Causam porrò egregiæ & propemodum prodigiosæ in Tydeo uirtutis & intrepidæ animositatis quidam adducunt, quòd amictus uice, pelle apri Calydonij uteretur. Atq; eam ob rem à Lycophrone ἔχις & λάμπη, & κρανοβρῶς appellatur. In bello hic memorato à Melanippo Astaci filio grauiter uulneratus, haud multo pòst perijt. Tradunt quidam, ab Amphiarao uate ad Tydeum adhuc uiuum quidem, sed à uulnere moribundum, caput Melanippi à se interfecti delatum. Quod ille conspicatus, cerebrum euulsum exorbuerit. Quamobrem Minerua eum odisse cœpit. Scholiastes Homericus Iliad. 5. Melanippum Astaci filium annotauit fuisse, non Astacis: à quo, bello Thebano, Tydeus uulnus acceperit. Ad quem ubi Amphiaraus Melanippi à se truncati caput pertulisset, ὑπὸ τοῦ θυμοῦ: id est, furore & excandescentia agitatus, cerebrum hausit. Minerua, quæ illi immortalitatē cōtulerat, hominis μίασμα animaduertens, eum inde auersata fuit. Cognita re Tydeus deam precabatur, uti filio suo eandem immortalitatem largiretur. Hæc Homeri scholiastes. Ab exorbendo cerebro, eum, uti memoraui, Lycophron κρανοβρῶτα dixit: ἐν τῷ κρατὸς ἐγκέφαλον βρύχοντα.

Parthenopæus.] *Hunc Arcadibus imperasse, historiæ produnt, ac Atalantæ filium fuisse, & Meleagri: nōnulli Martis & Melanippes. Iuuenis impiger admodum, qui cum Adrasto ad bellum Thebanum profectus fuit. Ex quo incolumis reuersus, postea ad Troiam occubuit. Statius Thebaid. lib. 6.*

" *Multi, & quos uarij tacet ignorantia uulgi,*
" *Hinc atq; hinc subiêre, sed Arcada Parthenopæum*
" *Appellant, densiq; cient uaga murmura circi.*

Parthenope una Sirenum fuit, à qua Neapolim Campaniæ longè nobilissimam urbem conditam authores adserunt: & à Cumæis à parentibus profectis, luculenter absolutam. Qui cùm in peruetusto monumento Parthenopes corpus sepultum inuenissent, urbem de eius nomine appellarunt. Sed hæc πάρεργα mittantur: ad Adrastum transeamus. Adrasti.] *regis Argiuorum. Fuit hic Talaonis & Eurynomes filius. hic Thebanis ob iniuriam genero illatam bellum intulit: in quo alijs ducibus alio casu absumptis, re infecta domum rediit. Primus Nemesi delubrum dedicauit, quam de se Adrastiam dixit, authore* A *Strabone lib. Geographiæ decimotertio: idq; confirmat Antimachi poetæ uersibus:*

ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα "
πρὸς μακάρων ἔλαχε. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος "
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, "
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. "

Quos uersus ita transtulit Erasmus:

Est quædā Nemesis dea magna, cui omnia quædā hæc "
Sunt data sorte deûm. Ast huic primus condidit arā "
Adrastus, iuxta Aesopi sacrata fluenta: "
Atq; ubi coliturq́, tenetq; Adrastia nomen. "

Idem Strabo lib. 5. cap 32. Parij coloniæ facit mentionē, quā Homerus in catalogo Adrastiā dixit: cuius etiā Plato in Phædro meminit. quā nonnulli ab Adrastea Idæ regina Troianæ, alij ab Adrastea nutrice Iouis Magni dictam existimāt. Sunt qui Adrastiam dictā existiment ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τινῶν μηδένα ἀποδρᾶναι, quòd nemo nocens unquā meritā pœnam effugerit, etiamsi aliquando serius assequitur. Unde in prouerbiū abijt, ἡ Ἀδράστεια Νέμεσις, Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis iamiam aderit: in eos, quibus ob insolentiam arrogantiamq́, fortunæ commutationem & B *rerum uicissitudinem minamur: uel qui à rebus florentibus (ut Eras. uerbis utar) ad calamitosam fortunam redacti sunt. Est autem hæc existimata arrogantiæ omnis & insolentiæ uindex: quæq; spes immoderatas & uetet & puniat. Zenodotus parœmiæ huius originem ad huiusmodi fabulam refert. Eteocles & Polynices, mortuo Oedipo patre, de Thebano regno hac lege pacti sunt, ut alternis annis regnarent. Eteocles, cui primi anni imperium forte obtigit, exacto tempore, fratri suo uices tradere recusauit. Fugit Polynices (ut paulò antè relatum est) Argos ad Adrastum. Fortè ibi offendit Tydeum, qui Calydone ob cædem perpetratam eōdem profugerat. Inter quos clamore tumultuq; orto, cùm interuenisset Adrastus rex, pugnam diremit. Eadem nocte somniarat filiarum alteram apro, alteram leoni se nuptum dedisse. Authores alij sunt, qui tradunt, eum oraculo antea monitum, ut filias suas apro & leoni in matrimonium daret. Cùm igitur horum alterum leonina pelle, alterum apri amictum uideret, oraculi ibi recordatus, utrunq; generum sibi adsciuit. Rursum hic uariant in fabula. Aiunt alterum apri, alterum leonis figuram in clypeo habuisse. Cæterum pollicetur* C *utrisq; restitutionem in patriam. Cæsis paulò pòst Argiuorū ducibus, alijs alio casu, solus euasit Adrastus. Thebanis cum interfectorum cadaueribus sepulturam negassent, liberi cæsorum ad aram Misericordiæ confugientes, parentum cadauera reposcebant. Superuenientibus cum exercitu Atheniensibus, cadauera sunt reddita. Post id temporis filij Argiuorum, qui bello Thebano perierant, nullam unquam reportarūt uictoriam suis partam auspicijs, sed stipendiarij pro externis militarunt. Suidas: ἀδράστεια (inquit) Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. ἀδράστεια αὐτὴ Νέμεσις τιμωρὸς ὑπερόχων καὶ ἀλαζόνων λόγων ἐκδίκησιν. ἀδράστεια οὖν Νέμεσις, ἀπὸ Ἀδράστου, ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. τῶν γὰρ ἀργείων Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων, μόνος αὐτῶν διέσωσε, Ἄδραστος φασί. Idem statim: οἱ μὲν τούτου τοῦ ονόματος λέγουσι. καλῶν δὲ γενομένων ἀπὸ Ἀδράστου τοῦδε βασιλέως. ἢ ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ παλαιοῦ, ... ἐφ' οἷς τῶν Θηβαίων καταπολεμήσαντες, ἱδρυσάμενον ἱερόν.*

[illegible Greek] Et adducit si]anum Antimachi Poëtæ uersus, modo a nobis citatos. Fuit item alius Adrastus, Percosij filius. Sed priorem Argiuorum regem & Hipponoum eius filium se in ignem præcipitasse, proditum memoriæ est.

Imago. Hypallage, umbra pallida: quòd mors corpora pallida reddat. Adrastus regno Argiuorum pulsus, Sicyonem ad maternum suum Polybum fugit, ubi eum humatum, author est Herodotus in Terpsichore. postea reconciliata gratia inter Amphiaraum & Adrastum fuit, Eriphyle sorore Adrasti Amphiarao in uxorem tradita.

Hic.] His adnumerat illustres aliquot Troianos, qui fortiter pro patria pugnando in bello occubuerunt, ut scilicet sub Aeneæ persona Troianos celebret, & quidem ad exemplar Homericum: ubi etiam recensentur hi, qui Græcorum Vlyssi sese obtulerunt, Agamemnon, Aiax, Achilles, Patroclus, Antilochus. Ad superos.] in hac uita defleti. Caducos.] dicit, qui in bello cecidere, mortuos. Alioqui propriè caducum, fragile est, mortale, mobile, falsum, incertum, momentaneum. Dardanidæ.] Troiani antonomasia. Ingemuit.] Pathos à pietate in suos. Glaucumq́ue.] Fuit hic Glaucus Antenoris filius, quem (ut Dictys scribit) Agamemnon interfecit. Numerantur plures Glauci: ut Sisyphi filius, qui Potniæ Bœotiæ regnauit. Alius Glaucus piscator Anthedonius, natandi peritus longè princeps. Hic solebat suis esse miraculo, Anthedoniis spectantibus enatabat è portu, donec è prospectu esset. Inde reuersus in terram, secessit in locum aliquem semotum, ubi dies complures commorabatur. Postea in portum natans, suis spectantibus redibat. Sciscitantibus amicis cum magna admiratione, ubi nam tam diu latitasset? aiebat se in fluctibus id temporis uersatum fuisse. Auxit rei miraculum altero commento. Nam hybernis diebus, cum cæteri piscatores nihil piscium caperent, rogabat ciues suos, quos pisces sibi adduci uellent: & quos iussissent, adducebat, iam multo ante in eum usum captos, seruatosq́ue. Euenit fortè, ut natans à belua marina deuoraretur, & cum non rediret, prouerbio iactari cœpit, Glaucum gustata comesaq́ue herba factum immortalem, & habitare in mari. Vide de diuersis Glaucis, prouerbia Erasmi: & librum 7. Athenæi. Sed celebratissimus omnium est Homeri carminibus Glaucus Hippolochi filius, dux Lyciorum, insolens ostentator magis quàm bellicosus. Qui cum Diomede singulari certamine congressurus, aurea arma æreis, χρύσεα χαλκείων commutauit. De hoc uide copiosè adagium, Diomedis & Glauci permutatio. Adijciam & hæc, quanquam πάρεργα, prouerbia, à Glaucis profecta: Glaucus melle poto surrexit aut reuixit, γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη, quoties mortuus quis uulgo dictus, denuò in publicum prodit, & quasi redimitus ijs apparet, quibus odio quodam etiam sepultus iactatus fuit: ut alibi D. Erasmus. Glaucus alter ab equis deuoratus, [illegible Greek], in hominem, qui equis alendis deuoratur. Glauci ars, γλαύκου τέχνη: in opus celeriter absolutum, uel quod exactissima cura sit elaboratum. De Glaucis fusissimè multa noster Erasmus in parœmijs. Medontaq́ue.] Fuit alius Medon Oilei filius. Thersilochum.] Hunc Hom. lib. Iliad. φ. ab Achille inter Pæones interfectum canit.

[illegible Greek verses]

Polybœten.] Memoratur item alius Polybœtes Pirithoi & Hippodamiæ filius, qui Argis ad Troiam cum 20. nauibus uenit. Meminit Homerus cuiusdam Polyphetæ in 13. Iliad. rursum lib. 12. Polypetæ.

Tres Antenor.] Homericum hemistichium totidem uerbis reddidit. Antenoris plures fuere liberi: quorum Polybum, Agenorem, & Acamantem in pugnam descendisse cum Hectore, Polydamante & Aenea, Homerus refert Iliad. 11.

[illegible Greek verses]

Cæterum Iliad. 11. Iphidamas & Coon Antenoris filij ab Agamemnone interfecti referuntur: & Archelochus ab Aiace lib. 14. Idæumq́ue.] Fuit hic Priami auriga. Inducitur & ab Homero lib. Iliad. 7. alius quidam Idæus præco Troianus, qui cum Talthybio surrum in suu pugnam inter Hectorem & Aiacem diremit. Superioris uerò hoc loco facit mentionem Homerus lib. Iliad. ultimo, narrans Priamum tentorium Achillis petentem cum amplissimis muneribus:

[illegible Greek verses] ——

Aurigam itaq́ue significare uolens, non præconem, addit disertè, eum currum adhuc & arma tenere etiam germenatum. pro & posuit duplicato. Conterre.] propius accedere ut sciscitetur fata eorum, quo casu, quaq́ue fortuna ex hac uita migrarint, quum in ea loca peruenerint.

At Danaûm.] A' ciuibus ad hostium, quos ibi uiderit, enumerationem transit: atq́ue hypotyposi solitam eorum fugam, conspecto Aenea, in conspectu ponit. Pristinum ingenium umbræ apud inferos seruare creduntur. Græci superiori bello sæpe uiso Hectore in pugnam prodire effusa fuga ad naues se præcipitarant. Eandem fugam hic conspecto Aenea ijsdem trepidantibus Poeta attribuit.

Proceres.] ductores & primi Græcorum duces: metaphora. alias, qui propriè proceres dicantur, enucleatum est. Phalanges.] agmina stabilia peditum. Macedonica uox. Sunt & phalanges digitorum internodia. Virum.] Aeneam. Trepida.] trepidabant: enallage modi. historicum est, ad eam formam modus abiit in graui ac splendida narratione. Vertere.] in fugam se conijciebant: metaphora sumpta à re militari, à qua multa in prouerbialem speciem trahuntur, uelut, bellicum canere, pro exhortari. & animare classicum, pro exhortatione. receptui canere, pro fintre, signa canere, congredi: collatis depugnare signis, & uersis gladijs pugnare: & id genus sexcentæ metaphoræ à bello sumuntur. Ceu quondam.] Subijcit eorum trepidam fugam, comparatione ab ijs ipsis ductas, cum ad Troiam militarent. Porrò Græcorum ad naues fuga in expugnatione propugnaculi refertur Iliad. 12. sed multa effusior Hectore insequente, eiusdem operis libro 15. ubi igni iam naues, frustra Aiace eas tuente, grassante in hostes, etiam illatus fuit.

Rates.] naues: synecdoche. Vocem.] à natura spirituum, qui nihil aliud sunt quàm substantiæ incorporeæ. quare sonum edere haud ualent. organa enim uocis desunt. Depingit ceu penicillo in tabula, animas ora in hiatum temerè diducentes sine sono.

ARGVMENTVM

Inter uiros fortes Deiphobum quoque Priami filium truncatum, mul[illegible] confossum se uidisse memorat, quem & alloquitur, & a quo tot uulnera accepert, percunctatur q[illegible] audita eius morte, cùm eum conspicere, & in patria terra sepultura afficere nequiuisset, cenotaphium [illegible] constituisse, manesq; ter euocasse admonet.

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum † aspicio, lacerum crudeliter ora,
Ora, manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto uulnere nares:
Vix adeò agnouit pauitantem & dira tegentem
Supplicia, & notis compellat uocibus ultro:
Deiphobe armipotẽs, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum uasta de cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulũ Rhœteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter uoce uocaui.
Nomen, & arma locũ seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.

NASC. * al. uidit,

LANIATVM corpore toto.] *ornat⁹ ex habitu, & forma corporis: quod per effictionẽ totũ deturpatũ fuisse describit. Platonicè igitur designat, corpus: id est, simulachrũ corporis à morte eundem apud inferos habitum retinere, quem homine uiuente possederat.*

Populataque tempora.] *metaphoricώς ab agro deuastato: nam quemadmodũ agri depopulati sunt informes, & uisu iniucundi, sic tempora absq; auribus deformia sunt. neque dura, aut longè petita tralatiõ uideri debet: nam ut plurimi, non unus, agros populantur, ac deuastant, sic plurimi Græcorum feriendo Deiphobum deturparunt.*

Inhonesto uulnere.] *turpi. ita Cic. ad Q. F. cupiditatem inhonestissimam appellat.* Vix adeò agnouit.] *propter causam à nobis dudum ex Platone adductam: quia non adhuc erat purgatus.* Pauitantem.] *quia præ pudore nolebat agnosci.* Supplicia.] *hic uulnera simpliciter accipe: nam supplicia propriè sunt delictorum pœnæ. Deiphobus autem nihil admiserat, ut supplicio dignus esse uideretur: sed occultè Græcis indignatur Poëta: qui hominem innocentem, ac strenuè pro patria dimicantem tali supplicio crudeliter affecerunt, quale ne scelestis quidem, ac nequam hominibus inferri solet.*

Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri.] *Deiphobum pauitantem Aeneas prior alloquitur. eiq; animum facit commendatione uirtutis illius: quam amplificat à genere: nam cùm ait armipotens, eum & rei militaris scientissimum, & animi consilio, utriusq; corporis pollentem designat: quæ etiam ad eius beneuolentiam colligendam plurimum faciunt.*

Quis tam crudeleis.] *comparata beneuolentia, additoq; illi animo, de ipsius miserando casu non absq; doloris affectu illum interrogat. nec, quis te his pœnis affecit, rogat, uerùm ait, quis optauit sumere? cum affectuosa admiratione, quasi fieri non posse uideret, tanta in hominem non modò exerceri, sed ne cogitari quidem supplicia posse.* Mihi fama suprema.] *se opinione frustratum dicit de nece illius, cùm aliter de illo, atque re ipsa erat, acceperit.* Fessum uasta te cæde.] *laus fortitudinis, cùm animi, tum etiam corporis. qui non priùs occubuit, quàm hostium stragem ingentem ediderit.*

Tunc egomet.] *ex officio suo beneuolentiam colligit: qualis enim fuerit in amicum ostendit.*

Tumulũ inanẽ.] *in quo uderat eius cadauer: cenotaphium Græci appellat.* Rhœteo in littore.] *ubi Rhœteum est Troadis oppidum.*

Ter uoce uocaui.] *de more. manes enim ad sepulchrũ ter euocabatur.* Nomen & arma locũ seruant.] *probatã signo. nã & arma ibi posuit, & de nomine illius locũ appellauit. ut de Palinuro paulò ante dictũ est:*

> *At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum*
> *Imponit, suaq; arma uiro, remumq;, tubamq;,*
> *Monte sub aërio: qui nunc Misenus ab illo*
> *Dicitur, æternumq; tenet per sæcula nomen.*

Te amice.] *id est, corpus tuum, ut sepulturæ traderem. & est commiserationis misericordiæ locus: quem Cicer. octauum ponit.*

DEIPHOBVM.] *Dares prodidit, hunc Deiphobum à Palamede a[d] pugnam egresso, circa finem belli fuisse obtruncatum. At Maro diuersam historiam sequutus est, quam alibi retulimus, & pleriq; omnes Græci ut uerisimiliorem tenent. Paride à Philoctete, è Lemno nuper accito, trucidato, communiter ab Aenea, Antenore & pleraq; nobilitate in con[silio] frequenti de reddenda He[le]na consultum fuit. Qua n[on] solum nihil, Priamo eiusq; liberis uno ore reclamantibus a quibus obtinuerunt, ut etiã rex statim illam Deiphobo ...uptum daret, præmium uirtutis, propter res fortissimè ab eo, bello gestas, [illegible] wέπpon. Et ut Euripides in Troadibus inquit:*

> [illegible Greek]

Helena postea capta Troia, uolens beneuolentiæ specie ueterem maritum Menelaum sibi reconciliare, eum in Deiphobi thalamum introduxit, & trucidandũ obiecit. Subduxerat ipsa paulò antè furtim ensem, quem ad omnem casum & unum circa lectum ille disposuerat. Recensetur hic ab Hygino inter maritos, qui uxorũ fraude perierunt.

Laniatum.] *Prosopographia. à deformitate partium totius corporis Diductio totius in partes: e[x] altera gia ad narrationem sequentem. Nam debilitatem [illegible] umbræ prop[illegible] enumerat partes, quibus mutilata occurrerit.* Ora.] *Anadiplosis.* [illegible]

Populata.] *deformia metaphora. [illegible] pathos mouet à debilitate.* Inhonesto.] *deformitatem autem, quod indecorum esset regium filium ad eum modum contruncare. Truncas adiectiuẽ dixit, pro truncatas: cùm & substantiuè truncus dicatur [illegible] pars, [illegible] rami trupicati: hoc est, putat[illegible], reliq[ua] superest.* [Dira te]gentem.] *Pathos ab habitu personæ.*

Nota.]

A Notis.] *qui inter se ob communem non solùm patriam, sed cognationis & consanguinitatis iure norant.*

Deiphobe.] *Praebet Deiphobo narrandi historiã, tragici exitus sui materiam, ut condimento nouae narrationis rei, taedium lectionis leuet.* Deiphobe.] *Beneuolentia à Deiphobi persona, & eius generis & auitalium splendore.* Quis tam.] *Propositio interrogationis, in qua uertitur tota insequens narratio. Caetera ad commendationem pietatis suae erga Deiphobum consanguineum pertinent.* Optauit.] *quod Graeci dicunt ἠθέλησε, ἢ ἐτόλμησε, pro uoluit, uel ausus fuit, ἰσόχρονα. Iam & emphasis obseruanda est,* De te: *uiro tam forti, regia stirpe, coniuge Helenes, cui haud temerè quisquam & impunè se obuium tulisset in praelio. Pathos ab indigno.*

Mihi fama.] *πάρεργα ista sunt, & à praesenti causa aliena quidem, sed ut ex ijs nascatur materia commemorandae beneuolentiae suae erga ipsum. Non ipsum quidem ea nocte pugnando occubuisse dicit, sed fama inter populares suos se accepisse: ne uideatur hoc ipsum percontari, quod sciat. Neq; uerò scire potuit, quod in tenebris, tota urbe ab hostibus occupata, gerebatur. Ergo ut pium er-*

B *ga eum officium suum depraedicet, famam adducit, qua motus, mortuo & parentarit, & cenotaphium aggesserit, deniq; omnia iusta persoluerit: quare gratius nihil umbris praestari putabatur.* Tulit.] *retulit: simplex pro composito.* Confusae stragis.] *quae constabat multitudine omnis generis mortalium.* Tunc.] *Paucis enumerat ordinem funebrium ceremoniarum. Primùm aggessit tumulum: inde ter conclamauit: postremò arma fortissimi uiri ibi fixit.* Rhoeteo.] *De Rhoeteo & Sigeo, alibi mentio fuit. In Sigeo, Achillis sepulchrum fuit: in Rhoeteo uerò, Aiacis asylum.* Ter.] *De conclamandi ritu, hoc eodem libro, & in tertio abundè annotauimus.*

Arma.] *non ipsa quidem arma, ad quae obtinenda capta iam urbe penetrare non ualuit: sed armorum fortis uiri insignia picta, quae uicem uerorum praestabant.*

Te amice.] *Graeca figura corripuit uocalem longã in fine, sequente breui: quod ipsum & in 3. Eclog. fecit sequente longa:*

"*Et longum formose uale uale, inquit, Iola.*"

Et diphthongon, in tertio Aeneid.

"*Insula Ionio in magno.* ——"

Nequiui.] *Hoc est, corpus tuum. Quo minus absolutum officium praestiterit, excusat facultatem: non enim usquam potui, in tanta caesorum strage, cadauer tuum inuenire, & condere in patrio solo.*

ARGVMENTVM.

Exponit Deiphobus casum suae necis: seq; non (vt Aeneas putabat) cum Graecis dimicando occubuisse, sed dolo, ac scelere Helenae coniugis suae interfectum fuisse memorat, quae per speciem sacrorum, signo muto Graecos ex arce euocans, Menelaum coniugem, & Vlyssem comitem in cubiculum suum, emotis illius armis omnibus, introduxit: à quibus ipse curis, & graui somno oppressus miser, horrendisq; vulneribus crudeliter confossus, atque deturpatus est.

NASC.

† *al.* Ad quę Priamid.

* *al.* relictũ:

† *al.* monimenta

* *al.* Tum

† Atq; hic Priamides: Nihil ô tibi amice * relictũ est:
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris umbris.
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacaenae
His mersêre malis, illa haec † monumenta reliquit.
Namq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti: (& nimium meminisse necesse est)
Cum fatalis equus saltu super ardua uenit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo:
Illa chorum simulans Euantes orgia circum
Ducebat Phrygias, flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce uocabat.
* Tunc me confectum curis, somnoq; grauatum
Infoelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidaeq; simillima morti.
Egregia interea coniunx arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta uocat Menelaum, & limina pandit:
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui ueterum sic posse malorum.
Quid moror? irrũpũt thalamo, comes additur unà
Hortator scelerum Aeolides: dij talia Graijs
Instaurate, pio si poenas ore reposco.
Sed te qui uiuum casus, age fare uicissim,
Attulerint: pelagine uenis erroribus actus?
An monitu Diuûm? quae te fortuna fatigat?
Vt tristeis sine Sole domos, loca turbida adires?

Nihil ô tibi amice relictum est.] *Aeneae proposuit respondet Deiphobus per ὑστερολογίαν: quod & ὕστερον πρότερον Graeci uocant: nam cùm hac partitione usus fuisset Aeneas, ut primùm necis illius fa-*

C *mam, deinde suum erga eius manes officium exponeret, initio secundae respõdet parti, deinde primae: at secundam uerbis quàm paucissimis absoluit, cùm ait,* Nihil ô tibi amice relictũ est. *& qui nihil relinquit, omnia exequitur, propterea subdit per ταυτολογίαν.* Omnia Deiphobo soluisti.] *oratoriè de se, tanquam de aliena persona loquitur, beneuolentiamq; colligit à persona Aeneae: qui pij, amantissimiq; erga ipsum hominis officio functus fuerit.* Et funeris umbris.] *appositè umbris: quia funus ibi esse non poterat, ubi cadauer non esset.* Sed me fata mea.] *ad expositionem malorũ suorum se accingit: quorũ duplicem causam assignat, fatũ & scelus Helenae uxoris. sed fatum praecipuam causam fuisse innuere uidetur iuxta quorundam philosophorum sententiã: qui ortum, atque obitum hominis fato assignãt. uerùm quia fatũ tantummodò impellit, instigatq; hominem, requiritur altera causa quasi efficiens: quae factum impleat. ideo sequitur:* Et scelus exitiale Lacaenae His mersêre malis.] *Helenam odiosè per quoddam pronominationis genus, & ἐμφατικῶς Lacaenam uocat, crudelem, & scelestam.* Illa haec monumenta reliquit.] *ἐμφατικῶς, ἢ ἀντιφραστικῶς in dedecus Helenae: ita Socrates, cùm à quodam*

 ira percu-

ira percito tam fœdè pulsatus esset, ut eius uultus undique tumidus fieret, fronti suæ percussoris nomen (uti in statuis fieri solet) inscripsit his uerbis: ille hoc opus fecit. *hoc designans, turpius esse pulsare, quàm pulsari, occidere, quàm occidi.* Namque ut supremam.] *expositionem facti aggreditur: quod eo ordine narrat, ut quæ Aeneæ nota esse poterant, breuissima oratione perstringat: quæ uerò incognita, copiosiùs enarret.*

Falsa inter gaudia.] *πάθος ex illis, quæ fiunt præter spem. hæc uerè peripetia est, cùm ex summo gaudio in repentinum dolorem, & necem cadimus.*

Nosti] *citat ipsum testem.* Et nimium meminisse necesse est.] *quia grauis iactura cùm rerum, tum hominum facta est.* Cùm fatalis equus.] *ad Troianorum excusationem equum fatalem appellat, quasi fatum esset, ne Troiani animaduerterent equum illum in sui necem parari.* Saltu.] *allusio est, quia equum dixit. nam machina lignea saltare non poterat.* Et armatum peditem.] *intellectio est pro armatis peditibus. ut in 2. Aeneid.*

» *——uterumq́ armato milite complent.*

Illa chorum simulans.] *rem uerisimilem facit ab occasione religionis. Helena, ut Græcos, in equo latentes quos optimè sciebat, alloqueretur, sacra se facturam simulauit: & ascitis quibusdam ex Troianis mulieribus, ipsa chorum ducebat, equumq́ ligneum ter ambiens, ut inquit Homer. libro Odyss. 4. proceres Græcorum in aluo equi latentium nominabat. cui respondere uolentes quidam ab Vlysse prohibiti fuerunt. huc alludens, & tamen aliud dicens Poëta, Helenam facit, sub persona Deiphobi, Orgia simulantem, & chorum matronarum ducentem, ut per speciem religionis Troianis imponat: hoc est, ut Græcos signo luminis ex arce uocet in perniciem Troianorum.* Euantes.] *Euie canentes, quod Bacchi nomen est: significat enim bone fili, quo nomine Bacchus à Ioue tum appellatus est, cùm in formam Leonis conuersus, unum ex gigantibus cum Ioue pugnantibus discerpsit, atque dilaniauit. de sacris Bacchi, quæ à mulieribus bacchades cognominatis fiebant, alij copiosè scribunt. mihi longè aliud consilium est, quàm in huiusmodi nugis pluribus immorari.* Tum me confectum curis.] *excusat factum, quod somno tunc se dederit, cùm uigilia opus esset, & à multitudine curarum, quæ ferebantur suo impetu ex pristino bellorum tumultu, excusat: quibus homo grauiter oppressus facilè in somnum soluitur. hoc etiam modo factum Helenæ magis uerisimile fit: nam dormiente coniuge faciliùs illa Græcos in domum recipere poterat.* Infelix habuit thalamus.] *πάθος ab infausto rei euentu. quod per speciem metonymiæ expressit. quasi dicat: qui me infelicem reddidit.*

Alta quies.] *profundus somnus.* Egregia interea coniux.] *Helenæ in se facinus scelestum describendum aggreditur. itaq εἰρωνικῶς egregiam uocat. ita quoque in 4 Aeneid.*

» *Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis*
» *Tuq́, puerq́ tuus.*

Atqui locus iste pugnare uidetur cum his, quæ de Helena Aeneas refert in 2. Aeneid. tamen ibidem quo pacto conciliari possint (etsi longis quidam disputationibus id frustrà facere conati sunt) admonuimus: nam si dicatur id uotius Deiphobo fuisse, quàm Aeneæ: qui necem passus est, potuitq́ etiam apud inferos diuinare, sicuti mortuorum animæ interim diuinare solent, non fit postea uerisimile Helenam metuisse Græcos, & latuisse, ut uideretur, ut in 2. relatum est. itaq uel nobis nolentibus, fatendum est, hæc loca inter se quidem pugnare, sed poëtica licentia tum factum esse, tum etiam fieri potuisse. nam Plato singularis doctrinæ, acerrimiq́ iudicij uir sæpe contingere poëtis scriptum reliquit in 4. dial. de leg. uel de legumlat. ut contraria, inuicemq́ pugnantia dicere cogantur, & utrum hæc, an illa uera sint ignorare. Vetus, inquit, legislator, fabula passim à nobis fertur, atq à cæteris omnibus confirmatur, Poëtam, quando in Musæ tripode sedet, non esse mentis compotem, sed quasi fontem fluere, & quæcunq influunt, prorsus effundere. cumq́ ars eius imitatio quædam sit, & contrarios hominum affectus exprimat, sæpe cogi Poëtam sibi ipsi contraria dicere, neque scire utrum hæc, an illa uera sint. hæc ille. quibus uerbis liquet non debere uitio uerti poëtis, si quandoq pugnantia dicant, cùm id de industria faciant, ut minime musarum afflati esse uideantur. hæc discant, notentq́ Virgiliomastices: qui nihil unquam melius, quàm mordere didicerunt. Scilicet id magnam superans.] *causam assignat facti: quã ἀφορμὰς ex ratiocinatione deducit. est autem ratiocinatio, auctore Cic. diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio: quæ inter cætera tum interfuisse dicitur, cùm aliquid uel adipiscendi commodi uel incommodi euitandi gratia ab aliquo susceptum fuisse iudicatur. nam sperabat Helena se coniugem suum Menelaum hoc tanto beneficio sibi reconciliaturam: suiq́ discessus, nec non admissi adulterij infamiam egregiè purgaturam.* Quid moror?] *se ipse increpat.* Aeolides.] *Vlysses Aeoli nepos.* B

Dij talia Graijs.] *imprecatio, quæ πάθος habet per exclamationem. sic Macrob. libro 4. Sat. tale illud est ex 3. Aeneid.*

——Dij talem terris auertite pestem. «

Pio si pœnas ore reposco.] *quia alteri mala imprecari, nõ satis piũ est, se ipse corrigit, κατ' ἐπανόρθωσιν.*

Sed te qui uiuum casus.] *ad Aeneã per triplicem ἐρώτησιν sermonem conuertit. huic non dissimilis illa est in primo Aeneid. tripertita Veneris interrogatio:*

Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris? «
Quóue tenetis iter? «

Vt tristes sine Sole domos, loca turbida adires.] *Homeri est ex 11. Od. sed ille simpliciter dixit:* C

Ἐλπῆνορ, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα;

Quo modo uenisti Elpenor sub caliginem obscuram?
Hic uerò noster uarijs figurarum luminibus eandem rem explicauit. neq illud etiam, quod sub persona Tiresiæ profert, cùm nostro conferendum est:

τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃ νέκυας, καὶ ἀτερπέα χῶρον.

Noster enim paucioribus uerbis, nec obscurioribus figuris totam Homeri sententiam absoluit, atq illustrauit.

Atque hic.] *Desectiostum respõdet uicissim Deiphobus, antonomasia. Respondet ad id, quod ad Aeneæ pium officium pertinet: ut exempto scrupulo, ad sequentem narrationem sit attentior.* Deiphobo.] *mihi: tertia persona pro prima.* Soluisti.] *iura manium religiose, ut debita mortuis præstitisti nam id soluere propriè signat. Superstites mortuis iusta funebria debent.* LAMB. Hort.

Vmbris.] *Expolit uerbis luculentioribus, cui persoluerit: ut amphibolum tollatur. Non corpori, cui id genus*

ingrata

A ingrata sunt, (quippe non sentiunt) sed umbris, ad quas aliqua funebrium ceremoniarum portio & sensus peruenire ac descendere, apud illas existimatio fuit. Caeterùm, funeris dixit, pro corporis defuncti & uita spoliati cadauere. Nam quid funus signet, alicubi & admonuimus, & Grammatici satis docent. Fata.] quorum placitis factum fuit, ut Helenes insidijs in haec mala praecipitarer. Duo ista coniunxit, ut diuersa: fatum & scelus Lacaenae. Et fatum, ut praescientiam Dei, uolunt factum praecedere.

Lacaenae.] Helenes: antonomasia. A Lacedaemone, Lacon gentile deducitur, cuius foemininum est Lacaena: ut ὁ λάκων, ἡ λάκαινα, λέων λέαινα. Propositio, unde nascitur narratio rei gestae. Mersere.] Metaphora sumpta ab aquis, & in ijs fluitantibus. Monumenta.] ἀναθήματα. Mõstrat enim truncata membra, quibus ceu monumẽtis, coniugis perniciosae debeat admoneri. Illud enim propriè monumentum appellamus: estq; ἀδιάφορον.

Namq;] Narratio breuis & nuda, personae & tempori accommodata. Noctem supremã uocat, quã Valerius Flac. Doricam appellat, qua Durateus equus armatos effudit, & exercitus Graecorum è Tenedo noctis silen-
B tio reuersus Troiam cepit, & excidit. Falsa.] quippe persuasi hostes abisse, & patriam obsidione citra ullam suspicionem liberatam fuisse, cum eorum insidijs & dolis occuparemur. Nota est historia. Fatalis.] Exponit, quam dicat extremam noctem, cum exitiabilis & fato quodam in urbis euersionem fabricatus equus in arcem inuectus esset. Allusit ad uini equi naturam, qui integros propè muros transiluisset. Alioqui non ignorabat Deiphobus, dirutis moenibus. Duratum equum in urbem funibus tractum, & in arcem locatum fuisse. Pergama.] moenia Troiae. Peditem.] Tapinosis & synecdoche.

Grauis.] Metaphora à praegnantibus ducta: quae foetu grauidae uterum gestant. Illa.] A descriptione temporis nocturni ad narrationis seriem transit. Illa.] Helenae. Indignantis particula hoc loco est. Chorum.] Choream ipsa quasi choraga ducebat. Euantes.] Bacchantes mulieres Troianas, & Bacchi sacro celebrantes. Libero patri ab Indica expeditione reuerso, Trieterica sacra instituta fuere: quae (quoniam in illa coetus quoque foeminarum ultrò citroq; secum traxerat) à mulieribus, quae ab eo Bacchae dicebantur, insanis clamoribus &
C taedis & funalibus, passis crinibus discurrentibus celebrabantur. Hae quoque ἀπὸ τοῦ θύειν: id est, sacrificando, Thyades nuncupatae fuere. Vox his benè precantis una concorsq; erat, εὖ οἱ, eu hoe: quod perinde sonat, ac si dicat, bene illi: uel ἀπὸ τῆς εὐχῆς: hoc est, uoto, quòd uota & preces ei offerrentur, εὐχὴ, unde Euchion: uel à superiori acclamatione, Euhaeus uocari coepit: & Euhyius: hoc est, bonus filius. Etenim cùm Gigantes dijs bellum inferrent, Bacchus fertur primus omnium in leonem uersus, gigantem interfecisse. Quae res Ioui adeò fuit grata, ut blandiusculè eum Euhyion appellarit. Hinc uox illa Bacchantium orta fuit, ut Euan diceretur. Siue quòd Phryges Bacchum Euantem nominarent, certè Poëta hoc loco Euantes, Phrygias matres, Bacchi furore agitatas uocat. At si uerum est quod Hesychius annotauit, εὐὰν, τὸν κισσὸν ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν λέγεσθαι: id est, Euan ab Indis hederam uocari, aptius ea nomenclatura Baccho & Bacchantibus quadrat. Domitis enim Indis in triumpho hastam pampinis & hedera coronatam gestasse creditus fuit: quem habitum eius sacerdotes in sacris postea imitatae fuêre. Orgia.] sacra & mysteria: ea enim propriè ὄργια dicuntur. huiusmadi erant Bacchi orgia, quae noctu à mulieribus peragebantur. Apollonij enarrator uocem deductam existimat παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν, ἢ τὰ ἐν ὀργάσι γινόμενα. Nam ὀργάδες, οἱ σύμφυτοι τόποι sunt, καὶ ὑγροί: uel (ut Suidae uerbis utar, ὀργὰς ἔνυγρος καὶ σύμφυτος, καὶ λιπαρὰ καὶ ἀμπελώδης. Alij tractam uolunt ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ira, seu furore: quòd ὀργιάζοντες: id est, sacrificantes, & rem diuinam facientes, diuino quodam furore afflari uiderentur: uel παρὰ τὸ θύειν ἐν τοῖς ὄρεσι, quòd in montium iugis, ut locis coelo proximis, sacrificare consueuerint. Baccho omniũ primus Orpheus in Thracia orgia instituit. Principiò ista à solis mulieribus, quae menstruo laborabant, celebrari uoluit, ut per id temporis à maritis submouerentur. Postea ab omnibus eius sexus, nullo discrimine aetatis & conditionis, ea peragi permisit. Hesychius ὀργιάζειν exponit, τὸ πανὸς (?) τῷ διονύσῳ, Baccha sacrificare. καὶ ὄργια, ἱερὰ, καὶ τὰ μυστήρια. Seruius hic orgia cantharos uini plenos accipit: quo profectò nihil ineptius. At uerò ὀργυιὰ, τῆς ὀργυιᾶς, mensurae genus est, manuũ extẽsio, & pectoris latitudo. Flammam.] funale. Circumducebat.] tenebat.

Confectum.] curis uarijs solicitum: Rectè infoelix, hypallage: in quo ego uidelicet miser ea nocte perij.

Pressit.] Expolitio superioris orationis. Simillima.] est enim αὐτοχαρακτῆρος τοῦ θανάτου. Egregia.] Ironia, ut in illo uersu, Scilicet id magnum. Munus.]
A causis finalibus una, ut hoc beneficio sibi pristinum maritum emereretur: altero prorsus absurda, rata eo officio tetram adulterij labem & notam se deleturam. Adulteriũ, ueteris mali hic uocat. Intra.] Hysteron proteron, primùm thalamum aperuit, atq; inde Menelaum intrò uocauit. Thalamo.] in thalamum. Aeolides.] Vlyssem antonomasia. hortator ad omnia scelera. Sisyphus Aeoli fuit filius. Ex Autolyco & Amphithea, Aesimus & Anticlia nati sunt. Porrò Anticlia à Sisypho ad istum modum constuprata fuit. Verba scholiastae Lycophronis subijciam: ὁ αὐτόλυκος κλεπτικώτατος ὑπῆρχε. κλέπτων γὰρ πάντων ἵππους τε καὶ βόας καὶ ποίμνια, τὰς σφραγίδας αὐτῶν μετεποίει, καὶ ἐλάνθανε τοὺς δεσπότας αὐτῶν, ὡς φησι καὶ ἡσίοδος: πάντα γὰρ ὅσσα λάβεσκεν ἀείδελα πάντα τίθεσκεν. σίσυφος δὲ μολυβδίνῳ τῷ τύπῳ τὸ τοῦ ὄνυχος ἐγχαράξας, τὰς τῶν ἑαυτοῦ ζώων ὁπλὰς καὶ χηλὰς ἐπεσημήνατο. αὐτόλυκος δὲ ἀφελόμενος, καὶ τὴν τῶν ζώων τούτων τὰς σφραγῖδας μετεποίει. ὡς δὲ καὶ οὕτω λαθὼν ἐκ ἴσχυσε τὸν σίσυφον, φίλον αὐτὸν ποιεῖται. ὁ δὲ λαθὼν τῆς αὐτοῦ μητρὸς τὴν ἀντίκλειαν, συγγίνεται τῇ ἀντικλείᾳ, συνεφρόνησε ποιεῖ τὸν ὀδυσσέα. ὕστερον δὲ αὐτὴν ἔγημεν ὁ λαέρτης. Aeolides: hoc est, Aeoli ex filio suo Sisypho nepos fuit Vlysses, quod ab Aiace ei apud Ouid obijcitur lib. 13.

> —quid sanguine cretus "
> Sisyphio, furtisq; & fraude simillimus illi, "
> Inserit Aeacidis alienae nomina gentis? "

Propter fraudulentam indolem, & timiditatem innatam, Lycophron eum λαμπουρίδα appellat, quasi πανοῦργον: hoc est, uersutũ & fraudulentum. Est enim λαμπουρὶς, uulpis species alba cauda. Vlyssis ex auunculo Aesimo nepos fuit Sinon. Dij talia.] Concludit narratiunculam imprecatione debitae poenae, ut pro accepta iniuria supplicium dent. ἐπιφώνημα mouet pathos. Instaurare hic usurpauit pro reddere. Alioqui instaurare propriè est reficere,

& restituere, atque integrare, à uerbo uetusto Stauro
Pio.] *Præmollit uindictam, à pio.* Sed te.] *Trāsitio ad interrogādi uicissitudinem, ne ita abrumpatur oratio. Sed ea quæ rogat, quoniam ociosa sunt, & in superioribus narrata, nihil uicissim ab Aenea respondetur. Rogat, num ui tempestatis huc sit delatus: an diuorum oraculis* A *iussus, huc iter habuerit.* Sine Sole.] *inferorum loca, quæ Soli sunt inaccessa. Hæc turbida uocat, in quibus sontium pœnis tumultuantur omnia. Alioqui in Elysio ipsa sydera suum norunt Solem. A finali causa.*

ARGVMENTVM.

Deiphobus, & Aeneas vnà loquendo sermonem ad mediam ferè noctem produxerant, at Sibylla verita ne totum sibi datum tempus fabulis consumeretur, Aeneam monet, vt iam tandem discedat: viamq́; illi duplicem ostendit, Tartari ad læuam, vbi scelesti puniuntur, & Elysij ad dextram: quo gressum illi dirigendum dicit Deiphobus verò Sibyllam, quam iratam putat, blandis verbis placare conatur.

Hac uice sermonum roseis aurora quadrigis,
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem,
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit, breuiterq́; affata Sibylla est.
Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas:
Hic locus est, parteis ubi se uia findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter Elysium nobis at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.
Deiphobus contrà: Ne sæui magna sacerdos,
Discedam, explebo numerū, reddarq́; tenebris.
I decus, i nostrum, melioribus utere fatis.
Tantum effatus, & in uerbo uestigia torsit.

NASC. Hac uice sermonum.] *hic uerbis ultrò, citroq́; habitis: nam homines ita per uices loqui, ut negatia agere dicuntur. unde & pugnare, & cantare per uices, seu uicissim, & loquendi, & pugnandi seruare uices dicimus.* Roseis aurora quadrigis.] *alibi admonuimus aurorā nūc bigis, nunc quadrigis uehi.* Iam mediū æthereo.] *hinc colligunt interpretes noctem eiuslem à meridie, sicuti diem à media nocte Romano more inchoare. adeas Gell. li. 3. cap. 2. & Macrob. lib. 1. Sat. nec non iurescons. in l. more Rom. ff. de ferijs.* Nox ruit Aenea.] *uerba Sibyllæ admonentis Aeneam, ne statutum sibi tempus conteras, quia breue est, nec ultra noctis spatium, quod iam dimidium præterijt, extenditur. ideo ait, nox ruit.* Hic locus est.] *distributio loci: qua Tartarus, Elysijq́; campi designantur.*

Partes ubi se uia findit in ambas.] *ex Gorgia Platonis locus hic sumptus: ubi de iudicibus inferorū sub persona Iouis uerba faciens, ita ait: Hi ergo postquam mortui fuerint, iudicabunt in prata quodam, ibiq́; in triuio ex qua geminæ tendunt uiæ: altera quidem ad Tartarum, altera uerò ad insulas beatorū.* Hac iter Elysiū nobis.] *quæ aliàs piorum sedes, & fortunatorum nemora, atq; prata uocantur. sed infra pleniore oratione.*

At læua malorū.] *ex anthiteto in sinistra parte, nēpe in Tartaro, impios puniri docet. redolet illud euāgelicū, Et bonos à dextris statuet, malos autē à sinistris.*

Exercet pœnas.] *quibus Rhadamanthus iudicauit impios esse cruciandos, ut proximè patebit.*

Ne sæui magna sacerdos.] *blandè Deiphobus Sibyllā alloquitur: quā uidet ob morā Aeneæ subiratam.*

Discedam.] *ne ulteriùs sæuire pergas.* Explebo numerum, reddarq́; tenebris.] *multi hic multa dicunt, uarieq́; hunc locum interpretantur: qui mihi meras nugas effutire, somniaq́; cōminisci uidentur. sed ne Macrobij quidē interpretatio ex primo de som. Scip. cap. 13. quæ tantopere probatur ab omnibus, mihi probabilis uidetur, de certa illa, & constituta numerorū ratione animas corporibus associātē: qui quidem numeri (ut ille inquit) dum supersunt, perseuerat corpus animari, cùm uerò deficiunt, arcana illa uis soluitur, qua societas ipsa constabat. nam si id uerum est, uiuo homini contingit, non mortuo, nam defectu numerorū moritur homo, sicq́; dissoluitur illa animi cū corpore societas. quamobrem cùm Poëta dicat explebo, non expleui numerū, perspicuū est friuolā esse Ma-* B *crobij interpretationē. Quod uerò Nonius Marcellus hūc Virgilij locum adducens, explebo: id est, minuam, interpretatur, cuius sententiam Seruius quoque interpres Ennij auctoritate fulcire uidetur, meis auribus non facit satis: certum quidem est nihil designare aliud hoc uersu uoluisse Deiphobum, nisi se abiturum, ut Sibyllæ uoluntati morem gerat. sed cùm se à Sibylla despici, nullamq́; sui rationem haberi uideat, quasi non sit ampliùs uir ille fortis, & regius filius, sed abiectus, & nihili homo (quod à signo cognoscit. cùm Aeneam uerbis iram, ac penè sæuitiem indicantibus abduci, euelliq́; à se uideat) explebo, inquit, numerum. id est, abducam me ad numerum: id est, ad meum ordinem: Extenuatione autem usus fuisse uidetur, cùm ait, numerum, perinde quasi & ipse cum reliquis sit, uel habeatur potius unus i numero: hoc est, uilis, abiectus, & ad nihil aliud utilis amplius, quàm ad numerum complendum: sic enim* C *homines nullius bonæ rei, atque etiam infimi numerus prouerbio dicuntur. hinc illud Horat. in primo epistol.*

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Respexit autem Poëta ad statum animarum, quæ nondum sunt purgatæ. ideoq́; cæteris abiectiores.

Reddarq́; tenebris.] *apparet paulùlum à turba secessisse, ut cum Aenea loqueretur, facto autē dicendi fine, in turbam se recepisse, quæ in tenebris uersabatur: nam de Palinuro paulò antè dictum est:*

——mœstum cognouit in umbra.

Sed relicta priori sententia hanc ceu probabiliorem, & ad intimum Poëtæ sensum propiùs accedentē amplectimur.

Discedam, explebo numerū, reddarq́; tenebris.] *ne sæui, inquit Deiphobus, ô Sibylla. iā iā abibo, ne uobis in mora sim, scilicet hinc q́; discedam in tenebras, ut ibi annorū numerū ad eluendas culpas meas mihi destinatū, compleam. locus est profectò intellectu difficilis ex penitioribus diuini Platonis mysterijs erutus, & à nullo hactenus (quod ego uiderim) rectè explicatus. scire igitur*

A cur oporteat, animas, cùm è corporibus excesserint, in natura, iuxta Platonis doctrinam, purgatorijs supplicijs uersari. nam peccatorum maculas idcirco doloribus Plato aboleri docet, quia uidelicet uoluptatibus inoleuerint. ad purgandas itaq; animas, culpasq; delendas Plato ipse numero utitur denario, nunc simplici, nunc multiplici, ea ratione, ut triplici gradu qualemcunq; animorum culpam eluí, purgariq; posse existimet: decennario extensio pullulatio, nam pro quolibet uoluptatis gradu, decem adhibet uoluptatis gradus. hinc fit, ut summa suppliciorum animorum longitudo, absolutaq; delictorum purgatio, millium annorum spatio finiatur. quæ cùm purgatæ fuerint, tunc maxime aptæ uidentur, ut rursus in humana transmigrent corpora. primus dolorem, siue suppliciorum gradus, numeri est decennarij: secundus centenarij: nam si denarius numerus in se ducatur multiplicando decies decem, ex eo nascitur centenarius: tertius millenarij: si enim computes decies decem decies, millenarium conficies numerum. propterea de quibusdam animis, ad quos purgandos centum opus erat annis à Poeta dictum est:

" Centum errant annos.

B De quibusdam uerò alijs, qui absoluto annorum spatio indigebant, dictum est:

" Has omnes ubi mille rotam uoluêre per annos
" Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
" Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
" Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

In quit ergo, explebo numerum, reddar tenebris. ὕστερον πρότερον hic esse uidetur in sensu: nam illud posterius dictum fuit, quod prius dicendum fuerat: nam prius tenebris reddar, quàm numerum annorum compleat oportet. sit igitur sensus: à uobis discedam, in tenebrasq;, ibiq; annos meæ purgationis explebo. si uerò ὕστερον πρότερον non probes, sic accipito, explebo annorum numerum, quo expleto, reddar tenebris: id est, rursus humanum corpus occupabo. nam anima humano inclusa corpori, tanquam in carcere teterrimo, densissimisq; in tenebris uersari, oblitescereq; uidetur. lege Platonis dialogū de uita, ibiq; Græcos interpretes, sed Marsiliū in primis Latinum interpretem.

I decus, i, nostrum, melioribus utere fatis.] ad Aeneam sermonem conuertit per ἀποστροφήν: cui etiam cum summa laude bene precatur. Et in uerbo

C uestigia torsit.] abit in uerbo, quod ad Aeneam secedat: nihil Sibyllæ dicens, ut indices se eam nihili facere, à qua ipse quoque nihili fit.

LAMB. Horr. Hac uice.] Dum inter se tempus datum ociosis fabulis absumunt, medium noctis apud inferos, apud superos meridianum tempus erat. Quoniam aūt hæc nocturna inferorum sacra spacio uiginti quatuor horarum peragi necesse erat. urget uates ad reliquum itineris conficiendū. Qui huc descendebant, noctu huc se præcipitabant, ac noctu rursum hinc emergebant: ut ex Strabone annotatum reliquit Chrestomathiæ scriptor. Vice.] hac uerborum, quæ inuicem cedebant, uicissitudine. Roseis alis.] ultra medium noctis erat. Nam sub id tempus in hiatum se demerserant: Ibant obscuri sola sub nocte per umbram. Ergo exacta mediæ noctis inclinatione, gallicinium erat in rebus humanis: aut certè conticinium indicare uult. Ciuilis diei ratio ita apud Romanos semper habita fuit, teste Varrone in lib. rerum humanarum, quem de diebus scripsit, ut mediæ noctis hora cū inciperet, finiretq;. Athenienses secus diem diuidere, idem scribit, à Sole occiduo ad occidentem iterum. Babylonios ita partiri, ut Sol exoriens principium finisq; diei esset. Vmbros meridiem auspicari, & finire diem: quod quidem nimis et absurdum uisum fuit. De dierum initijs multa Gell. eruditè disserit, lib. 3 cap. 2. Noster Poeta hoc loco diligenter definitionem diei ac noctis obseruauit. Adijciendam hic duxi ex Macrobio diei ciuilis Romani diuisionem. Principium diei, media noctis inclinatio dicebatur: deinde gallicinium. inde conticinium, cùm quantum animantium est, conticescat per quietem. Mox diluculū hoc est, dubia lux matutina. Mane, ubi lux inclaruerit, quod lux quasi è manibus ad uas emergere uideatur. Et Lanuuini mane bonum, & immane contrarium dixêre. Quod inde tempus proximum est, & medius dies, & meridies appellatur. Sole in occasum uergente, occiduum tempus. Statim suprema tēpestas hinc uespera, crepusculum, succedit, quod concubia siue intempesta nox suscipit, quæ rebus gerendis prorsus nō est idonea.

Quadrigis.] Periphrastica contineq; nocturni descriptio. Speciesq; prosopopœiæ, cùm auroram uehi quadrigis dicat. Nam ea perinde ut Sol, quadrigis bigisq; inuehi à Poëtis fingitur, & lucem inducere terris. Eadem ratione nocti alas tribuunt furuas, quibus inter cœlum & terram media uagetur. Datum.] ad peruagandum inferos, & Elysij prata, 24. horarum spacio. Trahere tempus dixit pro, diem colloquendo eximere.

Talia.] colloquia Comes.] Sibylla, appositio: monet tempus labi, & ociosis sermonibus perdi. Nox.] labitur, & appetit dies. Alioqui nox ruere tum dicitur, cùm imminet. ut in illo:

" Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox,
" Inuoluens umbra magna terramq; polumq;.

Hic locus.] Biuium monstrat duci Troiano, per quod iter est in Elysium & Ditis profunda. Dextera.] Partitio uiarū, quas in uniuersum proponit. Dextera uergit ad regiam Plutonis, unde in Elysium est diuerticulum. Læua uerò in abyssum inferorum, ubi damnatorum animæ uarijs pœnis excarnificantur. Nox ruit.] illud prætermissum non oportuit: ruere, referri posse ad tempus pomeridianum, apud superos: quo exacto, nox instare dicitur. Mihi ita uidetur, iuxta memoratam ciuilis diei partitionem, à meridie non noctem statim, sed tempus occiduum & uesperam approperare. Elysium.] Defectio: in Elysium campum. De Elysio latè prolixa nobis fuit explicatio. Impia Tar.] non ipsa quidem impia, sed in quibus impij homines puniuntur: metonymia, continens pro contento. Eadem figura mortem pallidam dicimus, senectutem tristem, & similia multa. Cæterùm hoc biuium Poëta sumpsit ex Gorgia Platonis: [illegible] δὴ τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον. Hoc est: Isti autem ubi uita decesserint, quæstiones exercent in prato, & quidem in triuio: unde duæ uiæ exeunt, quarum una in felicium animorum insulas, altera in tartarum tendit. Atq; inde suum biuium struxit Poëta. Contrà.] Defectio: aduersum loquuta est. Orat, ne quid succenseat, quod eos suo colloquio remoretur. Sæuire, uidetur hic usurpare pro indigne ferre.

Discedam.] in tenebras inferorum me hinc auferam. Seruius, Caper, & post eos Sabinus, explere hic accipiunt, pro minuere: ut tertio subtracto, duo tantùm reliqui maneant, Aeneas & Sibylla. Rursum non desunt, qui Explebo exponūt, complebo. quasi dicat, augebo

rursum

rursum numerum umbrarum nostrarum, à quibus huc profectus fuerit, id quod expolitio satis ostendit. Nonnulli sic interpretantur: Explebo numerum: id est, finiam tempus statutum purgationi, & in corpus reuertar. Iam & alia expositio in medium adducitur: Cur mihi succenses hic, quòd diu uita per uim erepta expleam tempus? postea in sedes meas pristinas me recipiam. Atq; ita enarratores certatim suam interpretationem nobis probare student. Sed uideamus quo pacto Macrobius hunc locum enarrat: num illius explicatio huc magis quadret. Locus extat libro primo commentariorum in Somnium Scipionis, capite decimotertio: ubi multa de numerorum ratione. Constat enim, inquit, numerorum certam constitutamq; rationem animas sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari. Cùm uerò deficiunt, mox arcana illa uis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc A est quod fatum & fatalia uitæ tempora uocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atq; perpetua est: sed impletis numeris fat[isc]it. Nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cùm iam non possit animari. Hinc [ill]ud est do[ctissim]i uatis:

[Exp]lebo numerum, redd[arq]; te[nebris].

Expendat hic non supinus l[ect]or [lect]or ne hæc Macrobiana sit interpretatio, an superiora de[cla]ramenta Seruij.

Decus.] Repetitio uerbi singulares affectus habet. Estq; ualedicendi formula, ualetq; perinde ac si dicat: Vale & uiue feliciter. Melioribus utere fatis. [q]uàm ego sum usus. Tantum effatus.] non plus eloquutus, simul abijt. In uerbo uestigia torsit.] dixit: pro, simulatq; hæc uerba esset affatus: siue statim.

ARGVMENTVM.

Locum [...] bit, [...] impiorum [...] fateri coguntur, quæ [...] uita commis[...] at ac dam[nati] sententia Rha[d]amanthi iudicis [in] tartarum detruduntur æternis supplicijs cruc[ian]di.

Respicit Aeneas subitò, & sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet, triplici circundata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa, ingens, solidoq; adamante columnæ,
Vis ut nulla uirûm, non ipsi [exci]ndere [in] ferro
Cœlicolæ ualeant: stat ferrea turris ad auras.
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera, tum stridor ferri, tractæq; cathenæ.

NASC. Moenia lata uidet.] non est Tartari descriptio, nisi forte [...] contineris ponatur pro contento. nam hic locus Tartarum continet: quem proximè describit, ubi impij non condemnantur, sed cõdemnati cruciantur. obseruandũ porrò est hac loci descriptione qualis nam esse debeat ciuitatis habitus, & conditio, ut munitissima sit, designari. non enim ciuitas potest non esse optime munita, quæ triplici muro, eoq; latissimo circundata est, quæ rapidiss[imo] flumine ambitur, & quæ turrim in medio altissimam, atq; munitissimam habeat. quidam uerò Mœnia lata non ad latitudinem murorum, sed ad loci magnitudinem referri putant, ut inde magnum esse impiorum numerum intelligatur. attamen eo consilio hunc locum Virgilius munitissimum describit, ut indicet; quod alibi ex Platone docuimus, ex Tartaro ad superos redire unquam posse neminem. Phlegethon.] hunc amnem Plato Pyriphlegethonta appellat, quasi dixeris igne ardentem, ideo flammis torrentibus ait.

Porta aduersa.] omnes portæ ingredientibus sunt aduersæ. sed e[ius] mendatur tum à magnitudine, tum etiam à fortitudine propterea subdit: Vis ut nulla uirûm.] magnæ sane fortitudinis illud est, quod nullis hominũ uiribus excindi potest, sed exaggerat etiã rem Poëta per gradus, cùm ait: Nõ ipsi excindere ferro Cœlicolæ ualeant. [S]imilis f[ere] est illa apud Horatium exaggeratio:

Non homines, non Dij, non concessere columnæ.

Quidam be[llo] legũt hoc est, magno conatu. Stat ferrea turris ad auras.] amplificat turris altitudinẽ extollit, quam fe[rre]am uocat, ut insuperabilem esse ostidat, ut alibi docuimus: nam ferrea & ahenea dicũtur, quæ nulla ratione uinci superariq; possunt. Horat lib. carm. 3.

Inc[lu]sam Danaẽn turris ahenea. Et quæ sequuntur.

Palla succincta cruenta.] idest impiorũ uega[tio]nem expeditam describit, cùm ait succincta, cruenta pall[a]

nam etsi a deflix cùm B ultionis, tum etiã crudelitatis indicium est.

Hinc exaudiri gemitus [ho]rorũ, q[ui] à iudice torquẽtur, ut sua scelera [fa]teantur, unde ingẽs [ua]r[ia]r[um po]enarũ. Tum stri[d]or ferri [ci]dum Tartari portæ aperiuntur, ut paulò infra patebit.

Respicit.] Misso Deiphobo, transitionem parat L A ad enarrationem pœnarum, quas da[mnati] apud inferos: H & quam uari[j]s suppliciorum generib[us] [d]iuersa delicta puniuntur. Sed priusquam illò perueni[at], describit carcerem inferorum, in quo conclusi coherceantur. Constat autem huius loci descriptio hyperbolica amplificatione munimenti. Quid opus muro, ubi non corpora, sed umbræ sed manes, substantiæ incorporeæ tenentur conclusæ? [ad] quorsum spectat triplex murus? Sed Poëta umbrarum rempub. ad exemplum rerum [h]umanarum de[li]neat: ubi bonis [su]us habetur honos, malis parata sunt supplicia. Ipsa adhæc mœnia amplificat, lata, ac proinde ualida aduersus omnem uim. Neque uerò id satis est: sed quo firmiorem locum multo efficiat, circunducit muros Phlegetonte: quem ab eius natura amplificat, cùm flammas torrẽtes eum exhalare, & saxa torquere in altum dicat. Antiqui, inferos esse putarunt corpora, quibus inclusæ animæ, & tanquam in carcere tenebroso, sordo & cruento, [mise]ria paterentur. Hocq; corpus σῶμα [...], & Ditis conca[u]a dixerunt. Omnia quæ illic esse fabulæ persuadent, humanis corporibus attribuerunt. Quid aliud Lethe[n], id est, fluuium obliuionis esse existimarunt, q[uàm] animæ horrendum errorem, qua principium & cœlestem originem suam obliuiscatur? Muros inferorum Phlegetonte, uel Pyriphleg[eton]te cinctos uoluere. Si uocabuli ratio excutiatur, sonat quasi dicas, igne ardent. [...], ignis [...], ardeo. Philosophi æstum iræ interpretantur: quòd ea ex bile proficiscatur cupiditatesq; inde proueniant. Acherontis uox, dolor, mœstitudo

Læti-

A *Latinis, ἄχ@. Nemo inficietur eorum, cui sua constet mentis ratio, quin aliquando ad se reuersum ceu peregrè, multorum pœnitudo capiat. Iam uerò, quid aliud Cocytũ ὑπ μνημονεύειν interpreteris, quàm omne id quod hominẽ in luctum & animorum ægritudinem, recordatione exactorum malorum urget, trahitq́? κωκύω, καὶ κωκύζω, lugeo, lamentor. ficta uox, ad imitationem galli. Styx, ἀπὸ τοῦ στυγνάζω tristor, ἢ στυγέω odi, timeo, quidquid in fœlices conscientias odiorum & timorum perturbationibus agitat. De pœnarum descriptionibus, earumq́ allegorijs paulò pòst explicabimus.* Torrentibus.] *ignescentibus. Signat & adurere, sive ad ignem siccare: Et torrere pa- rvne flammis. Sed & flumina, quæ æstu siccantur, torrentia dicuntur. Græci ab hyeme, ἀπὸ τοῦ χειμῶν@, χειμάῤῥους ποταμοὺς uocant.* Torquet.] *Amplificatio à natura amnis, eiusq́ effectibus.* Porta.] *A' partis descriptione, totius coniecturam relinquit. Hanc autem describit à situ & materia. Aduersam, non iniuria: quippe pijs & in Elysium migrantibus contrariam, & oppositam.* Solidoque.] *à materia, quæ in rebus humanis nihil durius esse constat. Nam à duritie prodigiosa is lapis nomen*
B *habet. Est autem compositum ἀπὸ τοῦ ἀπερατικοῦ μορίου, καὶ δάμνημι, ἢ δαμνάω, ἢ δαμάζω, δάμνω, δαμᾶν, domo: quòd is lapis nulla propè materia emolliri, aut in cineres redigi queat: uel (ut Plin. ait) nomen indomita uis Græca interpretatione accepit. Huius adamantis precio nullum aliud est maius. Initio diu regibus paucis cognitus fuit, comes auri, & in auro nasci uisus, repertus in metallis Aethiopum (ut ueteres existimarunt) inter delubrum Mercurij & insulam Meroën. Nec cucumeris semine amplio- rem aut esse affirmarunt, aut inueniri, & simili item colore. Posteris autem temporibus sex adamantis genera extiterunt. Deprehenduntur incudibus ita respuentes ictum, ut ferrum utrinq; dissultet, adeóq ipsæ incudes desiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, inquit Plin. simulq́ ignium uictrix natura, & nunquam incalescens. Proinde quicquid inuictum, quicquid inexpugnabile, quicquid inexorabile & infatigabile est, id adamantinum uocare solemus, uel corneum, uel ferreum, uel aheneum: tanquam solidum, firmumq́. Hesiod.*

> ἀλλ' ἀδάμαντ@ ἔχε κρατερόφρονα θυμόν.
>
> *Theocr. in Amaryllide:*

C
> καί τί με ἴσως τέτοκε, καὶ ἐκ ἀδαμάντινον ἐστί.

Homerus fingit Vulcanum item, Martem & Venerem irretientem uinculis adamantinis. Rationes adamantinas, inexpugnabiles, Socrates in Gorgia Platonis nuncupat. Horat. in Od. 5.

> *Quis Martem tunica tectum adamantina.*
>
> *Et alibi:*
>
> *——si figit adamantinos*
>
> *Summis uerticibus dura necessitas.*

Postremò, propter indefatigatam studiorum tolerantiam, Didymo grammatico, & Origeni, Adamantini cognomẽtum inuenêre. Illud interim in adamante illo, ignis ferriq; contemptore, admiratione dignum sanè est, quòd non nisi hircino sanguine, & quidem recenti ac calido, maceratus, rumpatur. Et cùm desilit, in tam paruas soluitur crustas (inquit idem Plin.) ut uix cerni possint. Adamanti tanta cum magnete discordia est, ut iuxtà positus, ferrũ non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat atq; auferat. Idem uenenum ui sua spoliat: abigit lymphationes, metusq; uanos à mente expellit: & ob id quidã eum ἀναγκίτην appellauêre. Propter huius gemmæ prodigiosam duritiam igitur, hic Poëta columnas inferorum adamantinas subeicatur. Vstûm.] *Syncope.* Cœlicolæ.] *diui: amplificatio rei, quæ omnem fidem superat. Quid deus non efficiat?* Ferro.] *Diuersa lectio est, Bello.* Ferrea.] *A' materia. Seruius putat hanc tam diligentem Tartari descriptionem huc spectare, ut ostendat, ab inferis nulli patêre ad superos exitum, ne numinis quidem fauore.* Ad auras.] *in prodigiosam altitudinem erecta.* Tisiphone.] *Rectè Tisiphone furiarum maxima, uestibulum custodit. pœnarum enim genera sontes manent: puniuntur scelera horrendis supplicijs. τίω, punio.*

Palla.] *Ab habitu & ornatu, parata tum ad excubias, tum sumendum supplicium de damnatis.* Palla cruenta.] *quasi sanguine excarnificatorum animorum & sanie perfusa: signum pro signato. Intelligit horrendam atrocitatem pœnarum. Pallam, ait Varro, inde dictam, quòd foris sit palàm. Vestis longa erat, ad terram usq; defluens. Pallarum genera multa censebantur apud ueteres. Gallica palla, quæ ad nates usque porrecta erat: id quod indicat Martialis:*

> *Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.*

Quò spectat & Strabonis descriptio, ἀντὶ δὲ χιτῶνος, σχιστοὺς χειρίδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν: Pro tunicis, pallas gestant manicatas: ad uerenda natesq; usq; promissas. Vtebantur & tragœdiarum actores: tum auri, & citharœdi. Fuit & honestiorum fœminarũ indumentũ. Pallæ aurum intexere inuentum Attali fuit: à quo Attalica dicta fuêre, pallæ aureæ. Cum Varronis descriptione hic quadrat, cùm furiam succinctam dicat. Vestibulum.] *De huius uocabuli ratione dictum est in secundo.*

Insomnis.] *Nunquam quiescunt conscientiæ, quæ pœnarum metu ac recordatione scelerum anguntur. Insomnem eam: hoc est, peruigilem ob id inducit. Perpetuis enim uerberibus in eiusmodi sæuinat inde fatigata.* Exaudiri.] *Enallage modi: exaudiebantur, & sonabant.*

Stridor.] *Intellectio. nam ex stridore ferri & tractis cathenis, diros cruciatus damnatorum animorum accipimus, quibus ἀκαταπαύστως exercentur. Nominandi potius casu, quàm gignendi, interpretemur: quod non una cathena tantùm sonum possit edere.* Stridor.] *Propriè is sonus est, quem funes inter se collisi faciunt. Stridere rudentes, Stridorq; rudentum. Transfertur ad alia: nam stridorem neruorum, ferri, & dentium dicimus.*

A R G V M E N T V M.

Exterritus Aeneas strepitu illo portarum horrendo, & gemitu impiorum, de Sibylla quærit, quid illud sit. ipsa omnia ordine exponit, hæc tormentis impiorum dicata esse loca. in his constitutum esse iudicem Rhadamanthum: qui tormentis cogit impios scelera fateri, adesse carnifices furias infernales, quæ illos flagellant: cognitisq; sceleribus statim portas aperiri, ut in Tartarum detrudantur cruciandi.

NASC. STREPITVM'QVE exterritus hausit.] in. 560 | Constitit Aeneas, strepitũq; exterritus hausit. Quæ scelerũ facies, ô uirgo effare? quibusue | terpretes hic ... agnoscũt: ego uerò ...

Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tū uates sic orsa loqui: Dux inclyte Teucrûm,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me quum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipsa Deûm pœnas docuit, perq; omnia duxit.
Gnosius hæc Rhadamāthus habet, durissima regna:
Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri,
† Quisquis apud superos, furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuò sonteis ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra
Intentans angueis, uocat agmina sæua sororum.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ:——

ὕστερον πρότερον in sensu: nam primò auribus strepitum haurit, deinde exterritur.

Quę scelerum facies?] *trimembris Aeneæ interrogatio. quærit enim scire species: id est, qualitates scelerū, pœnarū, tantiq; plangoris causam.*

*al. Quæ quis ap.

Dux inclyte.] *respōdet Sibylla quæsitis Aeneæ: cuius beneuolentiam primùm sibi conciliat commēdatione uirtutis, & gloriæ illius ex rebus ab eo præclarè gestis. cùm ait, inclyte. nam κλυτὸς clarū significat, gloria uirtutis, scilicet atq; nominis: præpositio uerò uocis τὸ ἔτυμον auget. inclytus ualde clarus.* Nulli fas casto sceleratum insistere limē.] *putat interpres Aeneam ingredi uoluisse, ut locum uideret, sed à Sibylla prohibitum fuisse. quod si ita est, hinc ingens emergit Aeneæ à pietate commendatio: quam elegās exornat antithesis. nam castus, id est, pius apponitur scelerato.* Sed me, cum lucis.] *occurrit obiectio κατὰ πρόληψιν: occurrebat enim unde hæc ipsa cognouisset, quæ omnia ex Proserpina se edoctam fuisse refert: itaque maiorem ex auctoritate Deæ sibi fidem Sibylla comparat. simile illud est ex 3. Aeneid.*

" *Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo*
" *Prædixit, nobis furiarum ego maxima pando.*

Gnosius hæc Rhadamanthus habet.] *iam incipit quæsitis respondere, primumq; iudicis nomen, dein de reorum qualitates, nempe qui cordis pœnitudinem differentes, sceleribus inquinati perierunt. postremò suppliciorum ministros, atque genus exponit. porrò locus iste ex Platone sumptus est. sic enim ille ait in Gorgia: Quamobrem, ut dicebam, quando Rhadamanthus aliquem eiusmodi deprehendit, nihil aliud in ipso nouit, neq; quis'nam sit, neque ex quibus ortus, sed utrum sit malus: cumq; id compererit, dimittit in Tartarum, absignans utrum sanabilis, uel insanabilis uideatur. ille uerò illuc transmissus, meritas subit pœnas.* Furto lætatus inani.] *crimine clàm facto: quod ideo inane uocat, quoniam post mortem retegendum erat.* Continuò sontes.] *suppliciorum genus, eorumq; ministram Tisiphonem describit.*

Intentans.] *frequenter porrigens, & ostendens noxio terroris, ac supplicij gratia.* Vocat agmina sæua sororum.] *Harpyias, furiasq; reliquas.* Tum demū horrisono.] *noxij uerberati ad æterna supplicia mittuntur, & fortasse alludit ad morem antiquum Roman. apud quos rei posthabitam quæstionem in Tullianum carcerem ad ultimum supplicium tradebantur. hæc autem sub Poëtæ persona dicuntur.* Sacræ portæ:] *execrabiles. ut,* " *Auri sacra fames.*

LAMB. Hort. Havsit.] *periphrasis: pro audiuit.* Quæ scelerum.] *Narrandi materiam Sibylla præbet, quæstiones, quæ de sceleratis habentur: docendi item formam, & pœnarum rationem: quiq; earum sint tum iudices, tum exactores. Tria potissimùm percontatur: species scelerum, quæ grauissimè corrigantur: quibus supplicijs mulctentur: postremò, quis sit plangor ille qui ex interuallo audiatur.*

A *Ad horum singula in præsenti paucis respōdet, speciatim postea cætera explicatura.*

Vrgentur.] *puniuntur.* Nulli fas.] *Deterret ducē Troianū ab ingressu Tartari, cuius profunda fortasse perlustrare uoluisset. Deterret autem ab impietate damnatorum animorum, quos adire nullis pijs datum est.*

Scelera.] *Continens pro contento. Non ipse quidem abyssi locus, sed sontes impij sunt. Et* limen, *tartarum dicit: pars pro toto. synecdoche.* Insistere.] *ingredi: quare illi accusandi casum adiunxit.* Sed me.] *ut uerbis suis, quæ dictura sit, authoritatem & fidem conciliet uates, fingit se à Proserpina lucis Auernis præfectam, pœnarum genera edoctam, & illius ductu tartari loca oculis præsentibus perlustrasse. De* B *Hecate uberrimè suo loco explicatū est, ut & de Auerno.*

Deûm.] *deorum: non quidem quas illi dant, sed quas ab impijs exigunt.* Gnosius.] *Ab oppido Cretæ Gnoso, ubi imperarunt Minos & Rhadamanthus, Gnosium: id est, Cretensem Rhadamanthum nominat. Liquidum est, Minoëm & Rhadamanthum, Iouis & Europes liberos, aptimos Cretensium reges & uetustissimos Græcorum legumlatores fuisse. Extiterunt tamen tragœdiarum scriptores, qui fassi quidem fuerunt, Rhadamanthum uirum iustitia clarum: sed Minoëm iniustum, agrestem ac durum fuisse contenderint. Sed nos cum Socrate, iuxta Hesiodi & Homeri testimonio, utrumq; iustitia omnes mortales antecelluisse teneamus. Affatim suprà de utroque retulimus ex Minoë Platonis. Quare hinc ad cætera excutienda transire possemus, nisi de his duobus iudicibus, philosophicum commentum me hîc nonnihil remoraretur, qua ratione, quaq; occasione ad hanc functionem apud inferos peruenerint. Ipsum autem commentum quoniam admodum festiuum est, non grauabor hic ex Gorgia Platonis adijcere. Quadrat autem huc maximè etiam uel eo nomine, quòd tartari & Elysij luculenta descriptio proponatur:* C *tum autem, qua æquitate Iupiter, Neptunus & Pluto, paternum regnum diuisêre. Simul, quia inter inferos uersantes, mox in Elysium sumus migraturi, locus hic Platonica, imò Socratica philosophia illustretur. Verba enim Socratis sunt, Callicli respondentis:* ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἔστιν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. τούτων δὲ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἔτι νεωστὶ τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ζῶντες ἦσαν ζώντων, ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ δικάζοντες, ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο. ὅ τε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες, ἔλεγον πρὸς τὸν Δία, ὅτι φοιτῷέν σφιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι.

εἶπ

A ἀνθρώπων ὁ Ζεύς· ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, παύσω τοῦτο γιγνόμενον. νῦν μὲν γὰρ κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται. ἀμπεχόμενοι γὰρ, ἔφη, οἱ κρινόμενοι κρίνονται, ζῶντες γὰρ κρίνονται. πολλοὶ οὖν ἤδη ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ, καὶ γένη, καὶ πλούτους. καὶ ἐπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μάρτυρες μαρτυρήσοντες, ὡς δικαίως βεβιώκασι. οἱ οὖν δικασταὶ, ὑπό τε τούτων ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπίπροσθεν γίγνεται, καὶ τὰ αὐτῶν ἀμφιέσματα, καὶ τὰ τῶν κρινομένων. πρῶτον μὲν ἔφη παυστέον ἐστὶ, προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον, νῦν γὰρ προΐσασι· τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ προμηθεῖ, ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν, ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων. τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι. καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων τῶν συγγενῶν, καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς, ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ. δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν. ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. οὗτοι οὖν ἐπειδὰν τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δ' ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακός. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ἀπορῆτόν τι τὼ ἑτέρω, ἵν' ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. Paternum regnum per manus acceptum Iupiter, Neptunus & Pluto inter se diuisêre, ut tradit Homerus. Lex tum de mortalibus à dijs lata erat sub Saturno, & quæ inde ad præsentem usq; ætatem perdurauit, ut homines, qui sanctè ac iustè uitã hanc egissent, post mortem in fœlicium animorum insulas emigrarent: atque ibi extra omnem miseriam fœlicissimè eum locum incolerent. Contrà iniustè & impiè uiuẽtes, in carcerem supplisij & pœnæ, quem Tartarum uocant, transirent. Et horum tum sub Saturno, ac postea sub Ioue in has uita mortales iudices erant. Ea tẽpestate, qua iudices decederent, corrupiè ius dixerant. Pluto eiusq; regni curatores ob eam
C causam ex fortunatis insulis ad Iouem uenerunt, indignũ facinus fieri denunciantes, quòd homines indigni inde ad se commearent. Tum Iupiter: Ego, inquit, id ne fiat, prohibebo. nunc perperam, scio iudicatur: quippe rei & in uita superstites corporibusq; uestiti iudicãtur. Multi enim maliciosas animas circumferunt, & impuras, uestiti speciosis corporibus, genere atque amplis diuitijs. Cùm peruentum erit in iudicium, magna testium multitudo cum his in forum prodit, qui hos iustè uixisse testentur. Iudices horum testimonijs illicò stupescunt, & ipsi ad eundem modum amicti iudicant, corpore, oculis & auribus animam suam ipsorum tectam uelatamq; habentes. Ob oculos istæc ipsis sunt, quemadmodum & sua ipsorum indumenta, & negotia eorum qui apud eos in iudicium deducuntur. Quare cohercendi sunt, ne sint nescij se aliquando morituros. Norunt enim in præsenti. Sed & negotium datum est Prometheo, ut eis horum finem faciat. Deinde nudi iudicandi sunt de his omnibus rebus. Oportet autem mortuos iudicio sisti. Sed & ipsum iudicem oportet nudum esse, uita defunctum, qui mortui animam uniuscuiusque statim contempletur, omnium cognatorum præsidijs destitutam, omnibus ijs quæ in terra sunt relictis: idq; ob id, ut iudiciũ sit iustum. Hæc ego prius quàm uos eũm scirem, liberos meos iudices constitui: duos ex Asia, Minoem & Rhadamanthum: unum uerò ex Europa, nempe Aeacum. Atque hi, ubi uita erunt defuncti, iudicabũt in amœnissimo prato, quod est in triuio, unde duæ uiæ ducunt: altera in beatorum animorum insulas, altera in tartarum. Asiaticos iudicabit Rhadamanthus, Europæos uerò Aeacus. At Minoi senilis dignitatis munus traditurus sum arbitrandi, si quid arcani alteri fuerit enatum: quo uidelicet iustissimè mortalibus de itinere iudicetur. Hactenus Platonis sententiam utcunque reddidi, quæ non parum lucis huic loco mihi adferre uidetur. Referuntur enim causæ, quamobrem iudiciorum apud manes præfecti delecti sint: quas causas cognoscant: & ubi tribunal sit collocatum, in eo nempe prato, unde biuium illud oritur, cuius paulò suprà modò Sibylla meminit. Castigat.] Polysyndeton, ab officio prætoris & iudicis quæstionis: cognoscit causas, & habet de reis quæstiones aliquot, quibus cogit eos uel nolentes admissorum ueritatem confiteri. Subigitq;.] cogit, & quæstionibus extorquet. Quæ quis.] Respicit ad Socraticum commentum. Nam quàm diu in uita uersantur, flagitia, quæ ibi celant, etiam post mortem in occulto futura arbitrantur. Sed tempus (iuxta prouerbium) omnia reuelat· οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Pindarus Olympiacorum hymnorum primo:

> —εἰ δὲ θεὸν
> ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέμεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.

In eodem hymno: ἀλλ' ἁμέραι

> ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι,
> μάρτυρες σοφώτατοι.

Sophoclis uersus citantur à Gellio lib. 12 cap. item 11.

> πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ἅπανθ' ὁρῶν
> καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Item in Aiace Flagellifero:

> ἅπανθ' ὁ μακρὸς κ' ἀνάριθμος χρόνος
> φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

Author Gellius est lib. suprà citato, quendam ueterum poëtarum, Veritatem dixisse Temporis filiam esse: quæ etsi aliquandiu latet, tandem tamen emergit. Idem ostendit senarius:

> ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

Quidam septem sapientum, Tempus omnium esse sapientissimum dixit, ut quod omnia reperiat, & in lucem eruat. Pindarus ob id Tempus omnium patrem uocat.

Inani.] quod frustra & stultè sperauit latêre posse.

Piacula.] expiatione digna delicta. Nam furtum non accipit hic pro ablatione rei alienæ inuito domino, sed pro omni noxa mala, furtim & in aperto perpetrata, admissaq;. Seram rectè mortem, post quam resipiscentiæ nullus relictus locus est. καὶ ἐκ δεσμωτηρίου οὐ μὴ ἐξέλθοις, πρὶν τὴν ἐσχάτην ἀποδοῦναι κοδράντην. Tisiphone.] Latam sententiam sequuntur supplicia, quorum executrices furiarum gentem facit: & inter eas nominatim Tisiphonem, cui ab animaduertendo & re factum nomen est. τίω, punio. Accinctam hanc dicit, ut hypotyposin expeditæ ad sumendas pœnas de sceleratis furiæ, & pronæ in uerbera subijciat, Dextra infligit uerbera scuticis, sinistra sublatos angues minitatur. Sororum.] Eumenidum

Eo

nidum: Megeram dicit & Alecto, quas per amplificationem agmina uocat, quæ cedendo defatigatæ uices suscipiunt. Sunt autem tres furiæ, quas κατ' ἀντίφρασιν καὶ Εὐμενίδας καὶ σεμνὰς θεὰς dicunt: Tisiphone, Alecto, & Megæra. Errat ergo Seruius, qui hic sorores Harpyias aut angues capillares interpretetur.

Tum demum horrisono stridentes.] *Aptè, illis propius progressis, faciem horrendi carceris summatim describit, à stridore portæ subitò apertæ, à ianitoribus utrinque dispositis, & quantitate ipsius Tartari amplificata. Cæterùm particula tum, continuat præcedentis narrationis seriem. Neque uerò solùm is mos ueteribus fuit in iudicijs, sed hodie quoque apud omnes nationes obseruatur, ut habitis prius in carcere quæstionibus, tandem post latam iudicum sententiam ad locum supplicij, & ipsum supplicium educantur.* Sacræ.] *execrabiles, per quas damnati in abyssum barathri ad non dicendas pœnas demerguntur.* A

ARGVMENTVM.

Apertis Tartari foribus, Sibylla primùm custodes uestibuli horrendos Aeneæ ostendit: deinde qui ibi æternis cruciatibus obnoxij sint, ordine enarrare pergit, & gygantum in primis quosdam recenset: qui fulmine Iouis occisi, in imo fundo Tartari cruciantur. estq; sexti circuli descriptio.

—Cernis, custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina † seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.
Hic genus antiquum terræ Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo uoluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos, immania uidi
Corpora, qui manibus magnũ rescindere cœlum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans, Diuûmq; sibi poscebat † honorem:
Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen,
Aere & cornipedum cursu, † simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tædis
Lumina, præcipitemq; immani turbine adegit.

† al. seruet? † al. honores: † al. simularat

NASC. Cernis custodia qualis.] *hæc ex persona Sibyllæ dicuntur, quæ aliud ex alio auget per ratiocinationem: sic enim uel Quinctiliano appellari uidetur id conformationis genus. nam ex forma, & aspectu Megeræ, quæ in uestibulo est Tartari, facilè perspici potest, qualia sint impijs in Tartaro parata supplicia. tale illud est ex primo Aeneid.*

» *—at uenti uelut agmine facto*
» *Quà data, porta ruunt.*

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.] *nimium hoc in loco religiosus, ne dicã ineptus est Seruius interpres alijq;, qui eum sequũtur, plurimi, qui de Hydra sentiendũ negãt, sed de altera furia ob id, quia in aditu inferorum Hydram posuit Poëta, cùm ait lib. 6. Aeneid.*

» *Et centum geminus Briareus, & bellua Lernæ.*

Sed non uident ipsi in aditu inferorum etiam describi thalamos furiarum, eod. lib.

» *Ferreiq; Eumenidum thalami.*

Et tamẽ Tisiphonem furiam infernalem in Tartaro collocari ad impios flagellãdos. Sanè frustra fieret à Poëta thalamorum descriptio, nisi ibi etiam furiæ habitarent. igitur intelligendum est ex opportunitate temporis, & rerum necessitate huc illuc acciri (ut apud hunc Poëtam passim uidere est) hæc, & illa incolere loca. quod itidem de Hydra dici potest: cuius sedes etsi in aditu inferorum est, in Tartaro etiam quandoq; deorum uolũtate diuersatur. ut, quia sæuior est, atq; perniciosior furijs, grauiore etiam cruciatu impios afficiat. adde quod si Hydra septimo casu accipienda est, ut Seruius putat, sitq; sensus, alteram esse intus furiam Hydra sæuiorem, totus uerborum ordo confunditur, sensusq; durus, & uerborum contextus parũ congruẽt. igitur sit sensus Hydram intus esse, Megera, quæ Tartari uestibulum seruat, sæuiorem: cuius rei penè causam assignat, cùm ait: Quinquaginta hiatibus] quibus & terrere, & nocumentũ esse impijs potest. alludit autem ad Simonidis opinionem, qui capitũ quinquaginta Hydrã fuisse scriptum reliquit. cuius allegoriam si quis scire cupiat, reliquis omissis, adeat Platonem in Euthydemo. B Tum Tartarus ipse.] *Tartari profunditaté ὑπερβολικῶς describit.* Hic genus antiquũ terræ, Titania pubes.] *Eos iã incipit recensere, qui in Tartaro cruciantur, primumq; Titanas Gygantum fratres: qui & ipsi cum Dijs bella gerentes fulminati sunt. Cic. in 2. de nat. Deorum. Nec solùm, ut apud Homerum, cùm duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent, sed etiam cum Titanis, ut cum gyganubus, sua propria bella gesserunt. Sex fratres fuisse, & quinque sorores ex matre Titea dictos, Diodorus Siculus auctor est.* C Hic & Aloidas geminos.] *Othum, & Ephialtẽ fratres Neptuni quidẽ filios, uerùm quia ab Iphimedia Aloei uxore uno partu editi fuerunt, Aloidas: id est, Aloei filios appellat.* Vidi.] *à signo probat.* Qui manibus.] *τὸ αἴτιον est, cur in Tartaro existant.* Vidi & crudeles.] *Salmonei Aeoli regis apud Elidem filij pœnas describit, earumq; causam adducit: quia se Ioui æquare, in omnibusq; illum imitari uolebat. horum historiam pluribus describit Homerus Odyss. λ.* Quattuor hic inuectus equis.] *Salmonei facinus exaggerat, separatioriq; descriptione dilatat.* Diuumq; sibi poscebat honorem.] *uel dum fulminandi, ac tonandi prærogatiuam sibi arrogaret, uel, ut magis existimo, dum sibi quoq; primitias tãquam Deo usferri uellet, uti de Mezentio Macrobius narrat: ideóq; à Poëta Diuûm contemptor appellatur lib. 7. Aeneid.*

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris »
Contemptor Diuûm Mezentius, agminaq; armat. »

Demens,

A Demens, qui nimbos.] *Salmonei dementiam irridet: qui cùm alios fulminaret, Iouis ipse fulmen euitare non potuit. huic non dissimilis ferè est irrisio in Misenum ex hoc 6. lib. Aen.*

» *Sed tum fortè caua dum personat aequora concha*
» *Demens, & cantu uocat in certamina Diuos,*
» *Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est)*
» *Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.*

Telum contorsit.] *πάθ⊙ à modo, seu à materia interficiendi. Sic in primo de Pallade contra Aiacem:*

» *Illum expirantem transfixo pectore flammas*
» *Turbine corripuit.*

LAMB. Hort. CERNIS.] *Verba sunt digitu mōstrantis rem praesentem.* Custodiam *dicit ipsas custodes, Tisiphonen & hydram quinquaginta capitibus terribilem, quae aditum & limen peruigiles seruent.* Faciem, *ipsam Tisiphonen dicit. quam paulò antè uestibulum succinctam custodientem finxit. Neq; uerò foris tantùm, sed intus etiam custodia munitum locum docet.* Saeuior.] *ipsa Tisiphone nisi enallagen accipiamus, ut comparatiuum pro positiuo positum dicatur. Est autem hydra propriè serpens aquati-*
B *cus, omnium fertilissimum anguis genus, cuius semen nisi incendio exureretur, foecunditas modum excederet. Beluae Lernae suprà meminit, quam inter alia portenta in inferorum uestibulo recensuit. Itaque diuersam hydram ab illa, hoc loco refert.* Tum Tartarus.] *Describit profundissimum hunc inferorum, ab immensa & prodigiosa deorsum profunditate, addita collatione hyperbolica, à dimensione altissima coeli sursum.* Bis patet.] *Hanc Tartari descriptionem uidetur Poëta ex 8. Iliad. sumpsisse:*

» ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα,
» τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον,
» ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκε⊙ οὐδὸς,
» τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Ipsum (inquit) arreptum in tartarum caliginosum praecipitem dabo, ualde hinc procul, ubi barathri profundissimus locus est sub terra: ubi portae sunt ferreae, solum item ferreum, tantum deorsum sub inferis, quantum coelum sursum distat à terra. Noster de suo addidit amplificationem, dimensionem amplificando. Homericum locum interpres enarrans, τοσοῦτόν φησι τὸν τάρταρον
C ἀφεστάναι τοῦ ᾅδου, ὅσον ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς. διὸ δὴ τοῦτο σφαιροειδῆ τὸν κόσμον συνίστησι, λέγων λόγον ἰσάζοντα ... [illegible] ... τὸν τάρταρον ... ἀΐδεω ... τρία διαστήματα ... γῆ.

Hic genus.] *Descripto Tartari carcere, enumerat speciatim, quos ob quas impietates, graues superis poenas dantes, illic uiderit. In prima autem acie collocat gigantū gentem nefariam, quos ob singularem in deos impietatem in fundo imo luctari dicit. Titanas Hesiodus canit Coeli filios esse, &* ἀπὸ τοῦ τιταίνω· *id est, tendendo dictus, non à uindicta,* ὡς ἀπὸ τῆς τίσεως, *ut Ser.*

» τοὺς δὲ πατὴρ τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκε,
» παῖδας νεικείων, μέγας οὐρανὸς οὓς τέκεν αὐτός.
» φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
» ἔργον.——

Titanum fratrem suum fertur Saturnus regno expulisse, Titani filij, Titanes fuêre. Hi postea paternum regnum recuperaturi, bellum contra Iouem susceperunt, à quo superati fugatiq; sunt. Hinc Gigantum fabula nata est, eos coelum expugnare adortos, uictosq; ad inferos fulmine deiectas animas, & corporibus diuersis locis montes superimpositus ne eluctarentur. Est & alia fabula à superiori diuersa. Cùm Iupiter suo timeret Olympo à Gigantibus, Titanas auxilio accersiuit. Vnde natum prouerbium est, Titanas imploras, τιτᾶνας καλεῖς, *ubi quis suis uiribus parum fisus, alienum auxilium implorat. Quoniam autem aspectu & forma homines terribiles fuisse perhibentur, in prouerbium apud authores cessit, Titanicus aspectus,* τιτανῶδες βλέπειν: *id est, Titanicum obtueri, pro toruè aspicere,* καταπληκτικόν, φοβερὸν, τιτανικὸν σπέρμα, *Titanicum semen.* τιτᾶν⊙, κόν⊙ ... *Suidas* τιτᾶνας *exponit* καταχθονίους *daemonas. Terram Titanicam, uniuerm, uel (ut nonnulli) solam Atticam, ab uno uetustiore Titano, qui circa Marathonem incoluerit, qui solus non militarit aduersus deos: authore Philochoro* ἐν τετραπόλει. *Quidam Graecorum* τίτανον *calcem exponunt est & eius nominis mons in Thessalia. Terrae filij, uulgò Gigantes crediti fuêre, obscuro quasi ignotoq; genere prognati. Vnde homines id genus prouerbialiter ab authoribus Terrae filij uocantur: ut subitò apparentes, cen coelo lapsi, Coeli filij. Illud adijcere non inutile fuerit: homines aut terrae filios esse, aut coeli, aut Dei. Terrae filij censentur, qui coeli, Dei, & originis suae coelestis obliti, uoluptatibus & cupiditatibus dediti, perturbationibus animi uarijs circumaguntur: uenantur uoluptatum lenocinia, ignaui uentres, abdominiq; dediti tantum. Coeli filij existimantur, qui honestis actionibus uacant, & studio multarum scientiarum insudant. Dei filij uerò, qui uitae tum sanctimonia, tum innocentia sunt inter mortales conspicui: quales fuerunt prophetae, sacerdotes, & patriarchae, quorum uita tantùm in contemplatione rerum diuinarum uersabatur. Titanes, cum dijs bellum facerent, cum ijs pugnare dicebantur. Quod Cicero in Catone nihil aliud esse exponit, quàm naturae repugnare. Gigantes quid aliud fuisse credendum est, inquit Macrobius, quàm hominum quandam impiam gentem, deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de coelesti sede uoluisse? Hinc & illud paroemiae loco celebratum est ab ijsdem sumptum, coelum territare armis: in minaces & feroces, qui & capite coelum uelle perrumpere eadem figura dicuntur. Homeri scholiastes lib. Iliad. o. ad istum modum fabulam de Saturno, Ioue, & Titanibus digerit. Saturnus oraculo edoctus, fore aliquando, ut à filio suo regno pelleretur, natos omnes dentibus cōminutos absumpsit. Rhea autem Iouem enixa, Saturno lapidem suppositum, quem eius loco fascijs inuoluerat, deuorandum obiecit. Puerum in Cretam delatum Themidi educandum tradidit, & Amaltheae: erat autem haec capra. Hanc Titanes, quoties intuerentur, metuebant. Subiectum eum infantem mammis suis educauit. Iupiter simulatq; adoleuisset, patrem regno exuit, oraculi fidem sequutus. Postea cùm ei bellum à Titanibus illatum esset, Themidis oraculo monitus fuit, ut Amaltheae pelle tegumenti loco uteretur: esse enim eam formidabilem. Iupiter ita persuasus, Themidis monita exequutus fuit, & Titanas bello deuicit. Hinc factum, cur Argiochus Iupiter sit appellatus.*

Aloidas.] *Aloei & Iphimediae liberos. Horū matrem*

Vlysses se uidisse apud inferos memorat libro Odyssę. undecimo:

τὴν δὲ μετ' Ἰφιμέδειαν Ἀλωέος παράκοιτιν
εἴσιδον, ἣ δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι,
καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην,
Ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλεκλειτόν τ' Ἐφιάλτην,
οὓς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα,
καὶ πολὺ καλλίστους, μετά γε κλυτὸν Ὠρίωνα.
ἐννέωροι γὰρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν,
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ
φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο.
Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.
καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο.
ἀλλ' ὄλεσεν Διὸς υἱός, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητώ,
ἀμφοτέρω, πρίν σφωιν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέι λάχνῃ. Id est,

Post hanc Iphimedian Aloei uxorem uidi, quæ cum Neptuno se concubuisse iactitauit. Pepererat duas proles, quæ non diu superstites erant futuræ, Otum & Ephialten. hos Tellus omnium mortalium procerissimos procrearat: tum autem post Orionem, pulcherrimos. Etenim nonum ætatis annum ingressi, longi nouem ulnas, lati totidem cubitos dicebantur. Ac tum dijs immortalibus se illaturos bellum minari cœperunt. Primùm Ossan Olympo aggressi sunt superimponere, inde ambobus Pelion accumulare, ut per eos montes ascensum in cœlum sibi pararent. Atque effecissent id, si in uiros euasissent. Sed Apollo sagittis suis utrunque confixit, priusquam ad pubertatem peruenirent. Homerus corporum magnitudinem dimensus est: & uerborum ambitu membra depinxit. Noster tantùm immania corpora dicit. Ille de construendis montibus inanem conatum exprimit: hic aggressos dixit cœlum rescindere. Existimatur hic superasse Homerum. Geminos.] *uel gemellos fratres, uel duos Aloei filios. cur autem hic geminos, sui similes exponat Seruius, non satis apprehendo: cùm alioqui poëtæ liberrimè soleant distributiuis pro cardinalibus abuti. Fuit autem Aloeus Titanis & Terræ filius, cuius uxor ex Neptuno hos duos suscepit: quibus cùm singulis mensibus nouem manus adnascerentur, postea Gigantibus contra Iouem suppetias tulêre.* Immania corpora.] *Appositio. Addit pœnarum causam, ut alios à simili conatu impio deterreat.* Vidi.] *Salmoneus filius Elidensis Deucalionis fuit. Hic, ut ait Didymus* ἀσεβὴς ἦν, ἀντιβροντῶν τῷ Διὶ, καὶ ἀντιαστράπτων. διὸ καὶ κεραυνοῖς [illegible]. *Suida Aeoli filius fuit, Thessaliæ rex. Qui cùm esset impius, per machinam fulminabat, tonitruabatq́. Tum autem, subditorum suorum animas commiscebat: unde ictus fulmine, impietatis suæ iustas pœnas dedit. Addunt, cum quadriga uectum, ardentes faces in populares suos torquere solitum. Seruius sacrilegij crimen illi quoque tribuit. Hyginus hunc numerat inter eos rectores, quos sua ipsorum quadriga prodiderint: cumq́, cùm Iouis fulmen imitaretur, cum ipsa quadriga fulmine percussum. Idem scribit, Sisyphum & Salmoneum Aeoli filios, mutuo odio se prosequutos. Sisyphus ab Apolline contendit uiam sibi monstrari, qua fratrem perimeret. Responsum ei fuit, si ex compressu Tyrus filiæ fratris liberos procreasset, qui in posterum aliquando acceptam iniuriam ulciscerentur. Mater intellecto oraculo, susceptos liberos necauit. De Salmoneo sacerum extat carmen in A uaria historia, Chiliade septima:*

ὁ Σαλμωνεὺς ἐκ Θετταλῶν ἐλθὼν ἐς τὴν Ἠλείαν,
κτίσας τε πόλιν. καὶ αὐτὸν κατονομάζειν Δία,
καὶ ἀσεβῶν, καὶ κεραυνοὺς δῆθεν δαδὶς ἐκπέμπων,
ἐν βύρσαις τε καὶ λίβυσι τοῖς δρόμοις τῶν ἁρμάτων
βροντὰς ἀπομιμούμενος, Διὶ ἐκεραυνώθη.

Id est,

Salmoneus è Thessalia in Heleam profectus,
Vrbeq́ condita, seipsum dixit Iouem.
Cùm enim multa impia perpetraret, fulmina funalibus
In pellibus & Libycis curruum cursibus (emittens,
Tonitrua dum imitatur, fulmine ictus perijt.

Flammas.] *Periphrasis fulminis, aut tonitrui.* Graium.] *syncope: Græcorum.* Elidis.] *Elis à Ptolemæo Helæa, uel, ut alij, Elæa dicta, ab Olympia, olim Pisa dicta, mox Arpina, miliare propè Germanicum: hoc est, triginta stadijs distabat. Erat hic templum Ioui consecratum, tum cultu, tum uetustate celebre. Ante templum, lucus oleastris horridus. ab ea nebe Iupiter Olympius fuit appellatus. Et sacra illa certamina quinquennalia, Olympica, aurea Pindari lyra nobilitata. Tunc quinto quoque anno ingens hominum uis è tota Græcia confluebat, partim religionis erga Iouem causa, partim ad certandum, & certaminis alicuius coronam obtinendam, partim spectatum. Erat autem hoc certamen Olympicum inter agonas quatuor nobilissimum. Sed de Olympicis alibi fortassis effusior sese nobis narrandi dabit occasio. Ab Olympia, siue Pisa inquam triginta stadijs aberat Elis. Strabo tradit, sua tempestate omnem eam regionem Eleam nominatam, quæ inter Messeniam & uecam Achaiam ad mare usque media est, mediterraneis ad Arcadiam iuxta montem Pholoën, Azanas & Parrhasios excurrentibus. Modicè ad septentrionem uersa* ἀντίπορθμος *est Acarnania, Cephalenia, Ithaca, & insulæ quæ Echinades sunt dictæ. Ad septentrionem Peneus, ad meridiem Alpheus, amnes Pindari poëtæ lyrici carminibus decantati, per Elidem labuntur. De Alphei prodigioso cursu, in fine tertij libri sat multa retulimus. Ex Stymphalo monte scaturit, & paulatim alijs atque alijs fluminibus auctus, ad Pisam, Elidis longè celeberrimam urbem, in Siculum mare deuoluitur. In Elide aliquando sedecim fuerunt urbes, quarum præcipuæ memorantur, Elis, Pisa, Olympia, & Pylos. Illud ceu auctarium appendere non inscitum fuerit. Cùm aliquando, inter urbes Elidenses & populos Pisæos finitimos frequentia diuturnaq́ certamina tenuissent, ut neutri alteris cederent (ut humana sunt ingenia obstinata) ad postremum huc conuentum est, ut ex singulis urbibus, singulæ matronæ deligerentur disceptatrices, quæ perniciosas illas controuersias singulari prudentia & admirabili dexteritate dirimerent. id quod cum magna prudentiæ laude præstiterunt. Salmoneus Pisa habitauit, quæ nunc Bisa nuncupatur, inquit Chrestomathiæ scriptor: & Oenomaus, Pelops & Pelopidæ. In Peloponneso fons item est Salmone, unde Enipeus oritur, qui in Alpheum tandem deuoluitur. Idem author annotat ex Strabone Salmone imperante. Aetolum è Peloponneso elapsum, Aetoliam habitasse, quam de se ita appellarit.*

Diuûmq́.] *Nam se Iouem uocauit, ut ait Tzetzes.*

Ouans.] *triumphans. Est autem ouatio, triũphus minor, quando imperator triumphum acturus, urbem pedibus.*

A dibus ingreditur. *Emphaticè addidit igitur*, media Elidis, ἀνὰ ἄστυ. Demens.] *Ecphonesis in impietatem & Vesaniam hominis, qui fulmen, nulli mortalium imitabile, uoluit æmulari, præcipuè ubi summis honoribus Iupiter colebatur. nam Olympiæ, quam urbem Elidis esse diximus, templum Iouis Olympij fuit, tum cultu tum uetustate uenerandum, frequentibus oleastris consitum, è quibus sacrorum certaminum uictores coronabantur. Visebatur hic statua Iouis Olympij, admirandæ magnitudinis, & quidem Eburnea, incredibili artificio à Phidia sculpta, ad exemplum, ut ipse ait, carminum Homericorum:*

" ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
" ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.

Media Elidis, pro, *per mediam urbem Elidis: Pisam significans, ubi homo nefarius imperauit, ut paulò antè dixi. Videtur ergo* Elidem *posuisse pro Elaa: hoc est, pro tota ea regione: licet non ignorem, Seruium accipere pro ipsa urbe.* Ille.] *Iupiter: Charientismus. Salsè perstringit uana & ficta alterius fulmina, & sine uiribus: cùm Iouis fulmen præsentem pestem adferret.* Tædis.] *à materia.* Tæda *arbor est ex laricum genere, succo abundans, & ob id lumini sacrorum grata. Hanc mares tantum ferebant. Subauditur uerbum, misit, uel contorsit. Expressit uiolentum impetum iactus.* Turbine.] Turbo *propriè uentus est, qui specie depressæ nubis maiore erumpit, quàm procella, sed cum frigore, obuia quæq; & proxima cum primis prosternens.* Adegit.] *dedit, iecit.*

ARGVMENTVM.

Prosequitur Sibylla alios narrando percensere: quos in Tartaro ob eorum scelera cruciari suis oculis vidit. Tityum, cuius renascens iecur assiduè consumitur vulturis rostro: Lapithas, Ixiona videlicet, & Pirithoum: quorum vterque grauissimo Harpyiæ molestijs affligitur.

Nec nō & Tityon terræ† omnipotentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis uultur adunco
Immortale iecur† tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;,
Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mēsas:
Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.

†al. omniparentis
†al. tūdens,

NASC.
B Necnō & Tityon.] *Tityi genus, magnitudinem corporis, tormentaq; describit. porrò animaduertendum est per Tityum, Sysiphum, Tantalū, atq; alios designari (ut inquit Plato in Gorgia) reges, tyrannos, potentes, ciuitatumq; gubernatores: qui ob ipsam peccandi licentiam grauissima scelera alij Veneris, alij ambitus, alij superstitionis, alij auaritiæ, aliaq; id genus multa committunt. citatq; Homerum testem: qui in 11. Odyss. quos proximè recēsui, inducit apud inferos perenniter cruciari. Sed lege Macrobium in primo de Somn. cap. 10. qui hæc omnia ferè, quæ de inferis dicuntur, mysticè interpretatur.* Terræ omnipotentis alumnum.] *terræ filium. Sic eum Homerus appellat.* γαίης υἱόν. Per tota nouem cui iugera corpus.] *Tityi corporis magnitudinem loci quantitate designat. Sed alibi sæpiùs hac de re locuti sumus. sanè*
C *totum hunc locum de Homero Virgilius transtulit:*

" ὃ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, *& quæ sequuntur.*

Præter quod Homerus causam supplicij eius posuit, quia Latonam ausus est interpellare de stupro:

" Λητὼ γὰρ ἥλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.

Hic autem noster reticuit. Iecur tundens.] *Gestum auium pascentium expressit, nisi mauis* tondens *legere: id est, abrodens.* Rimatur epulis.] *rimando, hoc est, scindendo, & in rimas agendo pascitur iecore.* Quid memorem Lapithas.] *occupatio: ut,*

" *Quid memorem Alciden?*

Ixiona, Pirithoumq;.] *à genere ad speciem trāsit: nam Ixion pater, & Pirithous filius ex Lapithis fuerūt Thessaliæ populis, alter Iunonem de stupro tentauit, alter Proserpinam (ut antè dictum est) abducere uoluit. Sanè Pirithous Iouis quidē filius fuit, qui cùm Diam Ixionis uxorem amaret, in equum conuersus, & circum eam saltans*

pudicitiam eius attentauit, unde natus infans, dictus est Pirithous ἀπὸ τοῦ περὶ θέειν, *quod est circum, & in orbem saltare. Sed tamen Ixionis creditus, quia ex eius uxore natus est.* Quos super atra silex.] *per hos, quibus imminet lapis iamiam casurus, superstitiosi Lucretio designantur: qui inaniter semper uerētur. & de Dijs, rebusq; cœlestibus perperam sentiunt, pessimeq; opinantur.*

Iamiam lapsura.] ταυτολογία. *imminens casuri saxi periculum designat.* Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris.] *Quo pacto locus iste de Tātalo Corinthiorum rege intelligi possit (ut sentiunt interpretes) non uideo: nam etsi Pelopem filium suum Dijs epulandum apposuit, nullibi tamen his eum pœnis cruciari apud inferos reperitur. nam Homerus Odyss. λ, eum in palude apud inferos destinatum scribit esurientem, & sitientem hoc etiam maiori supplicio, ut in aquis limpidissimis sit usque ad labrum inferius: qui quoties se inclinat, ut bibat, toties absorbeatur aqua: arboribusq; pomis onustis ad eius usq; illius peruenientibus comedere non possit: nam ipso ea apprehendere uolente, fugiunt. Sic enim ait Homerus,*

καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα "
ἑστεῶτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ, "
στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι, "
ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων, "
τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν—— "

Quem locum imitatus Horatius in Serm. inquit:

Tantalus à labris sitiens fugientia captat "
Flumina. "

Et Ouid. in libro sine tit.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat. "

Quibus uerbis intueri licet, nullam ei appositam cœnam

 esse

esse apud inferos, neque ullam ei furiam accubare, quæ aut cibos diripiat, aut uoce, ac face illum terreat. quamobrem satis uereor (& si locus communis est) ne de Phineo Arcadiæ rege intelligendum sit: qui cum filijs suis (ut in tertio comment. diximus) uxoris secundæ impulsu oculos emisset, ira diuina ipse etiam cæcus factus est. immissæq; Harpyiæ, quæ cibos ei appositos auferrent, atque fœdarent. quod etsi in uita ei contigerat, ut ex Apollonio in secundo Argonaut. & ex Valer. Flac. libro quarto legere est, quis tamen prohibet, quum Poëta fingere possit, Phineum ijsdemmet apud inferos cruciatibus affici? nam Plato in decimo dial. repub. scriptum reliquit, impios omnium, quæ in uita gesserunt, post tergum apud inferos signa deferre: ut pro qualitate delictorum sit etiam suppliciorum modus. Quod si Orion ab Homero fingitur *apud inferos etiam uenari, ferasq; sectari, & Hercules arcum, & sagittas tenere, circumq; ipsum aues, leones, apros, cædes, uulneraq; hominum, quos suis telis in uita strauerat, qua de re etiam Virgilius infrà mentionem facit, cur non eadem uiuendi conditio Phineo quoque apud inferos existere potest? sed alij fortasse melius. mihi tamen ideo fit uerisimilius, quoniam hic de geniali: id est, matrimoniali toro mentio habetur, ut sit allusio ad facinus, quod per matrimonium: id est, uxoris impulsionem Phineus admisit. reliqua perspicua sunt. uult autem Poëta commentitijs. per facinus Phinei designare crudelitatem hominum in altero seculo puniri.* Furiarum maxima iuxtà Accubat.] *Non fames, sed Celæno Harpyiarum princeps, quæ itidem & furiæ, & canes Iouis dicuntur. nam ipsa loquens in 3. Aeneid. ait:*

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, uobis furiarum maxima pando.

Exurgit attollens.] *ad illum terrendum.*

LAMB. Hort. Necnon.] *Homerus Odyss. λ.*

καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέος υἱόν,
κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον,
δέρτρον ἔσω δύνοντες, ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί.
Λητὼ γὰρ ἥλκησε, Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

Tityon.] *Fabulantur hunc Latonæ uitta correptæ stuprum inferre uoluisse. Apollo & Diana eam iniuriam haudquaquam ferendam rati, hominem sagittis confecerunt. Nunc apud inferos ita pœnas dat, ut epati infixas sagittas adhuc seruet. Euphorion ait, eum Dianam corripuisse, & ob id puniri. At Homerus & alij poëtæ eum sequuti scribunt, hunc apud inferos per nouem iugera ita porrectum, ut iecur à uulturibus duobus ita continuò arrodatur, ut absumatur nunquã. Quod autem Hom. dicit:*

ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, *noster uertit:*

——per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.

Intellectio: uastitatem molis gigantei corporis intelligimus. Didymus hunc Homeri locum enarrans, πέλεθρα, πέλεθρον, ὅ ἐστιν ἕκτον μέρος σταδίου. λέγει οὖν, ὅτι τοῦ Τιτυοῦ σῶμα ἐπὶ ἐννέα ἔκειτο πέλεθρα, ὅσον κατέχειν τόπον ἑνὸς ἡμίσεος σταδίου. οἱ δὲ Τιτυὸν Διὸς καὶ Ἐλάρας υἱόν. οἱ δὲ ἄλλα, μέτρον τι γῆς. *id est, πέλεθρον sexta stadij pars est. Dicit igitur, quòd Tityi corpus in nouem iugeribus exporrectum iaceret, ita ut locum dimidij stadij occuparet. Erat autem Tityos, Iouis & Elaræ filius. Alibi terræ mensura genus est. De Tityo Lucretius lib. 3. sic canit:*

Qui non sola nouem dispersis iugera membris A
Obtineat, sed qui terrai totius orbem.
Nec tamen æternum potuit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore semper.
Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
Quem uolucres lacerant, atq; exest anxius angor.
Aut aliæ quauis scindunt torpedine curæ.

Antiqui hunc Tityi uulturem immortale iecur lacerantem, interpretabantur conscientiæ tormenta, rimantis interiora uiscera flagitijs obnoxia: adeoq; ipsa uitalia perpetua solicitudine ac recordatione perpetratorum scelerum lanianti. Tum autem, & quæ curas anxias assiduò excitet, ut quieti nullus sit relictus locus. Inhæret ea uiscæ licitas fibris renascentibus subinde, at se iudice absolui nequeat. Alij, Lucretium sequuti, libidinem fœdam amoris interpretantur, quem in iecore Physici positum esse affirmant: ut iram in felle, risum in splene. Exesum iecur renascitur in pœnam. Quid aliud id sibi uult, quàm quòd libido nunquam exaturetur, sed recrudescat semper? Hinc fit, cur Horatius iecur uocet Tityi incontinentis. Omniparentis.] *Rectè: communis enim omnium parens terra est, & rursum fato defunctos recipit. Sunt qui legunt* Omnipotentis: *sed superior lectio uindicanda est, à parente. Apollonij & Homeri enarratores, compluresq; alij, non Terræ, sed Iouis & Elaræ filium eum faciunt.* B

Rostroq;]*Pathos à modo.* Immortale.] *uidelicet quod nunquã absumitur.* Fœcunda.] *quòd nunquã absumantur, sed exesa crescant rursum ad pœnas.* Rimatur] *dixit, pro depascitur, erodit, exedit.* Fibris.] *in fibris, quæ præcordia sunt, ubi affectus sunt positi. Sunt & fibræ, quarumlibet rerum extrema. unde cordis, iecinoris & uiscerũ extremitates, fibras appellamus.* Quid memorem.] *A' Tityo, per prætermissionem ad diuersarum pœnarum enumerationem transit. Lapithæ Thessali fuerunt gens ferox & barbara: quorum principes numerantur, Dryas, Pirithous, Cæneus, Exadius, Polyphemus, & alij. His contra Centauros in nuptijs Pirithoi bellum graue exortum fuit. Ad hastam cum Lapithis, Centauri, ut amici, uocati sunt. Erat autem Pirithous Ixionis filius. Et Centaurorum tum principem fuisse proditur Eurytion, Ixionis & Nepheles filius. Porrò ubi in multum uini prouecti essent, Centauri sponsam rapuerunt, & uim tentarunt. Lapithæ iniuriam indignè ferentes, quòd hospitij ius nullo diuorum metu uiolarent, ad arma prosiluerunt, multosq; Centaurorum interfecère. Ipsum Eurytionem, manibus, naso, labijs, & genitalibus fœdè mutilatum trucidarunt.* C *Didymus Odyss. lib. 21.* ὅτι τὴν Ἀδράστου θυγατέρα, Ἱπποδάμειαν, Πειρίθου πρὸς γάμον ἀγομένου, ἐκλήθησαν κατὰ συγγένειαν πάντες οἱ Κένταυροι. μεθυσθέντες δὲ οἱ Κένταυροι προσελθόντες τὴν νύμφην, ἀνάξαι τὰς γυναῖκας ἐπεχείρησαν. οἱ δὲ ὀργισθέντες, ἀνεῖλον τοὺς Κενταύρους. *Aliud Lapithæ bellum aduersus Dorienses aliquando gesserunt. His Hercules se socium ea conditione obtulit, ut tertiam Doridis partem ab eis laborum suorum præmium acciperet. Qui Corono Lapitharum rege interfecto, omnem reliquam gentem, prælijs & bello deuictam, ea terra, de qua tum ambigebatur, migrare compulit.* Ixiona.] *Thessalis hic imperauit, homo nefarius: socerum eius suum in fossam carbonariæ specie ardentem demersit. A' Ioue conuiuio exceptus, eius uxori stupri iniuriam obtulit. Re comperta, pro Iunone ei nubem subiecit. Ixion cùm tam turpitudinem*

A nem tacere non posset, sed apud quosuis eblateraret, à Ioue ad inferos deiectus est & rotæ alligatus, sceleris sui pœnas dedit. Quam pœnam ita ἀπηγορεύοντα. Eos τ' ἀδὺς rotarum districtos pendere, qui nihil consilio prouidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicantes, seq; & actus suos fortunæ permittentes, casibus & fortuitis rebus semper rotantur. Sed Fulgentius longè aliter. Phlegyæ fuit filius, & Dian Deionei filiam uxorem duxit. Ex nube procreatus illi est Centaurus, à quo Centaurorum genus ortum est, ut ait Hom. scholiastes lib. Iliad. primo. Didymus Odyss. 21. pluribus uerbis stupri causas refert. Pindarus uerò prodigiosa de Ixione canit, quæ hic adscribenda duxi:

» ἐκεῖ δὲ περιδέδεται ἴξιον τῷ τροχῷ,
» ἄπαν χαίταν ἰχνευόμενον ἀνταμείβεσθαι,
» ὃς ἱκέτης μαγγανείαισιν ἐμίχθη πυλῶν.
» ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ στερεῶν δεσμῶν τοῖς βαιῶν,
» τὰ κάτω τούτων τῷ μηχανῇ, τὰ δὲ περὶ τὰ ἄνω.

At Tzetzes hanc Pindari de Ixione prodigiosam fabulam consentaneè & probabiliter refutat:

» Ἰξίων καὶ παρέδρος ἐν πρώτοις φίλοις
B πρὸ δίου (τὸν βασιλέα ἴσθι τὸν ὑψίζυγον)
» ἠράσθη τότε γυναικὸς ἥρας τῆς βασιλίδος.
» ἀνέστη ταῦτα δὲ τ' ἀνδρὶ, ζεὺς ὢν ἀνεπαισθητος,
» καὶ χεῖρας ἀνασχὼν τὰ ἄγραις σώσας,
» δοῦλην νεφέλην φέρειν τὴν κλῆσιν συνοικίσας,
» περὶ ἑσπέρας ἔπεμψεν, ἐκεῖνα κατακλίνειν.
» Ἰξίων τῇ νεφέλῃ δὲ ταύτῃ μιγεὶς, ὡς ἥρᾳ,
» ὁ μὲν νεφέλῃ δὲ τινι ἐν ἀγρῷ ἀνδρί,
» ἴμβρον παῖδα γεννήσας, ὃν κένταυρον ἐκάλεσ,
» τούτου ἀπογενόμενοι, αὖραι καὶ ἐν δίνῃ,
» ἀπὸ τούτου Ἰξίονα κυρώσαντα τὴν αὔραν,
» ἴσα καὶ ἄστρων ἐρᾶν, τὸν γνωρισθέντα,
» ὃς Ἰμβρος συμμιγνύμενος ἵπποις τοῖς μαγνησίοις,
» τοῦ ὄνομα, ὃς ἱπποφορβῶν ἐν τόποις Θεσσαλικοῖς
» ἐκ γενεᾶς τῶν ἱππικῶν, ὡς συμφερόντως ἵπποισι.
» ὅθεν καὶ τούτων ἐκεῖ αὐτῶν μητέρας ἵππους ἄνω

Idem longè uberius de Ixionis rota Chiliade nona disseruit, explicatq; ueram historiam, liberrimè Pindarum maximè & Palæphatum probabilibus argumentis refutans.

Pirithoumq;.] Dian Atticam quandam mulierem cum Ixione nuptam fuisse produnt, ex quo natum uolunt

C Pirithoum. At Homerus cum Iouis filium fuisse canit ob singularem uirtutem, ἀπὸ τῶν πρακτῶν. Pirithous auditis ijs quæ uaria fortuna à Theseo gesta erant, experiri statuit, an tantus esset, quantum Græciæ totius fama & celebritas ad se detulisset: illiusq; boues, quæ Marathonio saltu custodiebantur, per speciem latrocinij abegit. Theseus eo rumore accensus, ad iniuriam ulciscendam excitus, conscenso equo, in hostilia tentantem proficiscitur. Non declinauit eius occursum Pirithous. At postquàm ad primum congressum peruentum est, uterque alterum non sine admiratione intuitus, formæ decus & animorum magnitudinem inter se mirati, datis dextris, fœdus amicitiæ ita ineunt inter se, ut à Theseo iniuria abactarum boum ipsi Pirithoo sit remissa, & uterque utrumque ad amicitiam perpetuò colendam sit hortatus. Neque uerò satis id fuit, fides iureiurando sancita est. Pirithous Theseum inde in Lapithas ad hospitalibus mensis fruendum comitate multa pertraxit. Iisdem tum (ut paulò suprà retuli) & Centauri adhibiti fuêre: & quidem ob nullam aliam causam, quàm quòd Deidamia sponsa Pirithoi cognati essent. Qui simulatque iam uino incaluissent, petulantius ipsam sponsam aliasq; Lapitharum uxores contrectare cœpêre, adeoq; ad postremum uim adferre, & rapere ad stuprum. Lapithis id flagitium indignè ferentibus media regia, pugna oritur tumultuaria. Theseus Pirithoo auxilio accurrens, multos Centaurorum trucidat, & cum multa cæde disijcit. inde Centauri Pirithoum bello adorti sunt: & deuicti ipsi, finibus suis pulsi fuerunt. Sequuta statim est expeditio utriusque ad inferos, ad rapiendam Proserpinam, quam Theseus amabat. Alio loco nobis historia relata est, non pigebit tamen hic quàm paucissimis repetere, ut studiosi omnino meminerint, unde poëtis fabulandi materia orta sit: & quidem ex nominum similitudine. Post Helenes raptum, quam Theseus Aphidnis apud matrem Aethram reliquerat, cum Pirithoo in Molossos profectus, Aidonei regis filiam Proserpinam rapere conatus fuit. Puellæ mater Ceres appellabatur. Rex ubi comperit Pirithoum, ut raptorem ad se uenire, canis regiæ aulæ Cerbero eum discerpendum obiecit: Theseum arreptum custodiri iussit tantisper, dum de eo aliud aliquid statueretur. Casu per id tempus accidit, quum Hercules prorsus inscius eorum quæ Theseo & Pirithoo usuuenissent, apud Aidoneum hospitaretur: inciderétq; de illis eorumq; sæpius inter alia colloquia sermo, Theseum à se in uinculis, Pirithoo occiso, teneri: Hercules uehementer fortis uiri casum doluit: petijtq; à rege, ut Thesei supplicium sibi remitteret. Fecit id lubens Aidoneus: atque ita restitutus fuit Theseus. Hinc facilè liquet, unde fabula manârit, de Orco, Plutone, Cerbero, Cerere, Proserpinæ raptu, interitu pœnisq; Pirithoi, & uinculis Thesei, cuius iam mox obiter incidet mentio. Cæterùm ut ad Philosophiam reuertamur: atra silex iamiam lapsuræ similis, quæq; illorum capitibus immineat, quid aliud signat, quàm arduas potestates, & infaustam tyrannidis molem? Cuiusmodi nunquam sine pœna metus, quam merentur, uiuunt. Ipsi enim dum student metui, metuunt maximè: & subiectum uulgus se odisse cogunt: & exitium, quod merentur, animo semper prospiciunt. Id quod Dionysius familiari suo cuidam exemplo ante oculos proposito, aliquando ostendit. Imminet]Pathos à modo. Homerus Theseum & Pirithoum inter heroas, & deorum illustres filios numerat:

καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ «
Θησέα Πειρίθοόν τε θεῶν ἐρικυδέα τέκνα. «

Lucent.] Ad Tantali exemplum transitio, de quo Homerus:

καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα, «
ἑστεῶτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ. «
στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι. «
ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων, «
τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν, ἀμφὶ δὲ ποσσὶ «
γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων «
δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπόν. «
ὄγχναι γὰρ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, «
συκέαι τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. «
τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, «
τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα. «

Quanta diuersitas est inter utriusq; descriptionem? Græcus initio statim proponit, Tantalum à se uisum horrendas pœnas pendere, ac stare in stagno, cuius mento aqua alluerit. & quoties sitiens caput ad bibendum admoueret, aquam assequi nequiuisse. refugisse aquam, atque illicò

terram apparuisse atram. Suspendit supra caput arbores proceras omne genus pyros, malos puniceos, dulces ficus, & oliuas uirides. Hus fructus, quoties minatur decerpere, uento in altum sustolli. At noster aureo thoro eum accubantem fingit, magnifico quidem epularum luxu instructo, sed quas à furiarum maxima, eidem mensa accubante, attingere prohibetur. Ferunt hunc superis charum, imperasse Corinthijs, illosq́ sæpè summa humanitate excepisse. Accidit autem, cùm diuis superuenientibus nihil haberet lauticiarum, quod apponeret, Pelopem filium in lebete coctum, dijs comedendum dedit. Et cùm nemo appositas epulas uellet attingere, sola Ceres humerum discerptum absumpsit. Porrò dij eum in uitam μετεμψυχώσει *reuocaturi, per Mercurium eburneum illi restituerunt. Inde Tantalus ob impietatem abominandam, tum in deos, tum in filium, has pœnas dare iussus est, ut in summa omnium rerum affluentia, & potus cibiq́ copia, perpetua inedia excrucietur, Athenæus Dipnosoph. 6 ad hunc modum fabulæ originem refert. Cùm Tantalus uoluptatum auidus in deorum sodalitatem admissus, impetrasset optionem petendi quod uellet, ut perpetuò inter epulas ad eum modum uersari posset, petijt. Obtinuit quidem à Ioue illud, sed ne frui concessis posset, saxum ingens, iamiam casuro adsimile, supra uerticem suspendit, cuius metu ab attingendo conterreretur. Fabulam Horat. libro 1. Satyr. ad auaros & sordidos refert, in magnis diuitijs mendicos, & fame & siti perditos: quos inexplebilis habendi cupiditas non permittit præsentem copiam intelligere, Nesciunt partis uti, egentq́ semper, dum paratis seu sacris parcunt:*

» *Tantalus, inquit, à labris sitiens fugientia captat*
» *Flumina quid rides? mutato nomine, de te*
» *Fabula narratur.——*

Quidam Græcorum produnt, eum à dijs communibus mensis adhibitum, eorum mysteria euulgasse. Quapropter eum puniri apud inferos saxo supra caput suspenso. Infrà multa aqua, & fructibus omne genus: ut cùm bibere uelit, saxum in caput ruat. itaque siti contabescit. Eadem ratione cùm fructus cernat, quibus uictitet, neque apprehendere possit mento imminentes, futilitatem suam luit. Variæ historiæ author capite, περὶ τῆς τοῦ ταντάλου λεκάνης, *haud paulò uerisimilius ἀλληγορεῖται. docet hic Tantalum non Iouis, sed Plutûs & Tmoli regis filium fuisse, ac Tmolum regnasse in Lydia, cuius regum ultimus fuerit rex Crœsus. Cæterùm, quòd Iouis eum filium posteritas appellarit, non mirum. Antiquitùs enim Ioues reges dixêre & regum liberos, Iouis filios. De punitione ita deinde philosophatur. Fungebatur primatu functionis sacerdotalis, summè in physicis uersatus. Cùm autem abdita rerum naturalium prophano uulgo, & non initiatis docendi gratia importunu futilitate prodidisset, quod tum nefas & piaculum sacerdoti erat, deorum iram aduersum se concitasse existimatur. Docuerat autem, solem non esse crystallum, non ignem, non massam ferri ignitam, sed lapideam fortassis materiam. Hinc in fabulam poëtis uenit, Tantalum diu communi diuorum mensa fretum, æqualibus suis nectar & ambrosiam impertiuisse: atque ob id, è diuorum sodalitio ac mensa reiectum, & inter suos inde uersari iussum. Euripides contendit, ob linguæ petulantiam è conuiuio deorum ac primatu sacerdotali eum excidisse, quod* ἄῤῥητα καὶ τὰ μυστικὰ *eorum, mortalibus indicârit, non initiatis. Itaque hunc lapidem, quem solem is esse suis persuaserat, homini supplicij causam exponunt. Versatur enim nobis supra caput in aëre sol suspensus. Exemplo utili huius Tantali docemur, ne quid indecorè, ac contra leges muneris nostri agamus, doceamusûe, quo rerum uniuersæ conditorem Deum offendamus, quodq́ nobis fraudi uerti possit. Tantalus legibus diuinis & humanis spretis, eò miseriarum uenit, ut perpetua siti ac fame enecetur, cùm copiam non ferret. Quoniam autem medius in tam lautis hortorum delicijs collocatus, ijs frui non potuit,* ταντάλου κῆποι *id est, Tantali horti, prouerbij loco celebrantur, de bonis quibus frui non datur: aut de ijs, quæ cùm uideantur aliquid esse, tamen nihil sunt. Suidas ad hunc modum citat parœmiam,* ταντάλου κήπους τρυγᾷν*: id est, Tantali hortos uindemiare. Minor Isaac chetor, iam à prodigalitate ac luxuria frugalior commentiorq́ factus, interrogatus à quodam, ecquis piscium auiumûe in esum esset optimus, respondit, id sibi non liquere: desijsse enim se ista amplius studiosè curare.* ξυνῆκα, *inquit,* ἤδη τοὺς ταντάλου κήπους τρυγᾷν. *ostendens ista interroganti, uoluptates meru somnia esse, & umbras. Item & illud, Tantali lapidem existimare tenuibus funiculis supra caput imminentem habere: de inopinatis & imminentibus periculis.* B *Sed &* ταντάλειος λίθος, *parœmia uice celebratur: de imminentis capitibus periculo. Celebratur & aliud,* τάλαντα ταντάλου, *Tantali talenta: de magnis & luculentis opibus. nam hunc Phrygis cuiusdam: alij, Tmoli Lydiæ regis filium opulentissimum fuisse uolunt. Suidas ad hunc modum citat,* ταντάλου τάλαντα ταντάλίζεται, *Tantali talenta tantalizat: quasi dicat trutinat, accumulatq́. Tãtali supplicia: Quibus adsunt quidem bona, sed his frui negatur. Relata est parœmiæ origo. Sed misso Tantalo cum sua inedia & saxo impudenti, reliqua excutiamus. Saxum & atram silicem, quamuis ad Ixionem & Pirithoum propriè referre uidetur, tamen quia nec transitionis particula inserta est, nec peculiariter inediæ famisq́ tantum facit mentionem: silex haud minus ad sequentia quàm ad præcedentia referendum est, quando Tantalo perinde ut superioribus saxum immenere, iam satis ustensum est.* Lucent.] *A circumstantijs magnificentiam luxus disertè amplificat.*

Genialibus.] *Geniales thori seu lecti, qui genijs puerorum recens natorum sternuntur. In his accumbere antiquitùs mos erat. Creditur quisque habere suum genium: id est, deum & deam: uel, ut Theologi existimant, angelum bonum & malum. Iunonis lectus, Herculi mensa conueniebat, quæ pueris nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ, tanquam Educæ, Potinæ & Cubæ à ueteribus ponebantur: diuis uidelicet educationi, potui & cubitioni præsidibus. Mensæ, quas hic geniales thoros uocat, argumenta erant uitalitatis.* Aurea.] *Notat luculentas hominis opes in uita. Sunt autem fulcra propriè, suprema lectorum partes.* Epulæ.] *quas attingere non licet.* Accumbere.] *propriè est iacere ad sumendum cibum. Nam mos ueteribus fuit, in thoris mensas sternere, quibus accumbebant.* Exurgitq́, facem.] *ardentem appetitum edendi apposita edulia, excitat Tisiphone, non Harpyia: & eadem* βουλιμίᾳ *& fame plusquàm canina pereuntem attingere uetat, increpans horrenda uoce, qua accumbentem absterreat. Maximam furiarum ego hic accipio Tisiphonem: quæ pœnas infligat, urat, incendatq́.*

ARGVMEN-

A

ARGVMENTVM.

A separata ad communem impiorum enumerationem transit, qui in Tartaro cruciantur, fratrum osorum, parentum percussorum, clientes defraudantium, adulterorum, patriae arma mouentium, incestuosorum, atq; huiusmodi aliorum: quorum etiam supplicia quaedam recenset, saxi reuolutionem, rotam. denique concludit tot in impios inibi poenas exerceri, vt si centum sibi forent linguae, totidemque ora, illas narrando percensere non posset.

Hic, quibus inuisi fratres, dum uita manebat,
Pulsatusue parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs soli incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis (quae maxima turba est)
Quiq; ob adulterium caesi, quiq; arma †sequuti
Impia, nec ueriti dominorum fallere dextras:
Inclusi poenam expectant ne quaere doceri,
Quã poenã, aut quę forma uiros fortunaue mersit.
Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarum
Districti pendent. sedet, aeternumq; sedebit
Infelix Theseus, Phlegyasq; miserrimus omneis
Admonet, & magna testatur uoce per umbras:
DISCITE iustitiam moniti, & nõ temnere Diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potẽtem
Imposuit, fixit leges precio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natae, uetitosq; hymenęos:
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Non mihi si †centum linguae sint, oraq; centum,
Ferrea uox, omnes scelerum comprẽdere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possem.

NASC. Hic, quib. inuisi fratres.] *communiter omnes fratrũ osores complectitur, quales fuerunt Atreus, Thyestes, Aegystus, Danaus, & alij complures, quos enumerare longum esset: porrò rem extenuat, cùm ait inuisi, ut ex minore maius intelligatur, ab his uidelicet fratres* B *aut occisos, aut aliqua alia insigni iniuria affectos fuisse. tale quoque est, quod sequitur.*

†al. secuti

al. linguae centum

Pulsatusue parens.] *sanè parricidas intelligit. ut Hostius, qui primus apud Rom. patrem occidisse fertur. Plutarch. in Romulo. nam Oedipus, cuius interpres meminit, tantis cruciatibus indignus uidetur, cùm Laium patrem per ignorantiam occiderit.*

Et fraus innexa clienti.] *Ego Seruij opinioni subscribo de lege XII. Tab. & Vrbani sententiam refello. nisi enim contingeret, ut patroni clientes sapiùs deciperẽt, quàm è clientibus deciperentur, lege ita cautum non esset. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto: id est, malus, atq; improbus habeatur. Horat. 2. Serm.*

" *Vter Aedilis fuerit, uel*
" *Vestrum praetor, is intestabilis, & sacer esto.*

Nec partem posuêre suis.] *Hic etiam cruciantur, qui omnia more Epicureorum suo commodo metiuntur, &* C *aliena non curans, praesertim cognatorum, parentum, & affinium. quod impietatis est species, & quia istorum numerus penè infinitus est, subdit:*

——quę maxima turba est.

Quiq; ob adulterium caesi.] *uult & à causa ex affectu indignantis, porrò caesi, uel necati intelligat, ut Aegystus, aut uerberati, ut Crispus Sallustius, C. Gallius, L. Octauius, & alij. unde Horat. in Serm.*

" *Hic se praecipitem tecto dedit, ille flagellis*
" *Ad mortem caesus.* & quę sequuntur.

Quiq; arma secuti Impia.] *Hic Seruius decipitur, atq; alij, qui per arma impia bellum Sex. Pompeij intelligendum putant. nam per arma impia, arma in patriam suscepta designat. ut Catilinae, aliorumq; coniuratorum.*

Et dominorum fallere dextras.] *Nec hunc quidem locum interpretes satis assecuti fuerunt: atq; in primis Seruius, qui quid dicat, profectò nescit. nam quid aliud est fallere dextras dominorum, quàm fidem dominis promissam fallere? nam dextra olim fidei consecrata fuit. Cicero Philip. 11. dextrae, quae fidei testes esse solebant, perfidia sunt, & scelere uiolatae. unde iũgere dextram, & dextra dextrã committere apud poëtas saepe reperies pro pacisci, & foedus ferire. Ouid. in epist.*

" *Heus ubi pacta fides, commissaq; dextera dextrae?*

Inclusi poenam expectant.] *Auget à tempore. nam & praesentem sentiunt dolorẽ, & poenam expectant futuram. qua nihil calamitosius, praesertim si malum uitari nequeat. lege prouerbiũ celeritas in malis.*

Ne quęrere doceri.] *πρόληψις occurrit obiecto.* Aut quę forma.] *regula, & puniendi modus. nam diuersi diuersis suppliciorum generibus afficiuntur. propterea sequitur:* Saxum ingens uoluũt alij.] *ut Sisyphus. de quo ex Platone suprà diximus. cùm ipse in Gorgia doceat, per huiusmodi uiros, Sisyphum, Tantalum, Tytium, principes, reges, ciuitatumq; gubernatores designari: qui ob ipsam peccandi licentiam grauissima peccata committunt: alij per Sisyphum, qui saxũ uoluit, homines inefficacibus, laboriosisq; conatibus uitam terentes intelligi putant de quo Lucret.*

Sisyphus in uita quoq; nobis ante oculos est, "
Qui petere à populo fasces, saeuasq; secures "
Imbibit, & semper uictus, tristisq; recedit, "

Hinc illud ueteris poëtae apud Cic. in 1. Tusc.

——*Sisyphus uersat* "
Saxum sudans nitendo, nec proficit hilum. "

Radijsq; rotarum.] *ut Ixion, ex uarijs fabulatorũ opinionib.* Sedet, aeternumq;. &c.] *alludit ad fabulã, quã fertur Theseus ad inferos descēdisse, ut Proserpinã raperet: ideo ἐν ἀκινήτῳ θρόνῳ, i. in immobili sede collocatum fuisse, deinde uerò illinc ab Hercule liberatũ ad superos rediisse. hãc fabulã inter alios scribit Apoll. interp. 1. Arg. in illud carmen:* [illegible] "
Gell. uerò lib. 10. cap. 16. Virgiliũ accusat inconstantiae qui, cũ suprà cũ illis Theseum recẽsuerit, qui ad inferos descēderunt, atq; inde rursum euaserũt, nunc canit eũ perpetuò apud inferos sedere. uerũtamen nihil obstat uiuentem Theseum ab inferis Herculis opera liberatum, & tamen post mortem iterũ ei supplicio addictũ fuisse. sicuti Hercules ipse apud Lucianũ, tametsi uiuens ex inferorũ latebris emerserit, tamẽ mortuus iterũ eò reuersus traditur. itidem Pirithous fertur ex inferis semel liberatus, & tamẽ Horat. in 3. li. Car. scribit trecentis cathenis apud inferos retineri.

Amatorem

» ——Amatorem trecenta
» Pirithoum cohibent cathenæ

Ne possit amplius post mortem, scilicet ad superos redire, quamobrem & in 4. Carm. cecinit:

» Nec lethææ valet Theseus abrumpere charo
» Vincula Pirithoo.

Sed Pontanus, & alij quidam super hac re ante me pluribus disputarũt. Phlegiasq; miserrimus omnes.] ἀμφιβολογία est. dubitatur enim utrum Phlegias Lapitharum rex, Ixionis pater dãnatos, an Theseus ipse Phlegias Thessaliæ populos Deorum spretores admoneat.

Discite iustitiam.] Phlegiæ seu Thesei admonitia ab utili, & honesto. Discite, inquit, vestris sumptibus, hoc est, his pœnis, quas patimini. nam παθήματα μαθήματα.

Vendidit hic auro patriam.] πάθος à causa ex affectu indignantis. & hic locus licet per ἦθος proferatur, inclusam tamen in se πάθος habet. nam Lasthenes Olynthum Philippo Macedoni, Curio Romam Cæsari, alij alijs patriam suam vendiderunt, adeas interpretes. duo autem hi versus ex Vario sumpti sunt, ubi de morte agit. Sic enim ait apud Macrob.

» Vendidit hic Latium populis, agrosq; Quiritum
» Eripuit: fixit leges pretio, atq; refixit.

Dominumq; potentem imposuit.] patriæ, scilicet per vim, atq; tyrannidem. Cic. ad Atticum lib. 1. Consul est impositus nobis is, quem nemo præter nos philosophos aspicere sine suspirio posset. & in Philip. 13. nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat?

Fixit leges pretio, atq; refixit.] & hic locus est communis. potest tamen & de Antonio, de Clodio, Verre, alijsq; nonnullis intelligi: qui pecunia corrupti leges à se promulgatas in æs incidi, & parietibus affigi, rursusq; illas antiquari, & refigi iubebãt. Hic thalamum invasit natæ.] ut Thyestes, Cinyras, &, ut quidam falsò fortasse putant, Cicero. Ausi omnes immane nefas.] hypothesi ad thesim revocata concludit omnes æquè esse nefarios, atq; impios, & quia peccandi volũtas, nisi sequatur effectus, non usquequaq; hominẽ punit, sequitur: Ausoq; potiti.] ut ostendat eos iure merita puniri, cùm non voluntas tantùm peccandi, verumetiam actus ipse peccati in illis extiterit. Nõ, mihi si linguæ centũ.] pœnarum numerum, & species ὑπερβολικῶς extollit ab eo, quod fieri nequit: per quod eos innumerabiles penè esse ostendit, qui apud inferos diversis supplicijs cruciantur. Locus est Homeri ex Iliad. 2. hoc tamen differunt, quod Homerus decem linguas, totidemq; ora. hic verò noster quasi maiora tractet, centum dicit Homerus vocem ἄῤῥηκτον: id est infrangibilem, inexpugnabilem, seu contra omnem ictum invictam, Maro autem noster ferream. Lucretius æneam: nam hæc duo metalla sua duritie sunt penè infrangibilia, atq; inexpugnabilia. hinc prouerb. ferreus, æneus, quamobrem Virgilius turrim Tartari inexpugnabilem esse ostendere volens, ferream descripsit:

» ——stat ferrea turris ad auras.

Hoc amplius addidit Homerus, χάλκεον ἦτορ: id est, æneum cor. Homeri versus hoc habent:

» οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν
» φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη

Formas.] species: quarum nonnullas descripsit. Saxum ingens volvunt alij, radijsq; rotarum, &c.

LAMB. Hort. DIVERSA.] hominum genera hic edocet, & flagitiorum ob quæ in hoc barathrũ sunt conditi. Inde pœnas recenset diversas, quas diversi persolvunt. Invisi.] Ab impietate fratrum erga fratres, cuiusmodi rara gratia esse solet. Sed in historijs multa exempla reperias, quibus mutua fratrum discordia mortalibus spectaculo fuit. Qualis Danai & Aegypti, Atteoclis & Polynicis, Romuli & Remi, Numitoris & Amulij: qualis proditur fuisse inter Atreum & Thyestem: & in sacris, inter Cainum & Abelem: & in prima iuventa, inter Esau & Iacob. Atque in hos ibi graviter animadverti dicit. nec iniuria: nam naturæ fontes & iura tales subvertunt. Pulsatus.] Mosis: id est, à quibus parentes sunt occisi. adversus quales interrogatus Draca Atheniensium νομοθέτης, quamobrem nullas leges scripsisset, respondit, se existimasse nullos tam impios futuros, qui tam immane nefas vel cogitarent quidem. Postea parricidis pœna huiusmodi lege lata constituta est, ut cum cane, gallo & simia vivis animantibus culleo (Græcis ascopera dicitur) insuti, in mare præcipitarentur. Iuvenalis, de parricida & culleo loquens: A

» Et deducendum, inquit, corio bovis in mare, cum quo
» Clauditur adversis innoxia simia fatis.

Huiusmodi culleus Romæ colla statuæ Neronianæ (quòd matricida fuisset) deligatus fuit. Parricida fuit Oedipus, B qui inevitabili fata patrem Laium ignotum inter viarum angustias obtruncavit. Latius meo iudicio vox Pulsatus patere videtur, ut non simpliciter ad cædem, sed ad quamlibet iniuriam, quæ parentibus infertur, referatur. Ita Abessalon pulsavit patrem suum Davidem, atque ob id, impietatem sequuta statim fuit vindicta divina.

Clienti.] Perfidiam notat patronorum in clientes. Grammatici clientem, quasi colẽtem exponunt, qui patronum suum, à quo ipse defenditur, colat, observetq; Citatur hæc lex XII. Tabularum: Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Certè utrinq; debet cõstare fides, ut neutri alteros defraudent. Divitijs.] Taxat sordes avarorũ hominum, à quibus nulli benè fit. Non mirum ergo, quòd à nemine amentur, omnibus sint invisi, nec quisquam præstet quem debeat honorem, quòd nulle insidijs furorum sint expositi. Tales eruditè notat Flaccus in prima Satyra lib. 1. Contrà, nõ minus reprehendendi sunt illi, qui sua turpiter profundunt, in eos, ijsq; temporibus, in quos, tum autem quando non convenit. Ergo πάντων μῖσος ἄσωπ.

Soli.] solis: hypallage. Adulteriũ.] Pathos à causa. Adulter fuit Paris, Aegisthus, Deiphobus. Impia.] adversus patriam, in cives, in parentes, liberos, cognatos, suscipientes iniustas causas, invadentes imperia, opprimentes libertatem, stabilientes suam tyrannidem. hi arma impia contra induunt. Syllam perstringere videtur, qui ob laudem capti Iugurthæ, civitatem in internecinum bellum traxit, & in horrendas clades coniecit. Qui contra fidem legati, Imperatoris sui gloriam in se transtulit. Nisi C quis perfidiam Pompeianorum in Cæsarem malit interpretari: à quo iniuriarum omnium veniam consequuti, impia tamen arma adversus optimum & clementissimum principem sumpserunt: quamuis diversum iudicium multorum non ignoro Dominum Cæsarem dictatorem ob id vocare videtur, quod oppressa libertate, monarchiam stabiliverit. Etsi vocabulum Domini perinde ut Regis, odiosum Pop. Rom. alijs contra nationibus honorificum & plausibile semper fuit: posteris tamen temporibus Cæsarum, eius nominis appellatio blandior plausibiliorq; haberi cœpit, ut ex Plinio, Martiale, & alijs liquidò apparet. Neminem interim fugit, relatiuè dominum & seruum

sibi

A sibi respondere. Impia.] Sunt & arma impia, bella quæ serui fugitiui patriæ & dominis faciunt. Sed quia posterior clausula superiori continuatur:

» —— nec veriti dominorum fallere dextras:

expendat non supinus lector equis lancibus, num nefarium bellū seruile innuat, quod Spartaco duce, serui fugitiui latrocinantium specie, seu ecnephias, è Sicilia erumpentes aduersos dominos suos, inde & Pop. Rom gessēre: quos M. Licinius Crassus omnes ad unum usq; cecidit, & reliquias ad 4. millia crucibus suffixit. Inclusi.] Fortasse ad morem puniendorum seruitiorum fugitiuorum respicit. Nam à fuga retracti, dominis traditi serui, in puteum conditi ad supplicium seruabantur. Sed quod addit, inclusos expectare ad huc iudicū sententias de genere supplicij: ostendit grauitatem animaduersionis. Metus pœnæ diuturnus ipsa morte durior est. Ne quære.] Quoniam autem adhuc de supplicij genere consulitur, inter iudices quæstionis, de re nondum satis comperta, & de qua adhuc in occulto disceptatur, frustrà interrogaturus esset: quando nulli dum sit exploratum, cui carnificinæ sint destinandi:

B quam igitur pœnam expectent, aut quo in statu nunc uersentur, Saxum.] Pathos à materia. Sisyphum obscurè intelligit: de quo Homerus Odyss. 11.

» καὶ μὴν σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
» λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
» ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
» λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον, ἀλλ' ὅτε μέλλοι
» ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς.
» αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής,
» αὐτὰρ ὅ γ' ἂψ ὤσασκε τιταινόμενος, κατὰ δ' ἱδρὼς
» ἔρρεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει.

Cæterùm de Salmoneo, Sisypho, Autolyco, aliàs fabulati sumus. Restat igitur ut supplicij causa explicetur. Primùm historiam ex Pherecyde, ut ab Homericæ Rhapsodiæ enarratore citatur, adscribam inde Latinè reddam: postremò, quid prisci Theologi Sisyphi saxum dixerint, paucis sum ostensurus. Interpres uersum hunc lib. Iliad. 6. enarrans, ἔνθα δὲ σίσυφος ἔσκ. dicit, inquit, τὴν ἀσωποῦ θυγατέρα αἴγιναν ἐκ φλιοῦντος ὡς οἰνώνην, διὰ κορίνθου μεταβιβάζοντος, σίσυφος ζητοῦντι τῷ ἀσωπῷ τὴν ἁρπαγὴν ἐμήνυσε. καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσπάσατο τὴν ὀργὴν τοῦ διός. ἐπιπέμπει δὲ αὐτῷ τὸν θάνατον.

C. τὸν δὲ ἐπερχόμενον αἰσθόμενος ὁ σίσυφος, δεσμοῖς κραταιοῖς ἔδησεν, ἕως ἄρης λύσας τὸν θάνατον ἄγοι, καὶ αὐτῷ τὸν σίσυφον παραδίδωσιν. ὁ δὲ πρὶν ἢ ἀποθανεῖν ἐντέλλεται τῇ γυναικὶ μερόπῃ, τὰ νομιζόμενα μὴ πέμπειν εἰς ᾅδου. καὶ μετὰ τὸν χρόνον ἐν ἀπολείψει τῶν σίσυφον τῆς γυναικός, ὁ ᾅδης πυθόμενος μέθησιν αὐτὸν, ὡς τῇ γυναικὶ μεμψόμενον. ὁ δὲ εἰς κόρινθον ἀφικόμενος, οὐκ ἔτι ὀπίσω ἄγει. καὶ γηραιὸν αὐτὸν ἀποθανόντα κυλινδεῖν ἠνάγκασεν ἐν ᾅδου λίθον, πρὸς τὸ μὴ πάλιν ἀποδρᾶναι. Id est, Cùm Iupiter Aeginam Asopi filiam per Corinthum in Oenonen abduxisset: Sisyphus patri Asopo, eam quærenti prædam, monstrauit: quamobrem iram Iouis in se prouocauit. Iupiter igitur ad eum misit Mortem, quam cùm Sisyphus uinculis ualidis uinxisset, eueniret ut nullus fato defungeretur, quoad Mars ipsam Mortem dissolueret, & ei Sisyphum traderet. Porrò hic priusquam moreretur, Meropæ uxori mandauit, ut sibi mortuo iusta ad inferos mitteret. At uerò cùm uxor ad tempus ea non persolueret, Pluto re cognita, eum in uitam cum uxore expostulaturum remisit. Qui cum Corinthum peruenisset, reditum ad inferos neglexit. Itaque senio confectum apud inferos eum saxum uoluere coëgit, ne rursum inde aufugeret. Hactenus ille. Theologis priscis, saxum uoluere nihil aliud erat, quàm uitam studijs infrugiferis quidem, sed laboriosis tamen perdere, & nullum momentum facere. Retulimus fabulam, qua arte ac fraudulentia Sisyphus Plutonem luserit. Hinc prouerbium ortum, σισύφου μηχαναί, Sisyphi artes: de uafris & uersutis consilijs. Aristophanes in Acarnanibus:

ἔπ' ἐξευρήσω μηχανὰς τὰς σισύφου. Id est, Deinde dolos Sisyphi aperi. Homerus eum loco suprà citato lib. 6. uafrum & callidum fecit: sicut & in illo: «

σίσυφος ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. «

Sisyphus, qui omnium mortalium fuit callidissimus. Et poëtæ Homeri unicam dictionem sequuti, eum passim πανοῦργον introducunt. Ab hoc Sisypho genus suum duxit Vlysses. Regnauit Corinthi: cui mos erat sub ungulis suorum animantium nomina μονογράμματα scribere. Iis temporibus Autolycus cùm furandi scientia, tum iuramentis inter suos infamis habebatur: & quæ ipsi Sisypho furto auferebat, eorum formam mutare consueuerat. Furatus aliquando Sisyphi pecus, id'q; à se commutatum, non potuit tamen illum latēre. Nam armenta sua per monogrammata illicò dinouit. Ea de causa Sisyphum sibi reconciliatum humaniter hospitio excepit, & filiam suam Anticleiam illi ad furtiuum concubitum copulauit. Ex quo iam prægnantem filiam Laërti in uxorem collocauit. Peperit Vlyssem, à Sisypho Sisyphiden, à Laërte Laërtiaden nuncupatum. Ab eadem fabula Sisyphi natum est prouerbium, Saxum uoluere: in eos qui inextricabili sudore affliguntur, teste Donato: uel ut Erasmus: qui inexhausto quopiam atque inutili labore fatigantur. Fuit hoc multo uetustior Sisyphus Cous, Teucri scriba, quem tradunt ante Homerum res Troianas & Iliadem scriptitasse: quippe, qui unà cum Teucro rem militarem sequutus fuisset. à qua non solùm ipsum Homerum argumentum mutuatum, sed ipsius opus copiosè ac disertè amplificasse. Ioannes Meletes, temporum scriptor, monumentis suis scriptum reliquit. Radijsq;.] Ixionem Phlegyæ filium perstringit, de quo paulò antè memorauimus. Radios rotarum uocat τὰς κνήμας. Dicuntur & radij solares, è sole micantes splendores: & metaphoricè, oculorum ignes & fulgor. Geometrarum radium, uulgo baculum Iacob uocant, quo rerum altitudines, profunditates & latitudines dimetiuntur. Textorum item instrumentū. Assulæ item hostorium, qua mensura æquantur Oliuæ oblongæ, radij quoq; appellatione tenentur. Pathos à materia & modo. Sedet.] De Theseo non uno loco differuimus, maximè propter illorū sycophantias, qui dixerūt, Poëtam pugnantia scripsisse de Theseo, emendaturum'q; fuisse locū hauddubiè, si uixisset: quòd suprà eum ab inferis redisse, hic uerò eum ibi sedere, perpetuo'q; sessurum canat. Nodus uindice dignus fuit, haud difficilis explicatu. Nam suprà eum numerat inter exempla illorum, qui à descensu ad inferos, ad superos redierint: respiciens nō ad fabulam, sed ad ipsam historiarum, cū in raptu Proserpinæ filiæ Aidonei, regis Molossorum, occiso Perithoo, captum quidē, sed postea Herculi eius uoxa remissa, ab illo liberatum, & in patriam reductum, ut testatur Plutar. in Thesei uita. At hic diuersam fabulam, sed reuera fabulam, uerùm haud absq; ratione, adducit. Notat, impijs, raptoribus & latroni-

latronibus exitum è pœnis inferorum præclusum: ut dux etiam Troianum Sibylla, cæterosq; mortales Poëta illius exemplo à similibus deterreat. Hoc nihil habet absurdi: neq; ut commentum frigidum, argumentum reijciendum est. Poëtis liberum est, pugnantes fabulas comminisci, adeoq; diuersas, ut rectè Seruius. Nam in hoc loco, propter latrocinij speciem damnatis Theseum adnumerat: Ita propter heroicã maiestatem, & res maximas gestas, Homerus eundem simul & Pirithoũ in domicilio fœlicium animorũ collocat. Ex diuersis rationibus diuersæ oriuntur fabulæ. Vergilius dicit Hippolytũ ab inferis liberatum. at Horat.

» Neq; enim in Diana pudicum
» Liberat Hippolytum

Insciè ergo conuellitur Poëta ab ijs, qui in carpendo ingeniosi uideri uolunt. Nihil obstat rursum, quo minus in uita ab Hercule sit liberatus ab inferis, ut post mortem iterum supplicijs sit destinatus: perinde ut ipse Hercules uiuens emersit, post mortem eòdem detrusus. De utroq; fabula nonnihil diuersa ad hunc modum refertur quidem, sed quæ facilè reconciliari cum superiori potest. Cùm per Tænarum descensum ad inferos molirentur, in saxo consederunt, è quo surgere non potuerunt. Postea cùm Hercules ad raptum Proserpinæ eadem uia descenderet, Theseum liberauit, ut qui huc inuitus profectus esset. ad Pirithoum ibi reliquit: quippe qui priuata libidine ductus, eò iter intenderat. Phlegyasq;.] Phlegyes, initio, Gortynã incolebant: iniurium & iniquissimum hominum genus, uitam latrocinijs ducebant. Finitimos grauiter iniurijs & prædationibus infestabant: sed accolarum nulli æquè eorum contumelijs expositi diu erant, atq; Thebani, mansissentq;, nisi Amphion & Zethus, Iouis filij & Antiopes, Thebas mœnibus cinxissent. Erat autem Amphioni lyra, à Musis illi donata, cuius cantu ita demulsit saxa, ut sua sponte, nullis artificum cementariorum manibus adiuta, in muros, uel (ut Græci dicunt) τειχοδομίας: id est, murorum structuram prosilirent. His uiuis, Phlegyes Thebanos iniurijs infestare non potuêre. At postquam fato defuncti fuerunt, rursum ductu regis Eurymachi in agros irrumpentes, ui Thebas ceperunt. Et multa quidem id genus facinora calamitosa finitimis ciuitatibus perpetrarunt. Quare ex mandato Iouis Apollo uniuersam gentem breui deleuit. Historiam, siue fabulam potius, refert Pherecydes. Homer. lib. Iliad. ν. φλέγυας μεγαλήτορας uocat. Euphorion tradit, hãc Phlegyarum gentem insulanam fuisse: ob quorum impietatem in Deos & sacrilegij infamiam, Neptunus insulæ eam partem percusserit, quam Phlegyæ tenebant. Paulò antè diximus, Phlegyam Ixionis patrem fuisse. Hic ob iniuriam stupri filiæ suæ ab Apolline oblatam, eius templum incendit. A quo uicissim sagittis confixus, ad inferos deiectus fuit. Statius:

» ——Phlegyam subter caua saxa iacentem
» Aeterno premit accubitu.——

Græci φλεγυᾶν pro impiè agere usurpant. Testatur.] testimonio suo inter damnatos affirmat, iustitiam colendam, & diuos non esse contemnendos. Accipitur uerbum testor nonnunquam pro iuro: ut,

» ——Vestrum Testor numen, ait.——

item, pro precor: Per superos omnes te testor.

Discite.] admonitio loco epiphonematis in clausula subiecta non tam ad functas umbras, atq; ad superstites absentes pertinet, ut suo & suorum exemplis edocti, religiosè pietatem colere in uita discant. Bonis sua præmia, impijs uerò supplicia esse parata. Deum quamuis tardè, grauiter A tamen noxas tandem punire. Committere hic quidem, malos pro libidine dominari, stabilire impietatem aliquo honesto prætextu, sed ad diem fatalem usq; impunè. Hinc illud est, quod Cain à Deo audit: Nonne si bene egeris, recipies: sin malè, statim in foribus peccatũ aderit: sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi. At Hebraicè sic:

הֲלוֹא אִם תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח
חַטָּאת רֹבֵץ וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל בּוֹ

Et non.] Notat impietatem suam in deos. Quid porrò aliud contemnere Deum, quàm fines legis naturæ insitæ mentibus humanis à Deo, transire, subuertere: ac societatem humanam latrocinijs, sacrilegijs, impijs bellis contrà æquum & fas conturbare? Cæterum docet Poëta, tum demum sapere Theseum cœpisse, cùm uinctus ibi sederet: ac iuxta prouerbium, post factum, stultitiam & impietatem suam agnouisse. Vendidit hic.] Perstringit patriæ proditores, auro omnia uenalia turpiter habentes: hoc est, qui pecunia accepta, ab æquo transuersi aguntur. Notum est Iugurthæ responsum, de inexplebili Romanorum auaritia, quos auro corruptos totos suos fecerat: Vrbem citò uenalem, si bonum emptorem reperires. Cæsar pecunia Romam ad Curionem missa, multos sibi conciliabat. B Quid porrò id aliud erat, quàm emere ac uendere imperium? Curia & alij auro imperium diuendebant Dictatori, atque eundem sibi dominum præficiebant: quibus ad id temporis usq; illud nomen insolens pariter & odiosum habitum fuerat. Nostra autem memoria nouum id non est, quod ueteres illi tantopere detestabantur: quodq; tum carceribus, tum Rhadamantheis quæstionibus dignum censebant. Auro.] Pathos à causis. Verùm haud perinde culpandi sunt ij qui aliena ære emunt, atque illi qui natale solum, quo homini nihil dulcius iudicari in uita debet, precio diuendunt, & ex libertate in duram seruitutem cõijciunt. Natura omnes initio liberos creauit, ideoq; omnes libertati student: quam qui iugo commutant, auro corrupti, bis contra naturam facere uidentur, homines in patriam impij. Nam cùm hanc non solùm cum fortunarum nostrarum iactura, uerùm etiam uitæ periculo tueri omnes debeamus, meritò Vergilius homines id genus, τοὺς προδότας, in impiorum proximo albo collocat. Et quanquam ipsis potentioribus ipsa προδοσία grata est, ipsos tamen proditores oderunt cane peius & angue. Exempla C illustria extant apud historicos. Dominum potentem, Cæsarem dictatorem reuera notat, qui auxilio amicorum, quos multo auro transuersos traxit, ad monarchiam, euersa libertate, peruenit. Fixit.] ante curiam Hostiliam, ubi initio XII. Tab. leges in ære incisæ, omnibus ad legendum excipiendumq; expositæ fuêre. Figere leges atque refigere, uidetur metaphoricè dixisse, pro condere leges, & easdem bene conditas rursum per auaritiam uel abolere, uel mutare: id quod non boni principis est munus, cuius est leges tueri: sed perniciosi tyranni, & auaritia profligati, qui omnia iura diuina & humana habet uenalia. Quo uitio posteris temporibus laborauit uel in primis magnus ille Tribunianus, (si quid Suidæ credendum est) cui in iure ciuili nullo anno quis secundus fuit. Nam sordida diuenditione quotidie fermè leges antiquare, identidemque ferre instituerat, ut cuique commodum esset. Verba Suidæ sunt: τῶν δὲ νόμων ἐνίους ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκατέρων.

Hic

A Hic thalamum.] *Extant huius rei exempla cùm in sacris, tum in prophanis historijs. In sacris, exemplum Loth memoratur, qui utramq; filiam cognouit, ex quibus & liberos procreauit. In prophanis referuntur, Cinyras, qui ex filia Myrrha Adonin suscepit: Thyestes, qui ex filia pro filia Pelopea illato, Aegisthum adulterum sustulit: Harpalice cum patre Clymeno concubuit: Hippodamia, cum patre Oenomao: Procris, cum patre Erichtheo, unde Aglaurus natus fuit: Epopeus Lesbiorum rex, cum gnata Nictymine stupri consuetudinem habuit: Menephron Arcas, cum Cyllene filia, & Bliade matre. De Cicerone autem id credere, aut etiam suspicari, quod ei à Sallustio obijcitur, nefas iudico: cuius uita nihil fuit continentius.*

Hymenæos.] *nuptias naturæ lege & gentium prohibitas.* Ausi.] *Ecphonesis summaria in omnes huc usq; memoratas scelerum species.* Ausoq;.] *Hoc est, impio conatu ac libidine potiri ausi.* Non mihi.] *Concludit amplificatione summaria, scelerum omne genus, ac pœnarum. Mutuatus Poëta hunc locum est ex Iliad. Homericæ lib. 2. sed diuerso consilio, causa, atque argumento. Græcus enim catalogum ducum Græcorum & Troianorum descripturus, attentum lectorem facit ab amplificatione utriusq; gentis copiarum, quas omnes recenseri non posse dicit. Noster uerò, id ad infinitam pœnarum ac scelerum multitudinem transtulit:*

> πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
> οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
> φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Centum.] *Amplificatio, à numero certo pro incerto. Venustatem habet relatio uerbi* Centum. *Homerus minus dixit, cùm decem tantùm linguarum mentionem facit, quas, sed ne totidem quidem ora ad multitudinem referendam suffectura prædicat.* Ferrea uox, omnes.] *ferreum pectus, seu æneum, & uocem infractam Græcus habet. Cæterùm, ferrea, ahena, cornea, adamantina, ob duriciem incredibilem, prouerbiali hyperbole dici solent, de ijs quæ uehementer firma, solida, inexorabiliaq; significamus. ut σιδήρεος θυμὸς, σιδήρεον ἦτορ. Homero frequentia. Alibi fusius hæc explicauimus.* Nomina.] *formas.*

B

ARGVMENTVM.

Expositò ordine impiorum pœnis, Sibylla Aeneam admonet, ut iter institutum arripiat, munusq; suum conficiat: id est, ut ramum aureum Proserpinæ reddat: locumq; illi ostendit: quo uiso, Aeneas corpus suum fluuiali aqua aspergit, & occupato adito, ramum in Diuæ limine affigit. hac re confecta ad campos Elysios gressum dirigit.

> Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
> Sed iam agè carpe uiã, & susceptũ perfice munus:
> Acceleremus, ait: Cyclopum educta caminis
> Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas:
> Hæc ubi nos præcepta iubent deponere dona.
> Dixerat, & pariter [*al. gressi] gressum per opaca uiarum,
> Corripiunt spaciũ mediũ, foribusq; propinquãt.
> Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
> Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
> His demum exactis, perfecto munere Diuæ,
> Deuenêre locos lætos, & amœna [*al. uirecta] uireta
> Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.

NASC. LONGÆVA sacerdos.] *uixit enim usq; ad Tarquinij tẽpora, & eò amplius. de qua tamen diuersæ extant scriptorum opiniones. lege Ouid. in 14 Metamorph.* Sed iam agè carpe uiam.] *nam firmarant se in foribus Tartari.* Et susceptũ perfice munus.] *figendi rami in foribus Proserpinæ, ut paulò infrà patebit.*

C Acceleremus.] *uel quia parum temporis supererat, uel quia prope locus erat: nam uiatores, quò propius destinato loco accedunt, eò etiam celerius iter facere solent.* Cyclopum educta caminis Mœnia cõspicio.] *loci uicinitatem probat à signo. Seruius interpres, & qui illum sequuntur, errant tota uia, cùm mœnia educta, magna mœnia interpretantur. nam educta caminis Cyclopum mœnia, in caminis Cyclopum fabricata, ideo in se educta intelligendum est. per quod ærea, aut ferrea esse Poëta designat, id est iuxta prouerb. insuperabilia. unde illud Horat.*

> —— hic murus aheneus esto.

Non enim in caminis, seu fornacibus Cyclopum, nisi ærea, aut ferrea machina fieri possunt. quod eò etiam magis affirmare audeo, quia nonnulli codices ducta legunt: hoc est, fabricata, & structa. ut,

> —— pars ducere muros.

Vel ficta ex ære, quasi ductilia: nam ductile propriè dicitur, quod malleis obsequitur, in laminasq; tenuatur. Plin. lib. 34. in Cypro coronarium, & regulare est, utrumq; ductile. neq; id absurdum uideri debet, cùm suprà mitio facta sit murorum, turrisq; ferreæ. Corpusq; recẽti Spargit aqua.] *inquinatus aspectu Tartari purgat se aspersione aquæ. id enim Dijs inferis satis erat. at superis sacra facturi, aut Deos manibus cõtrectaturi toti sese abluebant. hinc illud ex 2. Aeneid.*

> —— donec me flumine uiuo
> Abluero ——.

In limine figit.] *Proserpinæ.* His demum exactis.] *transit ad campos Elysios describendos, ubi beati uitam degunt.* Deuenêre locos lætos, & amœna uireta Fortunatorum nemorum.] *hæc loca piorum, fortunatorum, beatorumq; loca appellantur. hi sunt campi, ut uocant Elysij: quorum alij terreni, ut apud Platonicos uidere est, quales sunt hi, qui loco describuntur: alij cœlestes: Cœlestes Elysios cœlum habet octauum, ut ex Platone tradit Ficinus. hinc illud doctiss. poëta:*

> *Astra tenent cœleste solum, formæq; Deorum.*

Et amœna uireta.] *sunt prata uarijs florum generibus, ut Plato inquit, uernantia.*

HÆC ubi.] *Reliquum nunc est ut inferos egressi, enumeratis Tartari supplicijs, in Elysium deflectant. Itaq; hortatur Sibylla, ut Proserpinæ donum aurei rami prius reddat dux Troianus, quàm longiùs progrediantur. Peruentũ eò esse, ubi is sit figẽdus.* Dedit.] *loquutus est. Huius Sibyllæ uiuacitatis causa, & unde prouerbium manârit,* LAMB. HOR.

rit, Sibylla uiuacior, hoc eodem libro est explicatum.

Carpe uiam.] perge: periphrasis. Perfice.] redde
» *Proserpinæ aureum jam ramum.* Namq; hoc pulchra
» *suum ferri Proserpina munus*, Instituit sibi: ut liceat huc Poëta uersum, mutatis uerbis, coniorquere. Cyclopū.] Indicat ingens ualidúmq; opus, nullis manibus humanis, nullaq; ui expugnabile. Vnde quicquid uehementer munitum est, nec ulla ui rumpi posse uolumus ostendere, id Cyclopum manibus structum, hyperbolicè dicere solemus: ab immanitate & robore personarum: item à loco, Aetnæum, ingens, magnum. Ita turris Acrisij, in qua Danaë conclusa fuit, Cyclopum opus fuisse creditur: & Argiuorum muros, eorū labores esse, author est Statius. Eadem ratione, Achillis & Aeneæ arma, ab ijsdem fabricata creduntur. Atq; haud scio an Poëta ob id Cyclopum insulam, etiam Cyclopea saxa appellarit. Ab huius gentis monstrosa immanitate, prouerbium celebratur, Cyclopicum donum: pro malis, cuiusmodi sunt latronum beneficia, & tyrannorum, quòd tardiùs noceant. Et Cyclopica uita, pro effera, barbara, atq; inhumana, quæ neq; legibus, neq; ulla disciplina ciuili regatur. Alibi originem paroemiarum enucleauimus. Educta.] fabraria officina elaborata: descriptio murorum à locu & personis. Aduerso.] arcu, bonis ac pijs inimico. Corripiunt.] Celeritatem expeditam in ipsa cursu, subijcit. Foribus] portarum.

Occupat.] Sibylla prior aditum inuadit, quippe cuius referebat maximè, ob aureum ramum, qui ibi Persephonæ ponendus erat. Corpus.] Seruius hic exponit, Aeneam uoluisse se purgare, quòd aspectu Tartari inquinatus esset. Constat autem, dijs superis sacra facturos totum corpus abluere solitos: quod uel ex Comicis facilè est obseruatu. At uerò dijs inferis cùm litandum foret, satis prorsus erat, si leuiter corpus aspergeretur: id quod suprà quoque admonuimus. Dido Hecatæ sacrum factura, man-
» dat nutrici: *Annæ Dic, corpus properet fluuiali spargere lympha.* Idem alibi:

» *Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.*

Et hoc loco, ubi Aeneam fingit Proserpinæ ramum aureum consecraturum, non quod pollutus ullo uel aspectu uel tactu esset, sed ut religiosum se ostendat, & religioni faciat satis corporis aspersione sola est contentus. Fixo ramo Hecatæ, uotum soluisse potest uideri. Itaque relictis inferis, in prata fœlicium animorum tandem peruenit. Iosephus lib. 2. de bell. Iud. cap. 7. Videntur autem mihi, inquit, secundum hanc ipsam intelligētiam (loquitur de doctrina Essenorum, de immortalitate animorum) Græci quoq; fortibus suis, quos heroas & semideos uocarūt, beatorum insulas sequestrasse: improborum autem animabus locum apud inferos impiorū, in quo etiam cruciari quosdam cōmenti sunt, Sisyphos, Tantalos, Ixiones & Tytios. Principiò quidem immortales animas esse existimantes, ob adhortationem utiq; uirtutis, dehortationemq; nequitiæ. Bonos quippe fieri in huius uitæ conuersatione meliores, per spem bonorum etiam post lucem redhibendorum: improborum autem impetum retardari æstimantium. Quoniam etsi in huius uitæ spacio latuerint, post obitum tamen immortalia tormenta sunt passuri. Hæc Iosephus, de Essenorum doctrina. Perfecto.] fixo Proserpinæ ramo. Locos.] hoc est, in Elysium, domiciliū beatorum animorum. ἠλύσιον πεδίον, τὸ ἄφθον διαίτημα, ἀπὸ τοῦ ἤλυσις, τοῦ ἐλευθέρου. [illegible] ἢ παρὰ τὸ ἄλυτα ἐν αὐτῷ μένειν τὰ σώματα. Id est: Homerus campum Elysium uocat, illustrium heroum A domicilium. ab Elysio Eleutheri cuiusdam filio, homine religiosissimo: siue quòd ibi corpora non dissoluantur. Locus est in ijs insulis, quæ beatorum appellantur. Alij deductum uolunt ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, profectione: quod qui hic sanctè uixerint, eò proficiscantur. Veteres Elysiū putarunt in medio inferorum situm, in quo piorum animæ quiescerent. Philosophi in insulis fortunatis, atque Hispanijs in quarum subterraneis, non inferos, sed ipsissimum Plutum habitare crediderunt. tanta enim in eo tractu metallorum fœcunditas est. Fuerunt, qui Elysium conderent circa Lunarem globum, ubi aër est purior. Vnde Poëta postea addit, Aëris in campis. Sed antiquissimi mortalium circa [illegible] statuerunt: unde cùm anima in corpus funditur, per treis elementorum ordines, ignem, aërem, aquam descendat. Suid. ἠλύσιον, inquit. [illegible] in quo homines iusti post mortem degunt. Noster Poëta hoc loco, insulas fortunatas uocat. Duæ aūt sunt eius nominis in mari Aethiopico, exiguo inter se distantes spacio: à Libya 12. millibus stadiorū remotæ. Venti hic rarò flant, himbres cariores cadunt. Et si qui huc penetrant uenti, hi B suaues sunt, & roscidi. Neq; uerò solùm præpingue arari tantùm, sed etiam plantari est idoneum, & sponte fructus dulcissimus gignit: adeóq; id est quod Homerus inquit: πάντα ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα: hoc est, omnia marata, omnia inseminata. Adhæc, admirabilis cœli clementia & temperies nouum orbem præ se ferre uidetur. Nam qui à terra spirant uenti, ut aquilo & septentrio, ub longissima spacia, antequā eò perueniunt, languidi sunt, & planè fracti: ut prius euanescant, quàm eò penetrent. Qui porrò è mari flant, ut sunt Argestes & Zephyrus, tenues quidem himbres inducūt, sed quibus omnia facillimè humido tantum aëre sata nutriuntur. Itaq; hæ insulæ, campi Elysij, ab Homero tantopere decātati, q multis esse creditū sunt. Has inuisendi & aliquando occupandi, ut à bellorū curis tranquillam uitam ageret, incredibilis cupiditas Sertorium cepit. De his insulis Plinius lib. 6. cap. 32. qui has diuersas à Canarijs facit. Sed quàm diuersa sint de his insulis sententia, cùm ex illis, tum ex his maximè liquet, quòd exstiterint, qui eas in Hyperboreis posuerint, cùm propter soli fœcunditatem, (nam bis quotannis fructus percipiunt) tum quòd ea gens delicijs & ludibus perpetuò uacet. Et quod de Si- C renibus fabulantur, illuc appellentes cantus cithara dulcedine detinent. Addunt & illud incolæ, Latonam apud se natam: quare Apollinem, condito templo, ut tutelarem summa religione colunt. Rursum Hesychius à superioribus [illegible] inter se dissidentia de Elysio scribit: ἠλύσιον, inquit, μακάρων νῆσος. [illegible] id est, Elysium, fortunatorum insula. Dictum est autem, ὡς ἄλυσιον, insolubile: uidelicet, ubi animæ à corporibus non separantur. Nonnulli uolunt, circa Aegyptum esse: alij, circa Lesbum. Quidā regionem aut campum fulminibus afflatum. nam loca id genus sunt inaccessa. Appellantur & [illegible]. Polemon author est, Athenienses eos existimari. Fuerunt qui crederent, locum defossum, aut templum; & paradisum esse.

Hinc

A *Hinc igitur perspicuum est, quid ethnici campum Elysium esse voluerint: & liquidius apparebit, paradisum cum illo idem esse, si opiniones nostrorũ scriptorum de eo, cum tot pugnantibus sententijs de Elysio, hic contulerimus. Tertullianus in Apologetica aduersus gentes classicus author est, praeterquam quòd sit uetustus, ethnicos scriptores, quorum longè antiquissimum Homerum esse constat (primus hic Odyss. quarto Elysium descripsit) de inferis, de Pyriphlegetonte, de Elysio, pleraq; omnia à prophetis ita accepisse, ut fabularum ambagibus & caligine non obscurarint modò, sed etiam corruperint. Philosophis successerunt Poëtae, qui ingeniosi uolentes uideri, impudentissimis mendacijs illorum commenta uestiuerunt. De iudicio futuro finxêre, Rhadamanthum iudicantem apud inferos: gehennam fecêre, Pyriphlegetontem: paradisum, locum fortunatorum nemorum, pijs spiritibus paratũ, quem Elysium dixêre. Ita ex sacris libris multa detorta in fabulas uerterunt. Affirmat hoc ipsum & Eusebius, Irenaeus, qui proximè temporibus Apostolorum claruit, palàm adstruit, Socratem ea quae de uita beata & aeterna, de paradiso, de mente disseruit, prorsus ex libris Bibliacis hausisse. Verùm omissis allegorijs, percurramus scriptorum de Paradiso opiniones. Lactantius amoenissimum hunc deliciarũ campum pulcherrimis arboribus consitum in Oriente ponit, adductus uocula* מִקֶּדֶם: *id est, in oriente. Idem diuus Augustinus ad Orosium. Sed hic paradisum ita ab Oceano submouet, ut usque ad Lunarem circulum pertingat. Conuenit id aliquatenus cum Elysio philosophico, quibus is campus est circa Lunarem item circulũ, ut suprà ostendi, quòd aër ibi sit purior. Et Socrates in Phaedone Platonis, in carcere uenenum hausturus, ubi de animorum immortalitate disputat, pluribus uerbis locum eum describit, admirabili amoenitate & uoluptate uisendum, supra omnes elementorũ cardines & gradus semotum, in quem piorum animae hinc migrantes, ut in coelestem patriam recipiantur. Et Plato, qui praeceptorem suum Socratem ea disputantem inducit, sine dubio Mosche uolumina, unde imbiberit, legisse conuincitur. Sed Socratis Elysium coeleste statuitur, tantum abest ut cum illis terrestre circa Orientalem mundi plagam imaginetur. Sequutus Augustinum Beda est, authoritati magis tanti uiri nixus, quàm iudicio. Rursum alij in occasu, quidam sub torrida Zona, multi supra mediam regionem aëris statuunt. Sed missis Thomae, Longobardi, & aliorum inter se per omnia pugnantibus de paradiso, uel (ut ethnici uocabant) Elysio digladiationibus, ad reliqua properandum nobis hic foret, nisi Elysij uiretorum pulcherrima descriptio ex Homero nonnihil nos remoraretur. Verba Protei sunt Odyss. 4.*

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
οὐ νιφετός, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολύς, οὔτε ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους. Id est,
Campum at in Elysium, atq; extremas Orbis in oras
Caetera te errantem deducent numina Diuûm.
Flauus ubi iudex habitat Rhadamanthus, ubi ipsis
Vita sua est aegris facilis mortalibus. hic nix
Nulla, nec aspera hyems, nec largior himber ab alto
Descendit coelo: flatus sed axe tepentis
Perpetuò oceanus Zephyri diffundit, amicum &
Dulce refrigerium quo sit mortalibus aegris.

Et amoena.] *Expolitio. Tum autẽ, hoc ipsum quod sequitur, luculentius reddit, quos laetos locos, & quae dicat* uireta amoena: *uirides campos foelicium & fortunatorum insularum, quas multi easdem esse cum Canarijs arbitrantur.* Quid autem aliud est, uocare sedes beatas, *quàm* μακάρων νήσους; *id est, insulas beatorum & foelicium animorum?*

ARGUMENTUM.

Qualis, quantusque sit Elysius campus, qui eum incolant, quiddque ibi rerum agatur, describit.

NASC.

Largior hic campos aether, & lumine uestit
Purpureo, Solemq; suum, sua sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palaestris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudũt choreas, & carmina dicũt.
Nec non Threicius longa cum ueste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina uocũ:
Iamq; eadẽ digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquũ Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Ilusq;, Assaracusq;, & Troiae Dardanus author,
Arma procul, currusq; uirûm * mirantur inanes.
Stant terrae defixae hastae, passimq; soluti
Per campos pascuntur equi, quae gratia currûm
Armorumq; fuit uiuis, quae cura nitenteis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra, laeuaq; per herbam
Vescentes, laetumq; choro paeana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, unde supernè
Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.
Hic manus ob patriã pugnando uulnera passi,
Quiq; sacerdotes casti, dum uita manebat:

* al. mirãbat

LARGIOR hic campos aether.] *lo-* C *cũ quantitatẽ designat, cùm ait largior, quod prae caeteris inferorum locis intelligendum est.* Et lumine uestit Purpureo.] *hoc etiam ad qualitatem loci refertur, ut laetitia, & amoenitas: quibus de rebus proximè mentionem fecit:* » *Deuenêre locos laetos, & amoena uireta. Porrò tota haec Elysij campi descriptio ex Platonis Axiocho sumpta uidetur: cuius uerba adscribere non pigebit, ut res ipsa legentibus pateat. quibuscunq; autem, inquit, in uita melior aspirauerit daemon, ij sedes incolunt piorum, ubi omnes horae scatent omnigena fructuum ubertate: fontes puris labuntur aquis, uarijs prata omnimoda floribus uernant: conuentus sunt philosophorũ, theatra poëtarũ, exultantium coronae, musicisq; concentus. adhaec instructa diligẽter conuiuia, & ipsa sese suppeditans affluentia uictus. non enim frigus illis, non aestus est grauis, sed tẽperatus aër, mitibus Solis radijs illustratus. Hic etiã initiatis*

Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui uitam excoluere per arteis:
Quiq; sui memores alios fecêre merendo:
Omnibus † ijs niuea cinguntur tempora uitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
Musæũ ante omnes (mediũ nam plurima turba
Hũc habet, atq; humeris exstantẽ suspicit altis.)

tiatus est dignatio quædam, & religiosa ibidẽ quoq; peragunt sacra. hæc ille. quæ omnia fere hic à Virgilio referri, nemo, nisi cæcus, non uidet. extat & apud
† al. his
Hom. Odyss. λ. breuis quædam Elysij campi descriptio, sed minimè cum hac Maronis descriptione conferenda. uatus est doctis locus.

Pars in gramineis exercent membra.] quid rerum illic geratur ostendit. Contendunt ludo.] non iurgijs, aut simultatibus: quæ uiros bonos non decent.

Pars pedibus plaudunt choreas.] nõ ducũt, dixit, sed plaudunt, ut longior fieret pitacismus, ad hilarẽ fortasse pedũ motionẽ uerbis more suo imitandã. Threicius sacerdos.] Orpheum sacerdotem uocat, uel quia theologus, ut etiam interpretes admonent, fuit: uel quia musici, ut Cicer. & Quintilianus ait, antiquis temporibus uates, & sapientes iudicabantur. quod ideo fecisse ueteres uidẽtur, ut musicen cũ diuinarum rerũ cognitione iunctam esse ostenderent. Longa cum ueste.] utpote uates, & musicus: nam longa uestis citharœdorũ habitus fuit. quod indicare uidetur auctor rhet. ad Herenn. lib. 4. cùm ait: Vti citharœdus, cùm prodierit optimè uestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus uarijs intexta, & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatiss. auro, & ebore distinctam, ipse præterea forma, & specie sit, &c. Obloquitur numeris.] laus Orphei: à quo percussa cithara nõ sonare, sed loqui uidebatur. Septẽ discrimina uocũ.] quia cithara septem chordarũ dissimiliter sonantium fuit ex Terpandri instituto, Plin. Plutarch. Iamq; eadẽ digitis.] exornat à modo feriendæ citharæ, cuius chordas nunc digitis, nunc pectine ab eo impelli memorat.

Et pectine pulsat eburno.] neq; hoc tacitus præterire possum, quod tẽpore Iulij II. pont. max. Romæ inuenta fuit Orphei statua ex marmore quæ sinistra manu citharam, dextra uerò pectinem tenebat: quare satis liquet antiquos musicos ad citharã faciendam pectine usos fuisse: nec cùm à poëtis mẽtio fit pectinis, pro plectro id est, arcu illo, quo lyrici musicũ instrumentũ feriunt, positum existimari debere, cùm reuera pectine, non plectro uterentur antiqui.

Hic genus antiquũ.] à quibus incolantur Elysij campi planũ facit: in primisq; regum, & heroum, nec non curruum, & armorũ, quibus in uita delectati fuerunt, mẽtionem facit. Nati melioribus annis.] declarat, quod dixerat, antiquum. nam ætas antiqua melior semper fuisse existimatur. hoc igitur ait, eos eo tempore natos, quo maiori in honore uirt⁹ haberi solebat: ideoq; diuino honore dignos iudicatos fuisse: quibus si hoc tẽpore nasci contigisset, ad tantũ honoris fastigiũ minimè euecti fuissent. alludit aũt per commiserationẽ ad tempora Troiana, quibus meliori fortuna utebãtur. Ilusq;, Assaracusq;.] reges Troiæ fuerũt. Arma procul, currusq; uirũmq;.] hæc ad Homeri imitationẽ dicta sunt: qui in Odyss. λ. scribit circũ Herculẽ apud inferos arcũ, & sagittas: quibus in uita usus fuerat, & aues, ursos, apros, aliaq; id genus animantia, quæ telis confixerat, nec non homines quos ipse occiderat, extitisse. notior est doctis locus quàm hic adscribi oporteat. Currus inanes.] uacuos aurigis, atq; bellatoribus. Quæ gratia currũ.] quidam codices curruum integra dictione legũt. Prisciano tamen placet syncopam fieri: neq; tamen negat uu. duplex scribi posse, ut fiat Synalœpha cũ subsequente uersu.

A

Dextra læuaq; per herbam Vescentes.] hoc est, quod Plato dixerat, ut paulò antè ostendimus, adhæc instructa diligenter cõuiuia, & ipsa sese suppeditans affluentia uictus. Poëtas aũt intelligit (quorũ theatra in Elysijs existere docuit Plato) ut sequens hemistichium facilè indicat. & quod paulò infrà ait: Musæum ante omnes. Lætumq; choro Pæana canẽtes.] pæan propriè hymnus erat in honorẽ Apollinis decantari solitus: cui poëtæ sunt dicati: sed altior est sensus nam oracula priscorũ (ut est apud Platonicos) tradunt animas remeantes in cœlũ pæana: id est, triumphalẽ cantilenã canere Phœbo. hinc propterea est, quod Socrates uenenũ bibiturus apud Platonem in Phædone gallũ Aesculapio sacrum se debere fatetur, reddiq; diligentissimè iubet. nam ueteres Aesculapio medico Phœbi filio gallum sacrificabãt, diei, Solisq; nunciũ: hoc est, diuinæ beneficentiæ morborũ omniũ curatrici, quæ diuina prouidentiæ filia nominatur, quo circa quasi omni dubitationis, metusq; morbo liberatus esset, gratiã, uictimamq; Deo referri iubet, ut uoto persoluto, alacrius pæana canens patriã cœlestẽ reuisere possit. huc igitur (ut opinor) alludens Poëta noster, eos pæana canentes: qui iam purgati ab omni labe Elysijs terrenis ad cœlestes migrari uolũt. quod de poëtis præcipuè dictũ esse putandum est: quibus hanc, ut Poëta, Virgilius prærogatiuam concedere uidetur. Inter odoratum lauri nemus.] locũ assignat poëtis separatum inter lauri nemus: quia Phœbo sacra est. & rectè illis mortuis datus inter lauros locus, cùm uiui ad eorum gloriam, nominisq; immortalitatem designandã lauro coronentur. adde quod nullus est aptior poëtis locus, quàm nemus umbrosum uiuis aquis irrigatum: unde Hor. fingit musas ambulare per lucos, ubi quoq; ipse erat. sic enim inquit. lib. 3. carm.

B

Audire & uideor pios ""
Errare per lucos: amœna ""
Quos & aquæ subeunt, & auræ. ""

Vnde supernè Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.] ad luci amœnitatẽ requirebatur etiã plurimus: id est, magn⁹ fluuius: qui locũ irrigaret: fingitq; Eridanũ ex cãpis Elysijs ad superos fluere: quã dignitatẽ illi tribuit, quia & fluminũ Italiæ princeps est, & agros magna parte Mantuanos abluit. Hic manus ob patriã pugnando.] ut impios in Tartaro pœnis afflictos, sic probos, uirtuteq; præditos homines in cãpis beatorũ somnijs affectos ex Platone (ut antea ostẽdimus) describit: atq; illos in primis, qui pro patriæ dignitate, ac salute strenuè dimicãda sanguinẽ, & uitã profuderunt: quos omni gloria & honore dignos esse Plato, & Isocrates literis prodiderũt. per hos animi fortitudinẽ designat. neq; hic omnes uirtutes sigillatim recitasset, longũ enim esset, sed præcipuas, uirtutẽ, ut dixi, animi temperantiã, prudentiã, liberalitatẽ. Quiq; sacerdotes casti, dum uita manebat: Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti.] cõuenit modestia, castitas, moderatioq; affectuũ præcipuè sacerdotib⁹ diuinaq; mysteria annunciando, sed obsoleuit ferè hac tẽpore in sacerdotib⁹ hæc uirtus. Inuentas aut qui uitã excoluêre

C

A Iuêre per artes.] *nõ philosophus tãtùm. sed alios quoque aliarũ artiũ inuentores, industriosq́ homines designat.*

Quiq́ sui memores.] *iberales officiososq́ homines dicit.* Omnib. his niuea.] *præmiũ bonorũ describit: quibus singulis caput uitta alba circundari dicit. per quod ut etiã interpretes docuerũt, eorũ immortalitas designatur.* Musæum ante omnes.] *quia primus omnium, teste Diogene, Deorũ genealogiã uersibus perscripsit: iure igitur merito inter poëtas ille primus interrogari debebat, q poëtarũ primus exiterat.* Atq; humeris extantẽ.] *allusio est ad humeros Platonis latos: quod maximæ fortitudinis est signũ, unde illud Maronis ex 5. Aeneid.*

Ostenditq́ humeros latos. *Nam Plato ob corporis robur primùm athleta fuit, deinde philosophus celeberrimus. facere igitur non potuit, quin cõ aliquo signo indicaret Poëta, cuius ipse dum uixit, studiosissimus fuerat.*

LAMB. Hort. LARGIOR.] *A' loci temperie & amœnitate. Hic Solẽ sydera norunt, cùm apud inferos atris tenebris omnia horreant.* Suum dixit solem, *tanquam in alio mundo, & à nostro diuersum.* *Claudianus:*

——sunt altera nobis
B *Sydera, sunt orbes alij, lumenq́ uidebit*
Purius.——

Spectant hæc ad prouerbium, Tanquam in alio mundò.

Pars.] *A' diuisione, studia & exercitationes beatorũ spirituũ subijcit, ne nihil agere uideantur. Pars in harena contendunt ludo. & addit ciuilium ludorum genera, quibus antiqui potissimùm delectabãtur: luctam uidelicet, & choreas. Prior ad eos pertinet, qui se ad rem militarem exercent: posterior ad pacis tempora. Palæstra propriè est locus, ubi pueri ad luctam unguntur, ὅπου οἱ παῖδες ἀλείφονται, gymnasium: ἀπὸ τῆς πάλης, lucta.* Plaudunt.] *Hoc est pedum complosione choreas ducũt.* Choreas] *χορέας: systole.* Threicius.] *De hoc suprà multa disseruimus. Tradunt Orpheum Thracem Oeagri & Calliopes filium fuisse: alij Bucolionis & Abarbareæ, ex Odrysis, patria Bisaltia. Quidam enim Menippe Thamyridis & Oeagro natum uolunt. Sed ne ea quæ de uno atq; eodem Orpheo cumulatè dicuntur, à nobis hic confundantur, multi fuisse produntur. Fuit aũt Oeagrus quintus ab Atlante, ex Alcyone una eius filiarum. Tradunt illum Lini auditorem fuisse sub undecimam generationem rerum Troicarum: uixisse generatione nona, uel (ut nonnulli) undecima.*

C *Huius multa scripta traduntur: τριαγμοί, ἱεροστικά, ἱεροὶ λόγοι; oracula item, Mysteria: ὀνοματολογικὸς, de Lapidib. uidelicet. præterea σωτῆρια, θρονισμοὶ μητρῷοι, Βακχικά. Expeditio ad inferos, πέπλος καὶ δίκτυον. Onomastica carmina, Astronomia, ἀμμοσκοπία, θυηπολικὸν, ὠοθυτικά, ἡ ὠοσκοπία. & quidem uersibus, καταζωστικὸν, hymni, κορυβαντικόν; & Physica. Alius Orpheus Ciconæus ex Bisaltia Thraciæ, epopœus, duabus generationibus Homero grandior, qui ante tempora belli Troiani uixerit: Hic scripsit μυθοποιΐαν, Epigrammata & hymnos. Tertius Orpheus, Odryses, epopœus. Dionysius hunc non extitisse tradit: referuntur tamẽ ad eum quædam poëmata. Quartus Orpheus Crotoniates, & ipse epopœus. Hunc Asclepiades in sexto Grãmaticarum rerum, ait, cum Pisistrato tyranno consuetudinem familiarem habuisse. Scripsit hic δωδεκαετηρίδας, ἀργοναυτικὰ, & alia nonnulla. Quintus Orpheus Camarinensis, epopœus & ipse, cuius ferunt esse illum ad inferos descensum. Sextus Orpheus Thracum rex: quo regnante, Amazones Phrygiam tributariam sibi fecère. Herodotus, teste Apollonij scholiaste, duos tantùm recenset Orpheos. quorũ alter cũ Argonautis nauigarit. Viconq; habet, horum, quos retuli uetustissimus. Iudicum Iudaicorum temporibus, Atheniensium regno iam dilapso, Orpheus innotescere cœpit: uir sapiens, & qui multa rerũ diuinarũ mysteria didicerat. Edidit orationes de cognitione Dei, è quibus hæc extant capita decerpta: Ab initio æther conditus à Deo fuit, atq; hinc inde conflatũ chaos: noxq́ terribilis occupauit omnia, & cuncta quæ sub cœlo sunt texit. His significabat, noctem primas tenere partes. Addebat & incõprehensibilem quendã, summũ omniũ rerum, & ab initio natum esse, conditorem uniuersorum. Aetherem dixit summum, terram uerò inuisibilem. Adstruebat à luce perruptum fuisse ætheræam & terram & omnia condita illustrasse. Lucem supremum esse omnium, inaccessum uerò illud omnia cõplectiens, uocauit Consilium: Lucem uerò, uitam. Atq; hæc quidem tria nomina, unã diuinã esse potentiam demonstrabat, imperiumq́ Dei omniũ cõditoris, qui omnia è nihilo creauit, ut faciem rerum induerent, tum uisibilia, tum inuisibilia. Porrò de hominum genere ista asseruit, quod & hi à Deo omnium conditore quoq; formati essent. Animum item ab eo ratione præditum accepissent. Mosche doctrinã per omnia sequutus. Mortaliũ genus dixit miserum, & laborum tolerãs, multis & morbis & perturbationibus subiectũ, tum anĩmi tum corporis, bonorũ ac malorũ operum capax, simul & adfectum ad miserè uiuendum. Itaq; siue hic is fuerit Orpheus, siue alius quispiã eorũ quos ordine memoraui, cuius cãtus citharæ tantopere obuccinatur à poëtis, cõstat excelsum & magnũ hominẽ fuisse, qui rudes illos mortales, sine moribus, sine legib. ciuilibus, uagos ferarum ritu uiuentes, ad mansuetius uitæ genus assuefecerit. De hoc ita scribit author Variæ historiæ:*

"τὸν ποτὲ φασὶ τῇ μουσικῇ ἄγειν καὶ λίθους ἄκοντας,
"ὥς γράψαντο περὶ αὐτοῦ καὶ σημαίδας οὕτω.
"τῷ καὶ ἀπειρέσιοι πωτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλῆς,
"ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ κυανέου ἐξ ὕδατος ἅλλοντο.
"ἀλλὰ σὺν ἀοιδῇ, τὰ μὲν ἔργα τοῦ μύθου ταῦτα.
"τόδ' ἀληθές, τῇ μουσικῇ πάντας ἀθροίσαι ἄγειν,
"τοὺς φυγαδόας, τοὺς λιθοεργοὺς, καὶ τὰς θηριοφόρους.
"ἔθηκε τὴν ἀρχὴν ἀμαθῆ, ἡμερωμένους τούτους.

Refertur hic inter eos, qui Parcarum beneficio ab inferis redierint. Nam uxorem amissam citharæ cantu inde reduxit. De morte uariãt scriptores. Multi à Bacchis mulierib. eum discerptum, inter Bacchi sacra ad Hebrum fluuium, scribunt. Membra per agros sparsa eamb us, à Musis collecta & sepulta in Dio Macedoniæ, quòd Apollinẽ præ cæteris decantasset. Lyra & caput in amnem Hebrũ sunt abiecta, & in Lesbum ui fluminis delata. Causam huius in eũ sæuitiæ tradunt. Etenim cùm decreuisset cœlebs uiuere à secunda uxoris Eurydices morte, multarũ mulierũ nuptijs spretis, uiros alios præterea à fœminarum coniugio deterruit. Proditur alia mortis tam indignæ causa. Cùm in descensu ad inferos omnem deorũ progeniem laudasset, per obliuionem Liberum patrem neglexit. Quare paulò pòst in Olympo mõte, uel (ut alij) in Pangæo Thraciæ promõtorio sedens, ab irato numine Bacchis in eum concitatis, ita (ut dixi) perijt. Rursum diuersum ab his aliud proditur. Cùm aliquando Venus & Proserpina de Adonide coram Ioue iudice cõtendissent, à Ioue iudex cõstituta fuit Calliope Orphei mater. Quæ utriq; Adonin cõmunẽ adiudicante, aiunt Venerem ob id tãtopere ira succensam, ut in filiũ

Orpheum omnes Thraciæ mulieres quodam furoris œstro exstimularit. Caput ab illis è monte in mare proiectum, fluctuum reciprocatione in Lesbum delatū fuit, & ab eius insulæ incolis humatum. Ob quod beneficium hanc uicissim gratiam tulêre, ut Lesbij ad artem Musicam ingeniosissimi euaserint. Porrò autē ipse Orpheus ἐν τῷ περὶ λίθων de se narrat, qua fortunæ benignitate à canibus seruatus aliquando adolescens fuerit. Aues canibus uenari solitus erat. Euectus ad consuetum aucupiū, in nescio quod promontorium, prædæ so intentum ibi cœpit componere. ubi draco ingens in incautum impetum fecit, & spiris multiplicibus adolescentem corripuit. Canes assueti herum sectari, auxilio accurrunt, eumq́; necato dracone præsenti morte liberarunt. Numeratur hic inter eos, qui studiorum causa Aegyptum adierunt. Huius inuentum traditur, harmonia concentusq́; orbium cœlestium. Summum eius ἄφωνον, infimum terrenum: superesse autem sonos septem.

Veste.] *à uestitu & corporis habitu decoro, & functione sacerdotali, seu potius professione. Instituisse creditur diuersas ceremonias. Quamobrem ab Horatio sacer deorum interpres appellatur. Tum autem, quòd homines syluestres à fœdo uictu deterruerit, syluas, tygres, & leones cithara sua cantu mansuefecisse dictus fuit.* Septem.] *Chelyn septem neruorum à se inuentā in reflexu Nili, Mercurius Orpheo tradidisse dicitur: nonnulli Apollini, à quo Orpheus acceperit. Rursum fabulantur lyram hanc e bubulis cornibus factam, cui adaptarit ipse septem chordas, ad septem Atlantidum numerum, in gratiā matris Maiæ. Postea ob nouem Musarū dignitatem, duas accessisse.* Obloquitur.] *dixit: pro, occinit modulis. ut simul intelligamus, eum & cantasse & pulsasse fides.* Eburno] *A' materia. Hodie nullo adhibito instrumento, neruos digitis, ut in testudinibus solū pulsant.* Hic.] *Quāuis Poëta habita argumēti sui ratione, heroas & semideos ad inferos relegat: ita tamen collocat eos, ut à cœlo non abducantur, ubi aër purior est, ubi Elysium, ubi Solem norunt sua sydera. Duplicem igitur obseruationē proposuit, & figmentū poëticum, & philosophicam doctrinā. Obseruare hic conuenit, Poëtam tantū eos hoc loco & in sequētibus celebrare, qui gentis Troianæ authores fuêre: & qui ab Aenea & eius posteritate, Romani sunt orti. Primo loco igitur ponit gentis Troianæ primos conditores, Teucrū & Dardanum: quorū ille posterius è Creta: hic multo antè ex Italia, cæso fratre Iasio, primùm in Samothraciā, inde in Phrygiam delatus fuit. de his in tertio fusissimè est narratum.* Ilus.] *Genealogiam Dardani, eiusq́; posterorum Aeneas refert apud Homerum, Iliad. 20. cum Achille cōgressurus: simul narrans splendidè à quàm humilibus principijs paulatim urbs Troia creuerit:*

» ἀλλ' εἰ θέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς
» ἡμετέρην γενεήν, πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν.
» Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,
» κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
» ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
» ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπίδακος Ἴδης.
» Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
» ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.

Et paulò pòst:

» Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα.
» Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
» Ἶλός τ', Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
» ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.

τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν, “ A
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. “
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα. “
Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε, “
Λάμπον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος. “
Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν, ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα. “
αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης.—— “

Fuit igitur Ilus Aeneæ proauus, qui regiam urbem de se Ilium nuncupauit: cuius filius Laomedon eam cingere muris adortus, Apollini & Neptuno mercedem pactus id negotij dedit. Porrò autem, quo pacto eos ludere sit conatus, & dij uicissim iniuriam sint ulti, alio à nobis loco est memoratum. Sed de nomine Ilij diuersa est sententia. Suid. κατὰ δὲ τὴν φρυγῶν χώραν, *inquit,* Τρὼς ὁ πατὴρ Ἴλου καὶ Γανυμήδους ἐβασίλευσε, κτίσας τὴν μὲν Τροίαν ἐς ἴδιον ὄνομα, τὸ Ἴλιον δὲ ἐς ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *Alios qui* ἰλάς, εὐλαδής, τραβὴς, δυσγραμμός. Magnanimi.] *Appositio.* Nati.] *fœlicioribus temporibus, quàm Priamus, Aeneas, & alij, qui bello Troiano interfuerunt. Propter eorum temporū calamitatem, hanc addit epiphonesin.* Dardanus] *Primæ conditionis authorem nominatim celebrat, qui de se uniuersam eam regionem Dardaniam, alijs nominibus ultrò citroq́; deletis, appellauit. Condidit hic urbem primus Dardaniam, ubi Iaso defunctus & sepultus fuit. Postea à Troë Troia: & ab Ilo postremò Ilium urbs fuit appellata.* ὕστερον γὰρ καὶ ἡ Δαρδανία, καὶ ἡ Ἴλιος, καὶ ἡ Τροία μία πόλις γεγόνασι, *inquit Lycophronis enarrator.* Arma.] *A' signis pacis, qua illi fœlicissimè in uita freti essent. Notum satis ex Homeri Iliade, ijs temporibus, & posteris item, morem tenuisse, ut in prælijs duces maximè è curribus pugnarent. Enumerat quatuor potissimùm pacis ac temporū à bello pacatorū argumenta: arma, currus inanes hastas solo defixas: & pascentes liberè, nulloq́; hostium metu per campos, equos, quod pacis cum primis est signum.* B Quæ gratia.] *A' studio & uiuentium artibus, quas etiam post corpus exercent. Platonici astruunt, animas ijs delicijs post mortem excarnificari, quibus superstites intemperantiùs dediti fuêre. Vnde Tantalum à luxu constringi: contrà, claros uiros suarum sequi recordationem uirtutum. Aliqui hic exponunt endyadin: pro armatos currus, siue armatorum uirorum currus. At mihi ita rectiùs uidetur explicandum per Zeugma, Mirantur currus inanes: hoc est, bellatorū uacuos, & arma inania. Liberum igitur super hoc sit uolentibus expendere.* C

Currûm.] *pro curruum, syncope: sicut in* Ἀποστος*, pro repositos, sepultos in terra: uel apud inferos & in Elysio uersantes. In uniuersum complectitur reliquam beatorū spirituum turbam, quam ita propositam particulatim iam inde distribuit. Fingit autem Poëta rursum omneis hic eo studio distineri, quo in rebus humanis religiosè & pijs officijs se exercuerunt: contentos tenui uictu, & cantu Deum colentes. Et regionem longè amœnissimam his tribuit, ac syluam fluminibus irriguam.* Pæana.] *hymnum, acclamationes,* ὀργασμόν*, ac laudes Apollinis. Duo Pæanis genera ueteres celebrarunt maximè: unum bellicum, ante pugnam, cùm classicum caneretur: alterum, ubi uicissent. Itaq; duplicem Pæana canebant: ante bellum, Marti, post bellum uerò, Apollini.* παιανίζειν*, authore Varrone est uitulari, quod in sacris quibusdam pontifex facere consueuit: hoc est, lætari. quam significationem hoc loco disertè expressit, cùm lætos in choro eos canentes faciat. Græci etymologici interpretantur,* τὸ κατὰ παιδὸς ἐπαοιδὴν*: id est,*

A id est, Paeanem inuocare. Quare inter alia cognomina, Apollo etiam Paean appellatus fuit. Et sicut Ἰήιον ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, à sanando, ita Paeanem ἀπὸ τοῦ παύειν dictum uolunt: quasi παύοντα τὰς ἀνίας, à constringendis doloribus. Virgines Vestales ita indigitare consueuêre, Ἰὴ παιὰν, Iee Paean: hoc est, medice Paean, rursum Ἰὴ & Ieius ab immittendo, ἵεσθαι autẽ ἀπὸ τοῦ παίειν: id est, à feriendo, quòd Pythonem serpentem terribilem percusserit, nomen habere existimatur: quo utebantur, cùm malum aliquod deprecarentur. Verùm cum bonam corporis ualetudinem precarentur, Ἰὴ παιὰν, identidem obtundebant: quod quidem perinde est, ac si dicas, medere Paean. Multa huc spectantia de huius uocabuli natura differuntur apud Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 17. Itaque Apollinem ista multitudo cantu celebrat, quòd in eius maximè tutela sint. Sunt autem sacerdotes, uates, quos Graeci προφήτας uocant, poëticae & artium pulcherrimarum inuentores. His adiungit ab illis diuersos quosdam, optimè in uita de suis meritos & pios in patriam. Inter.] A' loco: in laureto, propter Apollinem, cui ea arbor dedicata est, propter
B eius uim futurorum praesciam. Hic collocat maxime uates & sacerdotes castos, quos is Deus tueri credebatur.

Odoratum] dixit pro odoriferum. Eridani.] Padi fluuij. Hunc nonnulli Nilum, complures Oceanum esse uolunt. Fluminum omnium in Europa, praeter Istrum, maximum est. Oritur ex Apenninis in gremio Vesuli montis, primùm angustis profluens alueis: inde breui cursu triginta amnibus auctus, diffundit se in Hadriaticum septem ostijs. Amnium praecipui sunt, & lacuum, qui in Padum euoluuntur: Verbanus, Larius, Sebinus, Eupolis, & Benacus. unde Ticinus, Abdua, Ollius, Lambrus, & Mincius. Hinc ea Italiae pars, quae inter Alpes & Padum, ubi Mediolanum est, interiacet, Transpadana appellatur Romanis: altera autem, quae inter amnem & Apenninum media est, Cispadana. A' Graecis ἠριδανὸς uocatur. Oriente cane augetur, niuibus liquatis, agris quàm nauigijs torrentior, nil tamen ex rapto sibi uendicat. Plena huius amnis descriptio extat apud Plinium lib. 3. cap. 16. Idem author est lib. 2. cap. 103. Padi fontẽ hoc miraculi habere, ut medijs diebus aestiuis uelut interquiescens, semper areat. Au
C rum effundit quemadmodum Hebrus Thraciae, Pactolus Asiae, & Ganges Indiae fluuius. Plurimus.] ingens: Nulli amnium claritate inferior, inquit Plinius. Hunc ab inferis ad superos uolui ob id fingitur: siue quòd ex fonte iugi Apennini in superum mare eijciatur: siue quòd in caelũ translatus existimetur. Eridanus.] Fabulantur Phaëtontem, cùm currum paternum per inscitiam altius humiliusúe quàm conueniebat, rexisset, & iam suprà infraq; omnia conflagrarent, in Eridanum, amentia exterritum decidisse, & Iouis fulmine percussum. Hoc autem incendium, quo uniuersa rerum machina arsit, ut extingueretur, toto Orbe confluxêre amnes, quorum inundatione, quantum hominum erat, extincti fuerunt, extra unum Deucalionem & Pyrrham eius uxorem. Hac fratris calamitate sorores consternatae, cùm lugendi flendiq; nullum facerent finem, in populos mutatae sunt: lacrymae uerò earum in electrum induruerunt. Heliades dictae, ἀπὸ τοῦ ἡλίου τοῦ πατρός. Huius propinquus Cygnus, qui tum Liguribus imperabat, quia & ipse luctu contabescebat, in cygnum uersus fuit. Ipse porrò Eridanus in caelo collocatus creditur. Sydus est stellis frequens, cui subiectus est Canopus splendens: ideo Nilus esse putatur. Tangit temonem nauis. Oritur à sinistro pede Orionis, & peruenit usq; ad pistricem. Inde rursum ad leporis usq; pedes diffunditur: tenditq; ad arcticũ circulũ. Simulacrum huius, circulus hyemalis interfecat, ab eo loco ubi ceto coniungitur. Oriente scorpione cum sagittario, occidit, cum gemino & cancro exoriri uidetur. Fabulam cultissimis uersibus cõplexus est Germanicus Caesar in Phaenomenis Arati:

Planxêre ignotis Asia Phaëtontidis undis: "
Eridanus medius liquidis interiacet astris. "
Huius pars undae laeuum ferit Orionis "
Lapsa pedem, procul amotis qui piscibus usus, "
Vincula coniectat nodus cristam super ipsam, "
Aequore Pistrie adit, sunt illi libera caelo "
Sydera nonnullam specie reddentia formam. "
Sub leporisq; latus uersam, post deniq; puppim "
Inter & Eridanum flexusq; cauumq; carinae. "
Atq; haec ipsa notat se nullam ferre figuram. "

Aratus Eridanum proximè cetum collocat in caelo. Ideo hunc Eridanum labi dicit Poëta, quod Phoebo Apollini, ob Phaëtontem in eo submersum, dedicatus sit, ut omnia hic illi conueniant: Spiritus hymnus lauri nemus, Eridanus. Hic manus.] Inter gradus pietatis numeratur, pietas in patriam, pro qua non fortunae tantùm sunt ponendae, uerùm etiam fortiter pugnando moriendum. Secundũ deum enim, & parentes, plurimum loco debemus ubi nati sumus, ubi educati, qui nos suo sinu excepit, conseruauit, & in uiros prouexit. Huic fraterna charitas etiam libenter cedit. Etenim domo subuersa, incolumis manet reipub. status: at urbis ruinae, domum, larem, penates, & omnia secũ trahat necesse est. Pro patria fortiter pugnando cecidit Brutus, liberator patriae: Curtius: uterque Decius: Horatij ad Cremeram: Codrus Atheniensium rex: Phileni fratres. deniq; innumera mortalium uis pugnando uulnera acceperunt, ut paucos è multis numeremus: Cocles, Scaeuola, & id genus magnanimi ciues. Atque his diuersum & locum & praemiũ à superioribus tribuit, qui patriã auro uendiderint. Sacerdotes.] nullo incestu polluti, nullis stupris aut adulterijs infames. Seruius dicit, solere sacerdotes herbis quibusdam emasculari. Quod si ita res habet, non poterant non castè uiuere, quibus uidelicet omnis fenestra ad fornicationem praeclusa fuerit. Si ante sacra suscepta, de ijs loquatur Poëta, qui sacerdotes? qui casti? si coniugium non contaminet immaculatũ? ante susceptum sacrorum munus? Vates.] Hos distinguit ab impijs, & qui mendaci spiritu afflantur: Ero, inquit, spiritus mendax in ore prophetarũ. Quare disertè addit, Phoebo digna: id est, uera haudquaquam uana. Apollinis oracula, ob rerum indubitatam ueritatem, toto Orbe celeberrima habebantur. Duo potissimùm oraculorum Apollinis genera erant, Delphico & Pythia, quae summam fidem apud mortales obtinebant. Pythiũ, authore Strabone, celeberrimũ erat. Liquebat id ex thesauris ingentibus ibi constructis, in quos sacrae pecuniae inferebantur, & clarissimorum artificum operibus: ludis Pythijs item, qui ibi celebrabantur. Ibi tripus erat, in quem uates simulatq; inscendisset, diuinationis spiritu hausto, responsa edebat. Hinc prouerbiũ, τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος, ἢ, ὡς ἐκ τοῦ τρίποδος, tanquam ex tripode: de uehementer certis & indubitatis. Hoc uatum genus in Elysio hic collocat Poëta: non aũt Phoebadas illas, de cuiusmodi est apud Lucanum: "

—— en nobis dabis improba poenas, "
Et superis, quos fingis, ait Appius.

Inuentas.] rerum inuentores, quiq; mortales commoditatibus adiuuarint. His prisci diuinos honores post mortem deferebant. Nam antiquitas aliud nihil existimabat esse Deum quàm prodesse mortalibus. Neq; uini tantùm aut frumenti legúmine inuentoribus ceu dijs honorem habebant, sed etiam beluas quasdam pro numinibus colebant: ut Aegyptij ciconiam, Romani anserem. Natum inde prouerbium est, Homo homini Deus. De rerum inuentoribus Hyginus libro fabularũ primo, cap. 274. & cap. 277. Plin. lib 7. cap. 56. Idem scribit lib. 25. cap. 1. rerum inuentores ab antiquis deos habitos. Seruius philosophos tantùm hic significari existimat. Quiq;.] Optimè de parentibus, liberis, amicis, ciuibus & patria meritos dicit. Atq; horum quidem omnium uita, quoniam integra fuit & incorruptis niueisq; moribus, rectè illis candidam uittam tribuit. De uitto alibi. Circumfusos.] circa se collectos: metaphora ab inanimato ad animatum.

Musæum.] Plures Musæi produntur. Eleusinius ex Antiphemo, Orphei auditor, epopœus, siuè secundo Cecrope floruit. scripsit ad filium suum Eumolpum, Hypotheeas, & alia nonnulla. Secundus Musæus recensetur Ephesius, epopœus scripsit hic Perseidis lib. decem: in Eumenem item & Attalum. Tertius, Lysiæ philosophi filius, cui frater fuit Hesiodus. Meminit Plinius libro 25. capite 2. Musæi cuiusdam, qui post Orpheum cum fratre Hesiodo Pelion herbam in summa admiratione habuerit. De Musæo hoc igitur mirè uariant authores. Nonnulli hunc Eumolpi Eleusinij, uel (ut quidam) Atheniensis patrem, ut dixi: alij filium fuisse, memoriæ prodiderunt. Fuit Eumolpus epicus: de cuius nomine Eumolpidæ apud Athenienses dicti fuêre: & ipse Orphei auditor, ut aliqui existimant: quiq; in Pythicis uicerit. Rursum sunt alij quibus placet, Musæum Eumolpi filium fuisse, & audiuisse Orpheum, atq; in Pythicis certaminibus uictoriæ palmã tulisse: id quod Maro uidetur significare, cùm eum humeris altis extare è cæteris dicat, à signis robur corporis coarguens. Aegyptum adijt. ubi cum regni sapientibus diu conuersatus, genealogiam deorum scripsit, & Astrologiæ multum lucis attulit. In literas retulit arcana Cereris sacra: quod opus Eumolpo alij tribuunt, sicut & aduentum in cœlum, & præcepta mysteriorum, quæ filias suas docuit. Hæc constabant tribus milibus uersuum: quæ ea de causa Chiroscopica dicta fuêre. nam de Magistratibus deligendis & designandis, accuratiusq; consultando disputabant. Vnum librum soluta oratione emisit. Mortuus est Phaleris Musæus. Porrò autem poëma quod de amoribus Herus & Leandri elegans & politum circumfertur, incertum est huiúsne sit Musæi an alterius alicuius. Non defuerunt, qui Musæum hunc filium Orphei aut Lini fuisse crediderint: alij Eumolpidis illius, qui primus apud Carthaginenses philosophatus dicitur. Sed quia humeris latis alios omnes supereminere dicit, Platonem significari putat Seruius, qui ab humerorum latitudine, priori nomine posito, Plato, πλάτων dictus fuerit: antea Aristocles appellatus. Verùm inscitum est, ita sententiam Poëtæ contorquere, cùm nudis & illustribus uerbis Musæum nominet. Diuinetur in obscuris & ambiguis, diuinare ex signis & alijs circumstantijs. Sed in historijs, quid æquè ridiculum & ineptum, atque propria uocabula alijs pro arbitrio commutare? aut aliud ponere, & diuersum existimare? Teneamus nos Musæum, siue Orphei, siue Lini, siue Eumolpi filium, certè excellentem apud priscos mortales philosophum: quem sua ætas, non minus quàm posterior ipsum Platonem, suspexit, & admiratus fuit. quem & uatem uocat statim, quippe Poëtam, & Theologum, & athletam, qui in Pythicis uicerit. Nigidius meminit alterius cuiusdam Musæi, qui regnarit apud Bisthonias. Humeris extantem suspicit altis.] à magnitudine. Suspicit, admiratur: metaphora rei conueniens.

ARGVMENTVM.

Sibylla beatorum animas interrogat, atq; in primis ex Musæo poëta quærit, vbi locorum habitet Anchises? Musæus respondet nulli Elysios campos incolenti certam esse sedem, sed omnes lucos, florentiaq; prata incolere. attamen locum Anchisæ eis non solùm indicat, verumetiam ne errent viam, ipse præcedit, ex transgresso monte Anchisem offendunt in virenti valle, qui suorum nepotum animas recensebat. qui viso Aenea manus attollit, lacrymatur, & præ lætitia flere nequit.

NASC.

Dicite fœlices animæ, tuq; optime uates,
Quæ regio Anchisen? quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atq; † huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus, * lucis habitamus opacis,
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus. sed uos (si fert ita corde † uoluptas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit, & antè tulit gressum, camposq; nitenteis
Desuper ostẽtat: dehinc sũma cacumina linquũt.
At pater Anchises penitus conualle uirenti
Inclusas animas, superumq; ad lumen ituras,
Lustrabat, studio recolens, omnemq; suorum
Forte recensebat numerum, * charosq; nepotes,
Fataq; fortunasq; uirũm, moresq; † manusq;.
Isq; ubi tendentem aduersum per gramina uidit
Aenean, * alacris palmas utrasq; tetendit:
Effusæq; genis lacrymæ, & uox excidit ore.

† al. hic
* al. syluis
† al. uoluntas)
* al. carosque
† al. genusque.
* al. alacris

Dicite felices animę.] Sibylla petitoria oratio est: cuius initio beneuolentiã colligit auditorũ ex cõmendatione felicitatis ipsorũ. Tuq; optime uates.] à cõmuni ad separatã trãsit hominis allocutionẽ: nam Musæũ alloquitur: quẽ uel à probitate uitæ, uel à peritia disciplinarũ cõmẽdat. Quę regio Anchisem, quis habet loc⁹?] interrogatio bimembris: nam & regionem, &, qui in regione est, locũ quærit. Illius ergò Venimus.] causam inquisitionis ostendit: nõ non alterius, sed ipsius Anchisæ tantùm causa se uenisse dicit. Et magnos Erebi tranauimus amnes.] Ex difficultate loci magnũ esse negociũ, & profectionis necessitatẽ ostẽdit. Nulli certa dom⁹.] Musæus respondet, atq; nulli locorũ beati: id est, heroũ animæ habitent in certo

A in campis Elysiis, monet: quos nulla certa habitatione teneri, sed incertis sedibus per prata, per lucos, perq; fluuiorum ripas habitare dicit. Riparumq; toros.] gramina, quæ in ripis nascuntur: nã de uitibus, & herbis torus etiam dicitur, & torosus. Plin. lib. 19. nat. hist. breuior his est, sed torosior, amariorq; inula, per se stomacho inimicissima. Et prata recentia riuis.] noua: hoc est, uirentia propter riuos. ita quoque Hor. nouam frondem pro uirenti dixit lib. 3. carm. Ode. 4.

» *Fronde noua puerum palumbes*

» *Texere.* Sed uos.] uiam docet. Facili iam tramite sistã.] ut non erretis. Et antè tulit gressum.] ut qui comiti erranti monstrat uiam. At pater Anchises.] non ociosum reperiunt Anchisen, sed opportunè animas nepotum suorum recensentem. Penitus.] ualde ad inclusas, non ad uirenti refertur, quidquid dicat interpres. Lustrabat.] recognoscebat, quod statim declarat, cùm ait: Fortè recensebat numerum.] tractũ est de militia, cùm imperatores suos milites recognoscunt. Cæsar 8. belli Gallici: legionibusq; ex omnib. hybernis ad fines Treuerorũ euocatis, eò profectus est. ibiq; exercitũ lustra-

B uit. & Liuius: Inter hæc recenset exercitũ, milites instruit.

Fataq; fortunasq; uirûm moresq; manusque.] nõ numerũ suorũ duntaxat, sed uitæ etiã, ac mortis rationem, fortunam, mores, potestatesq; illorũ recensebat: nã fato uitæ principiũ, ac finẽ, fortunæ extranea, ut honores, diuitias, nobilitates, id'q; genus alia ueteres ascribebãt. uirtute uerò propagantur regna, mores, ac iura dantur populis. Mores.] quibus urbes instituendæ erant. Manusq;.] potestates, imperijq; magnitudinem: quæ uirtute comparatur. Palmas utrasq; tetendit.] lætantium gestus expressit. Effusæque genis lacrymæ.] quidam absurdum esse putant dare lacrymas Anchisæ in beatorũ iã numerũ adscito, sed id finxit Poëta sapiẽtiss. ad effectũ paternæ pietatis ostẽdẽdũ. Et uox excidit ore.] præ lætitia. quæ uerò Seruius ait, tanquã seni, nugæ sunt.

LAMB. Hort. Dicite.] Seruius hic existimat Sybillã numine destitutam esse, propterea quòd rerum non præsentium tantùm, sed futurarum etiam gnara, percontetur de Anchise. Mihi porrò ita uidetur: uel Poëtæ consilio factã, ut per interrogationem materia narrandi de situ & amœnitate Elysij præbeatur: uel quòd dilatãdæ narrationis causa, bre-

C ue colloquium utriusq; sit insertũ: uel humano more, rerũ non ignarã, colloquendi copiam captasse. Illius.] Causam addit, cur de Anchise interroget, ne Musæus ociosam interrogationem arbitretur. Hic ego.] retracto tono postpositum, cum gignendi casu. Tranauimus.] Amplificatio. nam tranare plus est, quàm transmittere cymba.

Erebi.] inferorum. Causam itineris exaggerat, à difficultate & periculis. Quatuor inferorum amnũ uel partem indicat, uel omnes καθ' ὑπερβολήν. Paucis.] Rectè paucis: tum quia unũ aliquod percontata fuit: tum quia tempus subitũ pariter ac breue responsum postulat. Heros.] Musæus. Certa.] Reddit ad locũ, in quo Anchises posset humano iudicio conclusus teneri. Nam nullus locus animam inclusam coercere potest, quippe substantiam incorpoream, ut est Deus, ut sunt angeli, & spiritus mali. Quare in lucis: hoc est, locis sacris, quæ modò lauri nemus appellauit, habitare credimur. ἐν παραδείσῳ ἴδοντε.

Opacis.] umbrosis. Sunt enim opaci, propter densas arborum umbras. Riparum.] Ne quid ad absolutam amœnitatẽ desit, adiungit & limpidos amnes & riparum torus. Sunt aũt tori propriè herbæ intortæ, à quibus lecti; tori nuncupantur. κλάδες. Et carnis pulpã musculosam, torum, in qua robur inest, dicimus: eiusmodi sunt callosæ neruosæq; membrorum partes, quasi collectæ. Hinc torosus, musculosus. Recentia.] quæ recentibus riuis perpetuam uoluptatẽ amœnitatemq; pariant. Sed uos.] A descriptione loci, transit ad id quod erat interrogationis præcipua pars, uelle se Anchisen cõuenire, & alloqui. Hũc igitur illis monstrat, ut edocti de habitationis ratione, eo potiantur. Superate.] conscendite hunc collem. Ad eũ modũ, superare montes, pro conscendere siue transcendere dicimus. Superare flumina & amnes, traijcere: superare absolutè superesse, uiuere. nam pro uincere, præcipua significatio est, & uulgaris. Montiũ partes ita fermè diuiduntur, ut sint aut radices, aut latera accliuia leniter uel præcipitia. aut iuga, aut cacumina. Vtraq; hic superant. At pater.] Nõ ociosos fingit fœlices animos, sed pijs studijs occupatos. Anchisen lustrantẽ posterorũ suorũ seriẽ inducit, & singulorum fata. At Tiresias Homericus tantum ociosus inter umbras aureum sceptrum gestans offenditur, qui nulla laudata re studióue distineatur:

» ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο
» χρύσεον σκῆπτρον ἔχων.——

Pater Anchises.] Appositio. Poëtæ peculiare est, duo ista semper ferè coniungere. Penitus.] A loco, quasi penè intus, intra ipsam conuallem, quæ montibus cõclusa undiq; sit. Non quidem quasi inde exitus non pateat: sed quòd in concluso loco à reliquis sint submota. Lustrare propriè uolunt esse ambire & circumire. περιπολεῖν. Lustrauit orbem Liber pater, lustrauit Aegyptũ: Sol circulũ suum trecentis diebus & sexaginta quinque & quarta diei parte lustrat. Nonnunquã ἁγνίζειν, expiare: ut One exercitum & tribus tauris lustrauit. Lustrare omnia animo, considerare. Interdum illustrare, quod Græci dicunt ἐπιλάμπειν. Vergil. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras. »

Rursum inumbrare, quæ significatio cognata est superiori: hinc ferarum lustra, in quibus in sylvis stabulantur, habitantq;: & lupanaria. Item recognosco & recenseo: quo significato hic usurpauit Poëta. Suorum.] Quos suos dicat, statim expolitione reddit & interpretatur, charos nepotes: posteritatem suam, quæ ex Aenea relicto esset oritura. Fataq;.] Polysyndeton. Fatalem successum dicit posterorum suorum, uaria rerum fortuna domi & belli. Quare cum fatis coniunxit, fortunasq;: id est, euentus laborum, artium, nepotum. Fatum, à Græcis εἱμαρμένη dicitur, καὶ πεπρωμένον: necessitas, à diuina mente constituta, ineuitabilis. unde ineuitabile fatum appellatur. Et fatum dictum inde putant, quòd nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum. Cicero appellat fatum lib. 1. de Diuinatione, ordinem seriemq; causarũ, cùm causæ causa nexa rem ex se gignat. Ea est, ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Quod cùm ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit: eodemq; modo nihil est futurũ, cuius nõ causas idipsum efficientes natura contineat. Chrysippus apud Gell. ita definit fatum, sempiternam quandam & indeclinabilem rerum seriem. Interdum pro natura usurpatur: quandoque pro oraculo, quod dij quasi fantur. Interdum pro morte, & numinis uoluntate. Aristot. dictum putat fatum, quòd per ipsum omnia sint finita & certa lege statuta, & ad finem quasi perducta. & πεπρωμένον, παρὰ τὸ περαίνω, termino: & εἱμαρμένη, ab εἴρω traho, quòd trahat et uicissim cedat rebus omnibus

omnibus consequentibus. Virûm.] uirorum: syncope. Manusq;.] uel uirtutem, quòd ea in dextera sit sita: uel frequentem posterorum uim. Isq;.] Anchises pater: ex aduerso se petentem filium conspexit. Palmas.] A manus, à signis paterni affectus erga filium. Vox.] Periphrasis: pro, loquutus est.

ARGVMENTVM.

Anchises pater consolatur aduentu Aeneæ filij ad campos Elysios. Aeneas patri respondens, causam suę profectionis ostendit. classem suam tutam esse nunciat, dextram, complexumque à patre sibi dari petit. cui cùm ter collo dare brachium conetur, eum illius ludit imago, ventoq; persimilis ex eius manibus effugit.

Venisti tandem, tuaq; expectata parenti
(Vicit iter durum pietas): datur ora tueri
Nate tua, & notas audire & reddere uoces?
Sic equidem ducebam animo, rebar q; futurum,
Tempora dinumerans† nec me mea cura fefellit.
† Quas ego te terras, & quanta per æquora uectũ
Accipio? quantis iactatum nate periclis?
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerẽt?
Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes, da iungere* dextras,
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.

NASC. · Venisti tandem.] Anchisæ oratio est ex abrupto inchoata, cùm ad præteritũ paterni desiderij, tũ præsentis lætitiæ affectum propter aduentum filij declarandũ. nam uox tandem longã expectationis effectũ cum lætitia affectu designat. porrò hæc oratio ualde affectuosa est, imò nec nisi affectuũ expressionem continet. lætitiæ præsertim, & doloris Anchisæ, lætitiæ quidem propter Aeneæ aduentum, doloris uerò propter timorem præteritæ calamitatis Aeneæ.

*al. sic te tua

†al. Quas te ego per terras,

*al. dextrã,

Vicit iter durum pietas.] laus Aeneæ ingens ex officio pietatis erga patrem, quem nec horror inferorum, nec itineris difficultas retinuit, quo minus paternæ uoluntati morem gereret. Et notas audire, & reddere uoces.] tale est illud ex primo Aeneid.

——ac ueras audire, & reddere uoces.

Intelligit autem familiarem allocutionem patris cum filio.

Tempora dinumerans.] fato currentia, per quod colligitur Aeneam fato ad inferos descendisse. Nec me mea cura fefellit.] cogitatio, quæ absq; eius animi solicitatione esse non poterat, ut fit in aliquid expectantibus. quod uerò Seruius ait mea cura: id est, tu meus filius, ridiculum est. Quas ego te terras.] alterum animi sui affectũ ostendit, timoris uidelicet: unde animi quoq; eius solicitatis noscitur ex periculis, quæ terra mariq; passus erat Aeneas: quæ quidem hic communiter amplectitur, in primo uerò Aeneid. quanta fieri potest breuitate, separatiùs attingit, nec omnia quidem, sed insigniora:

Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonantes
Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa.
Experti.

Quàm metui, ne quid Libyæ.] à cõmuni periculorum enumeratione ad separatam incommodi mentionẽ transit. Tua me genitor.] Anchisæ uerbis quàm breuissimè respondet Aeneas: inprimisq; sui aduentus causam assignat: deinde ut patrẽ omni timoris solicitudine liberet, classẽ in tuto, uno in Italo mari, quò eũ fata trahebãt, stare nũciat. Tua tristis imago.] ad significationem sui erga illum amoris, palilogia utitur. tristis uerò imago [illegible] dicit, quia tristis ipse efficiebatur.

Sæpius occurrens.] exaggerat à frequentia apparitionis: non enim terribilis illa patris imago semel, sed sæpiùs apparebat, per quod innuit se nulla alia de causa inferos adiisse, nisi ut paternæ uolũtati morẽ gereret. unde lo-

cus beneuolitiæ occulte elicitur ex officio pietatis erga patrẽ. · Stant sale Tyrrheno classes.] alteri orationis Anchisæ parti respondet: quæ timoris, dolorisq; affectum continet. Quas ego te terras. Et quæ sequuntur.

Da iungere dextrã.] solis cognati, atq; B amici cùm diu abfuerint, in primo congressu dextras iungere, ac mutuo se cõplecti, hoc factũ nõ fuit, quia abrupta à longè ex nimio lætitiæ affectu inciderunt Anchisæ uerba: quibus etiã respondendũ fuit. nunc uerò Aeneas quærit dextræ iunctionẽ, & complexũ patris, sed incassum: non enim anima est ueluti corpus, ut comprehendi possit. unde sequitur: Ter conatus ibi collo dare brachia circũ.] rectè dixit conatus, quia nullus secutus est comprehensionis effectus. ideo elegãti repetitione subdit: Ter frustra comprensa manus effugit imago.] frustra ait, quia retinere non potuit. & suggerit causam.

Par leuibus uẽtis, uolucriq; simillima somno.] quam ex eleganti somni, ac uentorum similitudine deducit iisdem uersibus in 2. Aen. Poëta usus est, cùm de umbra Creusæ uerba faceret. & est Homeri locus Odyss. 11 ubi itidẽ Vlysses matrẽ suã conatus amplecti, frustratur. uersus Homeri positi à me sunt in secũdo cõmentario. C

LAMB. Hort.

Venisti.] Pathetica oratio est Anchisæ, qua mirè ostendit paternũ affectũ erga filiũ: dum multus est modò in exaggerando desiderio conueniendi filij, modò in eleuanda solicitudine sua pro filio, modò in gratulando aduentũ filij à magnis iactationibus & erroribus tandem conspecti. Obseruauit decorũ simul in sene. Nam cùm ea ætas natura sit loquacior, cõfundit multa simul: nescio quo ordine.

Tandem.] post longos errores, & uaria discrimina, & quidẽ multùm ac diu expectatus. At Anticlia apud Homerũ, filium rogat, quomodo inferorũ tenebrosa profunda penetrarit, quæ uidere mortalibus ualde sit acerbum:

[illegible]
[illegible]

Inde exaggerat difficultatem adeundi, per interiectos amnes & medium oceanum. Tuaq;] Laudat filium à pietate erga se, quem nullum iter quantùis asperum sit remoratum, quò minus patrem inuisat. Expectata.] nam per somnũ ei aduentũ suum in Italiam denunciarat: & descensum ad inferos, & suum congressum imperarat. Hinc expectatum filij aduentum dicit, quem tandem post longã

expectat-

A *expectationem uidere sibi gratulatur.* Ora.] *os, præsentia & conspectu eius frui. Pluralis pro singulari.*

Audire.] *Periphrasis uerbi colloqui. Quid porrò aliud est* audire & reddere uoces, *quam ultrò citroq́ sermones cedere? & uerba conferre? A causa finali: cur tam diu à se sit expectatus.* Sic equidē.] *Redditio expectationis, à ratione temporis, quo decessit.*

Mea cura.] *Nominandi casus, mea solicitudo, pro te: non, ut Ser. uocandi.* Quas ego te.] *Rursum pathos, quasi amplexantis, à magnitudine laborū: quos expolitione statim amplificat.* Quàm metui.] *Anticlia Homerica, non multo diuersiora cum filio loquitur: Nunc profectò errabundus Troia huc uenisti. & quidem tandem unà cum socijs & classe, neglecta patria, ædibus paternis & suauissima coniuge. noster uerò affectus infert, à solicitudine & pietate patris. Adijciam ex eodem libro Anticliæ uerba:*

» ἢ νῦν δὴ τροίηθεν ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνεις,
» νηΐ τε καὶ ἑτάροισι πολὺν χρόνον, οὐδέ πω ἦλθες
» εἰς ἰθάκην, οὐδ' εἶδες ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκα.

Libyæ.] *Carthaginis, continens pro contento. Modestè notat consuetudinem filij cum Didone, & obliuionem*
B *regni Italici, in quod fatis uocatus fuerat. Sed & regna, numero pluratiuo dixit: pro regno Libyæ, regnum Carthaginense signans.* Ille.] *Aeneas patri uicissim respondit, & quidem breuibus, ad præsentis loci rationem accōmodatè.* Tua me] *Causam, à pio, statim reddit, cur laborem tam arduum susceperit: dulcem uidelicet patris recordationem, & ardens eius uisendi desiderium. Imaginem hic, memoriam appellare uidetur, figuratè: nisi simpliciter quis accipiendum putet, non magnopere refragor. Poëticè possessiuo pro primogenio abusus est. pro imago tui: quæ de te habetur à me. Alioqui, si actiuè interpretere: quam tu possides imaginem, illa me huc tendere cōpulit. Repetitio pronominis, præter affectus etiam emphasim habet. Vlysses eo, quem paulò antè loco dixi:*

μῆτερ ἐμὴ, χρειώ με κατήγαγεν εἰς ἀΐδαο, «
ψυχῇ χρησόμενον θηβαίου τειρεσίαο. «

Hic descensus sui causam ostendit Tiresiam uatem, cuius conuenendi desiderio id laboris capessit.

Hæc limina.] *Ad hæc limina, defectio: & synecdoche, pars pro toto.* Stant.] *Breuiter ad id reddit, quod Anchises dixerat:* Quas ego te terras, & quanta per æquora uectum, Accipio? Sale.] *mari, quemadmodum Græci ἅλα quoq; simili figura usurpant.* Da genitor.] *Petitio, cum extenuatione. Rursum repetitione uerbi inesse affectus.* Amplexu.] *Vel apocope, pro amplexui: uel per ἀντίπτωσιν, pro ex amplexu nostro.* Ora rigabat.] *Lacrymantem Anchisen, sed decorè, Poëta inducit. Nam ea ætas in lacrymas natura pronior est, quod Homerus tamen prætermisit.* Ter conatus.] *Expressit Homericum illud:*

τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει, «
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον, ἢ καὶ ὀνείρῳ. «

Idem paulò pòst animam uelut somnium subuolasse dicit:

ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται. «

ARGVMENTVM.

Aeneas admiratus multitudinem animarum: quas circum amnem Lethæum potantes uidet, illius rei causam, quis fluuius, quæ animæ sint, ab Anchisa requirit, adisserit pater eas esse animas, quæ in alia tandem corpora reuersuræ sunt, ideo Lethæum fluuium epotare, ut uitæ prioris oblitæ transmigrare possint.

Interea uidet Aeneas in ualle reducta
Seclusum nemus, & uirgulta sonantia * syluis,
Lethæumq́, domos placidas qui prænatat, amnē,
Hunc circū innumeræ gentes populiq́ uolabant.
Ac ueluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt uarijs & candida circùm
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
Horrescit uisu subito, causasq́ requirit
Inscius Aeneas: quæ sint ea flumina porrò,
Qui'ue uiri tanto complerint agmine ripas?
Tum pater Anchises: Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidē memorare tibi, atq; ostendere coràm,
Iampridē hanc prolem cupio enumerare meorū.
Quò magis Italia tandem lætēre reperta.

NASC. In ualle reducta.] *uel lōgè remota, ut apud Hor. in epist.* » *Virtus est mediū uitiorum utrinque reductum.* *Vel secreta. ut in primo carm. Hor.* » *Hic in reducta*
C *ualle caniculæ* » *Vitabis æstus.* Sonantia syluæ.] *alij syluis, at si syluæ legas, generandi casus est.* Domos placidas.] *quos antea amœna uireta, hic eodē sensu* placidas domos *appellat: nempe Elysios campos.* Prænatat.] *rectè interpres admonet contrariè dictum esse. nam flumina nō natant, sed fluunt. homines uerò in fluuijs natant. igitur prænatat præterfluit intellige.*

* *al. syluæ.*

Populiq́ uolabant.] *de Homero sumptū est: qui animas usq; quaq; uolantes inducit. sed de alis animæ Plato in Phædro.* Ac ueluti in pratis.] *eleganti, appositaq́ cōparatione ex apibus uolātibus, diuersiq́ generis floribus insidentibus locum exornat.* Causasq́ requirit.] *tria quærit, cur animæ fluuium circumuolent potaturæ. quis fluuius. postremò quæ sint animæ, seu uiri illi uolantes.* Animæ quibus altera fato.] *quæsita Aeneæ Anchises explicat. & primò illi parti respondet:* Qui'ue uiri. Lethæi ad fluminis undā.] *nomē fluuij docet, quod Aeneas quæsierat.* Quæ sint ea flumine porrò. Securos latices] *ἀμεριμνοῦντας.* Et longa obliuia potant.] *ad illud:* causasq; requirit. *Seruius interpres hæc mysticè interpretatur, & reuera mystica sunt: sed adeat Platonē in Phædro, ubi de hac animorū obliuione, & transmigratione pluribus disputatur.*

Has equidem memorare tibi] *hic ingentem Anchises suæ cupiditatis affectum ostendit: cuius etiam causam assignat ex commodo, & iucunditate Aeneæ: unde est beneuolentiæ locus ex significatione paterni amoris erga filium.* Quò magis Italia.] *τὸ αἴτιον est uam magis lætabitur se peruenisse ad Italiam, cum tot uiros illustres ex suo genere propagandos, tantasq́ sanguini suo accessiones præparatas esse cognouerit.*

INTEREA.]

LAMB. Hort. INTEREA.] *Parasceue ad Socraticam philosophiam & doctrinam, quæ extat apud Platonem, in Phædone maxime, & alibi, de animorum immortalitate, de Deo conditore & gubernatore rerum, ex quo omnia uitam hauriunt, omnia mouentur & uegetantur. Vt rem huc deducat, & Anchisen docentem ea & alia inducat, fingit Aeneam materiam narrandi illi suppeditantem ex occasione subiectæ syluæ, & amnis, ac circum eum animarum innumerabilium errantium.* Virgulta.] *Quod nemus dicat, periphrasticè pluribus uerbis circumloquitur. Deinde ex Pythagorica doctrina, ex obliuionis amne potant animæ ad corpora remigraturæ, quo uidelicet exactorum in uita prius obliuiscantur, ἀπὸ τῆς λήθης. Erat ea μετεμψύχωσις animarum, quæ in alia atque alia corpora migrare credebantur. Hanc primus struxit Pythagoras, qui, ut scribit Heraclides Ponticus, solitus fuit dicere, quòd aliquando fuisset Aethalides, ac Mercurij filius existimatus esset. Monuisse se Mercurium, ut extra immortalitatem peteret quod uellet: ac petijsse, ut uiuens & uita functus omnium quæ sibi usuuenissent, recordaretur. Itaque omnium meminisse: qui cùm in Euphorbum uenisset, adstruere solitus esset, se Aethalidem fuisse, atque à Mercurio id beneficij accepisse, ut anima sua perpetuo errore uagaretur, migraretq; in arbores quas uellet, aut etiam animantia: teneretq; simul, quæ apud inferos sibi euenissent, quæq; reliquis animis. Ex Euphorbo in Hermotinum iuisse, Cui rei fidem facturus, Branchidas petijt: ubi phanum Apollinis ingressus, clypeum ibi ostendit, quem sibi dudum Euphorbo detraxerat Menelaus, & detractum ibi fixerat. Hermotinus fato defunctus, in Pyrrhum Delium piscatorem descendisse, atque ita ad postremùm Pythagoran factum, & eorum omnium quæ retulimus meminisse.* Domos.] *Appositio.* Prænatat.] *præterfluit.* Aculuti.] *Comparatione frequentiam umbrarum densam circa Lethæam ripam uolantium subijcit, ab apum in flores deuolantium æstiua mellificatione, similitudine ducta, & moribus.* Insidunt.] *insident.*

Circum.] *sectio: uel ut sequenti accusandi casui iungatur, præpositio. Enallage speciei pro genere: pro circum flores.* Funduntur.] *Aptissima metaphora densitatem apum nunc in hos, modò in illos flores conuolantium exprimit.* Strepit.] *A' bombo iucundo ipsius insectæ, quem significanter cognata metaphora murmur uocat.*
Paulatim alia atq; alia admirando, eò rem deducit, donec ad speculationem rerum cœlestium & philosophiæ perueniatur: ut ita ad sui cognitionem filium, adhuc in errore & cæcitate lapsantem, trahat. Inde confirmatùs bellum fortiter cum uitijs, carne, mundo, malis spiritibus, gerat. Horrescit.] *Terrorem conscientiæ ex obiectis spectris affingis. Nam ueritatis quasi umbris quibusdam & simulacris animo obiectis, conscientiæ terrore agitamur primùm: mox uitiorum causas & fontes edocti, ad resipiscentiam conuertimur: & ad postremum, cognitam salutem sequitur illorum obliuio, nosq; Deo ipsa speculatione agglutinamur.* Inscius.] *Nam ueritatis & erroris cognitio, non nisi ex doctrina uerbi, & numinis afflatu proficiscitur. Proinde primùm obliuionis amnem ad stuporem usque admiratur, inde cœlestium animorum ornamenta: ipsas uidelicet uirtutes heroicas, & opificis conditoris magnitudinem, & rerum conditionem. Duo itaque potissimùm admiratur, amnem præterfluentem, & concursum globatim magno agmine umbrarum ad ripas. Ad ea primùm concitè ita respondet Anchises, ut inde porrò alia interrogationum semina nascantur.* A

Anchises.] *Ita respondit.* Animæ.] *Pythagoricum illud fuit dogma, seu somnium uerius atq; delirium: cuius & hoc commentum refert Hermippus. Cùm in Italiam uenisset, statim subterraneam effodit domum: imperauitq; matri, ut in tabulis annotaret ea quæ contingerent, & tempus simul adscriberet. Mox in hiatum illum subterraneum se recepit. Mater, ut mandatum fuerat, quàm diu abesset, quæ gerebantur sedulò in literas retulit. Anno elapso, redijt ex effosso specu squalidus, macilentus, horridus, situ obsitus, ac prorsus Trophonianus aliquis: qui aduocata in concionem multitudine, publicè docuit, qui ab inferis redisset. Atque ut uiro tam bono fides haberetur, omnia ea, quæ in ea Italiæ parte, se absente gesta essent, tanquam ex commentarijs recitauit. Quibus auditis, obortæ omnibus lacrymæ sunt, Pythagoræ diuinam mentem inesse existimantibus. Extemplò uiri certatim Pythagoræ uxores suas in disciplinam tradiderunt, ut arcanam illam philosophiam ex illo discerent. Hæ Pythagorica dicta fuêre. Hinc eam, quam dixi, μετεμψύχωσιν struxit. Poëta non omnibus quidem* B *illam deberi scribit, sed quibusdam: neque fortuitò, sed fato: hoc est, necessitate fatali incognita, soli Deo nota. Nam malis reditum negatum constat, qui ob scelera in uita perpetrata horrendis cruciatibus puniuntur. Et bonis sua præmia sunt in Elysio: quibus ergo altera corpora fato debentur? Hanc Pythagoricam opinionem tenebant Pharisæi, teste Iosepho lib 2. de bello Iud. cap. 7. Animam incorruptam esse, transire in alia corpora solas bonorum, improborum autem perpetuo supplicio cruciari.*

Securos.] *aquas obliuionem factorum gignentes. Physici duos tropicos, Zodiacum intersecantes, portas esse comminiscuntur, per quas animæ è superis: id est, cœlo in terras deorsum deferuntur, ac sursum iterum remigrant. Horum altera, Cancer hominum putatur: altera, Capricornus deorum: quod per eam animæ, ad propriam immortalitatis sedem, deorumq; numerum reuertantur. Atque id quidem existimant antri Ithacensis descriptionem apud Homerum significare. Hac de causa Pythagoras docuit, à lacteo circulo Ditis imperium incipere, quod inde lapsæ, iam à superis recesserint. Inde* C *deorsum in corpora lapsuræ, quandiu in Cancro sunt, nondum à superis abijsse creduntur. Verùm ad leonem usque profectæ labendo, futuræ conditionis exordium auspicari, & rudimenta nascendi. Cùm igitur anima in corpus defluit, syluestrem tumultum statim dicunt experiri, quem ὕλην uocant. Eam ob causam Plato in Phædone, animam noua ebrietate trepidantem in corpus fluere scribit, uolens nouum potum alluuionis materialis intelligi. Comes ebrietatis est obliuio, quæ ibi animis obrepere incipit. Etenim si animæ rerum diuinarum memoriam, quarum in cœlo gnaræ fuisse existimantur, secum in corpora deferrent, nulla in theologicis de Deo & rebus diuinis foret inter homines digladiatio.*

Lethæi ad.] *Itaq; in ipso descensu, ἐκ τῆς λήθης obliuionem hauriunt, hæc plus, illa minus. Quapropter alij alijs celeriùs in uita artes addiscunt, & faciliùs reminiscuntur, quæ illic cognouerint, & statim obliti fuerunt. Hinc lectio, à Græcis ἀνάγνωσις, quid aliud est quàm recognitio? aut repetita cognitio? Cum enim uera discimus, ea quodammodo recognoscimus, quæ antea nouimus.*

 Secu-

A *Securos.] Quibus redduntur curarum exactorumq; laborum expertes.* Longa obliuio] *Potus deocum nectar creditur; inferior & turbidior, animarum, quę illæ ex Lethæo flumine hauriũt.* Has equidem.] *Attentio à cupiditate animas commonstrandi posterorum.*

Quo magis.] *Causa finalis ab utili. Promiserat id filio paulò antè per somnum, in Sicilia:*

Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, disces.

ARGVMENTVM.

Cùm audisset Aeneas Lethæum fluuium animas idcirco epotare, vt in corpora rursus mortalia redirent, stupidus effectus rogat patrem, nunquid fieri possit, vt animæ semel corporis seruitute liberatæ, vlla teneantur amplius cupiditate redeundi in alia corpora. pater longa narratione ostendit: primùm id fieri oportere, quia cùm omnia animantia à Deo Opt. Max. originem ducant, eiusq; ductu nascantur (vt videre est) & generentur, eò etiam reuertantur necesse est, vnde cuncta procreantur. deinde posse: nam immortales sunt animę, ideò possunt reuerti: postremò velle: quoniã cùm aquam Lethæi fluminis hauserint, eius haustu prioris vitę felicitatem illam obliuiscantur.

NASC.

O' pater, an'ne aliquas ad cœlũ hinc ire putãdũ est,
Sublimeis animas? iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suspicit Anchises, atq; ordine singula pandit.
Principiò cœlum ac terras, camposq; liquenteis,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,
Inde hominũ pecudumq; genus, uitæq; uolãtũm
Et quæ marmoreo fert mõstra sub æquore Põtus.
Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenīq; hebetãt artus, moribundaq; membra.
†Hic metuũt, cupiũtq;, dolẽt, gaudẽtq;. nec auras (†al. Hinc)
Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.
Quin, & supremo cum lumine uita reliquit,
Non tamẽ omne malum miseris, nec funditus oẽs
Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, ueterumq; malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad uentos: alĳs sub gurgite uasto
†Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni. (†al. Inuecum)
Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.
Donec longa dies perfecto temporis Orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem.
Has omneis ubi mille rotam uoluere per annos,
Lethæum ad fluuiũ Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

O' PATER ân'ne aliquas.] *Aeneæ interrogatio est, quæ nõ & habet ex ingẽti admiratione: totus autem locus iste* B *διαλογικῶς tractatur, hoc est, interrogationibus, responsionibusq; constat.* Sublimes animas.] *nobiles, ac illustres, & est honesta, rationiq; cõsentanea dubitatio, siue admiratio, ut anima uiri illustris iam uinculis corporis exuta, iterum in mortale corpus reuertatur. quasi innuere uelit, uiros illustres, &* C *gloria uirtutis insignes hoc præmio dignos esse, ut carcere corporis soluti in numerum Deorum referantur, eoq; sempiterno summa cum felicitate fruantur.*

Ad tarda.] *Perpulchra est in sensu antithesis in his uocibus* sublimia, tarda. *nam in sublimibus leuitas, in tardis grauitas est. leues sunt animæ, grauia, propter concretã materiam, corpora.* Quæ lucis miseris tam dira cupido?] *mouet cõmiserationem ex præpostera illorum cupiditate, qui exui corpore priorem tamen uitam appetunt, propter quã ingentia passi fuerunt supplicia.* Dicam equidem.] *attentionis est locus.* Suscipit Anchises.] *Subsequitur, respondet ad interrogationem Aeneæ. Græci ὑπολαμβάνων. ὅπερ ῥῆμα hic agnoscit interpres, & rectè facit.* Principiò cœlum, ac terras.] *Anchises iam narrationem ingreditur: qua triũ illarum rerum, de quibus proximè dictum est, rationem explanat: cuncta reuerti, unde procreantur. animas immortales esse, ideo posse: per amnem Lethæum oblitas esse prioris libertatis, ideò uelle reuerti. Sed hanc rem altiùs repetit, ob lectorumq; etiam occupationib. obscuriorem facit. locus est è medio Platonicæ philosophia sumptus. qui ut faciliùs intelligatur (quãquam Seruius interpres, & Macrob. super hunc egregiè disputant) scire oportet quod Deus Opt. Max. cùm hanc Mundi machinam cõdidisset, uolens opus undiq; absolutum, perfectumq; facere, uitam illi, & intellectum tribuit. atq; ut ex ipso spiritu, & materia Mundi cõmodius animal unum connecteretur, materiam distinxit in quatuor elementa, quasi animalis huius humores, quia & eius spiritũ in quatuor (ut ait Plato in Timæo) uoluerat esse distinctum. huic igitur materiæ, id est, quatuor hij, de quibus loquimur, elementis uitalis, seminariaq; uirtus ab ipsa mundi anima (ut ex decimo Plat. dialogo de repub. colligitur) infusa est: quæ ab ipso Platone, alĳsq; nonnullis modò lumen, quia penetrans, & uitalis est, modò recta columna uocatur: quoniam quasi per longitudinem totam ubiq; materiam penetrat, multosq; formarum gradus specie, & genere differentes producit, per omnes partes extenditur, cœlum undiq; alligat, quia tota ubique adest. multa inter se æqualia propagat, penetrat, & penetrando diffunditur, & se diffundendo implet, & implendo regit. hoc est igitur, quod Poëta nostro eminentiss. dicit elementa mundi, &, quæ ex his cõcreta sunt, bruta, rationeq; prædita animantia spiritu: hoc est, uita seminaliq; illa uirtute agitari, atq; nutriri, quæ ex diuina anima mundi est.*

quibus tamen animantibus (de hominib. loquor) data esse corpora dicit: pro quorum qualitate in illis magis minusq; pars diuinitatis uiget: in quibus quidem corporibus dum anima uersatur, doloris, timoris, cupiditatis, lætitiaq; gestientis affectibus ita opprimitur, ut ne suæ quidem naturæ meminisse possit. quin etiam illud ei accedit incommodum, quod soluta corpore malis non soluitur omnibus, sed uarijs pro delictorum ratione modis, supplicijsq; purgatur, alia igni, alia uento, alia aqua. purgatæ animæ in Elysium mittuntur campum: quem sub purgatione etiam tandiu incolunt, quandiu tempus præscriptum: hoc est, mille annorum spatium decurrerit, tunc ad fluuium Lethæum euocatæ, & aquâ obliuionis epota in aliena migrant corpora.

Principio cœlū ac terras, cāposq; liquentes.] *quatuor elemēta ali, fouerique spiritali, seminaliq; uirtute illa dicit, quæ ex anima mundi est. hoc est elementa, & cuncta, quæ uiuunt, animam ex anima mundi suscipere. uel per cœlum aërem, atq; ætherem designat. ut in 1. Æneid.*

Iam cœlum, terramq; meo sine numine uenti, &c.

Per campos liquentes mare, & sermo est de Lucretio sumptus, quanquam ille dixit 1. Camposq; natantes.

Lucentemq; globum lunæ.] *Si elementa, multo magis corpora cœlestia, Solem, lunā, sydera, aliaq; multa ex anima mundi animari existimandum est. globum uerò lunæ cùm dixit, ad eius formam, quæ, ut cæterorum planetarum, sphærica: id est, rotūda est, allusit.* Titaniaq; astra.] *περιφραστικῶς Solem dicere uidetur: qui ex Titanibus Gygantum fratribus unus fuit. si uerò & de reliquis etiam syderibus sentiri uelis, nō laboro.* Spiritus.] *anima.*

Intus alit.] *in medio rerum posita res ipsas uiuificat ex Platone in Timæo.* Totamq; infusa per artus Mens agitat molem.] *ut animæ mundanæ, quæ per artus: id est, per elementa quasi mūdi ipsius membra diffusa est, dignitatem, excellentiamq; ostenderet, mentem appellauit: nam mens, ut philosophi asseruerunt, potior animæ pars est. uel ubi mens est, ibi intelligentia, ubi hæc, ibi quoq; intellectus sit necesse est. igitur hæc omnia sunt in materia mundi animata nam (ut Platonici sentiunt) mundus per naturam suscipit animam, per animam intelligētiam, per hanc intellectum. Sed ut res planior fiat. altius repetenda est. Plato mūdi animam bifariam distribuit, alteramq; partem diuiduam, alteram uerò indiuiduam appellauit: indiuiduam altera præstantiorem extra orbem extimum posuit à quo fortasse non dissentit Aristoteles, qui in libro de cœlo, extra cœlum dixit esse τὸ θεῖον: id est. quod diuinum est, quem locum explanans Auer spiritalia ibi esse dixit. partem uerò diuiduam à medio uerum esse docuit, non quidem à centro terræ, quæ immobilis est, sed à Sole, qui uitalia mundi continet, & usq; ad ipsum extimum esse porrectam. ijs uerò inferioribus infunditur illa nis animæ, ut, quidquid uigoris, ac uitæ in illis est, totum à superiori acceperint. & hoc est quod ait Maro:*

—— infusa per artus

Mens agitat molem. *elementorum scilicet.*

Inde hominū pecudumq; genus.] *ex ipsa anima mūdi constare, atq; animā uniuersa, quæ uiuunt, ostēdit.* Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo Seminibus.] *animæ dignitaté extollit, cui eūdem semper inesse uigoré asserit.* Quantū non noxia corpora tardāt.] *ὑποφορικῶς occurrit obiectio, cùm eundē semper animæ uigoré habeāt, cur eius usus in animantib. hebescit: id ex corporis densitate fieri docet.* Noxia.] *animæ.*

scilicet, quia illam inertem reddunt. Hinc metuunt.] A *ex hac corporum densitate, atque inertia uarijs genus humanum affectibus, perturbationibusq; obnoxium est iam cùm ex anima constemus, & corpore, ex animi uigore ratio est, ex uitio corporis appetitus. unde uarie afficitur homo. quatuor autem hic perturbationum genera recensuit quorum duo sunt ex opinione boni, duo ex opinione mali, dupliciq; temporum uarietate considerantur. ut ex Cic. liquet 4. Tuscul. metus ex opinione mali futuri, cupiditas ex opinionē boni futuri. dolor, & lætitia gestiens (sic eam appellat Cicero) ex opinione mali, & boni præsentis. ad hæc genera species perturbationum omnium referuntur. qua in re obseruanda etiam est perelegans ἀντίθεσις. nam metus opponitur cupiditati, dolor lætitiæ.* Nec auras Respiciunt.] *auras pro diuinitate, & cœlesti natura animæ posuisse uidetur. Sic Horatius quoq; περιφραστικῶς particulam auræ diuinæ dixit pro animæ diuinitate. uersus hi sunt ex 2. Serm. Sat. 2.*

—— quin corpus onustum
Hesternis uitijs, animum quoq; prægrauat unà,
Atq; adfigit humo diuinæ particulam auræ.

Clausæ tenebris & carcere cæco.] *τὸ αἴτιον* B *est, cur suam naturam respicere non possint tanquam illius obliti, quia corpore tanquam tetro carcere sint inclusi.*

Quin, & supremo.] *κατὰ ὑποφοράν rursus occurrit obiectio, si hac in uita propter corporis grauitaté anima patitur, soluta corpore omni impedimento libera esse debebit, respondet, uitijs corporis esse adeò contaminatam, ut post hanc uitam pœnis quoq; uarijs pro delictorum uarietate affligi necesse sit.* Penitusq; necesse est Multa diu concreta modis.] *quia poterat occurri, si diuersæ sint naturæ anima, & corpus, quomodo inquinari potest ex corpore anima? respondet, id fieri ex diuturna cōsuetudine, imò etiam ex conglutinatione utriusq. nam fieri non potest, ut diuersæ etiam naturæ si unà uoluerint, coniunctæq; diu fuerint, quin altera alterius aliquid assumat. sed hac de re pluribus, & elegantius Plato in Timæo disputat.* Aliæ panduntur inanes.] *per distributionē uarias animarum purgationes recenset. & fortasse ad lustrationes funebres alludit, quæ fumo, igne, aqua fierē solebant. de huiusmodi animarum purgationibus interpretes pluribus, sed diuinus Plato egregiè pertractauit in Phædone.* Quisq; suos patimur manes.] *nemo illo* C *hinc abit impunitus, diuersè tamen diuersi puniuntur unde ait suos manes: id est, meritos. quo quisq; dignus est supplicio, eodé afficitur. nisi malis cum Seruio interprete de Genijs sentire: cui ego hac in re libenter assentior.* Pauci læta arua tenemus.] *quia pauci apotheosin assequūtur, de qua hic proculdubio sentit, cùm de uniuersali annorum numero: hoc est, millenario uerba faciat: nā uniuersus numerus opportunè, ut Platonici inquiunt, purgandis animis accommodatur, ut significetur uniuersam corporis labem deponendam esse prius, quàm ad uniuersi perueniat principem, penes quem nihil potest esse corporeum.* Perfecto temporis Orbe.] *millenario, ut infrà:*

—— ubi mille rotam uoluêre per annos.

Concretam labem.] *quia peccatum neq; sola anima, neq; solū corpus admitti, sed utrunq; concretum, & conglutinatū.* Aethereum sensum.] *diuinū.* Aurai simplicis ignem.] *animam dicit, quæ est simplex, & ignem appellat, quia igneam esse probat. cùm uerò aurā dicit, eius diuinitatem ostendit, ut suprà dictum est.*

Nec

A —nec auras
Respiciunt. Et apud Horat.
—diuinæ particulam auræ.

Has omnes, ubi mille rotam.] numerũ annorũ ponit animarum purgationib. necessarium. & ex Platone sumptum est, ut alibi docuimus: qui ad delendam culpam numero utitur denario, cẽtenario, millenario. Deus euocat.] Mercurius. ut in 4. Aeneid.
» —ille euocat Orco
» Pallentes animas, alias ad tristia tartara mittit.
Platonici tamen id amori tribuunt. nemo enim nisi qui diligit, & charitate utitur in alios, in cœlum ascendere potest. amor, inquiunt, animas reducit in cœlũ, beatitatis distribuit gradus, lætitiam largitur æternam. Sed alia hæc est fortasse cõsideratio. Scilicet immemores.] præteritorum: hoc est, diuinæ cognitionis, quia Lethæum biberunt. Rursus & incipiant in corpora.] iuxta Pythagoræ sententiam, quam Plato uehementer secutus est.

LAMB. Hort. O' PATER.] Continuat id quod Anchises de confluentib. umbris ad Lethæum amnem responderat, eas esse uidelicet, quæ fatis iterum ex Elysio in corpora humana B mitterentur: quod Aeneæ, ut est, paradoxum uisum fuit. Disertè id itaq; diligentiùs interrogando, patri materiam nouæ narrationis contexendæ de origine & animorũ natura suppeditat. Ad cœlũ] ad superos, in uitam. quippe qui cum mortuis & inferorum sede collati, superi & appellamur & sumus: rursum inferi, cum cœlitibus cõparati. Sublimes.] Hypallage, sublime cœlum: in uitã mortalium Seruius non omnium, sed sublimium: hoc est, illustrium, interpretatur. Iterum.] Expolitio, quæ magis perspicuè præcedentem orationẽ reddit. Quæ miseris.] Ecphonesis, ex præcedentibus uerbis collecta, uariata per figurã: id est, interrogationẽ. Quasi dicat: ut ex quiete perpetua, cupide in uitam miseriarũ refertam remeare: in corpore uinciri, & quasi in sepulchro condi, & clausas teneri. Nã utroq; nomine corpus à philosophis, & item Cicerone appellatur: Qui è corporum uinculis, tanquam è carcere euolauerũt. Dicã equidem.] Promittit se dicturũ Anchises: proinde iterat attentionẽ. Seruius hic exponit hysteron proteron. Vult enim posterius hũc uersum, Dicam equidem, collocandũ. Mihi secus uidetur. Principio.] Expositurus, qui ex Elysio in corpora humana mittan-C tur animæ, altiùs orditur creationem Mundi, à Deo, & diuina magnitudine ac potentia, qui omnia gubernat, & per omnium elementorũ membra fusus animat, plantat, fouet, uegetat, & dat incrementum. Hunc spiritum uocat, Plato mentem, τὸν νοῦν: ex quo omnia uerius uitã suam hauriunt, quàm ex quaternione Pythagorico: alij animam. Compendio post enumerata elementa, sphæræ Mundi machinam complectitur, & quantum orbium intra eam circumagitur. Deinde pari breuitate omnia animantium genera enumerans, docet unde suã trahere originem. In primis autem homines hac lege generatos, ut globum illum intuentes, ex admirabili opificio ipsum opificem cognoscant, uereantur, ament ac colant. Cœlestem machinam Cicero templum uocat, quod nos intuemur. Nobis ex sempiternis ignib. quas stellas & sydera uocamus, datum animum. Stellas diuinis mentibus animatas, quæ suos circulos mirabili celeritate conficiunt. Atque illud est τὸ πᾶν, quod paucis uersibus hoc loco circumscribit. Sed singulatim Poëtæ uerba excutiamus. Principid.] Imius, & πρῶτον. Nam plena dignitatis est oratio de Deo, & rebus diuinis. Ab elementis quatuor uidetur ordiri. Sed maluit sphæram bifariam partiri, quòd unaquæq; duobus elementis constet: in cœlum, quod aërem habet & ignem: & terram, quæ aquam continet. Cœlum igitur, aërem, ignem, & cœlestia corpora nominat: terram, Mundum. Duabus uocibus cœlum, ac quicquid complectitur, expressit. Secus Asper. Sed & campos liquentes, mare interpretantur: & solem, ignem: quod mirum, cùm cœlestia corpora à terrenis separet. Omnia uult animari à Deo, quem spiritum nominat uerè, & regi. Quod si ob id per solem, lunam & stellas, ignis sit intelligendus, quod ἀπλανῶν ignea uocentur, nodus solutus est: cùm etiam ignes dicantur. Neq; uerò brachia cerea, & poma cerea, ipsam ceram: neq; marmoreum mare, marmor opinor quis dixerit. Porrò quid sit cœlum, lis est inter Philosophorum liberos: neque dum adhuc satis inter eos conuenit. Anaxagoras uoluit cœlum ex lapidibus esse conflatum, (ridiculũ) & magna circumferentia contineri: aliòqui magna ruina casurum. Plato, cœlum totius generationis causam esse, addidit rationem: boni esse, bene mereri. Genealogia cœlestis authorem Deum, summum, excelsum, uerum. Zeno sic definiuit cœlum, extremam esse circumferentiam, in qua omne diuinum situm sit. Empedocles, cœlum crystalli speciem obtinere: arboribus atq; omnis generis animalibus uestiri. Sed ualeant Philosophorum filij, cũ ridiculis quibusdam eorum somnijs. Illud simpliciùs, multó q; uerius, cœlum & uniuersam eius faciem, cui ab ornatu Mundi appellationem tribuêre, eadem ratione, qua Græci τὸν κόσμον. Dei opificium esse sphæricum, quo omnia quæ supra infráq; terram sunt, continentur, materia incognita. Propriè tamen cœlum putant templum uocari, quòd primùm id contemplemur. Veteres aërem, cœlum dixerunt. Cicero lib. 6. de Legib. terram globum, cœlestem machinam templum uocat. Et Macrob. multíq; alij indicant, Mundum rectè Dei templum posse uocari, quòd extiterint qui cœlum Deum esse cõtenderent, & ea quæ cernuntur cœlestia corpora. Ideo quicquid humano aspectui obijcitur, templum uocauit Cicero: ut summi Dei omnipotentia intelligatur. Lucentemq;.] Quid sit luna, quid Sol, uariant doctorum iudicia. Cicero sempiternos ignes nuncupat, ex quibus animus sit datus hominibus: quod ipsum astruxit etiam Aegyptiorum philosophia: hoc est, esse deos. Isidem & Osirim dictos: stellas, ignes, quarum commixtione temperata, cuncta in terris nascantur. Ergo hanc doctrinam Maro sequutus, cœlestia corpora ignes uocauit. & spiritum infusum cuncta alere. Posidonius, Solem purissimum ignem: lunæ plus terræ esse admistum, quòd terræ propior sit. Anaxagoras & Democritus lunam esse dixerunt: firmamentum ignitum, quod montes & ualles contineat. Heraclitus, terram nebula circumfusam. Pythagoras, corpus igneæ formæ: quod & Plato adstruit. Stoici igni & aëre mixtam. Xenophanes, nubem strictam, cõpressamq;. Anaximander, circulum nouies decies terra maiorem, plenum ignis, ut Solis. Deficere pro uersionibus rotæ. Circulum similem carpenti rotæ, quæ curuaturam habet concauam, unamq; expirationem ignis plenam. Lunæ natura omnium animantium corpora maximè reguntur, & plenilunio maria purgantur. nam cùm proxima terræ, planetarum infimus circumagatur uicenis octonis diebus, & horis septenis orbem suum, qua est celeritate, percurrit, quod spacium Sol toto anno semel trecentis sexaginta sex diebus & quatuor horis semel metitur. Titaniaq;.] Solis

uerius intelligo, quàm stellas: quòd Sol etiam Titan dicatur, unus nempe è Titanibus. Pausanias prodidit, Titanem creditum Solis fratrem, qui habitarit ad Asopum, à quo ipsa regio Titane dicta esset. Ipse autem existimat, uirum solertem fuisse, temporum obseruatorem. unde eum Solis fratrem uulgò dictum. Atq; hinc non obscura coniectura nascitur, astra Titania à Poëta hoc loco appellata. Spiritus.] Deus, uic, mens æterna, anima mundi. Prisci Theologi ad istum modum differebant, mentem cum syderibus esse communem. Deus, quem hic spiritum uocat, prima adeóq; unica causa est omnium rerum, tum autem princeps & origo: unde mens creata fuit ad simulacrum authoris sui. Hinc anima nascitur, respiciens postera. Rursus, qua parte intuetur, induitur, ac paulatim aspectu in corpora regrediente, in corporea degenerat. Vnde ex mentem rationẽ habet. Ex sua natura accipit sensus & incrementi præbendi seminarium: hoc est, ἀΐδιον καὶ φθαρτὸν, λογικὸν, ut solum diuinum est, ita solis diuinis aptum. ἀΐδιον uerò, καὶ φθαρτὸν, rebus conueniunt caducis: quia à diuinis segregantur. Propterea, cùm Cicero de stellis loqueretur lib. 6. de Repub. Quæ diuinis, ait, animata mentibus. Inseuit igitur homini rationem: hoc est, uim mentis, quam in capite collocant: & crescendi sentiendiq́; naturam, in corpore. Hac fit, quòd homo rationis compos, ea cæteris præstet animantibus. Hæc duo tantùm à rerum natura sunt consequuta, sentiendi crescendiq; uim. Sed quòd multa in illis rationis semina uidemus, ea non ex memoria proficiscuntur, sed ex habitu, crebra actione comparato. Tertium ordinem terrenorum corporum in arboribus & plantis, & ratione & sensu carentibus ponunt. Quoniam autem crescendi tantum natura in his uiget, uiuere tantum dicuntur. Hunc rerum ordinem hoc loco Vergilius obseruauit. Etenim mundo animam dedit, cui ut puritatem attestetur, mentem uocat. Cælum, inquit, maria & terras, & sydera, spiritus intus alit. Spiritum, animam dicit. Iam ut illius mundanæ animæ adferat dignitatem, mentem esse testatur: Mens agitat molem. Deinde ut coarguat, ea animari omnia quæ uiuunt: adiecit, Inde hominum pecudumque genus. Postremò, ut commonstret eũdem esse perpetuò in anima uigorem, sed & eius usum in animalibus tarditate corporis hebescere: addidit, Quantum non noxia corpora tardant. Atque ista quidem eruditè differuntur à Macrobio.

Principio.] Compositio dulcis, non dura: matura itẽ, non tarda, neq; præceps: non hiulca, sed densa & plena. Verborum namq; inter se positio, & syllabarum connexio eiusmodi est, ut neq; omnino sit leuis, neq; nimis grauis, minimè uerò aspera. Quo fit, ut totus hic locus plenus sit & grauitatis & dignitatis. Alit.] De anima mundi fabricatione, quo pacto illa per numeros sit contexta, qui à pari & impari cubum: id est, perfectionem solidam efficiunt, disputat Timæus apud Platonem. Artus.] membra Mundi, quæ quatuor sunt elementa, quibus corpora sunt composita. Molem.] Sphæricam Mundi machinam, cum orbibus & circulis, eorumq; lucentibus corporibus. Hæc lusit nobis Deus esse in tempora, momenta, dies, menses & annos. Orbes planetarum contrario cæli motu ab occasu in ortum uertuntur, qui tamen unà cum primo mobili & firmamento mirabili celeritate ab ortu in occasum simul rapiũtur. Magno corpore.] in magno corpore machinæ mundanæ, quam ob immensam propè uastitatem disertè magnum uocat. Inde.] uel ex quatuor elementis, uel à Deo. Animantium genera omnium duobus uersibus complexus est. homines, terrestria animalia, uolatilia, & pisces. Hæc ex quatuor elementis composita, & à diuina mente animata dicit. Marmoreo.] A' colore, non à materia, mare marmoreum appellat. Monstra, diuersas piscium species, quæ innumera sunt. Pontum dixit, speciẽ usurpans pro genere. Igneus.] A
à natura & origine animorum, & uitalitatis in animantibus. Quàm autem diuersæ fuerint de animæ hominis natura inter ueteres philosophos sententiæ, docet Macrobius libro 1. commentariorum in Somnium Scipionis, & Laërtius in uitis Philosophorum. Locus postulat dissidentium de ea sententiarum aliquantum enumerationem. Plato philosophorum princeps dixit, essentiam esse se mouentem: & addere debuisset fortasse, per quam corpus mouetur. Xenocrates, numerum se mouentem. Aristoteles ἐντελέχειαν: in cuius uocabuli explicatione dissensus olim est Cicero ab Angelo Politiano, aduersus sycophantias quorundam. Pythagoras & Philolaus, animam esse uoluerunt harmoniam: Posidonius, ideam: Asclepiades, quinque sensuum exercitium sibi consonum: Hippocrates, spiritum tenuem per corpus omne dispersum: Heraclides Ponticus, lucem: Heraclitus Physicus, B
scintillam stellaris essentiæ: Zenon, concretum corpori spiritum: Democritus, spiritum insertum atomis: Critolaus Peripateticus, constare eam ex quinta essentia: Hipparchus, ignem: Anaximenes, aëra: Empedocles & Critias, sanguinem: Parmenides, ex terra & igne: Xenophanes, ex terra & aqua: Boëtus, ex aëre & igne: Epicurus, speciem ex igne, aëre & spiritu mixtam. Atque hæ quidem sunt classicorum philosophorum de animæ natura sententiæ. At Poëta nunc in uniuersum loquitur de omnium animantium uitalitate & uegetatione, nedum de homine tantùm. Vitas eorum, scintillas & cælestem originem dicens: hoc est, animari plenitudine numinis, quod immensum est, omnipotens, uiuax, uerum, cuius terra & cæli sunt plena. Vigor horum seminibus hoc uerbo inditum est: פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת הָאָרֶץ וְכִבְשֻׁהָ

Quantum.] Nam cori usus eius temporum partim, partim ingenij aliquorum iniuria hebescit & fit tardior. Quare disertè addit Noxia, uel senio effœta, uel aliquo naturæ priuata uitio laborantia. Hebetant.] hebetes fiũt, uel hebetantur: genus pro genere. Iã ne qua obscuritas uerbis relinquatur, planius expolit, tũm dicit Moribũda: id est, senescẽtia, ac paulatim senio ad mortẽ properantia Senia exhauritur succus uitalis ex frigiditate sanguinis. At anima æquè persistit uiuida, uegeta, alacrisq;, etiã corpore exoluta: sed deficit corpus, frãgiturq;, & ad postremũ corrumpitur. Hinc metuũt.] Melior & castigatior lectio esse uidet, Hic metuũt. Quàm diu n. anima corporib. illigata est, his uerberationib. quatitur, ut corporũ motus. Et enim quid aliud sũt πάθη, quã animi uerberationes & subiti motus, quib. cæditur, quoties res bona aut mala oblata impellit ad agẽdũ. Sũt aũt quatuor præcipua affectuũ genera, lætitia, spes, dolor, metus. Hi affect⁹ ita opponũtur, ut bini inter se cõparentur: duo boni, quorũ alter præsens, alter futurũ tẽpus respiciat: totidẽ mali, & eadem tẽpora spectantes. Lætitia est, præsenti bono frui: Spes est futurum bonum persequi: Dolor est, præsens malũ auersari: metus, futurũ imminẽsq; malũ fugere. Extra hos affectus, alij sunt durabiles, qui in uoluntatis habitu collocantur. Huius generis sunt, odiũ, iracundia, misericordia, amor, & similia. C

Sed

A Sed passiones illas quatuor, ex corporum coniunctione & hebetudine animorũ proficisci uolunt: sed quæ tamen, animis è corpore auulsa, intermoriuntur. D. Augustini sententia est, eos toto cælo errare, qui omnia animæ mala ex corpore existimant prouenisse: licet heroicis planè uersibus, Platonis sententiam sequutus, id astruat Maro.

Nec auras respi.] Pythagorici, ac mox Platonici, duas mortes olim prodiderunt: alterã animæ, alteram animalis. Mori autem tum animal credebatur, cùm anima, è corpore emigraret. Contrà uerò, tũ intermori anima, cùm à suo principio & origine in corpus demergeretur. Prior mors nuda est, & communibus sensibus exposita. Posterior à sapientibus disputatur in philosophorum gymnasijs, quã uulgus uitæ nomine appellet tantum, & admiretur. Morte animalis (ut sic loquamur) liberatur anima, & ad cælestẽ patriam remittitur, ubi uera uita est. Altera uerò morte, anima impelli ab immortalitate in has tenebras putatur. Quare in corporis clausa carcere, eiusq; uinculis cohercita, per terrenas curas ad cælestem οὐσίαν hallucinatur. Atq; illud est quod Poëta dicit:

B ——nec auras

Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.

Ideo Græcis corpus à uinculo nomẽ habet, δέμας, δέμος: & σῶμα, quasi σῆμα, α in η uerso. Ciceronis uerba hoc loco & sententiam expressit. lib. de Rep. 6. Qui, inquit, è corporum uinculis tanquam è carcere euolarunt. Vestra uerò quæ dicitur uita, mors est. Idẽ Africanus monet pòst, animum retinendum paulò esse in custodia corporis.

Quin.] Occurrit tacitæ cogitationi: Ergo hac custodia liberatæ, rectà ad originis suæ principia reuertuntur sordibus purgatæ? Non, ait: nam anima patriæ suæ oblita, longo usu exitum horret: corporis sordibus immersa, propemodum in pecuinam naturã est transformata. At hora fatali, cùm emigrare, uelit nolit, cogatur, per indignationem discedit. Imò, inquit, ne post mortem quidem potest à corpore recedere: sed aut circa cadauer suum obuersatur, aut noui alicuius corporis captat domicilium, nõ humani tantùm, sed bellnini etiam, cuius naturã in hac uita exercuit: quæuis potius perpessura, quàm ut in cælũ reuertatur, quod multis de causis deseruit. Hæc & alia Macrob. Sed uideamus porrò cætera, quæ huc quadrant. Vita.]

C id est, ubi iam anima deseruit corpus, non emaculatur statim ijs sordibus, quas corporis commercio contraxit. Atq; eandem sententiam per expolitionẽ bifariam extulit. Eas sordes & malum uocat, & pestes corporis, uetusta auxesi: corpus enim illis inficitur. Relinquitur ergo, longa mutuæ consuetudinis consociatione, horrenda multa animi uitia inolita, quæ post mortẽ difficulter eluantur. Itaq; stabilit è philosophorum, maximè Platonis doctrina, locum ac sedem post mortem purgationi destinatam. Inolescere.] Ex Ennio uersus sumptus est. Ergo.] Quid igitur reliquum est, nisi ut expientur supplicijs contagia? Pœnas dicit expiatorias, quibus expurgatæ ad sua principia remigrent puriores. Tria potissimùm enumerat pœnarum genera, ignem, aquam, & uentũ, quibus dicit eas expiari. Et hanc doctrinam tuebãtur Esseni, teste Iosepho: corruptibilia quidem esse corpora, materiamq; eorum esse perpetuam: uerùm animas esse immortales, de æthere subtilissimo esse profectas: quasi carceribus ita corporibus implicari: quippe quas illecebra naturalis attraxerit. Cùm uerò fuerint carnalibus uinculis exutæ, ceu longa seruitute liberatæ lætas, sublimes ferri: ac iuxta Græcorũ sententias, ultra Oceanũ degere, ubi ijs sit reposita fruitio. Ibi regionẽ esse, quæ neq; imbribus, neq; niuibus, neq; æstib. aggrauetur quidem, sed quã Oceano oriens Zephyrus placidè spirans amœnet. Contrà, malis turbulenta loca destinata, gemituum & pœnarũ plena. Suspensæ.] Forsan manem gloriam sequutæ. Ventos uidetur aërem uocare, quẽ nos spiritum dicimus. uitalis hic est, & cuncta permeat, cuius ui terra suspensa in media unà cum aqua libratur. Ventorũ & humidorum regnũ est aër. calidus & humidus indicatur. Hac natura ij maximè esse censentur, quib. ea cõmotione sanguinis calidi & spirituum, uulgò sanguineis nomen est. Hi quoniam spermatico humore abundant, irati placantur illicò. Horum animorũ sordes uidetur dicere, aëre purgari. Ad cõsimilem modum, melancholicos, qui sicci sunt, & frigidi, terra. ea enim illarũ est qualitatũ. Sub aqua, cuius crassissimum in terram transmutatur, hæc ipsa cõprehenditur. Et ut cætera huius generis prosequamur cõpendio: aqua frigida est ac humida, cuius cõplexionis sunt phlegmatici. Cholerici, cum igne communes qualitates habent, calidum nempe & siccum: quare purulentiæ talium igni exuruntur. Hæc nostro iudicio physicis accõmodatiùs dicuntur, quàm Seruiana illa de μετεμψυχώσεω, in pisces, monstra marina, & cælestia corpora. Infectum.] quo animæ infectæ sunt. Quisq; suos.] quam ecphonesin ita explicant, quasi significet, unumquemq; sua supplicia dare. At Macrobius ita exponit: Si uerè quisq; suos patimur manes, & inferos in his corporib. esse credimus, quid aliud intelligendum est, quàm mori animam, cùm ad corporis inferna demergitur: uiuere autẽ, cùm ad supera post corpus euadit? Sed de genijs magis placet. nam priscorum opinione singulis mortalib. bini genij attributi credebantur, certatim ad bona malaùe suos extimulantes. Exinde.] Vbi ad istum, quem dixi, modum fuimus perpurgati, in Elysium transimus. De Elysio aliàs retulimus. Pauci læta.] At superior Africanus apud Ciceronem. Sed quo sis Africane alacrior ad tutandã rẽpub. sic habeto, inquit: Omnibus, qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo definitum locum, ubi beati sempiterno æuo fruantur. Nihil est enim illi principi Deo, qui omnem Mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Earum rectores hinc profecti, huc reuertuntur. Hactenus ille. Ergo sapientes soli & ciuitatum rectores, etiam in corpore, cælũ ipso respectu obtinentes, etiam post corpus, cælestem patriam repetunt. Pauci.] Nam damnatorũ animabus reditus præclusus est ad corpora: uel qui non ad plenum expiãtur, repetunt noua corpora. Donec.] Seruij subtilem interpretationem nõ apprehendo satis, cùm nudior sit sententia, quàm ut obscuris inuolucris egeat. Tã diu, inquit, hæremus in Elysio, post aliquanti temporis pœnas, donec tẽpus à Deo principe præstitutũ, nobis attractam labẽ absterserit, & anima iã perpurgata fuerit. Proinde tẽpore opus est pleno & absoluto ad emaculationẽ, priusquã ex Elysio ad amnem obliuionis deducantur. Prodigiosum commentum de μετεμψυχώσεω.

Longa.] tempus uocat, ad eam expiationem præstitutũ, quo sordes eluuntur. Periphrasticè animæ substantiam circumloquitur, cùm modò purũ æthereum sensum, modò auræ simplicis ignem uocat. Aurai.] Vetusto more soluit diphthongum. frequens est Lucretio. Has.] animas mille exactis annis Deus ad Lethen uocat, ut omnium rerum obliuionem imbibant. Mille.] Perfectionẽ rursum

 signat,

» *signat, ut suprà: Centum errant annos. Hac uult animas emaculari, ut quicquid labis adhuc inhæreat, prorsus auferatur. Denarius perfectus numerus centenarium producit. Centum decies sumptum, millenarium gignit.* Con- A uexa.] *A' causa finali, ut in uitam reuerti cupiant, & alia corpora induere. Conuexum concauo oppositum est.*

ARGVMENTVM.

Anchises, declarata quæstione de animorum reuersione in aliena corpora, Aeneam, & Sibyllam in mediū animarum conuentum protrahit, ipseq; paulò altiorem locum ascendens parat se ad ostendendos illis Troianæ stirpis nepotes.

Dixerat Anchises: natumq́; unaq́; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq́; sonantem:
Et tumulum capit, unde oēs longo ordine posset
Aduersos legere, & uenientum discere uultus.
Nunc agè, Dardaniā prolem, quę deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustreis animas, nostrumq́; in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

NASC. CONVENTVS trahit in medios.] *animarum. ideo sequitur:* Turbamque sonantem.] *id est, frementem, ac murmurantem. ingens enim fremitus est, ubi ingēs est hominū multitudo.* Et tumulum capit.] *melius uidet, qui altè conscendit.* Longo ordine.] *ut erant in campis Elysijs.* Legere.] *uidere ut,*

» *——quin protinus omnem*
» *Perlegerent oculis.* *ex Nonio Marcello*

Nunc agè, Dardaniā prolem.] *attentum, docilemq́; facit auditorem. nam magnis de rebus, & ad Aeneā ipsum, qui audit, pertinentibus se breuiter uerba facturum pollicetur. Albanos autem reges designat, ut etiam interpres admonet, quare subdit:* Itala de gente.

LAMB. Hort. HACTENVS, *qua potuit breuitate, περὶ τῶν μετεμψυχώσεων. Nunc transitionem parat ad ea, quorum causa tota hæc κατάβασις ad inferos instituta fuit: hoc est, ut stirpem Aeneæ, Albanorum uidelicet illustriores reges primùm, inde Romanorū proceres celebret. Postremò, quo in Augusti laudes ita digrediatur, ut illius causa maximè totus hic catalogus contextus uideri queat. In huius encomio ad adulationem usq; immodicus est, dū gestis amplificandis eū dijs parem facit. Sed cùm omnino tamen cōsilium staret, tantū principem uehere, non potuit commodiorem occasionem quàm hoc cōsilio, captasse. Nam dum Anchisen per singula filiū circumducentem, & posteritatem narrantem introducit, plus authoritatis, minorē adulationis speciem sapiunt nimiæ illæ & immodicæ decātatæ laudes, quàm si sub Poëtæ persona celebratæ fuissent.* Dixerat.] *περὶ τῆς μετεμψυχώσεως. Et ut uerba sua de reditu animorum in corpora re præsenti confirmet, monstrat illi turbam id genus, antequam eum suorum posterorum seriem edoceat.*

Conuentus.] *multitudinem, frequentem umbrarum numerum, quem per synonymiam turbam sonantem* B *uocat: alludens ad naturā rei. Turbæ sua multitudine strepunt, fremuntq́. Siue quòd animæ, ut sunt substantiæ incorporeæ, sonum edant tantum.* Tumulum.] *Accommodati rebus humanis, cùm alioqui spiritus oculis corporis sua natura subijci nequeant, nisi corpora qualiacunque induti.* Aduersos legere.] *ante oculos positos circumlustrare. Quæ recognoscuntur, oculis percurrimus: idq́; legere uocamus.* Nunc agè.] *Redintegrat docilitatem, qua, quid nunc eum sit edocturus, proponit. Sunt autē potissimùm tria: posteritas, posterorūq́; laudes, & uirtus, & fata Aeneæ de bellis ingruentibus.* Dardaniam.] *Troianam: antonomasia, posteros Aeneæ. Albanos reges, & Romanos.* Animas.] *Appositio* Gloria.] *ex rebus præclarè gestis. Nam harum quoq; singulis propè adijciet mentionem.* Nepotes.] *Romani, qui ex tuis posteris nascentur, & qui Romano nomine appellabuntur.*

Expediam.] *quasi breui enumeratione percurram.*

Te tua.] *Postremò, quæ bella tibi gerenda erunt: & eorum quis sit futurus exitus.*

ARGVMENTVM. C

Pater Anchises posteros ab eo descensuros Aeneæ ostendit. auspicatur autem à Syluio Aeneæ posthumo ex Lauinia filio, & in Marcellum Octauiæ sororis Augusti filium desinit. itaq;, qui rem optimè considerabit, omnem ferè Rom. historiam ab Aeneæ aduentu in Italiam, vsq; ad Virgilij ætatem inuerso licet ordine temporis, summo tamen iudicio structam esse reperiet. nam cùm ad promerendam Augusti Cæsaris gratiam ista potissimùm scribantur, post Romuli vrbis conditoris mentionem, ad Iulij, & Augusti Cæsaris laudes celebrandas illicò descendendum fuit, præsertim cùm nullus existeret alius, qui sanguine Aeneæ coniunctior esset Iulio Cæsare: qui à Iulio Ascanio se ducere originem iactabatur, ideoque etiam Venerem, vt Tranquillus ait, impensè colebat, literasq; suas sæpius signo Veneris obsignabat: non enim Romani omnes à Troianis originem habent. quamobrem licet & alios nonnullos ad indicandam Romanæ reip. excellentiam Poëta celebrat, gloria nominis, & virtutis clarissimos: qui ante Iulium, & Augustum Cæsares longo temporis interuallo floruerunt, tamen summo consilio Iulium, & Augustum, vtpote Aeneæ sanguine propinquiores priore loco nominauit. hanc historiam plurimi cùm Græci, tum Latini perscripserunt. Sed illud obseruandum in primis est diligenter, quod cùm Romanorum genus, præsertim Augusti Cæsaris, Poëta doctissimus extollere, ac supra quàm credi potest maximum ostēdere vellet, in eo describēdo τὸ πρέπον personarum in primis, ac loci seruare voluit. Nam & narrationem Anchisæ tribuit, & Aeneam, ac Sibyllam audientes facit, & in Elysijs campis, quibus nullus est excellentior locus, nomina Romanorum ostendit.

Ille (uides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras

NASC. ILLE, uides? pura iuuenis qui ni- titur hasta.] *hūc innuit fore bellicosū, & fortissi-*

Aethereas Italo †commixtus ſanguine ſurget
Syluius, Albanum nomen, tua poſthuma proles,
Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx
Educet ſyluis regem, regumq; parentem:
Vnde genus Longa noſtrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor: & qui te nomine †reddet
Syluius Aeneas, pariter pietate, uel armis
Egregius, ſi unquam regnãdam acceperit Albam:
Qui iuuenes, quantas oſtentant, aſpice, uires.
†At qui umbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, Caſtrumq; Inui, Bolamq; Coramq;.
Hæc tũ nomina erunt, nũc ſunt ſine nomine terræ.
Quin & auo comitem ſeſe Mauortius addet
Romulus, Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater
Educet, uiden' ut geminæ ſtant uertice criſtæ?
Et pater ipſe ſuo ſuperûm iam ſignet honore?
En huius nate auſpicijs illa incyta Roma,
Imperium terris, animos æquabit Olympo:
†Septem quæ una ſibi muro circundabit arces,
Fœlix prole uirûm: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omneis cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes.
Huc geminas nũc flecte acies, hanc aſpice gentem,
Romanosq; tuos: hic Cæſar, & omnis Iüli
Progenies, magnum cœli uentura ſub axem.
Hic uir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis,
Auguſtus Cæſar, diuûm genus, aurea condet
Secula qui rurſus Latio, regnata per arua
Saturno quondam, ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium: iacet extra ſydera tellus,
Extra anni, Solisq; uias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc, & Caſpia regna
Reſponſis horrent diuûm, & Mæotica tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.
Nec uerò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit †æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis uictor iuga flectit habenis,
Liber, agens celſo Nyſæ de uertice tigres.
Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis?
Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines, incanaq; menta
Regis Romani, †primam qui legibus urbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Miſſus in imperium magnum: cui deinde ſubibit,
Ocia qui rumpet patriæ, reſideſq; mouebit
Tullus in arma uiros, & iam deſueta triumphis
Agmina: quem iuxtà ſequitur iactantior Ancus,
Nũc quoq; iam nimiũ gaudens popularib. auris.
Vis & †Tarquinios, animamq; uidere ſuperbam
Vltoris Bruti, faſceſq; uidere receptos?
Conſulis imperium hic primus, ſæuaſq; ſecures
Accipiet, natoſq; pater, noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit:
Infœlix, utcunq; ferent ea †facta †minores.
Vincet amor patriæ, laudumq; immenſa cupido.

A *ſiſsimũ uirũ, quaſi haſta donatus, quæ, ut inquit Sex. Pompeius, ſignũ præcipuum eſt ſumma armorũ, atq; imperij. ad eũm Carthagineſes bellũ cum Romanis gerere ſolebant, Romam haſtam mittebant, & Romani fortes uiros ſæpe haſta donarũt. hæc ille.* Primus ad auras.] *quia prim⁹ fuit Aeneæ filius poſt eius aduẽtum in Italiã. nã Aſcanius ante raptũ Iliũ ex Creuſa nat⁹ erat.* Italo cõmiſt⁹ ſanguine.] *quia ex* B *Lauinia Latini filia ſuſceptus eſt.* Tua poſthuma proles.] *Variãt antiqui ſcriptores in genere huius Syluij deſcribẽdo. nã Liuius Aſcanij filiũ fuiſſe ſcribit: Dionyſ. uerò Halic. ex Aenea natum memorat: cuius opinionẽ ſequitur hic Poëta noſter. Sed utcunq; eſt, in ſyluis natũ, interq; paſtores eductum una omnium opinio eſt. adeas interpretes alios, quib⁹ hæc potiſsima cura fuiſſe uidetur declarãdæ hiſtoriæ: nobis autem, ut ſæpius admonuimus aliud conſiliũ eſt.* C Proximus ille Procas.] *Syluio proximus, in campis Elyſijs. ſic ego interpretor, quod facilè indicat uox, Ille: quam demõſtrãdi poſitam eſſe opinor. nam proximus tempore dici non poteſt. nam à Syluio ad Procam anni interfuerunt ferè trecẽti, niſi genere proximus intelligere mauis.* Troianæ gloria gentis.] *quia ex eius potiſsimùm ſanguine orti ſunt Romani, qui gloria uirtutis ſuæ, & imperij magnitudine Troianorũ gloriam, unde originẽ trahebant, illuſtrarũt.* Et qui te nomine reddet, Syluius Aeneas.] *hic, Liuio, & Dionyſio auctoribus, Syluij in ſyluis nati filius fuit.* Pariter pietate.] *Aeneam Syluium cũ Aenea cõparat: quorum utrunque cùm à pietate, tum etiã ab armorum peritia, & gloria commendat.* Si unquã regnãdam.] *magna cum difficultate hũc Syluium regnaturum innuit. Sed adeas interpretes.* Quãtas oſtentant, aſpice uires.] *ex effigie corporis iuuenum uirtutem per coniecturam extollit.* At qui umbrata gerunt.] *ſi ita legas, alios haud dubiũ quàm Syluios duos intelligit: qui uerò ſint hi, ingenuè fateor me neſcire. Si uerò, Atque umbrata gerunt, copulatè legeris, ut antiqui codices habent plurimi, de illis profectò intelligendum eſt. ſed uulgata lectio mihi magis arridet.* Ciuili tẽpora quercu.] *Latini ſcriptores, qui de coronis uerba fecerunt, querceam coronam olim illis dari ſolitam fuiſſe ſcribũt, qui ciuem in prælio ſeruaſſent, uerùm quia horum hiſtoria ignoratur, quid conijciam, neſcio, niſi fortè Poëta hos quercu coronatos fingat, quia urbes munitas condiderunt, ſicq; ciues ſuos ab hoſtium incurſantium manibus liberarunt. nam ſubdit:* Hi tibi Nomẽtũ, & Gabios, urbemq; Fidenã.] *Hæ urbes priſcorum*

†al. Commiſtus
†al. reddat,
†al. Atqui
†al. Septẽq;
†al. aëripedem
†al. primus
†al. Tarquinios reges, animãq; ſuperbam
†al. facta
†al. nepotes:

Orpheum omnes Thraciæ mulieres quodam furoris œstro extimularit. Caput ab illis è monte in mare proiectum, fluctuum reciprocatione in Lesbum delatũ fuit, & ab eius insulæ incolis humatum. Ob quod beneficium hanc uicissim gratiam ualêre, ut Lesbij ad artem Musicam ingeniosissimi euaserint. Porrò autẽ ipse Orpheus ἐν τῷ περὶ λίθων de se narrat, qua fortunæ benignitate à canibus seruatus aliquando adolescens fuerit. Aues canibus uenari solitus erat. Euectus ad consuetum aucupiũ, in nescio quod promontorium, prædæ se intentum ibi cœpit componere. ubi draco ingens in incautum impetum fecit, & spiris multiplicibus adolescentem corripuit. Canes assueti herum sectari, auxilio accurrunt, eumq́ necato dracone præsenti morte liberarunt. Numeratur hic inter eos, qui studiorum causa Aegyptum adierunt. Huius inuentum traditur, harmonia concentusq́ orbium cœlestium. Summum eius ἄφανον, infimum terrenum: superesse autem sonos septem.

Veste.] à uestitu & corporis habitu decora, & functione sacerdotali, seu potius professione. Instituisse creditur diuersas ceremonias. Quamobrem ab Horatio sacer deorum interpres appellatur. Tum autem, quòd homines syluestres à fœdo actu deterruerit, syluas, tygres, & leones cithara suæ cantu mansuefecisse dictus fuit. Septem.] Chelyn septem neruorum à se inuentã in refluxu Nili, Mercurius Orpheo tradidisse dicitur: nonnulli Apollini, à quo Orpheus acceperit. Rursum fabulantur lyram hanc è bubulis cornibus factam, cui adaptarit ipse septem chordas, ad septem Atlantidum numerum, in gratiã matris Maiæ. Postea ob nouem Musarũ dignitatem, duas accessisse. Obloquitur.] dixit: pro, occinit modulis. ut simul intelligamus, eum & cantasse & pulsasse fides. Eburno] A' materia. Hodie nullo adhibito instrumento, neruos digitis, ut in testudinibus solũ pulsant. Hic.] Quãuis Poëta habita argumẽti sui ratione, heroas & semideos ad inferos relegat: ita tamen collocat eos, ut à cœlo non abducantur, ubi aër purior est, ubi Elysium, ubi Solem norunt sua sydera. Duplicem igitur obseruationẽ proposuit, & figmentũ poëticum, & philosophicam doctrinã. Obseruare hîc conuenit, Poëtam tantũ eos hoc loco & in sequẽtibus celebrare, qui gentis Troianæ authores fuêre: & qui ab Aenea & eius posteritate, Romani sunt orti. Primo loco igitur ponit gentis Troianæ primos conditores, Teucrũ & Dardanum: quorũ ille posterius è Creta: his multo antè ex Italia, cæso fratre Iasio, primùm in Samothraciã, inde in Phrygiam delatus fuit. de his in tertio fusissimè est narratum. Ilus.] Genealogiam Dardani, eiusq́ posterorum Aeneas refert apud Homerum, Iliad. 20. cum Achille cõgressurus: simul narrans splendidè à quàm humilibus principijs paulatim urbs Troia creuerit:

» εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς
» ἡμετέρην γενεήν, πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν.
» Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,
» κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
» ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
» ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπίδακος Ἴδης.
» Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
» ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.

Et paulò pòst:

» Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα.
» Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
» Ἶλός τ', Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
» ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.

τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν, "
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. "
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα. "
Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε, "
Λάμπον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, "
Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν, ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα. "
αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης.—— "

A

Fuit igitur Ilus Aeneæ proauus, qui regiam urbem de se Ilium nuncupauit: cuius filius Laomedon eam cingere muris adortus, Apollini & Neptuno mercedem pactus id negotij dedit. Porrò autem, quo pacto eos ludere sit conatus, & dij uicissim iniuriam sint ulti, alio à nobis loco est memoratum. Sed de nomine Ilij diuersa est sententia. Suid. κατὰ δὲ τὴν Φρυγῶν χώραν, inquit, Τρὼς ὁ πατὴρ Ἴλου καὶ Γανυμήδους ἐβασίλευσεν, κτίσας τὴν μὲν Τροίαν εἰς ἴδιον ὄνομα, τὸ Ἴλιον δὲ εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Alios qui Ἶλος, σειλαδός, ἰλαδός, Διοραμμηνός. Magnanimi.] Appositio. Nati.] fœlicioribus temporibus, quàm Priamus, Aeneas, & alij, qui bello Troiano interfuerunt. Propter eorum temporũ calamitatem, hanc addit ecphonesin. Dardanus] Primæ conditionis authorem nominatum celebrat, qui de se uniuersam eam regionem Dardaniam, alijs nominibus ultrò citroq́ deletis, appellauit. Condidit hic urbem primus Dardaniam, ubi fato defunctus & sepultus fuit. Postea à Troë Troia: & ab Ilo postremò Ilium urbs fuit appellata. ὕστερον γὰρ καὶ ἡ Δαρδανία, καὶ ὁ Ἴλιος, καὶ ἡ Τροία, μία πόλις γεγόνασι, inquit Lycophronis enarrator. Arma.] A' signis pacis, qua illi suauissimè in uita freti essent. Notum satis ex Homeri Iliade, ijs temporibus, & posteris item, morem tenuisse, ut in prælijs duces maximè è curribus pugnarent. Enumerat quatuor potissimùm pacis ac temporũ à bello pacatorũ argumenta: arma, currus inanes hastas solo defixas: & pascentes liberè, nulloq́ hostium metu per campos, equos, quod pacis cum primis est signum. Quæ gratia.] A' studio & uiuentium artibus, quas etiam post corpus exercent. Platonici astruunt, animas ijs delicijs post mortem excarnificari, quibus superstites intemperantiùs deditì fuêre. Vnde Tantalum à luxu constringi: contrà, claros uiros suarum sequi recordationem uirtutum. Aliqui hîc exponunt endyadin: pro armatos currus, siue armatorum uirorum currus. At mihi ita rectiùs uidetur explicandum per Zeugma, Mirontur currus inanes: hoc est, bellatorũ uacuos, & arma inania. Liberum igitur super hoc sit uolentibus expendere. C

Currûm.] pro curruum, syncope: sicut in Repostos, pro repositos, sepultos in terra: uel apud inferos & in Elysio uersantes. In uniuersum complectitur reliquam beatorũ spirituum turbam, quam ita propositam particulatim iam inde distribuit. Fingit autem Poëta rursum omneis hîc eo studio distineri, quo in rebus humanis religiosè & pijs officijs se exercuerunt: contentos tenui uictu, & cantu Deum colentes. Et regionem longè amœnissimam his tribuit, ac syluam fluminibus irriguam. Pæana.] hymnum, acclamationes, ἐφύμνιον, ac laudes Apollinis. Duo Pæanis genera ueteres celebrarunt maximè: unum bellicum, ante pugnam, cùm classicum caneretur: alterum, ubi uicissent. Itaq; duplicem Pæana canebant: ante bellum, Marti, post bellum uerò, Apollini. παιανίζειν, authore Varrone est uitulari, quod in sacris quibusdam pontifex facere consueuit: hoc est, lætari. quam significationem hoc loco disertè expressit, cùm lætos in choro eos canentes faciat. Græcĩ etymologici interpretantur, τὸν παιᾶνα ἐπιπαιᾶνιδαι

id est,

A id est, Paeanem inuocare. Quare inter alia cognomina, Apollo etiam Paean appellatus fuit. Et sicut ἰητὴρ ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, à sanando, ita Paeanem ἀπὸ τοῦ παύειν dictum uolunt: quasi παύοντα τὰς ἀνίας, à confringendis doloribus. Virgines Vestales ita indigitare consueuêre, Ἰὴ παιάν, Iee Paean: hoc est, medere Paean. rursum Iùs & Ieius ab iniendo, Ἰὴ: tum autē ἀπὸ τοῦ παίειν: id est, à feriendo, quòd Pythonem serpentem terribilem percusserit, nomen habere existimatur: quo utebantur, cùm malum aliquod deprecarentur. Verùm cum bonam corporis ualetudinem precarentur, Ἰὴ παιάν, identidem obtrudebant: quod quidem perinde est, ac si dicas, medere Paean. Multa huc spectantia de huius uocabuli natura disseruntur apud Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 17. Itaque Apollinem ista multitudo cantu celebrat, quòd in eius maximè tutela sint. Sunt autem sacerdotes, uates, quos Graeci προφήτας uocant, poëticae & artium pulcherrimarum inuentores. His adiungit ab illis diuersos quosdam, optimè in uita de suis meritos & pios in patriam. Inter.] Α' loco: in laureto, propter Apollinem, cui ea arbor dedicata est, propter
B eius uim futurorum praesciam. Hic collocat maximè uates & sacerdotes castos, quos is Deus tueri credebatur.

Odoratum] dixit pro odoriferum. Eridani.] Padi fluuij. Hunc nonnulli Nilum, complures Oceanum esse uolunt. Fluminum omnium in Europa, praeter Istrum, maximum est. Oritur ex Apenninis in gremio Vesuli montis, primùm angustiis profluens alueis: inde breui cursu triginta amnibus auctus, diffundit se in Hadriaticum septem ostijs. Amnium praecipui sunt, & lacuum, qui in Padum euoluuntur: Verbanus, Larius, Sebinus, Eupolis, & Benacus. unde Ticinus, Abdua, Ollius, Lambrus, & Mincius. Hinc ea Italiae pars, quae inter Alpes & Padum, ubi Mediolanum est, interiacet, Transpadana appellatur Romanis: altera autem, quae inter amnem & Apenninum media est, Cispadana. Α' Graecis ἠριδανὸς uocatur. Oriente canè augetur, niuibus liquatis, agris quàm nauigijs torrentior, nil tamen ex rapto sibi uendicat. Plena huius amnis descriptio extat apud Plinium lib. 3. cap. 16. Idem author est lib. 2. cap. 103. Padi fontē hoc miraculi habere, ut medijs diebus aestiuis uelut interquiescens, semper areat. Au-
C rum effundit quemadmodum Hebrus Thraciae, Pactolus Asiae, & Ganges Indiae fluuius. Plurimus.] ingens: Nulli amnium claritate inferior, inquit Plinius. Hunc ab inferis ad superos uolui ob id fingitur: siue quòd ex fonte iugi Apennini in superum mare eijciatur: siue quòd in coelū translatus existimetur. Eridanus.] Fabulantur Phaëtontem, cùm currum paternum per inscitiam altius humiliusue quàm conueniebat, rexisset, & iam suprà infraq; omnia conflagrarent, in Eridanum, amentia externatum decidisse, & Iouis fulmine percussum. Hoc autem incendium, quo uniuersa rerum machina arsit, ut extingueretur, toto Orbe confluxêre amnes, quorum inundatione, quantum hominum erat, extincti fuerunt, extra unum Deucalionem & Pyrrham eius uxorem. Hac fratris calamitate sorores consternatae, cùm lugendi flendiq; nullum facerent finem, in populos mutatae sunt: lacrymae uerò earum in electrum induruerunt. Heliades dictae, ἀπὸ τοῦ ἡλίου τοῦ πατρός. Huius propinquus Cygnus, qui tum Liguribus imperabat, quia & ipse luctu contabescebat, in cygnum uersus fuit. Ipse porrò Eridanus in coelo collocatus creditur. Sydus est stellis frequens, cui subiectus est Canopus splendens: ideo Nilus esse putatur. Tangit temonem nauis. Oritur à sinistro pede Orionis, & peruenit usq; ad pistricem. Inde rursum ad leporis usq; pedes diffunditur: tenditq; ad arcticū circulū. Simulacrum huius, circulus hyemalis intersecat, ab eo loco ubi ceto coniungitur. Oriente scorpione cum sagittario, occidit, cum gemino & cancro exoriri uidetur. Fabulam cultissimis uersibus cōplexus est Germanicus Caesar in Phaenomenis Arati:

> Planxêre ignotis Asiae Phaëtontidis undis:
> Eridanus medius liquidis interiacet astris.
> Huius pars undae laeuum ferit Orionis
> Lapsa pedem, procul amotis qui piscibus usus,
> Vincula coniectat nodus cristam super ipsam,
> Aequore Pistris adit, sunt illi libera coelo
> Sydera nonnullam specie reddentia formam.
> Sub leporisq; latus uersam, post denique puppim
> Inter & Eridanum flexusq; cauumq; carinae.
> Atq; haec ipsa notat se nullam ferre figuram.

Aratus Eridanum proximè cetum collocat in coelo. Ideo hunc Eridanum labi dicit Poëta, quod Phoebo Apollini, ob Phaëtontem in eo submersum, dedicatus sit, ut omnia hic illi conueniant: Spiritus hymnus lauri nemus, Eridanus Hic manus.] Inter gradus pietatis numeratur, pietas in patriam, pro qua non fortunae tantùm sunt ponendae, uerùm etiam fortiter pugnando moriendum. Secundū deum enim, & parentes, plurimum loco debemus ubi nati sumus, ubi educati, qui nos suo sinu excepit, conseruauit, & in uiros prouexit. Huic fraterna charitas etiam libenter cedit. Etenim domo subuersa, incolumis manet reipub. status: at urbis ruina, domum, larem, penates, & omnia secū trahat necesse est. Pro patria fortiter pugnando cecidit Brutus, liberator patriae. Curtius: uterque Decius: Horatij ad Cremeram: Codrus Atheniensium rex: Phileni fratres. deniq; innumera mortalium uis pugnando uulnera acceperunt, ut paucos è multis numeremus: Cocles, Scaeuola, & id genus magnanimi ciues. Atque his diuersum & locum & praemiū à superioribus tribuit, qui patriā auro uendiderunt. Sacerdotes.] nullo incestu polluti, nullis stupris aut adulterijs infames. Seruius dicit, solere sacerdotes herbis quibusdam emasculari. Quod si ita res habet, non poterant non castè uiuere, quibus uidelicet omnis fenestra ad fornicationem praeclusa fuerit. Si ante sacra suscepta, de ijs loquatur Poëta, qui sacerdotes? qui casti? si coniugium non contaminet immaculatū? ante susceptum sacrorum munus? Vates.] Hos distinguit ab impijs, & qui mendaci spiritu afflantur: Ero, inquit, spiritus mendax in ore prophetarū. Quare disertè addit, Phoebo digna: id est, uera haud quaquam uana. Apollinis oracula, ob rerum indubitatam ueritatem, toto Orbe celeberrima habebantur. Duo potissimùm oraculorum Apollinis genera erant, Delphica & Pythia, quae summam fidem apud mortales obtinebant. Pythiū, authore Strabone, celeberrimū erat. Liquebat id ex thesauris ingentibus ibi constructis, in quos sacra pecunia inferebantur, & clarissimorum artificum operibus: ludis Pythijs item, qui ibi celebrabantur. Ibi tripus erat, in quem uates simulatq; inscendisset, diuinationis spiritu hausto, responsa edebat. Hinc prouerbiū, τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος. i. bt ἐκ τοῦ τρίποδος, tanquam ex tripode: de uehementer certis & indubitatis. Hoc uatum genus in Elysio hic collocat Poëta: non aūt Phoebadas illas, de cuiusmodi est apud Lucanum:

> —— en nobis dabis improba poenas,
> Et superis, quos fingis, aut Appius.

Inuentas.] *rerum inuentores, quiq; mortales commoditatibus adiuuarint. His prisci diuinos honores post mortem deferebant. Nam antiquitas aliud nihil existimabat esse Deum quàm prodesse mortalibus. Neq; uini tantùm aut frumenti legúmue inuentoribus ceu dijs honorem habebant, sed etiam beluas quasdam pro numinibus colebant: ut Aegyptij ciconiam, Romani anserem. Natum inde prouerbium est, Homo homini Deus. De rerum inuentoribus Hyginus libro fabularũ primo, cap. 274. & cap. 277. Plin. lib 7. cap. 56. Idem scribit lib. 25. cap. 1. rerum inuentores ab antiquis deos habitos. Seruius philosophos tantùm hic significari existimat.* Quiq;.] *Optimè de parentibus, liberis, amicis, ciuibus & patria meritos dicit. Atq; horum quidem omnium uita, quoniam integra fuit & incorruptis niueisq; moribus, rectè illis candidam uittam tribuit. De uitta alibi.* Circumfusos.] *circa se collectos: metaphora ab inanimato ad animatum.*

Musæum.] *Plures Musæi produntur. Eleusinius ex Antiphemo, Orphei auditor, epopœus, sub secundo Cecrope floruit. scripsit ad filium suum Eumolpum, Hypothecas, & alia nonnulla. Secundus Musæus recensetur Ephesius, epopœus scripsit hic Perseidis lib. decem: in Eumenem item & Attalum. Tertius, Lysiæ philosophi filius, cui frater fuit Hesiodus. Meminit Plinius libro 25. capite 2. Musæi cuiusdam, qui post Orpheum cum fratre Hesiodo Pelion herbam in summa admiratione habuerit. De Musæo hoc igitur merè uariant authores. Nonnulli hunc Eumolpi Eleusinij, uel (ut quidam) Atheniensis patrem, ut dixi: alij filium fuisse, memoriæ prodiderunt. Fuit Eumolpus epicus: de cuius nomine Eumolpidæ apud Athenienses dicti fuêre: & ipse Orphei auditor, ut aliqui existimant: quiq; in Pythicis uicerit. Rursum sunt alij quibus placet, Musæum Eumolpi filium fuisse, & audiuisse Orpheum, atq; in Pythicis certaminibus uictoriæ palmã tulisse: id quod Maro uidetur significare, cùm eum humeris altis extare è cæteris dicat, à signis robur corporis coarguens.* A *Aegyptum adijt, ubi cum regni sapientibus diu conuersatus, genealogiam deorum scripsit, & Astrologiæ multum lucis attulit. In literas retulit arcana Cereris sacra: quod opus Eumolpo alij tribuunt, sicut & aduentum in cœlum, & præcepta mysteriorum, quæ filias suas docuit. Hæc constabant tribus millibus uersuum: quæ ea de causa Chiroscopica dicta fuêre. nam de Magistratibus deligendis & designandis, accuratiusq; consulendo disputabant. Vnum librum soluta oratione emisit. Mortuus est Phaleris Musæus. Porrò autem poëma quod de amoribus Herus & Leandri elegans & politum circumfertur, incertum est huiúsne sit Musæi an alterius alicuius. Non defuerunt, qui Musæum hunc filium Orphei aut Lini fuisse crediderint: alij Eumolpidis illius, qui primus apud Carthaginenses philosophatus dicitur. Sed quia humeris latis alios omnes supereminere dicit, Platonem significari putat Seruius, qui ab humerorum latitudine, priori nomine posito, Plato, πλάτων dictus fuerit: antea Aristocles appellatus. Verùm inscitum est, ita sententiam Poëtæ contorquere, cùm nudis & illustribus uerbis Musæum nominet.* B *Docetur: In obscuris & ambiguis, diuinare ex signis & alijs circumstantijs. Sed in historijs, quid æquè ridiculum & ineptum, atque propria uocabula alijs pro arbitrio commutare? aut aliud ponere, & diuersum existimare? Teneamus nos Musæum siue Orphei, siue Lini, siue Eumolpi filium, certè excellentem apud priscos mortales philosophum: quem sua ætas, non minus quàm posterior ipsum Platonem, suspexit, & admiratus fuit. quem & uatem uocat statim, quippe Poëtam, & Theologum, & athletam, qui in Pythicis uicerit. Nigidius meminit alterius cuiusdam Musæi, qui regnarit apud Bisthonios.* Humeris extantem suspicit altis.] *à magnitudine.* Suspicit, *admiratur: metaphorà rei conueniens.*

ARGVMENTVM.

Sibylla beatorum animas interrogat, atq; in primis ex Musæo poëta quærit, vbi locorum habitet Anchises? Musæus respondet nulli Elysios campos incolenti certam esse sedem, sed omnes lucos, florentiaq; prata incolere. attamen locum Anchisæ eis non solùm indicat, verumetiam ne errent viam, ipse præcedit, ex transgresso monte Anchisem offendunt in virenti valle, qui suorum nepotum animas recensebat. qui viso C Aenea manus attollit, lacrymatur, & præ lætitia flen nequit.

NASC.

Dicite fœlices animæ, tuq; optime uates,
Quæ regio Anchisen? quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atq; † huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus, * lucis habitamus opacis,
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus. sed uos (si fert ita corde † uoluptas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit, & antè tulit gressum, camposq; nitenteis
Desuper ostẽtat: dehinc sũma cacumina linquũt.
At pater Anchises penitus conualle uirenti
Inclusas animas, superumq; ad lumen ituras,
Lustrabat, studio recolens, omnemq; suorum
Forte recensebat numerum, * charosq; nepotes,
Fataq; fortunasq; uirûm, moresq; † manusq;.
Isq; ubi tendentem aduersum per gramina uidit
Aenean, * alacris palmas utrasq; tetendit:
Effusæq; genis lacrymæ, & uox excidit ore.

† al. hic
* al. syluis
† al. uoluntas)
* al. carosque
† al. genusque.
* al. alacreis

Dicite felices animæ.] *Sibyllæ petitoria oratio est: cu9 initio beneuolentiã colligit auditorũ ex cõmendatione felicitatis ipsorũ.* Tuq; optime uates.] *à cõmuni ad separatã trãsit hominis allocutionẽ: nam Musæũ alloquitur: quẽ uel à probitate uitæ, uel à peritia disciplinarũ cõmẽdat.* Quæ regio Anchisem, quis habet loc9?] *interrogatio bimembris: nam & regionem, &, qui in regione est, locũ quærit.* Illius ergo Venimus.] *causam inquisitionis ostendit: nã non alterius, sed ipsius Anchisæ tantùm causa se uenisse dicit.* Et magnos Erebi tranauimus amnes.] *Ex difficultate loci magnũ esse negociũ, & profectionis necessitatẽ ostẽdit.* Nulli certa dom9.] *Musæus respondet, atq; nulli locorũ beati: id est, heroũ animæ habitent*

in cama

A *in campis Elysiis, monet: quos nulla certa habitatione teneri, sed incertis sedibus per prata, per lucos, perq́ fluniorum ripas habitare dicit.* Riparumq́ toros.] *gramina, quæ in ripis nascuntur: nā de uitibus, & herbis torus etiam dicitur, & torosus. Plin. lib. 19. nat. hist. breuior his est, sed torosior, amariorq́ inula, per se stomacho inimicissima.* Et prata recentia riuis.] *noua: hoc est, uirentia propter riuos. ita quoque Hor. nouam frondem pro uirenti dixit lib. 3. carm. Ode. 4.*

» *Fronde noua puerum palumbes*
» *Texere.* Sed uos.] *uiam docet.* Facili iam tramite sistā.] *ut non erretis.* Et antè tulit gressum.] *ut qui comiti erranti monstrat uiam.* At pater Anchises.] *non ociosum reperiunt Anchisen, sed opportunè animas nepotum suorum recensentem.* Penitus.] *ualde ad inclusas, non ad uirenti refertur, quidquid dicat interpres.* Lustrabat.] *recognoscebat, quod statim declarat, cùm ait:* Fortè recensebat numerum.] *tractū est de militia, cùm imperatores suos milites recognoscunt. Cæsar 8. belli Gallici: legionibusq́ ex omnib. hybernis ad fines Treuerorū euocatis, eò profectus est, ibiq́ exercitū lustra-*
B *uit. & Liuius: Inter hæc recenset exercitū, milites instruit.*

Fataq́, fortunasq́ uirûm moresq́, manusque.] *nō numerū suorū duntaxat, sed uitæ etiā, ac mortis rationem, fortunam, mores, potestatesq́ illorū recensebat. nā fato uitæ principiū, ac finē, fortunæ extranea, ut honores, diuitias, nobilitates, idq́ genus alia ueteres ascribebāt. uirtute uerò propagantur regna, mores, ac iura dantur populis.* Mores.] *quibus urbes instituendæ erant.* Manusq́.] *potestates, imperijq́ magnitudinem: quæ uirtute comparatur.* Palmas utrasq́ tetendit.] *lætantium gestus expressit.* Effusæque genis lacrymæ.] *quidam absurdum esse putant dare lacrymas Anchisæ in beatorū iā numerū adscito, sed id finxit Poëta sapiētiss. ad effectū paternæ pietatis ostēdēdū.* Et uox excidit ore.] *præ lætitia. quæ uerò Seruius ait, tanquā seni, nugæ sunt.*

LAMB. Hort. Dicite.] *Seruius hic existimat Sybillā numine destitutam esse, propterea quòd rerum non præsentium tantùm, sed futurarum etiam gnara, percontetur de Anchise. Mihi porrò ita uidetur: uel Poëta consilio factū, ut per interrogationem materia narrandi de situ & amœnitate Elysij præbeatur: uel quòd dilatādæ narrationis causa, bre-*
C *ue colloquium utriusq́ sit insertū: uel humano more, rerū non ignarā, colloquendi copiam captasse.* Illius.] *Causam addit, cur de Anchise interroget, ne Musæus ociosam interrogationem arbitretur.* Ergò.] *retracto tono posthpositum, cum gignendi casu.* Tranauimus.] *Amplificatio. nam tranare plus est, quàm transmittere cymba.*

Erebi.] *inferorum Causam itineris exaggerat, à difficultate & periculis. Quatuor inferorum amnū uel partem indicat, uel omnes κατ' ἀντονομασίαν.* Paucis.] *Rectè paucis: tum quia unū aliquod percontata fuit: tum quia tempus subitū pariter ac breue responsum postulat.* Heros.] *Musæus.* Certa.] *Reddit ad locū, in quo Anchises posset humano iudicio conclusus teneri. Nam nullus locus animam inclusam cohercere potest, quippe substantiam incorpoream, ut est Deus, ut sunt angeli, & spiritus mali. Quare in lucis: hoc est, locis sacris, quæ modò lauri nemus appellauit, habitare creduntur.* [Greek, illegible]

Opacis.] *umbrosis. Sunt enim opaci, propter densas arborum umbras.* Riparum.] *Ne quid ad absolutam amœnitatē desit, adiungit & limpidos amnes & riparum toros. Sunt aūt tori propriè herbæ intortæ, à quibus lecti tori nuncupantur. ἀλάδες. Et carnis pulpā musculosam, torum, in qua robur inest, dicimus: cuiusmodi sunt callosæ neruosæq́ membrorum partes, quasi collecta. Hinc torosus, musculosus.* Recentia.] *quæ recentibus riuis perpetuam uoluptatē amœnitatemq́ pariant.* Sed uos.] *A descriptione loci, transit ad id quod erat interrogationis præcipua pars, uelle se Anchisen cōuenire, & alloqui. Hūc igitur illis monstrat, ut edocti de habitationis ratione, eo potiantur.* Superate.] *conscendite hunc collem. Ad eū modū, superare montes, pro conscendere siue transcendere dicimus. Superare flumina & amnes, traijcere: superare absolutè superesse, uiuere. nam pro uincere, præcipua significatio est, & uulgaris. Montiū partes ita fermè diuiduntur, ut sint aut radices, aut latera accliuia leniter uel præcipitia, aut iuga, aut cacumina. Vtraq́ hic superant.* At pater.] *Nō ociosos fingit fœlices animos, sed pijs studijs occupatas. Anchisen lustrantē posterorū suorū seriē inducit, & singulorum fata. At Tiresias Homericus tantum ociosus inter umbras aureum sceptrum gestans offenditur, qui nulla laudata re studióue distineatur:*

» [Greek, illegible]
» [Greek, illegible] —

Pater Anchises.] *Appositio. Poëtæ peculiare est, duo ista semper ferè coniungere.* Penitus.] *A loco, quasi penè intus, intra ipsam conuallem, quæ montibus cōclusa undiq́ sit. Non quidem quasi inde exitus non pateat: sed quòd in concluso loco à reliquis sint submota. Lustrare propriè uolunt esse ambire & circumire. περιπολεῖν. Lustrauit orbem Liber pater, lustrauit Aegyptū: Sol circulū suum trecentis diebus & sexaginta quinque & quarta diei parte lustrat. Nonnunquā ἁγνίζειν, expiare: at Oue exercitum & tribus tauris lustrauit. Lustrare omnia animo, considerare. Interdum illustrare, quod Græci dicunt [Greek]. Vergil. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras.* »
Rursum inumbrare, quæ significatio cognata est superiori: hinc ferarum lustra, in quibus in syluis stabulantur, habitantq́: & lupanaria. Item recognosco & recenseo: quo significatu hic usurpauit Poëta. Suorum.] *Quos suos dicat, statim expolitione reddit & interpretatur, charos nepotes: posteritatem suam, quæ ex Aenea relicto esset oritura.* Fataq́.] *Polysyndeton. Fatalem successionem dicit posterorum suorum, uaria rerum fortuna domi & belli. Quare cum fatis coniunxit, fortunasq́: id est, euentus laborum, artium, nepotum. Fatum, à Græcis εἱμαρμένη dicitur, καὶ [Greek] necessitas, à diuina mente constituta, ineuitabilis. unde ineuitabile fatum appellatur. Et fatum dictum inde putant, quòd nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum. Cicero appellat fatum lib. 1. de Diuinatione, ordinem seriemq́ causarū, cùm causa causæ nexa rem ex se gignat. Ea est, ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Quod cùm ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit: eodemq́ modo nihil est futurū, cuius nō causas idipsum efficientes natura contineat. Chrysippus apud Gell. ita definit fatum, sempiternam quandam & indeclinabilem rerum seriem. Interdum pro natura usurpatur: quandoque pro oraculo, quod dij quasi fantur. Interdum pro morte, & summis uoluntate. Aristot. dictum putat fatum, quòd per ipsum omnia sint finita & certa lege statuta, & ad finem quasi perducta. & [Greek], παρὰ τὸ περαίνω, termino: & εἱμαρμένην, ab εἴρω traho, quòd trahat et uicissim redeat rebus omnibus*

omnibus consequentibus. Virûm.] uirorum: syncope. Manusq;.] uel uirtutem, quòd ea in dextera sit sita: uel frequentiam posterorum um. Iacq;.] Anchises pariter: ex aduerso se petentem filium conspexit. Palmas.] manus, à signis paterni affectus erga filium. Vox.] Periphrasis: pro, loquutus est. A

ARGVMENTVM.

Anchises pater consolatur aduentu Aeneæ filij ad campos Elysios. Aeneas patri respondens, causam suę profectionis ostendit. classem suam tutam esse nunciat, dextram, complexumque à patre sibi dari petit. cui cùm ter collo dare brachium conetur, cum illius ludit imago, ventoq; persimilis ex eius manibus effugit.

Venisti tandem, tuaq; expectata parenti
(Vicit iter durum pietas): datur ora tueri
Nate tua, & notas audire & reddere uoces?
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum,
Tempora dinumerans† nec me mea cura fefellit.
† Quas ego te terras, & quanta per ęquora uectũ
Accipio? quantis iactatum nate periclis?
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerẽt?
Ille autem: Tua me genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes, da iungere* dextras,
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.

*al. sic te tua
†al. Quas te ego per terras,
*al. dextrã,

NASC. VENISTI tandem.] Anchisæ oratio est ex abrupto inchoata, cùm ad præteritũ paterni desiderij, tũ præsentis lætitiæ affectum propter aduentum filij declarandũ. nam uox tandem lõgæ expectationis effectũ cum lætitia affectu designat. porrò hæc oratio ualde affectuosa est, imò nec nisi affectuũ expressionem continet, lætitiæ præsertim, & doloris Anchisæ, lætitiæ quidem propter Aeneæ aduentum, doloris uerò propter timorem præteritæ calamitatis Aeneæ.

Vicit iter durum pietas.] laus Aeneæ ingens ex officio pietatis erga patrem, quem nec horror inferorum, nec itineris difficultas retinuit, quo minus paternæ uoluntati morem gereret: Et notas audire, & reddere uoces.] tale est illud ex primo Aeneid.

" ——ac ueras audire, & reddere uoces.

Intelligit autem familiarem allocutionem patris cum filio.

Tempora dinumerans.] fato currentia, per quod colligitur Aeneam fato ad inferos descendisse. Nec me mea cura fefellit.] cogitatio, quæ absq; eius animi solicitatione esse non poterat, ut fit in aliquid expectantibus. quod uerò Seruius ait mea cura: id est, tu meus filius, ridiculum est. Quas ego te terras.] alterum animi sui affectũ ostendit, timoris uidelicet: unde animi quoq; eius solicitatio noscitur ex periculis, quæ terra mariq; passus erat Aeneas: quæ quidem hic communiter amplectitur. in primo uerò Aeneid. quanta fieri potest breuitate, separatim attingit, nec omnia quidem, sed insigniora:

" Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes
" Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa.
" Experti. Quàm metui, ne quid Libyæ.] à communi periculorum enumeratione ad separatam incommodi mentionẽ transit. Tua me genitor.] Anchisæ uerbis quàm breuissimè respondet Aeneas: inprimisq; sui aduentus causam assignat: deinde ut patrẽ omni timoris solicitudine liberet, classẽ in tuto, imò in Italo mari, quò eũ fata trahebãt, stare nũciat. Tua tristis imago.] ad significationem sui erga illum amoris, palilogia utitur. tristis uerò imago [illegible] dicit, quia tristis ipse efficiebatur.

Sæpius occurrens.] exaggerat à frequentia apparitionis: non enim terribilis illa patris imago semel, sed sæpius apparebat, per quod innuit se nulla alia de causa inferos adijsse, nisi ut paternæ uolũtati morẽ gereret. unde lo-

cus beneuolẽtiæ occultè elicitur ex officio pietatis erga patrẽ. Stant sale Tyrrheno classes.] alteri orationis Anchisæ parti respondet: quæ timoris, dolorisq; affectum continet.

" Quas ego te terras.
Et quæ sequuntur.

Da iungere dextrã.] solẽt cognati, atq; amici cùm diu absuerint, in primo congressu dextras iungere, ac mutuo se cõplecti, hoc factũ nõ fuit, quia abrupta à longè ex nimio lætitiæ affectu inciderunt Anchisæ uerba: quibus etiã respondendũ fuit. nunc uerò Aeneas quærit dextræ iunctionẽ, & complexũ patris, sed incassum: non enim anima est ueluti corpus, ut comprehendi possit. unde sequitur: Ter conatus ibi collo dare brachia circũ.] rectè dixit conatus, quia nullus secutus est comprehensionis effectus. ideo elegãti repetitione subdit: Ter frustra comprensa manus effugit imago.] frustra ait, quia retinere non potuit. & suggerit causam. B

Par leuibus uẽtis, uolucriq; simillima somno.] quam ex elegantis somni, ac uentorum similitudine deducit ijsdem uersibus in 2. Aen. Poëta usus est, cùm de umbra Creusæ uerba faceret. & est Homeri locus Odyss. 11. ubi inducit Vlysses matrẽ suã conatus amplecti, frustratur. uersus Homeri positi à me sunt in secũdo cõmentario. C

LAMB. Hort.

VENISTI.] Pathetica oratio est Anchisæ, quæ mirè ostendit paternũ affectũ erga filiũ: dum multus est modò in exaggerando desiderio conueniendi filij, modò in eleuanda solicitudine sua pro filio, modò in gratulando aduentũ filij à magnis iactationibus & erroribus tandem conspecti. Obseruauit decorũ simul in sene. Nam cùm ea ætas natura sit loquacior, cõfundit multa simul: nescio quo ordine.

Tandem.] post longos errores, & uaria discrimina, & quidẽ multùm ac diu expectatus. At Anticlia apud Homerũ, filium rogat, quomodo inferorũ tenebrosa profunda penetrarit, quæ uidere mortalibus ualde sit acerbum:

" [illegible]
" [illegible]

Inde exaggerat difficultatem adeundi, per intrinctos amnes & medium oceanum. Tuaq;.] Laudat filium à pietate erga se, quem nullum iter quamuis asperum sit remoratum, quò minus patrem inuisat. Expectata.] nam per somniũ ei aduentũ suum in Italiam denunciarat: & descensum ad inferos, & suum congressum imperarat. Hinc expectatum filij aduentum dicit, quem tandem post longã

expectati-

A *expectationem uidere sibi gratulatur.* Ora.] *os, præsentia & conspectu eius frui. Pluralis pro singulari.*

Audire.] *Periphrasis uerbi colloqui. Quid porrò aliud est audire & reddere uoces, quam ultrò citróq; sermones cedere? & uerba conserere? A causa finali: cur tam diu à se sit expectatus.* Sic equidē?] *Redditio expectationis, à ratione temporis, quo decessit.*

Mea cura.] *Nominandi casus, mea solicitudo, pro te: non, ut Ser. uocandi.* Quas ego te.] *Rursum pathos, quasi amplexantis, à magnitudine laborū: quos expolitione statim amplificat.* Quàm metui.] *Anticlia Homerica, non multo diuersiora cum filio loquitur: Nunc profectò errabundus Troia huc uenisti, & quidem tandem unà cum socijs & classe, neglecta patria, ædibus paternis & suauissima coniuge. noster uerò affectus inserit, à solicitudine & pietate patris. Adijciam ex eodem libro Anticleæ uerba:*

ἦ νῦν δὴ Τροίηθεν ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνεις,
νηΐ τε καὶ ἑτάροισι πολὺν χρόνον; οὐδέ πω ἦλθες
εἰς Ἰθάκην, οὐδ' εἶδες ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκα;

Libyæ.] *Carthaginis, continens pro contento. Mo*
B *destè notat consuetudinem filij cum Didone, & obliuionem regni Italici, in quod fatis uocatus fuerat. Sed & regna, numero pluratiuo dixit: pro regna Libyæ, regnum Carthaginense signans.* Ille.] *Aeneas patri incisium respondit, & quidem breuibus, ad præsentis loci rationem accōmodatè.* Tua me.] *Causam, à pio, statim reddit, cur laborem tam arduum susceperit: dulcem uidelicet patris recordationem, & ardens eius uisendi desiderium. Imaginem hic, memoriam appellare uidetur, figuratè: nisi simpliciter quis accipiendum putet, non magnopere refragor. Poëticè possessiuo pro primogenio abusus est. pro imago tui: quæ de te habetur à me. Alioqui, si actiuè interpretere: quam tu possides imaginem, illa me huc tendere compulit. Repetitio pronominis, præter affectus etiam emphasim habet. Vlysses eo, quem paulò antè loco dixi:*

μῆτερ ἐμὴ, χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο,
ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο.

Hic descensus sui causam ostendit Tiresiam uatem, cuius conueniendi desiderio id laboris capessit.

Hæc limina.] *Ad hæc limina, defectio: & synecdoche, pars pro toto.* Stant.] *Breuiter ad id reddit, quod Anchises dixerat:* Quas ego te terras, & quanta per æquore uectum, Accipio? Sale.] *mari, quemadmodum Græci ἅλα quoq; simili figura usurpant.* Da genitor.] *Petitio, cum extenuatione. Rursum repetitioni uerbi insunt affectus.* Amplexu.] *Vel apocope, pro amplexui: uel per ἔκθλιψιν, pro ex amplexu nostro.* Ora rigabat.] *Lacrymantem Anchisen, sed decorè, Poëta inducit. Nam ea ætas in lacrymas natura pronior est, quod Homerus tamen prætermisit.* Ter conatus.] *Expressit Homericum illud:*

τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει,
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ.

Idem paulò pòst animam uelut somnum subuolasse dicit:

ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.

ARGVMENTVM.

Aeneas admiratus multitudinem animarum: quas circum amnem Lethæum potantes uidet, illius rei causam, quis fluuius, quæ animæ sint, ab Anchise requirit, edisserit pater eas esse animas, quæ in alia tandem corpora reuersuræ sunt, ideo Lethæum fluuium epotare, ut uitæ prioris oblitæ transmigrare possint.

NASC. † al. syluæ.

Interea uidet Aeneas in ualle reducta
Seclusum nemus, & uirgulta sonantia † syluis,
Lethæumq́; domos placidas qui prænatat, amnē.
Hunc circū innumeræ gentes populiq́; uolabant.
Ac ueluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt uarijs & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
Horrescit uisu subito, causasq́; requirit
Inscius Aeneas: quæ sint ea flumina porrò,
Quíue uiri tanto complerint agmine ripas?
Tum pater Anchises: Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidē memorare tibi, atq; ostendere coràm,
Iampridē hanc prolem cupio enumerare meorū,
Quò magis Italia tandem lætēre reperta.

In ualle reducta.] *uel lōgè remota, ut apud Hor. in epist. Virtus est mediū uitiorum utrinque reductum. Vel secreta. ut in primo carm. Hor. Hic in reducta*
C *ualle caniculæ Vitabis æstus.* Sonantia syluæ.] *alij syluis, at si syluæ legat, generandi casus est.* Domos placidas.] *quos antea amœna uireta, hic eodē sensu placidas domos appellat: nempe Elysios campos.* Prænatat.] *rectè interpres admonet contrariè dictum esse. nam flumina nō natant, sed fluunt. homines uerò in fluuijs natant. igitur prænatat præterfluit intellige.*

Populiq́; uolabant.] *de Homero sumptū est: qui animas usq; quaq; uolantes inducit. sed de alis animæ Plato in Phædro.* Ac ueluti in pratis.] *eleganti, appositaq; cōparatione ex apibus uolātibus, diuersiq; generis floribus insidentibus locum exornat.* Causasq́; requirit.] *tria quærit, cur animæ fluuium circumuolent potaturæ, quis fluuius, postremò quæ sint animæ, seu uiri illi uolantes.* Animæ quibus altera fato.] *quæsita Aeneæ Anchises explicat. & primò illi parti respondet: Quíue uiri.* Lethæi ad fluminis undā.] *nomē fluuij docet. quod Aeneas quæsierat. Quæ sint ea flumina porrò.* Securos latices.] *ἀμεριμνίας.* Et longa obliuia potant.] *ad illud: causasq; requiris. Seruius interpres hæc mysticè interpretatur, & seuera mystica sunt: sed adeas Platonē in Phædro, ubi de hac animorū obliuione, & transmigratione pluribus disputatur.*

Has equidem memorare tibi.] *hic ingentem Anchises suæ cupiditatis affectum ostendit: cuius etiam causam assignat ex commodo, & iucunditate Aeneæ: unde est beneuolentiæ locus ex significatione paterni amoris erga filium.* Quò magis Italia.] *τὸ αἴτιον est nam magis lætabitur se peruenisse ad Italiam, cum tot uiros illustres ex suo genere propagandos, tantasq́; sanguini suo accessiones præparatas esse cognouerit.*

INTEREA.]

A ·Securos.] *Quibus redduntur curarum exactiorumq; laborum expertes.* Longa obliuio.] *Potus deorum nectar creditur; inferior & turbidior, animarum, quē illæ ex Lethæo flumine hauriūt.* Has equidem.] *Attentio à cupiditate animas commonstrandi posterorum.* Quo magis.] *Causa finalis ab utili. Promiserat id filia paulò antè per somnum, in Sicilia:*

Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia, disces.

ARGVMENTVM.

Cùm audisset Aeneas Lethæum fluuium animas idcirco epotare, vt in corpora rursus mortalia redirent, stupidus effectus rogat patrem, nunquid fieri possit, vt animæ semel corporis seruitute liberatæ, vlla teneantur amplius cupiditate redeundi in alia corpora. pater longa narratione ostendit: primùm id fieri oportere, quia cùm omnia animantia à Deo Opt. Max. originem ducant, eiusq; ductu nascantur (vt videre est) & generentur, eò etiam reuertantur necesse est, vnde cuncta procreantur. deinde posse: nam immortales sunt animę, ideò possunt reuerti: postremò velle: quoniā cùm aquam Lethæi fluminis hauserint, eius haustu prioris vitę felicitatem illam obliuiscuntur.

NASC.

O' pater, an'ne aliquas ad cœlū hinc ire putādū est,
Sublimeis animas? iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suspicit Anchises, atq; ordine singula pandit.
Principiò cœlum ac terras, camposq; liquenteis,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,
Inde hominū pecudumq; genus, uitæq; uolātûm
Et quæ marmoreo fert mōstra sub æquore Pōtus.
Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenisq; hebetāt artus, moribundaq; membra.
†Hic metuūt, cupiūtq;, dolēt, gaudētq;. nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.
Quin. & supremo cum lumine uita reliquit,
Non tamē omne malum miseris, nec funditus oēs
Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, ueterumq; malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad uentos: aliīs sub gurgite uasto
†Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.
Donec longa dies perfecto temporis Orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem.
Has omneis ubi mille rotam uoluēre per annos,
Lethæum ad fluuiū Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

†al. Hinc

*al. Inue-

O' PATER ân'ne aliquas.] *Aeneæ interrogatio est, quæ* [illegible] *habet ex ingēti admiratione: totus autem locus iste* [illegible] *tractatur: hoc est, interrogationibus, responsionibusq; constat.*
B
Sublimes animas.] *nobiles, ac illustres, & est honesta, rationiq; cōsentanea dubitatio, siue admiratio, ut anima uiri illustris iam uinculis corporis exuta, iterum in mortale corpus reuertatur. quasi innuere uelit, uiros illustres, & gloria uirtutis insignes hoc præmio dignos esse, ut carcere corporis soluti in numerum Deorum referantur, æuoq; sempiterno summarum felicitate fruantur.*
C
Ad tarda.] *Perpulchra est in sensu antithesis in his uocibus sublimis, tarda. nam in sublimibus leuitas, in tardis grauitas est. leues sunt animæ, grauia, propter concretā materiam, corpora.* Quæ lucis miseris tam dira cupido?] *mouet cōmiserationem ex præpostera illorum cupiditate, qui exuti corpore priorem tamen uitam appetunt, propter quā ingentia passi fuerunt supplicia.* Dicam equidem.] *attentionis est locus.* Suscipit Anchises.] *Subsequitur, respondet ad interrogationem Aeneæ. Græci* [illegible] *hic agnoscit interpres, & rectè sanè.* Principiò cœlum, ac terras.] *Anchises iam narrationem ingreditur: qua triū illarum rerum, de quibus proximè dictum est, rationem explanat: cuncta reuerti, unde procreantur. animas immortales esse, ideo posse: per amnem Lethæum oblitas esse prioris libertatis, ideò uelle reuerti. Sed hanc rem altiùs repetit, obiectorumq; etiam occupationib. obscuriorem facit. locus est è medio Platonicæ philosophiæ sumptus. quā ut faciliùs intelligatur (quāquam Seruius interpres, & Macrob. super hunc egregiè disputant) scire oportet quod Deus Opt. Max. cùm hanc Mundi machinam cōdidisset, uolens opus undiq; absolutum, perfectumq; facere, uitam illi, & intellectum tribuit. atq; ut ex ipso spiritu, & materia Mundi cōmodius animal unum connecteretur, materiam distinxit in quatuor elementa, quasi animalis huius humores, quia & eius spiritū in quatuor (ut ait Plato in Timæo) uoluerat esse distinctum. huic igitur materiæ, id est, quatuor his, de quibus loquimur, elementis uitalis, seminariaq; uirtus ab ipsa mundi anima (ut ex decimo Plat. dialogo de repub. colligitur) infusa est: quæ ab ipso Platone, aliisq; nonnullis modò lumen, quia penetrans, & uitalis est, modò recta columna uocatur: quoniam quasi per longitudinem totam ubiq; materiam penetrat, multosq; formarum gradus specie, & genere differentes producit, per omnes partes extenditur, cœlum undiq; alligat, quia tota ubique adest multa inter se æqualia propagat. penetrat, & penetrando diffunditur, & se diffundendo implet, & implendo regit. hoc est igitur, quod Poëta noster eminentiss. dicit elementa mundi, &, quæ ex his cōcreta sunt, bruta, rationeq; prædita animantia spiritu: hoc est, uita seminaliq; illa uirtute agitari, atq; nutriri, quæ ex diuina anima mundi est.*

quibus tamen animantibus (de hominib. loquor) data esse corpora dicit: pro quorum qualitate in illis magis minusq; pars diuinitatis uiget: in quibus quidem corporibus dum anima uersatur, doloris, timoris, cupiditatis, laetitiaq; gestientis affectibus ita opprimitur, ut ne suae quidem naturae meminisse possit. quin etiam illud ei accedit incommodum, quod soluta corpore malis non soluitur omnibus, sed uarijs pro delictorum ratione modis, supplicijsq; purgatur, alia igni, alia uento, alia aqua. purgatae animae in Elysium mittuntur campum: quem sub purgatione etiam tandiu incolunt, quandiu tempus praescriptum: hoc est, mille annorum spatium decurrerit, tunc ad fluuium Lethaeum euocatae, & aquâ obliuionis epotâ in aliena migrant corpora.

Principio coelū, ac terras, cāposq; liquentes.] quatuor elementa ali, fouerique spiritu ali, seminaliq; uirtute illa dicit, quae ex anima mundi est. hoc est elementa, & cuncta, quae uiuunt, animam ex anima mundi suscipere. nā per coelum aërem, atq; aetherem designat. ut in 1. Aeneid.

Iam coelum, terramq; meo sine numine uenti, &c.

Per campos liquentes mare, & sermo est de Lucretio sumptus, quanquam ille dixit: Camposq; natantes.

Lucentemq; globum lunae.] Si elementa, multo magis corpora coelestia, Solem, lunā, sydera, aliaq; multa ex anima mundi animari existimandum est. globum uerò lunae cùm dixit, ad eius formam, quae, ut caeterorum planetarum, sphaerica: id est, rotūda est, allusit. Titaniaq; astra.] περιφραστικῶς Solem dicere uidetur: qui ex Titanibus Gygantum fratribus unus fuit. si uerò & de reliquis etiam syderibus sentiri uelis, nō laboro. Spiritus.] anima.

Intus alit.] in medio rerum posita res ipsas uiuificat ex Platone in Timaeo. Totamq; infusa per artus Mens agitat molem.] ut animam mundanam, quae per artus: id est, per elementa quasi mūdi ipsius membra diffusa est, dignitatem, excellentiamq; ostenderet, mentem appellauit: nam mens, ut philosophi asseruerunt, potior animae pars est. nā ubi mens est, ibi intelligentia, ubi haec, ibi quoq; intellectus sit necesse est. igitur haec omnia sunt in materia mundi animata nam (ut Platonici sentiunt) mundus per naturam suscipit animam, per animam intelligētiam, per hanc intellectum. Sed ut res planior fiat, altiùs repetenda est. Plato mūdi animam bifariam distribuit, alteramq; partem diuiduam, alteram uerò indiuiduam appellauit: indiuiduam altera praestantiorem extra orbem extimum posuit à quo fortasse non dissentit Aristoteles, qui in libro de coelo, extra coelum dixit esse τὸ θεῖον: id est. quod diuinum est, quem locum explanans Auer spiritalia ibi esse dixit. partem uerò diuiduam à medio ortam esse docuit, non quidem à centro terrae, quae immobilis est, sed à Sole, qui uitalia mundi continet, & usq; ad ipsum extimum esse porrectam. ijs uerò inferioribus infunditur illa uit animae, ut, quidquid uigoris, ac uitae in illis est, totum à superiori acceperint. & hoc est quod ait Maro:

——infusa per artus

Mens agitat molem. elementorum scilicet.

Inde hominū pecudumq; genus.] ex ipsa anima mūdi constare, atq; animā uniuersa, quae uiuunt, ostēdit. Igneus est ollis uigor. & coelestis origo Seminibus.] animae dignitatē extollit, cui eūdem semper inesse uigorē asserit. Quantū non noxia corpora tardāt.] κατ' ἀνθυποφορὰν occurrit obiectio, cùm eundē semper animae uigorē habeāt, cur eius usus in animantib. hebescit? id ex corporis densitate fieri docet. Noxia.] animae.

scilicet, quia illam inertem reddunt. Hinc metuunt.] A ex hac corporum densitate, atque inertia uarijs genus humanum affectibus, perturbationibusq; obnoxium est. nam cùm ex anima constemus, & corpore, ex animi uigore ratio est, ex uitio corporis appetitus. unde uarie afficitur homo. quatuor autem hic perturbationum genera recenset quorum duo sunt ex opinione boni, duo ex opinione mali, dupliciq; temporum uarietate considerantur. ut ex Cic. liquet 4. Tuscul. metus ex opinione mali futuri, cupiditas ex opinione boni futuri. dolor, & laetitia gestiens (sic eam appellat Cicero) ex opinione mali, & boni praesentis. ad haec genera species perturbationum omnium referuntur. qua in re obseruanda etiam est perelegans ἀντίθεσις. nam metus opponitur cupiditati, dolor laetitiae. Nec auras Respiciunt.] auras pro diuinitate, & coelesti natura animae posuisse uidetur. Sic Horatius quoq; περιφραστικῶς particulam aurae diuinae dixit pro animae diuinitate. uersus hi sunt ex 2. Serm. Sat. 2.

——quin corpus onustum
Hesternis uitijs, animum quoq; praegrauat unà,
Atq; adfigit humo diuinae particulam aurae.

Clausae tenebris & carcere caeco.] τὸ αἴτιον B est, cur suam naturam respicere non possint tanquam illius obliti, quia corpore tanquam tetro carcere sunt inclusi.

Quin & supremo.] κατ' ἀνθυποφορὰν rursus occurrit obiectio, si hac in uita propter corporis grauitatē anima patitur, soluta corpore omni impedimento libera esse debebit, respondet, uitijs corporis esse adeò contaminatam, ut post hanc uitam poenis quoq; uarijs pro delictorum uarietate affligi necesse sit. Penitusq; necesse est Multa diu concreta modis.] quia poterat occurri, si diuersa sint natura anima, & corpus, quomodo inquinari potest ex corpore anima? respondet, id fieri ex diuturna cōsuetudine, imò etiam ex conglutinatione utriusq;: nam fieri non potest, ut diuersa etiam natura si unà moleuerint, coniunctaq; diu fuerint, quin altera alterius aliquid assumat. sed hac de re pluribus, & elegantius Plato in Timaeo disputat. Aliae panduntur inanes.] per distributionē uarias animarum purgationes recenset. & fortasse ad lustrationes funebres alludit, quae fumo, igne, aqua fierē solebant. de huiusmodi animarum purgationibus interpretes pluribus, sed diuinus Plato egregiè pertractauit in Phaedone. Quisq; suos patimur manes.] nemo de C hinc abit impunitus, diuersè tamen diuersi puniuntur unde ait suos manes: id est, meritos. quo quisq; dignus est supplicio, eodē afficitur. nisi mauis cum Seruio interprete de Genijs sentire: cui ego hac in re libenter assentior. Pauci laeta arua tenemus.] quia pauci apotheosin assequūtur, de qua hic proculdubio sentit, cùm de uniuersali annorum numero: hoc est, millenario uerba faciat: nā uniuersus numerus opportunè, ut Platonici inquiunt, purgandis animis accommodatur, ut significetur uniuersam corporis labem deponendam esse prius, quàm ad uniuersi perueniat principem, penes quem nihil potest esse corporeum. Perfecto temporis Orbe.] millenario, ut infrà:

——ubi mille rotam uoluēre per annos.

Concretam labem.] quia peccatum neq; sola anima, neq; solū corpus admitti, sed utrunq; concretum, & conglutinatū. Aethereum sensum.] diuinū. Aurai simplicis ignem.] animam dicit, quae est simplex. & ignem appellat, quia igneam esse probat. cùm uerò aurai dicit, eius diuinitatem ostendit, ut suprà dictum est.

Nec

A —nec auras

Respiciunt. *Et apud Horat.*

—*diuinæ particulam auræ.*

Has omnes, ubi mille rotam.] *numerũ annorũ ponit animarum purgationib. necessarium. & ex Platone sumptum est, ut alibi docuimus: qui ad delendam culpam numero utitur denario, cẽtenario, millenario.* Deus euocat.] *Mercurius. ut in 4. Aeneid.*

» —*ille euocat Orco*

» *Pallentes animas, alias ad tristia tartara mittit.*

Platonici tamen id amori tribuunt. nemo enim nisi qui diligit, & charitate utitur in alios, in cœlum ascendere potest. amor, inquiunt, animas reducit in cœlũ, beatitatis distribuit gradus, lætitiam largitur æternam. Sed alia hæc est fortasse cõsideratio. Scilicet immemores.] *præteritorum: hoc est, diuinæ cognitionis, quia Lethæum biberunt.* Rursus & incipiant in corpora.] *iuxta Pythagoræ sententiam, quam Plato uehemẽter secutus est.*

LAMB. Horc. O' PATER.] *Continuat id quod Anchises de confluentib. umbris ad Lethæum amnem responderat, eas esse uidelicet, quæ fatis iterum ex Elysio in corpora humana* B *mitterentur: quod Aeneæ, ut est, paradoxum uisum fuit. Disertè id itaq; diligentiùs interrogando, patri materiam nouæ narrationis contexendæ de origine & animorũ natura suppeditat.* Ad cœlũ.] *ad superos, in uitam. quippe qui cum mortuis & inferorum sede collati, superi & appellamur & sumus: rursum inferi, cum cœlitibus cõparati.* Sublimes.] *Hypallage, sublime cœlum: in uitã mortalium. Seruius non omnium, sed sublimium: hoc est, illustrium, interpretatur.* Iterum.] *Expolitio, quæ magis perspicuè præcedentem orationẽ reddit.* Quæ miseris.] *Ecphonesis, ex præcedentibus uerbis collecta, uariata per figurã: id est, interrogationẽ. Quasi dicat: ut ex quiete perpetua, cupiãt in uitam miseriarũ refertam remeare: in corpore uinciri, & quasi in sepulchro condi, & clausas teneri. Nã utroq; nomine corpus à philosophis, & item Cicerone appellatur: Qui è corporum uinculis, tanquam è carcere euolauerũt.* Dicã equidem.] *Promittit se dicturũ Anchises: proinde iterat attentionẽ. Seruius hic exponit hysteron proteron. Vult enim posterius hũc uersum,* Dicam equidem, *collocandũ. Mihi secus uidetur.* Principiõ.] *Expositurus, qui ex Elysio in corpora humana mittan-* C *tur animæ, altiùs orditur creationem Mundi, à Deo, & diuina magnitudine ac potentia, qui omnia gubernat, & per omnium elementorũ membra fusus animat, plantat, fouet, uegetat, & dat incrementum. Hunc spiritum uocat, Plato mentem, τὸν νοῦν: ex quo omnia uerius uitã suam hauriunt, quàm ex quaternione Pythagorico: alij animam. Compendio post enumerata elementa, sphæræ Mundi machinam complectitur, & quantum orbium intra eam circumagitur. Deinde pari breuitate omnia animantium genera enumerans, docet inde suã trahere originem. In primis autem homines hac lege generatos, ut globum illum intuentes, ex admirabili opificio ipsum opificem cognoscant, uereantur, ament ac colant. Cœlestem machinam Cicero templum uocat, quod nos intuemur. Nobis ex sempiternis ignib. quas stellas & sydera uocamus, datum animum. Stellas diuinis mentibus animatas, quæ suos circulos mirabili celeritate conficiunt. Atque illud est τὸ νῶν, quod paucis uersibus hoc loco circumscribit. Sed singulatim Poëtæ uerba excutiamus.* Principiõ.] *Imus, & ἀρχόντες. Nam plena dignitatis est oratio de Deo, & rebus diuinis. Ab elementis quatuor uidetur ordiri. Sed maluit sphæram bifariam partiri, quòd unaquæq; duobus elementis constet: in cœlum, quod aërem habet & ignem: & terram, quæ aquam continet.* Cœlum *igitur, aërem, ignem, & cœlestia corpora nominat: terram, Mundum. Duabus uocibus cœlum, ac quicquid complectitur, expressit. Secus Asper. Sed &* campos liquentes, *mare interpretantur: &* solem, *ignem: quod mirum, cùm cœlestia corpora à terrenis separet.* Omnia uult animari à Deo, *quem spiritum nominat uerè, & regi. Quod si ob id per solem, lunam & stellas, ignes sit intelligendus, quod ἀιθέρια ignea uocentur, nodus solutus est: cùm etiam ignes dicantur. Neq; uerò brachia cerea, & poma cerea, ipsam ceram; neq; marmoreum mare, marmor aptior quis dixerit. Porrò quid sit cœlum, lis est inter Philosophorum liberos: neque dum adhuc satis inter eos conuenit. Anaxagoras uoluit cœlum ex lapidibus esse conflatum, (ridiculũ) & magna circumferentia contineri: aliòqui magna ruina casurum. Plato, cœlum totius generationis causam esse, addidit rationem: bon esse, bene mereri. Genealogiæ cœlestis authorem Deum, summum, excelsum, uerum. Zeno sic definiuit cœlum, extremam esse circumferentiam, in qua omne diuinum situm sit. Empedocles, cœlum crystalli speciem obtinere: arboribus atq; omnis generis animalibus uestiri. Sed ualeant Philosophorum filij, cũ ridiculis quibusdam eorum somnijs. Illud simpliciùs, multòq; uerius, cœlum & uniuersam eius faciem, cui ab ornatu Mundi appellationem tribuêre, eadem ratione, qua Græci τὸν κόσμον, Dei opificium esse sphæricum, quo omnia quæ supra infráq; terram sunt, continentur, materia incognita. Propriè tamen cœlum putant templum uocari, quòd primùm id contemplemur. Veteres aërem, cœlum dixerunt. Cicero lib. 6. de Legib. terram globum, cœlestem machinam templum uocat. Et Macrob. multiq; alij indicant, Mundum rectè Dei templum posse uocari, quòd extiterint qui cœlum Deum esse cõtenderent, & ea quæ cernuntur cœlestia corpora. Ideo quicquid humano aspectui obijcitur, templum uocauit Cicero: ut summi Dei omnipotentia intelligatur.* Lucentemq;.] *Quid sit luna, quid Sol, uariant doctorum iudicia. Cicero sempiternos ignes nuncupat, ex quibus animus sit datus hominibus: quod ipsum astruxit etiam Aegyptiorum philosophia: hoc est, esse deos, Isidem & Osirin dictos: stellas, ignes, quarum commixtione temperata, cuncta in terris nascantur. Ergo hanc doctrinam Maro sequutus, cœlestia corpora* ignes *uocauit. & spiritum infusum cuncta alere. Posidonius, Solem purissimum ignem: lunæ plus terræ esse admistum, quòd terræ propior sit. Anaxagoras & Democritus lunam esse dixerunt: firmamentum ignitum, quod montes & ualles contineat. Heraclitus, terram nebula circumfusam. Pythagoras, corpus igneæ formæ: quod & Plato adstruit. Stoici igni & aëre mixtam. Xenophanes, nubem strictam, cõpressamq;. Anaximander, circulum nouies decies terra maiorem, plenum ignis, ut Solis. Deficere pro uersionibus rotæ. Circulum similem carpenti rotæ, quæ curuaturam habet concauam, unamq; expirationem ignis plenam. Luna natura omnium animantium corpora maximè reguntur, & plenilunio maria purgantur. nam cùm proxima terræ, planetarum infimus circumagatur uicenis actonis diebus, & horis septenis orbem suum, qua est celeritate, percurrit, quod spacium Sol toto anno semel trecentis sexaginta sex diebus & quatuor horis semel metitur.* Titaniaq;.] *Solẽ*

uerius intelligo, quàm stellas: quòd Sol etiam Titan dicatur, unus nempe è Titanibus. Pausanias prodidit, Titanem creditum Solis fratrem, qui habitarit ad Asopum, à quo ipsa regio Titane dicta esset. Ipse autem existimat, uirum solertem fuisse, temporum obseruatorem. unde eum Solis fratrem uulgò dictum. Atq; hinc non obscura coniectura nascitur, astra Titania à Poëta hoc loco appellata. Spiritus.] Deus, uis, mens aeterna, anima mundi. Prisci Theologi ad istum modum differebant, mentem cum syderibus esse communem. Deus, quem hic spiritum uocat, prima adeo'q; unica causa est omnium rerum, tum autem princeps & origo: unde mens creata fuit ad simulacrum authoris sui. Hinc anima nascitur, respiciens posterа. Rursus, qua parte mouetur, induitur, ac paulatim aspectu in corpora regrediente, in corporea degenerat. Vnde ex mentem rationē habet. Ex sua natura accipit sensus & incrementi praebendi seminarium: hoc est, αἰσθητικὸν καὶ φυτικὸν. λογικὸν, ut solum diuinum est, ita solis diuinis aptum. αἰσθητικὸν uerò, καὶ φυτικὸν, rebus conueniunt caducis: quia à diuinis segregantur. Propterea, cùm Cicero de stellis loqueretur lib. 6. de Repub. Quae diuinis, ait, animata mentibus. Inseuit igitur homini rationem: hoc est, uim mentis, quam in capite collocant: & crescendi sentiendi'q; naturam, in corpore. Hinc fit, quòd homo rationis compos, ea caeteris praestet animantibus. Haec duo tantùm à rerum natura sunt consequuta, sentiendi crescendi'q; uim. Sed quòd multa in illis rationis semina uidemus, ea non ex memoria proficiscuntur, sed ex habitu, crebra actione comparato. Tertium ordinem terrenorum corporum in arboribus & plantis, & ratione & sensu carentibus ponunt. Quoniam autem crescendi tantum natura in his uiget, uiuere tantum dicuntur. Hunc rerum ordinem hoc loco Vergilius obseruauit. Etenim mundo animam dedit, cui ut puritatem attestetur, mentem uocat. Coelum, inquit, maria & terras, & sydera, spiritus intus alit. Spiritum, animam dicit. Iam ut illius mundanae animae adferat dignitatem, mentem esse testatur: Mens agitat molem. Deinde ut coarguat, ea animari omnia quae uiuunt: adiecit, Inde hominum pecudumque genus. Postremò, ut commonstret eūdem esse perpetuò in anima uigorem, sed & eius usum in animalibus tarditate corporis hebescere: addidit, Quantum non noxia corpora tardant. Atque ista quidem eruditè differuntur à Macrobio.

Principio.] Compositio dulcis, non dura: matura item, non tarda, neq; praeceps: non hiulca, sed densa & plena. Verborum namq; inter se positio, & syllabarum connexio eiusmodi est, ut neq; omnino sit leuis, neq; nimis grauis, minimè uerò aspera. Quo fit, ut totus hic locus plenus sit & grauitatis & dignitatis. Alit.] De animae mundi fabricatione, quo pacto illa per numeros sit contexta, qui à pari & impari cubum: id est, perfectionem solidam efficiunt, disputat Timaeus apud Platonem. Artus.] membra Mundi, quae quatuor sunt elementa, quibus corpora sunt composita. Molem.] Sphaericam Mundi machinam, cum orbibus & circulis, eorum'q; lucentibus corporibus. Haec iussit nobis Deus esse in tempora, momenta, dies, menses & annos. Orbes planetarum contrario coeli motu ab occasu in ortum uertuntur, qui tamen unà cum primo mobili & firmamento mirabili celeritate ab ortu in occasum simul rapiūtur. Magno corpore.] in magno corpore machina mundana, quam ob immensam propè uastitatem disertè magnum uocat. Inde.] uel ex quatuor elementis, uel à Deo. Animantium genera uniuersum duobus uersibus complexus est. homines, terrestria animalia, uolatilia, & pisces. Haec ex quatuor elementis composita, & à diuina mente animata dicit. A Marmoreo.] A' colore, non à materia, mare marmoreum appellat. Monstra, diuersas piscium species, quae innumerae sunt. Pontum dixit, speciē usurpans pro genere. Igneus.] à natura & origine animorum, & uitalitatis in animantibus. Quàm autem diuersae fuerint de animae hominis natura inter ueteres philosophos sententiae, docet Macrobius libro 1. commentariorum in Somnium Scipionis, & Laërtius in uitis Philosophorum. Locus postulat dissidentium de ea sententiarum aliquantum enumerationem. Plato philosophorum princeps dixit, essentiam esse se mouentem: & addere debuisset fortasse, per quam corpus mouetur. Xenocrates, numerum se mouentem. Aristoteles ἐντελέχειαν: in cuius uocabuli explicatione desensus olim est Cicero ab Angelo Politiano, aduersus sycophantias quorundam. Pythagoras & Philolaus, animam esse uoluerunt harmoniam: Posidonius, ideam: Asclepiades, quinque sensuum exercitium sibi consonum: Hippocrates, spiritum tenuem per corpus omne dispersum: Heraclides Ponticus, lucem: Heraclitus Physicus, B scintillam stellaris essentiae: Zenon, concretum corpori spiritum: Democritus, spiritum insertum atomis: Critolaus Peripateticus, constare eam ex quinta essentia: Hipparchus, ignem: Anaximenes, aëra: Empedocles & Critias, sanguinem: Parmenides, ex terra & igne: Xenophanes, ex terra & aqua: Boëthus, ex aëre & igne: Epicurus, speciem ex igne, aëre & spiritu mixtam. Atque haec quidem sunt classicorum philosophorum de animae natura sententiae. At Poëta nunc in uniuersum loquitur de omnium animantium uitalitate & uegetatione, nedum de homine tantùm. Vitas eorum, scintillas & coelestem originem dicens: hoc est, animari plenitudine numinis, quod immensum est, omnipotens, uiuax, uerum, cuius terra & coeli sunt plena. Vigor horum seminibus hoc uerbo inditum est: בְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת הָאָרֶץ וְכִבְשֻׁהָ

Quantum.] Nam eorū usus eius temporum partim, partim ingenij aliquorum iniuria hebescit & fit tardior. Quare disertè addit Noxia, uel senio effoeta, uel aliqua natura priuata uitio laborantia. Hebetant.] hebetes fiūt, uel hebetantur: genus pro genere. Iā ne quā obscuritas uerbis relinquatur, planius expolit, tùm dicit Moribūda: id est, senescētia, ac paulatim senio ad mortē properantia. Senio exhauritur succus uitalis ex frigiditate sanguinis. C At anima aequè persistit uiuida, uegeta, alacris'q;, etiā corpore exoluta: sed deficit corpus, frāgitur'q;, & ad postremū corrumpitur. Hinc metuūt.] Melior & castigatior lectio esse uidet, Hic metuūt. Quàm diu.n. anima corporib. illigata est, his uerberationib. quatitur, ut corporū motus. Etenim quid aliud sūt isti, quā animi uerberationes & subiti motus, quib. caeditur, quoties res bona aut mala oblata impellit ad agēdū. Sūt aūt quatuor praecipua affectuū genera, laetitia, spes, dolor, metus. Hi affect⁹ ita opponūtur, ut bini inter se cōparentur: duo boni, quorū alter praesens, alter futurū tēpus respiciat: totidē mali, & eadem tēpora spectantes. Laetitia est, praesenti bono frui: Spes est futurum bonum persequi: Dolor est, praesens malū auersari: metus, futurū imminēs'q; malū fugere. Extra hos affectus, alij sunt durabiles, qui in uoluntatis habitu collocantur. Huius generis sunt, odiū, iracundia, misericordia, amor, & similes.

A *Sed passiones illas quatuor, ex corporum commnctione & hebetudine animorũ proficisci nolunt: sed quæ tamen, anima è corpore auulsa, intermoriuntur. D. Augustini sententia est, eos toto cælo errare, qui omnia animæ mala ex corpore existimant prouenisse: licet heroicis planè uersibus, Platonis sententiam sequutus, id astruat Maro.*

Nec auras respi.] *Pythagorici, ac mox Platonici, duas mortes olim prodiderunt: alterã animæ, alteram animalis. Mori autem tum animal credebatur, cùm anima, è corpore emigraret. Contrà uerò, tũ intermori anima, cùm à suo principio & origine in corpus demergeretur. Prior mors nuda est, & communibus sensibus exposita. Posterior à sapientibus disputatur in philosophorum gymnasijs, quã uulgus uitæ nomine appellet tantum, & admiretur. Morte animalis (ut sic loquamur) liberatur anima, & ad cœlestẽ patriam remittitur, ubi uera uita est. Altera uerò morte, anima impelli ab immortalitate in has tenebras putatur. Quare in corporis clausa carcere, eiusq; uinculis coherci ta, per terrenas curas ad cælestem θεωρίαν hallucinatur. Atq; illud est quod Poëta dicit:*

B ——nec auras

Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.

Ideo Græcis corpus à uinculo nomẽ habet, δέμας, δέμος: & σῶμα, quasi σῆμα, o in η uerso. Ciceronis uerba hoc loco & sententiam expressit. lib. de Rep. 6. Qui, inquit, è corporum uinculis tanquam è carcere euolarunt. Vestra uerò quæ dicitur uita, mors est. Idẽ Africanus monet pòst, animum retinendum paulò esse in custodia corporis.

Quin.] *Occurrit tacitæ cogitationi: Ergo hac custodia liberatæ, rectà ad originis suæ principia reuertuntur sordibus purgatæ? Non, ait. nam anima patria sua ablita, longo usu exitum horret: corporis sordibus immersa, propemodum in pecuinam naturã est transformata. At hora fatali, cùm emigrare, uelit nolit, cogatur, per indignationem discedit. Imò, inquit, ne post mortem quidem potest à corpore recedere: sed aut circa cadauer suum obuersatur, aut noui alicuius corporis captat domicilium, nõ humani tantùm, sed belluini etiam, cuius naturã in hac uita exercuit: quæuis potius perpessura, quàm ut in cœlũ reuertatur, quod multis de causis deseruit. Hæc & alia Macrob. Sed uideamus porrò cætera, quæ huc quadrant.* Vita.]

C *id est, ubi iam anima deseruit corpus, non emaculatur statim ijs sordibus, quas corporis commercio contraxit. Atq; eandem sententiam per expolitionẽ bifariam extulit. Eas sordes & malum uocat, & pestes corporis, uetusta auxesi: corpus enim illis inficitur. Relinquitur ergo, longa mutuæ consuetudinis consociatione, horrenda multa animi uitia inolita, quæ post mortẽ difficulter eluantur. Itaq; stabilis è philosophorum, maximè Platonis doctrina, locum ac sedem post mortem purgationi destinatam.* Inolescere.] *Ex Ennio uersus sumptus est.* Ergo.] *Quid igitur reliquum est, nisi ut expientur supplicijs contagia? Pœnas dicit expiatorias, quibus expurgatæ ad sua principia remigrent puriores. Tria potissimum enumerat pœnarum genera, ignem, aquam, & uentũ, quibus dicit eas expiari. Et hanc doctrinam tuebãtur. Esseni, teste Iosepho: corruptibilia quidem esse corpora, materiamq; eorum esse perpetuam: uerùm animas esse immortales, de æthere subtilissimo esse profectas: quasi carceribus ita corporibus implicari: quippe quas illecebra naturalis attraxerit. Cùm uerò fuerint carnalibus uinculis exutæ, ceu longa seruitute liberatæ latas, sublimes ferri: ac iuxta Græcorũ sententias, ultra Oceanũ degere, ubi ijs sit reposita fruitio. Ibi regionẽ esse, quæ neq; imbribus, neq; nimbis, neq; æstib. aggrauetur quidem, sed quã Oceano oriens Zephyrus placidè spirans amœnet. Contrà, malis turbulenta loca destinata, gemituum & pœnarũ plena.* Suspensa.] *Forsan manem gloriam sequutæ. Ventos uidetur aërem uocare, quẽ nos spiritum dicimus. uitalis hic est, & cuncta permeat, cuius in terra suspensa in medio unà cum aqua libratur. Ventorũ & humidorum regnũ est aër. calidus & humidus iudicatur. Hac natura ij maximè esse censentur, quib. ex cõmotione sanguinis calidi & spirituum, uulgò sanguineis nomen est. Hi quoniam spermatico humore abundant, irati placant illicò. Horum animorũ sordes uidetur dicere, aëre purgari. Ad cõsimilem modum, melancholicos, qui sicci sunt, & frigidi, terra. ea enim illarũ est qualitatũ. Sub aqua, cuius crassissimum in terram transmutatur, hæc ipsa cõprehenditur. Et ut cætera huius generis prosequamur cõpendio: aqua frigida est ac humida, cuius cõplexionis sunt phlegmatici. Cholerici, cum igne communes qualitates habent, calidum nempe & siccum: quare purulentiæ talium igni exuruntur. Hæc nostro iudicio physicis accõmodatiũ dicuntur, quàm Seruiana illa de μετεμψυχώσεως, in pisces, monstra marina, & cœlestia corpora.* Infectum.] *quo animæ infectæ sunt.* Quisq; suos.] *quam ecphonesin ita explicant, quasi significet, unumquemq; sua supplicia dare. At Macrobius ita exponit: Si uerè quisq; suos patimur manes, & inferos in his corporib. esse credimus, quid aliud intelligendum est, quàm mori animam, cùm ad corporis inferna demergitur: uiuere autẽ, cùm ad supera post corpus euadit? Sed de genijs magis placet. nam priscorum opinione singulis mortalib. bini genij attributi credebantur, certatim ad bona malaue suos extimulantes.* Exinde.] *Vbi ad istum, quem dixi, modum fuimus perpurgati, in Elysium transimus. De Elysio alias retulimus.* Pauci læta.] *At superior Africanus apud Ciceronem. Sed quo sis Africane alacrior ad tutandã rẽpub. sic habeto, inquit: Omnibus, qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo definitum locum, ubi beati sempiterno æuo fruantur. Nihil est enim illi principi Deo, qui omnem Mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Earum rectores hinc profecti, huc reuertuntur. Hactenus ille. Ergo sapientes soli & ciuitatum rectores, etiam in corpore, cœlũ ipso respectu obtinentes, etiam post corpus, cœlestem patriam repetunt.* Pauci.] *Nam damnatorũ animabus reditus præclusus est ad corpora: uel qui non ad plenum expiãtur, repetunt noua corpora.* Donec.] *Seruij subtilem interpretationem nõ apprehendo satis, cùm nudior sit sententia, quàm ut obscuris inuolucris egeat. Tã diu, inquit, hæremus in Elysio, post aliquanti temporis pœnas, donec tẽpus à Deo principe præstitutũ, nobis attractam labẽ absterserit, & anima iã perpurgata fuerit. Proinde tẽpore opus est pleno & absoluto ad emaculationẽ, priusquã ex Elysio ad amnem obliuionis deducantur. Prodigiosum commentum de μετεμψυχώσεως.*

Longa.] *tempus uocat, ad eam expiationem præstitutũ, quo sordes eluuntur. Periphrasticè animæ substantiam circumloquitur, cùm modò purũ æthereum sensum, modò auræ simplicis ignem uocat.* Aurai.] *Vetusto more soluit diphthongum. frequens est Lucretio.* Has.] *animas mille exactis annis Deus ad Lethen uocat, ut omnium rerum obliuionem imbibant.* Mille.] *Perfectionẽ rursum*

 signat,

» signat, ut suprà: Centum errant annos. Hac uult animas emaculari, ut quicquid labis adhuc inhæreat, prorsus auferatur. Denarius perfectus numerus centenarium producit. Centum decies sumptum, millenarium gignit. Conuexa.] A' causa finali, ut in uitam reuerti cupiant, & altera corpora induere. Conuexum concauo oppositum est. A

ARGVMENTVM.

Anchises, declarata quæstione de animorum reuersione in aliena corpora, Aeneam, & Sibyllam in mediũ animarum conuentum protrahit, ipseq; paulò altiorem locum ascendens parat se ad ostendendos illis Troianæ stirpis nepotes.

Dixerat Anchises: natumq;, unaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem:
Et tumulum capit, unde oẽs longo ordine posset
Aduersos legere, & uenientum discere uultus.
Nunc agè, Dardaniã prolem, quę deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustreis animas, nostrumq; in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

NASC. CONVENTVS trahit in medios.] animarum. ideo sequitur: Turbamque sonantem.] id est, frementem, ac murmurantem. ingens enim fremitus est, ubi ingẽs est hominũ multitudo. Et tumulum capit.] relictus uidet, qui altè conscendit. Longo ordine.] ut erant in campis Elysijs. Legere.] uidere ut,
» ——quia protinus omnem
» Perlegerent oculis. ex Nonio Marcello
Nunc agè, Dardaniã prolem.] attentum, docilemq; facit auditorem. nam magnis de rebus, & ad Aeneã ipsum, qui audit, pertinentibus se breuiter uerba facturum pollicetur. Albanos autem reges designat, ut etiam interpres admonet, quare subdit: Itala de gente.

LAMB. Hort. HACTENVS, qua potuit breuitate, περὶ τῶν μετεμψυχώσεων. Nunc transitionem parat ad ea, quorum causa tota hæc κατάβασις ad inferos instituta fuit: hoc est, ut stirpem Aeneæ, Albanorum uidelicet illustriores reges primùm, inde Romanorũ proceres celebret. Postremò, quo in Augusti laudes ita digrediatur, ut illius causa maximè totus hic catalogus contextus uideri queat. In huius encomio ad adulationem usq; immodicus est, dũ gestis amplificandis eũ dijs parem facit. Sed cùm omnino tamen cõsilium staret, tantũ principem uehere, non potuit commodiorem occasionem quàm hoc cõsilio, capiasse. Nam dum Anchisen per singula filiũ circumducentem, & posteritatem narrantem introducit, plus authoritatis, minorẽ adulationis speciem sapiunt nimiæ illæ & immodicæ decãtatæ laudes, quàm si sub Poëtæ persona celebratæ fuissent. Dixerat.] περὶ τῆς μετεμψυχώσεως. Et ut uerba sua de reditu animorum in corpora re præsenti confirmet, monstrat illi turbam id genus, antequam eum suorum posterorum seriem edoceat.

Conuentus.] multitudinem, frequentem umbrarum numerum, quem per synonymiam turbam sonantem uocat: alludens ad naturã rei. Turbæ sua multitudine strepunt, fremuntq;. Siue quòd animæ, ut sunt substantiæ incorporeæ, sonum edant tantum. Tumulum.] Accommodat rebus humanis, cùm alioqui spiritus oculis corporis sua natura subijci nequeant, nisi corpora qualiacunque induti. Aduersos legere.] ante oculos positos circumlustrare. Quæ recognoscuntur, oculis percurrimus: idq; legere uocamus. Nunc agè.] Redintegrat docilitatem, qua, quid nunc eum sit edocturus, proponit. Sunt autẽ potissimum tria: posteritas, posterorũq; laudes, & uirtus, & fata Aeneæ de bellis ingruentibus. Dardaniam.] Troianam: antonomasia, posteros Aeneæ. Albanos reges, & Romanos. Animas.] Appositio Gloria.] ex rebus præclarè gestis. Nam harum quoq; singulis propè adijciet mentionem. Nepotes.] Romani, qui ex tuis posteris nascentur, & qui Romano nomine appellabuntur.
Expediam.] quasi breui enumeratione percurram.
Te tua.] Postremò, quæ bella tibi gerenda erunt: & eorum quis sit futurus exitus. B

ARGVMENTVM. C

Pater Anchises posteros ab eo descensuros Aeneæ ostendit. auspicatur autem à Syluio Aeneæ posthumo ex Lauinia filio, & in Marcellum Octauiæ sororis Augusti filium desinit. itaq;, qui rem optimè considerabit, omnem ferè Rom. historiam ab Aeneæ aduentu in Italiam, usq; ad Virgilij ætatem inuerso licet ordine temporis, summo tamen iudicio structam esse reperiet. nam cùm ad promerendam Augusti Cæsaris gratiam ista potissimùm scribantur, post Romuli urbis conditoris mentionem, ad Iulij, & Augusti Cæsaris laudes celebrandas illicò descendendum fuit, præsertim cùm nullus existeret alius, qui sanguine Aeneæ coniunctior esset Iulio Cæsare: qui à Iulio Ascanio se ducere originem iactabatur, ideoque etiam Venerem, ut Tranquillus ait, impensè colebat, literasq; suas sæpius signo Veneris obsignabat: non enim Romani omnes à Troianis originem habent. quamobrem licet & alios nonnullos ad indicandam Romanæ reip. excellentiam Poëta celebrat, gloria nominis, & uirtutis clarissimos: qui ante Iulium, & Augustum Cæsares longo temporis interuallo floruerunt, tamen summo consilio Iulium, & Augustum, utpote Aeneæ sanguine propinquiores priore loco nominauit. hanc historiam plurimi cùm Græci, tum Latini perscripserunt. Sed illud obseruandum in primis est diligenter, quod cùm Romanorum genus, præsertim Augusti Cæsaris, Poëta doctissimus extollere, ac supra quàm credi potest maximum ostẽdere uellet, in eo describẽdo τὸ πρέπον personarum in primis, ac loci seruare uoluit. Nam & narrationem Anchisæ tribuit, & Aeneam, ac Sibyllam audientes facit, & in Elysijs campis, quibus nullus est excellentior locus, animas Romanorum ostendit.

Ille (uides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras

NASC. ILLE, uides? pura iuuenis qui nititur hasta.] hūc innuit fore bellicosũ, & fortissi-

Aetherea, Italo †commixtus sanguine surget
Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum Lavinia coniunx
Educet sylvis regem, regumque parentem:
Unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor: & qui te nomine †reddet
Sylvius Aeneas, pariter pietate, vel armis
Egregius, si unquam regnandam acceperit Albam:
Qui iuvenes, quantas ostentant, aspice, vires.
†At qui umbrata gerunt civili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, Castrumque Inui, Bolamque Coramque.
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.
Quin & avo comitem sese Mavortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet, viden' ut geminæ stant vertice cristæ?
Et pater ipse suo superûm iam signet honore?
En huius nate auspiciis illa incyta Roma,
Imperium terris, animos æquabit Olympo:
†Septem quæ una sibi muro circundabit arces,
Fœlix prole virûm: qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omneis cœlicolas, omnes supera alta tenentes.
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem,
Romanosque tuos: hic Cæsar, & omnia Iuli
Progenies, magnum cœli ventura sub axem.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,
Augustus Cæsar, divûm genus, aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arva
Saturno quondam, super & Garamantas & Indos
Proferet imperium: iacet extra sydera tellus,
Extra anni, Solisque vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Huius in adventu iam nunc, & Caspia regna
Responsis horrent divûm, & Mæotica tellus,
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
Fixerit †æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber, agens celso Nysæ de vertice tigres,
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis olivæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis Romani, †primam qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
Missus in imperium magnum: cui deinde subibit,
Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina: quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularib. auris.
Vis & †Tarquinios, animamque videre superbam
Ultoris Bruti, fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sævasque secures
Accipiet, natosque pater, nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,
Infœlix, utcunque ferent ea *fata †minores.
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

A *stissimum virum, quasi hasta donatus, quæ, ut inquit Sex. Pompeius, signum præcipuum est summæ armorum, atque imperii. nam cum Carthaginienses bellum cum Romanis gerere vellent, Romam hastam mittebant, & Romani fortes viros sæpe hasta donarunt. hæc ille.* Primus ad auras.] *quia primus fuit Aeneæ filius post eius adventum in Italiam. nam Ascanius ante captum Ilium ex Creusa natus erat.* Italo commistus sanguine.] *quia ex* B *Lavinia Latini filia susceptus est.* Tua posthuma proles.] *Variant antiqui scriptores in genere huius Sylvii describendo. nam Livius Ascanii filium fuisse scribit: Dionys. vero Halic. ex Aenea natum memorat: cuius opinionem sequitur hic Poeta noster. Sed utcunque est, in sylvis natum, interque pastores eductum una omnium opinio est. adeas interpretes alios, quibus hæc potissima cura fuisse videtur declaranda historiæ: nobis autem, ut sæpius admo-* C *nuimus aliud consilium est.* Proximus ille Procas.] *Sylvio proximus, in campis Elysiis. sic ego interpretor, quod facile mediceat nox, ille: quam diu Troiani positam esse opinor. nam proximus tempore dici non potest. nam à Sylvio ad Procam anni interfuerunt ferè trecenti, nisi genere proximus intelligere malis.* Troianæ gloria gentis.] *quia ex eius potissimum sanguine orti sunt Romani, qui gloria virtutis suæ, & imperii magnitudine Troianorum gloriam, unde originem trahebant, illustrarunt.*

Et qui te nomine reddet, Sylvius Aeneas.] *hic, Livio, & Dionysio auctoribus, Sylvii in sylvis nati filius fuit.* Pariter pietate.] *Aeneam Sylvium cum Aenea comparat: quorum utrunque cum à pietate, tum etiam ab armorum peritia, & gloria commendat.* Si unquam regnandam.] *magna cum difficultate hunc Sylvium regnaturum innuit. Sed adeas interpretes.*

Quantas ostentant, aspice vires.] *ex effigie corporis iuvenum virtutem per coniecturam extollit.* At qui umbrata gerunt.] *si ita legas, alios haud dubie quam Sylvios duos intelligit: qui vero sint hi, ingenue fateor me nescire. Si vero, Atque umbrata gerunt, copulatè legeris, ut antiqui codices habent plurimi, de illis profecto intelligendum est. sed vulgata lectio mihi magis arridet.* Civili tempora quercu.] *Latini scriptores, qui de coronis verba fecerunt, querceam coronam olim illis dari solitam fuisse scribunt, qui civem in prælio servassent, verum quia horum historia ignoratur, quid coniiciam, nescio, nisi forte Poeta hos quercu coronatos fingat, quia urbes munitas condiderunt, sicque cives suos ab hostium incursantium manibus liberarunt. nam subdit:*

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam.] *Hæ urbes priscorum*

†al. Commistus
†al. reddat,
†al. Atqui
†al. Septemque
†al. acripedem
†al. primus
†al. Tarquinios reges, animamque superbam
*al. facta
†al. nepotes:

Quin Decios, Drusosq; procul, sæuum'q; securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillū,
Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dū nocte premuntur.
Heu quantum inter se bellum (si lumina uitæ
Attigerint) quantas acies, stragemq; ciebunt?
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens, gener aduersis instructus Eois.
Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ ualidas in uiscera uertite uires:
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis Olympo,
Proijce tela manu, sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho,
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas:
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotētis † Achillis,
Vltus auos, Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitū, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina bel(li,
Scipiadas? cladem Libyæ? paruoq; potentem
Fabricium? uel te sulco Serrane serentem?
Quo fessum rapitis Fabij? tu Maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem, uiuos ducēt de marmore uultus:
Orabunt causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, † paciq; imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises, atq; hæc mirantibus addit.
Aspice, ut insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, uictorq; uiros supereminet omneis.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellem,
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.
Atq; hic Aeneas (unà namq; ire uidebat
Egregium forma iuuenem & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina uultu)
Quis, pater, ille uirum qui sic comitatur euntem?
Filius, an'ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circà comitū? quātum instar in ipso (est?
Sed nox atra caput tristi circūuolat umbra.
Tū pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O' nate, ingentem luctum ne quære tuorum:
Ostendent terris hunc tantum fata, nec ultra
Esse sinent: nimium uobis Romana propago
Visa potens, Superi propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille uirûm magnam Mauortis ad urbem
Campus aget gemitus? uel quæ Tyberine uidebis
Funera? cùm tumulum præterlabêre recentem?
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos: nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq; bello
Dextera: non illi quisquam se impunè tulisset.
Obuius armato: seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani

sunt Latinorum: quas hic noster, nescio quē secutus, à regibus Albanis cōditas dicit. Liuius uerò Fidenates Etruscos fuisse libro primo ab urb. literis prodidit. sed hoc alij uiderint. Castrūq; Inui.] *figuratè ut urbem Pataui, Seruius ait hoc esse Castrum nouum: de quo Liuius etiam libro de bello Macedon. & Asiat. 6 mentionem facit.* († al. Achilli,) Geminæ cristæ.] *Romulum, & Remum dicit: quos etiam per cristas bellicosos innuit: solent enim equites cristati incedere, & pugnare, ueruntamen solum Romulum extollit, dum sequitur:* Et pater ipse suo superûm.] *Romulum* († al. pacisq;) *Deum futurum innuit Martis beneficio patris eius. de quo ita Horat. in 3. Carm. ex persona Iunonis:*

» *Protinus & graues*
» *Iras, & inuisum nepotem,*
» *Troica quē peperit sacerdos,*
» *Marti redonabo, illum ego lucidas*
» *Inire sedes, ducere nectaris*
» *Succos, & adscribi quietis*
» *Ordinibus patiar Deorum.*

Illa inclyta Roma.] *ingentē nōs à claritate nominis Romani cōmendat.* Imperiū terris.] *A' fortuna: hac est, ab imperij magnitudine* Animos æquabit Olympo.] *à magnitudine animi.* Septēq; una sibi.] *Laus est uel à situ, & ab amplitudine loci: nō enim ciuitas nō fortis esse potest, quæ septem arces*

A *habet, septē'q; uno muro colles claudit. nā per septē arces septē colles intelligēdi sunt: qui circuitu ciuitatis continētur, unde septicollis Roma uocat.* Felix prole uirûm] *à numero, & fortitudine hominū: nā felix prole est, qui prolē copiosam habet. ubi uerò ait virûm, hominū robur designat.* Qualis Berecynthia.] *Fœcundam Romanorū prolem, non cū fœcūditate prolis Berecynthiæ comparat: esset enim inepta comparatio, sed ostendit* B *urbem Romam ita lætari multitudine ciuium suorum, ut Cybeles filiorum suorū fœcunditate gaudet. & occultè fortasse alludit ad immunitatem proletariorum: qui ob liberorum copiam, & in illis procreandis fœcundam felicitatē ab onere militiæ immunes erant, domiq; gignēdorum liberorum causa relinquebātur, ut quia inopia rei familiaris Rempub. iuuare non poterant, sobolis gignendæ copia ciuitatem frequenta-* C *rent: attamen cùm iuuentutis inopia esset, & ipsi in tumultuariam militiam legebantur, armaque illis sumptu publico præbebantur. de proletarijs Gellius & Nonius Marcellus præter alios meminerunt. Si uerò quæras quamobrem Deæ comparatione usus fuerit, cum Seruio interprete respondeo, id esse factū, ut ostendatur duces Romanos inter Deos esse referendos.*

Et omnia Iuli Progenies.] *Iulia familia, à Iulio*

Ascanio

Munere. Sic tota passim regione uagantur,
Aëris in campis latis, atq; omnia lustrant.
Quæ postquam Anchises natū per singula duxit,
Incenditq; animum famæ uenientis amore:
Exin bella uiro memorat, quæ deinde gerenda,
Laurentesq; docet populos, urbemq; Latini:
Et quo quemq; modo, fugiatq; feratq; laborem.

A *Ascanio originē ducit.* Magnū cœli uentura sub axem.] *commēdatio à diuinitate: et sanè omnes ex Iulia gēte Cæsares in numerū Deorum cooptati fuerūt: nam Iulio Cæsari ara erecta est, ut anteà diximus, & uota facta fuerunt. unde illud est:*

» *——uocabitur hic quoq; uotis.*

Sed hic magis Augusti diuinitatem, imperij magnitudinē, potestatemq;, & felicitatem extollit. Diuûm genus.] *ueteres manuscripti codices legerunt*, Diui genus, *ut sit allusio ad inscriptionē numismatū, & statuarum, in quib. scriptum extat:* AVGVSTVS DIVI F. Aurea condet Secula.] *à felicitate, eóq; etiam maior laus est, quod non solùm ipse aurea, felicíq; ætate regnauit, ut Saturnus, uerumetiam effecit, ut alij suo beneficio felices existerent, cùm ipse auream ætatem cōdiderit. unde mira cōfuois deduci potest.* Super Garamanthas, & In-

B dos.] *commendatio à magnitudine gloriæ, & potestatis: quam ex imperij propagatione sibi comparauit. alludit autem ad eius Monarchiam. Garamanthi sunt populi Libyæ.* Iacet extra sydera tellus.] *exornatio ad amplificationem imperij, ac potestatis Augusti Cæsaris.* Extra anni, Solisq; uias.] *extra Zodiacum: per quē Sol & Planetæ obliquè circumfertur, confectóq; cursu annum claudit. & est superioris uerbi interpretatio, ubi dixit:* Extra sydera: *non enim datur tellus extra sydera.* Vbi cœlifer Atlas.] *signatè loquitur, & ubi sit hæc tellus ostendit. duo autē Atlantes scriptoribus traduntur, in Mauritania Herodoto in primis, & Ptolemæo maior, & minor: alter columnis Herculis proximus, in longitud. grad. 8. in latitud. 33. cū dimidio, & hic minor uocatur: maior uerò Atlas in interiore Libya remotior, in longit. grad. 8. in latit. uerò 26 cum dimidio uterq; (ut Geographi, & Astrologi tradunt) extra Zodiacum est, sed alter altero magis: non enim tā latè protenditur Zodiacus.* Humero tor-

C quet.] *de monte, tanquam de homine loquitur, quia Atlas, ut antea docuimus. Astrologiæ inuentor in montē huius nominis fertur fuisse mutatus.* Axem humero torquet.] *ad cœli reuolutionē respexit cùm ait torquet, quod facilè intelligi potest ex Ennij uersu, unde hic sublatus est. Sic enim ait apud Macrob. Sat. 6.*

» *Qui cœlum uersat stellis fulgentibus aptum.*

Quare inepta est Seruij interpretatio, torquet: id est sustinet. Huius in aduentu.] *confirmat testimonio diuino: id est, à responsis Deorum. Sueton. Tranq. in Augusto multa quidē per Orbem terrarū uaticinia, & præsagia edita fuisse memorat, per quæ ipsius Augusti felicitas prænosci poterat. P.q. Nigidium, ut puerum natum esse audiuit, affirmasse dominum terrarum Orbi natum: sed tamen nihil horū, quæ à Poëta referūtur, enarrat. Porrò hæc contigisse arbitror, quo tēpore Christus Dei filius Opt. Max. & seruator noster natus est, ut in quadā historia me legisse memini.* Caspia regna.] *à Caspijs montibus dicta, qui sub Septentrionali plaga existunt in extremis Assyriæ partibus, admodū angusta, unde portæ Caspiæ dicūtur. Diodorus Sicul. lib. 3. & alij plures.* Mæotica tellus.] *Scythica: ubi palus est Mæotis.* Et septēgemini.] *ex Catullo hæc sumpta uox est. quia Nilus Aegypti fluuius septē ostia habet in mare decurrētia: quæ etiam Diodor. suis nominibus recēset in 1. libro.* Nec uerò Alcides.] *exaggerat facta Cæsaris Augusti ex cōparatione Herculis, & Bacchi: quibus eum superiorem facit. nam Hercules multis Orbis terrarum regiones peragrauit, ceruam, suemq; Erimanthiū occidit: Bacchus de Indis triumphauit, tigres de Nisæ mōte Indiæ deduxit: Augustus uerò totum Orbē terrarum Romano subegit imperio.* Aeripedem.] *trisyllabū pro quadrisyllabo metri gratia, æripedem, pro aëripedem. hoc est, uelocem seu leuem, quasi aëris pedes habentem, ut de Camilla dictum est in 9. Sic quoq; Diodorus in quinto hanc ceruā aureis cornibus, & uelocitate eximiam fuisse scribit.* Placarit nemora.] *in Arcadia. cuius agros aper ille uastabat.* Et Lernam.] *hydram: ex cuius corpore centum prodibant serpētum capita ceruices: quarum singulis resis duæ renascebantur. Diodorus in 5.* Nec qui pāpineis.] *Bacchū dicit, qui de Indianis primus omnium triumphauit.* Nisæ.] *montis Indiæ.* Et dubitamus adhuc.] *auget animū Aeneæ ex multitudine futuræ posteritatis ad gloriā ex illustribus factis sibi comparandā, & dubitamus numero multitudinis dixit, quasi & ipse gloriæ filij particeps sit futur⁹.* Aut metus.] *ex antitheto ad animi magnitudinem per contemptionem timoris hortatur.* Quis procul.] *κατ' ἀναχώρησιν ad reges Rom. redit, cūq; Romuli mentionem fecisset, hic Numam extollit regē 2.* Ramis insignis oliuæ.] *quia bella non gessit, sed religioni intentus, sacra, cerimoniasq; multas instituit, ideo ait, sacra ferēs. Liuius, Plut. & alij.* Incanaq; menta.] *quia iam inde à prima ætate canus fuit.* Primus qui legibus.] *sunt, qui primā: id est, adhuc recentem, legūt: nam Romulus & ipse leges sanxit, Dionys. Halic. Plut. sed plures Numa, & meliores.* Curibus paruis.] *oppido Sabinorū, ubi natus erat Pōpilius. adeas Liuiū, & Dionysium.* Missus in imperium magnum.] *non quia tunc magnum esset, sed quia futurum erat. uel cōparatione magnū dicit κατ' ἀντίθετον: quia Curibus paruis dixerat.* Ocia qui rūpet patriæ.] *nā ocium sub Numa Pomp. rege animos Rom. effœminarat, cùm bella non gererent, at Tullus Hostilius Numæ successor belligerando fines imperij propagauit.* Iam desueta triumphis.] *à Romulo partis. Liui⁹, & alij.* Iactātior Ancus.] *quia patrum, plebisq; uoto regnū accepit ex Pompilij filia natus.* Vltoris Bruti.] *& libertatis publicæ, & Lucretiæ à Sexto per uim constupratæ.* Fascesq; uidere receptos.] *expulsis regibus. Consules duo singulis annis creabantur, quibus lictores XII. præibant cum fascibus uirgarum ad noxios puniendos.* Sæuasq; secures.] *quæ in fascibus uirgarum abscondita ferebantur usque ad Manlium Torquatum. nam antiquitus noxij non solùm uirgis cædebantur, sed & securibus abtruncabantur.* Natosq; pater.] *Brutus filios suos Tarquinium in urbem recipere uolentes, necari iussit. nota est historia. Liuius, Dionysius, Plutarchus, & alij meminerunt.* Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit: Infelix.] *Bruti factum occultè commendat, quia pro libertate fit: personam perstringit, quia pater est. denique mouet commiserationem*

ferationem per locum communem à fortuna, quod in eam calamitatem pater inciderit, ut liberos suos necare coactus fuerit. Vtcunque ferent ea fata minores.] quia factum Bruti nõ æquè ab omnibus acceptum fuerat, attamen maior pars ei annuebat, quia & si seuerè, tamen iustè, ac utiliter pro patriæ libertate fecerat: unde & gloriam reportabat. propterea ait:

—laudumq; immensa Cupido.

Vtcunq; legat, siue fata, siue facta, rectè sententia procedit. Augustinus in 5. de ciuit. Dei facta legit. Quin Decios.] patrem, & filium, qui pro patriæ libertate se deuouerunt, alter bello Latino, alter Gallico. Liuius. Drusosq; procul.] duo fuerunt Drusi, alter Hasdrubalem uicit, alter Augusti Cæsaris priuignus, Neronis frater Germanos bello domuit: qui ex fractura equo super crus eius collapso trigesimo die quàm id acciderat, mortuus est. Sæuumq; securi Aspice Torquatum.] T. Manliũ Torquatum designat, qui filium præter ipsius imperium cùm aduersus Gallos felici uictoria pugnasset, securi, ut ait Liuius, à lictore obtruncari iussit, hanc opinionem sequitur hîc Poëta noster, licet historici narient de genere necis. Et referẽtem signa Camillum.] quæ Galli Senones duce Brenno, deuictis Romanis abstulerãt. Liu.

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis.] transit ad Cæsarem, & Pompeium: quorum facta: id est, bella ciuilia circumstantijs exaggerat, personis, loco, magnitudine factorum cum ingenti commiserationis affectu. Paribus autẽ armis dixit, quia ambo Romani, & amborum paria armorum insignia erant. ut apud Lucanum in primo:

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

Dum nocte premuntur.] non simpliciter dictũ est, sed alludit Poëta ad fortunæ utriusq; obscuritatem: nã dum Cæsar, & Pompeius humiles extiterunt, concordi inter se uoluntate fuerunt: ubi uerò rerum gestarum gloria clarere cœperunt, tunc maximè animos attollere, & tyrannidem certatim affectare cœperunt. Heu quantum.] exclamatio ad exaggerandam bellorum ciuilium magnitudinem cũ significatione doloris. Quantas acies, stragemq; ciebunt.] pathos ex infausto, atq; infelici rerũ euẽtu. Aggeribus socer Alpinis.] amplificat à loco, & à personis. & bene aggeribus dixit: nam Apenninus mons quasi agger Italiam diuidit. Atq; arce Monœci.] de mõte Apẽnino iuxta portum Monœcũ: qui est in Liguria ferè solus, præter quasdam stationes ad anchoras iactandas. Gener aduersis instructus Eois.] Pompeius ingenti orientalium populorum manu, qui magis ad pompam, quàm ad robur exercitus, instructus cum Cæsare inuitus conflixit. Appianus, & Dio hanc historiam egregiè perscripserunt. Ne pueri.] ἀποστροφὴ ad Cæsarem, & Pompeium, quos ab utili, & honesto hortatur, ne tantopere sæuiant, ne inter se bella gerant, neq; rempub. affligant. quod uerò ait, pueri, licet eis blandiri uideatur, eorum tamen imprudentiã occultè perstringit: qui non maiori intellectu, & prudentia, ac si essent pueri, bella inter se exercẽt, se, remq; pub. euersura. In uiscera.] rectè in uiscera: nã bella ciuilia intestina uocantur. Tuq; prior.] ad Cæsarem: quẽ occultè perstringere uidetur tanquam discordiæ principem: rem tamen ita bellè agit, ut eum & uictorem simul, & clementẽ significet: nã parce ait, quod est uictoris: in Dijs uerò clemẽtia est: unde ipse trahit genus. & reuera erga Põpeianos clementissimus fuit. Proijce tela manu sanguis meus.] persistat in uerborũ blandimento perinde ac si pater liberis paruulis blandiatur. Ille triũphata capitolia.] alios recenset Romanorũ strenuissimos duces nullo temporis ordine seruato. innuit autẽ (ut cum Pontano sentiam) Mummum, qui Achaicus cognominatus est: quiq; Corinthum funditus euertit. Eruet ille Argos.] Paulum Aemylium significat, quidquid Gellius dixerit, qui Persen Macedoniæ regẽ uicit, regnũq; Aeacidarũ subuertit: etsi neq; Argos ille neq; Mycenas euertit. hoc tamen, ut Aeneam soletur, ab Anchise dicitur (ut rectè sensit Iou. Pont. in Antonio) cuius ipsius posteri euersuri essent Argos, siue Achaicã: quæ arx uidebatur Achæorum: quorum principes aduersus Troianos coniurauerãt, siue Thessalicum, quando ducũ Thessaliæ uirtus in eo bello plurimum enituit. & Mycenas Agamemnonis patriam, qui fuit Græcorum, ac belli dux. Quod uerò de Perse, non de Pyrrho intellexerit Poëta noster, ex hoc facilè perspici potest, quod capto Perse, & à Paulo in triumphum ducto, regnum Aeacidarum finiuit de quo Propertius: B

Et Persen proaui stimulantem pectus Achilli,

Quiq; tuas proauus fregit Achille domos.

Pyrrhus autẽ neq; à Pop. Rom. uictus est, neq; regnũ Epirotarũ Pirrho uiuente captũ, atq; in prouinciã redactum fuit. Vltus auos Troiæ.] superato Perse rege, regnoq; Aeacidarũ deleto, Pop. Rom. uideri poterat Troiæ ruinas ultus fuisse. Tẽpla & temerata Mineruæ.] tẽplum Mineruæ, quod erat in arce Troianorũ, designat à Græcis uiolatũ, ideoq; nonnulli codices illic distinguũt. Vltus auos, et quod sequitur, uno spiritu legũt. Troiæ tẽpla et temerata Mineruæ, porrò occultè innuere uidetur, illud uiolati templi ab Vlysse, & Diomede, propter sublatũ Palladium, facinus tale, ac tãtum fuisse, ut iure merito Græci omnes pœnas essent daturi. Quis te magne Cato.] Catonem Censorium per ἀποστροφὴν extollit: cuius uirtutis magnitudinem iure commendat. nam τετράγωνος dictus est: fuit enim maximus orator, maximus imperator, maximus senator. Aut te Cosse.] A. Corn. Cossus, qui media Romæ dignitatis insignia adeptus est. tribunus militũ Largium Tolumnium Veientum regem hasta transfixit, spoliaq; detraxit: hic secundus fuit, qui Ioui Feretrio opima C spolia obtulit. Liu. li. ab Vrbe cond. 4. Gracchi genus.] Tib. & Gracchum fratres Tib. Gracchi filios, oratores celeberrimos: quorum uitã scripsit Plutar. & Cic. in Bruto pluribus meminit. Aut geminos, duo fulmina belli, Scipiadas?] de quib. Scipionibus dicant, an de maiore & minore, an de P. & Gn. fratrib. incertũ est. Cic. in orat. pro Corn. Balbo fratres Scipiones fulmina imperij Rom uacat his uerbis: Et cùm duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Gn. & P. Scipiones extincti occidissent. cùm uerò Poëta addat, cladẽ Libyæ, sunt qui de maiore, qui tributariam, & de minore Africano, qui funditùs Carthaginem sustulit, intelligendum putent, quãquam & fratres Scipiones clades Libyæ dici possunt, qui suis corporibus Annibali iter occluserunt. Sed utcunq; est, locus ex Lucretio sumptus est in 3. lib. qui sic ait:

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Fabriciũ.] C. Fabricium Licinium paupertate, & rebus gestis præclarissimum, de quo multi scriptores. Sed uideto quid de eo Gellius dicat lib. 1. cap. 14. Vel te sulcos Serrane serentẽ.] Atiliũ, Serranũ dicit: cui agrũ colẽtẽ delata ob uirtutis gloriã dictatura est. Quò fessum rapitis Fabij?] sunt, q legũt, quo gressum rapitis Fabij?

nec

A nec insulsè, ut sit ad trecentos allusio, qui una die ad Cremeram perierunt, de quibus Ouid. in 1. de Ponto:

» ——quamuis cecidêre trecenti,
» Non omnes Fabios abstulit una dies.

Sed quia inusitata locutio est rapere gressum, castiùs leges, quo fessum rapitis, ut non modò Anchises longa nomenclatura delassatus leuetur, uerum etiam ut lectori cõsuli uideatur. Vnus qui nobis.] Ennij uersus est de Fab. Max. qui Annibali mora fregit. Cic. in lib. de Senect. & alibi Ennij uersus de Fabio citat. Excudẽt alij spirantia mollius æra.] breui digressione alia alijs per distributionem tribuit. Græcis scientiã, liberalesq́ disciplinas, Romanis uerò peritiam tractandorum armorũ, gerẽdæq́ reipub. locus ex 1. Tusc. quæst. Cic. desumptus esse uidetur. illud autẽ minimè reticendũ arbitror, singulas huiusce digressionis partes singulas esse allusiones cùm ad singulos populos, & locos, tum ad singulas artes, in quibus ipsi excelluerint. nam per æra Corinthij hic designantur: qui arte fundendi æris. calendorumq́ uasorũ insignes fuerunt. & ex antiqua illa fundendi æris gloria, ut ait Plin. æs Corinthiũ maximè laudatur. Viuos ducẽt de marB more uultus.] statuariam artem intelligit: in qua Græci mirum in modũ excelluerũt: ad cuius uerò urbis, seu loci statuarios alludat, incertũ est, cùm ex uarijs Græciæ locis statuarij prodierint celeberrimi. Constat autem statuariæ artis originem cum Olympiadum origine cœpisse, & in Chio insula Malam fuisse sculptorem, deinde filiũ eius Micciadem, deinde nepotem eius Anthermum Chium, cuius filij Bupalus, & Anthermus clarissimi in ea arte fuère: sed postea Lysimachus, Polignotus, atq́ alij multi claruerunt. quod uerò ait uiuos uultus, statuariorum peritiam commendat: qui ueritate repræsentata ita uultus effingere nouerant, ut uiui esse, ac spirare uiderentur. quod autẽ de marmore ait, ad lapidem Pariũ alludere uidetur. quo solo (ut Plin. ait) omnes antiquæ ætatis sculptores usi fuère.

Orabunt causas melius.] Athenienses hauddubiè designat: nã Athenis clarissimi oratores extitêre: unde & Romani artem oratoriam acceperunt. Cic. in 1. Tusc. oratorem, inquit, celeriter complexi sumus: nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicẽdum, post autem eruditum. Sed hæc communia sunt, separatim uerò, & occultè Demosthenẽ Ciceroni præferre uidetur. Cœliq́ meatus.] C mathematicas disciplinas dicit: quæ Astrologiã, Arithmeticam, Geometriam, Musicam cõplectuntur. harum disciplinæ cum. constat Aegyptios, Chaldæos, & Phœnices inuentores, studiosissimosq́ fuisse. Strabo inter alios. Describẽt radio.] radius uirga est, qua Geometræ lineas indicant. Cic. in 5. Tusc. ex eadem urbe humilem homunculum à puluere, & radio excitabo, qui multis pòst annis fuit, Archimedem. Tu regere imperio populos.] cùm aliæ alijs datæ sint artes, hæc tua est ars Pop. Rom. ut cum imperio populos regas. extollit autem & prudentiam, cùm ait, regere, & potestatem Pop. Rom. quia addit imperio. & occultè perstringit Græcorum insipientiam, qui cùm se sapiẽtes, & philosophos esse profiterẽtur, ideoq́ soli propter doctrinam, regendæ reipub. sibi scientiam arrogarẽt: tamen imperium infeliciter amiserũt: Romani uerò absq́ philosophia, liberaliumq́ artium doctrina totũ ferè Orbem terrarum suo subiecerũt imperio. Parcere subiectis, &c.] hic mos peculiaris fuit Romanorũ, humilibus ueniam dare, superbis resistere. nam maximum omniũ peccatorũ est (ut inquit Plato in 5. dial. de leg. 7. leg. lat.) quod in supplices admittitur: & concludit, quod nullus in supplices sceleratus abibit. Aspice ut insignis spolijs Marcellus opimis.] redit ad suorum nomenclaturam. & M. Marcellum in primis extollit à præstantia rei militaris, & à felicitate uictoriæ, cuius etiam egregia facta breuiter memorat. hic Marcellus est, qui Romanorũ ensis dictus est, qui primus Annibalem terga ostendere, & ex obsidione Nolæ turpiter recedere coëgit. Magno turbante tumultu.] quia bellum barbaricum erat, & in Italia gerebatur. tumultus dicebatur, in quo erat timor multus. Sistet eques.] quia equis rem gessit Marcellus, ubi rem Punicam equitatu potiorem esse cognouit.

Tertiaq́ arma patri suspendet capta Quirino.] Marcellus tertius fuit, qui spolia opima Viridomaro Gallorũ regi detracta Ioui obtulit. Sic Liuius, sic omnes probatiss. scriptores referunt. Silius lib. 1.

——iacens ore truci super arma, uirosq́,
Tertia qui tulerit sublimis opima tonanti.

Sit igitur uerborũ dispositio huiusmodi, arma capta Quirino: id est, Marte (nam Mars Quirinus dicebatur) & prælio, patri Ioui suspendet. quidquid Seruius, alijq́ interpretes dicant de lege Numæ. nam Romulus, Cossus, & Marcellus Ioui opima obtulerunt, non Marti, neq́ Romulo: si quis uerò meliorem nactus fuerit sensum, ego illi libenter acquiescã. Gallumq́ rebellem.] Viridomarum, quẽ singulari prælio uicit. Egregium forma iuuenẽ, & fulgẽtibus armis, Sed frons læta parũ.] transit ad Marcellum Octauiæ sororis Augusti filium: & artificiosè duos Marcellos coniunxit, ut alterum ex uetustate generis alterius commendaret: sed insuper à forma corporis, & à spe futuri roboris illum laudat. deinde ex eius infausto euentu: hoc est, acerbo mortis casu commiserationem mouet. tãta enim uirtuti fortunam inuisam esse indiciũ facit. cùm ait: Sed frons læta parum. quod in sequentibus ostẽdit. O nate ingentem luctũ.] dissuasio ab utili per cõmiserationem. Ostendẽt terris hunc tantũ fata.] inuidiosè in Deos: quod ex magnitudine affectus prouenire uidetur. Nimiũ uobis Romana propago.] acerbo mortis Marcelli causam assignat: quam ex Deorũ inuidia deducit, cũ epiphonemate doloris, cõmiserationisq́ plenissimo, hoc uerò ait: Si Marcellus in matura ætate reipub. tantũ præstare potuisset, quantã puer spẽ prudentiæ, ac fortitudinis omnib. afferebat, Romana soboles huius uiri uirtute humanæ cõditionis lineas, ut ita dicam, trãsiluisse uideretur. itaq́ cũ ingenti dolore, nec absq́ indignatione in Deos quasi Romanæ gloriæ inuidentes dictũ uideri debet. Propria hæc si dona fuissent.] Si hæc peculiaria dona habuissent unde Marcelli uirtus uehementer extollitur: nouis enim tantũ uirum, si superuixisset, nullam urbem habituram. Quantos ille uirûm.] exclamat ad mouẽdos cõmiserationis affectus de morte Marcelli ut magnus uirorũ fortiũ nedum plebeiorum gemitus futuros esse ait. Vel quæ Tyberine uidebis Funera.] locum cõmiserationis amplificat conuerso per ἀποστροφὴν ad Tyberinũ sermone: apud quẽ Marcellus sepultus fuit: ad pompamq́ exequiarum illius magno impendio factã alludit. Nec puer Iliaca.] ὑπερβολικῶς Marcellũ omnibus, qui futuri sunt de stirpe Romana, pueris præfert. In tantum spe tollet auos.] appositè spe dixit: nihil enim in puero præter spem laudari potest.

Nec Romula quondam.] expolitio. Heu pietas, heu prisca fides.] Exclamatio ex intimo

doloris

doloris affectu prouenient: dolet enim tantum uirtutum specimen absque fructu interiturum. Non ille quisquam.] *Renouat hyperbolem, et à fortitudine, & peritia tractandorum armorum Marcellum commendat.* Heu miserande puer.] *Perstat in amplificatione uirtutis Marcelli, sed cum exclamatione doloris plenissima, quia uidet eum prius interiturum, quàm suæ uirtutis præstantiã ostendere posset.* Si quà fata aspera rumpas.] *Fata etiam diuino nutu disrumpi possunt.* Tu Marcellus eris.] *ex auo nepotem: id est, posterum commendat. Porrò nomen Marcelli ἐμφατικῶς extollẽdum est, quasi dicat, tu eris ille Marcellus rerum gestarum gloria præclarus, & præstantia uirtutis insignis.* Manibus date lilia plenis.] *dolentis animi affectum eleganter expressit, cùm ait date: quia, qui darẽt, præstò nõ erãt.* Purpureos spargam flores.] *De more id fieri solebat antiquitus. Græci (ut est apud Eurip. in Hecuba) uccisa Polixena flores iecerunt.* Et fungar inani Munere.] *patheticè, nihil profuturo. Cic. in orat. pro Milone: O' frustrà suscepti mei labores. illud uerò obseruatione dignissimum est, horum sex librorum exitus ita terminari, atq; concludi, ut in singulis moueatur conquestionis affectus. nam primus liber miserationem Didonis habet: secundus obitum Creusæ: tertius Anchisæ: quartus uerò Didus: Palinuri quintus: sextus fletum acerbæ mortis Marcelli continet.* Tota passim regione uagãtur Aëris in campis latis.] *Vagantur per totam Elysiorum regionem, cumq́ duo sint Elysij campi, uti antea ex Platonicis ostendimus, inferiores, & superiores: hoc est, terrestres, & cœlestes, huc alludens Poëta aëris addidit. hæcq́ ex persona Poëtæ dicuntur.* Exin bella uiro memorat.] *Longinquitatem narrationis in compendium confert: nimis enim longum fuisset, si omnia separatim recẽsere uoluisset. Sic Terent. in Andria, cùm multa de nuptijs dicta fuissent, ne nimiũ actus produceretur, intus, inquit, despondebitur, intus transigetur, si quid est, quod restat. ut igitur Poëta Anchisem longa suorum nomenclatura quasi delassatum leuare, lectoriq; etiam consulere uideatur, ex sua persona cætera ipse breuiter colligit, quæ Anchisen Aeneam longiori oratione admonuisse putandum est. bella, quæ facturus, populos, cum quibus præliaturus erat, deniq; modum, quo aut fugere, aut perferre laborem posset.*

LAMB. Hort. PVRA iuuenis.] *Orditur seriem genealogiæ ab eius filio Syluio, quem ex Lauinia statim procreabit. Authores in diuersum trahunt de Ascanijs. Aeneæ è rebus humanis eo prælio sublato, quod humanorum operum in terris illi ultimum fuit, Ascanius nondum per ætatem imperio maturus erat, imperium id tamen ad puberẽ usq; ætatem incolume ei mansit, stetitq; diu regnum paternum & auitum puero incolume sub tutela muliebri. Sed hic Ascanius dubitatur, uter fuerit: maior'ne, qui Creusa matre, Troia incolumi natus, paternæ fugæ in Italiam comes fuit, quem Iulum gens Iulia authorem nominis sui uocat: an minor, quẽ ex Lauinia susceperat. Cæterùm hic'ne fuerit, an alter, certè abundante Lauinij multitudine, urbe opulenta matri uel nouercæ relicta, nouam ipse aliam sub Albano monte condidit, quam Albam Longam, ab augurio albæ suis, & situ urbis porrectæ in dorsu montis, appellauit. Sed ista huic loco non quadrant, ubi Ascanium Syluium eius posthumam prolem uocet, in syluis natum post mortẽ patris, & educatum. Ascanij filium Syluium dictum, casu quodam in syluis natum uolunt: & patri in imperium successisse, scribit Liuius: quin & Ascanium trigesimo imperij anno, Albam condidisse.* A *Dionysius author est, Ascanium Euryleon dictum, septimo ferè anno post Ilij excidium statim ab Aeneæ interitu Latinorum regnum suscepisse. Etenim, ut idem author scribit, Lauinia statim post Aeneæ casum, Iulum Ascanium priuignum uerita, uterum gestans, occultè in syluam, ad Tyrrheũ quendam, regij pecoris magistrum, fugit, ibiq; peperit. Latuit apud eum diu. Tyrrheus aduertens Ascanium Lauinensibus exosum suspicione cædis nouercalis, Lauiniæ rem aperit. Cæterùm Ascanius beneuolum animum erga nouercam declarare uolens, Lauiniam in regnum recepit, regnaruntq́ unà usq; ad conditionem Albæ, ac Syluiũ fratrem posthumum in regnum succedere iussit. ab hoc deinceps omnes Albanorum regẽs longa serie Syluij dicti fuêre. Iulo filio pontificatum maximum donauit, quod sacerdotium inde in Iulia gente permansit, usq; ad eius interitum. Quin & Syluius appellatus fuit, quòd in syluis editus esset. Cæterùm quàm diu uixit Ascanius Creusæ. Lauinia inde apud eum fuit ueneratione materna. Dionysius negat quidquam ab Ascanio de regno & successore in morte mutatum: sed eo defuncto, cùm de successore ambigeretur,* B *populum altercationẽ ea de re ortam suo arbitratu ita sustulisse, ut Syluius regnum capesseret, Iulo uerò sacrorum potestas concederetur. Hanc historiam sequutus est Poëta noster. Sed quanta sit scriptorum diuersitas hac de re, uel hinc liquet, quòd extent, qui Albam ab Aenea conditã dicant: rursum alij, qui ab Ascanio Aeneæ & Lauiniæ filio, & Syluium Ascanij filium patri in regnum Albanum successisse. Sed qui tum Syluius Aeneæ posthuma proles?* Pura hasta.] *sine ferro, ut exponit Seruius, pacis signum: nam hoc fuisse præmium illis, qui primùm prælio uicissent. Purum propriè mundum est, integrum, et inuiolatum: ut aurum purum & putum: toga pura, quam nouæ nuptæ & tyrones induebant: ἀπόρφυρον, sine purpura, & τὴν λευκὴν, hæc ipsa uirilis dicebatur: pura oratio, apud Terentium: pura uasa, sine incrustatione: purum iudiciũ, simplex & absolutum. Porrò hastæ significatio nota est. Transfertur in usum prouerbialem, ut multa alia è re militari sumpta. Hastam abijcere, pro causæ diffidere. Hastæ bona subijcere est publica auctione maximum precium offerenti addicere. Hasta, pro auctione eiusmodi, ob id quod in publicis auctionibus hasta erigi soleat. Sub hasta uenire, pro uendi.* C *Hasta centumuiralis, iudicium centumuirale. Quin & crinem Romanæ uirginis hasta decernebãt, quæ cœlibaris dicebatur. Hasta præpilata, quæ ferreas habet cuspides: item quæ ferro caret quidẽ, sed in mucronem tamen acutũ exit. Sicinius Dentatus fertur C puris hastis donatus.* Proxima.] *hoc est, primus ex te nascetur. Illustrat per copiam obscurius dictum.* Auras.] *in uita.* Italo.] *ex Lauinia Latini filia.* Albanum.] *Nam ab eo Albanorum reges Syluij appellationem sumpsêre.* Tua.] *Auersio. etenim sublato Aenea è rebus humanis, Lauinia nouercale odium priuigni metuens, ad Tyrrhenum in syluam fugit, ibiq; peperit.* Posthumus. ὀψίγονος, *humato patre natus. Etymon uocis facetè reddit Megadorus senex apud Plaut. in Aulul. Post mediam ætatem, inquit, qui mediam uxorem ducit domum, si eam senex anum prægnantẽ fortuitò fecerit, quid dubitas quin sit paratum nomen puero Posthumus? Adiectiuè, pro postero ac futuro: ut spes posthuma. in qua significatione quidam Grammaticorum hic accipiendum putant: ma-*

maximè

A ximè cùm Anchises addat, Longæua, arguens prolem serotam. Affirmat hoc Cassell. apud Gell. negat Sulpit. Apoll. lib. 2. cap. 16. Quod si ita acceperimus posthumum pro longæuo, absoluta est cótrouersia. Addit'q; super hæc, serum: quippe grandæuo aliquando natum. Rursum alij, qui ita accipiunt, ut post mortem patris natus eductus'q; in syluis sit, longæuum exponunt, qui longum acturus sit æuum cũ dijs immortalibus. Itaq; utranq; opinionem in ambiguo uocabulo expressit. Certè in iure posthumus accipitur, qui post humationem patris editus sit in lucem.

Parentem.] quod ab eo reges orti, longa serie ibi sint regnaturi, & Sylui prænomen elaturi. Dominabitur.] ad trecentos annos Sylui posteritas Albæ regnauit. Regẽ, regum'q;.] Paronomasia. Proximus.] Non temerè est quòd uariant authores. nam Liuius, qui fide historica nulli secundus est, Syluium Ascanij filium uocat: Syluius deinde regnat Ascanij filius, inquit, casu quodam in syluis natus. Constat igitur, eum secundum ab Ascanio Albanum regnum tenuisse: constat eum item in syluis natum. sed de patre est controuersia. At Poëta eum tum Aeneæ posthumam prolem, tum in syluis educatum
B scribit. Procas.] Liuianam horum regum genealogiam sequamur, etsi duplicem in primo ertulerimus. Syluius, Aeneam Syluium creat: is deinde Latinum Syluium. ab eo aliquot coloniæ sunt deductæ. Ex Latino, Alba ortus: Alba, Atys: Aty, Capys: Capy, Capetus: Capeto, Tyberinus, qui in traiectu Albulæ submersus, flumini mutauit nomen. Dionysius scriptum reliquit, prælio circa amnem commisso, regem in flumen præcipitatum. Agrippa inde, Tyberini filius. post Agrippam Romulus Syluius húc Eusebius Remulum, Dionysius Alladium uocat. Post hunc Auentinus regnauit. hic in colle sepultus, qui postea pars urbis fuit, ei nomen fecit. Deinde regnat Procq. Ergo decimustertius regum Albanorum ab Ascanio serie fuit Procas: uel secundum alios, 14. Illud autem de Romulo Syluio hoc loco memoratu dignum est: Dionysius eum ingenio tyrannico fuisse author est, & deorum contemptorem, qui cùm per contemptum fulmina & tonitrua imitaretur, quibus in admirationem sui populares suos & ciues uerteret, ueris fulminibus, ac proximi lacus inundatione cœlesti imbre circa regiam percussus, cum totâ domo haustus fuit. Liu. tantum cum fulmine ictum scribit. Sed ad
C Procam redeamus. Fuit hic pater Numitoris & Amulij, quorum ille Romuli & Remi auus, à fratre regno exutus, & in custodia detentus fuit. At cùm Procam proximum dicat Maro, non id uult, quasi statim post Syluium in uitam sit emersurus, sed quòd proximus in ordine sit ibi collocatus, & appareat. Gloriam hunc gentis Troianæ non abs re dicit. nam is stirpis & origo populi Romani recensetur, ut auus Rheæ Syluiæ, matris conditorum urbis Romæ. Capys.] Carminis necessitate ordinem regum confundit. septimus hic numeratur ab Ascanio, ortus Aty, pater Capeti. Hunc maximè inter reges Albanos celebrat: ut memoria clarissimi aui eius, patris Anchisæ succurrat. Trois enim liberi referuntur, Ilus, Assaracus & Ganymedes. ex Illo, Laomedon: ex Laomedonte, Tithonus, Priamus, Lampus, Clytius, Hicetaon procreati fuêre. Ex Assaraco ortus Capys, pater Anchisæ.

Numitor.] decimusquartus regum, auus conditorum urbis: uel (ut alij) decimusquintus. Porrò, quod discrepantia in numero sit, id inde factum, quòd à Liuio alter Capetus sit prætermissus. Proca patre fatis defuncto, Amulius filius natu minor, nihil ius gentium, nihil fratris ætatem ueritus, maiorem fratrem Numitorem, cui regnum Albanum debebatur, in ordinem redegit. Ipse, occupatò per uim regno, nondum adhuc contentus fratrem & regno & regio nomine priuasse, ut omnem spem eius recuperandi in posterum adimeret, Egestum Numitoris filium, quem nonnulli Lausum nominant, impuberem etiamnum, dispositis in saltu, ubi uenabatur, percussoribus, insidijs exceptum obtruncat, Subornatis'q; famigeratores, qui spargerent, à latronibus interfectum adolescentem opinari. Sed mendacium illud nullam prorsus fidem inuenit apud Albanos, persuasos, eum id agere eadem uia, ut fratrem, quem regno exuerat, orbitate etiam conficeret. Inde Rheam Syluiam, filiam fratris, ut spem omnem procreandæ prolis illi præcideret, per speciem honoris Vestalem fecit. Vetus enim erat, & honorificum habebatur apud Albanos, uirgines summo loco ortas in Id Deæ sacerdotium legi. Historiam in primo prolixius prosequuti sumus. Syluius Aeneas] tertius in serie, Sylui filius. Laudat hunc ab auitis uirtutibus: id est, pietate & uirtute militari: ut quem nomine referat, illius etiam ingenij laudes sit imitaturus. Si unquam.] Etenim fraude tutoris paterno regno spoliatus, grandis, quinquagesimo ætatis anno uidelicet & secundo, illud restitutum tandem per manus accepit: quem tamen triginta annos & unum regnasse produnt. Qui iuuenes.] Clausula huius narrationis: quoniam nihil memorabile ab Albanis regibus gestum est, quamobrem in eorum catalogo recensendo immoretur. Itaq; obiter ad monumenta quædam enumeranda à diuersis posita properat, ut oppidorum & castrorum uetustatem sua donet origine. Vmbrata.] Monumenta regum docet, quæ quisq; oppida & arces condiderit. Vmbrata capita dicit, quæ corollis uirtute partis inumbrantur. Tempora.] capita: à parte totum. Ciuili.] ciuica, quam ciuis ciui, à quo seruatus esset in prælio, uitæ seruatæ ac partæ salutis testem dare consueuerat. Erat aũt eà quernа, quòd prisci mortales initio glandibus uescerẽtur. Posteris uerò temporibus fuit etiam clementiæ signum. Quoniam autẽ & ilex glandifera est, ex ilignis frondibus item fiebat. Sabinus Massurius scripsit, ciuicam coronam ei tantum dari solere, qui & ciuem seruasset, & hostem eodẽ tempore occidisset, neq; loco se in eadem pugna mouisset: alio qui ius ciuicæ coronæ negari. Tiberius tamen Cæsar consultus, num ciuica ei deberetur, qui cæso hoste, & seruata ciue, locum deseruisset, quo statim hostes potius essent: respondit, ita uideri: quòd appareret loco tam iniquo pugnatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non potuerit. Ciuica corona L. Cælius, Ciceronem in senatu donari censuit à republica, quòd eius opera, industria & uigilantia ciuitas à sæuissima Catilinæ coniuratione seruata, uindicata'q; fuisset. Plura coronarum genera apud Romanos erant, quibus diuersi diuersas ob causas & uirtutes donabãtur. Erat & corona muralis, qua donabantur ab imperatore, qui primi hostium muros subijssent, & transcendissent. Castrensis, qui primus hostium castra inuasisset. Naualis, nauali prælio qui ui & armatus primus in hostium naues insiluisset. Oualis myrtea, qua imperatores ouantes coronabantur. Triumphalis, aurea quæ imperatoribus magnifici triumphi causa mittebantur. Aurum hoc coronarium appellabant: antiquitùs hæ tamen ex lauro erant, ac laureæ dicebantur. Obsidionalis, quam donabant hi, qui obsidione liberati erant, imperatori, aut

duci, à quo liberati erant: graminea hæc erat. Oleagina dabatur triumphorum procuratoribus. Ciuili querecu.] pro ciuica corona, ex toto partem intelligimus. Notat tum uirtutem, tum pietatem illorum in ciues.

Nomentum.] Oppidum Sabinorum, cuius ager cùm initiò uehementer sterilitate laborasset, postea colonorum cura fertilissimus redditus fuit. nobilitatem fuit clarissimi philosophi Senecæ memoria, qui ibi campos habuisse memoratur, uini feraces. singula enim prædia octonos uini culeos reddidisse proditũ est. Habuerũt & hic uillas, Palæmon grammaticus, Ouidius & Martialis. Nomentanæ uineæ Columellæ laudatissimæ fuere. Monstrat urbium priscorum Latinorum conditores, suppressis nominibus. Gabios.] Gabij Volscorum urbs fuit, ab Roma septuaginta millibus pass. Huius urbis conditio Siculis fratribus duobus Galacto & Bio tribuitur, à quibus nomen habet. Nobilitata autem postea fuit bello, quod aduersus Tarquinium Superbum gessêre, & tyrannidem Sexti Tarquinij. Fidenam.] Variauit numerum, cùm plurali tantùm efferatur: clarissimum Latij oppidum, ut Bola, Pometia, Camerium, Collatia, & multa quæ enumerantur à Plinio libro 3. capite 5. Varijs hæc ciuitas bellorum casibus postea à regibus Romanis afflicta fuit. Primùm à Romulo à quo capta non sine magna clade, uenia paxq́ data fuit. Inde à Tullo Hostilio, deditis cæsisq́ ciuitatis principibus, in deditionem uenit. Mox ab Hetruscis, regnante Tarquinio Prisco occupata, & adempta Romanis fuit. Recuperata inde est post exactos reges, L. Verginio & Claudio Iulio Coss. Rursum amissa, iterum maioribus uiribus uindicata Fidena.

Collatinas.] Collatia in Latio fuit nomen tractum oppido à conferendo opinantur, quòd in illud aliarum urbium opes fuerint collatæ, authore Sex. Pom. Inde porta Collatina Romæ appellata. Collatina dea, quæ collibus præest. Illustrauit Collatiam Tarquinius Priscus, à quo in deditionem accepta, arma sunt adempta, pecunia imperata: Egerius fratris filius perpetua potestate præfectus. Sed nihil æquè, atq; stuprum morsq́ Lucretiæ, uxoris Tarquinij Collatini. Pometios.] Pometia in Latio fuit, capta direptaq́ postea à Tarquinio Superbo. Abusus numero est in hac uoce, & genere. usitatè Pometia dicitur. Inui.] Panos: nam is ab ineundo, Inuus quoque est appellatus. Meminit Plin. castri Consilini, in Locris, fronte extrema Italiæ: sed quia Albanum nomen eò usq; nusquam fuit propagatum, uidetur uel Castrimonienses significare, qui in interiori, à Tyberi, prima Italiæ regione siti fuêre: Cabulterini, inquit, Castrimoniẽses, Cingulani, Fabienses, in monte Albano, Foropopulienses. nam castrum nouum fuit in quinta Italiæ regione, circa flumen Batinum, & Truentum cum amne, quod solum Liburnorum in Italia, temporibus Plinij reliquum fuit.

Bolam.] Bola oppidum Latij, Saturnia, inquit, ubi nunc Roma est: Aeneipolis, quod nunc Ianiculum in parte Romæ: Antenna, Camerium, Collatia, Amiternum, Norbe, Sulmo: & cum his carnem in monte Albano soliti accipere, populi Albenses, Albani, Aesolani, Acienses, Abollani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates.

Corámq;] Coran collocat circa Castrimonienses Plin. Quin & Coranos à Dardano ortos dicit. Hæc tum.] Non dicit Anchises in præsenti eos ita nuncupari, uerùm olim ea nomina à conditoribus suis sortitura. Poëtis mos est, loca ijs nominibus appellare, quæ in posterũ ipsis inderentur. Quod quia Poëta fecit in uersu, Portusq; re- A quire Velinos, cùm Aenea locum Palinurum monstrantem inducit, ubi cadauer suum reperiat: Grammatici censuram suam in illum exercere cœperunt. Non enim tum eo quidem nomine portus, cui omnino nullum erat, appellabatur: sed eo usus fuit, quod olim imponeretur. Portum quæsiuit solum, quem haud procul à castris abesse oportuit: erant enim tum sine nomine terræ. Atq; ita sunt ea accipienda, quæ ad istum modum à Marone occupantur.

Quin &.] Missis regibus & Albanorum rebus, ad res Romanas transit. Hic non ita seruat ordinem, ut ordiatur tantũ ab ortu conditorum urbis Romæ, ab eorum parente, origine, magnitudine urbis, & amplitudine imperij. Cum his, omissis regibus, prætermissis tot medij tẽporis consulibus, statim Cæsarem dictatorem & Augustum coniungit, ut horum, qui imperij pomœria in immensam propè amplitudinem propagarunt, laudes, conditorum urbis gloriæ assequentur. Auo.] Numitori, ab Amulio eius fratre, regno expulso, comitem dabit in uindicando regno Albano per tyrannidem occupato. Historiam in primo recenset Liuius. Assaraci.] A' parente & maioribus. Iliam, seu Rheam Syluiam, à nobilitate generis describit, cùm eam B sanguinis Assaraci dicat: id est, prognatam sanguine regum Troianorum. Assaracus Trois filius fuit, pater Capyos, unde Anchises pater Aeneæ. Ex Aenea filiam Rheã procreatam aliqui contendunt, matrem Romuli: sed id multis rationibus & argumentis facilè refellitur, cùm ab Ascanio ad conditionem urbis Romæ, Albæ sit à tot regibus, ut est alibi relatum, regnatum. Plausibile nomen proaui Assaraci usurpauit, potius quàm Trois aut Capyos.

Ilia.] De matre Romuli & Remi, quomodo per speciem honoris, capto patre Numitore, cæso Egesto fratre, facta Vestalis sit, alibi retulimus. Tum autem, quis compressa, quis rumor à rege Amulio sparsus, & qua fortuna mortem euaserit, in primo, pluribus fortassis quàm par fuit, à nobis est memoratum. Restat igitur, ut explicetur, quomodo Romulus & Remus, quibus auxilijs, & quo casu auitum regnum recuperârint. Capto agnitoq́ apud auum Remo, Romulus numerosa pastorum manu diuersis itineribus in urbem ad uindicandam Amulij iniuriam missa, ipse quoque eodem pleno gradu occurrit. C At fratris salute inter uias cognita, ignoto habitu, ut cæteri, ad Numitorem diuertit. Plutarchus Romulum cum pastorum ui sub fœni manipulo, seu signis militaribus Albam uenisse tradit. At Dionysius, eo quo diximus modo, illum urbem ingressum scribit. Consilijs apud Numitorem agitatis, armantur occultè serui & Numitoris clientes, amicorumq́ multi: pastores quoq; undiq; dissimulato negotio, ut conuenerat, frequentes diuersis itineribus urbẽ intrant. Ambo huiusmodi manu freti, sine maiore tumultu in forum conuolant, & regem Amulium, à paucis ibi defensum obtruncant. Ac ne per tumultum, à multitudine propter cædem regiam ortum opprimerentur, arcem occupant. Omitto hic repetere, quàm uaria à diuersis de fratrum horum educatione sint prodita: quàm diuersa à Dionysio, Plutarcho, & Liuio de cæde. Hæc in præsenti ita ut maximè uerisimilia, narrasse sufficiat. Cæso Amulio, Numitor populum in concionem aduocat, docetq́ tyrannidem & scelera in se fratris: originem nepotum, ut editi, ut educati, ut agniti essent, ordine exponit. Se authore illum cæsum. Hæc eum disserentem, iuuenes per mediam concionem cum suorum agmine ingressi, auum

A regem salutarunt. Ad istum modum auo Numitori Romulus in recuperando regno comitem & adiutorem se adiunxit. Mauortius.] Martis filius, ut creditus fuit: & proin bellicosus. Cristæ.] Per admirationem uariatus est dictionis color, à signis uirtutis. Cristæ galearum coronæ sunt, à gallorum cristis similitudine ducta. Galearum utriusque insignia cristas uocat: geminas, duas dixit, mutata numeri specie. Vertice: id est, in uertice: ellipsis. Et pater.] A gloria & immortalitate Romuli, ex uirtute parta. A Marte in cœlum translatus fuisse creditur: id quod Poeta hoc loco quoque innuit. De morte eius inter scriptores non una est opinio. Sunt authores, quos & Liuius sequutus est, qui tradant, eum, quum fortè ad Capræ paludem concionem haberet, subita procella cum nimbo orta, repentè omnium oculis sublatum fuisse: nec usquam inde in terris apparuisse amplius. Inde credita diuinitate, ad superos translatum. Rursum alij prodidêre, quod & ipsum quoque Liuius non dissimulat, à patribus corpore in minutissimas partes discerpto, interfectum, & singulos singula frusta sub uestibus abdita domum occultè abstulisse. Nonnulli nouos ciues cædis authores exti-

B tisse memorant, mediaque procella occasionem cædis cæpisse. Odij inter suos causa uariæ scribuntur. Quidam ferunt, propter Veientum obsides iniussu patrum redditos. Nonnulli, quòd ciues quosdam latrocinij conuictos, de Tarpeio saxo præcipitasset, id odij ipsi conflatum. & ob id, non à patribus, sed ignobilioribus cædem perpetratam. Alij, quòd contemptis per fastum patribus, solus ius diceret, iudicia exerceret, & per omnia tyrannidem exercere uideretur. Vtcunque perijt, constat ingens mortuo desiderium sequutum, & continuò diuinos illi honores habitos. Creditæ diuinitatis famam publicè Iulius Proculus auxit, qui pro concione affirmauit, augustiore habitu sibi noctu Romuli imaginem occurrisse: à quo tanquam è cœlo lapso, huiusmodi ad Quirites mandata accepisset, ut posita de se mœstitia, se in cœlum sublatum, indigetem factum, ipsi rem militarem tantum armis colerent, urbem suam caput Orbis terrarum futurum. His uerbis persuasa credula multitudo, Romulum deum, deo prognatum, deinceps colere cœperunt. Regnarat triginta septem annos, perijtque ipse annos natus quinquagintaquinque. Plutarchus regno unum annum adijcit, alij

C demit unum. Superûm.] superorum, deorum: non accusandi casus, ut legit Ser. diuinitatem signat, quam à patre Marte donatus, creditus fuit. En.] Admirantis, cùm alias qui exprobrantis uox sit, ac monstrantis. monstrat Romulum, cuius auspicijs Roma sit condita primùm, & inde eius imperium ac pomœria propagata.

Illa inclyta.] Emphasis signat enim eam urbê in qua totius Orbis aliquando imperium sit futurum. κλυτὸς Græcis, Latinis inclytum. Amplificatio magnitudinis imperij, & uirtutis populi Romani. nam animos, magnitudinem animorum dicit, quibus dijs pop. Rom. æquetur, aut certè ipse Romulus. Roma.] Romulus fratris & aliorum cæde expiata, urbem quadrata forma ad 12. Cal. Maias, postrid. Palilia, sulco ducto aratri circumactu, fossa cinxit. Fuit is dies deinceps, ut erat eorum temporum superstitio, pastoribus solennis.

Roma.] Magna hic uarietas inter scriptores est, de uocis ratione, quo tempore urbs, ac quorum auspicijs sit condita. Cephalon Gergethius, uetustissimus author est, secūda ætate post Ilium captum, conditam: à Romo Aeneæ filio, alibi comite Aeneæ, nomen inditum. Fuerunt in eadem sententia & Agathillus & Demagoras. Rursus Damastes Sigeus, & quidam alij, Aeneam paulò post Vlyssem in Italiam appulsum, ex Molossis huc uenisse, condidisseque urbem: quam Romam dici iussit, de nomine unius Iliadum, cuius suasu mulieres Troianæ, tædio longioris itineris naues incenderant. Aristoteles id factum ad Achæos refert, qui exciso Ilio in eam Opicæ Italiæ partem uento delati, cùm multas Phrygias fœminas captiuas eò secum detulissent, (uerebantur hæ, ne pellicatus suspicione uehementer ab uxoribus uirorum uexarentur) exustis nauibus huc necessitatis peruenerint, ut urbem condiderint, eamque unius nomine, quæ classis exustæ fuisset author, appellarint: Callias, rerum Agathoclis scriptor, ait, Troadum unam in Italia Aboriginum regi nupsisse, ex quibus Romulus & Remus nati, urbem à se conditam de matris suæ nomine uocarint. Xenagoras Vlyssem ex Circe prodidit tres liberos procreasse, Romulum, Antium & Ardeam, & singulas urbes constituisse in Latio, ac suis nominibus dixisse. Dionysius Chalcidensis à Romo inditum id nomen testatur quidem, sed ex Ascanij filio edito, uel (ut alij) ex Emathione, uel secundum alios, ex Italo, cui Leucaria Latini filia nupserit. Nonnulli Græcam uocem ῥώμη sequuti, robur, siue ualentiam interpretantur. Dionysius ueterem huiusmodi persuasionem tenuisse refert, Romulum & Remum Aeneæ filios post patris interitum, Capuam, de proaui nomine dictam, condidisse alteram in Ianiculo, de patris nomine uocatam, Romam appellasse: & temporibus regum Albanorum neglectam, incultam & desertam iacuisse. Postea à Romulo & Remo ex Ilia Vestali, ex Alba colonis deductis, instauratam. Atque hanc instaurationem, si qua fuerit, Liuius & alij originem urbis uocant. Antiochus Syracusanus, nobilis inter uetustissimos scriptores, uenisse ad Morgetem regem, quendam refert, qui diceret, se Roma profugum. Regnauit hic Morgetes in Italia post Italum. Quod si id uerum est, fuit Roma in Latio aliquot ætates ante Troianorum in eam terram accessum. Non refero hic, quid Apollodorus, item quid Alcimius scribat, prætereo quid Antigonus prodiderit, de Romo Iouis filio, qui in Palatio Romam condiderit. Cumanæ historiæ referunt, Aborigines Sicyone & Thessalia in Italiam classe delatos: sedem ipsorum in Palatino Valentiam, postea ab Euandro Græco uocabulo Romam appellatam fuisse. Quàm diuersa ab hic Agathocles? Quàm fabulosa Calchimus? Sed ista de Roma, eiusque origine, deque diuersis & toto cœlo inter se pugnantibus historijs, de eius conditione, paucis retulisse sat esto.

Septem.] A situ urbis, & eius amplitudine. Qui de origine urbis eiusque antiquitatib. scripsêre, initiò eam septê colles ita complexam aiunt, ut arcus speciem eorum situs repræsentaret: & Tybris duos extremos præterlabens, nerui formam præ se ferret. Ex horum quidem collium medius Palatinus in sonino urbis situs erat. Nomina collium hæc erant, Auentinus, Quirinalis, Cælius, Palatinus, Cæliolus, Viminalis, Capitolinus. Alij pro Cæliolo, & Capitolino, Esquilinum, siue Exquilinum & Ianiculum sufficiunt. Hi colles murorum pomœrijs initio statim inclusi fuêre. De urbis origine & antiquitate diligentissimè scripsêre, M. Cato, Fab. Pictor, & Mirsilus: quorum adhuc minuta quædam extant fragmenta.

Vna.] uno muro: hypallage. Tum autê arces, colles septem uocat: in Palatino multo antè consederat Euan-

der, ubi Pallanteum, humile & obscurum oppidulum condiderat. [DCCLXX.] Exclamatio in felicitatem urbis Romae, quae tam felicem & numerosam clarorum virorum sobolem genitura esset, quorum virtute caput Orbis terrarum futura erat. Prosopopoeia urbis, dum illam prole virorum: id est, numerosa sobole felicem vocat. Sed & virum pro virorum, non sexus, sed virtutis & fortitudinis significatione dixit: quemadmodum Homerus ἀνέρας. Qualis.] Comparatione illustrat amplificatque urbis felicitatem. Hanc dixit a Matris deorum tacito gaudio, quod memoria & recordatione amplissimae prolis animo concipit. Peculiare est Poetae, ita comparationes exordiri: Qualis Berecynthia mater: Qualis in Eurotae ripis: Quale manus addunt ebori decus: Qualis populea: Qualis commotis excita sacris: Qualem virgineo: & compluribus aliis locis, id quod diligenter observandum est in Marone. Berecynthia.] Cybele mater deorum, quae & Dyndimene, & Ops, & Pales nuncupatur: & periphrastice, Phrygia & Idaea. & Rhea, mater Berecynthiam dictam putant, a castello Phrygiae Berecyntho, ad Sagarim fluvium, ubi sacris haec peculiaribus colebatur. Plutarch. in περὶ ποταμῶν, collocat Berecynthum in Phrygia quidem, sed ad amnem Marsyam. Neque vero castellum, sed montem esse dicit, & nomen habere a Berecyntho quodam primo sacerdote matris deorum. Vocatur & (ut dicit Suidas) Κυβέλη, ἢ Κυβέλη, ab oppido Phrygiae, ἢ παρὰ τὰ Κύβελα ὄρη, in quibus eius sacra primum instituta fuere: vel παρὰ τὸ κύμβαλον, quod κύμβαλον, instrumentum quo in sacris eius utebantur. Quoniam autem montana est, leonum iugo & curru vehi existimatur. Turritam huic coronam tribuunt, quod urbes in terris turritae sint. Mater Deum, quod terra omnia gignat ac producat. Turrita.] turritam igitur coronam capite gestans. Phrygias.] quod in Dindymo Phrygiae monte, sacra per Corybantas sacerdotes instituerit. De his plura in tertio disseruimus, quam delicatioribus palatis eorum forsan gratum sit, qui plus brevitate quam copia delectentur. Hac comparatione infert, duces Romanos illustres heroas futuros, & propter beneficia & pietatem in patriam in Divorum numerum relatum iri. Huc geminas.] Descripta urbe, eiusque felicitate propter virtutem tot illustrium virorum comparatione amplificata, primo loco praecipue maximarum rerum authores celebrat: hoc est, Caesarem dictatorem, & Augustum, idque duplicem ob causam: tum, ut Iuli progeniem spectandam exhibeat, tum ut principi suo aduletur Poeta, sub quo imperium P. R. longe erat amplissimum. Neque obstat quicquam quod postremos serie, in prima statim acie ponat. Nam laudibus iacto urbis conditore, rectum fuit & decorum, ut monarchae amplissimi imperii cum eo coniungantur. Quin & illud addendum est, si series regum & clarorum imperatorum servanda fuisset, ipsa narratio lectorem ad Caesarum laudes suspensum teneret: & legendis praecedentium encomiis fessum, minus ad postremorum laudes affectum afferret.

Geminas.] oculos in hanc partem flecte. Monstrantis sunt verba. Iuli & Caesarum progeniem, in diversa parte collocatam. Monstrantis particulae repetitio emphasim habet, quae non vulgarem gentem indicat, sed eam quae ab Iulo magno orta sit, & Aenea: Romanos videlicet, & Caesarum gentem. Caesar.] Iulium Caesarem dictatorem innuit, qui primus monarchiam stabilivit, & imperium haereditarium fecit. De hoc praestat in totum silere, quam pauca dicere. Illud interim dicam solum, imperium in Caesarum familia haereditarium multos annos mansisse, donec ad postremum in Nerone ea stirps defecit. Periit Caesar in senatu, tribus & viginti vulneribus confossus, natus annos sex & quinquaginta. Domuerat Gallias: imperio subiecerat Germanos: vicit & bello civili Pompeium, & Pompeianarum partium duces: bellum Alexandrinum domesticum periculosum, bellum inde Parthicum admirabili celeritate confecit: vir summa eloquentia & eruditione, quod ipsius commentarii testantur: adeo studiosus literarum, ut medio belli ardore astrologiae vacaret. Ad ea accedebat clementia plusquam humana adversus hostes suos, quibus omnibus condonarat, quod contra se arma induissent. A

Magnum.] praeter pestes & hominum monstra, nomine hominis indigna: cuiusmodi fuerunt Caligula, Claudius, & Nero. Hic vir hic est.] Properat ad Augustum, quem immodicis laudibus ornat. Repetitio demonstrativi pronominis hic non emphasim continet, sed laudatae personae, de qua prodigiosa virtutis argumenta narrari audient. B Augustus Caesar.] Octavius a puero dictus fuit. Postea Caesar, quod nomen sibi ex testamento Caesaris dictatoris maioris avunculi fuit adeptus. Ad postremum honorifica & amplissima Augusti appellatio illi fuit a Senatu decreta, non tantum novum, sed etiam amplius cognomen, quam vel ipsi urbis conditori Romulo convenisset. Nam loca religiosa, in quibus augurato quid consecratur, augusta dicuntur, ab auctu, vel avium gestu gustuve. Divum. divorum genus. A parentibus. Genitus fuit ex Accia & Octavio. Accia ex Iulia Caesaris sorore. Fuit itaque Caesar dictator Octavii avunculus maior. Divum genus.] Tranquillus author est, legisse se in Asclepiadis Mendetis libris, Acciam Augusti matrem, ad solenne sacrum Apollinis media nocte ingressam, ac dum lectica in templo posita, caeterae matronae quiescerent, eam quoque somno oppressam. Interea draconem lecticae leviter illapsum: ac paulo post inde egressum. Acciam statim expergefactam, se velut a concubitu mariti purificasse. ac iam inde in eius corpore velut draconis maculam extitisse, quae diffricari amplius C haud potuerit, adeo ut iam inde publica balnea frequentare puduerit. Decimo mense post, Augustus natus fuit. Porro Accia, paulo ante quam pareret per quietem imaginata fuit, sua viscera ad caelum deferri, moxque per omnem caeli ac terrarum ambitum explicari. Ipse Octavius pater somnium putavit, ex Acciae utero Solis iubar exortum. Illud de eius ortu memorabile. Incidit in eum diem, quo de coniuratione Catilinae in curia agebatur. Quo cum tardiuscule Octavius pater venisset, atque uxoris partum laboriosum excusasset, P. Nigidius horoscopo: id est, hora natali pueri inspecta, affirmasse dicitur, dominum terrarum Orbi natum. Ipse autem Octavius postea cum Agrippa Theogenis mathematici pergulam Apolloniae aliquando ascendit. Qui cum multa prius ac magna Agrippae consulenti praedixisset, aegre induci is potuit, ut eius genesim proderet: qua cognita Theogenes exiluit, & tantum non adoravit. Natus fuit nono Cal. Octob. Cicerone & Antonio Consulibus, regione Palatii ad capita bubula: nutritus ad Velitras loco humili, cellae penuariae instar. Infanti cognomen statim Thurinus inditum est, vel in memoriam maiorum suorum, vel quod in regione

A regione Thurina pater Octauius eo uato rem fœliciter cōtra fugitiuos gesserat. Quadrimus amisit patrem: duodecimo ætatis anno auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit: ac quadriennio pòst, sumpta uirili toga, triumpho Cæsaris Africano, militaribus donis immaturus adhuc militiæ, auctus donatus\'q fuit. Auunculum Cæsarem in Hispanias aduersus Pompeij liberos euntem, secutus quidem fuit cum paucissimis comitibus, sed non sine naufragio. Mox Cæsare expeditionem in Dacos & Parthos parante ipse Apolloniam studiorum gratia missus fuit. Postquam uerò accepit, auunculum in curia cæsum, se\'q testamento scriptum hæredem, nihil ibi cunctatus amplius, Romam aduolauit, & hæreditatem, uitrico Philippo consulari uiro omnino dissuadente, adijt. Inde uarijs belli casibus iactatus, uictor ubiq, primùm cum M. Antonio & M. Lepido triumuiratum gessit: deinde tantùm cum Antonio duodecim ferè annos, Lepido in ordinem redacto, imperauit: pòstremò solus rempublicam quadraginta quatuor annos gessit. Aurea condet.] Plutarchus tradit, Antonio ad Actium cum Cleopatra deuicto, Ianum Romæ clausum. Alij, postquàm in Germania B effet bellatum, toto Orbe pace parta, id fieri contigisse. Erat enim totus Orbis ita pacatus, eam\'q inter se gentes humanæ pacem agebant, qualis nunquam omnium ætatum memoria fuerat. Parthi Augusti fœlicitatem ueriti, relicta ultrò Armenia, signa Crasso & Antonio adempta restituerunt. Inde quoque eadem tum fœlicitate, tum nominis magnitudine commoti, ultrò per legatos Romam missos, ab eo amicitiam petiêre. Deuictis Aethiopibus, ac petentibus pacem, dedit. Atque hac publica pace totius Orbis, noua rebus mortalium facies inducta est, nouum\'q seculum conditum, quod Poëta iusta ratione aureum uocat. Qua tempestate CHRISTVS Dei filius, princeps pacis, monarcha uerus totius Orbis, nasci uoluit: & quidem è pura castaq uirgine, cùm omnes mortales unius principis imperio ac ditioni in terris subiecti essent. Sic ei uisum fuit, qui rerum uices moderatur, cuius\'q in potestate sunt temporum momenta. Quare aurea ista ætas, qua in Iudæa dudum uncto desierat, non tam Augusti fœlicitati, quàm numinis prouidentiæ adscribenda est, ut pacis largitor, imperator rerum natura, tum nasceretur. Sed nos porrò pergamus nostro inseruire argu C mento. Saturno.] Quatuor ueteres ætates prodidêre: Auream, argenteam, æneam, ferream. Primam auream, Saturno regnante, quam adhuc incorruptam & integram, & nondum ullis uitijs infectam poëtæ uolentes innuere, suo iure dixêre. Hac mortales sanctissimè, item nullis legibus uixisse, & sua sponte fidem seruasse. non nouêre bella: uictus non exquisitus fuit: non operosæ delicia: sed arborum fagi, & quercus fructus glandes, & quæ terra inarata & inseminata ferebat, ante inuentas monstratas\'q fruges, alimenta erant. At postquam fugato Saturno, & in Italiam ad Ianum profugo, Iupiter dominari cœpit, paulatim omnia rerum mortalium in deterius labi, leges conscribi, terra arari, seminari, stercorari, humanæ gentes difficulter sub imperio haberi occœpère. Atque hanc quidem tempestatem, quia aureo seculo paulo fuit deterior, argenteam appellarunt. Harum omnium descriptio elegans extat apud Hesiodum, qui quartam etiam recenset, heroum & Ouid. lib primo Metamor. Hesiodi uerba ex Oper. & Dieb. subijciam, ut hyperbolem aureæ ætatis sub Saturno dispiciamus:

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι.
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἐπῆν· αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.
θνῆσκον δ' ὥσθ' ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἥσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.

Lactantius Firmianus multa de Saturno disserit. Fuit Saturnus Belo æqualis, Cœli filius creditus: hic à filio Ioue fugatus, cùm in Latium uenisset, homines rudes locorum indigenæ, eius uirtutem mirati, ut cœlo dignum uenerati sunt. Mox uerò, cùm multa uaria\'q prudentiæ experimenta apud rudes homines idem edidisset, nullo momento obtinuit, ut Cœli ac Terræ filius crederetur. nam Terræ filios uocabat uetustas, quorum parentes parum noti essent, ut Fœlix Minutius scripsit. Imperabat tum in Latio Ianus, qui Saturno in regni partem admisso, non solùm de eius nomine eam terram Saturniam appellauit, sed etiam in numismatis altero latere sui imaginem, in altero Saturni cum falce percussit. Itaque Augustus pacabit Orbem, subijciet Latio quantum regnorum ab ortu ad occasum medium est: in quo Latio olim regnauit Saturnus, Iouis filij tyrannidem fugiens. Nō enim dicit, sub Augusto pacem tantùm futuram in Italia: sed rursum Italicum imperium, & publicam pacem cum ad cardines Mundi usque propagaturum. Super &.] ultra Garamantas & Indos, ultra quorum fines nullius gentis imperiū quantumuis amplum, peruénit. Garamantes interioris Africæ populi sunt. Africa à septentrione Libyco mari cingitur, à meridie Aethiopico, ab occidente Atlantico. Cyrenæ proximæ Aegypto sunt: inde Numidæ: extremi ad Atlanticum pelagus Mauri: ultra Nigritæ, & Pharusij usque ad Aethiopas. Super ea quæ Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptij sunt, & Leucoæthiopes, Getuli\'q, frequens natio. Deinde latissima regio longo tractu, inhabitabilis quondam existimata propter Solis ultrò citro\'q supra uertices meantis torriditatem. Tum primi occurrunt Garamantes, ob ortu supra Psylos: mox Augilæ, Troglodytæ, & ultimi ad occasum Atlantes. Interius uix homines esse creduntur, semiferi, ut sunt Aegipanes, Himantopodes, Blemmyæ, Gamphasantes, & Satyri. Garamantes in desertis ferarum degunt, ab humano consortio segregati, inermes, hominum conspectum fugientes. Matrimonia nescientes, passim confuso coitu cum fœminis agunt: sed liberos ex formæ similitudine agnoscunt. Oppidum Garamantum, uel, ut Ptol. Garama, caput Garamantum clarissimum. Omnia ea loca Romanis armis superata sunt, & è Cornelio Balbo triumphata. Indos.] Diximus paulò antè, Indos quoque tanti principis fœlicitate motos, Romanorum amicitiam petiuisse. Nearchus Indiā campestri itinere quatuor mensium esse tradidit. Megasthenes 20. millium stadiorum omnem eam oram, quæ à meridie ad Caucasum usq excurrit. Deimachus, in quibusdam locis 30. millibus, & amplius etiā. Ab occasu 13. millibus stad. patêre traditur ab his, qui parcius prodiderunt. Duobus millibus amplius ad ortum: adeò, ut extiterint qui Indiam unam nihilo reliqua Asia minorem esse

affirmarint. Ad occidentē Indijs celeberrimus amnis est, & terræ nomen dedit: ab ortu monte Imao ambitur, ad septentrionem Tauro premitur, ad meridiem sinu Gangetico seu Indico. Omniū huius regionis clarissimus fluuius est Ganges: qui quoniam regionem intersecat, Indiæ pars intra Gangen, pars altera extra Gangen dicitur, sicut Scythia intra Imaum & extra Imaum est dicta. Sed India prodigiosæ fœcunditatis est. nascuntur arbores, quarum trunci quinq; hominum complexu capi nequeunt. In quibusdam folia clypei magnitudine pendent: tantæq; proceritatis arbores cernuntur, ut horis meridianis umbras quinq; stadiorum projiciant. Hic nardus, maximè in ora australi: hic cinnamomum, ut in Arabia & Aethiopia, nascitur. Musicani CXXX. annos uiuere dicuntur: sed Seribus uita longior est. Coëunt quidem palàm, more pecudum. Conuiuia publicè agitant, obsonia uenatu parant. In tanta auri affluentia, argentiq; copia, eorum nullus usus est. Ius nullum dicitur, nisi de cæde aut contumelia. Sunt Indi Nomades, qui crudis carnibus uescuntur: alij parentes suos per senium uitæ inutiles mactant, eorumq; carnibus uescuntur: nullus apud eos est literarum usus, memoriæ res mandant: uxores cum uiris defunctis cremantur. Gens ipsa in septem ordines olim diuisa fuit. Secundum reges, philosophi primum locum honoribus tenebāt, proximum agricolæ, inde pastores & uenationi uacantes: quintus locus tribuebatur militaribus hominibus: sextus præsidibus prouinciarum: in infimo ordine collocabantur ij, qui à consilijs erant. Elephanti prodigiosæ magnitudinis, Libycos multis partibus superantes, ibi gignūtur, ut tygres, dracones, cercopitheci, formicæ uulpiū magnitudine, pennati scorpiones, uiperæ cubitorum sedecim, perdices anseris uastitate. Produntur ibi homines esse naso carentes, quiq; absque ore, solo odore uiuant. Monoculi item, sed insigniter auriti, ut ad pedes usq; aures defluāt, atq; in alterutram earum decumbant. Comites Alexandri Magni, in eo tractu Indiæ, quem subegerat, quinq; milia oppidorum fuisse scripserunt. Soli gentium nunquam finibus suis emigrarunt. A Libero patre ad Alexandrum reges 153. produntur: per annos. 6. MCCCCII. menses tres: Megasthenes annos 60. prodidit, gentes centum & duodeuiginti. Fluuiorum celeberrimi sunt, Indus & Ganges: quorum hic aurum fluere existimatur. ille initio Mausolus appellatus fuit: nomen mutauit Indus quidam nobilis adolescens, qui in eum amnem præcipitatus dicitur. Cæterùm Australis India Europæis Lusitanorum nauigatione, importandisq; mercibus Vlyssipponem, hodie notior est, quàm fuerit ueteribus. Multo plura super hac de Indicis rebus prodigiosa memoriæ produntur: uerùm ista leui brachio perstricta in præsenti sufficiant. Quin ad Augustum redeamus. Iacet ex.] id est, extra utrumque tropicum Cancri & Capricorni, intra quos 12. Zodiaci signa percurrit Sol. Etsi Cæsar usque ad Britannos, septentrionales omnes populos domuerat, qui intra arcticum & Cancri tropicum siti sunt: hoc est, extra metam Solis: Aethiopiam tamen hic signat, ad quam Romana arma penetrarunt. Primus Augustus Aethiopes debellauit. Cùm autem Gallus in Arabia bellum gereret, irruperunt illi in Thebaidem, & Cæsaris statuas deiecerunt. In eos, M. Petronius cum decem peditum milibus & octingentis equitibus mouit, quibus primo statim occursu eos in fugam compulit, atque intra triduum maximam eorum urbem ui cepit. His terroribus Canace (nisi Candace fortasse sit legendum) regina perpulsa fuit, ut per legatos ueniam à M. Petronio & pacem peteret. Quibus responsum fuit, omnino ad Cæsarem eundum esse. His per itineris duces ad illum deductis, benigniter responsum est, pax data, & remissa tributa. Duplices Aethiopas esse constat: eos qui sunt sub Aegypto ad orientem Solem, rubro ac barbarico mari alluuntur, ad septentrionem Libyæ & Aegypto contigui: & Hesperos. eam Aethiopiam quæ sub Aegypto uocatur, liquet claram potentemq; fuisse usq; ad Troiana tempora Memnone, sanguinis Troiani rege, imperante: sed modò seruiendo, modò imperando. Imperauit Syriæ, tempestate Cephei. Insulam habet Mediam nem, tum fertilitate, tum incredibili hominum frequentia nobilem, Meroën dictam, quam Nilus primo sua complexu circumluit. Quinq; stadiorum millibus distat à Syene. Aluens Nili læuum eius latus stringens, Astaboras præterfluit: dextrum uerò, Astusapes. In Meroë urbs Saba est, quam Cambyses rex in sororis suæ memoriam Meroënen nominauit: ut testatur Iosephus lib. 2. Antiq. Iudaic. cap. 10. Meroëm fœminarum imperio parēre consueuēre, postea reginas suas Candaces appellarunt: uti Aegyptij reges suos initio Pharaones, postea Ptolemæos. B *Candaces reginæ Aethiopum meminit Lucas in Actis. est autem Meroë totius regni caput: & multos annos nomen illud ad reginas transisse, author est Plin. Aethiopes interdum Indorum nomine censentur: rursum Indi Arabesq; Aethiopiæ tribuūtur: fortasse gentium ultrò citroq; commeantium cōmercio ac formæ similitudine: nisi quòd Indi minus adurantur. Hic mensam illam tradunt Solis esse, cuius uisendæ cupiditate Apollonium Tyanæum ductum, in Aethiopiam per tot ignotas regiones peruenisse tradunt. Et magnus in Aethiopia fuit gestarum rerum gloria Moses ante uocationem suam, si uera scribit Iosephus. Altera Aethiopia, quæ Hespera dicitur, ad oceanum, australior est, & maior. Priscorum stulta ac ridicula persuasio fuit, hanc gentem è terra natam. & omnium primā fuisse. Adhæc, creduntur uerissimi indigenæ. Et quod ad uetustatem gentis attinet, primum cultum diuinum apud eos institutum memorant. Vnde Homerus ἀμύμονας ἀνθρώπους uocat: & Iouem cum alijs dijs ad solemnes Aethiopum dapes profectum fabulatur. Libera gens Aethiopes semper fuēre, ut Hercules & Liber pater, qui omnes terras lustrasse dicuntur, eam intactam reliquerint.* C *Cambyses eos adoriri conatus, in magnum uitæ periculū amisso exercitu, incidit. Illud memorabile, quod quidam scribunt, ipsos Aegyptios, qui cum Scythis de uetustatis laude aliquando certarunt, Aethiopum colonos esse: adeoq; totam Aegyptum mare initio fuisse. Sed postea inundatione Nili ex Aethiopia allabentis, perpetua exaggeratione limi præpinguis, non solùm continentem factam: sed etiam habitabilem terram, frugum aliarumq; rerum prodigiosè feracem. Mores colendorum regum, ritus habendorum sepulchrorum, ex Aethiopia allati in Aegyptum creduntur. item usus statuarum, literarumq;. Literarum figuræ, instrumentis artificum, & partibus corporis humani similes, non Phœnicum, sed Aethiopum inuentum putantur. Et Agenorem inde arbitrantur in Syriam portasse. Qui Solis propinquitate nudi agunt, ij caudis ouium pudenda tegunt: nonnulli pecorum pellibus uestiuntur: alij subligacula ex capillis contexta corpori medio inducunt. Meroënn aurifodinas habent: sed Macrobij Aethiopum gens, æs pluris faciunt quàm aurum: quod ita apud*

A *pud eos uile est, ut Cambyses cum magna admiratione captiuos aureis catenis uinctos aliquando in carcerem duci uiderit. Venantur elephantos, leones, pardalos & dracones. Arma, arcus quadricubitales. Mulieres eorum quoq; bello armantur, quarum pleraq; oris labium aeneo circulo traiectum habent. Solem orientem ut salutarem uenerantur, occidentem diris execrationibus prosequuntur. De mortuis uarij ritus: nonnulli in profluentem eos abijciunt, alij in dolijs, alij uitreis uasculis condunt, domiq; in annum integrum religiosè cultos seruant. Rex declaratur, qui alendorum pecorum peritia, robore & opibus omnes antecellit. Fuit aliquando Memphiticis sacerdotibus ius per internuncium mortis imperandae regi, aliumq; surrogandi. Hodie Christiano cultu Aethiopes sub Aegypto degunt, habentq; regem Praestoioannem in fecundis. Ibi delubrum Ammonis est religiosum, & tota tractu sacella. Aethiopia ita sita est, ut sub Aegypto ab oriente hyberno incipiat, & occidente hyberno claudatur. Et in hoc quidem tractu, modici colles amoena opacitate uestiti, Aegipanum & Satyrorum esse produntur. Caeterùm diligens harum gentiũ descriptio extat apud Plin. lib. 6. cap. 29. 30. 31. Quidam*

B *Aethiopas, qui supra Aegyptũ colunt, Indos uocant, cùm procul inde alioqui ad ortum India recedat. & Aethiopicae merces per mare Erythraeum, uel eò, uel in Aegyptum cõuehantur. Itaq; ut stylus, cuius obliti uidemur, ad seriem explicandi Poëtae reducatur, extra Zodiacũ circulum, qui Solis uia est & cursus, tellus est. Veterum existimatio fuit, ultra tropicas nullum locum habitabilem esse, cùm ex recenti obseruatione latitudinis, tantum Africa, in qua sunt Garamantes & Aethiopes, ultra tropicum parallelum Capricorni excurrat, quantum intimus Hadriatici sinus angulus à solstitiali circulo Cancri recedit. Constat autẽ, terras quae ab aequatore 25. partibus, & ad Boream & ad Austrum abscedunt, iam extra tropicos sitas esse. Et quia extra aequinoctialem, terras ad Antoecos 30. partibus, ne quid amplius dicam, iacere tradunt: consentaneum est & consequens, & continentem extra Zodiaci limites iacere, & ipsam Africam ad latus Antoecorum multis gradibus aperiri, cum Austrina plaga ut minimum 40. gradibus in meridiem extendatur. De zonis Cosmographi, item de tropicis & cardinibus, praeter ueteres, multò diligentiùs nostra memoria scriptores eruditione &*

C *ingenio clari, dilucidè scripserunt. Quare ista ad praesentis loci explicationem satis sunto.* Vbi coelifer.] *Monstrat quasi digito, quam tellurem dicat, Aethiopiam, quae circa hybernum occasum, ad ultimam occidentis oram Atlantem respiciat. Etenim ab occasu, Mauritania meta est extrema Africae. Hinc Numidia, qui tractus propriè Africae nomine censetur. Inde Cyrenaica. Porrò Atlas mons, supra fidem altis iugis extollitur, ab occasu exortus, ubi non tantùm Africum Oceanum constringit, sed etiam ei dat nomen. Atque inde perpetuo dorso uariè flexus in ortum, ad Nilum usq; excurrens, Aegyptum ab Aethiopia diuidit, ut ad ultimum Erythraeum etiam mare attingat, nunc in Boream, nunc rursum in Austrum recedens innumeras Africae gentes complectatur. Estq; is mons in ea Orbis parte, quod Taurus in Asia, & Alpes in Europa. Primus Rom. ducem Suetonius Paulinus, Atlantem spacio aliquot miliarium emensus fuit, temporibus Claudij Caesaris, quousq; is Rom. armis ignotus fuerat. Tum à Paulino quaedam circa eum montem diligenter explorata sunt. Radices eius densis syluis horridae insulataq; sunt inuenta: arborum genera mirae proceritatis, enodi materia, quarũ uertices media aestate niuibus & pruinis canderent. Ibi à Iuba rege euphorbium (herba) inuentum fuit, quòd nusquàm nisi in Atlante nascatur, efficacissimo succo contra uenena, & ad uisus claritatem. Medijs arenis squalens & asper circa Oceanum, in coelum uidetur assurgere. Caetera opacus ac nemorosus, & scatebris fontium irriguus. Qua uerò Africam spectat, fructibus omne genus suapte sponte nascentibus plenus. Interdiu incolae non uidentur, sed locorum silentio tacita quaedam religio propiùs accedentes corripit. Vertex eius propè ad circulum lunarem erigitur. Ibi Aegipanes, ibi Satyri cernuntur, eorumq; cantus auditur: audiuntur fistularum, tibiarum & cymbalorum soni. Caeterùm Atlas uir fuit rerum coelestium & astrorum peritia clarus, Promethei frater, ex Iapeto & Asia nympha genitus, à quo hic Mauritaniae mons dictus existimatur. Alij hunc Atlantem Libyes filium faciunt, qui monti nomen dedisse uideri potest: sed maior astrorum peritia uetustiori tribuitur, quippe Arcadi, quae gens peculiariter ea scientia delectata fuit. Alij scribunt, Atlantem fuisse Libycum, ὃς ἀστρολογίας ἀρχηγέτης, τὰς ἀκρωρείας κατασκοπεῖν τῶν ἀστέρων, καὶ ποτε παρασκευάσας κατίμεναι ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν θάλατταν, καὶ ἀφανισθῆναι. unde pelago nomen factum. Hinc fabulandi materia nata, Atlantem coelum humeris sustinere: ac fessum Herculi uices tradere. Sed de Atlante in primo & quarto fusiùs dictum est.*

Axem.] *coelestem globum, cùm propriè poli extremi, in quibus uniuersa machina uoluitur, Axes dicantur. Nostro uertici sublimis, arcticus, ab ursis siue plaustris: illi diametro rectè oppositus, antarcticus nuncupatur.* Aptũ.] *Ennius:*

Coelum prospexit stellis fulgentibus aptum.

Coelum stellis & syderibus exornatur, ut noctu interdiuq; nobis luceant. Ardenti.] *siue quòd ignes sint, uel igneae naturae: siue quòd ardere uideãtur.* Huius in aduentu.] *Suetonius in uita Caesaris author est, oraculis diuorum responsum, toti Orbi nasci imperatorem inuictũ, quòd postea ad Augustum retulêre. Et paulò antè quàm is nasceretur, ut quidam produnt, Romae prodigium publicè factum, quo denunciabatur, rerum naturam P. R. regem parturire. Apud Persas, quos hic Caspiorum nomine signat, stella insuetae magnitudinis uisa fuit. Quae profectò non aduentum Augusti, sed Christi filij Dei portendebat. Quemadmodum in ipsius ortu (ut Eusebius scribit) Romae in regione transtyberina oleum è terra erupit, perq; integrum diem perpetuo manauit fluxu. Orosius tradit, eo die quo Christus natus fuit, Octauium Romae uetuisse, se dominum appellari: hauddubiè manifesto praesagio maioris dominatus, qui tum temporis in terris oriretur. Thebae circa ea tempora in Aegypto funditùs periêre, Tralleis horrendo motu terrae subsederunt. Multa praeterea toto Orbe prodigia sub ortum Christi, & eo iam nato passim nunciata sunt, quae uulgò de Augusto interpretatio fuêre: ut ex Aegloga Vergiliana non obscurè liquet, quae Pollio inscribitur.*

Iam nunc.] *statim.* Caspia regna.] *Parthos quidam interpretantur: alij fines Assyriorum, ubi Caspiae portae monstrantur. Sunt autem Caspij orientales, ut Indi, Parthi, Medi, Armenij, Hyrcani, Persae, & gentes propè innumerae. Caspiae portae discriminant eam gentem. Habent ad Occasum Medos, ad ortum Parthos, ad Caciam Hyrcanos. Paulò plus ipsis Cadusij ad occasum uergunt:*

circa mare Caspium, & amnem Cambysen. Porrò mare Caspium, ut angusto, ita longo primùm freto terras irrumpit, quasi fluuius: atque ubi recto alueo influxit, in tres sinus se diffundit: contra os in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dexteram in suo nomine uastissimum receptaculum saeuum, importuosum, undique procellis expositum, ideo minus nauigabile, quòd beluis marinis grandioribus sit refertum. Ad dextram, Scythae Nomades littoribus insident. Intus uerò ad Caspium sinum, Caspij colunt, & Amazones, sed quas Sauromatidas nuncupamus. Araxes amnis duobus alueis in Caspium mare labitur, è latere Tauri deiectus. Herodotus & plerique Graecorum autores sunt, circa Araxem, qui in Mantienis oritur, ubi & Gyndes, homines agere, qui crudis piscibus uescuntur, quique pellibus uitulorum marinorum uestiuntur. ubi Araxes in paludes sexageno ore demersus, ingentem lacum effecit, inde rursum enolutus, Caspium mare ingreditur. Patet eius uastitas in longum 15. dierum spacio: in latum, dimidio paulò plus. Plinius in longè diuersa est sententia. Caeterùm habet id mare, qua ad uespertum uergit, Caucasum montem praetentum, quem uariae gentes incolunt, quarum aliquae brutorum animantium ritu in propatulo coëunt. Qua uerò ad ortum planicies expanditur, Massagetarum sedes est. Caspius lapis, apud eruditos celebratur prouerbij loco. Caspijs enim hastarum genera erant, quibus cominus pugnabant. Ha lapide Caspio fabacta, cùm acutissimae essent, quemcunque uulnerassent, uenenum uulneri letale relinquebant. author est Suidas, in dictione [illegible]. Per Caspia uero regna intellige Scythas, Armenios, remotissimasque à nostro Orbe Septentrionis nationes, quae aduentum Augusti praesenserunt, & quidem ex diuorum responsis.

Horrent.] id est, religione mixta externati sunt, ut etiam nunc aduentum eius praeuideant. Quid porrò horrere sit, & quàm multiplicis significati, alibi dictum est.

Diuûm.] praedictorum. Maeotica.] per Maeoticã tellurem, Scythiam signat, & Sarmatiam, aliasque gentes quae paludi illi accolunt. Quae gentes autem Hellesponticam oram tenent, non huius loci est recensere. Hellespontus in Propontidem infunditur. Inde in aliam uastitatem Euxini maris sese aperit, maximè à Bosphoro, donec à Maeoti quasi rapina quadam absorbeatur. A Bosphoro ad Maeotium lacum, quidam fecêre 14. & 32. mill. pass. Alij spacium minus tradunt. Ibi Chalcedon, Phasis, Bosphorus Cimmericus. A faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem etiam nonnulli Rhaesum dixêre. Inde Psillis; Calpas portus, Sangarius flu. qui multis inclytis amnibus augetur, aliquando Coralius dictus: mox oppidũ Heraclea, circa flumen Lycum. ibi Maryandini Portus Acone, ueneno aconito dirus est. Vltrà gens est Paphlagonum. hic Henetos collocat Nepos Cor. unde Veneti in Italia. Mox Cappadocia interius, longius Armenia. Ad Septentrionem Colchi, & in eodem tractu Achaei. Inde Bosphori Cimmerij. Vtrimque ex Asia atque Europa curuatur in Maeotin. Inde in Europa dictus à Cimmeria Maeotis lacus, accolunt Maotici, Valli, Serbi, aliaeque gentes. Deinde Tanaim amnem habent Nedorum colon: ibi sunt Sauromatae Gynaecocratumenoe: id est, uxorij, ab Amazonibus deuicti, à quibus Amazonum connubia nocturna petuntur. numerosa ea tractu gens, unde in Septentrionẽ, hinc ad portas Caucaseas euagatur. Ipsi autem lacui Maeotae per eius oram sparsi, nomen dedêre. Haec loca circa Maeotin, per frigus nihil nutriunt. Animalia perpetuo frigore rigent: boues partim cornibus carent, partim è naribus cornua effundunt. Modici equi admodum ibi nascuntur: contrà, oues ingentes. Atque ista quidem in praesenti de Maeotide satis dicta sunto. Septem.] Tres praecipuas Mundi remotissimas plagas enumerat, Ortum, Septẽtrionem, & Meridiem, in quas Romana arma penetrabunt. Nunc postremò amplificandos cardines imperij docet, usque ad Aegyptum, & si quid in Libya Aegypto sit ulterius. Septemgeminum Nilum uocat, septem ostijs mare intrantem. Est autem Nilus amnium mediterraneum mare intrantium maximus, qui Africam ab Asia discriminet: de quo uel ob id prolixius differendum erit, quod celebritate nulli fluminum inferior, unus existimetur eorum qui ortum ex Paradiso ducant. Etenim cùm Moses aperte testetur, secundo fluuio Gehon nomen esse, qui Aethiopiam cingat: Nilus uerò, circa Meroën latè patentem insulam, in Aethiopiam diffunditur, altera parte Astaboras, altera Astapus dictus est: ac mox ubi rursum coit, hoc nomen capit. Eius ortum Latini scriptores & Graeci uulgò ignorari arbitrantur. Herodotus nec ab Afris, nec ab Aegyptijs dum compertũ prodidit aliquem, qui id se scire fateatur: sed scribam quendam in urbe Sai sacratum Mineruae pecuniarum, cùm eadem ipse sciscitaretur, audiuisse, inter Syenen urbem Thebaidis, & Elephantinam, duos uideri montes Crophi & Mophi, è quorũ medio Nili fontes immensae altitudinis scaturire. Inde in duo brachia fluminis diuidi, quorum alterum Nilus in Septentrionem flecteret cursum, alterũ diuersum in meridiem abiret. Nilus incertis ortus fontibus, inquit Plin. it per deserta & ardentia, & immenso longitudinis spacio ambulans, famaque tantum inermi quaesita cognitus sine bellis, quae caeteras omnes terras inuenêre, originẽ (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniae, non procul oceano habet, lacu protinus stagnante, quem Nilidem uocant. Haec Plin. Immensam eius altitudinem explorauit funibus multorũ millium passibus connexis, antiquisst. Aegyptiorũ rex Psammeticus, quibus in profundã abyssum deiectis, uadũ inuenire nõ potuit. Haec ut à fide abhorrentia, pro fabulis reijcienda sunt, cùm ne ab ipso quidem Herodoto satis recipiantur. Idem tamen Nilũ ex Africa fluere, mediamque secare pari ferè tractu arbitratur, quo Europã Ister bifariã diuidit. Itaque obseruatum, quòd quoties in Mauritania niues imbresque eum satiarunt, increscat: ac iam inde indignatus, quòd per arenas fluat, cõdit se sub terra aliquot itinere dierum: ac mox ad Caesariae Mauritaniae gentẽ Massyliûm maiore lacu facto, rursum erumpit. Adducunt huius miraculi argumentum: silurum piscem circa ortum in eo inuentum, hic rursum condi 20. dierum solitudinibus. Vbi uerò Aethiopibus propinquat, quasi iam sentiat mitiorem cultum, è fonte profilit. Ibi Aethiopiam ab Africa dirimens, primùm frequens feris, mox aliquanto cũ mansuetiori cultu Aethiopas medios secat & insulas aliquot sparsim diuortijs suis efficit, & in his Meroën, de qua in Aethiopicis abundè paulò suprà: atque in his quidem locis Nili nomen incipit usurpare, per aliquot pass. mill. Cyrisantis appellatione retenta. Insulis inde aliquot impactus, in montium tandem angustias incidit, unde uiolento cursu in Aethiopum locũ rapitur, qui Catadupi dicuntur. Tum demũ ruere, non fluere inter occursantes scopulos creditur. Mox in apertũ prouolans, omni uiolentia cohercita: ad postremum, septem ingentibus ostijs Aegyptiũ mare ingreditur:

Canopico,

A Canopico, Bolbitino, Sebeutico, Phatnitico, Mendesio, Tanitico, & Pelusiaco. Herodotus, pro Phatnitico & Tanitico, Bucolicum ponit, & Saiticum. Iam quod ad eius naturam pertinet, statis anni diebus magna inundatione ripas suas excurrens, omnem terram fœcundat. Huius excursus & incrementi uariæ produntur causæ. Primùm Etesiæ, quæ ab arctoa nostra plaga lapsæ, pelagi fluctus in aduersa ostia impellunt. hinc sequitur fluminis illa restagnatio. Aliam causam non minus uerisimilem adducunt, illam uidelicet, eum ex hymbribus ijsdem etesijs spirantibus oriri. quæ in Aethiopia circa solstitium cadere solent, eodem spiritu nubes in meridiem agente. Rursum, ex liquefactis Aethiopiæ montium niuibus, è quibus originem suam ducere creditur. Alij, inter quos Timæus est, existimant suspendi humorem syderis perpendiculariter illi incubantis, radijs Solis ut in siticulosa Mundi parte cæteris auidiùs arripientibus, atque ita amnem in terram effundi. Cæterùm, quæcunque sit causa, post solstitium æstiuale prima incrementa sentiuntur: mox per Leonem augetur, ac mox in Virgine eodem quo creuit pacto paulatim in tra suos alueos residet, refluitque, ita ut in Libra totus suis B ripis est, centesimo die quo sentiri cœpit. Ex huius amnis tam nobilis excursu, tota Aegyptus sua fœcunditate adeo herbis & oleribus ad uictum humanum accommodis affluit, ut uel frugibus carere possit. Et propter frugum copiam ueteres iusta ratione Aegyptum publicum totius Orbis terrarum horreum appellarunt. Sed satis Nili descriptioni immoratum. Turbant.] Genus pro genere, turbantur: & per ostia Nili totam non solùm Aegyptum, sed interiorem etiam Africam intelligit, quæ primùm à Cæsare dictatore, postea bello Actiaco per Augustum eiusque Duces, cùm bellis peteretur, turbata fuit. Deuicto enim Antonio, & extincta cum Cleopatra, regnum Aegyptiacum in prouinciam redactum fuit. Porsan & hoc ad diuorum responsa referendum, quibus aduentus tanti principis denunciatus Afris existimetur. Et liquet, in extremis Libyæ Ammonium oraculum per ea tempora fuisse. Nec uerò.] Ab exemplis maioribus amplificat iam Augusti potentiam, tum magnitudinem rerum ab eo gerendarum. Et crescit laus tanti principis, quòd hominis res diuorum laboribus æquentur.

Tantum telluris.] Celebrantur duodecim Her C culis labores, qui quoniam notiores sunt quàm ut hic recenseantur, ad reliqua properandum: si illud solum addidero, Varronem annotatum reliquisse, fuisse Hercules quadraginta, omnesque eos posse Herculee uocari, qui res magnas fortiter gessissent. Tantum telluris.] In Aegypto Busiridem, in Maurusijs Antheum athletam fortissimum, in Hispania Geryonem, in Thracia Diomedem interfecit: Hesperidum hortos, subacta Libya diripuit. Ipse ubi ad oceanum uenit, ab utroque ibi latere in extrema terrarum ora columnas rerum à se gestarum metas statuit. Nam heroicum fuit, aliquod monumentum seu trophæum posteris spectandum relinquere. Alij columnas ultra Gades insulam statuunt, nonnulli angustias freti Gaditani, metas laborum: quidam Calpen & Abylen promontoria, fines erroris Herculei esse putauêre. In Asia & Cappadocia Amazones debellauit. Adfuit Iasoni in expeditione Colchica. In Sicilia Erycem cæstibus uicit. Multum mehercule telluris, si omnia ista ab uno & eodem Hercule gesta essent. Obiuit.] lustrauit. Enumerat aliquot uirtutis exempla, præcipuè cum quibus bestijs illi res fuit. Ceruam.] Circa oppidum Parrhasium, ceruam æneis pedibus terribilem (fabulosum id prorsus est) fudit. Et quòd Stymphalidas aues æneæ tabulæ aut crepitaculi sonitu fugarit, ingenij [illegible] fuit, non uirtutis aut roboris alicuius. Fabul[illegible] quæ est, quod de Cretensi tauro traditur. Aeripedem ego interpretor, pro aeripedem, uelocissimum: ut sit συναιρεσις. Erymanthi.] Erymanthus Arcadiæ mons est in Peloponneso, in quo fulmineum aprum strauisse memoratur. Historia de leone Nemæo porrò, ad istum maxime modum refertur. Hercules in pristinam restitutus ualetudinem, in quam ab contemptum oraculum irà numinis inciderat, ueritus aliquod grauius malum, ad Eurystheum ultrò uenit. Huius sequutus imperium, leonem immani statura aggressus fuit, qui inter Cleonem & Philuntem stabulari ferebatur. Hic beluam in specu, quò à uenatu præda onustus se receperat, exitu obtusis præclusò, arcta pugnorum nexu strangulauit. Consimili robore aprum Erymanthium obtriuit, à quo nemora Arcadiæ infestabantur. Sed plures sibi persuasum habuêre, aprum Erymanthium, & leonem Nemæum, efferi roboris, & barbari ingenij homines fuisse, quas Hercules è medio sustulit. Lernam.] Inter Herculis labores cum primis celebratur Hydra Lernæa. Fabulam de Lerna ita refert Strabo lib. Geograph. octauo. Lerna lacus fuit agro Mycenæorum Argiuorumque communis, in quem cùm ab omnibus undeque purgamenta conueherentur, natum inde prouerbium fuit. λέρνη κακῶν: id est, Lerna malorum. In lacu hoc hydram octo capitum, uel (ut alij) centum, sedisse, poëtæ fingunt, quam Hesiod. in Theogon. ex Echidna & Typhaone natam canit, altam à Iunone. Alij eam Lernam in Argolica fuisse, in quam cùm sordes omne genus congererentur, pestilentes nebulas inde exhalarat. Sunt qui ad dolium Danaidum referunt. Omnium certe laborum Herculis interim difficillimus fuit, & maximus, hydra Lernæa, ad quam conficiendam ad postremum missus fuit. excetra pertinax & pestilens: nam uno capite reciso, septem rursum alia oboriebantur. Rursum uno excisò, duo suppullulabant. Nec expugnare portentum centum capitibus armatum ualuerat, nisi malo Græco igni occurrisset. Hoc symbolo inuidiam ueteres expresserunt. Herculei labores inde in prouerbium cessêre, de ijs qui alijs quidé maximas adferunt commoditates, sibi ipsis uerò authoribus inuidiam.

Tremefecerit.] [illegible] nimus dici: cùm confecerit monstrum animatis. Suid. ὕδραν τέμνειν id est, hydram incidere, siue hydram secare, de ijs dici refert, quæ nulla ratione fieri possunt. περὶ τῶν ἀμηχάνων. Natum, ut idem refert, ab historia excetræ Lernææ centum capitum, cum qua multum diuque Hercules conflictatus fuit: nam uno capite reciso, plura renascebantur. D. [illegible]: ut paulò diuersiorem quidem, sed aptiorem sitis usum monstrat: ita uidelicet incommodum aliquod tollere, ut in eius locum alia complura recipiantur. Nec qui.] Ab exemplo maiori, Bacchi, quem Liberum patrem ueteres dixerunt. Et his duobus quidem exemplis coniunctis [illegible], rectè latitudinem pomœriorum imperij & longitudinem complexus est. Etenim quemadmodum suas columnas, metas laborum suorum in extrema ora Aphricæ & Hispaniæ, & ad ortum in India ceu trophæa quædam erexit: ita Liber pater ad ortum perlustrata India, in eius extremis finibus monumentum expeditionis suæ reliquit. Itaque

quoniam

quoniam ad utriusque expeditionis terminos propagatum fuit imperium sub Augusto, rectè utrumque exemplum coniunxit, ut si non omnino maiora, saltem æqualia censeantur. quare negat disertè, eos tantum terræ lustrasse. A' minori amplificatio. Nec qui.] Periphrasis Bacchi. Significanter illum Dionysium innuit, quem uini repertorem fuisse antiquitas fabulosa tradidit. Hunc totum Orbem circuisse fama est. Idem fertur Nysam in India condidisse, cuius hic mentionem facit Poëta. Primus mortalium docuit uites serere: quare omnium gentium consensu diuinos honores est consequutus. Hic columnas seu limites itineris sui constituit ad montes Hemodorum, qui Indiæ sunt. Declarat luculenter id polito carmine author Variæ historiæ:

» ἐγγὺς ἀγαυῶν Ἠμωδῶν, Ἰνδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη,
» στῆλαι τινὲς ἐστᾶσι, σῆμα τοῦ Διονύσου.
» ὃ τοῦ Θηβαίου λέγω δέ, καὶ τοῦ μηροῦ ῥαφέντος,
» ὥσπερ τινὲς νομίζουσι, καὶ παλαιοὶ καὶ νέοι,
» τοῦ δ' εὑρετοῦ δ' ἀμπέλου, φημὶ τοῦ Αἰγυπτίου,
» τοῦ Νῶε, καὶ Ὀσίριδος, Δεύνυσσος Διονύσου.

Id est,

Circa montes Hemodorum, Indiæ inquam montes, columnæ quædam conlloicatæ fuerunt, quæ ipsius sunt Dionysij, non illius quidem Thebani, qui femori assutus fuerit, ut nonnulli arbitrantur tum ueteres, tum recentiores: uerùm ipsius uini repertoris inquam, & Aegyptij, qui idē Noë fuit & Osiris. Deunyssus Dionysius. Hactenus ille. Volens itaq; Poëta hunc à reliquis distinguere, significanter adiunxit signa inuenti, cùm pampineas habenas illi tradat, & urbis ab eo conditæ, aut montis mentionem faciat, unde Tygres egerit. Eusebius tamen Nysæ conditionem Baccho Semeles filio adscribit, multo illo iuniori. Alius Bacchus post superiorem Aegyptium fuit hic Iouis & Semeles filius, de quo cœpi dicere. Herodotus scribit, Bacchi nomen ex Aegypto ad Græcos peruenisse. Hic uita mollis & effœminata fuit, qui in suis expeditionibus cœtus mulierum secum traxit: eoq; comitatu non minus choreis & saltationibus celebri quàm armis, Orbem lustrauit. Huius Indica expeditio illa fuit, unde triennio reuersus, elephanto insidens, clarissimum triumphum egit. quamobrem Trieterica: hoc est, triennalia sacra illi instituta fuerunt. Ab eodem Hispania mox & Libya lustrata, in quibus terris non obscura uestigia illius expeditionis apud posteros mansêre. Huius conditio est Nysa in Aegypto, Arabiæ propinqua, in quibus locis Diodorus incunabula Bacchi, & prima rudimenta uitæ collocat, antro uidelicet inter Nilum & Phœnicem medio: quibus in locis & uitis & uini usum incolis eum quoque monstrasse memorant. Illa autem in India Nysa, quæ in monte Hemodorum, uel (ut alij) Mero fuit, hac multis annis, ne dicam seculis, uetustior est. Dinarchus hunc Semeles filium in pugna occubuisse scripsit: eiusq; sepulchrum Delphis iuxta aureum Apollinis simulachrum monstrari ait solitum specie muliebri, & habitu propter mulierum cœtum incomitatum, ut ait Philochorus. Et Semele huius mater ex Hermione pregnata & Cadmo, subito fulminis casu Bacchum, de quo diximus, abortu fuerat enixa. Medius horum Bacchus fuit alius, Iouis & Proserpinæ filius, quem quidam Sebasium nominârunt. Hic primus boues aratro iunxit: quamobrem uetustas uolens illi eius rei argumentum apprimere, cornua fronti eius affinxerunt, Διόνυσον dictum putant,

« παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστῳ τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν. « A
« ἢ παρὰ τὸ διανοεῖν ἑκάστῳ τὸν ἄγριον βίον ζῶσι. «

Porrò ὁμολογούμενα, quo pacto Liber pater & Apollo numen idem sint & unum, quia instituto nostro non conueniunt, missa hic facio. Pampineis.] pampinis inuolutis, quibus currum rexit. Nysæ.] quam suprà dixi, ab Aegyptio Dionyso in India conditam: nisi quis hoc loco pro monte ipso Nysam interpretetur, quem alij Merum, alij Hemodoros appellant. Memoratur alia Nysa in Parnasso monte, sacra Libero patri. à qua Nysæus appellari creditur. Cæterùm Nysa in India sita fuit sub radicibus montis, quē dixi ab incolis Meron appellari. μηρὸν Græci femur uocant: unde poëtis fabulandi materia ministrata est, Liberum è femore Iouis prognatum. Hanc urbem Alexander Magnus post dierum aliquot obsidionem, in deditionem accepit, simul conditoris reuerentia, simul religione tactus ab omni iniuria, data oppidanis uenia, abstinuit. Arrianus historicus lib. 5. ἀναβάσεως Alexandri, tradit famam esse, Nyssam urbem. in ea regione quam Alexander inter Cophenem & Indum fluuium intrauit, habitatam fuisse. Conditam quidem à Dionyso, qui Indiam subegerit. sed quisnam is fuerit Dionysus, B
quando aut unde in Indos mouerit. fatetur se ignorare: nimirùm is existimandus sit, qui ex Thebis, aut è Tmolo Lydiæ in eas terras cum exercitu irruperit, debellatis tot & tam bellicosis gentibus, Græcis per eam tempestatem ignotis, incertum. Libet hoc loco, ex eodem Arriani lib. 5. legatorum orationem pro salute ciuium & incolumitate urbis Nysæ ad Alexandrum habitam adscribere. Obsessa iam urbe, oppidani ad regem, ciuitatis principem legant. nomen illi erat Acuphis. Illi adiungunt ex optimatibus triginta legatos, petitum ab Alexandro, uti Nyssam Deo remitteret. Postquam legati in tentorium regis peruenêre, tum ibi adhuc ab itinere armatum, & pulueribus conspersum, hastam uibrantem manibus, ac galea adhuc tectum conspexêre. Legati aspectu eius obstupefacti, in terram cecidêre: ac post multum silentium, bono animo esse à rege iussis, ita Acuphis dicere orsus est. ὦ βασιλεῦ, δέονταί σου Νυσαῖοι ἐᾶσαι σφᾶς ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους αἰδοῖ τοῦ Διονύσου. Διόνυσος γὰρ, ἐπειδὴ χειρωσάμενος τὸ Ἰνδῶν ἔθνος, ἐπὶ θάλασσαν ὀπίσω ᾔει τὴν Ἑλληνικήν, ἐκ τῶν ἀφομάχων στρατιωτῶν, οἳ δὴ αὐτῷ καὶ βάκχοι ἦσαν, οἰκίζει τήνδε τὴν πόλιν μνημόσυνον τῆς αὑτοῦ πλάνης τε καὶ νίκης τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις, καθάπερ οὖν καὶ σὺ αὐτὸς Ἀλεξάνδρειάν τε ἔκτισας τὴν πρὸς Καυκάσῳ ὄρει, καὶ ἄλλην Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ Αἰγυπτίων γῇ, καὶ ἄλλας πολλὰς, τὰς μὲν ἔκτικας ἤδη, τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον, οἷα δὴ πλείονα Διονύσου ἔργα ἀποδειξάμενος. Νῦσάν τ' οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῆς τροφοῦ τῆς Νύσης, καὶ τὴν χώραν Νυσαίαν. τὸ δὲ ὄρος, ὅ, τι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπονομασθῆναι ἠθέλησε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νῦσαν, καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι, καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες. τοῦ δὲ ἐκ Διονύσου οἰκισμοῦ, καὶ τόδε γενέσθω σοι τεκμήριον. κιττὸς γὰρ οὐκ ἄλλης τῆς Ἰνδῶν χώρας φυόμενος, καὶ παρ' ἡμῖν φύεται. Votis legatorū per omnia annuit: liberos Nyssæos, & suis legibus uiuere iussit. Inde, ut refert Curtius, rex cum uniuerso exercitu montem conscendit. Vertex uitibus & hedera abundat, multæq; perennes aquæ ibi scatentes, pomorum uarij & salubres succi lamis baccæ. Atq; decem C
dies

A dies hederæ & pampinis instructi milites, lasciuia quadam Bacchantium more per montem euagati, rege epulas dapaticè exhibente, totum id tempus per crapulam & lasciuiam consumpsêre. Nec interim quisquam hostium fuit, qui exercitum uino & somno grauatum hostiliter inuasit, qui uel muliebri manu deleri ualuisset. Nysæ de uertice.] de cacumine Meri montis, in cuius radicibus Nysa, de qua hactenus, sita fuit. Arrianus Nyssam appellat, s o. geminato: & oppidanos Nyssæos. Vertex pro cacumine: metaphora ab homine ad montem. Tigres.] Tigres maximè India & Hyrcania gignunt, animalia tremendæ uelocitatis, quæ maxime cùm capiuntur, cognoscuntur. Fœtus rapi solet ab equo insidiatore & pernici. Tigris fœta ubi cubile uacuum reperit, præceps fertur ad inuestigandum sagaci odore amissos catulos. Porrò raptor ille, ubi sentit appropinquare matrem, ipso fremitu ex interuallo, unum catulorum abijcit. Tollit illa morsu, & pondere ocyor acta remeat, iterumque consequitur: facitque id subinde, donec raptore in nauem regresso frustra sæuiat in littore. Præcipuè tigribus abundant Chrysei, Parasangæ, & Asangi, Indiæ populi. Est & Tigris Ar-
B meniæ fluuius, qui oritur in regione Armeniæ maioris, conspicuo fonte in ipsa planicie, cursum suum in Arazem & Arsacidem deferens, nomen ab animantis uelocitate sortitur. Et dubitamus.] Ecphonesis, qua exhortatur Aeneam ad uirtutem, spe & expectatione tantæ posteritatis, ne bellorum tumultibus perculsus, animum abijciat: sed tanti imperij præsenti fortuna erectus, ferro Italiæ possessionem sibi uendicet. Hortatur autem eum ad uirtutem, à fortuna, expectatione ampli tanti imperij, & loci nobilitate. Iam uerò & interrogationibus inest negationis uis: Nemo dubitet uirtute ad gloriã grassari, nec ullus metus te à capessenda Italia absterreat. Enalage numeri. Estque clausula laudum Cæsaris Augusti. De Ausonia alibi luculenter annotatum est.

Quis procul ille autem.] Redit à laudibus Augusti, ad seriem regum Romanorum. Quoniam autem in Romulo stirps Aeneæ regia defecit, quare ab alienigenis deinceps regnatum fuit, fingit Anchisen, se primùm non agnoscere eum, qui secundus post Romulum Romæ regnare iussus fuerit: quem tamen propius, & (ut ita dicam) [illegible] intuitus, à præsentibus signis no-
C scit à sacris quæ portet, & incana barba. Romulo è rebus humanis exempto, totus ordo patrum in 10. decurias ita diuisus fuit, ut per uices rempub. annum per orbem administrarent. Penes quem totius rei summa erat, is regia insignia habebat, fasces uidelicet & lictores: id tempus, quo ciuitas à patribus fuit gubernata, interregnum appellabatur. Nomenque id postea eiectis etiam regibus intercapedini mansit, qua sine summo magistratu respub. in medio relicta esset. Anno exacto patres uulgi fremitum diutiùs haud ferentes, in uarijs uoluntatibus regem postulantis, plebe ita permittente, ut legerent quem Romæ regnare uellent, ut omnes factiones sustollerentur: huc decurrerunt, ut externum hominem spectata uirtute regno dignum legerent. Numa Pompilius tum erat in Curibus Sabinis, homo iustitia & sapientia insignis, & maiori longè prudentia, quàm indigenæ, in patrio solo, rudi illo seculo, contingere debuisset. Huius celebritatem secuti patres, magno consensu eum regem crearunt. Vrbem ingressus, statim regno inauguratus fuit.

Ramis insignis oliuæ.] Olea arbor Mineruæ sacra est, & pacis insigne. Numa regnante pax ciuitati fuit, nec ulli uicinorum populorum, tanti regis reuerentia moti, arma mouere ausi sunt. Sacra ferens, nosco crines.] In regnum confirmatus, primùm patriam disciplinam, mox ingenium suum sequutus, sanctimoniæ uitæ in solitudine auxit. Duxerat ab initio uxorem Tatiam, Titi Tatij unicam filiam: sacros deorum lucos inuisit, in quibus commercium genij cuiusdam adeptus credebatur, Aegeriam ipse uocabat, cuius congressu nocturno persuadebat suis ciuibus se ea discere, quæ de religione & cultu deorum immortalium suos edoceret: ut eo commento populum præferocem, ad pacis & iustitiæ cultum à rei bellicæ studijs auerteret. Et hoc faciliùs eos ad ingenium suum fuit formare, quo sanctiora instituta à numine ad homines profecta crederentur. Quod quidem ante Numam moris alijs legum latoribus fuisse constat, ut, quo sanctiores suæ leges essent, & plus authoritatis haberent, eas ad numen aliquod referrent: ut Zamolchis in Scythia ad Vestam, Charondas Carthagini ad Saturnum, Zoroaster in Bactris ad Oromasin, Trismegistus in Aegypto ad Mercurium, Minos in Creta ad Iouem, Draco & Solon Athenienses ad Mineruam, Lycurgus ad Apollinem. Primo Ianum belli & pacis indicem, ad imam partem Argileti fecit. Locum ipse clausit, ut per id suis ciuibus, iuxtà & finitimis futuræ pacis studium indicaret. Inde id agri, quod Romulus possederat, tenuibus diuisit. Annum ad cursum Lunæ in 12. redegit menses. Fastos dies ac nefastos fecit. Flaminem Dialem Ioui creauit: unum Marti, unum Quirino. Vestæ uirgines legit, sacerdotium Alba oriundum. Hæ custodiebant ignem perpetuum, & Palladium. Marti Gradiuo 12. Salios sacrauit, ijsque instituit ceremonias, tripudia, uestes. Ancyle quoque Numæ inuentum fuit, quanquam de eo uariant authores. Pontifex ab eo creatus est, à quo ius pontificium manauit. His & alijs similibus sacris ciuilibusque institutis ciuitate instructa, tanta rerum & animorum facta est mutatio, ut pristinus ille Martius uigor, quem sub Romulo imbiberant, in religionem & iustitiam sit conuersus, adeò ut finitimi, qui antea castra, non urbem in medio positam ad sollicitandam propinquarum gentium pacem arbitrarentur, & proinde nomen Romanum infensè oderant, in eam adducti sunt uerecundiam, ut urbem sacrificulam non aliter quàm templum uiolare nefas ducerent. Ipse rex adeò à sola religione pendebat, ut nunciato hostium incursu, sat haberet subridens respondere, At ego sacrifico. Regnauit annos 41 octogenarius decessit. Reliquit unicam filiam, Pompiliam ex Tatia. Sunt authores, qui quatuor uirilis stirpis liberos adijciunt, Pinum, Calpum, Mamercum, & Pomponium. Quidam Pompiliam ex Lucretia illi natam produnt, quam regnum adeptus uxorem duxerat. Hæc eo uiuo, Martio nupsit: qui noui regis creatione à Tullo Hostilio suffragijs superatus, mortem sibi consciuit.

Incana.] canos crines & barbam. nam octuaginta natus annos decessit. Primam.] ipse primus urbem antè à Romulo bene munitam, legibus & religione instruxit.

Paruis Curib'.] Dionysius scribit, in historia Reatina se legisse, Aborigines eam terrã, ubi Cures urbs postea fuit, olim tenuisse: & à Fabidio, nato ex indigena puella & genio quodam, id oppidũ conditũ, ac Cures nominasse, de nomine illius cuius is creditus filius: uel à cuspide, quam Sabini Curim dixêre. Curibus, à patria, et patria fortuna.

Subl

Subibit.] pro succedet, dixit. Tullus.] *nepos Hostij Hostilij, quem populus mortuo Numa Romæ regnare iussit. Auus eius fuit Hostius Hostilius, qui sub arce à Sabinis capta, princeps pugnam ciens, ictus occubuerat. Is ex Medulla ab Albanis condita, quam Romulus coloniam fecerat, id temporis Romam uenit, quo urbs à Romulo condi cœpit: duxitq́ uxorem Seruiliam, unam Sabinarum, nobili loco ortam, quæ legationis ad patres mittendæ cæteris popularibus fuit author. Ex his pater Tulli regis prognatus fuit. Erat hic ingenio non minus feroci quàm Romulus, aut etiam bellicoso. Adhæc ætas & gloria auitâ animum eius ad bellicam laudem excitabat. Itaque optabat sibi occasionem belli dari, indignum ratus tantam ciuitatem ocio senescere.*

Ocia qui.] *Pacem, quam 43. annos integram habuerant, sub Numa, Tullus rupit, occasione optata à Cinilio Albanorum rege oblata. Is indignè ferens rem Romanam indies augeri, egentissimis, & ijs quidem facinorosissimis quibusque author extitit, ut latrocinijs Romanos fines infestarent: factis impunitatem pollicitus. Romani, tali iniuria moti, quibusdam latronum cæsis, instituêre prædam ex agro Albano agere. Mittuntur utrinque legati ad repetendas res. Legatis Albanorum arte deceptis, à Tullo denunciatur bellum. Atque inde per annos triginta duos, quos regnauit, animos suorum ciuium desuetos bellis ac triumphis, uir bellica uirtute inter paucos memorabilis, militari disciplina egregiè exercuit. Grauis interea pestilentia domi forisq́ grassari cœpit, ut uulgo utrobiq́ morerentur. Tum demum Numæ pax & religio ad placandam iram numinis cœpta est uulgò desiderari: ad quæ rex ipse, posita omni armorum cura subitò est conuersus, & cùm occulta quædam sacra Ioui Elicio faceret, quia ritè nihil agebat, non tantùm nullam cœlestem spem impetrauit, sed etiam ira numinis fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Sunt qui credunt, eum fraude humana perijsse, & Anci Martij, qui post eum regnauit, insidijs oppressum, cum turbulenta aëris tempestate dum rex sacris operaretur Quo ille regiam ingressus cum paucissimis Hostilio cum uxore & liberis interfecto, domum incenderit.* Ancus.] *Post Tulli mortem populus Ancum Martium, nepotem Numæ ex filia & Martio pontifice, regem creat. Patres authores facti, creatum probarunt. Dionysius eum à patribus creatum tradit, eamq́ creationem populum ratam habuisse. Hunc iactantiorem uocat, quòd regia stirpe ortus esset, quam nobilitatem Tullus Hostilius iactare non poterat. Hic statim quàm regno inauguratus esset, populum in concionem aduocatum, cum primis ad iustitiam, pietatem & religionem dicitur exhortatus, ut iji deorum tela, pestilentiam, famem, sitim, alluuiones, ab urbe auerterent. Inde quàm diligentissimè commentarios de rebus sacris à pontificibus acceptos exscripsit, & in publico inspicere uolentibus proposuit. Posthac otiosam multitudinem in agros dimisit: laudauit operosam agricolam, segnes corripuit. His regni rudimentis homines Latini nominis ab initio rati, regem auito exemplo inter aras & sacella uitam acturum, causam rumpendi fœderis cum Tullo icti quæsiuêre. Itaq occultis latrocinijs agrum Romanorum infestare cœpêre. Ancus nihil segnescendum ratus, cum exercitu Latinorum fines ingressus, primo impetu Politorium ui cepit: Sabinos castris exuit: triumphauit de Veientibus. Ab hoc ceremoniæ repetendarum rerum, & indicendi belli, faciendiq́ fœderis diligenter scripta sunt. Et pontem sublicium ad usum peruium posuit. Ianiculum iussit habitari, & Auentinum. Carcerem ad terrorem increscentis audaciæ foro imminentem posuit. Ampliauit ædem Iouis Feretrij. Aedificauit Quiritium, memorabile urbis munimentum in loco plano. Hostiam urbem, inter mare, & Tyberini fluminis cubitum condidit: & haud inde procul Salinas constituit: ampliauitq́ nonnihil fines parte à mari auersa. Mesiam syluam Veientibus ademit. Perijt anno 24. regni sui, pacis religionis & belli artibus nulli superiorum regum posterior.* Popularibus.] *Quippe cui, regis Numæ filia genito, omnium ordinum consensu & fauore regnum delatum fuit.* Aura.] *pro fauore & gratia populari: metaphora. Duos filios reliquit regno immaturos, & iam tum pubescentes, quibus tutor à patre moriente fuit Tarquinius Priscus datus. Hos iste sub comitiorum tempus, ne quid ipsorum præsentia sibi officeret, ex urbe uenatũ ablegauit.* Vis & Tarquinios.] *Priscum dicit, & Superbum. Anco Romæ regnante, Cypselus Corinthi tyrannidem occupabat, à quo Demarathus, ob seditionem urbe pulsus, in Hetruriam naui delatus fuit, consediq́ Tarquinijs. Hic uxore ducta, duos procreauit filios, Lucumonem atq́ Aruntem. Aruns, uiuo patre, fato defuncto, atque uxore grauida relicta, Lucumo patri superstes hæres mansit. Demarathus moritur item, eodem quo Aruns decesserat anno. Qui cùm ignoraret aurum alterũ gestare, nepoti in nullam sortem bonorum nato (quia eius in testando immemor decesserat) ab inopia nomen Egerio factum est Lucumoni cùm diuitiæ animos facerent, ducta uxore Tanaquili, summo loco nata, Romã migrauit, cœpitq́ amplissima moniti fatidicæ uxoris sperare. Ibi domo coëmpta Tarquinius Priscus uulgò appellari cœpit: eoq́ admirationis apud populares uenit, ut publicis pariter & priuatis consilijs interesset. Mortuo Anco, primus petisse ambitiosè regnum, & orationem ad conciliandos plebis animos compositam dicitur habuisse. Populus iussit eum regnare. Primum statim bellum cum Appiolis, latrocinijs agrum Rom. infestantibus, gessit. Vrbem ui cepit, & incendit. Crustumerios in gratiam recepit, in exilium defectionis authoribus pulsis. Nomentanis, qui in eadem causa fuerant, ueniam dedit. Collatinos ad deditionem compulit: fratrisq́ posthumum filium, Egerium perpetua potestate urbi præfecit: à qua præfectura Collatinus postea appellatus fuit, eiusq́ filius Tarquinius Collatinus. Inde Corniculo capto, Latinorum opes propemodum fregit. Sabinis bellum intulit, magnaq́ clade affecit. Occupauit Fidenas. Subornati fuerunt duo scelerati à filijs Anci, à quibus securi in regia percussus perijt, cùm regnasset annos duodequadraginta, uel (ut Eusebius) 45. nulli superiorum regum militari gloria & pacis artibus inferior. In regnum successit consilio & calliditate Tanaquilidis, Seruius Tullus: quem ob id forsan prætermisit in regum catalogo Anchises, quod ob seruilem & sordidam conditionem indecorum esset, eum posteritati suæ adnumerari.* Tarquinios animamq́.] *Medius horum fuit Seruius Tullus, quem ob stirpis obscuritatem prætermisit Anchises. Superbi uulgò cognomentum posterior tulit Tarquinius, propter ferox ac crudele ingenium, & multa atrocia, quæ rex factus, & in regni auspicijs in socerum perpetrauit. Liuius & cæteri Latini scriptores, præter Pisonem, persuasum habuêre, Lucium & Aruntem Tarquinium, Tarquinij Prisci filios fuisse,*

non

A non nepotes. Quod si Tarquinius octogenarius perijt, & Tanaquilis quinque annis eo minor fuerit, oportuisset eos non pueros fuisse, quum ille à percussoribus interficeretur, ut rectè Dionysius colligit, etiã Tanaquilis iam quinquagenaria peperisset: sed iam adultos, quippe quorum minor iam 25. annos natus esse potuerit. Nec credibile uidetur, matrem liberos suos paterni regni successione fraudatos, & alienum quamuis generũ humili genere ortum, surrogare uoluisse, præsertim cùm ne Tullus quidẽ grandior altero Tarquiniorum esse potuisset, si ex Tanaquilide nati fuissent. Ad hæc oportuisset L. Tarquinium, si æqualis Seruio fuisset, septuagenarium fuisse, quum eum arreptum medium de summis curiæ gradibus præcipitẽ daret, quo tempore constat eum ad Ardeam militasse, & paulò pòst ad Regillum lacum prælio superatum acie excessisse, quod alioqui per decrepitam senectam fieri nequiuisset. Rursum Liuius & alij affirmant, decedente Prisco Tarquinio, pueros admodum eos relictos. Nec uerò admodum quadrat eorum sententia, qui eos ortos ex secunda uxore, quam senex superduxit, uolunt. Et erat, ut dixi, octogenarius cùm moreretur. Quod cur fecisset non uideo,
B cùm ex Tanaquilide duas filias suscepisset, ut non esset cur prolis procreandæ causa alteram superduceret huic, cum qua coniunctissimè uixerit. Itaque uerisimilis Piso, & eum sequutus Dionysius, qui ex Tarquinij filio Lucium & Aruntem genitos prodidere. Patri superstiti Prisco decesserat filius. Fuit ergo Tarquinius Superbus, Tarquinij Prisci nepos ex filio. Itaque Seruius Tullus Tragicum Tarquinij exemplum uitare conatus, duas filias Tullias diuerso ingenio duobus fratribus dissimili indole ita adiunxit, ut maior Tullia L. Tarquinio natu maiori nupserit: minor Tullia Arunti, qui minor erat. Ita sors comparauerat, ut neutrobi ingenia conuenirent, quæ ætas consociarat. Ferox L. Tarquinius, placida indole uxorem fuerat sortitus. Contrà Aruns mitis & probus, summam improbam, & ad omne scelus paratam. Breui tempore continuis funeribus moriuntur Aruns & Tullia maior, quod fraude L. Tarquinij & minoris Tulliæ euenisse creditum fuit. Itaque ferox adolescens uiolitæ mulieri in matrimonium consociatur: dignum olla operculum. Coniugium approbauit rex: at nõ potuit ineuitabilem fati necessitatem declinare.
C Tum uerò duo praua ingenia pessimis auspicijs coiuêre matrimonio. Tullia quotidie audacem adolescentem aduersus patrem stimulare cœpit: recordaretur, quibus maioribus ortus esset, sibi regnum deberi, quod pater suis artibus occupasset. ad postremum eò uirum illa perpulit, donec ille regnum inuaderet, ipsumque regem, socerum suum, iniuriam indignè ferentem, è curia per crepidines in concionarium, ut Dionysius Halicarnas. scribit, præcipitaret: & paulò pòst, cùm propè exanguis domum à suis reduceretur, percussoribus immissis, in summa Cyprij uici parte iuberet interfici. His ille artibus, seu leo, per summum nefas, regnum consilio scelerata uxoris inuasit. Longum est referre, qua impietate, eodem die per patris in publico iacentis corpus, carpento, ut mortui sanguine aspergeretur, fueris uecta Tullia: qua sæuitia in senatoribus interficiendis, & optimis quibusque tollendis, quorum uirtutem rebus suis formidolosam suspectamque habebat, deinceps grassari cœpit nouus rex. Qua arte in Turno Herdonio, illustri uiro, necando: qua fraude Gabios per Sextum filium, Corinthiorum exemplum sequutum, in potestatem redegit, uix quisquam est qui ignoret. Nec filius Sextus patre melior fuit, qui per occasionem certaminis de re uxoria, & stuprandæ Lucretiæ, patri & uniuersæ familiæ exilij, populo autem Rom. dulcissimæ libertatis aliquando obtinendæ causa extitit. Anno uicesimo quinto imperij sui, regno excidit Tarquinius, per stuprum Lucretiæ à Sexto filio oblatum. Superbam.] nobilem, illustrem, Bruti, libertatis assertoris. Bruti.] Fuit hic Tarquiniæ filius, Prisco Tarquinio genitæ, ut scribit Dionysius. Alij eum ex sorore Tarquinij Superbi natum prodiderunt. Patrem habuit Iunium, oriundũ ab uno ex Aeneæ comitibus, qui cũ maiore filio amplissimæ indolis à Tarquinio Superbo fuerat interfectus. Brutum admodum adolescentem reliquerat, qui domestica clade territus, stuporem & amentiam, ut ludibrio uerius quàm formidini regi esset, de industria simulabat, quum longè diuerso ingenio foret. Quare à ficto stupore Bruti cognomen uulgò inuenit. Ingenij sui simulachrum expressit, cùm Apollini Delphico aureum baculum corneo, quem ad id affabrè excauauerat, inclusum obtulit. Bello Ardeati post stuprum Lucretiæ Collatini uxori illatum, unus ad ultionem omnes perpulit. Primò à paucis in tyrannorum exitium, positis circa portas custodijs, ne quid regi significari posset, coniuratum est. Inde inter eos de forma ciuitatis instituenda consultatum. Tricipitino interrege creato, Brutus longissima oratione ad populum usus, multitudini author fuit, ut Tarquinio regnum admeretur: ac mox cum paucis uenit in castra. quem milites summo studio ac fauore, ut liberatorem suũ, excepêre. Eodem tempore Tarquinius, cuius occursum declinarat Brutus, Romam ad comprimendos motus uenit. Sed præclusis portis, exilium regi indictum est: filij è castris sunt eiecti: reliqui in Hetruriam patrem sequuti sunt. Sextus patris conspectum & iram ueritus, Gabios, uelut in suum regnum abijt: ubi paulò pòst, ab amicis eorum quos occidi iusserat, trucidatus fuit. Fascesque] imperium consulare intellectio. nam duodecim lictores, secures singulas uirgarum fascibus insertas gestantes, item purpura, sella eburnea in triumphis, consularia insignia mansère, quæ regum ad id temporis usque fuerant. Primus Consul cum Tarquinio Collatino, marito stupratæ Lucretiæ, creatus fuit Brutus: quorum ille, paulò pòst, ob regium genus, & nominis inuisi similitudinem, consulatu se abdicare & urbe excedere coactus fuit, rebus omnibus Lauinium translatis. Inde ex Seruij formula comitijs centuriatis Brutus, Valerium collegam sibi creauit. Dionysius aliquanto postea Collatinum urbe excessisse existimat: nam apertè à Bruto, de supplicio de coniuratis sumendo, deque restituendis regi bonis, dissenserat, quæ postea insequuta sunt. Natosque pater] Pathos à relatione personarum. Legatos Romam Tarquinius misit, qui à senatu peterent, ut priuato sibi in urbem redire liceret: uelle patribus & populo administrationis suæ rationem reddere: aut certè, si id non daretur, bona redderent, ne è regio fastigio deiectus, turpiter mendicare cogeretur. Omnia frustra mota, identidem Bruto clamante, non præbenda instrumenta homini, quibus populo Rom. bellum facere posset. Interea legati nobilium adolescentum animos præmijs ad intromittendos noctu Tarquinios solicitant, quos iam præsentis status pœnitere cœpit. Conati apud Aquilios, petentibus legatis, literas ad regios iuuenes scribunt, ut omnia certiora essent. Coniurationis huius socij fuerunt, Titus & Tiberius, Bruti consulis filij: M. & Manlius Gellij, ex Bruti sorore nati, Vitellij, quorum soror iuue-

num Brutorum erat mater: duo Aquilij, quibus Collatinus erat auunculus. Seruus Aquiliorum, cui Vindicio erat nomen, nihil sani ijs suspicatus, quòd liberi principum ciuitatis secreta absque arbitris colloquia miscerent, clauso ostio admotus, cùm auscultabundus per rimas quædam de proditione percepisset: literas ad Tarquinios obsignantes, & multa alia conspicatus, rem non ad Consc. sed P. Valerium priuatum adhuc tum, noctu per speciem alicuius negotij, defert. Ille periculo motus cum magna clientium multitudine ad intercipiendas literas in ædes Aquiliorum ad legatos irrumpit: quibus cum magna contentione potitus, rem ad consules, qui in foro iam aderant, defert. His lectis literis, & coniuratione detecta, coniurati in uincula ducti sunt. Post aliquantam dubitationem, à legatis uiolandis iure gentium sed ægrè parsum est: populo bona Tarquinij data. Marti Tarquiniorum ager consecratus: seges desecta, in Tyberim deiecta est. Noua bella.] proditionem, cum ijs quas memoraui. Ad pœnã.] Sontes his actis, ad supplicium sunt ducti, primi T. & Tiberius Bruti Cons. filij. Populus eorum preces & lacrymas, sed & patris infœlicis fortunam miseratus, paratus fuit eius meritis illorum supplicium remittere. Brutus nullis patris affectibus uictus, primùm palo alligatas uirgis cædi, mox securi feriri iussit, patriæ salutem storgæ naturali in liberos fortiter anteponens. Inde Aquilij ad tribunal producti, ad Collatini Cons. pedes aduoluti sunt. Brutus eos ad supplicium arripi iussit nisi causam dicere uellent: contrà Collatinus tantisper lictores differre supplicium, dum cùm collega loqueretur, quæ uellet. Inde submotis arbitris Brutum obtestatus est, ut sibi Aquiliorum supplicium remitteret: admonẽs simul, ut uideret, ne summo pro supplicio, aliquem motum in ciuitate concitaret. Obtestatus simul est, & pro sororis filijs. Cùm autem Brutus in sententia persisteret, tum Collatinus: Quando Brute, inquit, collegæ tui nullis precibus flecteris, iam ego consulari potestate, quæ mihi tecum communis est, Aquilios supplicio eximo. Plutarchus diuersum refert. Brutum summo de filijs supplicio, ex publica cessisse: ac mox, cum Aquilij, auunculi beneficio suppliciũ euasissent, Valerium hoc arripuisse: atque inde multitudinis fremitu eum ad tribunal reuocatum: ac populi suffragijs damnatos cecidisse. Dionysius hic rursum uariat, qui de urbis origine omnia magis consentanea narrat, quòd Liuio & cæteris exploratiora habuerit. Is refert, cùm Collatinus ultionem interpellaret, Brutum acerba oratione in collegam inuectum, cuius uerborum summa hæc fuit ad populum: Nũc demum animaduertere se, Tarquinium Collatinum non solùm sanguinis propinquitate, sed studijs etiam & uoluntate Tarquinijs esse coniunctũ. Ausum eum iniicere mentionem de ijs reuocandis: deque restituenda pecunia, qua bellum paret. Nunc etiam impunè pro tyrannis per suos coniurari, & coniuratos eum supplicio detrahere. Se ob id proditionis conuictos ad pœnas deposcere, quo constet, in quod discrimen paucorum temeritas ciuitatem coniecisset. Inde ordine formam coniurationis aperuit, & quã illa palàm fuisset facta. Quamobrem se postposita priuata charitate, liberis suis, de quibus pœnas sumpsit, non pepercisse. Quibus cæsis, præclarum collegam pro Aquilijs cognatis suis intercessisse. Nihil iniquius, alios ad pœnam deposcere, alijs condonare. Eum non Cons. sed hostem agere: quare populi iudicio multandum. Eodem spectare, eripere sontes, & regibus pecuniam restituere. Eũ corpore inter Romanos, animo uerò apud hostes uersari. Itaque A iubere se, cum magistratu abdicatum inde facessere, missurum se Quirites ad suffragia. Huiusmodi uerbis concitatus Collatinus, Brutum proditorem insidiatoremque appellauit, quòd se, dignitatemque suam & fortunas iratæ multitudini obiecisset. Interpellante Sp. à Collatino obtinuit, antequam populus ad calculos mitteretur, ut se magistratu abdicaret, propter imminentem ignominiam. Cedenti inde Lauinium cum omnibus rebus Collatino, Brutus populo author fuit, ut 20 talenta ex publico sibi darentur: ipse de suo 5 priuatim adiecit. Brutus confestim Valeriũ collegã comitijs centuriatis creauit: ac mox de cæteris cõiuratis sumptum est supplicium. Perijt Brutus proximo prælio, quo Aruntis, siue casu, siue cõtumeliosis uerbis prouocatus, eques obuiam factus, uterque infestis mutuis hastis confossus, moribundus ex equo concidit. Infœlix.] Epiphonesis in infœlicitatem liberatoris Bruti, qui uindicandæ libertatis causa patriæ charitati ius & necessitudinem ciuium anteponere coactus fuit. Huius generis & illud est quod Cic. lib. 3. Officiorum disputat: Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit'ne filius? immò uerò obsecrabit patrem, ne id faciat: B si nihil proficiat accusabit: minabitur etiam: ad extremũ, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Vtcunque.] quasi dicat, uariè posteritatem factum interpretaturam, cùm de officio mouebitur disputatio. Fata.] quod pater liberos patriæ causa ad cædem rapuerit. Mirum ni Facta sit legendum. Vincet.] Exclamatione in factum Bruti concludit hanc narrationem. Causam eius duplicem reddit: amorem patriæ, & gloriæ sitim immodicam. Quin Decios.] Transitio ad Cons. quorum uirtus rem Rom. auxit. Duo fuerunt Decij, pater & filius prioris uirtute, bello Samnitium tribuni adhuc, non solùm seruatus fuit exercitus, & in pacatum deductus, uerumetiam consilio hostes fusi cæsique fuêre. Quamobrem multiplices illi honores à Consule habiti sunt. Etenim cum alijs donis militaribus, aurea illi corona donata: centum boues, atque inter has albus auratis cornibus. Milites item qui cum eo fuerant, duplex frumentum accepêre, binos in præsentia boues, & binas tunicas. Decius paulò pòst bello Latino cum Tito Manlio Consul creatus fuit. Decius in prælio leuum cornu tenens, cùm uidisset milites suos hostium impetu pressos, ad C principia se recepisse: mox ad M. Valerium conuersus: Deorum, inquit, Valeri auxilio opus est populo Romano. Agedum Romani populi pontifex, præfare carmen, quo me pro legionibus deuoueam. Tum pontifex primùm illi prætextam togam induxit. Deinde obnupto capite, manu subter togam ad mentũ exerta, super hastas pedibus subiectas stantem, hæc uerba concepta pronunciare iussit: Iane pater, Mars, Quirine, Bellona, Lares, Diui Nouensiles & Indigetes, diui quorum est potestas nostri hostiumque, Dij manes, uos precor, ueneror, ueniam precor, uti Pop. Rom. Quiritium uim uictoriamque prosperetis: hostesque P.R. terrore, formidine ac morte afficiatis. Ego, sicut uerbis nuncupaui, ita pro republica Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum dijs manibus deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad collegam iussit, se iam deuotum. Inde ipse Gabino ritu cinctus, armatus in equum insiluit, seque in medios hostes coniecit. Mox, cæso Decio, ita consternatæ sunt Latinorum cohortes, ut fugam ea parte fecerint in quam se immiserat. Tanta fuit illorum tempo-

rum

A rum amentia & superstitio. Huius filius Decius contra Gallos profectus, bis eorum equitatum fudit. Inde Romani, ab hostibus armatis in essedis sedentibus, equorum & rotarum strepitu inuictis, territi in fugam uertuntur. Deserant iam Galli insequi Romanos, dederant'que illis respirandi spacium. Decius conspicatus suorum fugam sisti non posse, patris exemplum sequutus, M. Liuium supra relatum deuotionis carmen præfari iussit: ac statim eo ritu cinctus, in confertissimam Gallorum aciem calcaribus additis equum egit: ubi telis infestis undique petitus, extemplò concidit. Casus ducis illicò exercitum Romanum à fuga inclinata reuocauit. Vicit ad postremum Romanus. de qua uictoria, collega eius triumphauit. Alius item Decius Magius fuit, qui unus sua constantia obstitit Campanis, ne defectio ad Annibalem fieret. Drusos.] Plures fuêre Drusi apud Romanos: Drusus, qui Scordiscos ad Danubium retudit: Nero Drusus cum Salinatore collega, qui acerrimè pugnans Hasdrubalem uicit & occidit. Et præter hos fuit Drusus Augusti priuignus, qui Germanos trans Rhenum domuit. qui ex equo lapsus, ex fractura cruris perijt. Sed multò antè Liuius Drusus Tribu-
B nus pleb. socios & Italicos populos spe ciuitatis Romanæ solicitans, quibus adiuuantibus, inuitis patribus legem Agrariam & frumentariam tulit: item & legem iudicialem, ut iudicia ex æquo penes senatum & homines equestris ordinis essent. Poreò, cum socijs promissa ciuitas præstari non posset, Italici defectionem cœperunt moliri, ob quam M. Liuius Drusus senatui factus inuisus, ut socialis belli author, domi suæ occisus fuit: sed quo authore, incertum. Torquatum.] Progressi fuerant Romani hosti ubuiam, qui ultra Anienem castra fecerat. Pons medius erat inter utraque munimenta, quem Gallus ingenti statura occupabat. Hic clara uoce fortissimum quemque Romanorum ad singulare certamen insolenter prouocauit, ut ex pugna id genus euentu appareret, utra gens bello melior esset. Aliquandiu silentium inter Romanos fuit, dubios, utrum tam anceps periculum consultum esset capessere. T. Manlius erat L. filius, qui nuper admodum patrem à tribunitia uexatione memorabili pietatis exemplo defenderat: potestatem à Dictatore petijt, ut sibi cum hoste liceret dimicare. Quo annuente, cum salutari preca-
C tione ille scuto & Hispanico gladio accinctus in hostem perrexit. Gallus deridens lingua exerta (ut genti mos est) Romanum excipit. Eximia is procesitate erat, amictus ueste uersicolore, & pictus auro'que celatis armis fulgebat. Manlius mediocri uir statura ac decenti erat, habilis magis quàm specie decorus. Hic non cantu, neque inani strepitu linguæ, ut ille, sed tacita in pectore pressa ira prodibat. Stabant ex interuallo duo exercitus, in unum id certamen defixi non oculis tantùm, sed animis quoque ad euentum pugnæ erectis & palpitantibus, ut in tali re fieri solet. Gallus prior scuto leua'que in Manlium proiecta, cæsim gladium in eum deiecit, impetu quasi oppressurus. Romanus contrà hosti insinuatus, uentrem eius uno atque altero ictu hausit, ac moribundum humi porrexit: iacentem aureo torque spoliauit, quem cruore respersum de collo suo suspendit. Torquati cognomen inde illi apud posteros mansit. Dictator, auream uirtutis præmiũ coronam donauit, laudato prius pro cõcione. Sæuum'que securi.] Bello Latinu, Manlius Torquatus consul creatus fuit, & P. Decius Mus: quo anno defectio Latinorum sequuta fuit. Hoc bello Cons. exercitum per Marsos & Pelignos in Samnium profectis, ad Capuam, quò iam Latini eorum'que socij conuenerant, castrametati sunt. Ibi spectrum eadem specie & forma humana maiori utrique Consuli obiectum est, his uerbis alloquens: Ex altera acie imperatorem dijs manibus, ex altera exercitum deberi. Vtrius exercitus imperator se deuouisset, cum uictoria potiturum. Consules collatis consilijs, cæsis'que uictimis, ad iram Dei auertendam, Aruspicum responsis conuenientibus cum eorum concepta religione, ita inter se compararunt, ut utrius cornu prius in fugam inclinasset, is se deuoueret. Huius consilij centuriones & principes certiores faciunt. Simul edixerunt, ne quis extra ordinem cũ hoste pugnaret, quòd res futura esset cum Latinis, gente bellicosa, lingua, moribus, armorum genere, Romanis simili. Genutius erat (Valerius Geminium uocat) Metius Tusculanorum dux inter hostes: is ad coniectum teli in tumulo Romanorum castrorum inter turmales fortè Manlium, Consulis Manlij Torquati filium conspicatus (noti fere inter se nobiles) Venisti, inquit, Manli, ut cum una turma aduersus omne Latinum nomen & socios confligas? quid interea Cunsi. quid Consulares exercitus agent? Aderunt, inquit, & cum ipsis Iupiter fœderis uiolati ultor. Vin igitur, inquit Genutius, interim experiamur, utrum Latinus Romanu, an Romanus Latino uirtute præstet? Ibi Manlius Consularis imperij immemor, siue ira impulsus, ad demendam ignominiam, præceps in certamen ruit. Ibi dum infestis cuspidibus concurrunt, Manlij cuspis super galeam hostis labitur: Metij, trans ceruicem equi. Inde rursum congressi, Manlius inter aures equi Metiani spiculum defigit. Equus uulnere sæuiens, dum anterioribus pedibus in altum se erigit, Metium in terram deijcit. Ibi Manlius à casu ægrè conantem surgere, per iugulum costas'que terra affixit: mortuum spoliat: atque inde spolijs onustus, in castra ad suos redijt. Inde ad prætorium progressus, Vt omnis iuuentus Romana sciret, me uerè tuam esse prolem, inquit, ô pater, ego ex prouocatione cum hoste congressus, hæc equestria spolia illo casu ad te retuli. Torquatus tristem nuncium auersatus, concionem frequentem aduocari iubet: inde docuit, quo pacto re militari imperium Romanum stetisset, quam ipse uiolare ausus fuisset filius, neque edictum consulare, neque patris reuerentiam ueritus: itaque se in eam necessitatem nunc adductum, ut uel ingenita charitatis in filium, uel reipubl. obliuisci oporteret. Inde filium alligatum palo, cædi primùm uirgis, inde securi percuti iussit. Comploratio ex ea seueritate libera inter milites exorta est, lamentantes infœlicissimam iuuenis sortem, contra'que patris ut impij imperium in filium execrantes. Milites corpus Manlij, quanta funeris celebritate fieri potuit, rogo extra uallum extructo concremarunt. Hinc deinceps Manliana imperia in prouerbium abiuerunt, qui nimium in eos sæuiunt, in quos nacti sunt imperium. Maluit Torquatus filio, quàm rem Romanam disciplina carere. Valerius maluit hoc tamen de Posthumio Tiburto, quàm de Manlio credere. Tamen Manliana imperia, non Posthumiana, apud omnem posteritatem prouerbij loco celebrata sunt. Et Poëta eam seueritatem ad Manlium, non ad Posthumium refert, cùm dicit:

——sæuumq; securi Aspice Torquatum.

Securim dixit, pro cõsulari imperio. Camillum.] Furium Camillum. Hic ob Veientanam prædam in iudicium à L. Apuleio Tri. arreptus. (obijciebatur, quòd è præda Veientana æneas portas compilatas domi haberet) quum

nihil præsidij in ciuibus uideret, in exilium abijt: deos precatus, ut si innoxio ea iniuria fieret, absentis desiderio breui tenerentur. Breui Galli Brenno duce in Italiam irrumpunt, atque urbem, cæsis ingenti clade Romanis ad Alliam, extra Capitolium, in quod senatus cum iuuentute pleraque confugit, capiunt. Exulabat Ardeæ Camillus, in cuius agros cùm Galli populabundi irruissent, Camillus cum Ardeatium expedita manu, eos noctis silentio oppressit, ac magna clade affectos fudit fugauitque. Dictator interim absens creatus Camillus, Veias accersitur, Capitolio adhuc arcta obsidione presso. Interea Tribunis militum à senatu negotium datur, ut ab hoste urbem auro redimerent: quo numerato, Brennus exercitum ex agro Ro. deduceret: mille auri pondo ei sunt promissa. In qua pondera in medium prolata, Sulpitius recusauit. superaddito his gladio, audita uox est: Væ uictis: quam cœlestem arbitrati sunt, ut Populus Rom. qui uniuerso Orbi imperaturus erat, eam ignominiæ notam sibi demeret. Interim dum altercando tempus teritur, priusquam aurum esset appensum, Camillus cum exercitu adfuit: cuius iussu auro è medio sublato, ut Galli se ad prælium expedirent, edicitur. Gallis pactionem auri obtendentibus, responsum est, nullum fœdus iniussu Dictatoris, nullasque pactiones fieri posse: quin ultimo se certamini accingerent, potituri auro & arce, si uincerent. Inde ad suos conuersus, patriam non auro, sed ferro recuperare iussit. Victi hic Galli sunt atrociori pugna, ad actauum ab urbe lapidem, quàm ad Alliam Romani. Adeóque ibi sunt deleti, ut ne nuncius quidem acceptæ cladis superfuerit. Sic Liuius. Paulò diuersius Plutarchus & Polybius. Referentem.] redeuntem sub signis cum robore copiarum, ad exturbandos ex urbe hostes. Hic Faliscos cepit, Veios domuit: quare triumpho, ob albos equos, parum grata in urbem inuectus fuit. Illæ autem.] Ad Pompeium & Cæsarem dictatorē transit: quos tum concordes, & diu simul in uita uixisse ostendit. quos bellū distraxit, & dominandi libido. Fulgere.] tertio ordine dixit: enallage coniugationis. Nocte.] ante ortum, priusquàm in uitam emersêre, hic in Elysio. Heu quantum.] Pathetica exclamatione procellam ciuilis belli exaggerat. Ostendit simul, quarum gentium præsidijs & auxilijs adiuti bellum ciuile inter se gerent. Aggeribus.] Natior est historia, quàm ut hic referatur. Socerum Cæsarem dicit, cuius filiam Iuliam Pompeius duxerat uxorē: quod ob id studuerat Cæsar, ut affinitate Pompeij suas uires confirmaret. Quod animaduertens M. Cato, exclamauit palàm, Rempub. harum nuptiarum lenocinio prodi. Aggeribus.] Nam alpibus, ceu aggeribus quibusdam circumducta est Italia, quibus à Germania intersepta est. Aggeribus.] castris Germanorum & Gallorum. Cæsar è Gallijs & Germania, earum gentium robore instructus aduersus Pompeium, in Italiam descendit.

Monœci.] è Liguria. Lucanus in primo:

» ——non Corus in illum
» Ius habet, aut Zephyrus: solus sua littora turbat
» Circius, & tuta prohibet statione Monœci.

Est autem Monœcus arx & portus Liguriæ, qui Herculis dicitur à Plinio libro 3. cap. 5. quòd hostibus pulsis ibi habitarit Hercules: uel quòd in eius templo, nullus cum eo Deus coleretur. Monœcus, ὡς μόνος οἰκῶν. unde portus Herculis Monœci appellatur. Gener.] Pompeius orientalibus auxilijs instructus, accurrit Cæsari. Firmauit uires suas, ex Asia, Cycladibus, Corcyra, Athenis, Pōto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnicia, & Ægypto classe A sexcentarum nauium. Cum his adiunxit undecim legiones ciuium Romanorum: equitum septem millia. Auxilia præterea ad eum confluebant ex Gallogræcia, Cappadocia, Thracia, Macedonia. Ne pueri.] Dehortatur suos à bello ciuili, ad mutuam concordiam. Affectus indicant particula Ne repetita: ualetque perinde ac si dicat, omnino ne assuescite bellis. Assuescite dixit, pro assuefacite: genus pro genere. Non uerò dehortatur eos à bellis, quibus imperium & patriæ communis salus defendatur: sed ab armis ciuilibus. Pueros nunc uocat, ut è stirpe sua exorituros. Neu patriæ.] Interpretatur, quæ uocet bella: ciuilia uidelicet quibus ciuis in ciuē ferrum acuit. Estque forma quædam prosopopœia, cùm patriam uiuam personam fingat, illique uires ualidas tribuat, propter imperij amplitudinem. Porrò, cùm parcere eum ab armis iubeat, clementiam singularem illius innuit. Tuque prior.] Cæsar, qui genus suum ad Magnum Iulum retulit. cuius nomen præ se tulit: quamobrem suum sanguinem eum uocat. Hunc priorem iubet abstinere ab armis, quòd ab eo causa ciuilis belli orta uideri posset. Nam cum partim inuidia, propter gloriam uirtute in Germania & Gallijs partam, dimittere exercitum, & in ordinem redire nollet, B armis suam dignitatem & populi beneficium tueri coactus fuit. Olympo.] À Ioue, & eius filia Venere. Tela.] belli instrumenta: & proin bella pone. Ille triumphata.] Lucium Mummium monstrat, quem in Græciam exercitum ducturum promittit, quasi iniuriam maiorum suorum ulturum euersa Corintho. Corinthia ipsa regio, alioqui suapte natura sterilis est, quòd collibus & iugis inæqualibus montosa sit, & aspera saxis. Hinc ὀφρυόεσσαν Corinthum uocant, prouerbiali schemate. Nomen creditur sortita à Corintho Marathonis filio: non autem Iouis, ut incolæ putant. Primùm urbem incoluit Ephyra, Oceani filia: mox Epopei filius Marathon, qui ob discordiam inter ipsum & patrem ortam, in maritima Atticæ demigrauit. Postea patre fatis defuncto, ipse Marathon in Corinthiam reuersus, regionem liberis diuisit: ac statim in Atticam, unde uenerat, redijt. Corinthus ipsa urbs, à Corintho Marathonis, aut Pelopis dicta est, cùm initio Ephyræa cognominaretur, ab Ephyra Epimethei filia: uel, ut Eumelus, ab Ephyra Oceani & Tethyos. Corinthus ad Isthmum condita fuit, clarissima aliquando colonia Romana, adeóque celebris, ut totius Græciæ lumen à C Cicerone fuerit appellata. Arx huic fuit, quæ quòd ob singularem altitudinem utrunque maria prospiceret, Acrocorinthus dicta fuit. Est autem sita in extremo Isthmi, ubi incipit Peloponnesus, clarissima omnium peninsularum, inter duo maria Ægæum & Ionium clausa, speciem platani repræsentās. Nomen habet ab insula Pelopos, ὡς πέλοπος νῆσος. Dionys. Apher:

——πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ὀπηδεῖ «
ἰδομένη πλατάνε μυουρίζοντι πετάλῳ. «

Hinc, quoniam Corinthus utrinque mari pulsatur, à Pindaro Neptuni πρόθυρον dicitur: hoc est, uestibulum: & ab interprete, πύλαι, porta Peloponnesi. Ipsa urbs ab utroque mari lateribus utrinque alluente, distat sexagenis stadijs. Quare ab Horatio lib. 1. Odarum, Corinthos bimaris dicitur. Diximus paulò antè, unde habeat nomen. Stephanus lib. περὶ πόλεων, à conditore Corintho nomen ei datum adserit. Fuit & Heliopolis uocata, ab astu Solis. Rursum Peges, mox Ephyra: unde Lais Ephyræa apud

A apud Propertium: ad ultimum Corinthus. Adhæret monti tam sublimi, ut in utrumq; mare dicatur umbras suas proijcere: quare Acrocorinthum appellarunt. ibi templum Isidis fuit. Acrocorinthum alij ἀκρολόφον, alij λεωπετρον dixerunt, ab inspiciendo: quòd ab eius summitate Sisyphus Iouem Aeginam rapientem uiderit. Paulò infrà huius cacumen scaturit Pirene, fons poëtarum fabulis celebris, quem Pegasi ungula excussum fabulantur. Fuit Corinthus Messeniorum urbi haud dissimilis, quòd utraq; eminentissimum montem adiacentem habuerit, præruptum, imminentemq;, ipsisq; adeò mœnibus inclusum. Admirabilis opulentia, copia, rerumq; affluentia, atque inde manans luxus, per mercatorum toto Orbe illuc confluentium frequentiam, infamauit hanc urbem. Erat autem ad hunc luxum (ut dixi) admirabilis opportunitas. nam inter duo maria sita erat, duobus portubus accessa, Cenchrea & Lechæo. Cenchrea mercatoribus ex Asia uenientibus patebat, Lechæum Europæis. Erat in urbe templum, in quo mille puellæ ad adolescentum libidinem alebantur. Mercatores urbem ingressi, hoc phanum, tanquam scholam propudiosæ libidinis uulgò frequentabant. Inter has puB ellas, Lais quoq; fuisse scriptorum monumentis proditur: quæ prouerbium raræ fœlicitatis fecit, Non cuiuis hominum contingit adire Corinthum, quòd nemo sui copiam faceret. Et qui scortationibus indulgebant, aut lenocinium exercebãt, aut ex meretricum prostitutis uulgò corporibus quæstum faciebãt, Corinthiari dicebantur. item, Corinthijs non stomachantur Ilium: quoties exprobramus alicui ignauiam suam, ut hostibus nihil sit cur illi indignentur: quòd Corinthij bello Troiano parum gloriæ inde reportarunt. κόρινθ@ ὀφρύεται καὶ κοιλαίνεται, Corinthus alibi tumet, alibi caua est: de homine intractabili ingenio, aspero, & sibi inæquali forsan. Triumphata.] Mumius de Corintho triumphabit. Causa belli Achaici fuit, quòd Romanorum legati Corinthum ad res sociorum inspiciendas missi, & Achæorum consilium dissoluendum, à Corinthijs, præcipuè à Critolao ciuitatis principe, cõtra ius gentium uiolati essent. Macedonia iam statim recepta, patres iniuriam ulciscendam rati, in Achæos bellum decreuerant. Metellus, qui tum in proximo erat, eò statim exercitum mouit. Occurrunt illi Achæi C cum suis ad Thermopylas ubi magno prælio uictis, Critolaus belli concitator hausto ueneno sibi mortem accersiuit. Liuius bis eos uictos tradidit: ad Thermopylas Metelli ductu, inde in Isthmo à L. Mumio Cons. Et sunt qui tantum sanguinis ijs prælijs fusum prodant, ut duo suprà memorati portus, Cenchrea & Lechæum, sanguine Achæorum fuerint infecti. Achaicum omne nomen in deditionem uenit. Corinthus metu deserta, à Romanis excisa est & incensa: Thebæ in Bœotia item, & Chalcis publico Romanorum decreto, quòd pro Achæis stetissent. Ita euenit, ut modico temporis interuallo tres clarissimæ Græciæ urbes, unà cum Carthagine, continuis funeribus sint extinctæ: & proinde ter sit triumphatum, à Scipione, Metello & L. Mumio. Quorum postremus ea fuit continentia, ut ex præda Corinthiaca nihil attigerit: sed aurum, argentum, cæteraq; metalla igne ita corrupit, ut in unam massam eliquarit. Aes Corinthiacum id postea appellatum fuit: unde signa Corinthiaca fusa, supramodum Romanorum delicias exercuêre. Augustus Cæsar postea loci commoditate & urbis celebritate motus, restaurandam existimauit, eò colonis libertini generis missis. Aget currum] triumphabit de Corintho. Triumphantes curribus in urbem & Capitolium inuehi mos tenebat. Triumphatam Corinthum dicit, passiua uoce, de qua triumphus agetur à L. Mumio. Achiuis.] Achæis, Chalcidensibus, & Bœotis: quorum auxilijs freti, tam certam sibi de Romanis uictoriam promiserant, ut priusquàm in pugnam iretur, nonnulli currus educerent, ad hostium spolia in urbem reportanda: sed spe nimium falsi, triste suis spectaculum præbuêre. Ille Argos.] De Argis alibi dictum est. Stephanus eiusdem nominis decem enumerat. Reprehenditur hic locus apud Gell. quasi Mumius, qui Achaiam bello subegerit, ipsum quoque Pyrrhum uicisset: ac proinde Poëtam hunc locum castigaturum fuisse, eraso hoc uersu, Ipsumq; Aeaciden. Verùm Gellij & Hygini errores, simulq; eorũ cæcitatem iam mox detegemus: si prius teneamus id, duos superiores uersus tantùm ad L. Mumium clariss. imperatorem spectare. Eruet ille.] Diuersum quendam à Mumio monstrat, Corinthi euersore, qui neq; Argos, neq; Mycenas delerit: qui nec Aeacidẽ ipsum uel uicerit, uel regno exuerit. Proinde Aeacides hic quis sit, in quæstionem uenit. Si Pyrrhũ Epirotarum regem, qui Tarentinis auxilium tulit, uelimus accipere, pugnabit cum eo quod præcedit. Nam uicit expulitq; ex Italia Pyrrhũ Curius Dentatus. At idem non eruit Argos, Agamemnoniasue Mycenas. Proinde cùm dicit, Eruet ille Argos, Paulum extra controuersiam intelligere uidetur: & Aeaciden, Persen. nam Paulus bello Macedonico, & Persen uicit: & Macedonia direpta, captum ante currum in triumpho Romam egit. Quo extincto, Aeacidarum imperium corruit. Constat autem, Macedonum & Epirotarum reges ab Achille traxisse ortum. De Perse Propertius:

Et Persea proaui stimulantem pectus Achilli, 42
Quiq; tuas proauus fregit Achille domos. 43

Hoc uicto, captoq; regno Macedonico, potuit Pop. Rom. uideri ultus esse iniuriam maiorum suorum. Neq; uerò eo consilio inducit Poëta Anchisen, seriem eorum recensentem, qui ab eo originem duxêre postea: sed temporibus confusis, eos solùm enumerat, qui commemoratione rerum gerendarum Aeneam gaudio implerent. Cùm igitur dicit, Ille triumphata, L. Mumium ostendit. Eruet ille Argos, Paulum haud dubiè signat, qui Persen deuicit, & Aeacidarum: hoc est, Macedonum regnum subuertit: licet neq; Argos, neq; Mycenas uastarit, sed ut uindictæ nomine ducem Troianum soletur, plus dicit quàm suorum sit. Eruet ille.] Sed quia Persen & Achæos ab ijsdem imperatoribus uictos non fuisse constat, non inscitè Andriscum Persæ filium acceperimus, qui & Pseudophilippus appellatus, atque ultimus regum Macedonum fuit, captus à Q. Cæcilio Metello, qui de eo clarum egit triumphum. Idem Achæos, Bœotios, & Chalcidenses ad Thermopylas fudit. Mycenas.] conditas à Perseo, patriam Agamemnonis, sub cuius auspicijs tota Græcia ad Troiam militauit. Argos.] Loquitur hic, ut dixi, non de Amphilochico, sed de Peloponnesiaco. Etenim Argia statim subiecta est Corintho, orientalis, quã mare Myrtoũ stringit inter Atticam & Cretam. Ita Strabo Argiam collocat, ut ad occasum Laconiam. Laconia Messeniam attingat. Ab Argo, sinus Argolicus nomen habet. Per hanc regionem Inachus labitur, & in sinum Argolicum se exonerat. Hic palus Lernæa cernitur, de qua hoc eodem libro diximus. Ipsum Argos amœnissimo loco situm est, ad

artum Asinæ urbi propinqua est, ab occasu Cronium montem in conspectu habet, ad septentrionem Cleonas celeberrimam urbem, ad meridiem Mycenas. Plinius Argos collocat inter duos poëtis decantatos amnes, Inachum & Erasinum. Haud procul ab ipsa urbe Epidaurus est, Aesculapij gloria celebrata: in qua is templum habet. Inter Corinthum & Argos Cleonæ mediæ sunt. Verùm de his aliàs fusius est dictum. Aeacidem.] *non Pyrrhum quidem Epirotarum regem, qui genus & originem ad Aeacum Achillis auum retulit: ipse autem Aeacidæ filius, (ut paulò pòst explicabitur) qui Neoptolemi Pyrrhi nomen quoque præ se tulit. De Pyrrho itaque hic quoque paucula sunt dicenda. Tanta ea tempestate huius fuit authoritas inter reges, ut dissentientibus Asiæ & Europæ monarchis, utri partium accessisset, ab omnibus adiutaretur. Neque uerò post Pyrrhum Neoptolemum in gente Aeacidarum unquam quisquam fuit maiore gratia, aut celebritate. Neoptolemus Pyrrhus (ut alibi à nobis memoratum est) Molossici regni author fuit: qui ex Ilio reuersus, per absentiam diuturni belli, regno paterno amisso, sedem in Molosside occupauit, ac de se incolas Pyrrhidas nuncupauit: mox Epirotæ dicti fuerunt. Sub hæc Pyrrhus siue ad consulendum oraculum, siue ad sacrificandum, Iouis Dodonæi templum ingressus, Herculis neptem Anasam inde abductam, uxorem sibi adiunxit, ex qua octo filios procreauit. Chaoniæ parte Heleno uati Troiano, ob diuinandi scientiam relicta, data illi Andromache Hectoris quondam uxore, quam nuper Ilio abduxerat captam, forte consequutus, ipse Delphos profectus fuit. Ibi cùm fortè sacrificantem Orestes oppressisset, ab eo interfectus fuit. In regnum successit Piales filius. Atque inde longo ordine ab eius stirpe ad Arisbam regnatum est. Hic Athenis liberalibus, disciplinis institutus, leges, senatum, annuos magistratus, & ciuitatis formam intuitus, ea suis tradidit. Plutarchus Thesprotas, Molossos, & Epirotas eandem gentem esse existimat: & post diluuium Phaëtontem ibi regnasse, unum ex illis qui cum Deucalione in Epirum nauigarunt. Sunt alij qui autumant, Deucalionem & eius uxorem Pyrrham ad Dodonæum oraculum profectos, postea in ea terra sedisse, quæ ἄπειρος, Epirus: id est, continens sit dicta: atq; inde ibi Pyrrhũ Achillis filium regnasse, dictum à Pyrrha Deucalionis coniuge: ex quo & Ianasse, Pyrrhus alijq; liberi sunt procreati. Inde à Pyrrha, ad Tarritam, quem Arisbam quidam uocant, ignobiles quosdam regnasse tradunt. Tarritæ filius fuit Alcetes, Alcetæ Arymba, Arymbæ Aeacides, Aeacidæ Pyrrhus hic, de quo nunc institutus est sermo. Rursum sunt qui Arisbæ Neoptolemum & Aeaciden liberos tribuant: & ex Aeacide Pyrrhum genitum, ex Neoptolemo uerò matrem magni Alexandri. Neoptolemo Aeacides frater successit, qui odio suorum regno pulsus fuit. Filius Pyrrhus puer admodum, cùm ob paternum peccatum ad cædem quæreretur, fœliciter subtractus, in Illyrijs Beroæ Glauci regis uxori educandus traditus fuit, erat ea de gente Aeacidarum. Cæterùm reliquis omissis, quæ puero, quæ Glauco inter educandum euenêre, Epirotæ in Glauci gratiam puerum undecim annos natum in regnum restituerunt. Tantis interea successibus auctus fuit Pyrrhus, ut unus regum idoneus sit habitus, qui aduersus Romanos auxilium ferret Tarentinis. Statim, quàm in Italiam traiecit, cæsis Rheginis, Rhegium occupauit. Inde Valerius Leuinus Conf. aduersus eum missus, infœliciter pugnauit. De numero cæsorum Romanorum uariant authores.* A *Qui plurimum posuêre, 16. millia desiderata tradunt: Pyrrhumq; 13. millia amisisse. Causa uictoriæ Pyrrho fuêre elephantes, primùm tum Romanis in Italia uisi, quorum insuetata species milites terruerat. Inde Fabricius à senatu ad regem de captiuorum redemptione missus, frustrà auro & elephantis tentatus est. Sine precio captiui redditi. Cyneas legatus à Pyrrho sub hæc Romam mittitur, ut de pace ageret: ex sententia Appij Claudij cæci, in urbem receptus non est. Iterum ad Asculum pugnatur, sed dubio euentu, 15. millibus utrinq; amissis. Timochares medicus Pyrrhi, per literas Romam datas obtulit senatui, se uenenum illi daturum: literis inde ijsdem ad regem remissis, de medico ab eo sumptum supplicium est. Traijcit inter hæc Pyrrhus in Siciliam, à Syracusanis accitus. Inde paulò pòst in Italiam reuersus, cum Q. Curio Dentato conflixit, sed infœliciter: nam uictum regem Conf. Italia expulit, hostium 23. millibus cæsis. Pyrrhus anno sexto, quàm in Italiam uenerat, in Epirum redijt. Itaq; Curius Dentatus Pyrrhũ uicit, qui id famæ ac gloriæ fuit adeptus, ut militari disciplina, fortitudine ac uigore animi omnes sui temporis im-* B *peratores anteiret: quodq; indice Annibale, optimè castra metaretur.* Genus.] *Appositio. Achillem enim non solùm sanguine attigit, sed filium eius etiam nomine retulit.*

Vltus.] *in Pyrrho Epirotæ ulciscetur excidiũ Troiæ. Auos his, maiores suos Troianos, unde Romani originem sunt ducturi, uocat.* Templa.] *Templum Mineruæ, in quo ab Aiace Oilei Cassandræ uati stuprum oblatum fuit: ex quo item Palladium ab Vlysse & Diomede per sacrilegium ablatũ fuit. pathos à loco.* Quis te magne Cato.] *M. Porcium Catonem intelligit, maiorem uidelicet Censorium, qui temporibus tertij belli Punici maximè floruit: homo ordinis & sanguinis plebeij quidem: sed tam acri ingenio, ut ipse sibi fortunam finxisse uideatur. Huic nulla unquam ars publicæ priuatæq; rei gerendæ defuit: ingenio adeò uersatili, & eleganti, ut unus in ijs, in quorum singulis diuersi, excelleret, planéq; ad ea natus esse uideretur. Quæ omnia ei, præter ordinem, ad honores summos illi gradus fecerunt. Strenuus miles: imperator optimus: iuris peritissimus: orator eloquentissimus. Quinquagies egit pro se, pro alijs, aduersus alios. Scripsit orationes, quibus non solùm accusando, sed reus se defendendo* C *inimicos fatigauit. Etenim quater & quadragies reus cùm esset, semperq; absolueretur, Romanus Demosthenes ea tempestate Romæ est appellatus. Nec facilè dictu est, utrum is magis nobilitatem, an eum nobilitas exercuerit. Homo ingenij asperi & duri, linguæ acerbæ, & immodicè liberæ: ipse rigidus, gratiæ diuitiarumq; contemptor: ad laborem, corpore propemodum ferreo, animo uegeto, ut ne senectus quidem eum fregerit. Natus annos sex supra octuaginta, causam dixit. Nonagenarius Sergium Galbam in iudicium populi abduxit. Quidam eum genere Tusculanum fuisse prodidêre, initiaq; Priscum appellatum: atque inde à solertia animi, & singulari prudentia, Catos est uocatus. Catos enim olim rerum multarum peritos dicebant. Colore subrufo fuit, & oculis glaucis, homo continens, & summa æquitate. Adolescens Tarenti sub Q. Fab. Max. militarat: Nearcho Pythagorico usus fuerat familiariter. Labore & patientia cum seruitijs certauit in negocijs uillicis: tam rigida natura & immiti, ut seruis senio confectis, aut corpore debilitatis,*

tanquam

A tanquam brutis animantibus in opere faciundo uteretur:
quasi homo ab omni humanitate esset alienus. Hanc ta-
men seueritatem aliqua comitate condiuit, quod argu-
unt eius dicta. cuiusmodi sunt ista: Difficile eam ciui-
tatem diu incolumem fore, ubi piscis unus pluris ueniret,
quàm bos uenderetur: & Romæ uxores uiris imperi-
tare, qui in alias gentes imperium haberent. Trium pœ-
nituit hunc in tota uita: quòd mulieri arcana credidisset:
quòd eò passus fuerit se nauibus uehi, quò pedes ire po-
tuerit: & quòd diem aliquando sine linea perdidisset. Li-
teras Græcas septuagenarius didicit, & in ijs euasit sum-
mus. Sæpe testatus fuit, tum Romanos imperium amissu-
ros, cùm Græcis studijs delectarentur. Imperium arbi-
trabatur, uxorem aut liberos pulsare: quibus præsenti-
bus ab omni uerborum libertate abstinuit, haud secus
quàm si Vestales adessent. Consul in Hispania graue bel-
lum, captis ui aliquot urbibus, gessit, & de ijs triumpha-
uit. Legatus bello Aetolico, hostes insigni clade affectos,
ad Thermopylas uicit. Fœneratores ex Sardinia expu-
lit: idem in acie militem manu auersa prehendit, & in ho-
stes reduxit. Eo fuit corporis robore, ut milites extra ordi-
B nem procurrentes, ab equo sparo perculeret. Nihil ho-
noribus & imperio anteponebat. Cæterùm tanta uis ani-
mi & ingenij in eo erat, ut in bello omnia maxima minima-
que per se adiret, atque ageret: nec in quenquam grauius
seueriusque, quàm in seipsum, animaduerteret: parsimo-
nia, uigilijs & labore cum ultimis militum certaret. Erat
Cato admodum pauper: quare filium mortuum sumptu
admodum modico extulit. Mortua uxore, filiam Salo-
nij clientis uxorem duxit. quod cùm filium ægrè ferre ui-
deret: Non, inquit, fili tibi nouercam, sed mihi uxorem
duxi, ex qua plures ciues tui similes patriæ procreem. Ex
filia Salonij ei editus est Salonius. Cuius filius auus eius
fuit Catonis, qui Vticæ secundo bello ciuili sibi, Cæsa-
rianæ uictoriæ inuidia, mortem consciuit. Quoniam au-
tem duo isti Catones impendio tetrici, & alienæ uitæ cen-
sores fuêre, in Ironiam prouerbialem affectatæ grauita-
tis nimis tetricæ abijt. Tertius Cato: adeò ut è cœlo de-
missi dicerentur. Iuuenalis:

» Tertius è cœlo cecidit Cato——.

Cui simillimum est, Octauus sapientum: in eum qui sibi
C arroganter non parùm tribuat in sapientia: nam septem
sapientes una tempestate fuêre apud Græcos, quorum a-
pophthegmata oraculorum uice celebrata sunt.

Quis te.] Per apostrophen uariatus est orationis co-
lor: & breuibus interrogationibus multos simul coaceruat,
ut per eam enumerationem festinet ad epilogum. Relin-
quere tacitum, est præterire. Cosse.] Cornelium Cossum
indicat. Bello Fidenatium A. Cornelius Cossus eques,
tribunus militum erat: homo pulchritudine eximia, cui a-
nimo & uiribus se parem præstabat. Veientum agmen
ductabat Tolumnius, eorum rex. Hunc ille in acie con-
spicatus, ruptorem fœderis Rom. hasta innixus in terram
ad postremum resupinat: mortuum spoliat, ac truncat.
Itaque cùm cæsi caput per aciem circumferret, eius in-
tuitu hostes in fugam uertit. Sub hæc Cossus Tybrim cum
equitatu transuectus, ex agro Veientano ingentem attu-
lit prædam. De Veientibus & Fidenatibus ex senatuscon-
sulto & iussu populi Dictator triumphans, in urbem redijt.
Sed longè maximum triumphi spectaculum fuit Cossus,
spolia opima cæsi regis gerens. in eum milites carmina in-
condita, æquantes eum Romulo, cecinêre. Atque inde
progressus, spolia in æde Iouis Feretrij, prope spolia Ro-
muli, quæ opima prima appellata sola ea tempestate erant,
cum solenni dedicatione, conditoris exemplo & uerbis,
dona fixit. Solus à curru Dictatoris ciuium ora in se uer-
tit, & celebritatis eius diei fructum propè solus tulit. Li-
uius libro 4. Decad. 1. de Cossi opimis spolijs statim in
hunc modum subijcit: Omneis ante me, inquit, authores
sequutus, A. Cornelium Cossum, tribunum militum, se-
cunda spolia opima Iouis Feretrij templo intulisse expo-
sui. Cæterùm præterquam quòd ea ritè opima spolia ha-
bentur, quæ dux duci detraxerit: nec ducem nouimus, nisi
cuius auspicia bellum geritur: titulus ipse spolijs inscri-
ptus, illas meque arguit, Consulem ea Cossum cepisse. Hoc
ego, cùm Augustum Cæsarem, templorum omnium con-
ditorem, aut restitutorem, ingressum ædem Feretrij Io-
uis, quam uetustate dilapsum refecit, scipsum in thorace
linteo scriptum legisse audissem, propè sacrilegium ratus
sum, Cossum spoliorum suorum, Cæsaremque ipsius tem-
pli authorem, subtrahere testem: quasi ea in re sit error,
quòd tam ueteres annales, quodque magistratuum libri,
quos linteos in æde repositos Monetæ, Macer Licinius ci-
tat identidem authores, septimo pòst demum anno, cum
Tito Quintio Peno, Aulum Cornelium Cossum Consu-
lem habeant, existimatio communis omnibus est. Nam
etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum
transferri posset, quod imbelle triennium fermè pestilen-
tia, inopiaque frugum circa M. Cornelium Consulem fuit:
adeò ut quidam annales, uelut funesti, nihil præter nomi-
na consulum suggerant. Tertius ab consulatu Cossi an-
nus tribunum eum militum consulari potestate habet,
eodem anno magistrum equitum, quo in imperio alte-
ram insignem edidit pugnam equestrem. Ea libera con-
iectura est. Sed (ut ego arbitror) uana uersari in omnes
opiniones licet: cùm author pugnæ recentibus spolijs in
sacra sede positis, Iouem prope ipsum, cui uota erant, Ro-
mulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes, se se
A. Cornelium Cossum Consulem scripserit. Hactenus Li-
uius. Siue igitur Consul fuerit Cossus, siue Tribunus mili-
tum potestate consulari, siue magister equitum, certè se-
cundus à Romulo opima spolia retulit, & Ioui Feretrio
consecrauit. Qua re ipsius urbis conditorem æquauit.
Idem Dictator creatus fuit aduersus Volscos: & non mul-
tò pòst consul aduersus Samnites fœliciter dimicauit. Re-
ctè ergo, A. Cornelium Cossum inter clarissimos urbis
Rom. gubernatores recenset. Quis Gracchi genus.]
Sempronium Gracchum, qui secundo bello Punico Con-
sul Campanos cecîdit, & paulò pòst proconsul Flauij ho-
spitis sui perfidiam, per colloquij speciem in insidias tra-
ctus, à Magone cæsus fuit. T. Sempronius uerò Gracchus
proditur bis fuisse Consul, ac toties triumphasse. fuit &
censor: cui cùm inimicitiæ non obscuræ essent cum Sci-
pione Aphricano, uetuit tamen nomen suum decreto colle-
garum adscribi, ne ille teneretur ad dicendam causam.
Quare, quòd pro Scipionibus intercesisset ex authorita-
te patrum, minor Cornelia Africani filia illi matrimonio
data est. nam maior Nasicæ nupserat. Sempronius Grac-
chus postea ita præclarè rem bellicam in Hispania admi-
nistrauit, ut Celtiberorum opibus accisis, trecentas illo-
rum urbes exciderit, ut Polybius scribit. ubi uictoria po-
titus, oppidum Gracchurum condidit, posteris rerum à se
gestarum monumentum. Moriens, ex Cornelia duodecim
filios superstites reliquit. Tam perditè defuncto uiro

uidua in amore respondit, ut Ptolemæi regis nuptias reiecerit. Cæteris liberis pupillari ætate amissis, tres tantùm adoleuêre: duo uirilis stirpis, & filia una Sempronia, quæ minori Africano nupsit. Sed Corneliæ eloquentia, cura, & studium circa institutionem liberorum, miris laudibus à scriptoribus celebratur. Adolescentibus Tiberio Graccho & C. Graccho nomina erant, ingenijs adeò diuersis, ut ex ijsdem parentibus orti non uiderentur. Militauit Tiberius primò sub Scipione in Africa, primusq́ hostium muros ascendit. inde cū Mancino in Hispania ad Numantiam. Tanta hæc eius fuit authoritas apud hostes, ut in fœdere transigendo nullum Rom. ad se mitti præter ipsum paterentur Numantini. Virtutis eius famam adiuuabat gloria paterna rerum in ea terra gestarum, cum quo olim ipsi fœdus percusserant. Gracchus 20. millia Romanorum cum ipso consule circumuenta, periculo exemit. Statim Tribunus Pl. factus legem Agrariam in gratiam multitudinis promulgauit. Hac præscriptum fuit, qui plus agrorum possiderent, quàm ueteri lege permitteretur, ut agros ad id temporis usque iniustè possessos, ueteribus dominis cum fructibus suis restituerent, æqua facta æstimatione. Erat autem uetus lex, ne quis supra quingenta terræ iugera possideret, neq armenti maioris quàm centum capitum, aut minoris quinquaginta pecus pasceret. Hac lege inopi multitudini cautum uoluêre, ne omnia locupletibus prædæ essent. quare ea plebi uehementer plausibilis fuit: contrà, ira & odio locupletum animos accendit. Alij aliam ferendæ legis causam adferunt: sed hæc, ut honestissima, ita & uerissima uidet̃. Huic Legi nemo infestior erat, quàm Scipio Nasica, ob agrorum multitudinem, quos possidebat. Quare à patribus in curia accusatur grauiter, quòd hac rogatione ad regnum sibi uiam sterneret: quod'q domi nocturnos haberet conuentus: quod'q sacrosanctum læsisset magistratum, in Octauio collega potestate deiecto. Res ad seditionem usq processit. Fit concursus à senatu, duce Nasica, in Capitolium. Plebe ordinis authoritatem reuerita fugit. Patrum primores subselliorum pedibus refixis, in obuios impetum faciunt, cædunt'q. Cæde amicorum, qui circa Tiberium erant, reliqui territi, in fugam abierunt. Eo temporis momento 30. ex amicis eius perierunt. Cecidit ibi & Gracchus, à Saturnino & L. Ruffo cæsus, natus annos nondum 30. Simili fato post aliquot inde annos C. Gracchus eius frater, perijt.

Geminos.] duos: mutatio numeri distributiui, pro numero cardinis. Fulmina.] Metaphora remota: terrores belli Scipiones. quos ut signare coarguatur, ac nō Cneū & Pub. fratres, qui in Hispanijs periêre, significanter addit, cladem Libyæ: à toto partem intelligens, ipsam uidelicet Carthaginem. Scipiadas.] Scipiones, maiorem Africanum, & minorem: quorum prior secundum bellum Punicum, tributaria facta Carthagine, finiuit: posterior, urbem funditùs deleuit. Scipiadas, pro Scipiones: Enallage speciei, patronymicum pro primitiuo: oppositio. Historia notiores sunt, quàm ut hîc referantur. Maior Africanus Hispanijs Pœnos exturbauit: Siciliam recuperauit. Inde è Sicilia in Africam permissu senatus traiecit. Congressus ibi cum Syphace rege Numidarum & Asdrubale, pluribus eos prælijs uicit. Bina hostium castra expugnauit, in quibus 40. hominum millia ferro & igni consumpta fuerunt, per C. Lælium, Syphacem cepit. Tot eius uictorijs ad postremum effectum est, ut Carthaginenses rebus desperatis, Annibalem ut extremæ salutis ancoram ex Italiæ possessione reuocarint, decimosexto anno quàm intrarat. Ibi acie uicit Annibalem, petentibusq́ pacē Carthaginensibus dedit. Reuersus in urbem clarissimum egit triumphum, ac militari fauore Africanus cognominatus est. Posteriori Africano tertium bellum Punicum decretum fuit. Causa eius belli fuit Romanis, quòd contra fœdus naues haberent, & extra ditionis fines exercitum ducerent: quod'q Massanissæ socio & amico Pop. Rom. arma intulissent: & quòd filium eius Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, oppido exclusissent. Erant tum Coss. L. Martius, & M. Manlius. Hi cum exercitu traiecerunt in Africam. A` deditis statim acceptis obsidibus 300. armis instrumentisq́ bellicis omnibus, iusserunt Carthaginensibus, ut alio loco decem millia passuum procul à mari aliam urbem conderent. Indignitate rei imperatæ moti, rebellarunt. Itaq arcto obsidione circumsideri, & oppugnari cœpti sunt. Cùm per partem discussi muri cum cohortibus tribuni duo temerè irrupissent, à Scipione Africano periculo exempti sunt. Qui & castellum Romanorum, paucis uulitibus liberauit, quod noctu ab hostibus captum fuerat expugnari. Idem hostes à castris repulit, quæ omnibus adductis copijs oppugnare aggressi erant. B Eiusdem uirtute, cùm duæ cohortes iniquo loco pugnantes, ab hoste circumsessæ essent, incolumes reductæ fuerunt. Hinc illud de eo elogium à Catone in senatu Romæ auditum: reliquos qui in Africa pugnarent, umbris pugnare: Scipionem uerò, rigore. Quare in comitijs complurimæ tribus eum consulem, præter ætatem, conscripsêre. Itaq cùm ædilitatem tantum peteret, consul repugnantibus aliquantulum patribus, legibus solutus, creatus fuit. Obsessam arctè Carthaginem per partes cepit partim à Mancino legato, partim ab ipso Consule Scipione Aemiliano, cui extra sortem Africa erat data, capta fuit. Ad ultimum, urbem expugnauit, septingentesimo anno quàm erat condita: ac funditùs deleuit. Paruo'q.] pauperem Fabricium, & continentem in magno imperio. Suprà retulimus, (ni fallor) quibus artibus à Pyrrho tentatus fuit, & auro, & elephanti post aulæa positi rhonchis: Neq heri, inquit, ô rex, me tuum aurum, neq hodie tua belua mouit. Idem à Samnitibus, quos uniuersos in clientelam habebat, decem æris & quinq pondo argenti, totidem'q seruos sibi missos in Samnium remisit. Illum (inquit Valer.) locupletem faciebat, non multa possidere, sed modico desiderate. C Igitur in tenui fortuna potens erat, hostibus formidabilis, & suis admirationi. Serrane.] Apostrophus: Q. Cincinnatum dicit, qui trans Tybrim agellum quatuor iugerum coluit tãtũm. Hunc Dionysius tradit, agresti operi intentum, ab ijs qui consulatū nunciatum uenerant, inuentum: eo'q purpuram & cætera consularia insignia missa. Consul salutatus paululùm se tenuisse dicitur. mox pauca hæc loquutus: Ergo, inquit, agellus hic non seritur à me hoc anno, uereor ne annuus uictus nobis defuturus sit. Liuius hoc tum accidisse ait, cùm Dictator crearetur: Ea tempestate, liquet hinc, non opes aut diuitias, sed uirtutem ornamento fuisse. Dictator L. Minutium Consulem ab Æquis circumsessum, suo interuentu seruauit cum exercitu. Fabij.] clarissimam ab initio eam gentem fuisse constat, ut cùm Veientes Romanis incommodi essent magis, quàm graues, ea familia id bellum sibi gerendum peculiariter depoposcerint. Trecenti sex armati profecti sunt ad id conficiendum. Omnes hostium insidijs ad Cremeram, præter unum impuberem domi relictū, perierunt.

Tu

A Tu maximus.] *Q. Fab. Maximum monstrat. Hic secundo bello Punico, post infœlicem pugnam ad Thrasimenum Dictator cōtra Annibalem missus, cùm nollet acie cum eo decertare, ne hosti tot uictorijs feroci militem obijceret, pro gloria inuidiam fuit consequutus. M. Minutius equitum magister criminanda eum tanquam timidum & segnem, effecit ut populi iussu imperium æquatū cum Dictatore obtinuerit. Itaq; diuiso exercitu, cum loco iniqua pugnasset, milites'q; in ultima discrimine uersarentur, interuentu Fabij cum exercitu, discrimine exemptus fuit. Quo beneficio uictus Minutius, & castra cum eo iunxit, & patrem eum salutauit. Idem'q; milites suos commilitonibus facere iussit. Paulò pòst, Fabius Max. Annibalem inter Casilinum oppidum & montem Calliculam ita conclusit, ut nisi excogitata mira arte noctu euaserit. Cùm sub hac hostis Romanorum agros ferro & incendio populаretur, à solius Fabij fundo abstinuit, ut ita eum proditionis suspectum redderet apud suos ciues. Hostem non prælijs, sed cunctando sequendo'q; uincendum esse duxit: unde uulgo ei Cunctatoris appellatio est indita. Hoc ipsum, Paulum Aemilium & Terentium Varronem Coss.*

B *aduersus hostem ituros præmonuit, ne omnino pugnæ copiam illi facerent: sed frustrà. Fabius Tarentum recepit. In summa, rempub. cladibus alijs super alias afflictam, & tantum non fractam, unus cunctando restituit. Hinc præclarè Ennius de Fabio:*

» *Vnus homo nobis cunctando restituit rem.*

quem uersum noster Poëta, una uoce mutata, hoc loco aptissime usurpauit. Quidam Grammaticorum ipsam appellationem uocis Fabij inde deductam, duabus tantùm literis mutatis, contendunt, quasi fodium. antiquos enim Romanos fodios fossas dixisse. Sed qua ratione Fabium à fodiendo deriuent, non uideo. Illud porrò uero propius est, quòd Romani pacis temporibus, aut quando à bellis uacatio esset, agriculturæ studiosè operam dabant, nomina pleraque nobilitas à re rustica mutuata fuit. cuiusmodi sunt: Pisones, à pisa: Cicero, à cicere: (quanquam de hoc aliter nonnulli sentiunt) Porcius, à porco: Fabius, à faba: Hircius, ab hirco: sic Bestia, Brutus, Scipio, Dolabella, Romulus, Varro, Bubulcus, Agrippa, Lentulus, Cepatius, atq; id genus alia, quæ à re rustica uocabula propria

C *tracta sunt.* Excudent.] *Epilogus enumerationis illustrium imperatorum, & amplissimæ posteritatis Aeneæ. Hac autem partitione rerum, in quibus diuersæ gentes excelluerunt, Romanorum artes belli futuras, quibus clari & illustres habeantur, uehit. Alij alijs artibus præstabunt: at Romani belli studijs, & rei militaris artibus omnes populos superabunt. Horum muneris erit, imperare, defendere afflictos, & iniurios bellis compescere.* Excudent.] *Græciæ fusoriam, fabrariam, & rerum inuenta tribuit, in quibus illi claruerunt præ cæteris nationibus. De rerum inuentoribus prolixè Plinius libro 7. cap. 56. & Hygin libro Fabularum, cap.* CCLXXVII *& cap.* CCLXXIIII. Spirantia.] *Fusoriam dicit & conflaturam metallorum, quam Cadmus Phœnix inuenit ad Pangæum montē. uel, ut alij, Thoas & Eaclis, in Pāchaia.*

Aera.] *Nobilissimum æs Corinthium fuit: uti marmor Parium, ex insula Paro profectum. Aes conflare Lydus Scythes monstrauit. Cæterùm uiuos uultus, statuariam uocat, quæ ars uiuas effigies imitatur.* Orabunt.] *eloquentiæ palma debetur Græcis, qui in ea semper claruerunt: unde serius ad Romanos fuit profecta. Nota Ciceronis uerba sunt: Doctrina, inquit, nos Græcia, & omni literarū genere superabat, in quo erat facile uincere non repugnantes. nam mores & instituta uitæ, res'q; domesticas ac familiares nos tuemur.* Cœli'q;.] *Astronomiam Chaldæis & Aegyptijs tribuunt. Epigenes grauis author prodidit, apud Babylonios* DCCXX *annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas. Syderalis scientiæ inuentorem Iouem Belum apud Babylonios fuisse uolunt. Cæterùm radij usus maximè est in Astronomia & Geometria, ad stellarum fixarum distantias, rerum item altitudines & profunditates dimetiendas.* Surgentia.] *ortus & occasus signorum, quod proprium Astronomiæ est.* Tu.] *Emphasis sū auersione. bellicosam eam gentem futuram coarguit, quippe quæ uniuerso Orbi sit imperatura: ut quemadmodum aliæ gentes alijs artibus excelluerint, ita Popul. Rom. belli pacis'q; artib. reliquis præstaret. Ad hūc modum duo illa coniunxit: bellando hostes uincere, & leges uictis præscribere. Deinde officiū principis optimi adiunxit: bonos tueri, malos uerò hostes bellis cohercere: tum autem imperio parêre detrectantes, ferro & incendio persequi.* Sic pater.] *Elleipsis, deest uerbum* Ait, *uel narrauit, aut simile aliquod. Verba sunt Poëtæ, ut narrationem nouam Anchisen ab integro texentem faciat.* Mirantibus.] *Sibyllæ atq; Aeneæ.* Marcellus.] *Laudat M. Claudium Marcellum à uirtute, gloria militari, & nobili propter opima spolia triumpho. Hunc quidam Græcarum literarum egregiè doctū fuisse prodiderunt. Bello eo quod Romani contra Insubres Gallos gesserunt, Consul cū C. Cornelio creatus fuit. Hi gloriæ cupidi, non expectato ut prouinciæ ordinarentur, in Galliam cum exercitu profecti sunt. Galli pace, quā petiuerant, desperata, ultimo certamini se instruxerunt. Triginta millia Gesatarum, circa Rhenum accolentium, ad id bellum cōduxerant. Acerras urbem inter Padū & alpes, interim Consules Romani obsidebant: ad quam obsidione liberandam, Galli parte copiarum trans Padum missa, Clastidiū oppidum ditionis Romanæ oppugnare sunt aggressi. Quod postquam Consulibus nunciatum fuit, Marcellus cum equitatu, & parte pedestrium copiarum laborantibus auxilium ferre properat. Venienti Consuli Galli ferociter occurrūt: quorum accessus principio nonnihil perculit Romanos. at uerò ubi Galli undiq; à Consule circumuenti fuêre, cùm magna cæde dissipati, dilapsi sunt: partim'q; ferro occubuerunt, partim in Padum sunt præcipitati. Marcellus ipsum regem Viridomarū, quem nonnulli Briomachum, alij Britomarum uocant, in medio conflictu ferro obtruncat, iacenti'q; opima detrahit spolia: quæ tertia à Romulo & ultima, Ioui Feretrio, imò Quirino suspendit.* Sternet Pœnos.] *Bello Punico secundo, repub. cùm alijs cladibus, tū Cannensi grauiter afflicta, Marcellus Prætor ad Nolam eruptione ex oppido aduersus Annibalem facta, prosperè pugnauit. Idem paulò pòst illius exercitum ad eandem urbem magno prælio fudit ac uicit: primus omnium, tot cladibus fractis Romanis, meliorem spem belli dedit. Mox Consul in Sicilia Syracusas obsedit, ac cepit. Quare hunc gladium suum, Fabium uerò Maximum clypeum appellare Annibal solebat. Aduersus hunc fœliciter dimicauit Marcellus ad Numistrionem: unde noctu digressum Marcellus insequutus fuit, ac subinde cedentem pressit, donec fugeret. Tandē cùm Consul cum collega Crispino speculandi causa noctu castris esset egressus, insidijs ab Annibale ambo circumuenti sunt: Marcello occiso, Crispinus fugit.*

Opimis.]

uidua in amore respondit, ut Ptolemæi regis nuptias reiecerit. Cæteris liberis pupillari ætate amissis, tres tantùm adoleuêre: duo uirilis stirpis, & filia una Sempronia, quæ minori Africano nupsit. Sed Cornelia eloquentia, cura, & studium circa institutionem liberorum, miris laudibus à scriptoribus celebratur. Adolescentibus Tiberio Graccho & C. Graccho nomina erant, ingenijs adeò diuersis, ut ex iisdem parentibus orti non uiderentur. Militauit Tiberius primò sub Scipione in Africa, primusq; hostium muros ascendit. inde cũ Mancino in Hispania ad Numantiam. Tanta hic eius fuit authoritas apud hostes, ut in fœdere transigenda nullum Rom. ad se mitti præter ipsum paterentur Numantini. Virtutis eius famam adiuuabat gloria paterna rerum in ea terra gestarum, cum quo olim ipsi fœdus percusserant. Gracchus 20. millia Romanorum cum ipso consule circumuenta, periculo exemit. Stątim Tribunus Pl. factus legem Agrariam in gratiam multitudinis promulgauit. Hac præscriptum fuit, qui plus agrorum possiderent, quàm ueteri lege permitteretur, ut agros ad id temporis usque iniustè possessos, uteribus dominis cum fructibus suis restituerent, æqua facta æstimatione. Erat autem uetus lex, ne quis supra quingenta terræ iugera possideret, neq; armenti maioris quàm centum capitum, aut minoris quinquaginta pecus pasceret. Hac lege inopi multitudini cautum uoluêre, ne omnia locupletibus prædæ essent. quare ea plebi uehementer plausibilis fuit: contrà, ira & odio locupletum animos accendit. Alij aliam ferendæ legis causam adferunt: sed hæc, ut honestissima, ita & uerissima uidet̃. Huic Legi nemo infestior erat, quàm Scipio Nasica, ob agrorum multitudinem, quos possidebat. Quare à patribus in curia accusatur grauiter, quòd hac rogatione ad regnum sibi uiam sterneret: quodq; domi nocturnos haberet conuentus: quodq; sacrosanctum læsisset magistratum, in Octauio collega potestate deiecto. Res ad seditionem usq; processit. Fit concursus à senatu, duce Nasica, in Capitolium. Plebs ordinis authoritatem reuerita fugit. Patrum primores subselliorum pedibus refixis, in obuios impetum faciunt, cæduntq;. Cæde amicorum, qui circa Tiberium erant, reliqui territi, in fugam abierunt. Eo temporis momento 30. ex amicis eius perierunt. Cecidit ibi & Gracchus, à Saturnino & L. Ruffo cæsus, natus annos nondum 30. Simili fata post aliquot inde annos C. Gracchus eius frater, perijt.

Geminos.] duos: mutatio numeri distributiui, pro numero cardinis. Fulmina.] Metaphora remota: terrores belli Scipiones. quos ut signare coarguatur, ac nõ Cneũ & Pub. fratres, qui in Hispanijs periêre, significanter addit, cladem Libyæ: à toto partem intelligens, ipsam uidelicet Carthaginem. Scipiadas.] Scipiones, maiorem Africanum, & minorem: quorum prior secundum bellum Punicum, tributaria facta Carthagine, finiuit: posterior, urbem funditùs deleuit. Scipiadas, pro Scipiones: Enallage speciei, patronymicum pro primitiuo: appositiu. Historia notiores sunt, quàm ut hîc referantur. Maior Africanus Hispanijs Pœnos exturbauit: Siciliam recuperauit. Inde è Sicilia in Africam permissu senatus traiecit. Congressus ibi cum Syphace rege Numidarum & Asdrubale, pluribus eos prælijs uicit. Bina hostium castra expugnauit, in quibus 40. hominum millia ferro & igni consumpta fuerunt, per C. Lælium, Syphacem cepit. Tot eius uictorijs ad postremum effectum est, ut Carthaginenses rebus desperatis, Annibalem ut extremæ salutis ancoram ex Italia possessione reuocarint, decimosexto anno quàm A intrarat. Ibi acie uicit Annibalem, petentibusq; pacẽ Carthaginensibus dedit. Reuersus in urbem clarissimum egit triumphum, ac militari fauore Africanus cognominatus est. Posteriori Africano tertium bellum Punicum decretum fuit. Causa eius belli fuit Romanis, quòd contra fœdus naues haberent, & extra ditionis fines exercitum ducerent: quodq; Massanissæ socio & amico Pop. Rom. arma intulissent: & quòd filium eius Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, oppido exclusissent. Erant tum Coss. L. Martius, & M. Manlius. Hi cum exercitu traiecerunt in Africam. A' deditis statim acceptis obsidibus 300. armis instrumentisq; bellicis omnibus, iusserunt Carthaginensibus, ut alio loco decem millia passuum procul à mari aliam urbem conderent. Indignitate rei imperatæ moti, rebellarunt. Itaq; arcta obsidione circumsideri, & oppugnari cœpti sunt. Cùm per partem discussi muri cum cohortibus tribum duo temerè irrupissent, à Scipione Africano periculo exempti sunt. Qui & castellum Romanorum, paucis militibus liberauit, quod nocte ab hostibus captum fuerat expugnari. Idem hostes à castris repulit, qua omnibus adductis copijs appugnare aggressi erant. B Eiusdem uirtute, cùm duæ cohortes iniquo loco pugnantes, ab hoste circumsessæ essent, incolumes reductæ fuerunt. Hinc illud de eo elogium à Catone in senatu Romæ auditum: reliquos qui in Africa pugnarent, umbris pugnare: Scipionem uerò, rigore. Quare in comitijs complurimæ tribus eum consulem, præter ætatem, conscripsêre. Itaq; cùm ædilitatem tantum peteret, consul repugnantibus aliquantulum patribus, legibus solutus, creatus fuit. Obsessam arctè Carthaginem per partes cepit partim à Mancino legato, partim ab ipso Consule Scipione Aemiliano, cui extra sortem Africa erat data, capta fuit. Ad ultimum, urbem expugnauit, septingentesimo anno quàm erat condita: ac funditùs deleuit. Paruoq;.] pauperem Fabricium, & continentem in magno imperio. Suprà retulimus, (ni fallor) quibus artibus à Pyrrho tentatus fuit, & auro, & elephanti post aulæa positi rhonchis: Neq; heri, inquit, ô rex, me tuum aurum, neq; hodie tua belua mouit. Idem à Samnitibus, quos uniuersas in clientelam habebat, decem æris & quinq; pondo argenti, totidemq; seruos sibi missos in Samnium remisit. Illum (inquit Valer.) locupletem faciebat, non multa possidere, sed modica de- C siderate. Igitur in tenui fortuna potens erat, hostibus formidabilis, & suis admirationi. Serrane.] Apostrophus: Q. Cincinnatum dicit, qui trans Tybrim agellum quatuor iugerum coluit tãtùm. Hunc Dionysius tradit, agresti operi intentum, ab ijs qui consulatũ nunciatum uenerant, inuentum: eoq; purpuram & cætera consularia insignia missa. Consul salutatus paululûm se tenuisse dicitur. mox pauca hæc loquutus: Ergo, inquit, agellus hic non seritur à me hoc anno, uereor ne annuus uictus nobis defuturus sit. Liuius hoc tum accidisse ait, cùm Dictator crearetur: Ea tempestate, liquet hinc, non opes aut diuitias, sed uirtutem ornamento fuisse. Dictator L. Minutium Consulem ab Equis circumsessum, suo interuentu seruauit cum exercitu. Fabij.] clarissimam ab initio eam gentem fuisse constat. ut cùm Veientes Romanis incommodi essent magis, quàm graues, ea familia id bellum sibi gerendum peculiariter depoposcerint. Trecenti sex armati profecti sunt ad id conficiendum. Omnes hostium insidijs ad Cremeram, præter unum impuberem domi relictũ, perierunt.

A Tu maximus.] *Q. Fab. Maximum monstrat. Hic secundo bello Punico, post infœlicem pugnam ad Thrasimenum Dictator cōtra Annibalem missus, cùm nollet acie cum eo decertare, ne hosti tot uictorijs feroci militem obijceret, pro gloria inuidiam fuit consequutus. M. Minutius equitum magister criminanda eum tanquam timidum & segnem, effecit ut populi iussu imperium æquatū cum Dictatore obtinuerit. Itaq; diuiso exercitu, cum loco iniquo pugnasset, milites'q; in ultimo discrimine uersarentur, interuentu Fabij cum exercitu, discrimine exemptus fuit. Quo beneficio uictus Minutius, & castra cum eo iunxit, & patrem eum salutauit. Idem'q; milites suos commilitonibus facere iussit. Paulò pòst, Fabius Max. Annibalem inter Casilinum oppidum & montem Calliculam ita conclusit, ut nisi excogitata mira arte noctu euaserit. Cùm sub hac hostis Romanorum agros ferro & incendio popularetur, à solius Fabij fundo abstinuit, ut ita eum proditionis suspectum redderet apud suos ciues. Hostem non prælijs, sed cunctando sequendo'q; uincendum esse duxit: unde uulgo ei Cunctatoris appellatio est indita. Hoc ipsum, Paulum Aemilium & Terentium Varronem Coss.*
B *aduersus hostem ituros præmonuit, ne omnino pugnæ copiam illi facerent: sed frustrà. Fabius Tarentum recepit. In summa, rempub. cladibus alijs super alias afflictam, & tantum non fractam, unus cunctando restituit. Hinc præclarè Ennius de Fabio:*

» *Vnus homo nobis cunctando restituit rem.*

quem uersum noster Poëta, una uoce mutata, hoc loco appositè usurpauit. Quidam Grammaticorum ipsam appellationem uocis Fabij inde deductam, duabus tantùm literis mutatis, contendunt, quasi fodium. antiquos enim Romanos fodios fossas dixisse. Sed qua ratione Fabium à fodiendo deriuent, non uideo. Illud porrò uero propius est, quòd Romani pacis temporibus, aut quando à bellis uacatio esset, agriculturæ studiosè operam dabant, nomina pleraque nobilitas à re rustica mutuata fuit. cuiusmodi sunt: Pisones, à pisa: Cicero, à cicere: (quanquam de hoc aliter nonnulli sentiunt) Porcius, à porco: Fabius, à faba: Hircius, ab hirco: sic Bestia, Brutus, Scipio, Dolabella, Romulus, Varro, Bubulcus, Agrippa, Lentulus, Cepatius, atq; id genus alia. quæ à re rustica uocabula propria
C *tracta sunt.* Excudant.] *Epilogus enumerationis illustrium imperatorum, & amplissimæ posteritatis Aeneæ. Hac autem partitione rerum, in quibus diuersæ gentes excelluerunt, Romanorum artes belli futuras, quibus clari & illustres habeantur, uehit. Alij alijs artibus præstabunt: at Romani belli studijs, & rei militaris artibus omnes populos superabunt. Horum muneris erit, imperare, defendere afflictos, & iniurias bellis compescere.* Excudent.] *Græciæ fusoriam, fabrariam, & rerum inuenta tribuit, in quibus illi claruerunt præ cæteris nationibus. De rerum inuentoribus prolixè Plinius libro 7. cap. 56. & Hygin. libro Fabularum, cap.* CCLXXVII *& cap.* CCLXXIIII. Spirantia.] *Fusoriam dicit & conflaturam metallorum, quam Cadmus Phœnix inuenit ad Pangæum montē. uel, ut alij, Thoas & Eaclis, in Pāchaia.*

Aera.] *Nobilissimum æs Corinthium fuit: uti marmor Parium, ex insula Paro profectum. Aes conflare Lydus Scythes monstrauit. Cæterùm uiuos uultus, statuariam uocat, quæ ars uiuas effigies imitatur.* Orabunt.] *eloquentiæ palma debetur Græcis, qui in ea semper claruerunt: unde serius ad Romanos fuit profecta. Nota Ciceronis uerba sunt: Doctrina, inquit, nos Græcia, & omni literarū genere superabat, in quo erat facile uincere non repugnantes. nam mores & instituta uitæ, res'q; domesticas ac familiares nos tuemur.* Cœli'q;.] *Astronomiam Chaldæis & Aegyptijs tribuunt. Epigenes grauis author prodidit, apud Babylonios* DCCXX *annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas. Syderalis scientiæ inuentorem Iouem Belum apud Babylonios fuisse uolunt. Cæterùm radij usus maximè est in Astronomia & Geometria, ad stellarum fixarum distantias, rerum item altitudines & profunditates dimetiendas.* Surgentia.] *ortus & occasus signorum, quod proprium Astronomiæ est.* Tu.] *Emphasis cū auersione. bellicosam eam gentem futuram coarguit, quippe quæ uniuerso Orbi sit imperatura: ut quemadmodum aliæ gentes alijs artibus excelluerint, ita Popul. Rom. belli pacis'q; artib. reliquis præstaret. Ad hūc modum duo illa coniunxit: bellando hostes uincere, & leges uictis præscribere. Deinde officiū principis optimi adiunxit: bonos tueri, malos uerò hostes bellis coercere: eum autem imperio parêre detrectantes, ferro & incendia persequi.* Sic pater.] *Elleipsis, deest uerbum* Ait, *uel narrauit, aut simile aliquod. Verba sunt Poëtæ, ut narrationem nouam Anchisen ab integro texentem faciat.* Mirantibus.] *Sibyllæ atq; Aeneæ.* Marcellus.] *Laudat M. Claudium Marcellum à uirtute, gloria militari, & nobili propter opima spolia triumpho. Hunc quidam Græcarum literarum egregiè doctū fuisse prodiderunt. Bello eo quod Romani contra Insubres Gallos gesserunt, Consul cū C. Cornelio creatus fuit. Hi gloriæ cupidi, non expectato ut prouinciæ ordinarentur, in Galliam cum exercitu profecti sunt. Galli pace, quā petiuerant, desperata, ultima certamina se instruxerunt. Triginta millia Gesatarum, circa Rhenum accolentium, ad id bellum cōduxerant. Acerras urbem inter Padū & alpes, interim Consules Romani obsidebant: ad quam obsidione liberandam, Galli parte copiarum trans Padum missa, Clastidiū oppidum ditionis Romanæ oppugnare sunt aggressi. Quod postquam Consulibus nunciatum fuit, Marcellus cum equitatu, & parte pedestrium copiarum laborantibus auxilium ferre properat. Venienti Consuli Galli ferociter occurrūt: quorum accessus principio nonnihil perculit Romanos. at uerò ubi Galli undiq; à Consule circumuenti fuêre, cùm magna cæde dissipati, dilapsi sunt: partim'q; ferro occubuerunt, partim in Padum sunt præcipitati. Marcellus ipsum regem Viridomarū, quem nonnulli Briomachum, alij Britomarum uocant, in medio conflictu ferro obtruncat, iacenti'q; opima detrahit spolia: quæ tertia à Romulo & ultima, Ioui Feretrio, imò Quirino suspendit.* Sternet Pœnos.] *Bello Punico secundo, repub. cùm alijs cladibus, tū Cannensi grauiter afflicta, Marcellus Prætor ad Nolam eruptione ex oppido aduersus Annibalem facta, prosperè pugnauit. Idem paulò pòst illius exercitum ad eandem urbem magno prælio fudit ac uicit: primus omnium, tot cladibus fractis Romanis, meliorem spem belli dedit. Mox Consul in Sicilia Syracusas obsedit, ac cepit. Quare hunc gladium suum, Fabium uerò Maximum clypeum appellare Annibal solebat. Aduersus hunc fœliciter dimicauit Marcellus ad Numistrionem: unde noctu digressum Marcellus insequutus fuit, ac subinde cedentem pressit, donec fugeret. Tandē cùm Consul cum collega Crispino speculandi causa noctu castris esset egressus, insidijs ab Annibale ambo circumuenti sunt: Marcello occiso, Crispinus fugit.* Opimis.]

Opimis.] *Opima diximus suprà spolia appellata, quæ dux duci in prælio occiso detraxerit. Primus Romulus opima spolia Ioui Feretrio dedicauit, uir magnificus, & rerum à se gestarum ostentator non minor.* **Supereminet.**] *gloria rei militaris, prudentia, & uirtute.* **Turbante.**] *id est, magnis tumultibus turbatam. mutatio generis. Est autem tumultus tanta perturbatio, ut subinde maior timor oriatur. Veteres Romani tumultum Italicum dixêre, quòd esset domesticus: & Gallicum, quod esset Italiæ finitimus: & nullum alium. Disertè Ciceronis authoritatem & definitionem Poëta sequutus, aptissimè uocabulo* Tumultus *usus est.* **Sistet.**] *Cum equitatu diximus eum & parte peditum ad Clastidium profectum: ergo eques uicit.* **Sistet.**] *componet rempub. turbatam bello Gallico: finiet denique hoc ipsum bellum. Galli simulac audiuêre suos ad Clastidium uictos & cæsos, relictis Acerris, Mediolanum fuga petiuerunt. Fugientes Cornelius alter Consulum euestigiò sequutus, agrum Mediolanensium populatus est. Sed Plutarchus, Marcellum Mediolanum cepisse tradit. Tum demum Gallorum duces omni spe, quam in armis habuerant, abiecta, se ac sua omnia Romanis dediderunt. Fuitq; ibi finis belli Gallici.*

Gallū.] *Mutatio numeri, singularis pro plurali: Gallos Insubres.* **Tertia.**] *Omnium primus Romulus, Acrone Ceninensium rege cæso, opima spolia Ioui Feretrio dedicauit: secundus, Cornelius Cossus, interfecto Larte Tolumnio. tertius Marcellus, occiso Viridomaro.* **Arma.**] *spolia opima.* **Patri.**] *Disertè addidit,* Quirino, *ut ea non Ioui Feretrio, (ut à Romulo) sed ipsi Romulo patri & urbis conditori suspensa doceat. Plutarchus author est, in commentarijs Numæ scriptum fuisse, Prima opima spolia Ioui fuisse dedicanda cum trecentis assibus: secunda Marti, cum octuaginta: tertia Quirino, cum centum: quod præceptum Numæ diligenter à Poëta est obseruatum. Errat ergo Seruius, qui* patrem, *Iouem intelligit.*

Capta.] *duci detracta. Hæc familia ad Augusti tempora usq; durauit, in cuius nepote extincta fuisse uidetur.* **Atq; hic.**] *enumerationem illustrium, imperatorū absoluturus, in gratiā Augusti, eiusq; sororis Octauiæ, Marcellum immodicis laudibus celebrat. Hunc autem describit à formæ decore, armorum præstantia, & fronte mœsta. Huic Marcello, Octauiæ sororis & Cn. Marcelli filio nuptui Iuliam filiam suam dedit Augustus, tantum pueritiam egresso, inquit Suetonius. Deinde ubi is obijt, Marco Agrippæ eam matrimonio iunxit. Cæterùm Marcellum Octauiæ sororis filium Augustus sibi adoptarat in spem amplissimi imperij Romani. Hunc ferunt à Poëta tantopere adamatum, ut eum præsente Imperatore sit exosculatus. Sed fefellit principem de eo sua spes: nam decimooctauo ætatis anno ædilis, præter ætatem, in Baiano, quò ualetudinis restituendæ gratia concesserat, è rebus humanis excessit. Ob cuius mortem tota ciuitas non mediocriter dolore affecta fuit. Quare Romā è Baiano translatus, publico luctu funus elatum, in campo Martio magnifico apparatu sepultum fuit. Addunt & illud quoque, ab ipso Cæsare sexcentos lectos in funeris honorem publicè stratos, id quod honorificum apud eam gentem fuit. Mortuo mater, quæ breui pòst decessit, bibliothecam dedicauit: theatrum item & porticus dedicata sunt. Illud hoc loco prætereundum non est, quòd quidam scriptum reliquêre: Poëtam hunc librum recitantem, Augustum & eius sororem Octauiam tam auidè auscultasse, ut cùm ad* A *hunc locum usque peruentum esset, lacrymis & eiulatu omnia miscuerint: & Poëta abrumpere lectionem coactus esset, nisi finem adesse dixisset. Ipsa quoque memoratur eo uersu audito,* Tu Marcellus eris, *in uestigio defecisse: atq; ægrè, exanimatam propè, ad se reuersam. Inde pro singulis uersibus Poëtæ dena sestertia adnumerata (sunt enim octodecim) quam summam nostratis pecuniæ excedere opinor quatuor millia aureorum, & quingentos. Marcelli theatri meminit Plin. lib. 7. cap. 36. cap. de Pietate, in cuius dedicatione, diuus Augustus tigrim primus Romæ in cauea mansuefactam ostendit. Idem, eiusdem ædilitatis lib. 19. cap. 1. Hic est ille Marcellus, qui in æde Apollinis Palatina, unam dactylothecam dedicauit: idq; exemplo Cæsaris dictatoris, qui sex in æde Veneris genitricis id genus consecrauit. Author Plin. est lib. 37. cap. 1.* **Vnâ namq;.**] *uel cū reliquis ducibus Romanis, uel cum Marcello illo, qui ab Annibale cæsus fuit, quòd cum non tantùm nomine referret, sed sanguine etiam & familia attingeret.* **Egregium.**] *A forma præstantia, & armorum fulgore: unde colligere dat rei militaris gloriam. Fuit non modò propter formæ decus, sed etiam admirabilem affabilitatem humanitatemq; Pop. Rom. charissimus.*

Læta parum.] *ob immaturam mortem. Anno enim* B *decimooctauo fato defunctus fuit. Frons animi uel læti uel tristioris index est: perinde ut oculi in terram deiecti, mœstitiam coarguunt, & uerecundiam.* **Lumina.**] *oculos, κατ᾽ ἐξοχήν. pro oculis, luminibus: à signis tristitiæ.* **Ille.**] *Monstrat Marcellum Octauiæ filium. Verùm cùm addit,* Comitatur euntem uirum, *dubium est, Marcellum'ne indicet, quem nomine refert: an Augustum, à quo in filium & proinde in successorem imperij Rom. adoptatus fuit.* **Nepotum.**] *nostrorum posterorum.* **Quis strepitus.**] *Seruius exponit, propter ædilitatem. Meo iudicio, pro plausu & fauore populari accipiendum & pompa frequenti Romanorum, qui funus comitati fuerint. Mirè charus erat (ut suprà dixit) Pop. Rom. id quod in funere eius testati sunt.* **Instar.**] *ad mensuram & æquiparationem, non ad similitudinem refertur. Itaque, quantum instar in Marcello est: id est, æquiparatio uirtutis illius, cui sanguine coniunctus est, quemq; nomine etiam refert.* **Nox atra.**] *Mortem dicit: nam breuis uitæ futurum eum innuit. Quare tristi umbra addit, publicum luctum ob eius mortem uolens significare. Nox ipsa pro morte, usitatissimè poëtis surpatur: ut apud Catullum:* C

Nox est perpetuò una dormienda.

Pater.] *inquit: ellipsis poëtica.* **O nate.**] *Beneuolentia à persona Aeneæ. Inde proponit:* Ne quære luctum *suorum.* **Ostendent.**] *Narratio breuis. nam impubes propè adhuc fatis concedet. Vitæ breuitatem itaque uolens innuere κατὰ μείωσιν, dicit eum terris tantum ostensum iri: quasi statim quàm esset editus, è uitæ theatro facesseret.* **Nimium uobis.**] *Admiscet affectus, à fatorum inuidia, per quæ Romani imperij amplitudo & potentia maior esse haud potuerit.* Romanam propaginem, *ipsos Romanos dicit, à posteritate Aeneæ propagatos &* in Propago, *metaphora est. Est autem propriè ea uitis pars quæ paulatim ducitur, & latiùs atq; latiùs extenditur & dilatatur. hinc uerbum* Propogare. **Propria.**] *perpetua: si Romanis sua fuisset fœlicitas per Marcellum diuturna, nimis uobis ô superi, illorum opes uisæ fuissent potentes. Auersio.* **Quantos.**] *Pathos per admirationem, à miserabili pompa funebris facie in Campo Martio.*

A *Martio. Illum campum Mauonis, emphaticè, non uulgarem campum signat. Et uirûm, pro uirorum, syncope. Etenim in Campo Martio crematus & sepultus fuit. Campus quidem non ipse edet gemitus, sed frequens Po. Rom. multitudo: metonymia. Sed & agere gemitus dixit, pro ducere gemitus.* Tyberine]*Auersio, ad Tyberinum deũ, qui in Tybri habitare putatur. Nisi quis figuratè malit Deum Tyberinum, pro ipso amne, cui præsideat, accipere. Iam κατ' αὔξησιν funera dixit, cùm unum tantùm efferretur. Funera itaq; accipienda, pro numerosa omnis ordinis mortalium frequentia, funus in Campum Martium deducentium & efferentium: ad sexcentos lectulos stratos: item accumbentium in funebri apparatu, quem Cæsar Augustus in extremo officio mortuo sit præstaturus.* Recentem.]*in quo recens aggesto cineres sint conditi ipsius Marcelli.* Nec puer.]*Transit in laudes personæ Marcelli immodicas, per ominationem, ut iuuenis præsentem multo magis faciem admiretur.* Quisquam.] *Collatione aliorum à spe futuræ uirtutis & expectatione à parentibus concepta, uehementer laudes amplificat. Ex signis, quæ in pueritia elucent, solemus futurorum rationem*

B *nem & coniecturam ducere: Auos ipsos parentes & propinquos hic uocat, quibus de se egregium uirtutis specimen polliceri uisus fuit Marcellus. Latinos auos, Romanos intelligit: & gentem Iliacam, similiter quidem, sed quæ de stirpe Troiana originem duxerit tantùm. Alioqui communi nomine omnes incolæ urbis ciues Romani appellabantur.* Iliaca.]*antonomasia* Romula.]*Romulea tellus, Italiæ terra. Vtroque modo loquimur: & iactat illum alumnum, & iactat se de illo alumno. Iactare in utranque partem usurpatur: usitatius tamen deteriorem. unde iactantia, stulta & inepta de se ebuccinatio.*

Vllo.]*de ullo alumno, quẽ genuerit & aluerit.* Heu.] *Ab exclamatione pathetica. Causam exclamationis suæ addit Anchises: quòd tria uirtutum genera, quæ in heroibus præcipuè commendantur erga patriam, cum ipso Marcello sint sepelienda, ut ea per ætatem patriæ præstare nequeat. Repetitio dolentis, mirè intendit senilem affectus.* Non illi.]*Causam attexit, ut dixi. Nulli enim in bello secundus esset futurus.* Dextra.]*pro uirtute: ut alibi diximus, sed & fidei consecrata est.* Impunè.]*ut inimicus haud elaberetur.*

C Obuius.]*Aduerbium nomine cõmutatum: pro obuiam, uel obuium* Seu.] *Duplicem pugnæ rationem circumscribit, pedestris & equestris: ab utroq; pugnæ genere eum laudat.* Armos.] *id est, suberet equo calcaria. Nam armi propriè dicuntur humeri cum brachijs. Armos posuit pro ipso equo: pars pro toto, seu pars pro parte.* Heu miserande.]*Rursum exclamatione affectus concitat, ut audientium animos suspensos teneat, cognoscendi auidos, ecquis ille sit futurus, quem tantopere uehit: item affectus ab ætate, cùm eum non tantùm puerum eum, uerumetiam miserandum: hoc est, misericordia dignum eum prædicet.* Si qua.] *utinam aliqua ratione fatalem necessitatem posses euitare: sed ineuitabile est fatum.* Tu Marcellus.]*Nomen, quod tam diu suspendit, nunc demùm reddit attentis: quod eo consilio haud dubiè à Poëta factum est, quod sciret futurum, ut dolor bene positus, filij audito nomine, audientibus recrudesceret. Itaq; ibi serie enumerationis abrupta, paucis sub sua persona reliquum historiæ absoluit.*

Tu Marcel.]*Emphaticõs, singularem illum arguẽs, in cuius laudibus immodicus tot uerbis immoratus fuit.*

Manibus.]*Hortatur posteros Romanos ad iusta pro magnifico apparatu persoluenda, idq; κατ' ἐξοχὴν: præcipuè uerò ad lilia tumulo plenis manibus insternenda. Sunt autem lilia, nobilitate flores rosis proximi: nec putatur ullis florum maior proceritas. Candor eorum tantus, ut à nullo uincatur. Duplex color, duplex odor: nam alius calycis est, alius staminis. Sunt & purpurea lilia, quæ Narcissum uocari tradit Plinius. Cæterùm propter eorum nobilitatem, utrumq; floris genus uult inspergi mortui tumulo: quorum alterum (rosa uidelicet) etiam Veneri, propter Adonim, & colorem, sanguine eius infectum, longè gratissimum existimatur. Epigrammatum Poëta ita de rosa:*

I fœlix rosa, mollibusq; sertis
Nostri cinge comas Apollinaris,
Quas tu nectere candidas, sed olim,
Sic te semper amet Venus, memento.
Et Maro in Elegidio:
Syderis & floris est domina una Venus,

Claudianus lib. 2. de raptu Proserpinæ ad eundem modum de Venere rosas colligente canit:

——sic sata, cruoris
Carpit signa sui.—— *Id est, rosas purpureas.*

Purpureos itaq; flores, rosas intelligit, quæ priscis in summo precio fuerunt. Vnde de uehementer dissimilibus, Rosam cum anemona comparas: & de rebus gratissimis, Rosas loqui: id est, rosarum instar amabilia. Iam uerò & illud mihi expendas non omnino obesæ naris lector, num rosa symbolum prematuræ mortis charissimi pariter & nobilissimi pueri sit. Etenim ut rosa nullus flos est amabilior, nullus odore gratior: ita non alius minus diuturnus. Habent rosæ, perinde ac pueritia, suum tempus, sed perbreue Hinc illud Horatij in Odys.

Mitte sectari, rosa quo lo[illegible]um
Sera moretur.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum: ne macerets te desiderio rerum earum, quæ reuocari nequeãt ut formæ, iuuentæ, & similiũ. Animamq; nepotis.]*Marcelli. Etenim antiqui existimabant, mortuorũ animas in sepulchris habitare: quãobrem in parentationibus libamina illò inferre cõsueuêre. Cumulaturũ igitur se promittit, honoris ergò, animam Marcelli his roseis, seu donis quibusdam, cũ aliud uiuo maius nequeat præstare. Et tanquam fidem propriam nomen suum pro posteritate interponit, ut se id dicat facturum, quod parentes, adeoq; omnes ciues Romani, Anchisæ progenies, illi exhibebant.* Accumulem.] *A' pietate erga suos. Eleganti metaphora ista dicuntur: Cumulare alicui beneficium, cumulare Marcellum beneficio, cumulatè reddere alicui beneficium, cumulatè pẽsare beneficium, cumulatè accipere beneficium, & similia.*

Fungar inani.]*cuius uidelicet nullus sensus ad eũ sit uenturus. Nã iusta, extrema superstitum officia sunt erga mortuos. Rectè igitur inane munus, magnificum funeris apparatum uocat.* Sic tota]*Verba Poëtæ sunt, abrumpentis orationem Anchisæ, & festinantis ad epilogũ libri. Simul ostendit summatim, quæ deinde de reb. Italicis docuerit filium, memor ubiq; eorum quæ superioribus libris promiserit. Etenim in quinto Anchises duo potissimùm se edocturum Aeneã apud inferos pollicitus fuerat: genus, ac posterorũ seriẽ, quæ hactenus diligenti enumeratione recensita fuit. Inde urbes Italicas, fato illi à dijs destinatas, quas hoc loco inde Anchisen filio memorasse canit: Tũ genus omne tuum,*

tuum, & quæ dentur mœnia discet. Sic.] *recensendo singula quæ ad posteritatem attinebant.* Aëris.] *A' loco. Suprà uarias sententias de Elysio retulimus: atque inter cæteras Philosophorum opiniones, fuisse qui opinarentur, Elysium esse circa globum Lunarem, ubi purior sit aër: rursum in circulo lacteo beatorum animos uersari. Neque uerò ignarus sum, quid hîc dicat Probus: Aër, inquit, qui segnius iacet, per summa montium & ima terrarum, dici potest Chaos: qui uerò superincumbit, uicem inferorum obtinet, quod hîc annotauit Vergilius, ut post mortem soluto corpore, umbræ in hac obuersentur caligine: animæ ultimo aëre, ut puriores transmutantur. Didymus Elysiũ uocat, τὸ τῶν ἠρώων ἐνδιαίτημα, ἐκληθη δὲ ἀπὸ τοῦ Ἠλυσίου τοῦ Ἐλευθέρου ... ἐν ᾧ τὸ ἄλυτα ... τὰ σώματα, ὁ δὲ τόπος ἐν ταῖς ... μακάρων νήσοις. id est, Heroum domicilium, sic dictum à quodam Elysio Eleutheri filio, homine religiosissimo. Vel quòd ibi corpora perpetuò maneant libera, & insolubilia.*

Lustrant.] *perspiciunt, & obuersantur per omnia Elysij loca.* Incenditq́.] *Metaphora. narrando posterorum uirtutem, bella, amplitudinem imperij, quorum omnium recordatione animum uiri ad res maximas gerendas acuit.* Bella.] *in Italia cum Rutulis alijsq́ Latij populis uario fortunæ habitu gerenda: qui Laurentes populi, quis rex, cuius filia ei in matrimonium locanda sit: quibus fontibus, quibus de causis concitabitur bellum & quem id inde habiturum sit exitum. De Laurentibus in septimo instituetur narratio* A Vrbemq́.] *Laurentum, regis Latini regiam. Cæterùm, ut paulò antè dixi, summatim narrat Poëta, ea quæ pluribus Aeneæ à patre sunt memorata, ne superuacanea partim prolixitas odiosa sit lectori: partim ut legentis animum ad eòrum enarrationem in posterioribus suspensum instructumq́ reddat.* Fugiat.] *Polysyndeton. Prius est scire quæ pericula euitanda sint ac fugienda: quibus locis, temporibus, à quibus hostibus, quo consilio. Proximum est, ut uir bellica laude clarus, in duris rebus forti animo sit, ac palmæ uictoriæ symboli naturam imitetur: hoc est, ut fortiter aduersus omnia pericula animi robore perduret, & prudentia augeatur Hoc uirilis animi robur idem alibi eleganter descripsit:*

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,
Quàm tua te fortuna sinet.

Quo quemq; modo fugiatq́; feratq́; laborem.] B *Tmesis: quomodo quemque laborem ferat & fugiat. Et laborem dixit: pro, quomodo unumquodque periculum euitet ac toleret.*

ARGVMENTVM.

Aeneas audita posterorum suorũ narratione, perceptisq́; ab Anchisæ patre rebus, quæ sibi euenturæ erãt, ab ipsomet Anchise ex inferis per portam eburneam vnà cum Sibylla emittitur.

Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His ubi tum natum Anchises, unaq; Sibyllam
Prosequitur dictis, portaq; emittit Eburna:
Ille uiam secat ad naueis, sociosq; reuisit:
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum:
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

NASC. SVNT geminæ Somni portæ] *duas Sõnij portas quæ sunt apud inferos, describit: alteram corneam, alterã eburneã: de quibus uariè disputant cùm Græci, tum Latini scriptores. Seruius, & Homeri interpres per corneam portam oculos intelligendos putat, quòd colore sint corneo. per eburneam dentes nimirum osseos, & candidos: per corneam egredi ueras umbras, quia demum certa sint, quæ oculis conspiciuntur: per eburneam falsas, quòd uana plerunque soleant esse, quæ fama percipiuntur. hinc illud adagium, pluris esse oculatum testem unum, quàm auritos decem: hoc est, maiorem habendam esse fidem referentibus ea, quæ uiderint oculis, quàm his, qui narrant ab alijs audita: itaque Aeneam per eburneam portam dimissum, significare pro falsis habenda, quæcunque de inferis Poëta narrarit. huc respexisse Socrates uidetur apud Plat. in Charmide, siue de temperantia, alludens ad Homeri locum de somniorum portis, ut proximè dicemus, cùm ait Critiam alloquens, Audi iam meum somnium, siue per cornu, siue per ebur emerserit. Porphyrius uerò philosophus ad naturam animæ id referre uidetur. adeas Macrob. lib. de Som. Scip. 1. cap. 4. Vtcunq; est, locus ex Hom. Odyss. 19. sumptus est, cuius uersus ad uerbum ferè transtulit Poëta noster:*

" Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
" Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.

& quæ sequuntur alia.

Vmbris.] *Homerus somnia, hic umbras de portis exire dicit.* Ad cœlũ.] *Cœlũ pro regione uiuorum positum est: quia sicuti Dij nobis, ita nos defunctis superi habemur. Macrob. 1. de Somn.* Portaq; emittit eburnea.] C *ꝑpter causas supradictas.* Ille uiã secat ad naues.] *secat propter aëra dixisse uidetur qui ab incedentib. assiduè finditur: unde & aues aërem secare dicuntur, dum uolant, & naues per mare iter secant, cùm aquas nando findunt.* Ad Caietæ.] *πρόληψις de sua persona Virgilius portum nominat, qui eo tempore huius nominis nondum fuerat. ut,*

" *——Lauinia uenit*
" *Littora——*

Sed de nomine Caietæ nutricis Aeneæ, uel Creusæ, quæ illic mortua, & sepulta est, nomen sumpsit, quod Virg ipse in 7. Aeneid. his uersibus ostendit:

" *Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix*
" *Aeternam moriens famam Caieta dedisti.*

SVNT geminæ Somni.] *Epilogus totius libri, cõstans descriptione portarum Somni. Has autem describit à materia, cùm corneam alteram, alteram eburneam uocat: & ab officio seu proprijs operibus, cùm per has somnia ad mortales proficisci canat.* LAMB. Hort.

Sunt geminæ.] *Harum portarum descriptio sumpta est ex Homeri Odyss. 19. Verba sunt Penelopes ad Vlyssem:*

Δοιαὶ

A » δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
» αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι·
» τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
» οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες.
» οἳ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
» οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι βροτῶν, ὅτε κέν τις ἴδηται.
» ἀλλ' ἐμοὶ οὐκ ἐντεῦθεν ὀΐομαι αἰνὸν ὄνειρον
» ἐλθέμεν, ἦ κ' ἀσπαστὸν ἐμοὶ καὶ παιδὶ γένοιτο.

Quem locum Poetæ enarrator Didymus his uerbis explicat: οἱ μέν φασι κερατίνην πύλην συνεκδοχικῶς τοὺς ὀφθαλμούς. κερατοειδὴς γὰρ ὁ πρῶτος χιτὼν τοῦ ὀφθαλμοῦ. ἐλεφαντίνην δέ, στόμα, καὶ ἔσωθεν ἐλεφαντοχρώμους τοὺς ὀδόντας. ἔτι δὲ τούτων πιστότερα εἶναι τὰ ὁρώμενα τῶν λεγομένων, καὶ ὅτι διὰ μὲν κέρατος οἷόν τε καὶ ἰδεῖν, διὰ δὲ ἐλέφαντος οὔ. ἢ ὅσα ἄν τις ἐν πλησμονῇ τροφῆς ἴδοι, ταῦτα εἶναι ψευδῆ. κερατίνην μὲν τὴν ἀληθῆ τὰ ἔτυμα κραίνουσαν καὶ τελοῦσαν· ἐλεφαντίνην δέ, τὴν ψευδῆ. ἐλεφαίρεσθαι γάρ, τὸ παραλογίζεσθαι, καὶ ἀπατᾶν. οὐ γὰρ Ἀθηναίην ἐλεφαιρόμενος λάθ' Ἀπόλλων. τινὲς δ' οὕτως ἀποδιδόασι· κερατίνην μέν, τὴν ἀληθῆ καὶ διαφανῆ καὶ λαμπράν· ἐλεφαντίνην δέ, τὴν ψευδῆ καὶ ἀσαφῆ καὶ συγκεχυμένην. B οἱ δέ φασιν, κέρασιν ἀπεικάζειν τοὺς οὐρανίους ὀνείρους, οἵτινες καὶ ἀληθεύουσιν, ἐπεὶ τὰ κέρατα εἰς ὕψος ἀνατείνει· ἐλέφαντι δέ, τοὺς χθονίους. τὰ γὰρ τῶν ἐλεφάντων κέρατα κάτω νεύει. δισσοὺς δὲ οἶδεν ὀνείρους. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν οὐρανίων φησίν, ἢ καὶ ὀνειροπόλον. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. ἐπὶ δὲ τῶν χθονίων, πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην, ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων id est, Quidam aiunt corneam portam synecdochicè oculos significare: nam prima eius tunicula planè cornea forma est. eburneam uerò, os, & intro id dentes, eburneum colorem præ se ferentes. Horum autem fidem propius mereri ea quæ uidentur, quàm quæ dicuntur. Tum autem, quod perspicuum sit cornu, ebur uerò minimè. Siue quòd ea quæ in satietate & cibi redundantia uidemus, ferè sint uana. Quamobrem cornea porta illa, rerum ueritatem absolutè inducit, hæc uerò eburnea mendacium. Est autem ἐλεφαίρεσθαι, decipere propriè, & fallere, ut in illo:

» οὐ γὰρ Ἀθηναίην ἐλεφαιρόμενος λάθ' Ἀπόλλων.

Id est,

» Pallada non latuit, cùm falleret augur Apollo.

C Rursum sunt, qui ita has portas, Somniorum interpretentur: ut corneam ueram, perspicuam & splendidam expanant: eburneam uerò, uanam, obscuram, incertam & confusam. Nonnulli tradunt, cœlestia somnia cornibus comparari, quæ uera denunciant: propterea quòd cornua in altum eriguntur. ebori uerò terrena: nam elephantum cornua deorsum in terram prona nutant. Nouit itaque duo somniorum genera. De ijs autem quæ è cœlis proficiscuntur, ait:

» ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Id est,

Aut somniorum interpretem: etenim & somnium à Ioue est. De terrenis autem:

» πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην,
» ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας, καὶ δῆμον ὀνείρων.

Id est,

» Gurgitem ad Oceani uenêre, & Leucada petram,
» Solis item ad portas, gentem & quam somnia dicût.

Hactenus ille. Seruius alium sensum adducit: Somnium, inquit, cum cornu uidemus pingi. & qui scripserunt de somnijs, dicunt, ea quæ secundum fortunam & personæ possibilitatem uidentur, habere effectum, & hæc uicina sunt cornu: unde cornea uera fingitur porta. ea uerò quæ supra fortunam sunt, & habent nimium ornatum, uanamque iactantiam, dicunt falsò esse: unde eburnea quasi ornatior porta fingitur. Hucusque Seruius. Cæterùm per has insomniorum portas apud inferos, poëta innuit, longè maiorem fidem habendam referentibus ea quæ uiderint oculis, quàm ijs qui narrant ab alijs audita. Vnde natum etiam est prouerbium: Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem. Lucianus in Gallo: ἐπειδὰν οὖν ὦ Μίκυλλε παύσῃ ὀνειροπολῶν, καὶ ἀποψήσῃ ἀπὸ τῶν βλεφάρων μέλι τὸ νῦν δέ, πρότερον εἰπέ, ὡς μάθω, ὅτι διὰ τῶν ἐλεφαντίνων πυλῶν, ἢ διὰ τῶν κερατίνων σοι ὄνειρος ἧκε πετόμενος. Id est, Postquam uerò Micylle desijsti somniare, & præsens hoc mel palpebris obstersisti: primùm hoc mihi edissere, ne sim nescius, utrum per eburneas portas, an per corneas tibi somnium huc aduolauit. Macrobius commentar. lib. 1. cap. 3. in Somnium Scipionis, huiusmodi, de geminarum portarum Somnij descriptione, ex Porphyrio adfert explicationem. Latet, inquit Porphyrius, omne uerum: hoc tamen anima, cùm ab officijs corporis somno eius paululùm libera est, interdum aspicit. tamen non libero & perfecto lumine uidet: sed interiecto uelamine, quod nexus naturæ caligantis abducit. Et hoc in natura esse, idem Vergilius asserit dicens:

Aspice (namque omnem, quæ nunc obducta tuenti «
Mortales hebetat uisus, & humida circum «
Caligat, nubem eripiam. ——) «

Hoc uelamen cùm in quiete ad rerum aspectus aciem introspicientis admittit, de cornu creditur: cuius ista natura est, ut tenuatum uisui sit peruium. Cùm autem à uero hebetat, ac repellit obtutum, ebur putatur, cuius corpus ita natura densatum est, ut ad quamuis extremitatem tenuitatis crassum, nullo uisu ad ulteriora tendente penetretur. Retuli hæc ex Macrobio. Ad harum Somni portarum simulachrum, duas inferorum portas Valer. Flaccus effinxit, lib. 1. Argonaut.

Hic geminæ æternùm portæ, quarum altera dura «
Semper lege patens, populos regesque receptat. «
Ast aliam tentare nefas, & tendere contrà «
Rara & sponte patet, &c. —— «

Cœlum.] in Mundum. nam eam inferis collati, superi rectè appellamur. Insomnia.] Porrò quatenus & quibus somnijs credendum sit, suprà in tertio disseruimus. Quinque somniandi formas ad hæc tradunt: & totidem diuersa nomina earum rerum, quæ dormientibus obijciuntur. Aut enim est ὄνειρος: hoc est somnium, aut ὅραμα: id est, uisio: aut χρηματισμός, oraculum Latini uocant: aut ἐνύπνιον, insomnium: aut est φάντασμα: hoc est, uisum. Somnium propriè id appellant, quod rei significationem, non nisi per interpretem intelligendam, ambagibus obscuris tegit uelatque. Hoc item in quinque species diuidunt: proprium, alienum, commune, publicum, & generale. Visio, quoties id nos uidere existimamus, quod ita postea eueniat, ut apparuerat. Oraculum, quod in somnis aut deus, aut parens, aut diuus aliquis, denunciat nobis euenturum, faciendum, aut euitandum. Phantasma, cùm inter uigilandum quiescendumque, quis

uigilare se existimans, putat se uidere inusitata specie & magnitudine uagantes formas quasdam, & in se irruentes, aut etiam rerum turbulentas & latiores tempestates. Huc spectat epialtes. Insomnium uerò, quoties ea cura, *idq; studium dormienti occurrit, quo se uigilantem satiogarit. Atque adeò uel hinc insomnio nomen datum arbitrantur, non quia per somnum uidetur, sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, cùm uidetur, & nihil uigilanti momenti aduehit.* Quare *hoc loco uana omnia ea esse quæ de inferis cecinerit, significaturus Poëta, falsa esse insomnia dicit. Huc referendum est insomnium Didonis, Luciani, & aliorum.*

Ille uiam se.] *Periphrasis: secare uiam, pro proficisci, ire ad naues. Itaq; è porta eburnea emissus, rectà ad naues suas se & socios recepit. Mirum ut ex eodem specu, in quem se descendens demerserat, in lucem emerserit.*

Caietæ.] *cui suprà nomen factum ab Aenea nutrice ibi mortua & sepulta dixit:*

Tu quoq; litoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti.

Etsi ante ea tempora uel nullo, uel diuerso nomine portus is dictus fuit: de nutricis suæ nomine tamen ibi extinctæ, eum tum appellauit. Consimili modo Homerus, quem hoc loco imitatus est, Vlyssem suum ad socios deduxit Odyss. 11.

[illegible]
[illegible]

Extant tamen alij authores, qui eum ipsum portum non à Caieta nutrice nomen habere prodant: uerùm ἀπὸ τοῦ καίειν*: hoc est, ab exurendo: quòd ibi Aeneæ naues, statim post eius in Italiam appulsum, exustæ fuerint: id quod Poëta in Sicilia accidisse tradidit.*

D. NASCIMBAENI NASCIMBAENII, (QVI tantùm in sex priores libros Aeneidos Virgilij scripsit:) Et D. Lamberti Hortensij Montfortij, in Lib. VI. Aeneidos, Explanationum

FINIS.

ARGVMENTVM IN LIBRVM SEPTIMVM AENEIDOS VERGILIANAE.

ADILON.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN septimum Aeneidos librum Argumentum.

Hic quoq; Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum uenit: hanc uerbis cognouit Iüli
Fatalem terram: mensis en uescimur, inquit.
Centum oratores ueniam pacemq; petentes
Ad regem mittunt leti cum sorte Latinum:
Qui cum pace etiam nata connubia pactus.
Hoc fortè Alecto Iunonis dißipat ira.
Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent:
Belli causa fuit uiolatus uulnere ceruus.
Tum gentes socia arma parant: fremit arma iuuentus.

ANNO.

ANNOTATIONES D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII IN LIBRUM VII [illegible] Vergilianæ.

P. V[illegible] MARONIS AE[illegible] LIBER VII.

O[illegible] noctem, Ci[illegible] autoramis [illegible] socios exponit. Explorat [illegible] fato [illegible] ad Latinum [illegible] Quam non solum imperat [illegible] historia [illegible] ad regni participationem & filia [illegible] desponsam cum [illegible] quidem Turno [illegible] portentis [illegible] & oraculis Fauni patris territus, externo duci seruarat. Iuno Troianorum [illegible] acerbat. Furiam [illegible] lecto ex inferis [illegible] quæ pr[illegible] Amatam [illegible] inde Turnū. Ad [illegible] catalogus [illegible] qui [illegible] Aeneam [illegible] Latino [illegible] fex prioribus [illegible] Odyss. Homerica [illegible]

[illegible] Aeneæ [illegible] ad exemplū illud de mediis, in quibus [illegible] terras [illegible] magno & excelso [illegible] allegoriam horum librorum [illegible] Principium a [illegible] Tu quoque. Quemadmodum [illegible] promontorijs nomina dederit: ita portui Caieta nutrix Aeneæ, ibi fato defuncta, nomen indidit. [illegible] tamen authores [illegible] qui dicant, portum Caietam non [illegible] sed [illegible] nomen accepisse, [illegible] non in Sicilia, sed in Italia [illegible] [illegible] menibus [illegible] [illegible] [illegible] Sagua est.] Alioqui frustrà [illegible] mortuis.

Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaque nomen
Hesperia in magna (si qua est ea gloria) [illegible]

Proxima [illegible]

A[illegible]
Aggere compo[illegible] [illegible]erunt
A[illegible]
A[illegible]
L[illegible] det trem[illegible] lo[illegible]
Proxim[illegible] Circæ [illegible]
[illegible] inaccessos ubi So[illegible]
A[illegible] resonat [illegible] tecti[illegible]
[illegible] odo[illegible] [illegible] in[illegible]
A[illegible] tenuis percurrens p[illegible]
[illegible] exaudi[illegible] gemitus, iræ[illegible]
[illegible] recusan[illegible] & sera [illegible]
Setigerique sues, atque in præsep[illegible]
Sæuire, ac formæ mag[illegible] orum ul[illegible]
Quos [illegible] inf[illegible] dea [illegible] erbis
Indue[illegible] in uultus, a[illegible]

[illegible] Circæ [illegible]

[illegible] Italia, [illegible] insulæ [illegible] templum [illegible] Circæ [illegible] insula [illegible]

[illegible] Quid est ergo [illegible] Hesperia [illegible]

[illegible] Sine meceffes, [illegible] periculum [illegible] oleo [illegible]

Cedrum [illegible] e cedrino unde [illegible] aeterna est [illegible]

Plinius. [illegible] olei usus apud Italos nullus [illegible]

Quae ne monstra pii paterentur talia Troes,
Delati in portus, neu litora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis:
Atque fugam dedit, & praeter vada feruida vexit.
Iamque rubescebat radiis mare, & aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
Cum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsae.
Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
Prospicit: hunc inter fluuio Tiberinus amoeno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit: variae circumque supraque
Assuetae ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant.

Quae ne mon[stra] [illegible] Circe [illegible] Cosmographia [illegible] Tiberis [illegible] per Tyrrhenum [illegible] Latinos [illegible] ad postremum [illegible] heroici generis. Marmore.] aequore, sic Tonsa [illegible] hoc [illegible]. [illegible] nomine dictum [illegible] Tiberis [illegible] vocatur.

Lucum] Strabo, Plin[ius] [illegible] de dis Indigetis [illegible] Numicius. Am[illegible]

Flectere iter sociis, terraeque aduertere proras
Imperat, & laetus fluuio succedit opaco.

A' descriptione [illegible] ad narrationem. Aeneam le[illegible] tum fluminum ingressum, [illegible] haud dubie [illegible] erroris, & ob[illegible] terrae fatalis. Opaca] propter lucum factum [illegible]

Nunc age qui reges Erato, quae tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
Expediam, & primae reuocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu diua mone. Dicam horrida bella,
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque sub arma coactam
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo.

Nunc age.] De ductu Aeneae in Italiam [illegible] invocatio [illegible] exemplo Homeri, qui loc[illegible] in dif[ficilibus] locis [illegible] ingressuros [illegible] Musarum [illegible] Iam [illegible] obseruand[illegible] Musas [illegible] in oris. [illegible] Nunc age qui [illegible] Ex[illegible] Plinius, Satiricum, Poete [illegible] u overtis eo proponendo [illegible] Romae est: Aene[illegible] a demum est scripturus. Re[illegible] [illegible] & operis magnitudine. [illegible] tempora rerum.] Huic Musa [illegible] [illegible] imploras [illegible] diffensate [illegible] spiritum [illegible] Anti[illegible] difficul[illegible] [illegible] Latio [illegible] longo [illegible] a prisci[illegible]

—— Rex arua Latinus et urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert: tu sanguinis ultimus auctor.
Filius huic fato diuum, prolesque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Rex [illegible] Albae [illegible] de [illegible] rege [illegible] tempora [illegible] plures [illegible] rex [illegible] qui Troianos [illegible] ab aetate [illegible] excepit. Ver[illegible] antiquitat[illegible] Orpheus [illegible] & Stirpe. Sunt autem [illegible] [illegible] strata.

Multi illam magno è Latio, totáq; petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus auis, atauisq; potens, quẽ regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed uarijs portenta deûm terroribus obstant.

A *sirat, qui in Latinorũ fines Argo nauem delatam fuisse testatur. Et Argonautarum sibi postea ad Troiam militarunt. Ianus in Latio antiquissimum imperium hominũ memoria tenuit, & Saturnus, ut paulò antè dixi. His successit Picus, Pico Faunus, Fauno Latinus, in cuius tempora Troianorũ in ea cidit appulsus. Fuere ex uetustis rerum scriptoribus, qui crediderunt Pallantem genitum ex Hercule & Launia Euandri filia: & Latinum istum, qui Aboriginibus imperauit, ex eodem Hercule & Hyperboride puella ortum: quam à patre obsidem acceptam, intactamq; ad id tempus, quo in Italiam uenit, seruatam, tum demum in Latio compressam, prægnantem reddidisset: & cùm iam uterum ferre cœpisset, Fauno, cui Latinus successit, matrimonio locarit. Fuit hic Faunus Pico genitus, qui Iouis fuit, quem Hermen de Planetæ nomine uocarunt.* Tẽ Saturne] *Auersio.* Magno è Latio.] *Id soli spatium ueteres Latij nomine appellarunt, quod intra Tiberinam ripam*
B *& Circeios à mari ad montes modicis finibus concludebatur. Hoc fortasis argumento quidam ducti fuere: inde nomen loco datum, quod inter montes lateret, non autem à fuga Saturni. Hanc Italiæ partem Siculi initio tenuêre, sed barbari illi. Sunt qui Liguros, Siculos fuisse credant, quos Aborigines ab Oenotris orti, sedibus suis expulerint, qui eam terram usque ad Troianorum aduen.*

tum deinceps coluerunt. Ergo non magnum Latium, sed angustum rectiùs potuit dici, nisi per Latium, hoc loco totã Hesperiam accipiamus: id quod non obscurè monuit, cùm expolitionem subijcit, Tota Ausonia. Turnus.] *Hunc describit à formæ decore, & maiorum claris imaginibus. Festinat ad belli materiam præcipuam, quæ Launia fuit, Turno desponsa. Erat autem Turnus Rutulorum rex, cui ante aduentum Aeneæ connubium Lauiniæ pactum fuerat. Ferebat ille ægrè, hominem aduenam sibi in amore prælatum iri: quamobrem publicam pacem mit extemplò perturbatum. Itaq; primo concursu (historiam refero, non poëticam fabulam) Rutuli fusi fuêre: Latinus tamen non admodum lætus, ob Latinum regem amissum. Fugit Turnus uno prælio fractus, ad Mezentium Hetruscorum regem. is cum eo haud grauatè arma iungit, cùm propter iniuriam, qua Turnus affectus fuerat: tum quòd nouæ urbis origine offensus esset, metu ne nimium res Troianæ augerentur.* Regia coniunx.] *Amata.*

Sed uarijs.] *Prodigia suo loco explicabuntur, quibus territus fuerit Latinus filiam Turno locare, ac monitus eam externo seruare genero. Cæterùm portenta dicuntur, quæ aliquid portendunt ac signant euenturum. Suntq; causæ, cur Lauinia statim Turno non sit in connubium tradita.*

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis
Sacra comam, multosq; metu seruata per annos,
Quam pater inuentã, primas cùm cõderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus.
Laurentisq; ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans † æthera uectæ,
Obsedêre apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuò uates. Externum cernimus, inquit,
Aduentare uirum, & partes petere agmen easdẽ
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem adstat Lauinia uirgo,
Visa (nefas) longis cõprendere crinibus ignem,
Atq; omnem ornatũ flamma crepitante cremari,
Regaleisq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id uerò horrendum, ac uisu * mirabile ferri.
Namq; fore illustrem fama, fatisq; canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca Mephitin.
Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus
In dubijs responsa † ferunt: huc dona sacerdos
* Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,
Multa modis simulacra uidet uolitantia miris,
Et uarias audit uoces, fruiturq; deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis.

Laurus erat.] *Elegans ordine statim attexit prodigia, quibus territus fuit Turno filiam nuptũ dare.* Laurus.] *à qua Lauinũ, cùm amplius rei, inquit Ser. Lauro Lauinum appellauit. Laurum uerò laurũ, propter eius fatidicã oim. Phœbo dicatam esse, omnes norũt, cũ aliæ*
C *arbores alijs diuis antiquitus cõsecratæ fuerint. Itaq; cùm Poëta prodigium rerum futurarum præsagũ arbori uellet tribuere, prudẽter id lauro donauit. De hac arbore, quamuis superioribus multa annotamus, libri, quia locus hic ita postulat, pauca isthæc adijcienda duxi: uel ob id, quòd occasionẽ petiuit rerum à prodigio ducat huius arboris, quæ tacita futurarum rerum euentum præsagit. Tanta enim eius natura est, sedem folia noct*

noctu puluillo subijciantur, et somniorum ueritatem suggerant. Adde, quòd Hesiodi interpres in Theogoniam, ostendat in numine afflatu magnam habere efficaciã. Qua de causa etiam Lycophron in Cassandra, δάφνην φαγὼν φοιβάζει ἐκ κοιμωμένη. Tibull. de Sibyll.

Vera cano, sic usq; sacrãs innoxia laurus Vescar, & æternũ sit mihi uirginitas.

Laurus à Græcis δάφνη dicitur. unde uates δαφνηφάγοι appellantur. Quãobrẽ cultissimus poëtarum, uaticinãtes laurũ mordere dixit. Verùm relicta lauro, exequiamur ea quæ sequuntur.

Penetrali.] *qua Græcis ἄδυτα dicuntur, id est, interiora penetrioraq; ædiũ loca: quia plané, ut religiosa, ita inaccessa erãt, ãlara.* Kk s … ãlos

* al. æquora
* al. miserabile
† al. petunt
* al. Cum tulit.

à loco: quare etiam à religione arborem circumscribit.

Phœbo.] ut uatic inorum præsidi. Laurentis.] ab etymo uocabuli. A' lauro, Laurentes ea la dicti fuêre. Colonis.] cultoribus. Vates.] Interpretatio prodigij. Præter.] Alterum prodigium. Ignis regnum futurũ denunciat: sicut in Ascanio, & Seruio Tullo. Sed Seruius per fumum & aspersionem flammarum belli incendium interpretatur: uerùm hoc nihil ad Lauiniam. Vulcanũ.] ignẽ. metonymia: inuentor, pro re inuẽta. Id uerò.] interpretatio prodigij. Albunea.] Alburnum Lucaniæ montem esse tradunt, ita nuncupatum à candore: & deam Albuneam, fontem item, & syluam Tyburtinam. Describit locum à religione, & oraculo celebri, tum autem à natura fontis, qui ex ea oritur.

Mephitim.] Mephitis terræ putor est, & odor sulphureus, qui de aquis sulphuratis nascitur: grauior hic est in nemoribus. Nonnulli uolunt, Mephitim deum esse, Albuneæ siue Leucotheæ adiunctum: ut Veneri Adonis conciliatus, & Dianæ Virbius fuit. Huc dona sacerdos.] Oraculum petituri prius mactabant dijs uictimas: A inde facto sacro, ij qui futura uolebant prædicere, in deorum templis ad dormiendum se componebant, ut ita per somnum spiritum haurirent, & prodigiorum interpretationem conciperent. Cæterùm, somniorum alia allegorica, alia theorematica dicuntur. Allegorica sunt, quoties aliter sonant uerba, aliter significant per similitudinem. Theorematica uerò quoties ita intelliguntur, ut uerba ipsa sonant, ac præ se ferunt. Pausanias existimat, Amphiaraum somniorum interpretandorum laude præstantissimum fuisse: eo enim tempore, quo in deos relatus fuit futurarum rerum scientiam per somnia tradidit. Ad huius oraculum qui tendebant, primùm oportebat purgari: hoc est, ut deo res diuina perageretur, cui sacrificaretur, atque omnibus simul ijs quorum nomina aræ insculpta erant. Mox arietis pellis substernebatur, ut ita dormituriens interpretationem somnij conciperent. Huc allusit hoc in loco Poëta. Apud Scythas pellis inscensio iurisiurandi religionem habebat.

Hic &c.] Itaq; ostẽdit Latinũ in hunc locum contendisse, ijsq; ceremonijs, imò religione potius prodigiorũ tum, substratis uelleribus eluxisse. Bidẽtes.] Iouet, ut superioribus libris nõ uno loco dictum est, sed in primis in tertio. Cẽtũ.] numer' cert' pro incerto: amplificatio hostiæ ab additione numeri: ut Cẽtũ oratores. Thalamis paratis.] cõiugio Turni, cui destinata erat filia. Generi.]

Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes.
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat
Velleribus, *subitò ex alto uox reddita luco est: *al. subita
Ne pete connubijs natam sociare Latinis,
O' mea progenies, thalamis neu crede paratis:
Externi *ueniunt generi, qui sanguine nostrum *al. ueniet
Nomen in astra ferant, quorũq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, quà Sol utrumq; recurrens
Aspicit Oceanum, uertiq;, regiq; uidebunt.
Hæc responsa patris Fauni, monitusq; silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus,
Sed circum latè uolitans iam fama per urbes
Ausonias tulerat, cùm Laomedõtia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.

Troiani: ex plurib. unũ accipe. Indicat Aeneã B Troia profectũ appulisse, cui filia sit elocanda. In astra.] Hyperbole: ad amplificandã uiri uirtutẽ, & posteritatis opes ac potẽtiã. Vtrũq; recur.] amplitudinem imperij Ro. arguit, à Septẽtrione in Meridiẽ propagati. ea est enim latitudo Zodiaci. Non ipse.] non habuit tacita. Circũ.] Sectio. Laomedõtia.] Troiana: antonomasia.

Aeneas primiq;.] Vt finem fatalis erroris statim subijciat Poëta, nullis ambagib. describit id quod ad eam rem spectat. Vaticinata fuerat Harpyia, tũ erroris finem futurũ, ubi inedia adacti, orbes paniceos absumerent. Itaque huc delati Troiani: hoc est, in agrum Laurentẽ, quòd nõ fuerint longiùs euagati, oraculo tributum fuit: quòd iam mox patri Anchisæ adscribit. Neque id quidem temerè animaduersum erat, nisi ab uno atque altero hoc ipsum exclamatum fuisset quòd Ascanio honoris causa nunc tribuit: quippe cui id regno debebatur. Ea uoce accepta, omnes uno assensu intellexerunt, hanc esse terram fatalem. Oraculum alij qui tribuunt (ut dixi) Harpyiæ. alij liberis Aeneæ: nonnulli Dodonæum fuisse arbitrantur. Sunt qui in Erythris tugurio Idæ acceptum adserant. Incolebat hoc Sibylla, Erythræa à loco dicta, quæ Troianos iusserat plagam o-

Aeneas, primiq; Duces, & pulcher Iülus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis. sic Iuppiter ipse monebat:
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic fortè alijs, ut uertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et uiolare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus, etiam mensas consumimus, inquit Iülus.
Nec plura alludens. ea uox audita laborum
Prima tulit finem, primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.

rientalem petere, profugos illos quidem, sed fortes uiros, donec illò essent nauigio prouecti, ut inedia paniceos orbes deuorare C cogerentur. Rursum Græcorũ quidam scriptum reliquerunt, prodigiosum scrofæ occursum, fatalem erroris finem arguisse. Deprehensa autẽ ea fuit in monte Albano triginta succulas enixa: ex qua re collegerunt, intra triginta annos Aeneæ stirpem, & terram ipsam, & amplius imperium habituram. Vaticinium hoc Poëta Heleno uati donauit, lib. 3.

" Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis undam
" Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
" Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
" Alba solo recubans, albi circum ubera nati:
" Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.

Adorea liba per herbas.] Illud obseruatu dignũ

Poë-

A *Poßtam admirabili copia unam eandemq; rem hic efferre: mensas uidelicet paneceas, quas modò* Adorea liba, *nunc* cereale solum, *nunc exiguam* Cererem, *aut orbes fatalis crusti, iam patulas quadras, ac mensas nuncupat.*

Crusti, patulis nec parcere, &c.] *ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων, è durioribus panum partibus, Cassandra apud Lycophronem.*

Ἔνθα πολισμὸν ἀλαίτην ὑπὲρ βιλὸν
τὴν ὕστερον βρωθεῖσαν ἐξ ἱκνέων
μνήμην κατακτῶν λήψεται θοινάτορων

Nec uerò solùm id denunciarat oraculum, ibi laborum finem futurũ, sed etiam ut eo in loco urbem conderent. Atq; hoc in loco, inquit Lycophronis interpres, Lauinium condidit, uel (ut ipse scribit) Lauinian.

Continuò, Salue fatis mihi debita tellus:
Vosq;, ait, ô fidi Troiæ saluete penates:
Hic domus, hæc patria est. genitor mihi talia nanq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.
Cum te nate fames ignota ad littora uectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu, molirìq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames, hæc nos suprema † manebat,
Exitijs positura modum.
Quare agite, & primo læti cum lumine Solis
Quę loca, quiue habeāt homines, ubi mœnia gētis
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibusq; uocate
Anchisen genitorem, & uina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloq; Ereboq; parentes.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsq; ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
* Deditur hic subitò Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas, atq; omine magno
Crateras læti statuunt, & uina coronant.

† al. manebant.
* al. Diditur

Genitor.] *Interpretatur Aeneas oraculum, haud ignarus fatorũ suorum. Interpretationẽ confirmat ab authoritate, uerbisq; patris Anchisæ antecedētibus.* Quare agite.] *Exhortatur ad explorandā regionem.* Pateras.] *Metonymia, continens pro cõtento. Religiosè*
B *suos hortatur ad pietatē.* Implicat.] *coronat caput ritu sacrificantiũ.* Tellurē.] *Opum, cõmunem omnium parentem.* Flumina.] *Naiadas. Terra enim uictum, aqua potum mortalibus præbet.* Idæumq;.] *ab Ida mõte Cretæ, in qua natus & educatus creditur Iupiter. Cætera in tertio explicauimus.* Phrygiamque ex ordine matrem.] *Cybelem turritam. Congerie enumerat dijs*

nos, quos religiosè inuocaris, ut præsentes fauentesq; sibi in fatali terra, in omnibus rebus auspicãdis adsint. Parētes] *Anchisen apud inferos, Venerem apud superos.* Clarus.] *nam Iupiter tonās cœlo sereno, auguriũ bom omine est.* Deditur.] *spargit̃ p castra Troiana. Dedit̃, pro spargitur, Lucretianũ est.* Instaurant epulas.] *repar*a*nt cõuiuia: id quod priscis lætitiæ signũ fuit. Quare addit* Certatim, *ut ostēdat gaudiũ fuisse publicũ, ex omnibus oblatis. Itaq;, ut eius rei argumenta ac signa ostendat, grandiora pocula mẽsæ illata subijcit.* Vina coronant.] *non ipsa uina quidem, sed pocula: metonymia, qui tropus poëtis familiaris est.*

Postera cum † prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici:
Hunc Tibrim fluuiũ: hic fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum Oratores augusta ad mœnia regia
Ire iubet, ramis uelatos Palladis omneis,
Donaq; ferre uiro, pacemq; exposcere Teucris.

† al. primo

Postera.] *Periphrastica tēporis matutini descriptio.* Ex-
C plorant.] *Militaris uox, ad priuatũ negotiũ deducta.* Hęc fōtis.] *Mimesis Troianorum, siue incolarum potius, monstrantium diuersa loca. In Numico Aeneas haustus creditur postea bello Latino.* Augusta.] *maiestatis plena, siue augurio cõsecrata.* Ramis Palladis.] *oleaginis coronatos, quòd ea arbor à Pallade inuenta credatur, & ob id eius numini consecrata. Dionysius in artibus tradit, inter oleæ laudes iure illud recenseri, non solùm quòd Mineruæ consecrata sit, sed quòd à ueteribus ex ea constituebantur tropæa: ob id etiam uictoriæ esse symbolum. Nam superato Neptuno in nobili certamine, hac ipsa dea omnium primùm fuit coronata. Interoleas sacras Palladi, Athenis etiam erant quæ Moriæ dicebātur, quas scribunt Neptuni filium Halirrhotium excidere ad ortum, propterea quòd olea inuenta, Mineruæ ea urbe consecrata fuisset. Inter cedendum securim aberrasse, ac cruribus illisam: ex quo uulnere fato cessit. Hinc oleis Moriæ cognomen factum μὴρ & τὸ μόριον, portio est. Qui enim oleas possidebant, Panathenæis portiunculam inferebant. Itaq; quòd oratores olea coronati ueniunt, pacis, non belli symbolum est, quippe qui ad pacem petendam adsunt, non autem ad bellum denunciandum.*

Haud mora, festinant iussi, rapidisq; feruntur
Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturq; locum, primasq; in littore sedes
Castrorum in morem pinnis atq; aggere cingit.
Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum

Haud mora.] *Disertè decorũ in obeunda legatione exprimit, cũ celeritatẽ in faciendo iussa illis tribuat, & cessationem adimat.* Designat.] *aratro, inde fossa. Aeneas loci naturam contemplatus, cùm in eo*

 nihil

Ardua cernebant iuuenes, muros'q; subibant.
Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus.
Exercentur equis, domitant'q; in puluere currus,
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursu'q; ictu'q; lacessunt.
Cum † præuectus equo longæui regis ad aures
Nuncius, ingenteis ignota in ueste reportat
Aduenisse uiros: ille intra tecta uocari
Imperat, & solio medius consedit auito.

† al. prouectus

nihil perspiceret, quod ad sui cultum inuitaret, diu consilij dubius quid ageret. (nō enim in animū inducere poterat, tam incommodas sibi sedes a dijs mōstrari) longiúsne iret, an sibi hæreret, cùm è loco proximo uox redderetur, ut ibi sisteret, ibi ædificaret: cætera dijs curæ fore. Sunt authores qui tradant, effigiem deorum penatium per quietem Aeneæ obiectam, à quibus fuerit iussus locum illum aggere ac fossâ ualidè communire. Oraculo fidem fecit scropha, quæ postridie in eo loco cum numeroso fœ

tu inuenta fuit. Hinc A *trāslatis castris, undiq; collecta materia, urbē condere experiunt.* Iamq;.] *Redit ad legatos.* Latinorum.] *Hypermetrūs ultima syllaba, à uocali sequētis uersus eliditur.* Ante urbē.] *Consuetudinem Romanam antiquitati donat. In pace huiusmodi certaminibus ad rem militarem (annis decimoseptimo ad militiam tenebantur) iuuenes exerceri solebat, quæ in bello ipsis usui essent.* Intra tecta.] *statim oratores admissi sunt.*

Tectū augustū, ingens centū sublime columnis
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici.
Horrendum syluis, & relligione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat: hoc illis curia, templum,
Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso,
Perpetuis soliti patres * considere mensis.
Quinetiam ueterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italus'q;, pater'q; Sabinus,
Vitisator curuam seruans sub imagine falcem:
Saturnus'q; senex, Iani'q; bifrontis imago,
Vestibulo adstabant, alij'q; ab origine reges,
† Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi:
Multa'q; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæ'q; secures,
Et cristæ capitum, & portarū ingentia claustra,
Spicula'q; clypei'q;, erepta'q; rostra carinis.

* al. accumbere

† al. Martiaque ob pat.

Tectum aug.] *Luculēta regia descriptio, quam attexit enumerationi studiorum, quibus iuuentus ante urbem exercebatur, à forma, qualitate, antiquitate, splendore, ac multarū laudis egregiis monumētis.* Horrendum.] *religiosū plenum, nam arboribus credebatur etiā sua inesse religio, quare etiam locis sacris sui luci consiti erant.* Curia.] *Cùm addit templum, satis indicat, non fuisse curiam nisi in loco inaugurato, ad sacrorū & religionis usum. Hic inaugurabantur reges, hic regni & regū insignia accipiebant, hic sacris operabantur pōtifices. Atque ista quidem ab usu curiæ.* Effigies.] *A' splendore & luculento regio apparatu.* Cedro.] *A' materiæ, ut statuarum perpetua monumenta ostendat. Cæterùm hac descriptione expressit delineauit'q; eam domū, quā Augustus in Palatio postea cōdidit.* Italus.] *Enumerat priscos reges Aboriginū. Ab Italo Italia, à Sabino Sabini dicti sunt: ut à Saturno, ea ipsa etiā regio Saturnia.* Vitisator.] *Saturnus Terræ ac Cæli filius creditus fuit, quòd à Ioue filio fugatus quum in Latium uenisset, locorum indigenæ eius uirtutem mirati, ut cœlo demissum eum uenerati sunt. Cùm enim multa uaria'q; ingenij sui experimenta apud rudes mortales edidisset, facilè consecutus est, ut Cæli filius sit creditus. Etenim præter alias commoditates, monstrauit indigenis rationem plantandi*

uites, & metendi segetes. Huic apud Carthaginenses humanis hostijs sacrificari diu quando mos tenuit. Falcem.] *Rationē* B *metendi segetes docuerat Italos: quare signa & tabulæ eius cum falce messoria expressa erant.* Iani'q; bifrōtis.] *Quo regnante, Saturnus uenit in Italiam, à quo in regnū sociatum propter prudentiam receptus fuit. Bifronem ob singularem sapientiam eum finxerunt, unde etiam primus anni mensis illi nuncupatus fuit, quòd exacti anni finem, & insequētis principium, seu duabus frontibus aspiciat. ante Faunum imperauit, & cultum deorum monstrauit.* Ab origine reges.] *non pro Aboriginum, sed rectiùs ab origine, pro, à prima regum longa serie, origine, usque ad Latinum.* Martia.] *qui bellis pugnando pro patria, ceciderant: à meritis & signis triumphorum. Alludit ad Capitolium Romanum, & curiam, in qua hostium spolia, & rostra na*C*uium illata fuerant.* Sacris.] *in quibus spolia numinibus dedicabātur, quorum auxilijs uictores se arbitrabantur. Sic Ioui Statori & Pheretrio; Romulus: sic Marti, sic Victoriæ alij.* Cristæ.] *galeæ: à parte totum.* Rostra.] *ferrea, proris nauium, prælijs naualibus detracta: cuiusmodi postea Romæ Antiatibus adempta, ad curiam Hostiliam suspensa fuere: à quibus ipse locus nomen etiam sortitus fuit.*

Ipse Quirinali lituo, parua'q; sedebat
Succinctus trabea, læua'q; ancyle gerebat,
Picus equūm domitor, quē capta cupidine cōiūx
Aurea percussum uirga, uersum'q; uenenis
Fecit auem Circe, sparsit'q; coloribus alas.
Tali intus templo diuūm, patria'q; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta uocauit.
Atq; hæc ingressis placido prior edidit ore:
Dicite Dardanidæ (neq; enim nescimus & urbē,
Et genus, auditi'q; aduertitis æquore † cursum:)

† al. cursum:)

Ipse Quirinali.] *baculo augurali, quali postea Romulus fuit usus: quare Pico baculum augurale tribuit. Dionysius tradit, antiquam augurum obseruationem fuisse Aboriginum. Quare Ascanium postea, priusquā*

exercitū aduersus Mezentium educeret, auguriumcaptasse: atq; ubi à sinistris cōspexit fulgur micare, pugnasse, ac uicisse. Tanta'q; ueneratio ac dignitas ex utilitate arti accessit, ut augurū collegiū sit institutū: cautum'q; ut nihil

Quid pe[illegible] causa rates [illegible]
Littus ad Au[illegible]nium tot per u[illegible]
Siue errore [illegible]x, [illegible] tempestati[illegible]
[illegible]ua iam [illegible]
Fluminis [illegible] p[illegible]
Ne fugi[illegible]um [illegible]
Saturni g[illegible]
Sponte [illegible]
Atq[illegible] (fama [illegible]
Au[illegible]s, h[illegible]
Dardanus [illegible] urbes,
Threici[illegible]
Hin[illegible]
Aur[illegible]

nihil nisi [illegible] *appareretur* [illegible] *augurij* [illegible] *Et* [illegible] *Loc* [illegible] *templum* [illegible] *in temp* [illegible] *augur* [illegible] *a allo* [illegible] *ad oratur* [illegible]

Aborigines [illegible] *eam historia* [illegible] Dicit [illegible] *Vnde* [illegible]

[illegible] *Benignae* [illegible] *Saturni* [illegible] *a tempore Saturni* [illegible] *legem natura* [illegible] *Arguit* [illegible] *Aborigines* [illegible] *Antequam* [illegible] *historia* [illegible] *memoria apud* [illegible] *Aborigines* [illegible]

[illegible] *Pici* [illegible] *fuisse* [illegible] *Seruius* [illegible] *quaetiam* [illegible] *commune* [illegible]

Dixerat [illegible] dicta [illegible]
R[illegible]us egregium [illegible]
Atri[illegible]
Nec [illegible]
Con[illegible]
Ad[illegible]
Extremo [illegible]
G[illegible]
[illegible]
A[illegible]
Su[illegible]

Affectat [illegible] *locum urbe* [illegible] *littore* [illegible] *beneuolentia* [illegible] *Latini* [illegible] *Latio* [illegible] *in Latio* [illegible]

Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
D[illegible] ex illo, tot uasta per æ[illegible] uecti,
Dijs sedem exiguam pa[illegible] rogamus
Innocuum & [illegible] am'que patentē.
Non er[illegible] a feretur
[illegible] facti:
Nec Tro[illegible] A[illegible] p[illegible]sse pigebit
Fata [illegible] potentem,
Siue [illegible] seu [illegible] & armis
Mult[illegible] po[illegible] q[illegible]od ultrò
Præfer[illegible]mus manib[illegible] precantia
E[illegible] p[illegible] & [illegible] iungere gentes.
Sed n[illegible] u[illegible] terras
Im[illegible] Hinc Dar[illegible]
[illegible] ingentibus [illegible] Apollo
T[illegible] & [illegible] Numici.
Dat [illegible] fortunæ [illegible]
Munera, re[illegible] Troia [illegible]
Ho[illegible] [illegible]es au[illegible] ad aras
H[illegible]c [illegible] gestamen [illegible] iura uocatis
More dare[illegible] [illegible]is, [illegible] tiaras
[illegible]

paulò ante. Faunus [illegible] uer fuit uates Pilum, à quo cognominum uates Faunorum [illegible]pati. Fluctibus.] Respondit ordine ad regis uerba, [illegible] in Itali[illegible]. Sydus [illegible] uatio[illegible] ad [illegible] niuere [illegible] ex era [illegible] Ab lo[illegible] aut & com[illegible] amplitudine.

Rex ipse.] [illegible] ratione ex illuis [illegible] ostendit, ab utroque parente. Q[illegible] ut regnum sibi concili[illegible] ne exacti belli, quod aurit[illegible] modo deleuium appellant, atrocibus metaphoris. Refuso.] refluo. Britannum dicit, [illegible] insulas [illegible] Indecores.] [illegible] Abolesce[illegible] [illegible] d nos fas [illegible] necessaria [illegible] fatis, sed diuum monitu oraculi. [illegible] A[illegible] [illegible] patera aurea.

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloque immob[illegible] hæ[illegible]
Intentos u[illegible]luens oculos nec purpura r[illegible]
Picta mouet, nec sceptra mouēt Priameia tantū,
Quantū in connubio natæ thalamoque moratur,
Et ueteris Fauni uoluit sub pectore [illegible]tem.
Hunc [illegible] fatis externa ab sede profectum
Po[illegible]tendi generum, [illegible] uocari
Auspi[illegible] hinc [illegible]
E[illegible] tum [illegible] bera
[illegible] L[illegible] no[illegible] un[illegible]
Au[illegible] o
[illegible] an[illegible] Troiane [illegible] no
[illegible] b[illegible] T[illegible] a d[illegible]
[illegible] o[illegible] no[illegible]
[illegible] properat [illegible] uocari
Aduc[illegible] neue ex[illegible] amico
P[illegible] erit, dextram [illegible] n[illegible]
V[illegible] m[illegible] nun[illegible] ta r[illegible]
E[illegible] ostræ
Non patrio [illegible] rima coelo
Monstra [illegible]
[illegible] re[illegible] m
N[illegible] e, fata
Et reor [illegible] q[illegible] o.

Talibus Ilionei.] Proponit in rege Latino incorruptum [illegible] seculi exemplū, cuius animum nulla opulentia, nullis que muneribus mouentur. Picta.] acu picta, uel acu pictae. Phrygum [illegible] dicitur [illegible] acupi[illegible] Ph[illegible] ones etiam appellantur. Tandem.] [illegible] dicat [illegible] ratio [illegible] apud [illegible] D[illegible] no[illegible] responsi [illegible] precatione [illegible] dij bene uertant [illegible] ipse [illegible]

[illegible] annus [illegible] libidine [illegible] ceterum [illegible] qui ante Troiana [illegible] pore [illegible] appel[illegible] Tardiis illud nomen passea ad Graecos uenit circa tempora A[illegible] [illegible]ki, ut testatur [illegible]. Et [illegible] E[illegible] [illegible] mum omnium more [illegible] regem uocat, non autem tyrannum. A[illegible] Tyrannum [illegible] fies id [illegible] [illegible] hoc [illegible] plaus[illegible] uis non [illegible] amicitia, hac [illegible]

[illegible] insignibus libera [illegible] fuerit temporibus [illegible] pronuntia [illegible] tas magis [illegible] Transit ad [illegible] Acute regis [illegible] tyrannus [illegible] inter est, ut rex legibus [illegible] pro [illegible]

Tet

Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant ter centum nitidi in præsepibus altis,
Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci,
Instratos ostro alipedes, pictisq́ue tapetis:
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluū mandūt sub dentibus aurum.
Absenti Aeneæ currum, geminosq́ue iugales,
Semine ab æthereo spiranteis naribus ignem,
Illorum de gente, patri, quos Dædala Circe
Supposita de matre, nothos furata creauit.
Talibus Aeneadæ donis, dictisq́ue Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacemq́ue reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniunx, aurasq́ue inuecta tenebat,
Et lætum Aeneam, classemq́ue ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit ab usq́ue Pachyno.
Molliri iam tecta uidet, iam fidere terræ,
Deseruisse rates, stetit acri fixa dolore:
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:

Ter centum nitidi in præsepibus altis.] *Amplificatione numeri regias opes declarat. Et in donis seruat decorum. Regum est, equos & currus quibus uehantur, donare. Equis addit paris dignitatis ornamenta.*

Semine ab æthereo spirantes naribus ignem.] *à parentū nobilitate: ab eorū semine, qui Solis currū trahere dicūtur.*

Patri.] *Pico: à donatrice.* Dædala Circe.] *Lucretius: Dædala tellus, à donatrice. Δαιδάλλειν, uarium ipsu habitu. Δαίδαλον, uariū quoddā opus, à Dædalo fabro paratum, qui opere fabrili celebris extitit sua tempestate. Δαιδάλχειρ, qui uaria & prodigiosa manibus peragit. Et Dædali figmenta, quæ exactè artes tenent, nouoq́ artificio fabricata sunt. Circen Dædalam ob id uocat, quòd nouis artibus homines uerteret in feras. Vide prouerb. Dædali opera.* Ecce autem Inachijs sese, &c.] *Transitus ad consilium Iunonis, quo occasio sternitur ad turbandum cōfundendumq́ foedus inter Latinum & Troianos, ut belli materia quæratur.* Argis.] *de Peloponnesiaco, non de Amphilochico loquitur. Situm est Argos loco supra modum amœno ab oriente Asinæ urbi uicina, ab occasu Cronium montem respicit, à septentrione Cleonas, à meridie Mycenas. Inter hoc Argos & montem Cronium, Inachus amnis decurrit. Etsi non ignorem, Plinium Argos inter Erasinum & Inachū collocare. Haud procul ab Argis Epidaurus, Aesculapij fano nobilis sita est. Argos à Phoroneo conditum fuisse constat, ante Athenas, si uerus est Plinius author. Sunt qui ab Argo Agenoris filio nomen habere credant, ut Hyginus & Eustath. Hic Argus propter rerum omnium præteritarum, præsentium & futurarum scientiam, aliasq́ eximias animi dotes, πανόπτης fuit appellatus, oculatusq́ totus. Hoc Argos Stephanus etiam Phoroneam uocat, à Phoroneo eius conditore, filio Inachi. Quare noster Poëta epitheticè, Argos Inachium hic nuncupat. Homerus ἱππόβοτον sæpe appellat, quòd Neptuno pulcherrima equorum pascua indicârit: uel ab equorum præstantium copia, uel quòd Agenor hanc urbem cum magno equitum numero aliquando inuaserit. Fuit & Iasium dictum, ab Iasio. Δίψιον, ab aquarum inopia. Sed superioribus libris alicubi plura de Argis diximus.* Quassans.] *A' signo doloris.*

Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygûm, num Sigæis occumbere campis?
Num capti potuêre capi? num incensa cremauit
Troia uiros? medias acies, mediosq́ue per igneis
Inuenêre uiam: at credo, mea numina tandem
Fessa iacent odijs, aut exaturata quieui?
Quin etiam patria excussos infesta per undas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere Ponto.
Absumptæ in Teucros uires cœliq́ue, marisq́ue.
Quid Syrtes aut Scylla mihi? quid uasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tibridis alueo.
Securi pelagi atq́ue mei: Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm ualuit: concessit in iras
Ipse Deûm antiquā genitor Calydona Dianæ. (rētem
Quod scelus aut Lapithis tantū, aut Calydone merē-
Ast ego magna Iouis cōiūx nil linquere inausum
Quæ potui infœlix? quæ memet in omnia uerti,
Vincor ab Aenea quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitē haud equidē implorare, quod usquā
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. (est.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lauinia coniunx:
At trahere, atq́ue moras tantis licet addere rebus,
At licet amborum populos excindere regum.
Hac socer atq́ue gener coëant mercede suorum:
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere uirgo,
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugales.

al. aut
cent?
ips haud

al. gener, atq; socer

al. pregnas

Heu stirpem.] *Pathetica oratio Iunonis, quòd omnes conatus fuerint frustrà ad auertendum Troianos ab Italia. Minatur ad postremum Troianis bellum graue & magnum. Exordium directum est ab ecphonesi.*

Nū sig.] *Interrogationēs indignantē exprimunt.* Sigæis.] *Troianis: à Sigæo Troadis promontorio, de quo aliàs.* Medias acies.] *Hyperbole arguit uim Troianorum.* Credo.] *Ironia conueniens iratæ.* Per und.] *Queritur conatus suos inefficaces, ut stomachum magis acuat.*

Profugis.] *Contemptim profugos, non Troianos eos nominat.* Absumptæ.] *Hyperbole superiorē conatuum tum in mari, tum in aëre Aeoli freta procellis.* Quid Syr.] *Spargit querelas per pericula, in quæ nauigantes compulerat, sed frustrà.*

Mars.] *Pathos exaggeratum ab exemplis minoribus. Pirithous Lapitharum rex uxorem ducturus, cùm Centauros deosq́ omnes extra unū Martem ad nuptias uocasset, iratus ob eam acceptā contumeliam Mars, furorem Centauris immisit, ut cum Lapithis rē committerentur.*

Calydona.] *Oeneus rex Calydonius cùm de primitijs suis, omnibus numinibus sacrificasset, præter quàm Dianæ, Dea irata in Calydonios agros terribilem*

ribilem aprũ immisit, quæ omnia circùm circà uastarit, donec à Meleagro interficeretur. Mars & Diana, Iunone minores fuère: comparat inter se tum personas, tum causas. Iam uerò & illud plus est, Vincor ab Aenea: quàm si dixisset, Nõ possum perdere Aeneam. Flectere.] Confirmat se ad extremum conatũ, ad accersenda auxilia ex inferis: id quod impotenter irascentis est. Esto.] Concessio, quam soluit à facultate commiscendi omnia, extrahendiq; nuptias. Et anaphora constantiam exprimit.

Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tædæ.

Hac socer.] Conuenienter excandescenti maledicit, ac similia inter se confert omnia, belli Troiani, ac Latini. Venus Hecubæ, Aeneas Paridi, Lauinia Helenæ ita comparantur, ut conuenientius nihil dici queat. A

Cisseis prægnans igneis, &c.] Hecuba: quæ cùm Paridem in utero gestaret, per quietem uisa sibi fuit facem parere, qua Troia arderet. Recidiua.] post ruinam restituta. Tædæ.] nuptiæ exitiabiles. Amplificatio ab historia.

Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit,
Luctificam Alecto dirarum à sede sororum
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartareæ monstrum: tot sese uertit in ora,
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit uerbis, ac talia fatur:

Alecto.] unam furiarum, quas Noctis filias fingunt & Acherontis. De his plenius diximus in sexto Aeneidos opere. Hæ mutarunt nomen suum in Oreste, ut Eumenides, quasi placabiles & mites dicerentur.

Sororũ.] Megara & Tisiphone ab inferis. Prosopographia cõstat amplificatione horrendæ formæ, & operum Alectus.

Hunc mihi da proprium uirgo sata Nocte laborem,
Hanc operam, ne noster honos, infractaue cedat
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ possint, Italosq; obsidere fines.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atq; odijs uersare domos: tu uerbera tectis,
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
Disijce compositam pacem, sere crimina belli:
Arma uelit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta uenenis
Principiò Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amatæ:
Quã super aduẽtu Teucrûm, Turniq; Hymenæis
Fœmineæ ardentem curæq;, iræq; coquebant.

Hunc mihi da.] Precatoria oratio est, qua potissimùm quatuor à furia postulat: ne Troiani affinitate Latino iungantur: ne in Italia hæreant: ut pacem fœdusq; disturbet: bellum serat. Captat beneuolentiam à generis dignitate, cùm eam uirginem Nocte satam uocat.

Ne noster.] Propositio. Tu potes unanim.] A facili, ducto à maiori ad minus. Fratres.] ut Eteoclem & Polinycen, Romulum & Remum, Amulium & Numitorem.

Versare.] euertere familias. Mille.] Additione numeri millenarij, eius potentiam amplificat, ut facilitatem possibilitatemq; inferat. Fœcundum.] plenum fraudis ac malarum artium. Arma.] Iuuentus optat interdum arma, sed non audent à principibus petere. Vt iam maximè poscant, tamen non ita statim conceduntur. Itaq; rapiat, inquit, ut tanta bellandi cupido iuuentuti immittatur: ut contempto rege, sua sponte ad arma prosiliant. Expone, hortaturq; ad maturandum consilium, ut negligat etiam epilogũ. Gorgoneis Alecto infecta uenenis.] diris. Hæ habitasse dicuntur Dorcades insulas, in Oceano Aethiopico, cõtra hortos Hesperidum, uno tantùm oculo, quo uicissim uterentur, quoties lubitum esset: cæterùm forma lucudenta, ac crinibus aureis. Ab agilitate nomen inuenére. δορκὰς. Diuites agrorum, similes adeò inter se ut dinosci non possent: iniuriæ gratiaq; cõmunes. Ouidius: B

"Finibus extremis
"Libyes, ubi feruida tellus
"Accipit oceanum demisso Sole calentem,
"Squalebant latè Phorcynidos arua Medusæ,

Idem duas tantùm fuisse sorores author est:

"Cuius in introitu geminas habitasse sorores,
"Phorcydas, unius sortitas luminis usum. C

Cùm Medusa sola circa littus proximum uagaretur, eam fugientem Neptunus amplecti uoluit. Quam in templum Mineruæ usque sequutus, ubi uiolasset, dea irata, eius aureos crines in totidem angues uertit: effecitq;, ut qui eam intuerentur, uerterentur in lapides. Plura annotauimus in sexto. Limẽ Amatæ.] reginæ. Prona enim fœmina est ad rixas & bella serenda, & miscenda omnia.

Huic dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conijcit, inq; sinum præcordia ad intima subdit,
Quo furibũda domũ monstro permisceat omnẽ.
Ille inter uestes & leuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo, fallitq; furentem
Vipeream inspirans animam: fit tortile collo
Aurum ingens coluber, † fit longæ tænia uittæ:
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo sublapsa ueneno
Pertentat sensus, atq; ossibus † implicat ignem,
Necdum animus toto percepit pectore flammã

Huic dea cæruleis unũ de crinibus anguem.] Amata locus ab opportuno. Horruerat antea à nuptijs Troianorum, quare furia eam sibi habebat opportunam ad disturbandas nuptias.

Præcordia ad intima subdit.] Rectè præcordia: sunt enim loca cordi uicina, in quibus affectus humani, & perturbationes sitæ sunt. Tortile aurum.] Periphrasis torquis. Vdo ueneno.] Sunt enim serpentum coria uda, ut qui etiam lapsantes per terram, uias humo-

† al. & lõgæ

† al. applicat

†al. Mollibus, A humore figuent, uelut limacis. Multa.] E nallage partis, nomen pro aduerbio.

† Mollibus, & solito matrum de more loquuta est,
Multa super nata lacrymãs, Phrygijsq; hymenæis.

Exulibus'ne datur ducenda Lauinia Teucris,
O' genitor? nec te miseret natæq;, tuiq;?
Nec matris miseret? quæ primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta uirgine prædo?
† An' nõ sic Phrygi' penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamq; Helenam Troianas uexit ad † urbes?
Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum?
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idq; sedet, Faunique premunt te iussa parentis,
Omnem equidẽ sceptris terrã, quæ libera, nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos.
Et Turno si prima domus repetatur origo,
Inachus, Acrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ.

†al. At non †al. arces?

Exulibus.] Dissuasoria oratio, ne Troiano detur Lauinia. Exordium ductum est à propositione, quæ constat interrogatione, quasi ipsa ignoret. Exulib.] Contemptim atque atrociter, eos exules uocat. Ducẽda.] Quasi non dicatur, ducere uxorem: ut pro abducenda dixerit. Natæq;.] Lauinia. Pathos à relatione personarum, parentum ac filiæ. Perfidus.] secundo uento oblata nauigandi occasione. Tota occupata est in insectando uirulentis uerbis ducem Troianum, quem modò perfidum, modò prędonem uocat, quòd diu in mari iactatus fuerit. An' non sic.] A' simili exemplo Troianæ gentis: quasi uerò, quia Paris Helenam alienam coniugem abduxit, Aeneas istud ipsum sit facturus. Exempla sunt dissimilia. Paris rapuit ui, & quidem alterius uxorem, propter acceptam iniuriam. Aeneæ ultrò Latinus filiam suam innuptam obtulit. neq; uerò in Latium eo consilio uenit, sed ut illic sedem figeret.

B

Quid tua sancta] Perstringit inconstantiam Latini, & perfidiæ notã obliquè obijcit, quòd fidem Turno non seruet: cum amplificatione, consanguineo. Venilia enim Amatæ sorore Turnus prognatus fuerat.

Si gener ex.] κατάληψις: qua occupat, quòd Latinus semper de oraculis prætenderat, ut filia genero externo nuptum daretur. Confirmat ipsa etiam oraculum, & interpretatiue suo commodo pro se. Ostendit Turnum externum esse genere, è Græcia oriundum: rursum Aeneam ex Italia. Inachus] Hic omnium primus in Argo Pelasgico regnauit, quæ antiquiss. sedes regum fuit. Inacho prognatus fuit Phoroneus: claruitq; temporibus Isaachi. Inachi filia Io, à Phœnicibus in Aegyptum auecta fuit. Hanc tradit Suidas capuisse Iouem, qui & Picus.

Acrisius'q;.] Argiuorum & hic rex fuit. Huius filia in arca inclusa (quia à Ioue uitiata fuerat) cùm in mare præcipitata esset, fluctibus in Italiam delata fertur. Hæc à piscatoribus attracta, ad regem Pilumnum adducta fuit, qui eam uxorem duxit. Condidit hic Ardeam, à quo Turnum originem traxisse contendit. Externam.] Interpretatur oraculum, Turnum externum eum esse, qui poscatur gener. Mycenæ.] Argiæ, ubi Inachus, ubi Acrisius regnarant. Abrumpitur oratio, citra perorationem.

His ubi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare uidet, penitusq; in uiscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
Tum uerò infœlix ingentibus excita monstris
Immensam sine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam †toto uolitans sub uerbere turbo,
Quem pueri magno in gyro uacua atria circùm
Intenti ludo exercent, ille actus habena
Curuatis fertur spacijs: stupet inscia turba,
*Impubesq; manus, mirata uolubile buxum:
Dant animos plagæ. non cursu †segnior illo
Per medias urbeis agitur, populosq; feroces.
Quinetiam in syluas simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas: maioremq; orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit:
Quo thalamum eripiat Teucris, tædasq; moretur.
Euhoe Bacche, fremens, solum te uirgine dignum
Vociferans: etenim molleis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama uolat, Furijsq; accensas pectora matres,
Idem omneis simul ardor agit, noua quærere tecta.
Deseruêre domos, uentis dant colla, comasq;.
Ast aliæ tremulis ululatibus æthera complent,
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas:
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ, Turniq; canit Hymenæos
Sanguineam torquens aciem, toruumq; repentè
Clamat: Io, matres audite † ubiquaq; Latinæ,
Si qua pijs animis manet infœlicis Amatæ

†al. uerto
C
*al. impubesq; man.
†al. ιαξιωον
†al. vbicunque

Lymphata.] Furijs ceu agitata.

Ceu.] A' simili, ut insanientis speciem oculis subijciat, trocho à pueris flagellis circũacto eam comparat, quo more solent Bacchades in Liberi patris Orgijs lymphatæ per urbes monteisq; discursare. Est autem turbo, præter uenti significationem, globus forma coni, & trochus, qui à pueris in plano solo scutica circumagitur. Simulato.] more Bacchantium fœminarum, ut sùm numinis impetu ageretur, aut certè agi uideretur, reliquæ ad exemplum concitarentur, Dei quodammodo religione icta.

Euhoe Bacche.] affingit simulanti se Bacchi spiritu agitari: bacchantium etiã carmen, ut acrius reliquas extimulet ad eundem furorem. Porrò Euhoe, εὖ οἱ Bacchantium fœminarum acclamatio fuit in huius dæmonis orgijs: unde ipse Bacchus, Euheius fuit appellatus: siue quòd Phryges eundem Euan uocant, & Euchium, ἀπὸ τῆς εὐχῆς, quòd ei uota & preces exhiberentur: & Euhyius, quasi bellus ac lautus filius. nam cùm Dij aduersus Gigantes bellũ gererent, Bacchus in ironi uersus, primus Gigantem interfecit: quare Iupiter blandè cum affatus, εὖ υἱέ dixisse feratur: hoc est, bene fili. Quæ uox postea à bacchantibus in Orgijs modicè corrupta, in acclamationẽ plau-

 sibilem

Gratia, si iuris materni cura remordet,
Soluite crinaleis uittas, capite Orgia mecum.

sibilem mutata est, id est, Eubæ. Ab hac uoce Eua Messeniorũ mons etiam appellatus est. Nefas.] *Bacchanalia nefas uocat, propter Rom. leges postea contra bacchanalia latas.* Tibi sumere.] *Auersio: modus pro modo, sumebat.* Thyrsos.] *hastas Bachicas, ac tum barytonum sa ciũt θύρσος. Porrò acuitonum θυρσός, nuptiales corollas signat. Thyrsi mucroni pampinus erat inuolutus. hac hasta in eius sacris utebantur tantum. Id genus hastæ quidam etiam Thyslla uocant: quanquam Thyslla etiam sacrificia Thelestira sunt: id est, quæ ad initiationem pertineant.* Choros.] *ritu bacchantium.* Pãpineas.] *thyrsos pãpinis coronatos.* A

Pellibus.] *Rectè Seruius, Nebridum: quia Bacchus id genus gestabat, ab Indica expeditione rediens. Vnde nebrida ferre dicũtur, qui natura sunt timidiores, ac uini amantes.* Feruida.] *uehemens ac cõcitata, face ardentem gestabat. Est aũt pinus, propter succum ac liquorem, eadem ut tæda, & alia laricum species, lumini sacrorũ grata.* Sanguineam.] *A' signis furoris.* Crinales.] *capitum diademata. Solutis crinibus hæc sacra celebrari solebant: & clamoribus & ululatibus ita fœminis mixti mares per urbes uagabantur. Verba sunt Amatæ, mulierculatũ turbam hortantis ad consimilem amentiam.*

Talem inter syluas, inter deserta ferarum
Reginam Alecto stimulis agit undiq; Bacchi.
Postquam uisa satis primos acuisse furores,
Consiliumq;, omnemq; domum uertisse Latini:
Protinus hinc †fuscis tristis Dea tollitur alis,
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
* Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto, locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnũ †tenet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. tectus hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem:
Alecto toruam faciem, & furialia membra
* Exuit, in uultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum uitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templiq; sacerdos,
Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiêre labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes,
Abnegat, externusq; in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.
Hæc adeò tibi me, placida cùm nocte iaceres
Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare agè, & armari pubem, portisq; moueri,
Lætus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedêre duces, pictasq; exure carinas.
Cœlestũm uis magna iubet: rex ipse Latinus
Ni dare coniugium, & dicto parêre fatetur,
Sentiat. & tandem Turnum experiatur in armis.

*al. fuscis
*al. Acrisionæis
†al. manet
*al. Exit &

Protinus.] *Trãsitio ad secundam belli occasionem: hoc est, ad Turnum, quem &. ipsum furore implet, & ad arma concitat.* Ardea.] *Hãc à conditrice describit. Hanc Danaë in Italicum littus eiecta, ut suprà diximus, ac Pilumno in uxorem adiuncta condidit.* Magnum] *Allusum ad epithetõ Ardeum, quasi ingens ac celebre.* Acrisio.] *Seruius refert ad Danae: ego malim ad Colonis. nam licet non uenerit cum colonis, ipsa tamen è Græcia profecta, aduena Ardeam condidit. Sed & analogia repugnat esse patronymicum. Ab Acrisius, aptè denominatur Acrisioneus. patronymicum, Acrisis, idos: uel Acrisione. Fuit autem Ardea, colonia Mycenarum, à Roma distãs 160. stadia.* Arat] *Pulchra prosopographia, à forma & habitu.* Calybe.] *Hanc fingit sacerdotem Iunonis. καλύβη, tugurium. Chalybes Scythiæ populi sunt, inuentores ferri, uel apud quos multum ferri inuenitur.* Turne] *Exhortatoria oratio, ad suscipienda arma contra Aeneam & Latinum, exordium à castigatione tolerantia, quam exasperat ab indigno. Erant Tyrrheni tum terra mariq; potentes, & Latinis infesti.* Colonis.] *Contemptim, ad augendam indignationem.* Rex.] *Narratio.* Sãguine.] *tuo: amplificatio iniuriæ.* B

I nũc.] *Ironia: exprobrat ei sua merita in Latinum, ut irritet magis, exacerbetq; odium in regem, ob ingratitudinem & inconstantiam.* Hæc adeò.] *Quo igitur uerba pondus habeant, confirmat ea autoritate Iunonis.* Quare age.] *Epilogus constat exhortatione ad arma, & exurendam classem Troianorum.* Flumine pulchro] *Tiberi, quẽ modò amœnũ uocauit. Ennianũ hoc esse uidetur, ut flumine sancto.* Cœlestũm.] *Syncope ab honesto, simul ut forminum esse existimet.* Pictas.] *A' facili, quasi ad luxũ magis exornatas, quàm ad bellum instructas.* Turnum.] *non uulgaris uirtutis uirum. Et, in armis, pro bello, Tertia, pro secunda persona.* C

Hic iuuenis uatem irridens, sic orsa uicissim
Ore refert: Classes inuectas Tibridis †undam,
Non (ut rere) meas effugit nuncius aures.
Nec tantos mihi finge metus, nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te uicta situ, uerique effœta senectus,
O' mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa uatem formidine ludit.
Cura tibi, diuũm effigies & templa tueri:
Bella uiri, pacemq; †gerant, queis bella gerenda.

†al. alueo,
†al. gerent,

Classes.] *Primùm respondet ad id, quod ad classes, quæ in Tiberi stabant. cætera sunt irrisionis plena: quorum summa est, non uideri uerisimile, à Latino quicquam de connubij pactis mutari: quare anum senio delirare.* Cura.] *clausula constat ironica exhortatione ad officium.* Bella uiri.] *Homerus πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Allusum ad paræmiã, Bellum Cononi curæ fuerit.* Diriguêre.] *Periphrasis*

Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguêre oculi, tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaq́; se facies aperit: tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angueis,
Verberaq́; insonuit, †rabidoq́; hæc addidit ore:
En ego uicta situ, quam ueri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.
Respice, ad hæc adsum dirarum à sede sororum:
Bella manu lethumq́; gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tædas.

*al. rapidoque

A sis irascentis, à signis iræ. En ego uicta.] Retorquet contumelias in Turnū, solicitudinemq́; mijcit, & quidem pari ironia. Situ.] mucore, quæ per delirium uera dicere nequeam.

Respice.] ut horrēdis simulachris Turnum moueat. Sub pectore.] ubi fellis locus, unde iracundia: ira uitiat sanguinem. Huius affectus uehementiam grauissimis uersibus exprimit.

Olli somnum ingens rupit, pauor, ossaq́;, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit, arma thoro tectisq́; requirit.
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli,
Ira super. magno ueluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni:
Exultantq́; æstu latices, furit intus †aquai
Feruidus, atq; altè spumis exuberat amnis.
Nec iam se capit unda, uolat uapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem,
Se satis ambobus Teucrisq́; uenire Latinisq́;.

*al. aquæ uis
*al. Fumidus.

Olli.] Antithesis, siue antistœchū: subijcit statum furiæ effectus, ex ira, quam Turno in pectus coniecerat. Arma.] Relatio eiusdem dictionis. impetum insanientis refert. Fremit arma.] figuratè: pro eo B quod est cum fremitu ac clamore ad arma cōclamari iubet: arma sibi dari postulat. Ira super.] hoc est, insuper ira sæuit. Magno.] Vt luculenter animi sæuientis iræ imaginem oculis subijciat, addit comparationem ductam à natura flammæ, fomento lignorum subiectorum ahenis crepitantis: tum autem & aquæ ui ignis ita sæuientis, ut intra ollæ alueos iam se non contineat. Comparatio ducta est ex Hom. Iliad. 21.

» ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ
» κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο
» πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.

Recensetur hic locus inter eos, in quibus noster Poëta uidetur superasse Homerum, apud Macrobium libro quinto, capite undecimo. Aquai.] Imitatione Lucretij usus est ueteri gignendi casu. Estq; hæc uera lectio, cùm in quibusdam exemplaribus legatur, Aquæ uis. Ad auras.] Amplificatio sæuientis aquæ in aheno. Primis.] proceribus ex iuuentute. Indicere, non ad bellum tantùm, sed ad diuersa alia transfertur: Indicere spectaculum finitimis iubetur & indicere iter, festum, ieiunium, & similia. Cæterùm addit suis animum, se solum contra Latinum suffecturum, ad arma suscipienda: tum autem, & aduersus Troianos. Locus à facultate. Iam uerò, non obtendit belli causam, coniugium: sed amorem patriæ, quam dicit se uelle tueri. Locus ab honesta. Hostem.] Respexit Poëta ad ueterem uocis significationem, qua utramque exprimit, & peregrinum, & infestum aduenam. Se satis.] se suffecturum. uersus hypermeter: Polysyndeton. Venire.] pro uenturum esse.

Hæc ubi dicta dedit, diuosq́; in uota uocauit,
Certatim †Rutuli sese exhortantur †ad arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuētæ:
Hunc atauí reges, hunc claris dextera factis.
Dū Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis.
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs cursuq́; feras agitabat Iülus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia uirgo
Obijcit, & noto nares contingit odore:
Vt ceruum ardentes agerent, quæ prima †malorū
Causa fuit, belloq́; animos accendit agresteis.

*al. sese Rutuli
*al. in
*al. laborū

Certatim.] Verisimile obseruat in ficto negotio. Hunc.] C Prolepsis, redditq́ue tres potissimùm causas impulsiuas ad arma: formam Turni, iuuentæ: florentem ætatem, & nobilitatem antiquam. Dū Turnus.] Postremò Alectò ad Troianos transit, ut ab illis primùm belli materia Turno & Rutulis præberi uideatur. Cocytia uirgo.] Periphrasis Alectus, à Cocyto profectæ. Ardentes.] Rabie concitati.

Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingēs,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant, *Tyrrheusq́; pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatq́; feram, puroq́; in fonte lauabat.

*al. Tyrrhusq́;

Ceruus erat.] Belli primam causam, regij pecoris magistri ceruum facit: quem describit à forma, cura, & educatione, in delicijs habitum à sorore eius Syluia. Reprehenditur hic locus à Macrobio, ut nimis leuis ac puerilis causa tanti belli, quod fuit insequutum. Sed audiamus uicissim Pontanum, aduersus eam reprehensionem disserētem. Quæso, inquit, Macrobi poëtarum iudex tam fabrir, quæso inquam, quæ inter Latinos Troianosq́; belli

causa accommodatior excogitari poterat? Nam nec Latini per id tempus mercaturam nauibus exercebant, nec Aeneas piraticam, ut per causam prædocinij bellum excitari potuisset. Nulla antecedebant inimicitiæ. Et Aeneas eo consilio in Latinum littus descensionem fecerat, ut in terra fata debita sedes profugis statueret. Itaque non belli, sed amicitiæ potius causas quærebat, ut qui conciliare sibi finitimorum animos studeret, missis etiam oratoribus cum muneribus. Vidit acutissimus author fortuitam causam, quam lippus cæcutiensq; Grammaticus quomodo uideret? Moris est classiariorum militum (ne piratarum tantum putes) sæpiùs in continentem descendere, carnis (ut dicunt) faciendæ gratia: nec solùm ex hostico, sed ubi maior cogit inopia, etiam ex pacato pecora abigere. Quamob causam, ut quotidie uidemus, indignè multa committuntur. Hanc occasionem, & quidem fortuitam (cùm Aeneas nihil minus quàm bellum quæreret) nactus Vergilius, non armentalem aut aratorium bouem, sed regij uillici ceruum, atq; in delicijs habitum, & agrestibus notum, uulnerat, quo faciliùs multitudo cognati circuris gratia, ad tumultum concurreret, Troianosq; non tantùm ut abactores, sed qui regias res uiolare ausi essent, armis ulciscerentur, atque è finibus pellerent, quos agre tunc ferrent considere: perindéq; ut exteram atque ignotam gentem, odio persequerentur. Quæ opportunior excogitari occasio potuit? muliere præsertim agrestes excitante? quæ non passa uideri posset? cùm etiam Iunonem belli causas quærentem introduxisset. Atq; hæc quidem tanquam scintilla furtim elapsa, quæ paulatim serpens, mox uento exorto illapsa stipulis, agros, syluas, obuia simul cuncta deflagrat. Quid aliud tanquam duos è diuerso Mundi cardine spiritus, qui accensum ignem excitent, exuscitat? alteram è cœlo delapsam deam, Iunonem scilicet, alteram furiarum maximam, Erebo excitam, cogentem buccina populos, & duces uocantem in bella? proq; stipula subijcitur Amata, mulier, mater, regina: importuna quidem mulier, mater indulgentissima, regina, fœminarum choros sollicitans. Ad hæc, Latinus senio confectus, ac uix sui iuris. Tela nouant Atinæ: uomeres in enses recoquuntur: scribuntur exercitus, leguntur duces: primusq; Mezentius bellum sic init, ut ne mulieres quidem arma detrectent. Videtis è paruo fortuitaq; fauilla, quantum incendium accenderit! Vt subrigantur legentium animi, quoties crines illi anguinei subriguntur? quid hoc artificiosius? quid magis sepositum, atque à uulgo abductum? A Cognouit admirabilis. excogitatissimamq; inuentionem Iuuenalis, cùm dixit:

——caderent omnes à crinibus hydræ,
Surda nihil gemeret graue buccina.——

quam (si dijs placet) cognoscet Macrobius, sordidæ locutionis, ne dicam orationis Grammaticus. Quid tu peregrine homo, de maximi Poetæ admirabili artificio, nobilissimaq; inuentione iudicem statuis? Maluissem, inquis, Maronem, & in hac parte apud authorem suum, uel apud quemlibet Græcorum alium quem sequeretur, habuisset. Scilicet nos uis fingere Vergilium, non uis optimum artificem arte sua uti artificiosè? At ego maluissem te, cùm Latinè loquitur, Ciceronem, aut quem alium è doctissimis in loquendo sequi. An tu apud Ciceronem, Sallustium, Cæsarem inuenisti, indigeriem conquerere? in memoriam, atq; in ingenium ire? in incrementum succrescere? tale præsens hoc opus uolo: natiuæ Romani oris elegantia: noscendorum congeriem polliceri: & mille his etiam absurdiora, magisq; barbara? quibus tu ineptissimè (cùm sis ipse ineptissimus) uteris? Et statim: Sed ad imitationem, quam in Marone desideras, redeamus. Ciceronem B si legisses, non solùm Latinè loqui, sed rectè quoq; de scriptis ipsis, & ingenijs sententiam ferre didicisses. Ait & orator & philosophus eminentissimus, nostros aut melius inuenisse, aut inuenta à Græcis fecisse meliora. Quod si Poetæ cuiusquam fuit, ab illis meliora facere, hæc mihi laus Vergilij propria uidetur. Sed neque melius inuenerint nostri, neque fecerint aliorum inuenta meliora, non tamen cæcutientis Grammatici sententiæ standum est. Quónam autore usus est Homerus in fingendis tot monstris? quem imitatus est Orpheus, in commentis adeò fabulosus? quem secutus est, qui finxit Castorem & Pollucem ortos ouo? qui primus commentus est Plutonem in inferno regnare? hydram septicipitem? effetas è serpentum dentibus armis instructos homines? Denique à quo accepit Homerus authore, arma Achilli à Vulcano fabricata? uulneratam à Diomede Venerem? perlatũ utribus Vlyssem? & mille talia? Atqui poëtarum hæc non modò licentia, sed pene ars est. Quin etiam ab alijs enarratas fabulas in aliam atq; aliam formam conuertere permittitur: nedum fingere nouas liceat. Hæc Pòtanus. Regia.] Periphrasis magistri C regij pecoris. Reges quondam ex agris uictitabant. Et nutribant, pro nutriebant, ueterum consuetudine.

Ille manum patiens, mensæq; assuetus herili
Errabat syluis, rursusq; ad limina nota,
Ipse domum sera quamuis †sub nocte ferebat. †al. se
Hunc procul errantem rapidæ uenantis Iüli
Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo
Deflueret, ripaq; æstus uiridante †lauaret. †al. leuaret
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu.
Nec dextræ erranti Deus abfuit, actaq; multo
Perq; uterum sonitu, perq; illa uenit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemens stabulis, questuq; cruentus
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium uocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt: hic torre armatus obusto,

Hunc procul errantem.] A natura ceruorum, qui gregatim errantes pascunt.

Deus.] pro dea, furia: nisi exponamus, deum sic uoluisse, ut ferã traijceret. Quid si deus aliquis ita fieri uoluerit?

Gemẽs.] Pathos.

Pestis.] furia.

Hic.] πρόχυσις. seruatq; decorũ in armãdo rusticos, ut quæq; tela se illis obuia dabat.

Conclamat.] Militari uerba, in re propinqua utitur. conclamare ad arma, ad uasa. Et conclamare, in funeribus mortuorum.

Quadrifidam.] in partes quatuor fissilem potissimùm.

Spirans.] A natura desudantis laborãdo. Et immanè hic, supra modum. Est alias qui admirantis uox.

Stipitis

[illegible] nodis, quod [illegible] est.
[illegible] uoce [illegible] Tyrrheus,
[illegible] cuncti [illegible]
[illegible] spirans [illegible]

[illegible] nocendi,
[illegible] summo
[illegible] omne
[illegible]
[illegible] ad u[illegible]

Triuiæ [illegible]

[illegible]

[illegible] d

[illegible] um
[illegible] Teucrôa
[illegible] tas,
[illegible] amore,

[illegible] Super fortuna labor est.] [illegible]

[illegible]

... Trabea. De trabea ... authore Varrone ...

... in laudem Augusti ... religione & usu ...

[illegible]

P. VIRGILII

Tum

gnam [illegible]

cum, qui arma T[illegible]

q[illegible] dem exemplo

ties [illegible] locum

farum auxilio feliciter ex

Mons ad Thebas, Musi[illegible]

[illegible]

docilitatem contulit. Et [illegible]

[illegible] ad [illegible] atalogum

que [illegible] prius

meritò [illegible] Catalogum

Vergilium in nonnullis paululum

ea deuiasse. Primùm, inquit, q[illegible]

Athenis ac Lacedæmonijs, ut[illegible]

ctor erat exercitus, Bœotiam [illegible]

cauit, non ob loci aliquam [illegible]

promon[illegible]ium ad exordium [illegible]

Unde progrediens modò mediterranea

[illegible] describit [illegible] rsus ad utrum[illegible]

A Corripit, & uenienti Ebuso, plagamq́ ferenti,
Occupat os. —

Sic & Numam, quem Nisus occidit, postea Aeneas persequitur, fortemq́ Numam. Camertem in decimo Aeneas sternit: at in duodecimo, Iuturna formam assimulata Camerti. Cloreā in undecimo occidit Camilla, in duodecimo Turnus. Palmarus Iasides, & Iapix Iasides, quaero an fratres sint? Hyrtacides est, Hippocoon, & rursus Hyrtacides, Corinaeum sternit Asilas. Sed potuerunt duo unum nomen habuisse. Vbi est illa in his casibus Homeri cautio? apud quem cùm duo Aiaces sint, modò dicit, κουρῶν δ' ἡγεμόνευεν ὀϊλῆος ταχὺς αἴας: modò, μείων, οὔ τι τόσος γε, ὅσος τελαμώνιος αἴας. Item alibi:

αἴας δ' αὖ ἑτέρωθεν ὀϊλῆος ταχὺς ᾖεν
ἴσαν τ' ἂν αἴαντος τελαμωνιάδ' ἄλκιμον.

Nec desinit, quos iungit nomine, insignibus separare, ne cogatur lector suspicionem de uarietate appellationis agitare. Deinde in catalogo suo curauit Vergilius uitare fastidium, quod Homerus alia ratione non cauit, eadem figura saepe repetita. Hic autē uariat, uelut dedecus aut crimen uitans repetitionem. Et paulò pòst, ubi aliquot exem-
B pla uariatae orationis per copiam adduxit: Has copias, inquit, fortasse putat aliquis diuinae illi simplicitati praeferendas. Sed nescio quomodo Homerū repetitio illa unicè decet, & genio antiqui poëtae digna, enumerationiq́ conueniens: quod in loco mera nomina relaturus non incurrauit se, neq; minutè torsit, deducendo stylum per singulorum uarietates: sed stat in consuetudine percensentiū, tanquàm per aciem dispositos enumerans. Quod non alijs quàm numerorum fit uocabulis. Et tamen egregiè, ubi oportet, de nominibus ducum uariat. Hactenus ille, de utriusq; catalogi diuersitate. Nunc ex eodem uideamus, similitudinem in Catalogis. Vterq;, inquit, in catalogo suo post difficilium rerum uel uarium narrationem, infert fabulam uersibus amoenioribus, ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumeranda regionum & urbium nomina, facit locum fabulis, ut excludat horrorem satietatis. Ac post interpositum exemplum: Vergilius, inquit, in hoc sequutus authorem in priore catalogo, modò de Auentino, modò de Hippolyto fabulatur. In secundo, Cygnus ei fabula est. Et sic amoenitas intertexta, fastidio narrationum medetur. Haec Macrobius. Caeterùm quod ad Homeri catalogum attinet, eleganti usus est ingressione, unde institutam nationum ac urbium Graeciae enumerationem persequi posset. Etenim à latere orientis Solis in aquilonē, Boeotia sita est. Itaq; à portu illustri incipiens, descriptionem locorum, quae tum temporis in Graecia celeberrima erant, geographicè circumduxit: ut disertè ac uerè annotauit uir doctiss. Ioach. Camerarius. Porrò autem, quod idem Poëta nonnunquam ab incoepta narratione labitur, neq; telam narrationis continuat (ut cùm ab Aetolia in Cretam transit) haudubiè significare uoluit, ita agmina diuersorum populorum instructa ordine fuisse, aut certè propter eorundem cognationem

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, agminaque armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus equûm domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agyllina nequicquam ex urbe †sequutos
Mille uiros, dignus patris qui laetior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum.
Victoresque ostētat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoque insigne paternum
Centū angueis, cinctāq; gerit serpentibus hydram.
Collis Auentini sylua, quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras,
*Mixta Deo mulier: postquam Laurentia uictor,
Geryone extincto Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, saeuosque gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, ueruque Sabello:
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti: sic regia tecta subibat
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

†d. secutos

*...eras, ...ulta

Antequam ad annotandum accingamur, duxi operaepretium esse, praemittere defensionem Poëtae contra censuram Macrobianam, è Pontano, ut eruditis, utriusq; iudicio ceu in trutina perpensitato, liberum sit arbitrari. Sed similibus in rebus, inquit, siue agendis, siue scri-
C bendis, non idem semper agenti aut scribenti consilium est, nec ad eundem finem eadem inre contenditur. Homerus ordinem in scribendis auxilijs & locis seruare uoluit, quòd uniuersa Graecia contra Troianos coniurasset. At Vergilio non fuit consilium describendi Italiam. Nam non omnes Italiae populi, aut contra Aeneam, aut pro Aenea stetère, cùm multi Hetruscorum in neutram partem inclinarentur. Adhaec, magna ex parte uetusta oppida, quae è memoria exciderant, restituere uoluit: id quod historici quoque obseruare solent. Nam quo consilio aut Italiam, aut Hetruriam uniuersam descripsisset, cùm non sciret, qui pro Aenea, aut contrà, arma susceperint? Iure itaque contentus fuit, illos duces & populos nominasse, qui in expeditionem profecti fuissent. In quibus recensendis haud necesse fuit situm & ordinem seruare, cùm uniuersae regionis populi non enumerentur: & Mantuam solam è trans Apenninum populis nominet, patriae ceu celebrandae causa. Praeterea imaginem quandam sequutus fuit Poëta pugnarum atque oppugnationum, quae in Gallicis rebus à Caesare describuntur. Fecisse etiam Ascanium nudato capite pugnantem, quod de Caesare legitur. Deinde sitria in quibusdam deflexit ab Homero, quòd disciplinam Romanae militiae sequi maluit: eamqúe ob rem singulos duces pugnantes non induxit, quos nisi tùm necessitas uocarit, obiectare se periculis non deceat. Quodqúe quosdam pugnantes faciat, qui in catalogo non sunt, à consuetudine historica non recedit. nam historici Latini Romanarum rerum, nominatis consulis, praetoribus, dictature, & equitum magistro, alios in suscipiendis expeditionibus uix nominant. At cùm pugnas describunt, & qui in pugna desiderati sunt recensent, tunc milites, centuriones, praefectiq; nominatim dicuntur, quorum in apparando exercitu nulla mentio

mentio fuit facta. Hactenus Pontanus. Nunc ad rem.

Mezentius.] *Seruius annotat, non meū, contemptorem diuorum, contra pium arma induere ausum. Fuit hic Tyrrhenorum rex, summus deorum contemptor: à subditis, ob immanem crudelitatem, cum tota familia regno pulsus. Inde unà cum Lauso filio ad Turnum Rutulorum regem fugit. Cùm hoc postea contra Aeneam ad bellum profectus fuit, sed infœliciter: nam ab Aenea, unà cum filio, prælio interfectus cecidit: sine deorum respectu in homines, sine discrimine impius, ut Asper. Varro tradit, Mezentium Rutulis aduersus Troianos auxilium tulisse, unis mercede, quod per id tempus in agro Latino natum fuisset. Sed in octauo, de Mezentio: si illud prius adiecerimus hic, uel ob id eum impium appellatum, quòd Rutulis, (ut Cato dicit) uel potius Hetruscis imperasset, sibi primitias offerre, quas dijs alioqui consueuerant ponere. Latiniq; omnes similis imperij metu ita uouere postea: Iupiter, si tibi magis cordi est, uos ea tibi dare potiùs, quàm Mezentio, uti nos uictores. Proinde, quòd diuinos honores sibi dare postularet,* contemptor diuûm *hic à Poëta uocatur. Hæc sunt spolia, ait postea uates, de rege superbo Primitiæ.* Lausus.] *Hunc dixi patris impietatem luisse, cùm unà cum eo expelleretur regno.* Excepto laur.] *Laudat eum à formæ decore, qua omnes facile superabat, extra Turnum. sed ne hoc quidem sine imitatione dictum est. Homer. in Catal. de Nireo, quem Græcorum facile pulcherrimum facit, post illustrem Achillē, cui noster Turnum comparat:*

» νηρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
» τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Itaq;, siue è Thuscia, siue ex Hetruria pater filiusq; fuêre profecti, certè Tyrrheni hoc nomine commendati fuêre, quod semper pulcherrimarum artium studiosi essent habiti. De Tyrrhenis, in superioribus lib. non mehercle inerudita legere est. Lausus.] *Venusta repetitio, ad personæ illustris descriptionem, ab equitandi studio, tum autem & uenandi.* A Ducit Agyllina.] *Exemplo Homeri numerum et militum tribuit, ut omnibus alijs, quos enumerat. Atq; modestè adolescentis optimas uirtutes & obliquè prædicat, cùm eū à patris uitijs degenerasse ostēdit.* Nequicquā.] *quia in bello ab Aenea fuit interfectus.* Lætior.] *ob tyrannidem, cùm legitimè debuisset imperare.*

Agyllina.] *Dionys. Acyllam uocat. Cære, Hetruriæ oppidum, Agylla à Pelasgis conditoribus dictum fuit.*

Lætior.] *ut haberet potius parentem legitimè imperātem, quàm tyrannidem exercentē, & ob id regno exulātem.*

Auentinus.] *Authores uariant de Auentino: inter quot Liuius author est, colli nomen datum fuisse ab Albanorum rege ibi sepulto. alij ab Aboriginum rege, in eo cōdito: à quo, huic pulchro Auentino, ab Hercule patre nomē datum uolūt, cùm ab expeditione Hispanica reuersus, in eo colle cum armēto cōsedisset. Describit eum à forma, à patre, & habitu decoro, qualē panopliam gestarat Hercules.* Rhea.] *Respexit ad Romuli & Remi urbis Romæ conditorum procreationem, qui matre humana Ilia Rhea Sylvia, & Marte deo prognati fuisse memorantur. propterea addit, eum in sylua editum, alludēs ad proprium Syl-* B *uiæ nomen.* Furtiuum.] *ut conditores urbis orti fuêre postea.* Deo.] *Herculi: ut illorum mater, Marti.* Boues Ibe.] *Hispanas, Geryoni ademptas.* Pila.] *Ab armorum genere, quibus instructus prodijt ad bellum. Missilia, quibus utebatur pedestris exercitus, pila uocabantur, ferro subtili trigono præfixa, unciarum 9. siue pedali: quæ in scuto fixa, non possent abscindi, & loricam fortiter directa facilè perrumpebant: nunc spicula uocari, author est Veget. lib. 2. ca. 15. de re militari.* Dolones.] *Qui porrò dolones sint, satis explicat Seruius.* Sabello.] *à Sabinis, Sabellum deducitur. Sed Sabelli, Samnites erant. Illyrij Sabellam appellabant telum, uenabulo simile. Disertè explicatione fabulæ leuat lectori tædium.*

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam eo gnomine gentem,
Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.
Et †procul ante aciem, densa inter tela feruntur,
Ceu duo nubigenæ, cùm uertice montis ab alto
Descendūt Centauri, Homolē Othrynq; niualem
Linquentes cursu *rabido: dat euntibus ingens
Syluia locum, & magno †cedunt uirgulta fragore.

†al. primam ante
*al. rapido:
†al. cædunt

Gemini fra.] *Catillus & Coras fratres Tiburti, qui è Græcia profecti oppidum cōdidêre, in quarta Italiæ regione. A Plinio Tiburtes dicūtur. Porrò Tibur à Roma aberat ad decimum sex. lapidem: opus Catili, Arcadicæ classis præfecti, qui sub Euandro in Italiam uenit, ut Cato & Solinus testantur. Plin. eius originem multo uetustiorē esse autumat, quàm urbis Romæ: ac sua tempestate tres ilices extitisse, multo uetustiores Tiburto eius conditore, apud quas ipse Tiburtus inauguratus fuerat, cōditor urbis. Hanc dissensionem conciliat Sextius, Græcus historicus. Catilus, inquit, Amphiarai filius, post prodigiosum patris interitum ad Thebas, ante bellum Iliacum, iussu oraculi cum omni suorum manu & sacris, missus in Italiam tres liberos procreauit, Tiburtum, Catilum, & Coracem, quem Poëta Coram nominat: nisi fortè quis pro Corus, Corax legendū existimet: pepulitq; ex oppido haud procul à Roma, ueteribus Sicanis: ipsumq; de suo nomine, Tiburtum uocauit.* C *Sunt qui affirmēt, singulos fratres singula oppida condidisse: atq; id montem testari Catilum, & Coracem nobile oppidum in Volscis. Unde gentilia, Tibur, & Tiburtinus. Horat lib. 1. Odarum:*

Circa mite solum Tiburis, & mœnia Catili. ««

Poëta in Catili, produxit mediam epenthesi literæ l geminatæ. Homolē.] *In his montibus dicitur fera Centaurorum gens habitasse. Amplificatio roboris, à collatione.*

Prenestinæ.] *In eodem tractu sunt Prænestini, Hernici, & Anagnini.* Cæculus.] *Ab hoc Cæculo, quidam contendunt Ceciliorum nobilem familiam ortam Romæ fuisse. Describit hunc à parente Vulcano.*

Nec †Prenestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum, pecora inter agrestia, regem,
Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus: hunc legio latè comitatur agrestis,
Quiq; altum †Preneste uiri, quiq; arua Gabinæ

†al. Prænestinæ
†al. Præneste

Fabulā Cæculi abundè explicat Seruius. Gabinæ.] *quòd Gabijs religiosè Iuno coleretur.* Aniene.] *amnem per ea loca labentē. Oritur in monte Trebanorum.* Anagnia.] *Ordine conuenctos populos enumerat.*

al. rosida

Iunonis, gelidumque Anienem, & †roscida riuis
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currusue sonant: pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen †habent capiti, uestigia nuda sinistri
Instituère pedis, crudus tegit altera pero.

al. habet

A *numerat. Hernici & Anagnini Praenestinis adiacent:* Hernica saxa, *propter montes.* Amasene.] *Est autem Amasenus Campaniae fluuius. Hernicos describit ab armorum genere, & eorũ consuetudine prodeundi ad bellum. Hernici, quorum est Anagnia, à Pelasgis fuère oriundi, itaque ab eorum duce Hernico appellati. Et eum morem, quem Pacia de Aetolis apud Graecos legit, Hernicis tribuit, ut colonis Pelasgorum. Nam Iulius Hyginus libro secundo de urbibus, probat id. Hunc morem apud Aetolos fuisse, uno tantùm pede calceato prodire ad bellum, ostendit etiam Euripides, ut liquet ex tragoedia Meleagro, ubi nuncius introducitur, singulorum ducũ, qui ad conficiendum aprum côuenerant, habitum enarrans: quare & Hernicas nudo sinistro pede uenisse refert. Etsi Aristoteles Aetolos non laeuo, sed dextro nudo pede ad bellum uenire solitos contendat, maluit Vergilius tamen Euripidem, quàm Aristotelem ea in parte sequi.* Altera.] *uestigia: pro, dextrum pedem uestit pero, rusticum uidelicet calciamentum: sicut galerus est pileus rotundus, forma sphaerae per medium diuisae, qui capiti imponebatur.*

At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Iampridem resides populos, desuetaque bello
Agmina in arma uocat subitò, ferrumque retractat,
Hi Fescenninas acies, aequosque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua.
†Hi Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos,
Ibant aequati numero, regemque canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëream, sed gurgite ab alto
Vrgeri uolucrum raucarum ad littora nubem.

al. Cy-

At Messapus.] *Transitio ad Messapũ, quẽ ab equitãdi studio, & parente describit. &* B *à peculiari fato, quo tutus erat, ut neque igni, neque ferro laederetur. Cuius rei fabulosae Seruius reddit rationem. Iapygiam Graeci Messapiam uocant, Cheronesum in duas partes diuisam: unam Salentini tenent, alteram Calabri. super hos borealiores Peucetij sunt, & Apuli. Certè Messapia peninsula est, ita à duce Messapo, inquit Plin. appellata. Ea peninsula autem à Tarento Brundusium terrestri itinere 32. M. pass. patet. Et inter eius oppida, etiam Messapia recensetur.* Hi Fescenninas.] *De caetero, inquit Plin. Aretini ueteres, Aretini fidentiores, Aretini Iulienses, Amitinenses, Aquenses cognomine, Taurini, Blerani, Cortonenses, Capinates, Clusini noui, Clusini ueteres, Fluentini, praeterfluéti Arno appositi: Fesulae, Forentinum, Fescennina, Hortanum, &c. Hinc Fe*C*scenninum carmen, primùm Romam allatum fuisse credunt: hoc est, nuptiale, quale Thalassio ueteribus Romanis, & Hymenaeos Graecis fuerat. Et Fescenninum carmen omnis uirulentiae & conuiciorum refertum, ab eadem oppido in urbem primùm profectum.* Faliscos.] *Falisca Argis orta, ac proinde eorum colonia fuit, cognominata Hetruscorum lucus. In Faliscis (ut hoc obiter addam) miraculum amnis Clitumni tradunt, ut eius aqua potata homines candidos reddat. In Faliscorũ agro paucae aliquot sunt familiae, quae uocantur Hirpiae, quae annuo sacrificio, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes, nõ aduruntur. Quare eius etiam montis incolas eum ad bellum sequutas dicit.* Aequos.] *Aequitatis causas adducit Seruius. À Faliscis didicerant mulieres Romanae lucanicas farcire: unde Falisci uentres, tomacula.* Flauinia.] *Flauona oppidum est in Illyrica.* Ceu quondam.] *Comparatione amplificat plausum ac fremitum militum, regem Messapum canentium. Haec autem sumpta ex in 2. Iliad. Itaque quam Homerus ad uniuersas barbarorum cohortes retulit, eam Vergilius peculiariter ad Messapi copias applicat. Homeri uerba sunt:*

" τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
" χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων
" Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
" ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι,
" κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών.

Asia longè.] *Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Homerus barbarorum confusas cohortes, ut dixi, asperum quiddam stridentes, anseribus, gruibus, & cygnis, diuersis auium generibus comparat: noster uerò unius linguae populos, decem suum cantu uehementes, aptissimè tantum cygnis canoris aequauit. Porrò Asiam paludem, ἄσιον λειμῶνα, eos dixisse licet coniectare: ut Asia prata dicuntur, amoena. Asium uerò pratum, Lydiae pratum. Apud Apollonium enim, Ἀσίδος appellatione Lydia tantùm intelligitur, censeturque Asia cithara, Lydorum inuentum existimatur. Herodotus autor est, Lydos affirmare, totam Asiam nuncupatam non ab uxore Promethei Asia, sed à Manis nepote Asia: à quo & tribus Sardibus Asia nomen sumpserit. Strabo prodit, in mediterraneis Lydiae, ultra Tmolum montem, ad austrum, regionem esse quae uocetur λειμών: hoc est, pratum. Forsan eum locum uterque Poëta uoluit indicare: nam accolae ibi adhuc monstrant lucos illos duorum herowm, Asiae uidelicet, & Caystrij. Huiusmodi multa eruditè annotauit Camerarius super 2. Hom. Iliad. Neque illud non est annotandum, hoc loco imitatione Homerica Poëtam primum in Asia extendisse, cùm alioqui contrahatur.*

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmẽ agẽs Clausus, magnique ipse agminis instar:

Ecce Sabi.] *Ad Sabinos transit, quibus postea Romuli temporibus propter uirginũ raptum,*

Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens
Per Latiū, postquā in partem data Roma Sabinis.
Vna ingens Amiterna cohors, priscíq; Quirites,
†Eriti manus omnis, oliuiferæq; *Mutiscæ.
Qui Nomentum urbem, qui †rorida rura Velini,
Qui Tetricæ *horrentis rupes, mōtemq; Seuerum,
Casperiāq; colunt, Forulosq;, & flumē Hymellæ:
Qui Tibrim, Fabarimq; bibunt, quos frigida misit
Nursia, & †Ortinæ classes, populíq; Latini,
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
Quàm multi Libyco uoluuntur marmore fluctus,
Sæuus ubi Orion hybernis conditur undis.
Vel cum Sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis
Scuta sonant, pulsúq; *pedum conterrita tellus,

†al. Erici
*al. Mutuscæ. al. Mutustæ.
†al. rosea
*al. horrentes
†al. Hortinæ
*al. pedum tremit excita tell.

raptum, post reconciliationem, magnū non solùm fuit commercium, sed etiam affinitas. Itaq; ut Claudiam illustrem gentem celebret à uetustate familiæ, illorum ducem facit Clausum: ad quod nomen alludit Claudij uox, una solū litera mutata: ut in quinto, à Sergesto, Sergiorum familiam ortam cecinit. Clausus] Alludit ad historiam Clausi, cui postea App. Claudio fuit Romæ cognomē. Hic post exactos reges, cùm ipse apud Sabinos author pacis, à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, inquit Liuius, ab Regillo urbe magna clientum comitatus manu, Romam transfugit. His ciuitas data, agerq; trans Anienem, uetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus qui ex eo uenirent agro, appellata. Data Roma.] Mihi non uidetur Pacta illam pacem inter Romanos & Sabinos innuere, quæ dirimentibus infestas acies in foro Romano mulieribus, quarum ex iniuria bellum ortum fuerat, urbem utriq; genti fecit communem: cùm Liuius dicat, hunc Clausum stirpis originem extitisse. Ante id tempus nullus hoc nomine in ciuitate tam populosa esset appellatus. Ergo cùm dicit, Romam data in partem Sabinis; extra controuersiam loquitur de hoc ipso Clauso, qui ab Regillo Romam fugit, cui ciuitas fuit data, & ager trans Anienem. Amiterna.] Enumeratio populorum, quos secum sub suis signis in bellum traxit. Rursum respicit ad numerosam Clausi manum, cum qua à Lacu Regillo Romam uenit. Amiternini, Sabinorum sunt, ut Curenses. Prisc. Quir.] ipsos Sabinos haud dubiè indicat, quo in fœdere inter Romulum & Metium Curtium urbe utriq; genti communis esset facta: atq; ob id aliquot oppida in Sabinis, huic Clauso adnumerat. Mutiscæ.] Mutucumenses dicit forsan, qui & ipsi Latij populi fuēre. Antemna, inquit Plin. Camerium, Collatia, Amiternum, (unde Amiterna cohors) Norbe, Sulmo: & cum his, carnem in monte Albano soliti accipere, populi Albenses, Albani, ac mox Latinienses, Longulani, Manates, Macrales, Mutucumenses, Seruius, Mutiscas postea Trebiam dictas autumat, nobilitatam postea memorabili clade Pop. Rom. 2. bel. Pun. Nomentum.] Ex agro Falerno, inter alios populos recēsentur Nomētani & Praenesini, urbs quondam Stephane dicta. Plin. lib. 3. cap. 12. ubi recenset quartæ regionis Italiæ populos: Sabinorum, inquit, Amiternini, Curenses, Forum Decij, Forum nouum, Fidenates, Interānates, Nursini, Nomētani, Reatini, Trebulani, qui cognominātur Mutuscæi. Proinde Mutuscæos uocat, oliuiferas Mutiscas. Velini.] Idem lib. & cap. eodem: Sabini, (ut quidam existimauēre, à religione & deorū cultu, Sesini appellati, [illegible]) Velinos accolūt lacus, roscidis collibus. Videat igitur eruditus, ac nō omnino naris obesæ lector, num Roscida rura Velini, sit legendum, pro rorida: multo uerò minus Rosea, cuius prima natura corripitur. Tetricę.] Montem esse aiunt in Sabinis, arduum & asperum, à quo homines tristes ac seueri, tetrici solent appellari. Ad quam alludens significationem, ipsum montem statim Seuerum uocat. B Casperiam.] oppidum. Forulosq;.] Mirum ni eos populos aut oppida innuat, quæ postea Forum Decij & Forum nouum dicta fuēre, quæ sunt in eodem tractu. Sunt & populi Forappij, Forobremetiani, & Foroflaminienses, Forocorneliensis ager, Foroiulienses, Forosempronienses, ager Forouibiensium, Forum Clodij, Forum Liuij, Forouecrodienses pop. Forum Iulium, Forum Voconij, Foroaugustana. Hymellæ.] Huius nusquam, quod sciam, facit Plinius mentionem. Allia.] fluuius, ad quem Romani à Brenno Gallorum duce magna clade affecti fuēre: post quam etiam ipsa urbs, præter Capitolium, capta fuit. quare Alliensis dies atra fuit. Quàm multi.] Amplificatio copiarum Clausi, à comparatione hyperbolica, ducta à fluctibus marinis, & camporū aristis, quæ sunt innumerabiles. Marmore.] mari: à colore, rei nomen datum est: ut uitreum mare. Orion.] cuius exortu concitantur tempestates, & proinde maria fluctibus turbantur frequentioribus. De tempestuosis signis alibi nōnulla annotauimus. Hermi.] Addit circumstantiam fertilissimi soli. A Smyrna Hermus amnis campos facit, & nomini suo adaptat. Oritur C iuxta Dorilaum Phrygiæ ciuitatem, multosq; colligit fluuios, inter quos Phrygem: qui nomine genti dato, à Caria eam discriminat. Hyllus & Pactolus in Hermum exonerantur. Ex Pactolo aureas arenas recipit. Seru. addit, hunc superfusum, atq; agros proximos inundantem, fertilitatem gignere: atq; ob id fingi, arenas aureas fundere.

Lyciæ.] De Lycia in primo & quarto lib. uide. Vicina quæ mari alluitur.

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces
Mille rapit populos, uertunt fœlicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
†Arunci misēre patres, Sidicinaq; iuxta
Aequora: quíq; Cales linquunt, amnisq; uadosi
Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper,
Oscorumq; manus: teretes sunt aclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati comminus enses.

†al. Aurunci

HALESUS.] Hic is comes fuit Agamēnonis, siue nothus filius. fluuij item nomē est in agro Tarentino: & Halesini, populi Siciliæ. Mille rapit.] Amplificatio cōstans numeri additione. Rapit.] tumultuariò contrahit. A Massico monte. Massicum laudatum uinum nomen habet. Arunci] In antiquo Latio fuēre Arunci. Nam colonis sæpe mutatis, alij alijs tēporibus tenuēre, ut Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Rutuli.

°al. Sebethide

°al. Rufras,
°al. Bellæ,

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale quẽ generasse Telõ,° Sebethide nympha
Fertur, Theleboum Capreas cùm regna teneret
Iam senior: patriis sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus,
Quiq; °Rufas, Batulumq; tenẽt, atq; arua Celennæ.
Et quos maliferæ despectant mœnia † Abellæ,
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina queis capitũ raptus de subere cortex,
Aerataeq; micant peltæ, micat æreus ensis.

A *...uli. Et ultra Circe... os, Volsci, Osci, Au... sones: unde nomẽ no... da Lacy, ait Plinius, processit, ad Liris amnẽ. Describit alia quæ oppida in sinu Campano, ubi incipiunt uitiferi colles, et temulentia nobiles. fuc... qua per omnes terras inclyto, &, ut ueteres dixerunt, summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini, Cæcubi, ... alter inde consurgunt Massici Gau... rani, Surrentinique montes. In prima regione Italiæ ... Tiberi, intus coloniæ sunt, Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Teanũ cognomine Sidicinum ... m Surrentũ, & promontoriu Mineruæ sedes olim Sirenum, nauigatione a Circeis, duodeoctoginta M pass. patet. eaq; regio à Tiberi prima Italiæ seruatur, ut dixi. Recl... go iuxta a... quora Sidicina dixit. Sidicini postea ueter... A... i de...*

B *...quére.* Cale linquunt] *oppidum ... o Latino, Hernico & Labicano, quod Plin. ... Calen... num... Ausones tenebant Cales oppidum, qui p... a temporibus Romanis, L. Pap...rio Crasso & ... e ... ellio Co... cum con... c. Sidicinis arma, leui prælio uetera que popul... à Roman... ... fuit. ... ta Sidi... in Romanos infestissimo animo erãt, Cales Con... s ... se... r... ant... ni obsedére. nec inde prius discessum fuit, quam festo uino & epulis sepult... ... manos adortus, oppidum cæperit, & diripuerit.* Vulturni.] *In ora Campaniæ, Sano flumine est, & oppidum Vulturnum, cum amne. Ib... Liternum, ... Cumæ colonia Chalcidensium, portus ... aiatum, Misenum, Bauli, lacus Lucrinus, Auernus iuxta quem ... ... num oppidum quondam fuit.* S... ... s. *Satricum fuit in Latio, ut ... sricula ... S...* Oscorum.] *Vtera... o sun... ... Ausones ut Latijno men... ... od Liris us... ... tu au... ... est, primum apud Oscos fabula ... celebrator... atq; inde à iuuentute parodia consertis At... ... s R... ... am ... ucella. Vnde ue... so prouerbio Osce loqui dicebantur, qui parum pudicè loquerentur. Sumpt... ... entis moribus, quòd apud eos fœdarum libidinum u... ... erit ... nimium quit D. Erasmus. Mihi potius ... ur sumptũ ab*

imperio fabularũ generibus, quæ in Italia, ut ... ab illis prius ... & inuenta & ... fuere. Vnde obscœnè dicta quidem putant ... turpia appellata. Osce igitur describit ab armorum & armaturæ genere, quibus instructi ad bellum uenére. Aclides.] *tela sunt, quæ fune religata, post ictũ iaculatoris retrahuntur.* Cetra] *scutum breue ... quidam Hispanicum fuisse aiunt, & Lo... reum a... l...* Falcati.] *cuiusmodi fortasse hodie Turcæ utuntur, aut certè superioribus seculis ... ... , quæ longiores multo fuere, quibus, ut hodie, cominus p... tur.* Oe... ... uem generasse Telon. *H... ab utroque parente describit, Telone patre, & matre nympha Sebe... ide. Fuit alius Oebalus, Laconum rex, e cuius filio Icario ... enelope progenita fuit. Cæterùm hunc Oebalũ, qui de nunc agitur, ... apreis regnasse aut ac patri ... imperi... ... a ... ac ... te lati propagasse. Enumerat inde popu... q... ... b ditionem suam redegerat. Cæterùm Capreæ sunt insula in ora Campaniæ, contra Neapolim, septa rupibus immensa altitudinis, ac mari profundiss., ita ut uno tantum, & quidem perangusto tramite esset accessa. Insula celebris Tiberij Neronis secessu: in qua, post Germani ac Drusi filiorum mortem, reliquum uitæ, reis publicæ cura abiecta egit.*

Theleboum Capreas cùm regna, &c.] *Theleboarũ syncope Teleboæ quondam tenuerunt omnem Acarnaniæ oram, ... illis proximas, ... unde Thelesboides ... a ... ... rex Pterela ... Theleboico ab Amp... ... ... erat. Hinc ... ... tempo... ribus ... Theb... ... , patria profugos ... terras colon... ... quos deduxisse, ac ... ... ernasse.* S... ... 16. *... ... ... à quo ... ... flu... ... p... ... in ... ... Abe... ... q... od Abel... ... eat. His ... ... peculiare tel... ... , cætera ... ... Sunt autem ... ... missilia, quibus in bello utebantur Teutones. Add... ... ... de subere ... ... & peltas. De pelta alibi annotauimus.*

Ecce montosæ mi... ere in prælia N... sæ
V... ens ... nsignem fama, & fœlicibus armis
Hor... da præcipuè cui gens, assuet... ... ... co
Venatu, nemorũ duris, Acqu... ol... ... s.
Armati terram exercent, s... pete... rec... ... tes
Conuectare iuuat prædas, & uiuer... rapto

Ecce.] *Auersione mutat orationis colorem. Cæterùm in quar... ta regione Italiæ recensentur ... popu... li, Forũ Decij, Forum ... , Fidenates, In... teramnates, Nursini, Nomentani, Reatini. In eadem ... collocantur Aequicolanorum Cliternini. Aequo... ... uarijs bellis postea contra P. R. ... , donec prope... modum uarijs cladibus internecione deleti essent.*

V... fens] *Ab amne duci ... ... A... Cinci... Pomina palus est ... cum ... ... Mutianis... ter co... prodidit. Dein flumen Vfens: supra quod ... oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum.* Horrid...] *... uenatione, & specie agricolationis: tum au... ... ... tuo prædandi studio. Hos Aequos & Aequicolas m... ... rentur uocant.*

°al. Marruuia
°al. missu

Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos,
Fronde su... er galeam, & fœlici ... m... oliua,
Archipp... ... is ... iussu fortissimus V... m... ro.
Vipere... ... eri & grauiter spira... ... s hydris,
Spargere qui somnos cantuq;, ... solebat,

Quin &.] *Et A... ... polia in bellis societatem inducit Vmbronem sacerdotem, insignem oleæ ramusculo. Ca...*

... uerùm Vmbro ... est Hetruscorum, nauigiorũ capax: à quo Vmbres tractus nomi... natus fuit. Nam ... ... M m ... ...

[illegible] atq; iras, & mo[illegible] releuabat. [illegible] Laurdanidæ m[illegible] ctum [illegible] ne[illegible] m iu[illegible] us [illegible] q[illegible] herbæ [illegible] da [illegible] e iacu[illegible]

[illegible] præsens [illegible] genitis [illegible] Archi[illegible] on [illegible] dæ m[illegible] tcari [illegible] Fucino hanstum [illegible] Alchi[illegible] um à duce [illegible] propria regis [illegible] superstitionem [illegible] fatum [illegible] Quidam etiam [illegible] laudatoribus [illegible] Fucino [illegible] corporis [illegible] Quidam etiam [illegible] augerent [illegible] Primum neque p[illegible] lacum [illegible]

Hac [illegible] Hippolytu[illegible] Aricia [illegible] Alba [illegible] Egeria lucu[illegible] Aracina [illegible] congressu fam[illegible] Numa [illegible] regum Rom[illegible] se usum no[illegible] quæ ad [illegible]

[illegible] V[illegible] F[illegible] L[illegible] [illegible] oue[illegible] [illegible] n[illegible]s, [illegible] [illegible] x. [illegible] liqu[illegible] umbris [illegible] ad lumi[illegible] [illegible] nx tal[illegible] F[illegible] trusit in [illegible] das. A[illegible] yeu[illegible] al[illegible] a reco[illegible] dit [illegible]

[illegible] Diomedem [illegible] Hippolyto [illegible] crines [illegible]

Margin: al. Angu[illegible] tia. — al. Aege[illegible] ria. — al. hum[illegible] da. — al. Pe[illegible] venati[illegible] — al. Aege[illegible] ria. — al. Aegin[illegible]

Right margin: [illegible] pendere [illegible] unde ob nefas [illegible] excitarunt [illegible] Germania [illegible] [illegible] cabulam hic [illegible] ac uictimis ex hominibus animantibus [illegible] in Taurica [illegible] polyte Amazone pro[illegible] gnatus fuit. Historia[illegible] [illegible] fabulâ, quia ab [illegible] [illegible] diserte expli[illegible] catur, [illegible] Illud tamen, ut [illegible] de eo hoc lo[illegible] [illegible] lucum [illegible] cum delubro [illegible] pro[illegible] gnatum [illegible] celebrentur. Sacro [illegible] puellarum [illegible] cum ab equis di[illegible] [illegible] in cœlo [illegible] consecratum [illegible] tempestatem [illegible]

[illegible] Phædra, [illegible] (Theseus [illegible] serpentum [illegible]

idest [illegible], quòd pestem [illegible] fœdeig. [illegible] herba [illegible] nam. [illegible] conf[illegible] [illegible] dist[illegible]

[illegible] antico[illegible] [illegible] Ac[illegible] [illegible] pugn[illegible] [illegible] Argus, [illegible] Sa[illegible] [illegible] Qu[illegible] [illegible], atq[illegible] ma[illegible]

[illegible] Chim[illegible] [illegible] Insignis galea. [illegible] [illegible] Aetna, [illegible] oraculo [illegible]

10.] in Græcam virginem [illegible] filia Inachi, quæ amnes inter [illegible] labitur. Plin. Argos inter [illegible] tradit. [illegible]

[illegible] Pele[illegible] Arcadi[illegible] Aurinci [illegible] Argiui [illegible] Sycan[illegible] [illegible] Opi[illegible] [illegible] Rut[illegible] ex A[illegible] [illegible] temporis [illegible]

[illegible] proficere [illegible] unde [illegible]

Nimb[illegible]

[illegible] partes [illegible]

[illegible] Autunca dicun[illegible]

Hos

[illegible]

D. LAMBERTI HORTENSII IN LIBRUM AENEIDOS VIII ANNOTATIONES

T belli [illegible] m catal[illegible] decen, [illegible] contra [illegible] ad narrationem [illegible] oc [illegible] ad [illegible] fit. [illegible], quid [illegible] ceperit [illegible] as, unde [illegible] ulo [illegible] ut fuerit [illegible] dmod [illegible] Rutulis [illegible]

[illegible] in Aulide [illegible] maxime in Latio [illegible] ac [illegible] eruditi [illegible] strepuerit, & propt[illegible] [illegible] tiones [illegible], dis[illegible] professione. [illegible] ampl[illegible] rerũ [illegible] d[illegible] m quibus [illegible] summã orat[illegible] dit. Vt bel[illegible] [illegible] tinnatione particula declarat historiæ continuationem.

[illegible] Venulus. [illegible] Tur. Latinis [illegible] [illegible] capta T[illegible] ia [illegible] qui reuersus, uxorem suam Aegialiã in stu[illegible] pri consuetudine cum Comete Sthenel[illegible] offendit, [illegible] Tro[illegible] iam in [illegible] eum [illegible] [illegible] Iam [illegible] sibi [illegible] [illegible] gi[illegible] fugit [illegible] misit in [illegible] [illegible] sedit[illegible] inter [illegible] [illegible]nam gentem barbarã, ubi regnabat Daunus. Hic bello petiens, [illegible] Diomede [illegible] auxilia petijt, ut lo[illegible] partem di[illegible] [illegible] ei permutte[illegible] [illegible] Diomedes [illegible]

cond[illegible], [illegible] ppon, [illegible] & [illegible] xit. P[illegible] optionem [illegible] ut uel [illegible] prædam ca[illegible], [illegible] omnem terram [illegible] iudex fuit datus [illegible] ter nothus Diome[illegible], qui [illegible] filiam [illegible] quiã se dyudicauit, [illegible] Diomedem foret præda. Quam obrem [illegible] solum exteratus [illegible], ne ferè posset, & [illegible] fructum, nisi [illegible] orum propinquorum [illegible] aut populari [illegible] eam [illegible] ret [illegible] loco mæ[illegible] quam [illegible] posse. Eo postea [illegible] so [illegible] eius terrore con[illegible] m[illegible] in aues erodios. P[illegible] T[illegible] Siculus & [illegible] eus tradunt. [illegible] dem, [illegible] Co[illegible] [illegible] [illegible] nasti[illegible] ac [illegible] Quare [illegible] [illegible] habe[illegible] lapidi[illegible] [illegible] [illegible] ferunt in [illegible] [illegible] pum [illegible] [illegible] Diome[illegible] de subrat, & præcipitari in mare iussit. Quæ [illegible] in fundo [illegible], quæ etiam [illegible] redierunt. Cæterũ [illegible] urbe [illegible] Argyrippam [illegible] postea A[illegible]ppa, ad [illegible] Harpi, inquit Plin. [illegible] [illegible] [illegible]

T[illegible] an[illegible] Tur
[illegible] ce
E[illegible] rauc[illegible] c[illegible] uerunt
[illegible] ntu:
V[illegible] quos,
[illegible] ma,
[illegible] temp lo [illegible] mi fi-
mu[illegible] ne cumu tu
C[illegible] ura [illegible] [illegible], [illegible] iuuentus
E[illegible] cr[illegible] du [illegible] mi [illegible] ffapu & V[illegible] ens.
Contem[illegible] undiq; cogunt
A[illegible] cl to c[illegible] tibi[illegible] gros.
Mit[illegible] ul[illegible] me[illegible] rbem
[illegible] & Lat[illegible] [illegible] cro[illegible]
[illegible] n[illegible] s
[illegible]
[illegible] n[illegible] re[illegible] n
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] e La[illegible]
[illegible] Laor[illegible] os
Cu[illegible], mag[illegible]
A[illegible] n[illegible] ncl[illegible] c[illegible] m [illegible] ue
In[illegible] arc[illegible] it[illegible]
[illegible] xnis
S[illegible] ad[illegible] nx,
[illegible] tat [illegible] s
[illegible] mi[illegible]
[illegible] mn[illegible]
A[illegible] bebat,
[illegible] do [illegible] axe
[illegible] pe[illegible]
[illegible] m [illegible] ledi[illegible] q[illegible] m.
H[illegible] o [illegible] no
P[illegible] ulea[illegible] or se arto[illegible]
Vi[illegible] glauco [illegible]
C[illegible] f[illegible] bro[illegible]
[illegible] cetas [illegible] is d[illegible]
O[illegible] Troian[illegible] o[illegible] urbem
[illegible] rn[illegible] m[illegible] s:
E[illegible] L[illegible] ent, [illegible] Latinis,
H[illegible] n[illegible], c[illegible] nea[illegible] tes:
Neu b[illegible] tumor omnis, & iræ,

al. strepuerit
al. & lanx [illegible] rubicas
al. gelidi[illegible] que
al. [illegible]

[illegible] ignorari: quòd persuasum habebant, genus humanum eo studio excruciari. Re[illegible] [illegible] quare ob cali tristitiam [illegible] suapte [illegible] peritiora sunt. Celebrantur [illegible] [illegible] lene, Lycaeus, Maenalus, Art[illegible], Part[illegible] [illegible], & Nonacris. Ex quorum postremo [illegible] in speciem roris, [illegible] & mortifera, ut uasa ei [illegible] Sed ad Arcadem re[illegible] [illegible] egregia sua merita in uniuersam [illegible] [illegible] in diuos [illegible] Eius [illegible] [illegible] sunt tran[illegible] Arcades [illegible] mortalium ant[illegible] mos [illegible] eos [illegible] [illegible] uocauit. Quem imitat[illegible] libro 4. Argonaut. [illegible] Sunt tamen qui [illegible] Lunae obseruationem. Fuerunt [illegible] [illegible] omnium, qui suis [illegible] [illegible] superarunt, sed aliis per ape[illegible] [illegible] sibi, uictorias pararent [illegible] [illegible] non [illegible] Et, [illegible] magna. [illegible] Herod[illegible] [illegible] [illegible] ob ingeniorum stuporem male aud[illegible] [illegible] quod olim [illegible] mortalibus [illegible] [illegible] Et, Bos Arcadicus. [illegible]

[illegible] Arcadia [illegible] Pallas [illegible] [illegible] Exsula & Mercurio propter [illegible] creditur [illegible] autem Carmenta [illegible] uarum perdocta, [illegible] [illegible] iam [illegible] [illegible] uerum [illegible] à Carmen[illegible] traditur, annis [illegible] ante [illegible] Troianum [illegible] tandem in ea[illegible] in quib[illegible] Roma R[illegible] condita [illegible] latino ab [illegible] pulsus, oppidum [illegible] dit, quod [illegible] mine Pallant[illegible] [illegible] Herculem [illegible] pedit [illegible] cum huma[illegible] cepit. Carmenta aute[illegible] dicta fuerat [illegible] credita, quidem [illegible] rudem [illegible] oleaginis [illegible], quibus [illegible] utebantur. [illegible] [illegible] acceptam [illegible] Montibus [illegible] Palatino monte. [illegible] Servi[illegible] Pallantem [illegible] Euandri fuisse. Bell[illegible] [illegible] commodo. Sur[illegible] Epilogus [illegible] ad religionem [illegible] Helena [illegible] [illegible] euadant [illegible] pro [illegible] pro contentis.

Vndam [illegible] [illegible] Imaginem [illegible] Surgit & [illegible] Lumina [illegible] Sustulit [illegible] de est [illegible] Nymph[illegible] [illegible] Tu[illegible] [illegible] sancto, A[illegible] dem [illegible] ciis. Quò [illegible] nostra Fortiss[illegible] [illegible] cris. Semper [illegible] redonis [illegible] aquarū, A[illegible] & [illegible] ma firmes [illegible] mine [illegible] pri[illegible]

[illegible] Nymphae] [illegible]

Corniger] [illegible] [illegible] per Tyrrhenos [illegible] peruenit, inter cum [illegible] Apen[illegible] [illegible] [illegible] Tiberinum [illegible] [illegible] eiusdem nominis [illegible] reddant [illegible] qui floruerit [illegible] [illegible] scribendum per aspirationē, & [illegible] concedu[illegible] ad [illegible] Athenienses fuerant [illegible] historiam de ea [illegible] acceptā, intra [illegible] muros [illegible] in Italiam [illegible] ibi consedisse.

Mm [illegible] 4

[illegible] fuit, [illegible] H [illegible] Italia [illegible]

[illegible] fossa Syracusana [illegible]

Ecce [illegible]

[illegible]

[illegible] commones ho[illegible] [illegible] plorare. Ra[illegible] [illegible] lauretis [illegible] ad te uen[illegible] [illegible] um erat. [illegible] uir re[illegible] sed [illegible] a d be [illegible] am [illegible] N[illegible] e[illegible] [illegible] cognatione [illegible] assum[illegible] re [illegible] ac [illegible] arma fo[illegible]

Cogna[illegible] patres, tua terris didita fama,
C[illegible] & fatis egêre uolentem.
D[illegible] us p[illegible] urbis & author
Electr[illegible] ra[illegible] en[illegible] an[illegible]
Aduc[illegible] E[illegible] m[illegible] Atlas
[illegible] ætherios humero [illegible] es.
Vo[illegible] er[illegible] tu[illegible] pa[illegible] c[illegible] m[illegible] a Maia
[illegible] gelid[illegible] c[illegible] m uertice [illegible]
At [illegible] ai[illegible] aud[illegible] u[illegible] m[illegible] Atlas,
Idem A[illegible]
S[illegible] le[illegible] uine[illegible] uno
[illegible] n[illegible]
[illegible] ame[illegible] m[illegible]
[illegible] pu[illegible] lex ad [illegible]
[illegible] ca[illegible] crudeli [illegible]
I[illegible] ite,
[illegible] cultrisse.
[illegible] enea[illegible] qu[illegible] uit intra.
Ac[illegible] s for[illegible]
Pe[illegible] u[illegible] c[illegible].

[illegible] oraculis, fama Euan[illegible] dri, & utr[illegible] que co[illegible] gnatione [illegible] Dardan[illegible] [illegible] Narrat Dar[illegible] dani genus & fortun[illegible] [illegible] unde, & quo pac[illegible] [illegible] Phr[illegible] [illegible] ali[illegible] [illegible] explicata [illegible] Teucro[illegible] Noua locutio: pr[illegible] eo quod est, ut itur ad Teu[illegible] [illegible], siue in Teucriam [illegible] eo per idem [illegible] nomine haud[illegible] quaqui ap[illegible] ellata fuit [illegible] enim multo[illegible] [illegible] Samothracia in [illegible] uenit, op[illegible]

[illegible] eptem filia, [illegible] Ioue [illegible] opis [illegible] Ista quod [illegible] Maia Atlantide [illegible] It[illegible] [illegible] ita di[illegible] eratur [illegible] tum ad Euandrum [illegible] atus fuit [illegible] nealogia re [illegible] qui ex [illegible] & Ioue genitus fuit. Proinde a[illegible] ue[illegible] sunt utrique [illegible] ades. [illegible] Teucri [illegible] refert [illegible] perin[illegible] ut [illegible] m[illegible]

[illegible] r da[illegible] Sed [illegible] Darda[illegible] ma. [illegible] am urbem [illegible] conuenimus [illegible] nam [illegible] retes, fuerit eius a[illegible] [illegible] ad [illegible] da arma aduersus [illegible] Rutulorum, & [illegible] urai. Ac[illegible] d[illegible]. Propositio p[illegible] spe[illegible] [illegible] E[illegible] [illegible] firmã, ut S[illegible] ad[illegible] [illegible] euolum, [illegible]

Se[illegible] m[illegible] Solut[illegible] cupat[illegible] [illegible] ria [illegible].

Nam memini[illegible] Ratio: qui recordetur ex Aenea [illegible] personã, uisum [illegible] suo [illegible] Anchisæ, à con[illegible] fessum iuuenis ante [illegible] annos. Imitatio [illegible] a est [illegible] [illegible] Quæ equidem Teu[illegible] crum memini [illegible] donas [illegible] uenire.

Salamina [illegible] Hesionem [illegible] impera[illegible] [illegible] His[illegible] ne pro[illegible] [illegible] nauata opera ad [illegible] [illegible] b[illegible] [illegible] sub [illegible] [illegible] pore [illegible] duce Iasone [illegible] um, Hesio[illegible] [illegible] dontis [illegible] [illegible] ellua marina [illegible] Herculis interuentu seruat[illegible] [illegible] pro[illegible] lute [illegible] um, aucu dis[illegible]. Sed

D[illegible]xe[illegible] A[illegible]ne[illegible] cen[illegible]
Iamd[illegible]
[illegible] Troiam
Ac[illegible]
Et uocem A[illegible]hi[illegible] or.
Nam memini Hes[illegible]næ uisen[illegible]
Laomedontiaden [illegible] mum S[illegible]
Protinus Arc[illegible]x[illegible]
T[illegible] as
[illegible] m
La[illegible] n[illegible]
A[illegible] en[illegible] e
C[illegible] rem, & [illegible] x[illegible]
Acce[illegible] u[illegible] P[illegible]
[illegible] m[illegible]
[illegible] extrem[illegible]
[illegible] m[illegible] us [illegible]
E[illegible] & quã petis [illegible] mi[illegible] er d[illegible]xtra.
[illegible] imu[illegible] reddes.
Auxil[illegible] cos d[illegible]
[illegible] terea[illegible] x[illegible]
An[illegible] x[illegible] terrenc[illegible] c[illegible] e
[illegible], [illegible] amn[illegible] c[illegible] lo[illegible] temen[illegible]

[illegible] prodide[illegible] [illegible] & cul[illegible] aio[illegible] b[illegible] ob[illegible] regi mop[illegible] [illegible] um me[illegible] tu[illegible]. R[illegible] um a[illegible] eu[illegible] p[illegible] er[illegible] a[illegible] tum[illegible] m, c[illegible] tum, [illegible] omedontem [illegible] per iurn[illegible] ren [illegible] uerunt qui [illegible] int, cum p[illegible] a[illegible] da[illegible] [illegible] ma[illegible] inde Hes[illegible] ne[illegible] amon[illegible] [illegible] lib. [illegible] bi[illegible] [illegible] ius uer[illegible] [illegible] quitur [illegible]

d[illegible] rius [illegible] me[illegible] ch[illegible] aula[illegible] ga[illegible] e.[illegible] S[illegible] em [illegible] secum ab[illegible] hanen[illegible] B[illegible] tem S[illegible],

Alcides aderat, taurosq; hac uictor a[illegible]
Ingenteis, uallemq; boues amnemq; [illegible]ant.
At furijs Caci mens effera, ne quid inausum
Aut * intentatum sceleris ue doliue fuisset,
Quattuor a stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, totidem forma sup[illegible] iuuencas.
Atq; hos, ne q[illegible]a forent pe[illegible] us [illegible]ectis:
Cauda in speluncam tractos, ue[illegible]um
Indiciis raptos, saxo occultabat [illegible]
Quærentem nulla ad speluncam [illegible]bant.
Interea [illegible] iam stabulis saturata [illegible]uere
Amphitryoniades armenta, abitu[illegible]aret:
[illegible] m[illegible]re boues, atq; om[illegible]e
Impleri nemu[illegible] & [illegible]
Reddidit u[illegible] boum uocem, uast[illegible]q; antro
Mugi[illegible], & Caci [illegible] custodita fef[illegible].
Hic ue[illegible] Alcidæ furijs ex[illegible] atro
Felle dolor [illegible] ma ma[illegible] uatum
Robur, & a[illegible] cursu petit ardua [illegible].
Tum pri[illegible] no[illegible] m u[illegible] mentem,
Turbatu[illegible] ro
Spe[illegible] las.
V[illegible]
De[illegible] quod & [illegible]a
Pendeb[illegible] emanijeob[illegible]:
Ecce furi[illegible] aderat T[illegible] * omnem
Accessum [illegible] huc ora fer[illegible] & [illegible]
Dentibus [illegible]ndens, ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter saxea tentat
Limina n[illegible], ter fessus [illegible] edit.
Stabat acut[illegible] præcisis undiq;[illegible],
Speluncæ d[illegible] in[illegible], al[illegible]
D[illegible]rum ni[illegible] domus o[illegible] po[illegible] m.
Hanc, ut prona [illegible] d amnē,
Dexter in aduersum nit[illegible] im
Auulsam soluit radicibus [illegible] re[illegible]
Im[illegible], impul[illegible] m[illegible] aethet.
Dissultant ripæ [illegible]
At spec[illegible] & Caci [illegible] ens
Regia, & um[illegible] [illegible]a:
Non secus ac si qua [illegible]ens
I[illegible]nas reseret [illegible] des, & re[illegible]
Pallida dijs inuisa, superq; [illegible] barathrum
Cernatur, tre[illegible]dent imma[illegible] Man[illegible].
Er[illegible] perata de[illegible] in luce r[illegible]
Inc[illegible] [illegible]tem,
[illegible] pee Al[illegible] ma
A[illegible]
Ille [illegible] enim [illegible] est)
Fauc[illegible]rem [illegible]
[illegible] inu[illegible] d[illegible] [illegible],
Prop[illegible] sub * auras
Fumiferam noctem [illegible] commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animi[illegible] gnem
Præcipiti iecit [illegible], qua plurim[illegible] undam
Fumus [illegible] nebu[illegible]q; [illegible] æstuat atra.
Hic Ca[illegible]m in tene[illegible] in[illegible] mētem
Corripit [illegible] nodum [illegible] xtens
[illegible] oculos, & [illegible]um s[illegible]tur.
Panditur extemplo foribus d[illegible] atra reuulsis:
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cœlo ostenduntur, pedibusq; [illegible]me cadauer

boum forma, ut pr[illegible] [illegible] post multas ætates [illegible]aculo fuerit, [illegible] quas Hercules [illegible] suo Euandro [illegible] reliquit. Sed & Caco rursum erepta [illegible] fecère, quas [illegible] unam ad aram, [illegible] Roma circa fo[illegible] [illegible] oarium fuit, [illegible] [illegible]. Hac] E[illegible] [illegible] itineris uestigia ex Hispanijs, tum in Pyrenæis iugis, tum in Gallia Narbonensi multis seculis durarunt, ut etiam in ipsis Alpibus aliquot loca Græcam appellationem retinent. Et circa [illegible] Eporti[illegible] Euandri [illegible] cornibus fuit e credimus. Pa[illegible] [illegible] tamen [illegible] aue [illegible] [illegible] stat quasi [illegible] [illegible] it.

Victor.] Varro lib. 4. Rerū diuinarū, [illegible] [illegible] dici [illegible] putat, quòd omnia a[illegible] [illegible] genera ui[illegible] [illegible]rit. Visebantur Romæ Herculis Victoris delubra du[illegible]: unum ad portam Trigeminam, alterum in foro boario. Huius rei causam Massurius Albinus reddidit. [illegible] M. quidam Octauius Herennius prima iuuenta tibicen, postea artis suæ diffideret, ad mercaturam se applicuit: ac cum iam res suæ bene fortunarentur, decimam Herculi consecrauit. Accedit aliquando cùm inter nauigandum [illegible] prædonibus interceptus, fortiter pugnando uictor [illegible] [illegible] dormienti [illegible] Hercules e[illegible] [illegible], cum sua opera [illegible]. Itaq; Octa[illegible] in urbem reuer[illegible] [illegible] senatu impe[illegible] Herculi ædem [illegible], cum huiusmodi inscriptione, Iuuenis

[illegible] HERC. VI- LI VICTORI. [illegible] P[illegible] [illegible] tot u[illegible] respon[illegible] [illegible] ge[illegible] [illegible] P[illegible] [illegible] [illegible] ipse ab i[illegible] [illegible] longo lassus pro[illegible], curatoq; corpore [illegible] ac potu me[illegible] [illegible] P[illegible] stor quidam Cacus in[illegible] [illegible] ferox uiribus, [illegible] boum ca[illegible] [illegible] prædam inde ab[illegible]. Ac ne uestigia prorsus in speluncam tendentia proderent, ac Alcidi boues quæ[illegible] [illegible] ducerent, a[illegible] [illegible] uestigijs eas in [illegible] cauda traxit. [illegible] [illegible] excitur, cum [illegible] tenderet, tendit ad speluncam. [illegible] ei fores [illegible]. Verùm ubi [illegible] omnia ui[illegible] [illegible] animo, e[illegible] [illegible] ignarus, longius inde armentum agere [illegible] [illegible] boues cum [illegible] rum [illegible] edidis[illegible] [illegible] spelunca [illegible], Herculem ab[illegible] [illegible] Quem cum Cacus [illegible] petentem à spelunca prohibere conaretur, [illegible] frustra [illegible] [illegible] obtriuit. Euander Arcas [illegible] quo [illegible] ea loca tene[illegible] bat, authoritate ma[illegible] [illegible] matri Carmentæ in[illegible] [illegible], quàm [illegible]

Prorumpit: nequeunt expleri corda tuendo [illegible]
T[illegible] uultu[illegible]
Pect[illegible] feri, [illegible]s gneis.
Ast pater [illegible]

Ex[illegible]
S[illegible] P[illegible]
H[illegible] cuit [illegible] per
[illegible] & eri[illegible]
[illegible] iuuene[illegible] te[illegible]
[illegible] om[illegible]
[illegible] uo [illegible] tede[illegible] u[illegible] ntes.

[illegible] Exerat H[illegible] mbra
[illegible] comas, [illegible]
[illegible] nes
[illegible]
[illegible] o.
[illegible] ban
[illegible] ias, [illegible]
[illegible] mu[illegible] cibus [illegible]eas.
[illegible] ircu[illegible]
H[illegible] ille [illegible]
H[illegible] fe[illegible] ecce
[illegible] gemi[illegible] t anguis.
[illegible] ias [illegible]
T[illegible] Mecca[illegible] labores
Re[illegible] heo f[illegible]
P[illegible] m[illegible]
[illegible] as

[illegible] fortunis [illegible] circa aduentum [illegible] cedis [illegible] exitium. [illegible] causam cognoui[illegible] [illegible] filiorum admira[illegible] & unde pr[illegible] in ea loca ueni[illegible] omen [illegible] trem p[illegible] induxit: Salue, [illegible] Herculi lane a[illegible] te ma[illegible] interpret[illegible] a[illegible] rum ca[illegible] [illegible] aeterni [illegible] arabit die[illegible] len[illegible] [illegible] Maximam [illegible] data [illegible] en [illegible] & fa[illegible] ac dicata. [illegible] otem [illegible] potentem [illegible] tendit qui [illegible] stabat. H[illegible] pr[illegible] loco ca[illegible] em intu[illegible] unde [illegible] ausse. [illegible] ii erant [illegible] ros, [illegible]

[illegible] praebebat autem id [illegible] pr[illegible] urb[illegible] bus eductos [illegible] [illegible] militis in uestibulis d[illegible] o quas [illegible] collocaret, [illegible] Ast pater [illegible] Vulcani. Sta[illegible] [illegible] aut [illegible] rapacium, per quem pa[illegible] aditus [illegible] spelunc[illegible]. Locus ab [illegible] Tra[illegible] a[illegible] cauo. [illegible] aratione [illegible] perbolica, ad am[illegible] ca. Ba[illegible] rum.] [illegible] erorum. [illegible] confertur [illegible] Aduo[illegible] uocat. Vnd[illegible] m[illegible] fum[illegible] ab aqua [illegible] Pedibusque informe.] H[illegible] bus trahere prouerb. rem pro [illegible] fare.

[illegible] ipse [illegible] posita [illegible] appella[illegible] dum [illegible] ra[illegible] familia [illegible] [illegible] tadem [illegible] forte ita [illegible] otium [illegible] erat, [illegible] atque [illegible] ueni[illegible] [illegible] arium ge[illegible] solenni[illegible] Poti[illegible] Euandro ed[illegible] ites per multa aetates huius sacris praefuere [illegible] traditio seruis publicis [illegible] familiae [illegible] ac Pinariorum omne [illegible] fecisse [illegible] annis infectum. Potitios ac [illegible] qui [illegible] uiros fu[illegible] es, [illegible] fuerit a[illegible]

qui ab Ap[illegible] sacra seruis publi[illegible] ea pro[illegible] e[illegible] lb[illegible] [illegible] ne us[illegible]: Pi[illegible] comeso prandio ue[illegible] [illegible] ae[illegible] se Her[illegible] aut proge[illegible] or ex decima gu[illegible] sed nunquam [illegible] modo casta sa non [illegible] rent. Quasi [illegible] ergo sacri[illegible] cu[illegible] es [illegible] malem [illegible] epe[illegible] et: sue [illegible] em garrulitatem [illegible] gi[illegible] us constat exhor[illegible] ead [illegible] diem festum [illegible] es.] [illegible]

sacri adhibitum. Et d[illegible] mu[illegible] Her[illegible]] [illegible] Maxima, cum [illegible] [illegible] aret mendi[illegible] seruat [illegible] Pinaria [illegible] Po[illegible] [illegible] Pinari[illegible] [illegible] Egeterem [illegible] [illegible] ut Pl[illegible] Pherecydes [illegible] scriptores [illegible] ea de cam[illegible] yphu pocula [illegible] [illegible] dictum [illegible] a sec[illegible] censae.] Belo[illegible] inquit [illegible] sunt mel[illegible] mellita non [illegible]

Sal. Ferebat.

Alii inque.

Prodigia, & uastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygij tremuêre lacus, te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhœus,
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumstetit anguis.
Salue uera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq́; ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, collesq́; resultât.

A *Dulcibus enim cũ pepsi societas infida. Significant autem bellaria: omne mensæ secundæ genus. A' Græcis ea* πέμματα *&* τραγήματα *fuere appellata. Et uina Liberi patris bellaria erãt in antiqua comœdia.* Tũ Salij]*Præcextatus apud Macrob.*

...rensfes frequentare solebat, Salios Herculi datas probat: in eo uolumine, in quo disputat, quid sit fenestina. Numa Salios sacerdotes apud Romanos Marti instituit XII. quos à solenni saltu, quo in sacris utebantur, Salios uocasse, Fenestella docet. Quidã *tamen à uiro Samothrace, seu Mantino, nomine Salio, dictos uolunt, qui armatam saltationem inuenit. Numerum eorum duplicauit Tul. Hostilius. Hi mense Martio plures dies celebribus urbis locis solenne tripudium ducebant, tunica uersicolore, tegmine puniceo amicti. Quod uestis genus Dionysius trabeam uocat. Succincti aeneo balteo, & gladio: dextera hastam, læua Thraciam peltam gerebant, & quidem ex ære, quam Romani ancyle uocabant: capitum tegmina altiores erant pilei, in conum exeuntes. Dionysius hos à Curetibus nihil prorsus fuisse diuersos existimat. Iidem nunc agonales, nunc Collini dicuntur.* Laudes.] *Sub Saliorum persona amplificat narrationem, à laudibus Herculis, quas illi decantabant. Solenne priscis habebatur, epulis adhibere citharœdos, aut musicos, à quibus uel deorum laudes, uel heroum res gestæ cantu celebrantur. Cùm igitur Salios cantantes introducit, decorè Herculis egregia facta eius sociis ebuccinantur.* Nouercæ.] *Iunonis. Duos angues à Iunone immissos, in cunis obtriuit, ut aiunt, infans.* Oechaliamq́;]*Quo pacto Troiam paucis diebus ceperit, frequenter iam dictum est. Oechalia, Laconiæ urbs est, quam euertit, ob iniuriam ab Euryto rege acceptam. Hic accepit Iolen.* Mille.] *Amplificatio.* Hylæumq́;.] *Centauros dicit, quos fingunt è nube & Ixione procreatos. Horum alter Hylæus a Theseo casus narratur. Pholus Herculem except hospitio.* Cressia.] *Cretensem taurum non interfecit. Historia nota sunt. De Typhoeo alibi dictum est.* Turba] *Huic quidam septem, alij centum capita tribuunt.* Salue.] *Epilogus cõstat religiosa inuitatione ad præsentia sacra.* Adijce.] *Canunt facinus memorabile de expugnatione speluncæ, & Caci cæde.* Collesq́;.] *Amplificatio.*

geminum hic errorem reprehendit: & quòd Salios Herculi dedit, quos antiquitas Marti consecrauit: & populeas coronas, cùm ad aram Maximam sola lauro capita & nõ alia fronde unciri mos esset. Videmus, inquit, & in capite prætoris urbani lauream coronam, cùm rem diuinã Herculi facit. Testatur etiam Terentius Varro in ea Satyra quæ inscribitur, περὶ ἐδεσμάτων*, maiores solitos decimam Herculi uouere: nec decem dies intermittere, quin pollucerent populum ad* ἀσύμβολον*: cùm corona laurea dimitterent cubitum.*

B *At ego, inquit Vectius in neutro dico errasse Vergilium. nam (ut primùm de frondis genere dicamus) constat quidẽ nunc lauro sacrificantes apud aram Maximam coronari: sed multò pòst Romam conditam hæc consuetudo sumpsit exordium, postquam in Auentino lauretum cœpit uirere; quam rem docet Varro lib. rerum humanarum secundo. E' monte ergo proximo decerpta laurus sumebatur operantibus, quam uicina afferebat occasio. Vnde rectè Maro noster ad tempora respexit, quibus Euander, ante urbem conditam, apud aram Maximam sacra celebrabat, & utebatur populo utiq; Alcidæ gratissima. Iam uerò quod ad Salios, idem Vectius respondit Poëtam eruditè eos huic sacro adhibuisse: quòd Hercules apud pontifices idem habeatur, qui Mars. Idem affirmat Varro in Menippea satyra, quæ inscribitur* ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς*: in qua, postquam multa de Hercule disputata essent, eum eundem cum Marte esse probauit. Sed & Chaldæi Herculis stellam uocant, eam quam nos Martis dicimus. Citatur Octauij Hersenij liber, de Sacris Saliaribus Tiburtium, in quo Salios Herculi institutos,*

C *& certis diebus operari, & auspicato quidem docet. Antonius item Emplio, cuius scholam Cicero post labores fo-*

Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuo,
Et comitem Aeneam iuxtà, natumqúe tenebat
Ingrediens, uarioqúe uiam sermone leuabat.
Miratur, facilesqúe oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturqúe locis, & singula lætus
+Exquirit, auditqúe uirûm monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis:
Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq́; tenebãt,
Gensqúe uirûm truncis & duro robore nata.
Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
Aut cõponere opes norãt, aut parcere parto:
Sed rami, atq; asper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo uênit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens & regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesqúe dedit, Latiumqúe uocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

+al. Exquirit, q; aud.

Facilesq́;.] *Facũdus comes in uia pro uehiculo est. Cæterùm præparatur uia ad digressiunculam, à narratione.* Tum rex.] *Excursus in narrationem, de Latij antiquitate, incolis, regibus, & fluminis ratione.* Hæc nemora.] *Principiũ narrationis ab incolis priscis eius regionis, & eorũ natalibus.* Nata.] *A' luco natalitio.* Queis neq;.] *A' moribus, cõsuetudine, cultu, stu-*

dio & uictu. Saturnus.] *Haudquaquã è cœlo Saturnus uenit, sed è Creta. Fuit æqualis Belo, patri Nini. Sed Cœli filius obid creditus fuit, quòd à filio fugatus è Creta, cùm in Latium uenisset, locorum indigenæ indolem & uirtutẽ eius mirati, ut è cœlo demissum eum ueneroti essent. Vetustas enim, eum cuius parentes ignoti essent, terra genitum credidit. Vbi in Latio Saturnus pri-*

Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuêre
Secula, sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus † Ausonia, & gentes uenêre Sicanæ,
Sæpius, & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperque immani corpore Tibris,
A' quo pòst Itali fluuium cognomine Tibrim
Diximus, amisit uerum uetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuêre locis, matrisque egêre tremenda
Carmentis nymphæ monita, & deus author Apol(lo.

†al. Ausonia

... ma prudentia sua rudimenta edidisset, & quidem apud homines illos rudes, & ferarum more uiuentes, in trũcis arborum habitantes, facilè consequutum est, ut cæli ac terræ filius crederetur. Honores illi & uiuo, & è rebus humanis sublato summi habiti sunt. Omnem eam terram Saturniam dixerunt. A Græcis κρόνος dicitur: hoc est, tempus. Hic liberos deuorasse, in fabulis existimatus fuit, quòd tempus omnia animantia absumat. Latiumque.] Ab etymologia uocabuli. Latuit enim exul in Italia Saturnus, tutus à tyrannide filij Iouis. Illud ceu parergon addatur. Quoniam Saturno humanis hostijs sacrificari mos aliquando irrepsit, per Pelasgos, qui sedibus suis pulsi, in Latiũ appulissent, Saturni hostia in prouerbium immanis crudelitatis cessit. Error oraculi, ex amphibolo uocis φωτὸς, fuit natus. Sic Delius respondit:

" στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατουρνίαν αἶαν,
" ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην οὗ νᾶσος ὀχεῖται.
" αἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
" καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Ferunt Herculem postea ab expeditione Hispanica in Italiam reuersum, oraculum interpretatum, ut faustis sacris infausta mutarent: ut Diti non capita, neque patri Saturno uiros, sed lumina tædasque in sacris exhiberent. φῶς enim, & uirum & lumen signare. Saturnia lena, Saturni pudex, prouerbio locum fecêre. Macrobius multa eruditè de Saturno & Saturnaliorũ origine differit. Cætera studiosi inde petant: nos tantùm Annotatiunculas commentamur.

Ausonia.] Ausonẽ Circes & Vlyssis filium, eius gẽtis authorẽ memorãt, alij Vlyssis & Calypsus. Tenuêre Ausones eam Italiæ partem, ubi hodie est Beneuentũ, & Cales.

Sicanæ.] De his alibi dictũ est. At Dionysius tradit, Arcades omnium Græcorũ primos Ionio emensa, in Italiam colonos misisse. Hunc aiunt Oenotrum cum Aboriginibus, 17 ætatibus ante excidium Iliense, cũ Peucetio fratre, classe in Italiam trãsmisisse. Iunioris Lycaonis is fuit filius, quintus à Phoroneo, qui omnium primus in Peloponneso regnarit, ut quidam prodidêre. A

Posuit.] deposuit. Etenim (ut in primo dictum est) pro temporum & locorum diuersis rationibus, à nouis colonis aut regibus, à quibus inuicẽ pulsi fuêre, nomẽ mutatum fuit, Italia, Oenotria, Ausonia, Hesperia, Saturnia, Sicania, &c. B

Tibrim.] De hoc paulò antè à uobis dictum est. Liuius tamen in diuersa sententia est.

Fortuna.] Causas impulsiuas reddit: quibus in Italiã uenerit: Seditione pulsus, iniquitate fortunæ, necessitate fatali, & monitu matris meæ fatidicæ Carmentis, atque adeò etiam ipsius Apollinis iussu.

Ineluctabile.] fatum ineuitabile, etiam in prouerbium cessit. Quod homini fatis decretum est, id eueniet. Homer. Odyss. 7.

" ——ἔνθα δ' ἔπειτα
" πείσεται, ὅσσα οἱ αἶσα κατὰ Κλῶθές τε βαρεῖαι
" γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Et Odyss. tertio:

" οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.

Decreta diuina immutabilia sunt, cùm leges humanæ pro temporum ac locorum ratione mutentur. Et illud ex eodem libro:

" ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
" οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. Erasm.
" At mentem Iouis haud ullis rationibus unquam
" Diuorum quenquam uitare, aut fallere fas est.

Vix ea dicta: † dehinc progressus monstrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quã memorãt nymphæ priscũ Carmẽtis honorẽ,
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucũ ingentem, quem Romulus acer asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
Nec non & sacri monstrat nemus Argileti:
Testaturque locum, & letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit:
Aurea nunc olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agresteis
Dira loci: iam tum syluam, saxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso uertice collem
Quis deus, incertũ est, habitat deus: Arcades ipsũ
Credunt se uidisse Iouem, cùm sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris
Relliquias, ueterumque uides monumẽta uirorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit * urbẽ:
* Ianiculumque illi, huic fuerat Saturnia nomen.

†al. hinc

*al. arcem

*al. Ianiculum huic, illi fuit.

Asylum.] Erat is locus situs inter duo querceta, umbris densus, inter arcem & Capitolium. Intermontio ipsi loca nomen erat. Huc serui, & qui domesticis iudicijs pulsi solum uerterant, uelut ad unicum libertatis portum, è uicinis urbibus confluebant. Hi benignè accepti, & omnib. affectis inuitati in dies nouam urbem frequentiorem reddebãt.

Lupercal.] Lupercale sacrum in palatio celebrabatur, ab Euandro, eiusque comitibus in Latium delatum. Palatium, ... Pallantium, à Pallanteo Arcadiæ dictũ fuerat. Sed Lupercalia, Lycæa dicta fuêre, à Pane Lycæo, numine Arcadiæ, quẽ Romani Inuũ uocabant, putabantque eundem esse cum Fauno: Lupercalia, quidã à Lupa Romuli & Remi nutrice dicta putant. Sunt quĩ ad uetustiorem originem referãt, ac locum Pani consecratum fuisse, ad arcendos ab ouibus lupos. Alij, ad expiandos manes fieri solita tradunt, in spelunca, quæ sub monte Palatino erat, mense Februario. Iuuenes C

Lycæum

[illegible] Eu[illegible] [illegible]sq; Romanae [illegible] Ve uem [illegible] ma uictor Ab[illegible] [illegible] Au[illegible] [illegible] dignũ [illegible] D[illegible] & an[illegible] [illegible]ntem Aen[illegible] duxit [illegible] uocauit B[illegible]tum [illegible] Liby[illegible] [illegible]x.

al. Libyst[illegible]

[illegible] mus fœdati sulibus sanguine, nudati gladiis, & uestitu [illegible] ab [illegible] ad icum Rom[illegible] m Luper[illegible] [illegible] nobiles [illegible] tabum ana [illegible] madida. Siue [illegible] [illegible] nudus latrones inseq[illegible] ferit [illegible] uotum Pani Lycæo fecerit. Siue à lupa, atq; ideo [illegible] per [illegible] nem immolabant, quod inter lupam & canem innatum sit dissidium naturâ. Luperci tergora caprae eripiebant [illegible] currebant [illegible] circum ueteri oppi[illegible] Pala[illegible] atq; in ipso occursu mulieres lori[illegible] [illegible] obuiam facilem sperabant partum [illegible] sacrorum [illegible] [illegible] [illegible] summum gererent [illegible] [illegible] Ant[illegible] [illegible] Nobilissimi [illegible] nudi [illegible] quos [illegible] cædebant [illegible] quibus etiam matronæ [illegible] occurs[illegible] ferien[illegible] das præbebant [illegible]

cadibus [illegible] fuit. Eum Euander condidit honoe[illegible] [illegible] V[illegible] Argoli nomen ma[illegible] Varro ab arg[illegible] [illegible] illic ma[illegible] erat co[illegible] pia. Se[illegible] [illegible] Archilo[illegible] tum. Locu[illegible] ubi taberna erant opi[illegible] p[illegible]uum. Martial li[illegible] ad lia bruem [illegible]

Argiletanas [illegible] habitare tabernas,
[illegible] tibi [illegible] semita nostra uacent.

Tarp[illegible] [illegible] Tarpeia [illegible] edito [illegible] Satur[illegible] fuit [illegible] ho[illegible] Arx T[illegible] à Sp. Tarpeio [illegible] Sabinis [illegible] prodita fuit. Hæc [illegible] utrumq; an[illegible] & Saturnum ad [illegible] Argiletum. [illegible]eris.] fortunæ tenuitate [illegible]. Haud [illegible] propter splendorem [illegible] Victor.] Dictum supra est, cur Herculei [illegible]. Effulsum [illegible]olqs.] A signis fortunæ no[illegible] regis.

N[illegible] ruit [illegible]

Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo ne[illegible] [illegible] mater
Lau[illegible]ntum [illegible] minis, & d[illegible]o [illegible]tu, [illegible]er,
V[illegible] [illegible] is au
[illegible] [illegible] [illegible]eo
[illegible] [illegible] egea
Debi[illegible] [illegible] [illegible]micis ign[illegible]
Non u[illegible] [illegible] miseris, non arma rogaui
Art[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
In[illegible] [illegible] exercere la[illegible]
Qu[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]rorum [illegible]
N[illegible]
[illegible] numen
A[illegible]
Te[illegible] [illegible]ontex.
A[illegible]
[illegible] cuanc [illegible]
Dixer[illegible] & n[illegible]
C[illegible] [illegible]tem [illegible] [illegible]
Accepit [illegible] [illegible]as
[illegible] [illegible] [illegible]
Non secus [illegible] tonitru [illegible] rupta corusco
[illegible] percurrit [illegible]
[illegible] & formæ con[illegible]
Tum pater æterno fatur deuinctus amore,
Quid [illegible] ex alto? [illegible]
Q[illegible] me[illegible] [illegible]
Tum quoq; [illegible] nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabant,

[illegible] à [illegible] [illegible]am [illegible] deorum. [illegible] hoc loco e[illegible] [illegible] apud [illegible] Iliad. [illegible] post cæsum Patrocli, Thetis à [illegible] Sed iustiori ratione [illegible] Vulcano postulat quippe à marito, [illegible] [illegible]. Nox r[illegible]] [illegible] temporis noctium [illegible], per [illegible] eiam prosopopœi[illegible] illi alas attribuit. [illegible] descriptione am[illegible] plius quiddam sp[illegible] Cum en[illegible] [illegible] apud superos & [illegible] quieti [illegible] [illegible] sua, sola [illegible] salute filij solicita, non potuit interquie[illegible] [illegible] bello.] [illegible] oratio [illegible] deliberatiua [illegible]

al. insp[illegible]

al. arces.

al. deuict[illegible]

propositio est [illegible] arma [illegible] [illegible] re. N[illegible] [illegible] subs[illegible] [illegible] [illegible] pu[illegible] [illegible] tamine dearum [illegible] onsequ[illegible] A[illegible] ma. [illegible] Nerei [illegible] Thetis [illegible] ab exem[illegible] plis minoribus. T[illegible] thonia. [illegible] Nemini [illegible] ondere. [illegible] paratione [illegible] pe[illegible] per[illegible] [illegible] O[illegible] Gell[illegible] [illegible] Musæ [illegible] fiduci[illegible] laudibus hot Verg[illegible] ersus fere[illegible] bant, quibus Vulcani

decem [illegible] annos [illegible]

[illegible] est,

[illegible] curæ,

[illegible]

V[illegible]

[illegible] Dux

[illegible] ores

[illegible]

[illegible] eius ambitum draconcu[illegible], ad [illegible] circumc[illegible]erent [illegible] cum sit, [illegible] ut rsus V[illegible] [illegible] calaturam, [illegible]

H[illegible] A[illegible] L[illegible] oris,
F[illegible]m ex [illegible],
E[illegible] um [illegible]:
C[illegible] len[illegible], [illegible] s,
E[illegible] en[illegible] m circ[illegible] n[illegible].
[illegible] me[illegible] enfem,
[illegible] ns.
N[illegible] non & [illegible] sto[illegible] to
[illegible] cedun[illegible] magis [illegible]
H[illegible]
Serm[illegible] m [illegible] & [illegible] eros.
[illegible] A[illegible] ne[illegible]
F[illegible]
[illegible] d[illegible] xi [illegible] dunt
Aedib[illegible] & [illegible] tan[illegible] m[illegible] ur.
R[illegible] ex[illegible]
M[illegible] m[illegible] orum ductor, [illegible] nunquã
Re[illegible] Troiæ [illegible] cta [illegible] rebo[illegible]
No[illegible] o
E[illegible] l
H[illegible] emit & [illegible] armis.
S[illegible] ibi ego [illegible] gentes [illegible] o[illegible] regni
Iu[illegible] gere [illegible] o, [illegible] m
O[illegible]
H[illegible] axo[illegible]
[illegible] sede[illegible] n
[illegible]
H[illegible] em [illegible] superbo
I[illegible] s.
[illegible] d m[illegible] n[illegible] c[illegible] tatyrãs
[illegible]
M[illegible],
[illegible] ora
[illegible]
[illegible] t.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
I[illegible] s
[illegible] T[illegible]

E[illegible],
R[illegible] ofcun
[illegible] A[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ftem
[illegible] terra,
Nu[illegible]

Eu[illegible] am] Re[illegible] ab excursu ad in[illegible] termissam narratio[illegible] nem hoc est ad res Euandri. H[illegible] sumpta [illegible] Ho[illegible] Illud [illegible] ab [illegible] [illegible]

S[illegible] [illegible] [illegible] calem[illegible], quæ sub te[illegible] [illegible] [illegible] do [illegible] [illegible]

E[illegible] ces[illegible] Sequi[illegible] [illegible] ma[illegible] gno [illegible] narra[illegible] tion[illegible] ex

[illegible] Studia [illegible] cadendis [illegible] poss[illegible]

[illegible] Dux [illegible] ex [illegible] ex [illegible] [illegible] oratio, quæ continet Aenea[illegible] tum[illegible] one [illegible] trusc[illegible]orum duce au[illegible] xil[illegible]um [illegible] . Suadet [illegible] firmorum [illegible] pem[illegible] adduc[illegible] Euander [illegible] ab [illegible] dium [illegible] utores esse, quibus quæ ad tantum bellum [illegible] laudans [illegible] Aeneæ uirtutem. [illegible] Tibr[illegible] [illegible] præfer[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] responde[illegible] pro conte[illegible] [illegible] [illegible] Tum [illegible] Ad[illegible]

Aaffectus in prora consedit. Triduò ita solus ac tacitus in prora hæsit. Vbi uerò ad Tanaerum promontorium peruentum esset: unà cum Cleopatra cœnare cœpit, ac cubare.

Cycladas.] *de his insulis, & Sporadibus, in magno mari Ionio, in tertio dictum est, hyperbole. Eleuatur res per similitudinem.*

Tanta mole uiri turritis puppibus instant.
Stuppea flamma manu, telisq́; uolatile ferrum
Spargitur, arua noua Neptunia cæde rubescunt.
Regina in medijs patrio uocat agmina sistro:
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angueis,
Omnigenûmq́; deûm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunũ & Venerem, cõtraq́; Mineruam
†Vela tenent: sæuit medio in certamine Mauors
Cælatus ferro, tristesq́; ex æthere Diræ.
Et scissa gaudens uadit Discordia palla,
Quam †consanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper. omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes uertebant terga Sabæi.
Ipsa uidebatur uentis regina uocatis,
Vela dare, & laxos iam, iamq́; immittere funes.
Illam inter cædes, pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, undis & Iapyge ferri.
Contrà autem magno mœrẽtem corpore Nilum,
Pandentemq́; sinus, & tota ueste uocantem
Cæruleum in gremiũ, latebrosaq́; flumina uictos.
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, dijs Italis uotum immortale sacrabat.
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitia, ludisq́; uiæ, plausuq́; fremebant.
Omnibus in tẽplis matrum chorus, omnib. † aris,
Ante aras terram cæsi strauêre iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorum, aptatq́; superbis
Postibus. incedunt uictę longo ordine gentes.
Quàm uariæ linguis, habitu tam uestis & armis.
†Hinc Nomadũ genus, & discinctos Mulciber A-
Hinc Lelegas, Carasq́; sagittiferosq́; Gelonos (fros,
Finxerat, Euphrates ibat iam mollior undis,
Extremiq́; hominum Morini, Rhenusq́; bicornis
Indomitiq́; † Daci, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur, rerumq́; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq́;, & fata nepotum.

Tãta mole.] *Ecphonesis in ardore pugnæ: subijcitq; amplificationem certaminis.* Neptunia.] *marina.* Regina.] *Cleopatra, quæ secũ 60. naues ad bellum traxit, quæ post primũ ordinẽ steterunt.* Sistro.] *æneo crepitaculo Aegyptio, per cuius laminam incuruam, paucæ uirgulæ mediæ traiectæ, crispante brachio trigeminos ictus reddunt sonum argutum.* Angueis.] *Antonius post* B *Actiacam cladem, rebus uariè se habentibus, ex Pharo in urbem reuersus, pristinis uoluptatibus ac luxui se immersit perinde ac si nihil uel mali accepturum fuisset, uel instaret. Cleopatra mortuo iam Antonio, petijt ab Octauio, ut ei parentare liceret: quo impetrato, cũ paucis familiarium ad sepulchrum eius cõcessit. Ibi in terram prolapsa: O' amate Antoni, inquit, libera nuper te morientem complexa fui, nunc captiua tibi parẽto. Nulla libamina, præter* C *ista, à me expectã amplius: quippe quæ ultima sunt. Viuos nos nulla uis separauit, mortui non permutabimus loca, ut ego Aegyptia in Latio, tu Romanus in Aegypto sepeliaris. Hæc & id genus multa cùm miserabiliter lamentando questa esset, balneum sibi parari iussit, atq; inde lota magnifico apparato epularum accubuit: cùm quidam ex agro superueniens cistam adferret ficis recentibus onustam. Qua reclusa, cùm custodes nihil præter fructus in ea esse uiderent, regina tradi permisêre. Illa cistella accepta, per literas ad Octauium precata est, ut sibi hoc extremum munus daret, quod suum cum Antonio corpus conderet. Omnibus inde ancillis, extra duas, dimisiis, fores omnes diligẽter claudi iussit. Tradũt quidam, aspidem cum ficis allatam sibi admouisse. Constat certè Cleopatram: per id tempus omnifariam uenena expertam, ut aliquod præsens haberet, si opus fuisset. Compertumq́ illi fuisse, aspidis morsu sine ullo sensu mortis hominem extingui posse: ac ueluti grauato per somnum capite, paulatim sensum alienari, sudore leuiter per totum*

caput diffuso. Certè *dormienti similis, corona regia capiti imposita, inuenta fuit ab ijs qui ab Octauio mittebantur, ad præueniendum uenenum. Itaque aspides dicit, quas sibi admouit.* Omnigenũ.n.] *Verè mõstra: quippe coluit bouem, ciconiam, felem, canẽ, lupum, caprum, crocodilum.* Anubis] *filius Osiridis, qui canis specie colitur fui, aut certè capite canino: aut, ut alterum filiorũ Macedonem lupi simulachro uenerabãtur Osirim, Solẽ: Isidem, terram credebant. Non recipiebant intra muros aut Saturni fanũ, aut Serapis. His religiosum erat, pecudibus, aut sanguine placare deos: precib. tantùm & thure litabant. Fana extra pomœria posita erant.* Contra] *pugna deorum in partibus.* Discordia.] *Idolopœia. quid palla sit, alibi retulimus.* Actius Apollo.] *Fingit Apollinem sagittis suis Antonij copias in fugam agentẽ. Hæc paulò antè explicata sunt.* Sabæi.] *Arabiæ populi Inter innumeras gentes fœlicis Arabiæ, omnium celeberrimus pagus est Sabæorum, terra ipsa thurifera est dicta, propter syluam centum passuum longitudine, latitudine uerò 50. cuius arbores ad decimumquintum Calend. Augusti incisæ, humorem spumeum edunt, qui concretus, cadit in terrã, unde queat colligi: aut cortici adhæret, unde depectitur. Sed de huius terræ fœlicitate plura commemorare supersedeo.* Iapyge.] *uento Cauro, qui ex Apulia oritur.* Mœrentem.] *prosopopœia.* At Cæsar triplici.] *Dalmatico, Alexandrino, & Actiaco: quos continuo triduo egit* Dona recognoscit.] *aurum coronarium, quod uictis gentibus ob concessam uitam imponebatur. Id auri Suetonius quoq; scribit in circo offerri solitum à populo. Et in Claud. uita: Nec ullo, inquit, spectaculi genere communior aut remissior erat, adeò ut oblatos uictoribus aureos, prolataq; sinistra pariter cum uulgo uoce digitisq; numeraret. Eò alluisse uidetur Iuuenalis:*

al. Tela
al. cõ san guineo
al. aræ.
al. Hic
al. Hic
al. Dan

» ——& cùm se uerterit amnis,
» *Accipe uictori populus quod p stulat aurum.*

Fragmenta auri & argenti donabantur, idq́ genus stipe dicebatur collaticia, ut singuli tamen quid minimum præstarent. Id inde ad fabros deferebatur, in aliquod ornamenti genus conflandum. Hoc ab Alpheno iurisconsulto, argentum postulatum dictum uidetur. Martial. lib. 7.

» ——nulla nenut à me
» *Argenti tibi libra postulati.*

Lelegas.] *De his Acarnaniæ populis abundè alio loco dictum est.* Caras.] *Cariam dicit, nomoti Asiæ gentē.* Gelonos.] *Scythiæ extremæ populos.* Euphrates.] *Quasi amnis senserit etiam Cæsaris uictoriā. Euphratem & Araxem montes Armeniæ maioris fundunt, hunc in ortum, illum in occasum.* Morini.] *Vltimi Oceani Gallici populi Teruuannen, quorum oppidum nuper funditus à Carolo quinto excisum fuit.* Rhenusq́ bicornis.] *Qui in duo brachia cū diuisus erat, in Vahalim, & sui nominis amnē. Posterius temporibus Isala, tertium accessit cornu.* Daci.] *populi intra Istri fluenta, truces & indomiti. Etiā post Actiacum bellum, aduersus uarias gentes pugnatum fuit: præcipuè Istri feroces accolas, ut Mæsos & Basternos, quos M. Crassus uno prælio pacauit. Thraces quoque, qui paulo antè defecerant, per Pisonem uicit Augustus, uel (ut Liuius) per eundem Crassum. Cœperant tum quoq́ Daci, quorum nunc meminit Poeta, sociorumq́ Pop. Rom. & uectigalium fines infestare, Istro gelu astricto. In hos P. Lentulum misit, qui in ulteriorem ripam transportato exercitu, ita armis eos coërcuit, ut magis Dacia sublata quàm uicta uideri potuerit. Huius item ductu Sarmatarum excursiones sunt cohibitæ. Dahæ Persarum populi sunt: quare Daci haud dubiè legendum est.* Araxes.] *Hunc diximus è montibus Armeniæ oriri, in ortum suo uiolento cursu euagari. quare eum indignari pontem dicit.* Talia per.] *Epilogus descriptionis, siue potius enumerationis historiarum, quæ in ducis Troiani panoplia incisæ fuêre.* Rerum.] *futurarum, quarum ipse erat ignarus.* Attollens.] *posterorum eri, in armis expressas: quas certum erat quondam euenturas.*

FINIS LIBRI OCTAVI
Aeneidos Virgilianæ.

ARGVMENTVM LIBRI IX. AENEIDOS VERGILIANAE.

ADILON.

Nonus habet pugnas, nec abest dux ipse tumultu.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN nonum Aeneidos librum Argumentum.

Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem
Nympharum in speciem diuino numine versæ.
Euryali & Nisi captis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadæ, vallumq; tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vt, Turnus Bitian & Pandaron altum
Deycit, & totis victor dat funera castris,
Iamq; fatigatus recipit se in castra suorum.

D. LAMBER-

D. LAMBERTI HORTENSII IN LIBRVM IX. AENEIDOS ANNOTATIONES.

ATQVE] *Pugnarũ præludia inchoaturus, fingit Irim à Iunone missam ad Turnũ, quæ eum ad hostilia moliendum exhortetur. Homeri uestigijs insistit, à quo lib. Iliad. 2. Iris ad Agamemnonẽ à Ioue mittitur, ut dormientem excitet, excitatum iubeat omnes copias in aciem educere: fore ut eo die Ilium capiat. Turnus cœlesti uoce confirmatus, classem Troianorum urere constituit: quæ tamen Iouis & Cybeles beneficio in nymphas marinas transformatur. Obsidetur interim, absente Aenea, Troia. Mittuntur in rebus angustis Nisus & Euryalus ad Aeneam, qui eum omniũ harum rerum certiorem faciant. His præmia promittuntur. Vrbem egressi, multos hi passim trucidant. Cædit Euryalus telis hostiũ obrutus, & à Volscente interficitur: qui non multò pòst à Niso uicissim occidit. Nisus & ipse multis acceptis uulneribus, statim super cæsi amici corpus concidit. Troia interim magnis uiribus oppugnatur, sed maiorib' defenditur. Numanus petulantius Ascanium incessens, ab eo fonditur. Pandarus & Bitias portis erumpere ausi, cum hostibus dimicant. Turnus intra muros conclusus, post magnam cladem editam in amnem præcipitatus enatat.* Irim.] *Hæc deorum internuncia, nisi ad turbandas res mortalium in terras mitti solet.* Pilumni.] *A' pilo dictus fuit Saturnus, quòd primus docuisse dicatur frumenta in pilo comminuere. Idem à stercoratione agrorum Sterculus & Sterculini appellatus traditur.* Thaumantias.] *Iris, filia Thaumantis. Cæterùm ut apud Homerum Iris ad Agamemnonem, ita hic ad Turnum, ad miscenda omnia mittitur: ibi à Ioue, hic à Iunone.* Turne.] *Exhortatoria oratio, ad inuadenda castra hostium. Exordium à temporis expectati ratione ductum: locus ab opportuno.* Aeneas.] *Narratio.* Petit Euandri] *Offendit quosdam olim, Euandri, quod in fine contrahi in uersu existimetur. Quare ausi fuere, subijciunt trisyllabum, Petiuit Euandri: non perpenderet, primam syllabam in Euadri, diphthongo produci. Martianus Capella docet, ubique in frequentia produci: ut in illo quoque:*

Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Corito.] *Amplificat opportunum. De Cortio porrò alibi dictũ est.* Lydorũ] *Qui Lydi in Italia demigrarint, non uno alibi loco nobis sermo fuit.* Agresteis.] *Extenuatio opum Troianarum.* Quid dubi.] *Epilogus cõstat notatione deliberationis, & exhortatione ad oppugnanda Troianorum castra, ducis absentia turbata.* Arcum.] *quem nubis concauitas efficit rotundum: de cuius natura alibi disputauimus. Iam uerò secare uiam, pro iter facere: &, secare mare, nauigare. De Iridis natura multa Plin. libr. 2. cap. 59.* Agnouit.] *arcum cœlestem, & eius naturam, siue deorum internuncium.*

ATQVE ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno,
Audacem ad Turnũ: luco † tũc forte parentis
Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore * loquuta est:
Turne, quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet, uoluenda dies en attulit ultrò.
Aeneas urbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini * sedemq́ue * petiuit Euandri.
Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad urbes,
Lydorumq́ue manum, collectos armat agresteis.
Quid dubitas? nũc tẽpus equos, nũc poscere currus.
Rumpe moras omneis, † & turbata arripe castra,
Dixit, & in cœlum * paribus se sustulit alis,
Ingentemq́ue fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicesq́ue ad sydera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est uoce † sequutus:

al. tum. — al. locuta est. — al. regnaque. — al. petiis. — al. turbataque. — al. pariter. — al. secut'.

B — C

Iri decus.] *Hom. lib. Iliad. 18.* Ἶρι θεὰ, τίς τ' ἄρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε; Discindere.] *hiatum, quẽ Græci χάσμα dicunt.* Palanteis.] *quæ discurrere uidentur, nunquam temerè, quin ex ea parte truces uenti exoriantur. Atque hinc procella terramariq́ue. Proinde belli ingruẽtis tempestatem horribilẽ id denunciat exorituram.* Onerauit.] *multiplicia uota indicat, quæ dijs diuersis pro sua & exercitus salute uouit.* Exercitus.] *Proponit in uniuersum, quod statim in partes suas secat.*

Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde hæc tam clara repentè
Tempestas? uideo medium * discindere cœlum,
Palantesq́ue polo stellas, † sequar omina tanta,
Quisquis in arma uocas. * tum sic effatus, ad undã
Processit, summoq́ue hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans, onerauitq́ue æthera uotis.
Iamq́ue omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equûm, diues pictai uestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coërcent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenẽns, & toto uertice suprà est.

al. di-scedere. — al. sequor. — al. Et.

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cum refluit campis, & iam se condidit alueo.

Dues.] Potest Dues uel ad praecedentẽ, uel ad sequentem clausulam accommodari. Ceu septem.] Collationibus ordines explicatos amplificat. Gangen quidam incertis fontibus nasci, ut Nilum, dixerunt, atq; consimili ratione proxima quaeq; rigare. In eum influere 19. flumina. Alij cum magno fragore ipsius fontis statim erumpere, ac per se scopulosa & abrupta deiectum, ubi primum planũ aequor contingat, in quodam lacu hospitari, atq; inde lenem fluere. Estq; toto Orbe amnis maximus, uastus medie, alicubi lacus uerius quàm fluuius, centum A stadiorũ latitud. nusquam angustior quàm 8. M passuũ. Alij aiũt, Gangem ex Caucaso oriri ad meridiem: atq; ubi planiciem contigerit, se in ortum reijcere. Nilus.] Hic è montibus Aethiopiae delapsus, per Aegyptum mediam diuagatur: & ad ultimum, 7. ingentibus ostijs mediterraneum ingreditur. per angustũ riuuli inter ista non recensentur. Quantum terrae inter haec interiacet uehemẽter fertile est, quod sub in annis inundatione oblimetur, ac proinde foecũdetur. Refluit.] inundat proxima quaeq; agrorum.

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere cãpis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus,
Quis globus ô ciues caligine uoluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.
Hostis adest, eia: ingenti clamore per omneis
Condunt se Teucri portas, & moenia complent.
Namq; ita discedens praeceperat optimus armis
Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
Neu struere auderent *aciem, neu credere campo:
Castra modò, & tutos seruarent aggere muros:
Ergo, etsi conferre manum, pudor iraq; * uetat,
Obijciunt portas tamen, & praecepta facessunt,
Armatiq; cauis expectant turribus hostem.
Turnus ut †anteuolans tardũ praecesserat agmẽ,
Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecũ ô iuuenes? qui primus in hostẽ?
En, ait, & iaculum *attorquens emittit in auras,
Principium pugnae, & campo sese arduus infert.
†Clamorẽ excipiunt socij, fremituq; sequuntur
Horrisono: Teucrûm mirantur inertia corda,
Non aequo dare se campo, non obuia ferre
Arma uiros, sed castra fouere. huc turbidus atque huc
Lustrat equo muros, aditumq; per auia quaerit.
Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili
Cũ fremit ad caulas, uentos perpessus & imbres,
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Saeuit in * absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccae sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo, muros & castra tuenti,
Ignescunt irae. & †durus dolor ossibus *ardet,
Qua tentet ratione aditus, & † qua uia clausos
Excutiat Teucros uallo, atq; effundat in aequor.
Classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septam circum, & fluuialibus undis,
Inuadit, sociosq; incendia poscit ouantes,
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.

Hic subitã.] A signis aduentantiũ hostium. Caicus.] Troianus, cuius item meminit in primo. Nomen huic factum est à Caico amne Mysiae, antea Astraeo dicto. In ea regione inter Olympinen & Pergamenen, situs campus Caici appellatus. Ipse aũt fluuius contra urbem Eleam deuoluitur in Elaiticum sinum. Ferte citi.] Asyndeton, rei praecipiti uehementer consentiens. Eia.] Militũ ad portas confluentiũ conclamatio. Fortuna.] belli. Discedens praeceperat, in rebus dubijs claudere portas. Excessat factum, à mandatis ducis. Thracius.] A colore & loco celebrat nobilitatem equi. Hoc dicẽdi genus apud Macrobium siccum appellatur. Cristaq;] Homoeoteleutum, ac proinde inconcinnum. Iaculũ.] Donat antiquitate consuetudinem Ro. qua è iure foecialium pater patratus, aut praetor in hostium fines torquebat hastam, cùm bellum indiceret. Postea propter imperij amplitudinem hastam mittere solebant super columnam, quae erat ante B templum Bellonae. Socij.] Rutuli. Inertia.] quòd pugnam detrectarent. Ac ueluti.] Pathos ab ira. Venusta cõparatione uim iramq; Turni proponit, ducta à natura lupi, ad ouilia ouibus insidiantis, cùm irrumpere nequeat. Ventos.] Ab incõmodorum contemptu, amplificat cõstãtiã lupi. Nocte.] à temporis circũstantia. Ac plus est, quod rabies fames augetur agnorum balatu, & longo tempore edendi appetitus collectus sit: & cùm siccae fauces famem ad insaniam usque acuant. Haud aliter.] Applicatio. Turnus, lupus: C oues intra caulas conclusae, Troiani moenibus tuti. Ignescũt.] [illegible] Homerica imitatio. Pinu.] face. quam in naues torqueat, cùm neq; muros neq; aggerẽ labefactare posset ulla ui pfentẽ.

*al. acies, * al. monstrat, †al. antè uolans, *al. Intorquens, † al. Clamore, *al. absentis; †al. duris, * al. haeret, †al. quę

Tum uerò incumbunt, urget praesentia Turni
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuẽre focos, piceum fert fumida lumen
Taeda, & *cõmmixtam Vulcanus ad astra fauillã.
Quis Deus, ô Musae, tã saeua incendia Teucris
Auertit? tantos rat[illegible]us quis depulit igneis?
Dicite: prisca fi[illegible]es facto, sed fama perennis,
Tẽpore quo primum Phrygia formabat in Ida

Quis ô Deus.] Rẽ prodigiosam cõmemoratur, Musas rursũ inuocat. ut narrent cur Dei beneficio incẽdium in naues iniectũ, sit auersum. Spectat & haec inuocatio ad parem aliquam laudem Turni, quod huic malo nõ nisi à dijs occurri potuerit. Tẽpore.] Narratio. ducta à tempore, quo classes Troianorum fabricari sint coepta, ad Antandrum.

*al. commistam

Da

Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat,
Ipse Deûm fertur genitrix Berecynthia magnũ
Vocibus his affata Iouem: Da nate petenti,
Qđ tua chara parēs domito te poscit Olympo.
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa (quò sacra ferebant)
Nigranti picea, trabibusq́ obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius † urget.
Solue metus, atq; hoc precib. sine posse parentē.
* Neu cursu quassatæ ullo, neu turbine uenti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi:
O genitrix, quò fata † uocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factæ immortale carinæ
Fas habeant? certusq́ incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
Imò ubi defunctæ finem, portusq́ tenebunt
Ausonios, olim quæcunq; euaserit undis,
Dardaniumq́ ducem Laurentia uexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magniq́ iubebo
Aequoris esse deas: qualis Nereia * Clotho,
Et Galathea, secant spumantem pectore Pontũ.
Dixerat, idq; ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraq; uoragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

A Da nate.] *Beneuolētia à sua persona.* Pinea.] *Narratio. Pinea. nam pinus Matri deûm dicata priscis fuit, ut aliæ arbores alijs dijs. Hæc sylua in Ida monte est, ubi classem suam molitus fuerat Aeneas:* —*classemq́ sub ipsa Antādro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.* *Ad Scamandrũ sita est Ida, Gargarũ prius dicta, ubi Iouis & Berecynthiæ matris deûm aræ erant: ut tradit autor libelli apud Græcos* περὶ ποταμῶν, *qui B tulo Plutarchi circũfertur.* Arce fuit.] τῶν ἰδαίων τὸ ἄκρον τὸ … *inquit Chrasso-mathiæ author.* Quo sac fereb.] *Erant illic Iouis & Matris deûm aræ, ut dixi.* Dardan.] *Aeneæ.* Solue me] *Exime mihi hunc metum, libera me hoc metu Petitio.* Filio.] *Periphrasis Iouis.* Quò fata uoc.] *Exordium à modesta reprehēsione, quòd fatis obstare uideatur.* Nereia.] *Nereis filia, nympha marina.* Dixerat.] *Hom. lib. Iliad. primo:*

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Nigris annuit superciliis. Hinc illa prouerbia respiciunt, Attollere supercilium & ponere supercilium. In his, inquit Plin. pars est animi, negamus; annuimus. Per pice torrenteis.] *Iuramento peculiari promissum confirmat.*

Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complêrant, cùm Turni iniuria matrem
Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.
Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab auroa cœlum transcurrere nimbus,
Idæiq́ chori: tum uox horrenda per auras
Excidit, & Troûm, Rutulorũq́ agmina cōplet:
Ne trepidate meas Teucri defendere naues:
Néue armate manus: maria antè exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus. uos ite solutæ,
Ite deæ pelagi, genitrix iubet. & sua quæq;
Continuò puppes abrumpunt uincula ripis,
Delphinumq́ modò, demersis æquora rostris
Ima petunt: † hinc uirgineæ (mirabile monstrũ)
Reddunt se totidem facies, pontoq́ feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad litora * puppes.
Obstupuêre animis Rutuli, conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur, & amnis
Rauca sonās, reuocatq́ pedē Tiberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno.
Vltrò animos tollit dictis, atq; increpat ultrò:
Troianos hæc monstra petunt, his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela, nec ignes
Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,
Nec spes ulla fugæ, rerũ pars altera adempta est.
Terra aũt in † nostris manib. tot millia * genteis
Arma ferunt Italæ: nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges † præ se iactant responsa Deorũ.
Sat fatis Venerìq; datum est, tetigêre quòd arua
Fertilis Ausoniæ Troës. sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge prærepta: * nec † solos tangit Atridas

Ergo aderat.] *A deorum consilijs redit ad res humanas, & Iouis promissa: hoc est, ad nauium metamorphosin.* Matrem.] *deorum, Cybelen.* Lux effulsit.] *Allegoria prouerbialis, de insperata fœlicitate: ut nox humida, de ma- C lis ingruentibus.* Maria.] *Pathos ab hyperbole. Argumētũ ab impossibili.* Sacras pinus.] *naues è sylua sacra Idæa excisas.* Troianos.] *Animos Rutulorũ præsenti prodigio territos cōfirmat, consolaturq́ mœstos & abiectos, ne percellantur.* Troianos.] *Proposito ab inuersione prodigij. nā quod fuit eis aduersum, prosperum faustumq́ Troianis, id pro se, ac contra Troianos interpretatur … Simul interim dum suorum ignauiam increpat, insolēter suas uires ac uirtutem minatur.* Terra.] *A præsenti copia.* Fatalia.] *Occupat id quod de fatali necessitate responsum fuerat oraculis. Atq; occupationē eam soluit cōmoda interpretatione uaticiniorũ, ut quæ sibi nil sint obfutura.* Tetigêre qđ.] *Exponit oraculũ, Troianos peruenturos in Italiam.* Sunt &.] *Troianorũ fatis uicissim sua opponit: hæc nempe, ut gentē Troianā in hac ipsa terra deleat Ferro.* Nec solos tangit.] *A causis & effectibus, Homerus lib. Iliad. 9.*

τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας
ἀτρείδης; ἦ οὐχ ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο;
ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
ἀτρεῖδαι;

* al. angit.
* al. Nec
* al. trahis?
* al. Doto,
* al. cùm
* al. proræ al. naues.
* al. manib. nostris,
* al. gentis
* fortass. pro se
* al. an
* al. solus

† Ille dolor, solis'q; licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis, penitus modò nõ genus omne perosos
Fœmineum, quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarum'q; moræ, leti * discrimine paruo
Dant animos. an non uiderunt mœnia Troiæ,
Neptuni fabricata manu, considere in igneis?
Sed uos ô lecti, ferro quis scindere uallum
Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
Hetrusci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo.
Luce palàm certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelasga
Esse † putēt, decimũ quos distulit Hector in annũ.
Nunc adeò (melior quoniam pars acta * diei)
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperate † parati.
Interea uigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.

* al. Iste
* al. discrimina parua
† al. ferant:
* al. diei est
† al. parati.

Cessit in Prouerbium iamolim apud eruditos hic uersus Homericus, quem aptè tribuit hic Turno: Num soli hominum Atridis affectus, amor'q; Vxorum est? —— Erasmus. Cùm significabimus, suam cuiq; iniuriam dolere, siue ea contumelia sit, siue damnum. Non debere quenquam impunè lædi. Adfertur hic uersus à Sexto Cælio, citante Vlpiano lib. 48. Pand. ad leg. Iul. de adulter. Peccare.] Ab euentu. Si semel peccasse atque perisse satis esset, iam Troiani essent perosi omnes fœminas. Mœnia.] A maiori ad minus. Sed uos.] Transit ad exhortatoriam partem, ad oppugnandũ uallum. Non armis.] A facili, cum extenuatione uirium hostilium. uallum nullo momento capi posse.

Vulcani] Anteponit se Achilli qui Vulcanijs armis munitus, cũ Hectore congressus, eum occidit: cùm ipse ensem tantũ haberet sibi à Fauno relictum. Addant.] Donat Troianis, quantùm sibi dari ausint optare, auxilia & præsidia: fore tamen suffecturum omnibus. Tenebr.] ut noctu capiantur, quod A tempus maximè opportunum est insidijs. In tenebris Diomedes & Vlysses peruenerunt in urbem, & arcis custodibus cæsis rapuerunt furtim Palladium, ut in secundo dictum est. A tempore. Equi.] A modo: sed aperto Marte, non aũt dolo, uerùm aperta uirtute, ut ducem fortẽ decet. Luce.] Hoc ad uirtutis suæ cõmendationem facit, & hostium cõtemptũ. Danais.] A natione, ut imbelli, & quæ tecto dolo, non uirtute uincere didicit. quare disertè addit, & pube Pelasga, Græcis dolis, & Græca fide. B Decimum quos, &c.] Ab exemplo, Græcorum imbelliam coarguit: quasi dicat, se intra paucos dies bellum confectum habiturum, totidem adeò diebus quot annis à Græcis ad capiendam urbem laboratum fuisset. Nunc adeò] Epilogus constat exhortatione, ad curanda corpora ante pugnam, è more militari. Homer lib. Iliad. 9

νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.

Obsidere.] Enallage coniugationis.

Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quemq; * sequuntur
† Purpurei cristis iuuenes, auro'q; corusci,
Discurrunt, uariant'q; uices, fusi'q; per herbam
Indulgent uino, & uertunt cratêras ahenos,
Collucent ignes, noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc super è uallo prospectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontes'q; & propugnacula iungunt.
Tela gerunt: instant Mnestheus, acer'q; Serestus:
Quos pater Aeneas (si quando aduersa uocarent)
Rectores iuuenum, & rerũ dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercet'q; uices, quod cuiq; tuendũ est.
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibus'q; sagittis:
Et iuxtà comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadûm, Troiana neq; induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor unus erat, pariter'q; in bella ruebant.
* Tum quoq; cõmuni portam statione tenebant.
Nisus ait: Dij'ne hunc ardorem mentibus addũt
Euryale? an sua cuiq; deus fit dira cupido?
Aut pugnã, aut aliquid iadudũ inuadere magnũ,
Mens agitat mihi, nec placida cõtenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant, somno uino'q; † sepulti

* al. secuti
† al. Purpureis cristis
* al. Tunc
† al. soluti

Bis septem] Occasio ad pulcherrimum facinus parium amicorum Nisi & Euryali. Mille quadringentos dicit in statione nocturna dispositos, ne quis Troianorũ ex oppido elaberetur. Hos describit à splẽdore armorum, & studio nocturno, quod militaribus hominibus uulgò peculiare est. Collucent.] Id tum ueteribus (ut ex Homero liquet) usitatũ fuit: tum nostra item tempestate, extra tectorum confectium, hybernis mensibus propter frigus ferè fit. Insomnem.] Id'q; è licentia militari. Nisus erat.] Hi duo inter amicorũ paria recensentur, ut Pylades & Orestes, & alij. Cæterùm describit Nisum à parente, studio'q; iaculandi. Et iuxtà] Hi duo amici, Doloni Homerico referunt, qui ad exploranda Græcorum castra missus, à Diomede & Vlysse interceptus occisus'q; fuit. Euryalus.] Hic à forma laudatur, ut Nireus apud Homerum lib. Iliad. 2. C

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Ora puer pri.] Ab ætate iuuenili, & amicitia indissolubili uincula. Dij'ne hũc ardorem.] Apuleius ait, in aliquam sententiam animũ humanum adhuc in corpore situm, posse dæmonem appellari. Itaque bona cupido, suus cuique deus

satis. Hunc sine.] *Petitio.* Umbras.] *tenebras dubias: non*

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos:
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis uenatibus auxi,
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi,
Hūc sine me turbare globū, & rege tela per auras.
Dixerat, & toto conixus corpore ferrum
Conjicit: hasta uolans noctis diuerberat umbras,
Et uenit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fisso transit præcordia ligno.

frustrà fuit illa inuocatio.

Diuersi circū.] *Rutuli, admirati unde telū in Sulmonem per tenebras proficisceretur. Pacuuius in Medea: Diuersi circūspicimus, horror percipit.*
Idem.] *Nisus.* Tu tamē.] *Loquitur Euryalo. Ennius in 1.*
Nec pol homo quisquam faciet impunè animatus
Hoc, nisi tu: mihi nā calido das sanguine pœnas.
Me, me, adsū.]

*al. Tunc

Voluitur ille uomens calidū de pectore flumen,
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure:
Dum trepidant, it hasta Tago per tēpus utrunq;
Stridens, traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Autorem, nec quò se ardens immittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit simul: ense recluso
Ibat in Euryalum *tum uerò exterritus amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem,
Mè, me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum,
O' Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: cœlum hoc, & conscia sydera testor:
Tantum infœlicem, nimium dilexit amicum.

Epizeuxis: hoc est, subiunctio eiusdem dictionis, sine interstitione, uehementiæ causa.
Mea fraus.] *Excusat amicum à facultate & uoluntate: & proprium crimen, si modò crimen est dicendum, confitetur.* Cœlum.] *Cōfirmat præsentium corporum cœlestium testimonio, confessionem suam.* Tantum infœlicem. *Ecphonesis, in pium amorem Nisi.*

Talia dicta.] *Sermone, Nisus uidelicet, ut sua interpellatione & iudicio, ferrū librarū ab amico auerteret.* Voluit.] *Pathos ab attestatiōe rei uisæ, et hypotyposi deficiētis in ipso uulnere.*
Purpure⁹.] *Pathos, à collatione. Narcissū uidetur innuere, quē in Bucolicis purpureū uocat, regiū puerū in florem hunc cōuersum Hom. Iliad. Δ.*
μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ' ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.
Moratur.] *cū illo solo cōgreditur, cūq; unū sternere conatur.*
Rotat.] *Hypotyposis Nisi, hinc illinc perturbātis hostes ferro, & excipiētis Volo*

*al. Transabigit

*al. lapsoue

*al. Volcentem

*al. Volcēte

*al. setius

*al. exanimum C

*al. Volcētem exanimum

*al. tepidumq; recenti: al. tepidaque, madentē

Talia dicta dabat: sed uiribus ensis adactus
*Tansadigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchrosq; per artus
It ceuor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit.
Purpureus ueluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens, *lassoue papauera collo
Demisêre caput, pluuia cùm forte grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumq; per omneis
*Volscentem petit, in solo *Volscente moratur.
Quē circū glomerati hostes, hinc comin⁹ atq; hinc
Proturbant: instat non *segnius ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Cōdidit aduerso, & moriens animā abstulit hosti
Num super *exanimem sese proiecit amicum
Confossus placidaq; ibi demum morte quieuit,
Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ, Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spolijsq; potiti,
*Volscentem exanimem flentes in castra ferebāt.
Nec minor in castris luctus Rhamnete reperto.
Exangui, & primis unà tot cæde peremptis,
Sarranoq;, Numaq;: ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesq; uiros, *tepidaq; recentem
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.

sentē meautū. Fortunati.] *Exclamatio in fidem amicitiæ amborum, quibus immortale namen & celebrem famā apud omnem posteritatem uirtute carminum suorum polliceetur Poeta. Carmine enim, ut ait Nasō, fit uiuax uirtus, expersq; sepulchri est.* Immobile saxum.] *Hoc est, ipsum Capitolium tenebit. Perpetuitatem imperij Pop. Rom. promittit, fatorum urbis & imperij ignarus. Porrò, quod ad Terminum lapidem, qui reliquis dijs excedentibus, unus manserit immobilis, adeoq; ne Ioue quidem cedere unus uoluerit, uide Liuium, Ouid. Lactantium, Angelum Politianum, & alios.*

Et iam prima.] *Homer. lib. Iliad. undecimo:*
ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο

*al. acies in p[illegible] cogit Quisq; suos:

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma uiros, armis circundatus ipse
Suscitat, æratasq; *acies in prælia cogit,

ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.
Spectat autem huc aurora descriptio, ut cadet

Quisq; *suos, *uarijs acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (uisu † miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur
Euryali & Nisi.
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuêre aciem: nam dextra cingitur amni.
Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
Stant mœsti: simul ora uirûm præfixa *uidebãt
Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam uolitans pennata per urbem
Nuncia Fama ruit, matrisq; †allabitur aures
Euryali: at subitus miseræ calor ossa reliquit,
Excussi manibus radij, reuol[illegible] atq; pensa.
Euolat [illegible]nfœlix, & fœmi[illegible]eo [illegible]lulatu
Sci[illegible]a comam, muros amen[illegible], atq; agmina cursu
Prima petit: non illa uirûm, non illa pericli
Telorũq; memor, cœlũ dehinc [illegible]uestib. implet:
*Hunc ego te Euryale aspicio? t[illegible] ne † illa senectæ
Sera meæ requies? potuisti [illegible]nquere solam
Crudelis? nec te sub tant[illegible] pericula missum
Affari extremum miseræ [illegible]ata copia matri?
Heu terra ignota canibu[illegible] d[illegible]a præda Latinis,
Alitibusq; iaces, nec te tua *[illegible]nera mater
Produxi, pressiue oculos, a[illegible] uulnera laui
Veste regens, tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quo sequar? aut quæ nũc artus, auulsaq; mẽbra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers, † quæ sum terraq; mariq; *sequuta?
Figite me (si qua est pietas) in me omnia tela
Conijcite, ô Rutuli, me primam absumite ferro:
Aut tu magne pater [illegible]m miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.
Quando aliter nequeo crudelẽ abrumpere uitã.
Hoc fletu cõcussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus, torpent infractæ ad prælia uires,
Illam incendentem luctus Idæus, & Actor
Ilionei monitu & multum lacrymantis Iüli
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.

*al. suas. *al. varijsq; † al. mirabile) *al. mouebant, † al. adlabitur *al. Hunc ene te † al. ille *al. funere † al. hoc *al. secuta?

des Nisi & Euryali palefacta ad claram lucem, luctum planè tragicum inter Troianos concitet. Rumoribus.] Duos Troianos pulcherrimum facinus ausos, tantam stragem in castris nocte edidisse. Ora uirûm præfixa.] Capita hastis hic præfixa refert Hectorem Homericum, quem loro pedibus perterebratis inserto, circum muros raptabat Achilles. Matrisq; allabitur.] Homer. li. Iliad. 22. de Hecuba, quæ Hectorem è mœnibus raptari ab Achille conspicata, comam uellit, & flammeam per indignationem humi deijcit:

" [illegible]

Quem & luget pater, & uniuersa ciuium multitudo. Ad postremum, ferus nuncius ad Andromacham, telam in gynæceo texentem uenit. Hanc refert hic mater Euryali, quæ dilapsis & pensis & radijs è manibus, clamore & eiulatu omnia miscet. Homer. de Androm. lib. eod.

" [illegible]

Nuncia fama ruit.] Excitur Andromacha ad luctũ, eiulatumq; è turribus acceptum:

" [illegible]

Excidit in terram è manibus radius. Hæc duas pedissequas adsciscit, cum quibus muros petit:

" [illegible]

Cœlũ dehinc.] B

" [illegible]

Hũc ego te Euryale aspicio?] Querela matris Euryali, amplificãdi luctus causa: qualis illa itẽ est Andromaches, quæ statim sequitur:

" [illegible]

Heu terra ignota canibus, &c.] Pathos à loco. Cæterum tota hæc lamentatio, ut illa Andromaches, undique pathetica est. C Funera mater.] Ab officijs piorũ parentum. Hoc fletu concussi.] Apud Homerum lugent solæ mulieres:

" [illegible]

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlumq; remugit:
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac uellere uallum.
Quærunt pars adi[illegible]um, & scalis ascẽdere muros.
Quà rara est acies, interluceq; corona
Non tam spi[illegible]a uiris, tel[illegible]rum effundere contrã
Omne genus Teucri, & duri[illegible] detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto uoluebant pondere, si quã
Possent tectã aciem perrũpere, cum tamẽ omnes
Ferre libet subter densa te[illegible]udine casus.
Nec iam sufficiunt. nã quà globus imminet ingẽs,
Immanem Teucri molem uoluuntq; ruuntq;,

At tuba.] Præparatio ad oppugnationẽ, quã primũ summatim graphicè describit, atq; inde particulatim eam enarrat. Cœlumq;.] Planè tragicè. Testud.] Erat autẽ testudo, bellica machina, curuata in modum te[illegible]dinis. Implere.] [illegible]sterõ proterõ. Assueti.] A multa exercitatiõe.

Voluũt.] Polysyndetõ, Voluũtq; [illegible] quod idem alibi propemodum Græcorũ imitatione prouerbialiter extulit, Rapiuntq; feruntq;, [illegible], aguntq; feruntq; pro eo quod est, hostili more populari, aut inflare. Terent. in Adelphis: Cæteros ruerẽ, agerem, raperem, tunderem, prosternerem.

Quæ

A

Quæ strauit Rutulos latè, armorumq́ resoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere uallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus uisu quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius igneis:
At Messapus equûm domitor, Neptunia proles
Rescindit uallum, & scalas in mœnia poscit.

Vos ô † Calliopæ, precor aspirate canenti, *al. Calliope.
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; uirûm demiserit Orco:
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.

Vos ô.] *Iterat inuocationē, difficilē locum ingressurus: idq; imitatione Homerica.* *Vos ô.]* *Vni' Calliopes nomine, omnes simul inuocat: posita specie pro genere: qua figura initio operis dixit, Musa mihi causas memora pro, Musæ memorate: & in 7. Nunc age, qui reges Erato: pro, ô Musæ.* *Et mecum ingenteis.]* *Ennius in 6.* *Quis potis ingenteis oras euoluere belli?* *Oras.]* *extrema, uel principia ut dixit Quintil. Oras soluentibus bene precemur.* *Et meministis.]* *Homer. in Iliad.* ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα. *Vt pondus proinde habeat narratio, & similitudinem ueri, fingit Musas oppugnationem & cædem memorantes.*

B

Turris erat uasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco, summis quam uiribus omnes
Expugnare Itali, summaq; euertere opum ui
Certabant: Troes contrà defendere saxis,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quæ plurima uento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraq; malorum
Velle fugam, dum se glomerant, retroq; residunt
In partem, quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subitò, & cœlum tonat omne fragore,
Semineces ad terram, immani mole * sequuta, *al. secuta,
Confixiq; suis telis, & pectora duro
† Transfixi ligno ueniunt, uix unus Helenor *al. Transfissi
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor
Mæonio regi, quem serua Licymnia furtim
Sustulerat, uetitisq; ad Troiam miserat armis,
Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba:
Isq; ubi se Turni media inter millia uidit,
Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas:

C

Vt fera, quæ densa uenantum septa corona
Contra tela furit, seseq; haud nescia * mortis *al. moru
Iniicit, & saltu supra uenabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit: & qua tela uidet densissima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes,
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat
Prendere tecta manu, sociûmq; attingere dexteras.
Quem Turnus pariter cursu teloq; sequutus
Increpat his uictor: Nostrásne euadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum patre reuellit.
Qualis ubi aut leporē, aut candēti corpore cygnū
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis,
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus: undiq; clamor
Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent,
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem, igneisq; ferentem:
Emathiona, Liger, Chorinæum sternit Asilas:

Turris erat uasto suspectu.] *Descriptio turris ab altitudine, & opportuno, qui hostes undiq; appugnare primùm fuēre adorti.* *Cœlū.]* *Hyperbole.* *Primæuus Helenor.]* *Ab ætate immatura ad militiam, & parentibus.* *Licymnia furtim.]* *Ex hac furtiuo cōcubitu fuerat natus, & educatus, & ante annos maturos arma induitur. Filium enim famulâ à patre mancipatum, ut capite diminutum, ad militiam sacramēto rogare, aut ullo modo admittere, nefas ueteribus fuit: & seruilis conditio: atque hi minus capite diminuti dicebantur.* *Vt fera.]* *Notatur hic locus apud Macrob. ut qui Homericā maiestatem nō æquet. Hom Iliad. 12.* [illegible]

[illegible Greek] *Videt, inquit, in angustum Latinam paucitatem esse contractam, ut nihil posset esse ieiunius? Græcam contrà, & uerborum & rerum copia pompam ucra uenationis implesse? Hæc ille: quasi uerò Poetæ nostro copia defutura fuisset aut minus splēdidè comparasset, si uoluisset absque Lacomsino totam Homericam collationem illam exequi.*

Qualis ubi aut leporem.] *Hunc locum inter ea recensēt, in quibus potest uideri Homerum superasse Maro. Sumpsit ex Iliad. 22.* [illegible Greek]

ἀρνάσσων ἢ ἄρν ἀπὸ κόλοιο, ὃ ῥῆξεν ἄλων.

Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta.
Ortygium Caeneus, uictorem Caenea, Turnus.
Turnus, Ityn, Cloniumque, Dioxippum Promulumque.
Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idan
Priuernum Capys. hunc primo leuis hasta Themillae
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad uulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo* infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animae letali uulnere rupit.

*al. affixa

Caeterum hæc expugnatio turris expressa est ad castrorum Graecorum oppugnationem, Iliad. 12 in qua Sarpedon ad eundem modum propugnaculum conuellit, & Hector saxo portas deiecit. ut hic partem muri, & Lycum muros tenentem, Turnus. Vndique clamor.] Homer Iliad. 12. αὐτὰρ ὁ ... τείχεος ...

Ilioneus saxo.] Homerus Iliad. 12. de Hectore portas saxa deiiciente: ... ἄρρηξεν ... ἔσω ... λᾶαν ...

Emathio.] Ludus pugna, in qua ... Sagarim.] A fluuio Phrygiae Sangario.

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie, genitor quem miserat Arcens
Eductum Martis luco, †Symethia circum
Flumina, pinguis ubi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrecta extendit harena.

†al. Simaethia.

Arcentis.] Personae descriptio, à genere armorum, habitu, forma, & loco in quo educatus fuerat. Pictus.] Phrygio opere intertextam, quia ipse Phryx. Eductum syl.] A loco educationis, in Sicilia ad Symethum amnem. Placabilis ara Palici.] Dij Palici duo in Sicilia colebantur, quos omnium primus Aeschylus literis celebrauit, reddita simul eorum nominum etymologia. In Sicilia Symethus fluuius monstratur, iuxta quem nympha Thalia Iouis compressu grauida, cùm Iunonis metu precata esset, ut sibi terra dehisceret: optatum tulit. Cùm iam partitudo instaret, scrutis iterum diducta terra, eam gemellos peperisse, appellatosque Palicos, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quòd iterum è terra prodiissent. Haud procul inde modici lacus sunt illi quidem, sed uasta profunditate, semperque aquam rebullientes, quos incolae crateres cognomine Dellos nuncupant. existimantque eos fratres Palicos esse, summisque honoribus colunt ur. Sed nulla in re religiosius, quàm circa iusiurandum eorum numen uenerantur. Etenim cùm negati furti, aut alterius rei fides quaeritur, & iusiurandum à suspecto exigitur, uterque ab omni contagione mundi, inquit Macrob. ad crateras accedunt, accepto prius fideiussore à persona, quae iuratura est, de soluendo eo quod peteretur, si addixisset euentus. Illic inuocato loci numine, testatum faciebat esse iurator, de quo iuraret. Quod si fideliter iuraret, discedebat illaesus. Si uerò subesset iusiurando mala conscientia, mox in lacu amittebat uitam falsus iurator. Haec res ita fratrum religionem commendabat, ut crateres quidem implacabiles uocarentur. Nec sine diuinatione est Palicorum templum. nam cùm Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responsa admoniti Siculi, heroi cuidam certum sacrificium celebrauerunt, & reuertit ubertas. Qua gratia Siculi omne genus frugum congesserunt in aram Palicorum. ex qua ubertate ara ipsa pinguis uocata est. Haec est omnis historia, quae de Palicis, eorumque fratribus, in Graecis tantummodò literis inuenitur: quas Maro non minus quàm Latinas hausit. Haec eò libentius ex Macrobio retulimus, ut Seruij deliramenta & somnia exponeremus. Itaque Arcentis filius circa aram Palici placabilem, in luco Martis in Sicilia, ad Symethium amnem liberaliter educatus fuit. Multa de Palicis Diodor. Siculus lib. undecimo, quae ex alijs petere licebit. Ferrugineus color ferro ar... aut certè ferrugini similis est, qui & Hyacinthus appellatur à poëtarum maximo. Ferrugineos hyacinthos.

Ibera.] Loquitur hic de Iberis, inter Albanos & Colchos sitis: unde olim in Hispanias uenere, qui amni Ibero, & ipsi Hispaniae nomen fecerunt.

Tum primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius, fortemque manu fudisse Numanum:
Cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans, tumidusque nouo praecordia regno
Ibat, & † ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum, ualloque teneri,
Bis capti Phryges, & morti praetendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam? quae uos dementia adegit?
Non hic Atridae, nec fandi fictor Vlysses.
Durum a stirpe genus, natos ad flumina primum
Deferimus, saeuoque gelu duramus & undis.
Venatu inuigilant pueri, syluasque fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu

†al. ingens

Bis capti.] Numani oratio conuiciorum referta. Haec admirandis conuicijs Turni & suorum uirtutem, ab omnis aetatis studijs uehit, & uicissim Troianorum imbelliam ac molliciem amplificando uituperat. Bis capti.] Ostendimus alibi, ter Troiam diuersis temporibus fuisse captam unde gentis uniuersae mollitiem coarguit. Digna atque indigna relatu.] In digna relatu, dixit: pro, multa confusè effundere, ut quaeque in buccam sine iudicio ac prudentia uenerunt.

Italiam.] subaudi, nobis promissam, aut simile quiddam.

Dementia adegit?] huc cursum uestrum uertere. Antepo... ma... fictis ac gloriosus uirtutes sua ostentator. Italos Graecis ... quibus Troia capta fuit. Atheraeus ostendit, ex Phrygia lau... dat ...

A

Tum magis increſcunt animis diſcordibus iræ,
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere lõgius audent,
Ductori Turno diuerſa in parte furenti,
Turbantiq; uiros, perfertur nuncius, hoſtem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deſerit inceptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratresq; ſuperbos:
Et primũ Antiphaten (is enim ſe primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto ſternit iaculo: uolat Itala cornus
Aëra per *tenuem, ſtomachoq; infixa ſub altum
Pectus abit, reddit ſpecus atri uulneris undam
Spumãtẽ, & fixũ ferrũ in pulmone tepeſcit. (dnũ.
Tũ Meropẽ, atq; Erymãtha, manu tũ ſternit Aphi-
Tum Bitiã ardentem oculis, animisq; frementem
Non iaculo (neq; enim iaculo uitam ille dediſſet)
Sed magnum ſtridens contorta phalarica uenit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit: collapſa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitũ, & clypeũ ſuper intonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam *ponto iaciunt, ſic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; uadis illiſa recumbit.
Miſcent ſe maria, & nigræ attolluntur harenæ.
Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperijs impoſita Typhœo.

*al. tenerũ.

*al. iaciunt Ponto.

Feruere.] *Enallage coniugationis.*

Dardaniã.] *Ita dictam, à Dardania poeta deleta Troia.*

Thebana] *à parẽtib.* Phalari.] *Quid ſit phalarica, & quod telũ genus, ab alijs ſatis explicatur. Magni ardoris atque impetus oratio eſt.* Suſtinuit.] *Amplificatio.*

Ruũt.] *Homericũ illud graphicè reddit:*
» δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

Qualis] *Amplificatio caſus à comparatione Baiæ uicinæ admodũ ſunt Cumis, quæ Chalcidenſium coloniæ ſunt. Baiæ à Baio comite Vlyſsis dictas credunt.*

B

Euboico.] *Eubœa, longo tractu æquat Atticæ, Locridis & Bœotiæ oras. In hac Chalcis eſt, urbe per uetuſta, opibus potens, & uicorum multitudine abundans. Atque ob id quondam multæ hinc coloniæ ſunt deductæ, cùm in alias toto Orbe terras tum in Italiam. Eubœæ incolæ ab Homero Abantes dicuntur, ab heroë Abante, Neptuni filio: uel à Thracia gente, quæ ex Abis Phocidos inſulam incoluerit, hodie Nigropontum uocant.* Prochyta alta tremit.] *Hyperbole ruinæ. Modicæ inſulæ ſunt inter Cumas & Siciliam κείμεναι, ... , Prochyta auulſa Pythecuſis eſt, ante promontorium Miſenum. De Inarima, uel Arimis rectiùs, ubi terrarum ſint, diſputatur etiamnum inter doctos. Sunt qui in Lydia collocant, alij in Phrygia quam κατακεκαυμένην uocant: rurſum quidam inter Mæandrum & Lydiam collocant, nonnulli in Cilicia, aut in Pithecuſis, uel in Syria, ubi in Serbonide palude Herodotus Typhonem ſepultum tradit, in Thal. Porrò quòd Homerus libro ſecundo Iliad. dixit, εἰν Ἀρίμοις, noſter compoſita uoce dixit Inarime. Neq; illud uerò prætereundum, dici τυφῶς, τυφῶν, & τυφωεύς, à uerbo τύφεσθαι, exhalare fumum. Typhonis enim nomen allegoricè uſurpatur. nã uocem ipſum uapores & æſtuationes terræ ſignat, unde imbres & tẽpeſtates concitantur. Quare Poëtæ procellarũ & turbinũ tempeſtuoſorũ parentem eũ fingũt. In Arimis, Hõ. Il. 2, cubilia Typhoëi eſſe canit. uerba Poëtæ ſunt:*

» γαῖα δ' ὑπεστενάχιζε Διὶ ὣς τερπικεραύνῳ
» χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ
» εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Quos uerſus ita reddidit Ioach. Camerarius:

» ——ſe mugire ſolum, uelut altitonante
» Cum Ioue commoto tellus pulſata tremiſcit
» Inarimes, ſaui luſtrum (ut fert famà) Typhœi.

Cubile.] *Reddidit Homeri εὐνὰς id eſt, cubilia. Nam ſub Inarima ſepultum eſſe fabulantur.*

C

Hic Mars *armipotens animum, uireſq; Latinis
Addidit, & ſtimulos acreis ſub pectore uertit.
Immiſitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt, quoniam data copia pugnæ,
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus ut fuſo germanum corpore cernit,
Et quo ſit fortuna loco, qui caſus agat res,
Portam ui multa conuerſo cardine torquet,
Obnixus latis humeris, multoſq; ſuorum
Mœnibus excluſos duro in certamine linquit,
Aſt alios ſecum includit, recipitq; ruentes
Demẽs, qui Rutulũm in medio nõ agmine regem
Viderit irrumpentem, ultroq; incluſerit urbi,
Immanem ueluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis *effulſit, & arma
Horrendum ſonuere, tremunt in uertice criſtæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia †fulmina mittit.
Agnoſcunt faciem inuiſam, atq; immania mẽbra,
Turbati ſubitò Aeneadæ. tum Pandarus ingens

*al. omnipotens

*al. effulſit.

†al. fulgura

Hic Mars]*Tranſitio, ad pulcherrimum facinus Turni, qui intra muros concluſus, fortiſsimè cum hoſtibus dimicauit.*

Deus.] *Mars.* Germanum.] *Bitiam.*

Aſt alios.] *Rutulos, inter quos erat & Turnus.* Tigrim.] *Turnũ tigrim: Troianos pecora inertia quidem, aduerſus tam uiolẽtum hoſtem, abſente duce.* Noua lux.] *Parœmia, de ſalute præter ſpem oſtenſa.* Amatæ]*reginæ. Porrò Amatæ nomen priſcum eſt eo enim appellari omnes conſueuerunt Veſtales quòd ea ita fuiſſet dicta, quam primam Numa rapuit. Rapta ſtatim hoc nomen imponebat.* Narrabis.] *caſus mea dextra apud inferos: hoc eſt, morieris. Se alterum facit Achillem.*

Huc caput.] *Pathos à geſtibus.*

A

Emicat,& morti fraternæ feruidus ira,
Effatur: Non hæc dotalis regia Amatæ,
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica uides, nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus:
Incipe, si qua animo uirtus,& consere dextram:
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat: ille rudem nodis,& cortice crudo
Intorquet summis adnixus uiribus hastam.
Excepere auræ: uulnus Saturnia Iuno
Detorsit ueniens, portæq; infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod ui dextera * uersat,
Effugies: neq; enim is teli, nec uulneris author.
Sic ait,& sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani uulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens, atq; illi partibus æquis
Huc caput atq; illuc humero ex utroq; pependit.

B

Diffugiunt uersi trepida formidine Troes:
Et si continuò uictorem ea cura subisset,
Rūpere claustra manu, sociosq; immittere portis,
Vltimus ille dies bello genti q; fuisset.
Sed furor ardentem, cædisq; insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim,& succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In * tergum: Iuno uires animumq; ministrat.
Addit Halym comitē,& confixum Phegea parma.
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes
Alcādrumq;, † Haliūq;, Noemonaq; Prytanymq;,
Lyncea tendentem contrà, sociosq; uocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic uno * connixu cominus ictu
Cum galea longè iacuit caput. Inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumq; armare ueneno.
Et Clytium Aeoliden,& amicum * Cretea Musis.
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis.
Semper equos, atq; arma uirum, pugnasq; canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq; Serestus,
Pallentesq; uident socios hostemq; receptum. (quit.
Et Mnestheus: quò deinde fugam? quò tenditis? in-
Quos alios muros, quæ iam ultra mœnia habetis?
Vnus homo,& uestris, ò ciues, undiq; septus
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infœlicis patriæ, ueterumq; deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq; pudetq;?
Talibus accensi firmantur,& agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu sæuum turba leonem
Cum telis premit infensis, * at territus ille,
Asper acerba tuens retrò redit,& neq; terga
Ira dare, aut uirtus patitur, nec tendere contra

*al. librat
*al. tergus
†al. Haliū, Noemonaque
*al. deiectū
*al. Crethea
*al. ac

Principio.] *Enumerat imitatione aliquot, qui in pugna Turni manu ceciderunt. Sunt autem hæc nomina partim Sicula, partim Asiatica, ex antiquitate. uel sumpta, uel conficta.*

Phegea.] *A φαγεῖν, à phago.* Lyncea.] *Allusū ad Lynceum illum oculatum, qui hyperbolem prouerbialem fecit. Lynceo perspicacior.*

Amycum.] *Non obscurè ad Amyci Bebrycum regis mores & ingenium allusit, qui hospites in cæstuum certamen prouocare solitus, postea à Polluce pugile ex prouocatione interfectus fuit.* Clytium.] *Clytius quidem Euryti filius, frater Iphyti.*

Cretea] *Quidam Crethea legunt, per h. hunc Poëta uatem fingit, & heroicorum uersuum scriptorem. Cui cura cùm esset bella describere, parum sibi propitium Martem habebat. In bello neque Musis, neque amusis parcitur.* Vnus homo.] *.i. turpe, quod multi ab uno in fugam uerterentur.*

Infœlicis] *A pio hortatur ad defensionem urbis.*

Leonē.] *A simili.*

Asper acerba] *Lucretius in quinto:*

Asper acerba tuens &c immani corpore serpens.

Bis tum.] *A numeri additione amplificatio. Homerus id ferme ternario efficit. Iliad quinto.*

C

[illegible]

Et Vergilius eam loquendi formam non uno loco imitatur:

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,

Ter frustrà comprensa manus effugit imago.

Ille

A

Ille quidem hoc cupiens potis est, per tela uirosq́;.
Haud aliter retrò dubius uestigia Turnus
Improperata refert, & mens exaestuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga per muros agmina uertit.

Sed manus è castris properè coit omnis in unũ.
Nec contra uires audet Saturnia Iuno
Sufficere: aëream coelo nam Iuppiter Irim
Demisit germanae, haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra ualet, iniectis sic undiq; telis
†Obruitur: strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida aera fatiscunt.
Discussaeq́; iubae capiti, nec sufficit umbo
Ictibus, ingeminant hastis & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus, cum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus
Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit. ille suo cum gurgite flauo
Accepit uenientem, ac mollibus extulit undis,
Et laetum socijs abluta caede remisit.

†al. Obstruitur.

Sufficere.] *Elegans cumprimis uerbum in hac significatione, pro subministrare: contra Iouem, cuius maior est potentia, ac numen maius.*

Aëream.] *Quòd in aëre uersicolor sit, Solis semper opposita.*

Ergo nec clypeo.] *Homer. lib. Il. decimosexto, unde totidē propè uersibus totus hic locus accommodatissimè traductus est. Loquitur ille de Aiace, qui undique à Troianis telorum multitudine oppugnatus, fortiter ita pugnarit, ut uix spiritum traheret, ac sudore totus maderet. Homeri uerba sunt:*

B

» Αἴας δ' οὐκ ἔτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι.
» δάμνα μιν Ζηνός τε νόος, καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ
» βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
» πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε, βάλλετο δ' αἰεὶ
» κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ'· ὃ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν
» ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο
» ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν.
» αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς
» πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔρρεεν, οὐδέ πῃ εἶχεν
» ἀμπνεῦσαι, πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.

Quem locum Ennius, ad Caelium Tribunum fortiter pugnantem his uersibus transtulit, in 15.

Vndiq; conueniunt uelut imber. tela tribuno
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
Aerato sonitu galea: sed nec pote quisquam,
Vndiq; nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitq́; quatitq́;
Totum sudor habet corpus, multumq́; laborat
Nec respirandi fit copia praepete ferro.
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

Tum demum.] *Sub Turni persona pulcherrimum Caesaris Dictatoris facinus celebrat, qui bello Alexandrino ab hostibus cinctus, armatus de ponte in subiectum mare desiluit, ac ducentis passibus ad proximam nauem annatauit, laeua manu sublata, qua libellos habuit, ne madidi corrumperentur, mordicus paludamentum trahens, ne hostis spolio potiretur.*

Ille.] *fluuius Tibris: à colore.*

FINIS LIBRI NONI
Aeneidos Vergilianae.

ARGVMENTVM LIBRI X. AENEIDOS VERGILIANAE.

ADILON.

Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN DEcimum Aeneidos librum Argumentum.

Concilium diuûm hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant.
Aduenit Aeneas, multis cum millibus heros:
Mars vocat, & totis in pugnam vtribus itur.
Interimit Pallanta potens in praelia Turnus:
Caduntur quoque duces, cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugna Iunonis numine Turnus.
Aeneas perstat Mezentii cade piata.
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse. B

D. LAMBERTI HORTENSII IN LIBRVM X. AENEIDOS ANNOTATIONES.

PANDITVR interea.] *Principio libri decimi refertur deorum cõsilium, de rebus utriusque gentis, & belli ratione. Inde redit ad narrationem pugnae, quae uario inde Marte diremptae fuit. Principiũ huius libri auctum est à descriptione temporis matutini, quo cœlũ & terra auroræ cœpit illustrari.*

Interea.] *dum ista uario habitu geruntur in Italia. Etenim oriẽte Sole cœlũ uidetur aperiri, sicut occidente claudi.* Omnipotẽtis.] *Sũt qui Omnipatẽtis legãt, quòd cœlũ omni ex parte pateat. Apuleius Minuti. scribit & Iouẽ Olympũ dici. Nauius: Panditur interea domus altitonantis Olympi.* Sydeream.] *Periphrasis cœli. uidetur lacteũ circulũ significare, per quẽ aditũ in cœlũ fingunt.* Cœlicolæ magni.] *Oratio Iouis dissuasoria, generis deliberatiui. Huius propositio est, à bellis esse desistendũ in praesenti. Quod si omnino stet sententia bellare, tẽpus uenturũ, quo ad satietatẽ pugnabunt. Exordium tractum est ab expostulatione uehementi cum dijs, de eorum inconstantia, quae in deos cadere non debeat.* Iniquis.] *Cõuenerat enim, ut satisfieret fatis: hoc est, ut Aeneas in Italiæ possessionem ueniret. Nunc id agi contra fata, ut per concitatum bellum extinguatur Aeneas, & Troiani internecione deleantur.* Abnuerã.] C *Narratio, quæ breuiter exponit id, de quo inter deos semel conuenit.* Adueniet iustũ pugnæ.] *Secundum Punicum bellum dicit, quo ad satietatem usque licebit bellare.* Apertas.] *ab eo patefactas.* Nũc finite.] & placidũ.] *Epilogus.* Finite, *pro desinite: simplex pro cõposito.*

* al. omnipatentis. al. omnipatentis

PANDITVR interea domus † omnipotentis Olympi:
Conciliũque uocat Diuûm pater atque hominum rex
Sydeream in sedem, terras unde arduus omneis
Castraque Dardanidûm aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
Cœlicolæ magni, * quidnam sententia uobis
Versa retrò? tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris,
Quæ contra uetitũ discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit?
Adueniet iustum pugnæ (ne accersite) tempus,
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpeis immittet apertas.
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite, & placidum læti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea cõtrà
Pauca refert.

* al. quænã

O' pater, ô hominum diuûmque æterna potestas,
(Nãque aliud quid sit, quod iã implorare queamus?)
Cernis ut insultent Rutuli, Turnusque feratur,
Per medios insignis equis, tumidusque secundo

O' pater.] *Veneris oratio petitoria est, generis suasorij. Huius propositio est, ut Troianorum hostes muris arceat: aut si id obtinere nequeat, Ascanium à cæde seruet, &* Aeneam

Matre ruat? non clausa tegunt iã mœnia Teucros,
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus †mœrorum, & inundãt sanguine fossæ
Aeneas ignarus abest, nunquam'ne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter,
Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides: equidem credo, mea uulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atq; inuito numine Troës
Italiam petiêre, luant peccata, neq; illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa sequuti,
Quæ superi manesq; dabãt, cur nũc tua quisquam
*Vertere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, uentosque furenteis,
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam maneis (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & superis immissa repentè
Alecto, medias Italûm bacchata per urbes.
Nil super imperio moueor: sperauimus ista
Dum fortuna fuit. uincant, quos uincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx,
Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sanè ignotis iactetur in undis,
Et quamcunq; uiam dederit fortuna, sequatur.
Hunc tegere, & †diræ ualeam subducere pugnæ.
Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæque domus, positis inglorius armis
Exigat hic æuum: magna ditione iubeto
Carthago premat *Italiam: nihil urbibus inde
Obstabit Tyriis, quid pestem euadere belli
Iuuit? & Argolicos medios fugisse per igneis?
Totque maris, uastæque exhausta pericula terræ?
Dum Latiũ Teucri, recidiuaq; Pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthũ & Simoënta
Redde oro miseris, iterumque reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris.

†al. mœrorum, | *al. Flectere | *al. duræ | *al. Ausoniam:

A *Aeneam patiatur à se aliquò in remotas terras ablegari. Perstringit interim acriter Iunonem aduersariam, quòd contra fata nihil non sit molita, neq; uerò adhuc desistat. Agit statu planè absoluto. Exordio captat beneuolentiam à persona Iouis, dum eum honorificè hominum deorumq; potestatem appellat: & à præsenti sua necessitate, implorandi Iouis auxilium.* Coenis.] *Altius ordiur narrationẽ, à præsentium rerum motu. Hac admonet Iouem* B *præsentium periculorum, quæ tamen ipse intueatur.* Mœnia Teuc.] *Pathos à loco, ad concitandã hostibus inuidiam. Addit & amplificationẽ rei, ad exaggerandã indignitatem: intra portas, in aggeribus: & quod plus est, fossæ onerantur sanguine cæsorũ. Alludit ad Xanthum & Simoëntem, qui bello Troiano radaueribus oppleti sanguine mundabãt proximos campos.* Mœro[rum].] *murorum prisce, ulitera in o uersa,* C *aut in o, ut seruus seruos, Syracusius Syracosius.* Aeneas ignotis]*Pathos à persona absentia, cur multa iusti cium debeat misereri, quàm si adesset dux præsens.* Nunquam.] *Propositio, per interrogationem. Valet enim perinde ac si dicas, leua Troianos iam nunc aliquando obsidione.* Muris iterum.] *Causa exaggerata affectibus, à loco, & collatione personarum.* Aetolis sur.] *Epithetice. nam Tydeus Oenei Aetolorum regis filius fuit, & Diomedes Tydei: qui post excidium Troiæ Arpos in Apulia condidit, ut alio loco à nobis est relatum. Miserat enim Turnus in Apuliã ad Diomedem legationes, auxilium petitũ contra Troianos, ceu communes hostes: Huius non perinde meminit, quasi ab eo auxilia metuat, atq; ob ueterem iniuriam accepti ab eo uulneris bello Troiano. quamobrem etiam addidit, Equidem mea uulnera restant: quasi iterũ à Diomede sit sauciandã ferro, si filio in prælio uelit aduersus eum auxiliari.* Tua progenies.] *Ab indigno: Iouis filia: & dea, arma hominũ sustineo.* Si sine.] *Priori mẽbro cõditionali ultrò cõcedit, id quod Iupiter tribui nolit. Nam uolentibus dijs Aeneam constat in Italiam uenisse: ita enim*

erat in fatis. sequitur ergo, non debere eum bello peti. Ad hũc modum argumentatur: Qui dijs iratis atque inuitis inceperunt aliquid, iure impietatis pœnas luunt. Atqui Aeneas dijs iubentib. Italiam petijt: iniuria ergo bello lacessitur. Sin tot.] *Altero mẽbro, ut minori, probat cũ oraculis iussum in has terras transmittere.* Cur nunc.] *Cõclusio.* Noua cõdere fata.] *Infert incõstantiam Iouis, cùm fata immobilia sint. Neq; uerò deorũ, perinde ut hominum, mutari uoluntatẽ.* Quid repetam.] *Præteritione probat minorẽ: hoc est, Aeneam grauissima incommoda perpessum, perinde ut qui inuitis dijs huc sit delatus.* Erycino.] *naues in Sicilia exustas, tempestates ab Aeolo excitatas, Irim ad concitandas matres Troianas.* Nunc etiam.] *Remotioribus iussit, recentem iniuriam commemorat Iunonis, per quam Alecto ab inferis excita, res Italas bello turbauit.* Nil super.] *Occupatio, quæ præsentẽ cupiditatẽ ita remouet, ut anteactam non inficietur.* Si nulla est.] *Obtestatio, cum extenuatione petitionis. Hac simul Iunoni inuidiam concitat.* Ascanium.] *Pathos ab ætate.* In undis.] *Alludit ad amnem Numicum, in quo postremo prælio haustus creditur fuisse.* Subducere.] *ut in priore bello, magno illo Troiano, filium pugnæ subtraxit. Enumerat tuta aliquot Cypri loca, in quæ Ascanium ex hostium manibus submoueat.* Magna di.] *Donat omnia, ad placandam Iunonem: ut æqui aliquid, quod petit, obtineat. Permittit Italiam Pœnorum armis olim diuexandam; Carthaginem perpetuò incolumem, modò extenuatam petitionem possit obtinere: licet non ignoret fata esse immutabilia.*

Quid pestem.] *Transit ad effectus, in peroratione, quòd iis curis & periculis frustrà defuncti in præsentissimum exitium uenerint.* Non satius.] *Pathos à loco, & collatione periculorũ: à minoribus exaggeratis.* Troia fuit.] *Significat iam non esse, sed periisse. De hac loquẽdi figura diximus in secundo & tertio.* Redde oro.] *Pathos à commiseratione.*

—Tum regia Iuno
Acta furore graui: Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam, diuûmque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis authoribus, esto,
Cassandræ impulsus furijs: *num linquere castra
Hortati sumus, aut uitam committere uentis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenamue fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? ubi hic Iuno? demissaue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra uim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas?
Quid soceros legere, & gremijs abducere *pactas?
Pacem orare †manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graium,
Proque uiro nebulam, & uentos obtendere inaneis:
Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandum est.
Aeneas ignarus abest: ignarus & absit,
Est Paphos, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.
Quid grauidam bellis urbem, & corda aspera tentas?
Nos'ne tibi fluxas Phrygiæ res uertere fundo
Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europamque Asiamque, & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter*?
Aut ego tela dedi, fouiue Cupidine bella?
†Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.

Quid me alta.] Iudicialis generis, status relatiuus. Consutat admirabili uehementia, ea quæ à Venere dicta sunt. Exordium concitatum est, & uehemens, à necessitate dicendi ductum: cùm aliloqui, nisi prouocata esset, taciturna esset. Aeneā.] Confutat id quod questa fuerat, Aeneam in Italia nouo bello ad arma induenda coactum, cùm à nullo ad bellum sit prouocatus. Italiā.] Concedit id, donecque, quod inficiari non potest: fatorum ui in Italiam cum delatū: sed omisit Diuorum oracula, contemptim Cassandræ, ut fœminæ Troianæ, furijs huc nauigasse dicit. Castra.] Vrbē castra contemptim uocat, & culpā absentiæ in Aeneam retorquet, diluens obiectum, ut non sit quòd eum abesse queratur Venus. Vētis.] quod nauigio Euandrū petiuerit: & quasi rei dubiæ incertæque se commiserit id quod imprudentis esse iudicat, ne dicam stulti, summam rei militaris puero Ascanio credere. quòd Aeneam profectiurum ad Euandrum factitasse contendit. Transfert culpā Troianorum periclitantium in ipsum ducem. Quietas.] Ab uno exemplo recenti conatur concludere, se immeritò, ut huius belli authorem accusari, cùm Aeneam ad sollicitandum Euandrum & Tarchontem in societatem belli author non fuerit. Tacitè infert, ut hic nullam Alecto, nullam Irim misit ad impellēdos hos duces in armorum sociationem, ita in alijs se esse extra noxam. Vbi hic Iuno.] Ironicè ludit magis, quàm refutat. id quod de Iride Venus dixerat, cuius impulsu matronæ naues in Sicilia exussrant. Indignum.] Amphibologicè ἀμφίβολον, cùm quiduis sit potius quam indignum. Addit amplificationem personæ, à loco & parentibus, quibus Turnus Aeneæ par uideri possit. Nunc Pilumnum facit eius auum, quem mox paulò quartum ab eo faciet. Conatur Iuno Turnum Aeneæ per omnia æquare. Quid face.] Recriminatur uicissim Troianos, indigna ab ijs ipsis patrata exponens, quod incendio & populationibus agrum Latinum uastarint, prædas abegerint, alienam sponsam abducere sint conati. Gremijs.] Turni, cui Lauinia desponsa fuerat. Pacem orare.] Aliud habere promptum in lingua, aliud præstare re ipsa. Pace per oratores eam tū petebat. ac mox Rutulis Latinisque ad arma concurrentibus, ad opem Euandri implorandam coactus fuit. Tu potes.] argumentatur ab æquitate. Sed hoc plus est, subtrahere cædi Diomedis Aeneam, id quod Venus & Neptunus fecere, quàm in aliqua parte iuuare Turnum. Sed in Venere excusabat storge naturalis in filium: in Iunone uerò nihil erat, quod alieno ferret auxilium. Ergo inæqualis collatio est. Aeneas ignarus.] Eludit, quod de filij absentia questa fuerat Venus. Quid grauidam.] Retorquet in Venerē causam belli Troiani, à causis prope similibus. Exemplo illius se tuetur. Europamque Asiamque.] Exaggeratio perpetrati facinoris, quo ipsa causa fuerit euersæ urbis, cùm à se nondum tale quiddā tam atrox sit cōmissum. Tum decuit.] Acerba increpatio feræ solicitudinis pro filio, à temporum ratione, uice epilogi. Me duce.] Fatetur ironicè, quæ in ipsa non sunt.

*al. num
*al. captas?
†al. manu? & præfigere
*Fab sine interrogatione legit.
†al. Tunc

Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant
Cœlicolæ, assensu uario. ceu flamina prima,
Cùm deprensa fremunt syluis, & cæca uolutant
Murmura, uenturos nautis prodentia uentos.
Tū pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit, eo dicente Deûm domus alta silescit.
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther,
Tū Zephyri posuēre, premit placida æquora Pontus:
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.
Quandoquidē Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec uestra capit discordia finem.
Quæ cuique est fortuna hodie, quā quisque secat spē,

Cunctique fremeb.] Indignabantur propter odiorum inter deas certamē: quorum partim huic, partim illi studebāt. Ceu flamina.] A comparatione amplificatio, quā ducit à prognostico, siue signis denūciantibus futurā tempestatem: hoc est, susurro in syluis auditio, antè quàm uenti exoriantur. Hoc se susurro comparat fremitum deorū, qui diuersis hominum more assentiebantur. Prodētia.] denūciantia procellas uentorum. Silescit.] Metonymia, continens pro contento. Vt Iouis dictum authoritas ostēdatur, finge

Tros, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo.
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitisque sinistris,
Nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent: rex Iuppiter omnibus idem,
FATA [illegible] inuenient: Stygii per flumina fratris,
Per [illegible] torrentis, atraque uoragine ripas,
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi: solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium [illegible] ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde uiros, & mœnia cingere flammis.
†At legio Aeneadum uallis obsessa tenetur,
Nec ulla spes ulla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona
*Iasius Imbrasides, Hicetaoniusque Thymœtes,
Assaracique duo, & senior cum Castore Tibris,
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo,
Et clarus Ethemon, Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis Lyrnesius *Agmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre †Menestheo:
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, neruoque *aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum,
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: uel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebyntho
Lucet ebur, fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Te quoque magnanimæ uiderunt Ismare gentes,
Vulnera dirigere, & calamos armare ueneno,
Mæonia generose domo, ubi pinguia culta
Exercentque uiri, Pactolusque irrigat auro.
†Adfuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit.
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant, media Aeneas freta nocte secabat.
Namque ut ab Euandro castris ingressus Hetruscis
Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque,
Quidue petat, quidue ipse ferat, Mezentius arma
Quæ sibi conciliet, uiolentaque pectora Turni
Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet, immiscetque preces: haud fit mora Tar-
chon
Iungit opes, fœdusque ferit: tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia diuum,
Externo commissa duci: Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios *subiuncta leones.
Imminet Ida super profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas, secumque uolutat,
Euentus belli uarios: Pallasque sinistro
Affixus lateri, iam quærit sydera opacæ
Noctis iter, iam quæ passus terraque marique.

A *fingit id solum æream à uentis, & terrâ à tumultu tranquillam, ut rumentam deorum fenatum fremitum ronc tacuisse, cuius tamen ex superioribus contractus aduertit, propter dea rum [illegible]onem, & pe[illegible]adis. Quare ut sententiam prodat, iuramento precedenti uerba sua confirmat, innuatur capite, ut connuit*

cælû tremat. Zephyri.] *Species pro genere.* Accipite.] *Attentio. Sũma orationis hæc est, quod promit tat se æquum utrisque fore. Aequus erit, si rè fatis permittat.* Stygii]C[illegible] *firmat promissa iuramẽto.* Tremefecit.] *A signo irati Iouis. Ho. Il.* [Greek illegible]

Hic finis.] *[illegible] modum [illegible] fuit Iupiter.* [illegible] *tum.] Celebrat Po. Romanam [illegible], dncem deducendi consilium e curia domum.* Hanc conti inter deor [illegible] *in caelo.* Interea] *Redit ad intermissam ea iterum oppugnationem, è quibus Turnus fœliciter enatarat.*

B

*al. Ar
*al. Asius
†al. Clarus & Hemon, *al. Acmon
†al. Mnestheo
*al. agitare

At legio.] *Quanti, quibus [illegible] per quos maximè uiros castra fuerant defensa, discrimen* [illegible]. *Imbrasid*[illegible]] *Imbrasi filius, ab Imbr*[illegible] *Samo insula in ora Ioniæ.* Spes ulla] *Si, un*[illegible] *ue uallis cinctiu ad fugam.* Iceta[illegible] *nus fi*[illegible] *ab illo Thymœte distinguat sene, cuius meminit Poeta in secundo, qui Troianos primus hortabatur, ut equum durateũ intra muros duceret, & in arce sisteret. Hic porro Thymœtes Hicetaonis filius fuit illius* [illegible] *Homerus lib. Iliad.* [illegible] *ter senes quoque recenset, qui circa Priamũ in Scæis portis sedentes pugnam spectant.*

C

†al. Affuit
*al. subuecta

[Greek illegible]

Ethemon.] *A patria, & prodigioso corporis robore.* Lyrnesius.] *A patria.* Lyrnesus & Miletos iam olim in ripa fluminis Eueni interciderc. Clytius.] *A parente: quem & ipsum eodem loco, ut retulimus, inter senes enumerat Homerus:* [Greek illegible]

Menestheo] *que alibi Mnestheo subtracta litera uocat. Fuit & alius Mnestheus bello Troiano inter Græcos, dux Atheniensium Peteis filius.* Hi iaculis]*Græci ab uno suo sum, Troiani saxis desensi.* Qualis gẽs.] *Comparat Ascanium gemmæ auro inclusæ, & candidissimo ebori è terebyntho eluenti, ut formæ decus in Ascanio amplifiet.* Terebyntho.] *Masicula est sine fructu Fœmmarum genera duo tradunt: alteri fructus rubens lenticis magnitudine, alteri pallidus. Cum uite maturescit, nõ grandior fabis: odore iucundior. Tactu resinosus est, circa Idam Troadis. At in Macedonia breuis arbor hæc est, sed fructuosa: at in Damasco Syriæ, magna. Materies eius, inquit Plinius, lita, ac fidelis ad uetustatem, eximij ac nigri splendoris flos racemosus oliuæ modo, sed rubens, folia densa. Fert & folliculos emittentes quædam animalia*

animalia ceu culices,lentoremq; resinosum qui & cortice erumpit. Etiam thus Syria mascula fert sterili fœmina: folio ulmi paulo longiore,& piloso,foliorum inter se semper contrarijs pediculis, gracili breuiq; ramo. Pellecea no dida conficiuntur ijs. Semen lenti simile cum uua rubescit,quod uocatur rhus,medicamentis necessarium. Maximè montes amat: ut cedrus, larix, buxus, tæda,iunipe rus. Et quia terebinthus latè porrigit ramos,quod est insolenter ostentantium se, in prouerbium cessit, terebintho stolidior,in stupidum,ac dementer si i placentem.

Oricia.] Oricum in ora Macedoniæ oppidum est,conditum a Colchis. Et quia diximus terebinthum in Macedonia arborem breuem esse quidem, sed fructuosam respiciens ad Ascanij ætatem, inde sumpsit arbori situm epitheton. Ismare.] Ab Ismaro oppido Thraciæ. A

Calamos] Ab ingenio & natura gentis. Campanæ. Hanc Liuius à locis campestribus nomen ducere autumat,in quibus sita est. Constat autem eam à Tuscis conditam,uiso falconis augurio,quem illi capyn uocant.

Media Aeneas.] Intermissa castrorum oppugnatione,redit ad Aeneam,& res eas quas in reditu gessit.

Re[g]em] Tarchontem. Gens Lydia.] Tyrrheni Hetruscíq; Porro quo casu Tyrrhenus Lydi frater in Italiam uenerit,puto à nobis alibi relatum, & hoc loco à Sabino annotatum est. Leones.] A pictura, qua nauis illa ornata erat. Decorè omnia. Leones matri deûm consecrati sunt: & ex Ida materia sublata fuerat, unde naues confecerat.

Pandite nunc] ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι. Nouum catalogum eorum populorum qui Aeneam ad bellu sunt sequuti,contexturus, iterat inuocationem,quo fides sit penes Musas. Masicus.] hûc Masicum Clusinorum & Cossanorum ducem facit. Clusium in Hetruria fuit, ubi Porsena postea imperauit. Nomé datum à Masico môte uitifero,à quo Masicum uinum: quibus iunguntur Calenu & Falernu temulentia nobilet. Circa hos colles Sesmi,& Cæcubi agri expanduntur. In bello

*al. princeps

*al. Clausi.

Pandite nunc Helicon[a] deæ, cantusiq; mouete.
Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris
Aenean,armetque rates,pelagoque uehatur.
Masicus ærata † puppi sec[at] æquora Tigri.
Sub quo mille manus [i]uuenum,qui mœnia* Clusi
Quique urbem liquêre Cosas,queis tela sagittæ,
Corytique leues humeris,& letifer arcus.
Vnà toruus Abas:huic totum insignibus armis
Agmen,& aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos dederat illi Populonia mater
Expertos belli iuuenes:ast Ilua trecentos,
Insulam inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius ille hominum,diuûm[q]; interpres Asilas,
Cui pecudum fibræ,cœli cu[i] sydera parent,
Et linguæ uolucrum,& præ[sagi] fulminis ignes,
Mill[e] rapit densos acie,atq; horren[ti]bus h[a]stis.
Hos parêre iubent Alpheæ ab or[ig]ine [Pi]sæ,
Vrbs Hetrusca solo.sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens,& uersicoloribus armi[s].
Tercentũ adijciunt:mens omnibus una sequendi,
Qui Cerête domo,qui sunt Minionis in aruis,
Et Pyrgi ueteres,intempestæque Grauiscæ.

Alpheus per Elidem fluit.de cuius admirāda natura diximus in tertio.[Or]itur ex monte Symphalo,et iuxta Pisam, celeberrimam Elidis urbem,in Siculũ mare delabitur. In Elide sedecim urbes aliquando fuerũt: inter quas nobilissima numerantur,Elis, Pisa,Olympia,& Pylos. Ad Pi[s]am in Elide, amnemq; Alpheum sacra illa,[a] Pindari lyrico poëmate decantata [Oly]mpica certamina [...]m celebrabātur. Ex hac Pisa Nestoris socij profecti,Pisas in Hetruria inter Aesarem & Arnũ amnes, Pis[a]s condidêre. Sunt qui à quodam V[...] sui filio, aut à Thessalis conditas putent, ut Lucanus à Pelope Pisisq;, siue à Teuucanis gente Græca. Ibi quoque fuit & Cossa.

nusquam Masicus apparet,sed eius loco Osinij regis Clusinorum meminit, de quo in hoc catalogo in uniuersum siletur. Cosas.] quibus Cosanum litus, contra Egilium & Dianium. Tela.] Ab armorũ genere. Corıti, arcuum thecæ sunt. Populonia.] decem millib.pass fuit in littore Hetrusco, ab Ilua insula, quæ ferri metalla habebat, circiter C. pass. à Græcis Aethalia dicta. Hinc Iluam generosam uocat metallis chalybum. Mater.] regia enim fuit regum Hetruscorum. Tertius il[l]e] Mopso enim & Amphiarao in uaticinandi scientia primas partes tribuũtur:tertium Asylam facit. Huic omnes uaticiniorũ species tribuit,de quibus in tertio copiosè disseruimus. Fibræ] per exta itaq;,oracula,extispicia, astrologiam,augurandi ex uolucribus scientiam,& è fulgetris huic donat, Alpheæ.

Astur] Circa Populoniam fuit Planasia: à quibus ultra Tiberina ostia in Antiano Astura Verùm cùm addit, Equo fidens, alludit ad A[st]ures [Hispa]niæ populos, à quibus asturcones equi di[cti s]unt. Astura etiam in Latio flumen est & insula. Astur equo] Anadiplosis. Cerete domo,qui sũt Minionis.] Cossa,inquit Plinius. Volcentium [a] Pop.Rom deducta, Grauisca,Castrum nouum,Pyrgi,Ceretanus amnis, & ipsum Cære intus, M.pass quatuor. Grauiscæ ab aëris grauitate sunt dictæ.hinc intempestas eas uocat,siue ob cœlum pestilens. C

Nõ ego.] Auersio ad Cygnum & Cupauonem,[d]icendi tædij causa,uarietate dictionis. Hunc describit ab ornatu capitis. Vnde in fabulam eius metamorphoseos trāsit, partim delectandi gratia,partim ut fasti

*al. Cicne,

*al. pennæ.

Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim † Cygne & paucis comitate Cupauo,
Cuius olorinæ surgunt de uertic[e] *pinnæ.
Crimen amor uestrum,formæq; in[si]gne paternæ.
Namq; ferunt luctu Cy[g]num Phaë[to]ntis amati
Populeas inter frondes,um[br]amq; sororum
[D]um canit,& mœstum mu[sa] [sol]atur amorem,
Canentem molli plum[a] du[x]isse senectam.
Linquentem terras,& syder[a u]oce sequentem,
Filius æquales comitatus classe cateruas,

dium eiusdē[...] uet. C[u]pau[...] gno pro[...] Ligurũ A[...]amne, qui [...]etruria, ad [...]um [...] Liguret [...]cent quorum clari [...] hac nostra tēpestate Genua est maritima, cum celebri portu.

Primus

animalia ceu culices, lentoremq́ resinosum qui & cortice erumpit. Etiam ibus Syriæ mascula fert, sterilis fœmina: folio ulmi paulo longiore, & piloso, foliorum inter se semper contrarijs pediculis, gracili breuiq́ ramo. Pelles candidæ conficiuntur ipsi. Semen leati simile, cum aua rubescit, quod uocatur rhus, medicamentis accessarium. Maximè montes amat. ut cedrus, larix, buxus, tæda, iunipe- rus Et quia terebinthus latè porrigit ramos, quod est insolenter ostentantium se, in prouerbium cessit, terebintho stolidior, in stupidum, ac demeater sibi placentem.

Oricia.] Oricum in ora Macedoniæ oppidum est, conditum à Colchis Et quia diximus terebinthum in Macedonia arborem breuem esse quidem, sed fructuosa respiciens ad Ascanij ætatem, inde sumpsit arbori suum epithetum. Ismare.] Ab Ismaro oppido Thraciæ.

Calamos.] Ab ingenio & natura gentis. Campanæ. Hanc Liuius à locis campestribus nomen ducere autumat, in quibus sita est. Coelius autem eam à Tuscis conditam, uiso falconis augurio quem illi capyn uocant.

Media Aeneas.] Intermissa castrorum oppugnatione, redit ad Aeneam, & res eas quas in reditu gessit.

Re[illegible]] Tarchontem. Gens Lydia.] Tyrrheni Hetruscique Porrò quo casu Tyrrhenus Lydi frater in Italiam uenerit, puto à nobis alibi relatum, & hoc loco à Sabino annotatum est. Leones [illegible] pictura, qua nauis illa ornata erat. Decorè omnia. Leones matri deûm consecrati [illegible]: & ex Ida materia sublata fuerat, unde naues consecrat.

Pandite nunc Helicon[illegible] deæ, cantu[illegible]q; mouete.
Quæ manus interea Thuscis comitet[illegible]r ab oris
Aenean, armetq́ rates, pelagoque uehatur.
Massicus ærata † puppi secat æquora Tigri.
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia * Clusi
Quique urbem liquêre Cosas, queis tela sagittæ,
Corytique leues humeris, & letifer arcus.
Vnà toruus Abas: huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos dederat illi Pop[illegible]onia mater
Expertos belli iuuenes: ast Il[illegible] trecentos,
Insulam inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius ille hominum, diu[illegible]q; interpres Asilas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent,
Et l[illegible]guæ uolucrum, & præs[illegible] gi fulmini[illegible] ignes,
Mill. rapit densos acie, atq; horrentibu[illegible] [illegible]stis.
Hos parêre iubent Alpheæ ab ori[illegible]ine Pisæ,
Vrbs Hetrusca s[illegible]lo. sequitur p[illegible] [illegible]errim[illegible] Astur,
Astur equo fidens, & uersic[illegible]loribus ar[illegible].
Tereent[illegible] adijciunt: mens omnibus [illegible] [illegible]quendi,
Qui Cerête domo, qui sunt Mi[illegible]ionis in aruis,
Et Pyrgi ueteres, intempestæque Grauiscæ.

*al. princeps

*al. Clusi.

Pandite nunc] [illegible] Nouum catalogum eorum populorum qui Aeneam ad bellum sunt sequuti, conteXturus, iterat inuocationem, quo fides sit penes Musas. Massicus.] hunc Massicum Clusinorum & Cossanorum ducem facit. Clusium in Hetruria fuit, ubi Porsena postea imperauit Nomē datum à Massico monte uitifero, à quo Massicum unum: quibus iunguntur Calenum & Falernum temulentia nobiles. Circa hos colles Setini, & Cæcubi agri expanduntur. In bello nusquam Massicus apparet, sed eius loco Osinij regis Clusinorum meminit, de quo in hoc catalogo in uniuersum siletur. Cosas.] quibus Cosanum littus, contra Egilium & Dianium Tela.] Ab armorū genere. Coriti, arcuum thecæ sunt. Populonia.] decem millib. pass. fuit in littore Hetrusco, ab Ilua insula, quæ ferri met[illegible]la habebat, circiter C. pass. à Græcis Aethalia dicta. Hinc Iluam generosam uocat metallis chalybum. Mater.] regia enim fuit regum Hetruscorum. Tertius ille] Mopso enim & Amphiarao in uaticinandi scientia primas partes tribuūtur: tertium As[illegible]lam facit Huic omnes uaticinorū species tribuit, de quibus in tertio copiosè differimus Fibræ] per exta itaq; oracula, extispicia, astrologiam, augurandi ex uolucribus scientiam, & è fulgetris huic donat, Alpheæ.

Alpheus per Elidem fluit, de cuius admiranda natura diximus in tertio. Oritur ex monte Stymphalo, et iuxta Pisam, celeberrimam E[illegible]dis urbem, in Siculū mare delabitur. In Elide sedecim urbes aliquando fuerūt, inter quas nobilissimæ numerantur, Elis, Pisa, Olympia, & Pylos. Ad Pisam in E[illegible]ide, amnemq; Alpheum sacra [illegible]la, & Pindari lyrico poemate decantata [illegible]pica certamina [illegible] celebrabantur. Ex hac Pisa Nestoris socij profecti, Pisas in Hetruria inter Aesarem & Arnū amnes, Pisas condidêre. Sunt qui à quodam V[illegible] [illegible]sis filio, aut a [illegible]hessalis conditas putent, ut Lucani Pelope Pisisq; siue à Teucanis gente Græca. Ibi quoque fuit & Cossa. Ast[illegible]r.] [illegible]irca Populoniam fuit Planasia: à quibus ultra Tiberina ostia in Antiano [illegible] Asiura Veterum cum addit, Equ[illegible] [illegible]dens, alludit ad A[illegible]ures [illegible]ispaniæ populos, à quibus asturcones equi d[illegible] [illegible]tur. Astura etiam in Latio flumen est, & insula Ast[illegible]r equo] Anadiplosis. Cerete domo, qui [illegible]t Minionis] Cossa, inquit Plinius V[illegible]leentium à Pop. Rom deducta, Grauiscæ, Castrum nouum, Pyrgi, Ceretanus amnis, & ipsum Caretanus, M. pass. quatuor [illegible]rau[illegible] ex ab aris grauitate sunt dictæ hinc intempestas eas uocat, siue ob [illegible]lum pe[illegible]ens. C

Non ego te Ligurum ducto[illegible] forti[illegible]sime [illegible]ello
T[illegible]an[illegible]erim † Cy[illegible]ne & [illegible]aucis comit[illegible]te Cu[illegible]uo,
Cuius [illegible]lorinæ surgunt de ue[illegible] [illegible]ennæ.
Crimen amor uestrum, formæq; in[illegible] [illegible]ne paternæ.
Namq; [illegible]erunt luctu Cy[illegible]num Ph[illegible]ntis amati
Populeas inter frondes, um[illegible]amq; [illegible]rotum
[illegible]um canit, & mœstum mu[illegible] [illegible]tur amorem,
C[illegible]nentem moll[illegible] [illegible]um [illegible]du[illegible] senectam.
Li[illegible]uentem terra[illegible], & sy[illegible] uoce sequentem,
Filius æquales co[illegible] cl[illegible]e cateruas,

*al. Cicne.

*al. pennæ.

Nō ego] [illegible]uersio ad Cygnum & Cupauonem, leuandi tædij causa, uarietate dictionis. Hunc describit ab ornatu capitis. Vnde in fabulam eius metamorphoseos tränsit, partim delectandi gratia, partim ut iusti

dium eius[illegible] [illegible] [illegible]ues C[illegible] [illegible] [illegible] quo pro[illegible] [illegible] [illegible]gu rū [illegible] amne, qui [illegible] Hetruria, ad [illegible] Ligures [illegible] quorum ela [illegible] [illegible]e nostra tēpestate [illegible]enua est maritima, cum celebri portu.

Primus

A censere numis tum longum, tum operosum esset. Spacium, quo cernerentur, septem dierum esse: longissimum 80. tradit. Plin. Alij errant, alij harent immobiles, sed ferè sub Septentrione. Terribile sydus. quo uel uenti significantur, uel insignes clades: ut bello ciuili inter Pomp. & Casarem & Octauio Cons. motu ciuili uel eadem principis, ut circa ueneficium, quo Claud. Casar è rebus humanis sublatus fuit. Nimis itaque quàm eruditè umbonem & galeæ conum rubentis lugubriter ac sanguineo cometæ comparat, cùm significare uelit ingruentem stragem hostium. Aut Sirius] Quem nomine canis Orionis uocant inquit Homerus. De Sirio, & eius pestilenti ingenio annot. eximus in 1. Audètes for.] Ennius in 7. Fortibus est fortuna uiris data. — Et Ouid. Fast. 2.

—audentes forsq́ deusq́ iuuat.

Idem:

—audaces adiuuat ipsa Venus.

Caterùm testatur Cicero lib. Tusc. qu. secundo prouerbij loco celebratum, Fortes fortuna adiuuat. Fortes enim inquit, non modò fortuna adiuuat, ut est in ueteri prouerbio, sed multo magis ratio. Liu. lib. 4. belli Maced. Fortes fortuna adiuuare aiebant Audacibus fauet fortuna, timidis uerò minimè. Pontibus.] Totus hic locus expressus est ad exemplar appulsus classium Græcarum in littus Troicum: ubi acri prælio excepti Græci, caso Protesilao depulsi fuére: hoc tantùm interest, quod Aeneas suos è nauibus exponit, non re; u'sus à littore. Breuibus.] uadis, ut in primo: In breuia & Syrtis.

Nunc ô lecta manus ualidis incumbite remis,
Tollite ferte rates, inimicam †findite rostris
Hanc terram, sulcumq́ sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali *puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel, quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis
Spumantesq́ rates aruis inferre Latinis.
Donec rostra tenent siccum, & sedêre carinæ
Omnes innocuæ: sed non puppis tua Tarchon.
Namq́ inflicta uadis dorso †cum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu fluctusq́ fatigat,
Soluitur, atq; uiros medijs exponit in undis.
Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitq́ pedes simul unda relabens.
Nec Turnũ segnis retinet mora, sed rapit acer
Totam aciẽ in Teucros, & contrà in littore sistit.
Signa canunt, primus turmas inuasit agrestes
Aeneas omen pugnæ, strauitq́ Latinos.
Occiso *Therone, uirûm qui maximus ultrò
Aeneam petit, huic gladio perq́ ærea †scuta,
Per tunicam squallentẽ auro latus haurit apertũ.
Inde Lycam ferit exectum iam matre perempta,
Et ibi Phœbe sacrum, casus euadere ferri
*Cui licuit paruo. nec longè Cissea durum,
Immanemq́ Gyam, sternentes agmina claua,
Deiecit leto: nil illos Herculis arma,
Nil ualidæ iuuêre manus, genitorq́ Melampus
Alcidæ comes usq;, graueis dum terra labores
Præbuit, ecce † Pharon uoces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum *clamanti sistit in ore.
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dũ sequeris Clytiũ infœlix noua gaudia Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum
Qui iuuenũ tibi semper erant, miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaq; tela
Conijciunt: partim galea clypeoq́ resultant
Irrita: deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus, fidum Aeneas affatur Achaten:

†al. findite
*al. puppes
†al. dum
*al. Therone,
†al. scuta.
*al. Quod
*al. Pharo,
*al. clamanti

Nunc ô.] Exhortatoria oratio Tarchó nis ad milites, ut nauiter remis incumbant, ad inuadendum littus, B etiam cum nauis suæ periculo. Puppis tua.] Auersio. Tarchõtis enim nauis naufragium ibi fecit quidem, uerùm ipse euasit saluus. Nec Turnum.] Transitio ad Turnum & Rutulorũ studia, ad excipiendos Troianos: ut Hector quondã festinabat cũ suorum manu ad littus, ut inde copias Græcorum prohiberet. Therone.] Enumeratio eorum qui manibus Aeneæ in primo conflictu concidere. Maximus.] Allusit ad Theronẽ Hispaniæ citerioris regem, qui C cũ furore actus Gades expugnatũ Herculis templum proficisceretur, naui fulmine consumpta, cũ omnibus copijs suis à Gaditanis naualis prælio uictus fuit. Quare eum & uirorum maximum uocat, & tunicã auro squalentem tribuit. Lycam ferit.] Nomen Lycæ, ab Herculis comite in Italia relictum fuit. Hunc exectum fingit, & Apollini uatum præsidi consecratum. Cissea.] Et hos ex Herculis socio progenitos fingit: quádre etiam ipsis illius arma donat nunc pugnãtibus. In prælijs nil ualent arma maiorum, sed in eo præcipuum momentum habet uirtus præsens. Contrà stultiorum est, & ignauorum, maiorum suorum imaginibus, telis armisq́ se uenditare. Melampus.] à patre, Herculis in diuisio comite. Fuerunt alius Melampus & Pollex, mantices peritissimi, qui optimè futura denunciabãt, teste Suida. Horum Melampus in diuinationibus fuit nigro elleboro quod ab eo Melampodion fuit nominatum, uti solebat. Pharon uoces.] quidam Pharo legunt. Notat hominis ignauiam, lingua magis quã uiribus pollẽtem. Clytiũ infœlix.] puerum, quem impiter amabat. Cydon] Cres natione, ab urbe Cydonde Creta In Cretensibus & Minoë retulimus, ab ea gente hoc flagitium in omnes propè gentes propagatum. Phorci.] Allusum ad Phorcum deum. Alma Venus.] Non sine deo eorum tela euasit.

Suggere tela mihi (non ullum dextera frustrà
Torserit in Rutulos) steterãtq́ in corpore Graiûm
Iliacis campis tum magnam corripit hastam,
Et iacit; illa uolans clypei transuerberat æra

Suggere.] Etsi, iuxta prouerbiũ, ne Hercules quidem aduersus duos, nedum Aeneas: armis tamen confidens Vulcanijs, poscit tela sibi dari, ut cum septẽ unus manum conserat.

Mæonis,& thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor,fratremq; ruentem
Sustentat dextra:traiecto missa lacerto,
Protinus hasta fugit,seruatq; cruenta tenorem,
Dexteraq; ex humero neruis moribūda pependit.
Tum Numitor,iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petijt:sed non & figere contrà
Est licitum,magniq; femur perstrinxit Achatæ.
Hic Curibus fidens primæuo corpore *Clausus
*Aduenit,& rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa,pariterq; loquentis
Vocem animamq; rapit traiecto gutture:at ille
Fronte ferit terrā,& crassum uomit ore cruorem.
Treis quoq; Threicios Boreæ de gente suprema,
Et treis,quos Idas pater,& patria Ismara mittit,
Per uarios sternit casus: accurrit *Halesus,
Auruncæq; manus:subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt
Nunc hi,nunc illi:certatur limine in ipso
Ausoniæ:magno discordes æthere uenti
Prælia ceu tollunt animis & uiribus æquis:
*Non ipsi inter se,non nubila,non mare cedit:
Anceps pugna diu,stant obnixi,omnia contra.
Haud aliter Troianæ acies,aciesq; Latinæ
Concurrunt,hæret pede pes,densusq; uiro uir.

Steterant quæ in corpore] *Non uulgaria tela indicat: addit amplificationem à loco.* Curibus fidēs primæuo corpore,&c.] *Cures Sabinorum oppidū fuit, Numæ Pompilij patria postea illustratum. Cōditum tradunt à Fabidio, nato ex Genio quodam, qui Cures fuit dictus, & puella indigena: uel, ut alij, à cuspide, quam Sabini curim uocant. Sabinorum ducem misso fecit Clausum, non autem Lausum, Mezentij filium, qui hoc eodem manibus Aeneæ cadit. Lausus porrò cum patre Mezentio ex Hetruria pulsus, ad bellum uenit. Vim habet, siue Lausus sit legendum, siue Clausus, descriptis eum ab ætate iuuenili, qua natura est confidens, &* temeraria.

Magno discordes æthere.] *Grauis comparatio, ducta à natura uentorū inter se pugnantiū diu, ut neuter alteri cedat. Spectat autem ea huc, ut animorum utrinq; pertinaciam in pugna amplificet.* Haud aliter.] *Applicatio.* Hæret pede] *Furius in 4. Annal.* "*Pressatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir.*" *Et Hom. li. Iliad. 13.* "*φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ. ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.*" *Et hos uersus Critici olim tanquam in æquilibrio trutinarunt; at ita censuerunt, à Marone Homericam maiestatem non æquatam.*

*al. Lausus *al. Aduolat, *al. Alesus, *al. Non

At parte ex alia,qua saxa rotantia latè
Intulerat torrens,arbustaq; diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestreis
Vt uidit Pallas,Latio dare terga sequaci.
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos,unum(quod rebus restat egenis)
Nunc prece,nunc dictis uirtutē accendit amaris.
Quò fugitis socij?per uos,& fortia facta,
Per ducis Euandri nomen deuictaq; bella,
Spemq; meā patriæ quæ nūc subit æmula †laudi,
Fidite ne pedibus,ferro rumpenda per hostes
Est uia,quà globus ille uirûm densissimus urget.
Hac uos,& Pallanta ducem,patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste
Mortales.totidē nobis animæq; manusq;.
Ecce maris *magno claudit nos obice Pontus:
Deest iā terra fugæ:pelago Troiamne †petemus?
Hæc ait,& medius densos prorumpit in hostes.
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus hunc (*uellit magno dum pōdere saxū)
Intorto figit telo:discrimina costis
Per medium quà spina dedit,hastamq; receptat
Ossibus hærentē:quē nō super †occupat *Hisbō.
Ille quidem hoc sperans:nam Pallas antè ruentem
Dum fuit,incautum crudeli morte sodalis
Excipit,atq; ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc *Helenū petit,& Rhœtei de gente uetusta
Anchemolū,thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis
Daucia,Laride,Tymberq; simillima proles
Indiscreta,suis gratusq; parentibus error:
At nunc dura dedit uobis discrimina Pallas.
Nam tibi Tymbre caput Euādrius abstulit ensis:

At parte ex.] *Omisso Aenea, narrat ea quæ ab Arcadib' in diuersa campi parte sint fortiter gesta: ut Pallantis, qui hic Patrocli Homerici personam refert, uirtutem maximè celebret, non diu superstitis futuri.* Quò fugitis.] *Militaris oratio Pallantis exhortatoria est, ad perrumpendū per hostes, & fuga dedecus fugiendū. Constat suasori generis parti*b*.* Per uos, & f.] *Exordium ductū est ab obtestatione, ut fuga consilium capiant.* Ferro.] *Propositio, quæ pugnādi necessitatē illis propo*nit. Numina nulla] *A facili: uerū si cū dijs aduersarijs pugnādum foret, fugā haud se f*u*tasurū. Nō enim unquā bene cessit cuiquā pugnasse cū dijs.* Ecce maris] *A pugnandi necessitate.*

Quid si maximè uellent rapere fugam nō possunt. Hinc clauduntur mari, illinc ab hostib' sunt cincti. Ergo uia ferro p hostes est facienda, cum magna laude. Gēte uetusta Anchemolum]*Rhœti Marrubiorum regis filiū, qui nouercā Casperia constuprata fugit ad Turnum.* Laridæ.] *Hos gemellos adeò inter se forma similes dicit fuisse, ut parentes neutrum ab altero dinoscerint.* Discrimina.] *casus: alterum ferro obtrūcauit, alteri præcidit manum.* Te decisa.] *Pathos [illegible] debilis: Hypotyposis palpitantium manuum, ac digitorum micantiū, dū uidentur ferrum annisu [illegible], elapsumq; uelle tenere. Porrò autem di[illegible] micare ut hoc [illegible] adiectum lusus quoddam genus est, quo repentè porrectim*

*al. laudis, *al. magna *al. petetis? *al magno uellit *al. occubat *al. Hispō, *al Sthelenum

Te decisa suum Laride dextera[que] quærit,
Semianimes[que] micant digiti ferrum[que] retractant.

porrectis digitis, numerum diuinet. Quid est sors? inquit Cicero lib. Diuinat. secundo. idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. Vnde in proverbium abiit, cum fidem alicuius uelimus laudare, dicamus, cum dignum qui cum in tenebris micetur

Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta uiri, mist[us] dolor & pudor armat in hostes.
Tum Pallas biiugis fugientem Rhætea præter
Traiicit, hoc spacium, tantum[que] moræ fuit Ilo:
Ilo nam[que] procul ualidam direxerat hastam,
Quam medi[us] Rhœteus intercipit: optime Teuthra
Te fugiens, fratrem[que] Tyren, curru[que] uolutus
Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac uelut † optato uentis æstate coortis,
Dispersa immittit syluis incendia pastor,
Correptis subito medijs extenditur una
Horrida per latos acies Vulcania campos,
Ille sedens uictor flammas despectat ouantes.
Non aliter sociûm uirtus coit omnis in unum,
Te[que] iuuat Palla. sed bellis acer * Halesus
Tendit in aduersos, se[que] in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretam[que], Demodocum[que],
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossa[que] dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor celarat Halesum,
Vt senior leto canentia lumina soluit:
Iniecêre manum Parcæ, telis[que] sacrarunt
Euandri, quem sic Pallas petit ante precatus:
Da nunc † Tibri pater, ferro, qd' missile libro,
Fortunam, atq[ue] uiam duri per * pectora Halesi.
Hæc arma, exuuias[que] uiri tua quercus habebit.
Audiit illa deus, dum texit Imaona Halesus.
Arcadio infœlix telo dat pectus inermum.
At non cæde uiri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, pugnæ nodum[que] moram[que].
Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Hetrusci,
Et uos ô Graijs imperdita corpora Teucri:
Agmina concurrunt ducibus[que] & uiribus æquis,
Extremi † addensant acies, nec turba moueri
Tela manus[que] * sinit. hinc Pallas instat, & urget.
Hinc contra Lausus, nec multum discrepat ætas,
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus,
Haud tamen inter se magni regnator Olympi:
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.

Arcades accen[si]] Qualis dux, tales milites: uirtute Pallantis Arcades accensi, in hostes communiter se armant. Præter.] prætersfugientem: fictio, postposita præpositione. Ilo.] Anadiplosis. Teuthra.] Auersio. Fuit alius Teuthras, Thespij pater multo uetustior, à quo Thespij filiæ ab Ouidio in epistola Deianiræ ad Herculem, Teuthrantia turba appellantur. Aeschylus Thespiam, urbem Teuthrantis appellauit, in tragœdia Agamemnone. Ac uelut.] Comparatione subijcit iam Arcadum irruentium, latè[que] cædibus grassantium in hostes.

Fata canens.] ad delectandum inserit fabulam Halesi, fato in bellum, mortuo patre, protracti. Da nunc.] Precatio Pallantis, ut Halesum traijciat, uouet se suspensurum illi ad quercum opima spolia, quæ hostis sit detracturus.

† al. optato
* al. Alesus
* al. Tymbræ.
* al. pectus
† al. adden-sent
* al. sinunt.

Hæc arma ex.] Romuli facinus præclarum sub persona Pallantis celebrat, donat[que] eum morem dedicandi opima spolia antiquitate. Romulus Sabinorum regem in prælio obtruncatum spoliauit: spolia ad quercum pastoribus sacram deposuit, uoluit[que] ea opima appellari, quæ dux duci in prælio detraheret. Pectus.] hoc est, Halesus Agamemnonius configitur telo. Abantem.] Troianum illum, cuius meminit Poëta in prim.:

—— & qua uectus Abas.

Cæterùm Eubœæ incolæ ab Homero quoque dicuntur Abantes, ab heroë F. Neptuni: siue è Thracia gente, quæ de Abis Phocidis profecti insulam eam inuasêre.

Addensant.] pro addensantur. Mox illos.] Ratio, cur non datum illis fuerit concurrere.

Interea soror alma monet † succurrere Lauso
Turnum, qui uolucri curru medium secat agmen.
Vt uidit socios: Tempus desistere pugnæ:
Solus ego in Pallanta feror: soli mihi Pallas
Debetur, cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait, & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulûm * abscessu iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpus[que] per ingens
Lumina uoluit, obit[que] truci procul omnia uisu.
Talibus & dictis it contra iussa tyranni:
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni. sorti pater æquus utri[que] est.
Tolle minas, fatus medium procedit in æquor.

† al. succe-dere
* al. abscessu

Aut spolijs.] Alterutrum præsens proponit: aut uincere, aut fortiter mori. Vtrum-que ex æquo laudabile ducit. Accius in armorum iudicio: Nam trophæum ferre me à forti uiro pulchrum est. Si autem & uincar, uinci à tali nullum est probrum. Quæ opima spolia sint, diximus paulò ante.

Vt[que] leo.] A comparatione subijcit utriusque ferociam. Per patris.] Obtestatur Herculem per hospitium cum patre Euandro quondam, ut suo numine sibi nunc præsens adsit. Genitor.] Iupiter. Stat sua cui-que.] Homeri locum, ex 8. & 22. Iliados descriptum:

Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis, pedes apparat ire
Cominus: utq; leo specula cùm uidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni uenientis imago.
Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ,
Ire prior Pallas, si quà † res adiuuet ausum
Viribus imparibus, magnūq; ita ad æthera fatur:
Per patris hospitiū, & mensas, quas aduena adisti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis,
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq; sub imo
Corde premit gemitum, lacrymasq; * effundit inaneis.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:
STAT sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ: sed famam extendere factis,
Hoc uirtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidêre deûm: quin occidit unà
Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum
Fata uocant, metasq; dati peruênit ad æui.

[illegible]

[illegible]

† al. fors [illegible]

[illegible]

* al. effudit

Troiæ.] A' loco à maiori. Nati.] A' maiori ad mi.... Sarpedon.] Ab exēplo maiori. De Sarpedone copiosa extat explicatio in primo.

Fata uocant.] Hom. Iliad. 15. [illegible]

Sic ait, atq; oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Pallas magnis emittit uiribus hastam,
Vaginâq; caua fulgentem diripit ensem.
Illa uolās, † humeris surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atq; uiam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atq; ita fatur:
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum tot ferri terga, tot æris,
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de * uulnere telum,
Vna eademq; uia sanguisq; animusq; sequuntur.
Corruit in uulnus, sonitum super arma dedêre,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens, sic ore profatur:
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro, qualem meruit Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicqd solamē humādi est,
Largior. haud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia, & læuo pressit pede talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera baltei
Impressumq; nefas, una sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti,
Quæ † bonus Eurytion multo cælauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.
Turno tempus erit magno cùm optauerit emptū
Intactum Pallanta: & cùm spolia ista, diemq;
Oderit. at socij multo gemitu lacrymisq;
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Corruit in uulnus.] Ennius lib. 16. Concidit, & sonitum simul insuper arma dederūt. Et apud Homer. frequens: [illegible]

† al. humeri

Nefas.] insculptū scelus Danaidū, quæ una nocte maritos suos interfecerunt. Eurytion.] Ab artifice, materia, & cælatura, laus balthei. Nescia mēs hom.] Ecphonesis in Turni temerariā exultationem, ob Pallantis necem: qui cùm in secunda fortuna sibi tē[perare nequiret]...

* al. pectore

† al. Clonus Eurytides

...perare nequiret, haud multò pòst simile sortem experturus erat. Hectoris & Patrocli pugnam, & euentum horum congressus per omnia refert. Hectorem Turnus, Pallas Patroclum repræsentat. Hoc noster ab Homero uariat, quòd ibi circa cæsi corpus acriter pugnatur: hic Turnus donat Euādro filium humandum. In pugna, cæso Euphorbo aliisq; nōnullis Troianis, corpus subtrahitur: hic Arcades ducem suum scuto impositū in castra referunt.

O' dolor, atq; decus magnum rediture parenti,
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Quū tamen ingenteis Rutulorū linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior author
Aduolat Aeneæ, tenui discrimine leti

O' dolor.] Exclamatio pathetica Poetæ, in luctum & dolorem senis Euandri, ubi casum filij acceperit.

Hunc paucis uerbis ornādo amplificat. Pathos ab auersione.

Nec iā fam.] Non mea certi nūcij subiecit

Esse suos: tempus uersis † succurrere Teucris.
Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena * primus
Tunc adijt, dextræq; datæ. Sulmone creatos
Quatuor hic iuuenes, totidẽ quos educat † Vfens,
Viuentes rapit inferias, quos immolet umbris,
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infestam cùm tenderet hastã,
Ille astu subit, ac tremebunda superuolat hasta,
Et genua amplectens effatur talia supplex.

† al. succedere
* al. primũ
† al. Vphẽs

At Poëta, tùm apud Homerum Antilochus Nestoris filius Achilli renunciet, Patroclũ cæsum ab Hectore·

" [illegible Greek]
" [illegible Greek]
" [illegible Greek]
" [illegible Greek]

Dirum audies nuncium ô Achilles, quem haud oportebat factum. Iacet ibi cæsus Patroclus, & de nudo mortuo depugnatur: ipse autem armis eius potitus est. Aeneas statim, suppresso dolore, suis laborantibus succurrit, cùm Achilles luctus uaria signa edat.

Sulmone creatos.] *Homer. refert lib. Iliad. 21. Troianos in duas acies diuisos, ab Achille in fugã actos: quarũ unam ad urbem, alterã ad Scamandrum usque amnem persequeretur. Atque in ea pugna ab eo duodecim adolescentes captos fuisse, quos Patrocli umbræ inferias dedit. Homerum hoc loco Maro imitatus, facit Aeneam octo in prælio mactantem iuuenes Pallanti mortuo* Inde Mago procul.] *Hunc in ipsa turba obuium fundit, ut Achilles Lycaonem Priami filium: atque eundem pariter supplicem fingit, ut ille Lycaonẽ, ut sibi parcat, & incolumem dimittat.*

Per patrios manes, & spes surgentis Iüli,
Te precor, hanc animam serues natoq;, patriq;.
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti, sunt auri pondera facti.
Infectiq; mihi: non hic uictoria Teucrûm
Vertitur, * aut anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat: Aeneas contrà cui talia reddit:
Argenti, atq; auri, memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit illa prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iülus.
Sic fatus, galeam læua tenet, atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus † abdidit ensem.

* al. haud
† al. applicat

Per patrios manes, &c.] *Lycaon Homericus libr. suprà citato:*

" [illegible Greek]
" [illegible Greek]

Idem lib. sexto:

" [illegible Greek]
" [illegible Greek]
" [illegible Greek]
" [illegible Greek]
" [illegible Greek]

Sulmone.] *Sulmo Latij oppidũ, patria Ouidij nobilitatũ, de quo ipse·*

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,
Millia qui nouies distat ab urbe decem.

Ensem.] [illegible Greek]

" [illegible Greek] "

Capulo tenus.] *Pathos à modo.*

Nec procul * Hæmonides, Phœbi Triuiæq; sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora uitta,
Totus collucens ueste, atq; insignibus † armis.
Quem congressus agit cãpo, lapsumq; superstans
Immolat, ingentiq; umbra tegit: arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
Instaurant acies, Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & ueniens Marsorũ montibus Vmbro.
Dardanides contrà furit: Anxûris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, uimq; [illegible] fore uerbo
Crediderat, cœloq; animum fortasse ferebat,
Caniciemq; sibi & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam, clypeiq; ingens onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequicquã, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq; * tepentẽ
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur:
Isthic nunc metuende iace: non te optima mater
Cõdet humi, patriòue onerabit mẽbra sepulchro.
Alitibus linquêre feris, aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesq; impasti uulnera lambent.

* al. Aemonides.
† al. albis.
* al. tepẽtẽ

Nec procul.] *Hæmonidẽ hũc describit ab habitu religioso, & munere, & armorũ splendore. Cùm Aeneam hunc mactãtem introducat, docet Marti non conuenire cum Diana, perpetua pudicitia decantata: nec cum Apolline, pulcherrimarũ artiũ præside. In bello neq; sacris, neq; profanis parcitur, sed nullo discrimine in omnes sæuitur.*

Rex Gradiue.] *Martis auersio.* Trophæum.] *uictoriæ monumentũ.* Cæculus.] *A' parente. De Cæculo & Vmbrone in catalogo dictũ est.*

Dardanides.] *Aeneas: antonomasia.*

Anxuris.] *Hunc, ut ineptum factorũ & uirtutis suæ ostentatorem perstringit. In bello etiam ignauissimo cuique lingua bellare & uincere licet: re ipsa uerò, tantum fortibus & cordatis uiris à Deo concessum est superare. Temperandum à magniloquentia & iactantia, qua nihil in omni uita est neque molestius, neque intolerabilius. Quare Nemesis tales nunquã sinit impunitos. unde prouerbio moneri solemus, ne grandia spiremus,* [illegible Greek]*, cùm modestia nihil sit amabilius in societate*

cietate humana. Cœloq́.] *Allusum ad parœmiam. Cœlum manibus contingere: de ijs qui magna de se prædicant, maniterq́ se uenditant.* Caniciem.] *A' signo notas senectutem. Stultorum est, ea sibi promittere, quæ in nullius hominis manu sunt, sed à Deo pendent. Nemo fatum suum, aut fatalem diem nouit, ita ut præsens hora certam non habeat fidem.* Tarquitus.] *Ab ostentatione armorum fulgentium descriptio personæ. Nihil insignia arma in prælio iuuant, sed robur corporis, cum uirtute coniunctum.* Syluicolæ Fauno.] *A' parentibus. Et aptè matri nomen à re datum uideri potest Δρῦς enim quercum signat.* Ardenti.] *Aeneæ feroto sæuiente in hostes.* Isthic nunc.] *Hostilis, & quidem ea acerba insultatio in Tarquitum, effigiata est ad illam Homericam Achillis, in Asteropæum lib. Iliad. 21 Verba Achillis sunt:*

"κεῖσ' οὕτω, χαλεπόν τοι ἐρισθενέος Κρονίωνος.
"παισὶν ἐριζέμεναι, ποταμοῖό περ ἐκγεγαῶτι.

Et quæ sequuntur: nam prolixior est eius, & magnificentior ostentatio, quàm Aeneæ, ut qui etiam genealogiã referat, deducatq́ ad Iouem. Alitibus.] *Homeri uerba & belli Troiani euentum respicit, quo cadauera uel auibus rapacibus laniãda obijcebantur, uel in aquam piscibus escæ præcipitabantur, ἰχθυόεις.* Aut gurgite.] *ut in Scamandrum deuoluebantur. Sic Lycaonem rasum in amnem ipse præcipitat Achilles.*

Fuluumq́ Camertem.] *Ab opulentia, eum fuluũ epithetũ nominat: à qua & loco ubi regnarit, eũ describit.* Tacitis regna' Amy.] *Allusum ad prouerbium. Amyclas silentiũ perdidit. Amyclæ oppidũ fuit in Italia, inter Caietã & Tarracinã, conditum è Laconib', Castoris & Pollucis comitibus, de nomine Amyclarũ Laconicarum. Huiusmodi de illis historia refertur. Cum Amyclæis subinde hostium aduentus falsò nunciat' esset, & ob id tota ciuitas sæpe uanis rumoribus agitaretur, lex lata fuit, ne quis unquã de hoste cuiusquã aduentu quicquã nunciaret. Atqui tum fortè euenisse ut hostis de improuiso superueniẽs, urbẽ occuparet. Inde in prouerbiũ abijt, Amyclas silẽtium perdidit. Sunt qui malunt prouerbiũ ad Pythagoricum silentiũ, ἐχεμυθίαν referre, quòd existiment Lacones Pythagoricæ doctrinæ apprimè fuisse studiosos: id non est. Sed Tyrrhena usque adeò pertinaces sectatores disciplinæ illius fuisse traduntur à Plutarcho, ut eius symbola superstitiosissimè soliti essent obseruare. Porrò Amyclæ Laconicæ dictæ fuêre (erant illæ sitæ sub monte Taygeto) ab Amycla filio Lacedæmonis, qui fuit pater Hyacinthi pueri ab Apolline adamati, qui fortuito rasu disci periyt. Certè tradunt Hyacinthi monumentũ fuisse uisum Amyclis, in templo Apollinis, sub illius simulacro. Ab Amyclis dictæ sunt Amyclæ soleæ, & Amyclaides, ferratæ quidem, sed operis elegantioris, fortasis illi genti peculiares. Amyclæi canes: & Ἀμυκλαῖοι κόθορνοι [illegible] ornamentũ quoddam, quod in pedibus gestabat Empedocles philosophus.*

* al. Lycã,

Protin' Antheũ, & * Lycã, prima agmina Turni
Persequitur, fortemq́ Numam, fuluumq́ Camertẽ
Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidûm, & tacitis regnauit Amyclis.
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq́ manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusq́ arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringere enses,
Sic toto Aeneas desæuit in † æquore uictor,
Vt semel intepuit mucro, quin ecce Niphæi
*Quadrijuges in equos aduersaq́ pectora tẽdit.
Atq; illi longè gradientem, & dira frementem,
Vt uidêre metu uersi, retroq́ ruentes,
Effunduntq́ ducẽ, rapiuntq́ ad littora currus.
Interea biiugis infert se † Lucagus albis
In medios, fraterq́ Liger: sed frater habenis
Flectit equos strictũ, rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furenteis,
Irruit, aduersaq́ ingens apparuit hasta.
Cui Liger.
Nõ Diomedis equos, * non currũ cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabitur terris. uesano talia latè
Dicta uolant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contrà: iaculũ nam torquet in hostẽ.
Lucagus, ut pronus pendens in uerbera telo
† Admonuit biiugos, proiecto dum pede læuo.
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen,
Excussus curru moribundus uoluitur aruis.

† al. agmine
* al. Quadriiugos
† al. Lucagus
* al. nec
† al. Admonuit

Aegæon.] *Comparatiõe uirtutẽ ac uim Aeneæ amplificat. Aegæon cõparat Aeneã. Fabulantur hunc Neptuni filiũ fuisse, centimanum, atq; Ioui auxilio adfuisse aduersus diuorum conspirationẽ, ne in uincula coniiceretur Hom lib. Il. 1.*

"ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες
"Αἰγαίων'· ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων.

Id est,
"*Briareum quem dij, uerùm Aegæona uocarunt*
"*Mortales cuncti, qui maior uiribus ipso est*
"*Patre suo. At noster Poëta eum aduersus Iouem & eius fulmina arma induisse canit.* Sic toto.] *Hyperbolica comparatio.* Diomedis.] *Constat cum his duobus Aeneam congressum, sed infœliciter. uerùm diuorum beneficio seruatum Aeneam à cæde. Iactat se Liger, dux se præstantiorem in pugna fore, ut non possit euadere, si maximè uel dij adsint præsentes ac propitij.*

Quẽ pius Aeneas.] *Quãuis pius: procacitas linguæ non potest non optimi cuiuslibet animũ exacerbare.* Per te, per.] *Obtestatio, per eos quos uir pius habuit charissimos.* Aeneas.] *inquit. Defectio.* Fratrem.] *ut ironicè allusit ad parœmiã, Fraterculus...*

Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:
Lucage, nulla tuos, currus fuga segnis equorũ
Prodidit, aut uanæ uertêre ex hostibus umbræ.
Ipse rotis saliens iuga deseris: hæc ita fatus,
Arripuit biiugos, frater tendebat inermes
Infœlix palmas, curru delapsus eodem:

Per te, per qui te talem genuêre parentes,
Vir Troiane, sine hãc animã, & miserere precãtis.
Pluribus oranti Aeneas: Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera † ductor
Dardanius, torrentis aquæ, uel turbinis atri
More furens: tandẽ erumpũt, & castra relinquunt
Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.

A ter uirò adsit. Talia per.] *Epiphonema clausulæ loco, in perpetratæ cladis enumerationem, ut accingat se ad nouam narrationẽ.* Torrẽtis.] *Et obiter duplici collatione Aeneæ ferociam hyperbolicè subijcit. Nã duo illa potissimùm terras uastant: mundatio, & uentorum tempestates.*

† al. uictos

Iunonem interea compellat Iuppiter ultrò:
O' germana mihi, atq; eadem gratissima cõiunx.
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes, non uiuida bello
Dextra uiris, animusq; ferox, patiensq; pericli.
Cui Iuno submissa: Quid ô pulcherrime cõiunx,
Sollicitas ægram? & tua tristia dicta timentem?
Si mihi quæ quondã fuerat, quãq; esse decebat,
Vis in amore foret, nõ * hoc mihi namq; negares
Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnũ,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, Teucrisq; pio det sanguine pœnas:
Ille tamen nostra deducit origine nomen:
Pilumnusq; illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu, multisq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter sic fatur Olympi.
Si mora præsentis leti, tempusq; caduco
Oratur iuueni, meq; hoc ita ponere sentis,
Tolle fuga Turnum, atq; instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse uacat. sin altior istis
Sub precibus uenia ulla latet, totumq; moueri,
Mutariue putas bellum: spes pacis inaneis.
Cui Iuno illacrymãs: Quid si, qđ uoce grauaris,
Mẽte dares? atq; hæc Turno † rata uita maneret?
Nunc manet insontẽ grauis exitus, aut ego ueri
Vana feror: quod ut ô potius formidine falsa
Ludar, & in melius, tua; qui potes, orsa reflectas.

Iunonem.] *Transitio ad consilium deorũ, in quo de fato Turni consultatur.* Cui, *quando omnino sit Aeneæ manibus perimendum, obtinetur id tamen per Iunonem à Ioue, ut differatur ad aliquod tempus, & nunc è præsenti periculo subducatur.* B O' germana.] *Beneuolentia à psona Iunonis.* Vt rebare.] *Narratio breuis, ut Iunoni querendi, loquẽdiq; id quo angatur suppeditet.* Quid ô pulcher.] *Abruptum exordiũ, dolenti ægrescentiq; aptum.* Si mihi.] *Perstringit obliquè Iouis incõstantiã in amore, quod nunc ab eo usque adeò non ametur, atque olim: quamobrem diffidit se aliquid ob eo impetratum ablaturũ. A' uerisimili.* Nũc pereat.] *Dicat ironicè: quod, ut non fiat, tacitè optat,* Pio sanguine.] *quod pro aris & focis iustũ bellum gerere uideatur.* Ille tamẽ.] *Vt Ioui affectus conciliet, cõmemorat Turni genealogiam: simul ut doceat ipsum adeò Iouem sanguine attingere. Et quo illius animũ inuitet, moueatq; commemorat beneficia: hoc est, uictimas, quas is Ioui mactare solebat.* Si mora.] *Vt Iuno aliquid obtinuisse uideatur, concedit dilationem necis: quando fatum inæuitabile est. Iouis enim uox, fatum ipsum est immutabile, quòd ita sit fatus.* Mente gra.] *Hoc diceret, secus sentiret: hominum more, qui aliud mente clausum, aliud promptum habent in lingua.*

* al. hæc

† al. data tua

Hæc ubi dicta dedit, cœlo se protinus alto
Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras,
Iliacamq; aciem & Laurentia tecta petiuit.
Tum dea nube caua tenuẽ sine uiribus umbram
In faciem Aeneæ uisu mirabile monstrum,
Dardanijs ornãt telis, clypeumq; iubasq;
Diuini * assimulat capitis, dat inania uerba,
Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis:
Morte obita quales fama est uolitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatq; uirum telis: & uoce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemq; eminus hastam
Conijcit: illa dato uertit uestigia tergo.
Tum uerò Aenean auersum ut cedere Turnus
Credidit, atq; animo spem turbidus hausit inanẽ:
Quò fugis Aenea? thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quæsita per undas.
Talia uociferans sequitur, strictumq; coruscat
Mucronem, nec ferre uidet sua gaudia uentos.

Hæc ubi dicta.] *Confirmata nonnihil Iuno uerbis Iouis in* C *præsenti, Turnum rædi subtrahere maturat.* Auras.] *Vt Iupiter cœlo, ita Iuno aëri præsidere creditur, quare eam sucrinctam nimbo in terras demittit. Crassissimum enim aëris, nimbus est. Cæterùm Iuno hic Veneris atque Neptuni Homerici locum obtinet, qua hic Turnum prælio subducit, ut illic Aeneam sub cultro periclitantem illi circũfusa nebula seruauit.* Inania uer.] *quippe umbra tantùm sine corpore.* Morte obita.] *Duabus euidẽtibus comparationibus umbra speciẽ illustrat.* Ferre uidet sua gaudia uentos.] *Prouerbiale est uentis tradere: pro eo quod est, obliuisci, atque ex animo eycere. Horatius in Odis:*

Tristitiam & metus
Tradam proteruis
in mare Creticum,
Portare uentis.

Et Vergilius sæpe hac prouerbiali loquendi consuetudine utitur.

* al. assimilat

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato,

Forté.] *Ab opportuno, ad auehendum Turnum è castris Rutulorum.* Osinius.] Massi

Quà rex Clusinis aduectus †Osinius oris.
Huc sese Aeneæ* trepidè fugientis imago
Conijcit in latebras, nec Turnus segnior instat,
Exuperatq́ moras, & pontes transilit altos.
Vix proram attigerat, †rupit Saturnia funem,
Auulsamq́ rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas absentem in prælia poscit,
Obuia multa uirûm demittit corpora morti.
* Tū leuis haud ultrà latebras iam quærit imago,
Sed sublimè uolans nubi se immiscuit atræ.
Quum Turnū medio interea fert æquore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratusq́ salutis,
Et duplices cum uoce manus ad sydera †tendit.
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignū
Duxisti? & tales uoluisti expendere pœnas?
Quò feror? unde abij? quę me fuga? quéue reducet?
Laurentisne iterum muros, aut castra uidebo?
Quid manus illa uirûm, q me meaq́ arma sequuti,
Quosq́ (nefas) omneis infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes uideo, gemitumq́ cadentum
Accipio: quid agā? aut quæ iam satis ima dehiscat
Terra* mihi? uos ô potius miserescite uenti:
In rupes, in saxa uolens uos Turnus adoro,
Ferte ratem, sæuisq́ uadis immittite Syrtis,
Quó neq́ me Rutuli, neq́ conscia fama sequatur.
Hæc memorās, animo nūc huc, nūc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & † crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrûmq́ iterū se reddat in arma,
Ter conatus utramq́ uiam, ter maxima Iuno
Continuit iuuenemq́ * animo miserata repressit.
Labitur alta secans fluctuq́ æstuq́ secundo.
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucrosq́ inuadit ouanteis.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atq́ omnibus uni,
Vni, odijsq́ uiro, telisq́ frequentibus instant.
Ille uelut rupes, uastum quæ prodit in æquor,
Obuia uentorum furijs, expositaq́ Ponto,
Vim cunctam atq́ minas, perfert cœliq́ marisq́.
Ipsa immota † manēs, prolē Dolichaonis Hebrū
Sternit humi, cum quo Latagū, Palmūq́ fugacē:
Sed Latagum saxo, atq́ ingenti fragmine montis
Occupat os faciemq́ aduersam: poplite Palmum
Succiso uolui segnem sinit: armaq́ Lauso
Donat habere humeris, & uertice figere cristas.
Necnō Euantē Phrygium, Paridisq́ * Minanta
Aequalem, comitemq́, una quem nocte Theano
In lucē genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat: urbe paterna
†Occupat, ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac uelut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq́ palus Laurentia sylua
Pastus arūdinea, postquam inter retia uentum est,
Substitit, infremuitq́ ferox, & inhorruit armos.
Nec cuiquam irasci, propiusúe accedere uirtus,
Sed iaculis tutisq́ procul clamoribus instant.

Masticus Osinius.] Reprehenditur hic locus apud Macr. quòd Poëta Osinium nusquam nominarit: & neuter, neque Masticus, neque Osinius, in bello appareat. Omnipotens genitor.] Querulatoria Turni oratio ad Iouem, tota composita est exaggerationibus indigni à turpitudine fugæ, cùm apud alios, tum suos. Laurentis.] Addubitatio. Manus.] Defectio: deest enim, Dicet, uel aliud uerbum. Metuit, ne à suis, uelut Hector à Polydamante, coarguatur. Nefas.] Ab impio: quod suos per hanc fugam interimēdos hosti obiecerit. Et nunc.] Mouet affectus. Dehiscat.] Imprecatio sibi irati,

At Iouis.] Fato tractus fuit ad mortē: ut sua & filij cæde, Pallantis casus expietur. Vni.] Anadiplosis. Ille uelut.] Comparatione Mezētij uirtutē in eo prælio amplificat, ut eò plus gloriæ ad uictorē postea redeat. Euātem.] A Libero patre deductio nominis. Mināta.] Porta Mimā[illegible], à Mimāte Traciæ monte Porr. Theanūs alicubi meminit Homerus, ni fallor. Fuit alia Theano Metapontina, aut Thuria, Pythagorica, filia Leophronis, uxor Carysti, siue Crotonis. uel ut al. Brotini Pythagorici, quem aiunt de Pythagora scripsisse de uirtute ad Hippodamū Thuriūs paraneses muliebres, & apophthegmata Pythagoricorū.

ob facti turpitudinem. A
Syrtis.] Duæ Syrtes sunt in mari Libyco, de quibus superioribus libris dictum est. Fluctuat [illegible]. Coarguit ancipitem hominis animum, & incertum consilium in turpi fuga. Homerus lib. Iliad. 14.

[illegible]

Sic femor uersant de [illegible] disquirit, utroq́ Nutans. Et lib. Iliad. 16.

[illegible]

Huc animus mihi nūc uersante inclinat, & illuc. Ter conatus utramq́.] Additione numeri ternarij amplificatio. Vrbem.] Ardeam.

Itē alia Cressa natione, filia Pythonactis philosopha, uxor magni illius Pythagoræ ex qua suscepit Telāgē & Mnesarchū, atq́ Arignotē. Sunt qui Cratini uxorē fuisse scribant. C Tradunt eā genere Crotoniatā fuisse. Hæc scripsit cōmentarios Philosophicos, apophthegmata, ac poëmata uersibus. Alia Thrano Locrensis Lyrica. Cisseis.] Hecuba. Ac uelut.] Alia comparatione Mezentij ferociā impotentē illustrat. Vesul*.] Mons, è cuius celsissimo cacumine, in finibus Ligurum Vagiennorum, uisendo fonte Padus prorumpit. Fremit.] Indignatur, quòd cùm sit captus, nemo tamen uenatorum, quamuis uirtute pollens, audeat accedere.

† al. Oximius
*al. trepida
† al. rumpit
*al. Tunc
*al. tollit
*al. mihi? ô uos ô
† al. durum
* al. animi
† al. manet:
* al. Mimāta. al. Numania
† al. Occubat,

Haud

Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longè, & uasto clamore lacessunt.
Ille autē impauidus partes cunctatur in omneis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
†Grauis homo, infectos ꝓfug' linquēs hymenæos:
Hunc ubi miscentem longè media agmina uidit,
Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim uesana fames) si forte fugacem
Conspexit capreā, aut surgentē in cornua ceruū,
Gaudet hians immane, comas arrexit, & hæret
Visceribus super accumbens: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos acer Mezentius hostes.

Sternitur infœlix Acron, & calcibus atram
Tundit humū expirans, infractaq; tela cruentat.
Atq; idem fugientē haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide uulnus.
Obuius aduersoq; occurrit, seq; uiro uir
Contulit: haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta,
Pars belli haud tēnenda *uiris, iacet altus Orodes.
Conclamant socij, lætum Pæana †sequuti.
Ille autem expirans: Non me, quicunq; es, inulto
Victor, nec longum lætabere: te quoq; fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mista Mezentius ira:
Nunc morere: *at de me diuûm pater atq; hominū rex
Viderit. hoc dicēs, eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoū obtrūcat, Sacrator Hydaspen,
Partheniumq; Rapo, & prædurū uiribus † Arsen.
Messapus Cloniumq;, Lycaoniumq; Ericaten:
Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,
Hunc peditē pedes. & Lycius processerat Agis.
Quem tamē haud expers Valerus uirtutis auitæ
Deijcit: Acronium Salius, Saliumq; Nealces,
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, pariterq; ruebant
Victores uictiq;: neq; his fuga nota, nec illis.

*Dij Iouis in tectis, †iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
Ac uerò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo, quā magnus Orion,
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna uiam scindēs, humero supereminet undas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,

A Haud ali.] *Applicatio. parini & truculētia Mezentius in Troianos sæuijt.* Coriti.] *A patria. Thuscia oppidum Coritū fuisse, alibi dictum est.* —*Coritū, terrasq; require Ausonias.* Grauis.] *A natione.* Purpureū.] *Ab habitu.* Impastus.] *Homerus lib. 5. Iliad.* ὡς λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας,

†al. Grauius

Alt' Orodes.] *Allusum est ad uocis etymon, ὄρος enim Græcis mons est: ὀρέδης, montosus, siue melius dicā, monti similis.* Cōclamāt.] *Significanter de Mezentij socijs: quasi lætitia exultāt de uictoria, quam clamoribus effusis testantur.* Cōclamāt.] *Sæpe antea dictum est, uerem desperantis esse. conclamare. Sed & conclamare, militare uocabulum: ut Ad arma cōclamare, cōclamare uasa, & similia.* Lætū Pe.] *lætā cantionē, ob uictoriā, quòd magnū Orodē fudisset. Pæā alioqui propriè est. carmē Apollineū. Apollo ipse, à feriendo. παίαν dicitur. Vnde in cantiūcula, ἰὴ παιάν, quòd sagittis suis Pythonē serpentē cōfecisset.* Nō me.] *Vaticinatur consimilē necē moriēs: idq; exemplo Homeri. apud quē hostiū manibus perituri, percussoris par exitiū denūtiāt.* Nūc morere.] *τέθναθι, morere.* Olli.] *Antiehrsis: estq; periphrasis mortis.* Ferre'.] *durus, implacabilis, sine sensu. Etenim prouerbiali hyperbole usurpātur, adamantinum, corneū, ferreum, & similia de rebus implacabilibus. Quamobrē somnum uocat ferreum, quasi mortem duram, inuictam, & implacabilē. Hom. lib. Iliad. 11.* ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

*al. uiri. †al. secuti. ‡al. ast †al. Orsen.

B C

Cædicus.] *Imitatione Homerica, coaceruat enumeratione summaria quosdam in eo prælij ardore cæsos, & qui uicissim statim ab alijs interfecti fuēre. iuxta illud,* ἔνθ' ἕλεν ἄνδρα. Sacrator.] *De Sacranis alibi dictum est: & Sabinus doctissimè annotauit.* Hydaspen.] *Ab Hydaspe Indiæ fluuio: sicut paulò antè, Hebrum Dolichaonis Troianū filiū fecit, ab Hebro Thraciæ amne. Poētis familiare est, personis nomina ab amnibus, syluis, aut montibus affingere.* Valerus.] *Celebrat Valeriorum antiquam stirpem, qui initiò Valesij dicti fuēre, ut Fusij: postea mutatione literæ, Valerij & Furij dici cœpêre.* Virtutis auitæ.] *Vt roarguat generis priſtam nobilitatem.*

αὐτὰρ ὃ ἐναρίζων ἐρεθίζει ἄγγελόν τε ... De Mentalo gaudio, conspecto Paride. Sic ruit in densos acer.] *ad consimilem modum in confertos hostes irruit Mezentius.*

*al. Dum †al. casum

Dij Iouis.] *Miserentur mortalium calamitatis hic dij, non autem in pugnam descendunt, ut in bello Troiano apud Græcū uatem.* Quàm magnus Orion.] *ut magnus Orio. Duab' uersus comparationibus robur, tum & heroicam proceritatem Mezentij attollit.* Orion.] *Tradunt Hyrcum quendā senē fuisse, qui cùm Iouem & Mercuriū hospitio humaniter excepisset, ab ijs*

Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Talis se uastis infert Mezentius armis.
Huic contrà Aeneas, speculatus in agmine lõgo
Obuius ire parat. manet imperterritus † ille,
Hostē magnanimū opperiens, & mole sua stat.
Atq; oculis spaciū emensus, quantum satis hastę,
Dextra mihi deus, & telum, quod missile libro,
Nunc adsint, uoueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aeneæ, dixit: stridentemq; eminus hastam
Iecit. at illa uolans, clypeo est excussa, proculq;
Egregium * Antonen latus inter & ilia figit:
Herculis Antonen comitē. qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atq; Itala consederat urbe.

*al ipse,

*al. Anthorem

ab ijs periisse filium: uxorem olim sterilem decessisse. Et in ea impetrarent à dijs, ut statim illic mactasse bouem. Porrò dij bouis in corio lotium suum reddiderunt, atq; ita conuolutum condiderunt in terra. Vnde natus est Hiero, quem à lotio Vrionem uocauit: atque inde unius literæ mutatione, Orion cœptus est appellari. Hic ubi ad maturam ætatem peruenisset, magnus uenator euasit, ac Dianæ comes adiunctus est. Paulatim uenandi studio exercitus eò peruenit, ut iactaret, nullum animal gigni posse è terra, quod ipse non superaret. Breui à paruo scorpione, qui è terra erepserat, ictus perijt. Idem aliquando Pleiadas constuprare, & Dianæ uim offerre uoluit. Sunt qui hunc ì Ioue, Mercurio & Neptuno genitum prodant, staturæq; ingentis. Hic cùm aliquando à rege hospitio exceptus fuisset, aggressus fuit eius uitiare filiam, quamobrem ab eo oculis priuatus fuit. Consuluit oraculum qua arte uisum recuperaret. responsum ei fuit, si per mare contra ortum incederet, ut radij solares oculis eius illucescerent: id quod fecit. Cùm itaque Cyclopum, arma Ioui fabricantium strepitum audiuisset, sonum sequutus, ad eos ductus peruenit. ibi unum in humeros sublatum ab

stulis, quo duce oraculum impleuit. A

Dextra.] Verba Mezentij, hominis impij, qui uictoriam in dextra, ac non in Deo ponit.

Antonen.] Antonen nō Anthorem, aut Athorem, aut Actorē, ut diuersis legitur exemplaribus. Fuit hic Antones prognatus ex Antone filio Herculis: aut, quemadmodum Poeta dicit, unus ex comitibus Herculis, qui apud Euandrum, illo ex Italia digrediente, relictus fuit. Plutarchus author est in uita Antonij, Antoniorum familiam ab Herculis filio Antone originē duxisse. Appianus Alexand. lib. 3. author est, Octauium Antonio respondisse: Fuisti, inquit, eras Cæsaris adoptiuus, si te ea Herculeo Aeneadem fieri malle eo quo uisset. Κατωνι Græcè, pro uenali habito, id quod testatur Græcum epigramma:

[illegible]

Alciat.

In bellis qui notus erat Antonius olim,
Cur tria perdiderit prima elementa, refert?

B

Sublatis à frōte enim tribus literis Ant, manet ὤνι⊙, hoc est, uenalis.

Hercul.] A' personæ descriptione, anaphora.

Sternitur infœlix alieno uulnere, cœlumq;
Aspicit, & dulceis moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea terga, tribusq;
Transijt intextum tauris opus, imaq; † sedit
Inguine: sed uires haud pertulit: ocyus ensem
Aeneas uiso Tyrrheni sanguine lætus
Eripit à * femore, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore
Vt uidit Lausus. lacrymæq; per ora uolutæ.
Hic mortis duræ casum, tuaq; † optima facta
(Si qua fidem tanto est operi latura uetustas)
Non equidem nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem refrens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat, clypeoq; inimicum hastile trahebat.
* Proripuit iuuenis, seseq; immiscuit armis.
Iamq; assurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Aeneæ subijt mucronem, ipsumq; morando
Sustinuit, socij magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret.
Telaq; conijciunt, proturbantq; eminus hostem
Missilibus: furit Aeneas, tectusq; tenet se.
Ac uelut effusa si quando grandine nimbi,
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce uiator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi
Dum pluit, in terris, ut possit Sole reducto
Exercere diem: sic obrutus undiq; telis
Aeneas, † nubem belli dum detinet, omneis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq; minatur:
Quò moriture ruis? maioraq; uiribus audes?

†al. sedet

*al. femine,

†al. optime facta,

*al. Proripit

†in uetustiss. manuscriptis codicibus legitur: nubē belli, dum detonet, omnem Sustinet,

Sternitur.] Egregius Antones dū telis uiolenter in Aeneam tortum, in eum resilit.

Reminiscitur.] Pathos à loco.

Tuaq; optima.] Auersio in pietatem Lausi erga patrem ad concitandos affectus.

Genitor nati.] Dissimulāter Scipionis Africani egregiū facinus celebrat, qui patrē pugnantem cū Pœnis in Italia ado-

lescens admodum clypeo suo protexit, ut ueri annotauit Seruius.

Ac uelut effusa.] Comparatione hyperbolica uim telorū, quæ in Aeneam undique conijciuntur, amplificat.

C

Fallit

A

Fallit te incautum pietas tua: nec minus ille
Exultat demens. sæuæ iamq; altius iræ
Dardanio surgunt ductori, extremaq; Lauso
Parcæ fila legunt: ualidum namq; exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq; recōdit.
Transijt & parmam mucro leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
Impleuitq; sinum sanguis: tum uita per auras
Concessit mœsta ad manes, corpusq; reliquit.

Fallit te incautū.] *Pathos à causa.* Parcæ fi.l.] *Periphrasis mortis iā iam impendentis Lauso.* Auro.] *A' materia.* Impleuit.] *Pathos ab attestatione.*

At uerò, ut uultum uidit morientis, & ora
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextramq; tetendit,
Et mentem patriæ subijt pietatis imago.
Quid tibi nunc miserāde puer pro laudibus istis?
Quid plus Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus lætatus, habe tua, teq; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneæ magni dextra cadis: increpat ultrò
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos:

Ora modis.] *Anadiplosis in repetitione uocis, in sequenti uersu.* Quid tibi nunc miserāde.] *Nusquam Poëta recedit à decoro personæ Aeneæ: qui cùm uocatur pius, non solùm pietatem adolescentis hostis in patrem Mezentium laudat & exosculatur, uerùm etiam præmio donat. Reddit illi sua arma, quibus exuere potest: remittit eum sepeliendum: ipsosq; etiam socios increpat cūctantes, segnioresq; in auferendo corpore.* Aeneæ magni dextra cadis, &c.] *Quod magnū morienti solatium est, præ ubi gregarij alicuius militis manibus perijsset.* Subleuat ips.] *Magnū pietatis exemplum.* Sanguine turpant.] *Pathos à re uisa.*

B

Interea genitor † Tiberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
Arboris accliui trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circùm iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus * perpexam in pectore barbā.
Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit,
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij † exanimē super arma ferebāt,
Flentes ingentem, atq; ingenti uulnere uictum.
Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Caniciem * immūdo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret:
Tantáne me tenuit uidendi nate uoluptas?
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quē genui? tuáne hæc genitor per uulnera seruor
Morte tua uiuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infœlix, nunc altè uulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen:
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis,
Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum
Omneis per morteis animā sontē ipse dedissem.
Nūc uiuo, † nec adhuc homines lucēq; relinquo:
Sed linquam. simul hoc dicens, attollit in ægrum
Se femur: & quanquam uis alto uulnere tardat,
Haud deiectus, equum duci iubet, hoc decus illi
Hoc solamen erat, bellis hoc uictor abibat
Omnibus: alloquitur mœrentē, & talibus infit:

† al. Tyberini
* al. perplexam
† al. exanimum
* al. multo

Interea.] *Redit ad Mezentiū, cui mors filij nunciata, occasio est ad congrediendum cum Aenea, & pugnando moriendum.* Quiescūt.] *posita sunt: ab animali ad non animal.* Multa super.] *τὸ πάθος, circa paternam curam pro filio.* Agnouit.] *Mezentius. Quæ suspicamur, aut timemus, faciliùs ac citiùs sentimus, quàm ea quæ ad nos nihil attinent.* Caniciem.] *Pathos à gestibus.* Tantáne me ten.] *Amplificat narrationem à querelis Mezentij patheticis.* Quem genui.] *Pathos à relatione, ut in Genitor.* Attolit in.] *Pathos à debili.* Hoc decus.] *Laus equi, à uirtute & robore.*

C

† al. neque

Rhœbe diu (Res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus, aut hodie uictor spolia illa cruenta,
* Aut caput Aeneæ referes, Lausiq; dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla uiam uis,
Occumbes pariter. neq; enim fortissime (credo)
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & exceptus tergo consueta locauit
Membra, manusq; ambas iaculis onerauit acutis,

* al. Et

Rhœbe diu.] *Sermocinatio ad brutū animal, equū uidelicet: ut apud Homerū, Achillis ad Balium & Xanthum, quorū posteriori etiam uerba humana affingit.* Aut spolia.] *inanis iactātia, planè psonæ cōueniens. Promittit sibi arroganter, quæ in diuina potestate sunt posita, ut certa.* Neque enim.] *Aethiologia à turpi.* Aere caput

Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina. A
Sic cursum in medios rapidus dedit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, † mixtoq; insania luctu, (†al. mistoq;)
Et furijs * agitatus amor, & conscia uirtus. (*al. adiect*)
Atq; hic Aenean magna ter uoce uocauit:
Aeneas (agnouit † enim) lætusq; precatur, (†al. eum)
Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & * infesta subit obuius hasta, (*al. infecta)

caput fulgens.] A terribili hominis ornatu, quasi eo hostem territuri. Ter uoce.] *Additione numeri, pro sæpe, & identidem, ex-*

emplo Homeri uis. Sic pater ille.] *Breuis quidem precatio, sed circumstantijs planè conuenients.*

Ille autem, Quid me erepto sæuissime nato
Terres: hæc uia sola fuit, qua perdere posses.
Nec mortē horremus, nec diuûm parcimus ulli.
Desine. nam uenio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. dixit, telumq; intorsit in hostem.
Inde aliud super, atq; aliud figitq;, uolatq;
Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.
Ter circum astantem læuos: equitauit in orbes,
Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
Immanem ærato circumfert tegmine syluam.
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere, & urgetur pugna congressus iniqua, B
Multa mouēs animo, iam tandē erumpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumq; equitē super ipse † sequutus (†al. secutus)
Implicat, eiectoq; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troesq; Latiniq;.

Ille autem.] *Ex prouocatione uterq; alteri committitur.*
Nec diuûm] *Impius etiā cōtumeliosus in morte persistit in deum, ut fui per omnia semper sit similis: hoc est, impius, improbus, & magnus ostentator.*
Ter circū.] *Additione numeri ternarij, frequentē eiusdem rei iterationem, indicat, Homer.*

τρὶς μὲν ... καταστράψαι μεγάλοιο.
τρὶς δὲ ... ἀσπίδα δεινήν.

Aduolat Aeneas, uaginaq; eripit ensem,
Et super hæc, ubi nunc Mezentius acer, & illa
Effera uis animi? contra Tyrrhenus, & auras
Suspiciens hausit cœlum, mentemq; recepit:
Hostis amare quid increpitas: mortemq; minaris?
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia ueni,
Nec tecū meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
Vnum hoc per (si qua est uictis uenia hostib.) oro,
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc (oro) defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulchro.
Hæc loquitur, iuguloq; haud inscius accipit ensem:
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

Vbi nunc.] *Acerba hostilis insultatio in uictum, sed breuis: id quod sapientis ac fortis uiri est.* Vnum hoc per.] *Petitio pia.*
Odia.] *Causa, cur pius uir nihil huiusmodi etiam hosti uicto negare posset. Hunc exitum poëtico consilio Maro tribuit Mezentio. Liuius refert, primo prælio uictos quidem fuisse, sed amissum Latinum regem. Turnus uno illo aduerso prælio fractus, ad Mezentium Hetruscorum regem confugit, qui nihil grauatè cum Rutulis arma sociis iunxit. Aduersus hos Aeneas, suos in aciem rursus eduxit. Hac quoq; pugna Latini prosperè pugnarunt quidem, sed Aeneæ casu uictoria parum læta fuit. Tradunt eum Numico haustum perijsse. At Dionysius author est, primo congressu Turnum cæsum, & Latinū ipsum. Triennio inde post, bellum à Rutulis esse reparatum, ascito in eius societatem Mezentio Hetruscorum rege. Pugnatum fuit acriter: sed neutrò inclinante uictoria, nox prælium diremit. Ibi tum Aeneas desideratus fuit. Fama tamen fuit, cum in proximo fluento submersum fuisse. Septimo inde ferè anno ab euersione Troiæ Ascanius paternū regnum suscepit. Hic post patris interitū intra oppidū Lauinium grauissima obsidione ab Hetruscis pressus fuit. Cùm autem multa indigna toleratu, ab hoste arrogante & superbo imperarentur, ut omne uinum, quod in agro Latino nasce-* C *retur, Mezentius posceret tributi nomine, Ascanius noctu de improuiso hostium castra inuasit, ac Lauso Mezentij filio unà cum stationarijs cæso, prius uallum tenuit, quàm tumultus ad eos peruenit, qui in planicie tetenderant. Mox incendio conspecto, & terribili clamore ad aures delato, totis castris fit fuga. Ascanius per uiarum anfractus hostem locorum parum gnarum, sequendo carpsit. Mezentius nocturna illa clade magna ex parte exercitu amisso, ubi filij necem audisset, pacem ultrò ab Ascanio per caduceatorem petijt. Petenti regi pax data est ab Ascanio uictore. Huiusmodi fermè Dionysius narrat.*

FINIS LIBRI DECIMI
Aeneidos Vergilianæ.

ARGVMEN-

[illegible]

[illegible] XI [illegible]

[illegible] AE.

A [illegible] I L [illegible] N

[illegible] IN [illegible]

[illegible] m.

C [illegible] um:
E[illegible] [illegible] tat.
I [illegible]
[illegible]
C [illegible] ntur.
[illegible]
[illegible],
C [illegible]
Pu [illegible] a:
D [illegible] de [illegible] ur.

D. LAMBERTI HORTENSII IN LIBRVM XI. AENEIDOS

A [illegible]

[illegible] C[illegible]RVM [illegible] *Caf[illegible]* [illegible] *tio,* [illegible] *au* [illegible] *s. R* [illegible] *ac E.* [illegible] *fi' um ca[illegible]* [illegible] *tui mone* [illegible] *a pote* [illegible] *fla per* [illegible] *tam cladem, Turn* [illegible] *m*[illegible] *rc*[illegible] *li* [illegible] *amlla* [illegible] *eventu* [illegible] *astr* [illegible]. *Oc* [illegible] *criptione.* [illegible] *quibus* [illegible]

[illegible] *La*[illegible]*orum,* [illegible] *orda tor Diomedis responsum, ad quem* [illegible] *petitum m*[illegible]*, exponit* [illegible] *de pe*[illegible] *cem ab* [illegible] *part*[illegible]*.* [illegible] *T*[illegible] *f*[illegible] *us* [illegible] *mandand*[illegible]*ca,* [illegible] *tu ispri*[illegible] [illegible] *Drancis* [illegible]

ad. Perfodi [illegible] *gem manem acerba oratione* [illegible] *Turnus.* [illegible] *tum maxi-* [illegible] *d* [illegible] *tur in* [illegible] *Latini, Aeneas* [illegible] *omnes*

[illegible] ns au[illegible]

A[illegible] cijs da
re[illegible]is
[illegible] ataque su[illegible]
[illegible]
[illegible] sol[illegible]
[illegible]
Inge[illegible]
Confi[illegible] ma,
Meze[illegible] m
Be[illegible]
T[illegible] m,
[illegible] nsist
S[illegible] um.
[illegible] bat
T[illegible] eis:
[illegible] sto.
[illegible]od [illegible] perbo
Prun[illegible] ucm[illegible] bi[illegible].

[illegible] *Que* [illegible] *Latini rom.* *mod*[illegible] *exiem-* [illegible] *contra-* [illegible] *magne.]* [illegible] *au* [illegible] *Trae* [illegible] *esse* [illegible] *meto* [illegible] [illegible] *in* [illegible] *fuit* [illegible] *essset.* [illegible] *Quem* [illegible] *Et* [illegible]

Fecerat,& tenui telas discreuerat auro.
Harum unã iuueni supremum mœstus honorem,
Induit,arsurasq; comas obnubit amictu.
Multaque prætera Laurentis præmia pugnæ
Aggerat,& longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos,& tela,quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat & post terga manus,quos mitteret umbris
Inferias,cæso sparsuros sanguine flammas,
Indutosque iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces,inimicaque nomina figi.
Ducitur infœlix æuo confectus †Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis,nunc unguibus ora,
Sternitur,& toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus,positis insignibus Aethon
It lacrymans,guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alij,galeamq; ferunt (nam cætera Turnus
Victor habet)tũ mœsta phalãx,Teucriq; sequunt,
Tyrrhenique duces.& uersis Arcades armis.
Postq; omnis longè comitum præcesserat ordo,
Substitit Aeneas,gemituque hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata uocant.salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumque uale.nec plura effatus,ad altos
Tendebat muros,gressumque in castra ferebat.
Iamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ,ueniamque rogantes,
Corpora per campos,ferro quæ fusa iacebant,
Redderet,ac tumulo sineret succedere terræ.
Nullum cum uictis certamen,& æthere cassis.
Parceret hospitibus quondam,*socerisq; uocatis.
Quos bonus Aeneas,haud aspernãda precãtes
Prosequitur uenia,& uerbis hæc insuper addit:
Quænam uos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello?qui nos fugiatis amicos?
+Pacem'ne exanimis,& Martis sorte peremptis
Oratis?equidem & uiuis concedere*uellem.
Nec ueni,nisi fata locum sedemque dedissent:
Nec bellum cum gente gero.rex nostra reliquit
Hospitia,& Turni potius se credidit armis.
Aequius huic†Turno fuerat se opponere morti,
Si bellum finire manu,si pellere Teucros
Apparat,hic decuit mecum concurrere telis.
Vixet,cui uitam deus,& sua dextra dedisset.
Nunc ite,& miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Aeneas,olli obstupuère silentes,
Conuersique oculos inter se,atq; ora tenebant.
Tum senior,semperq; odijs,& crimine Drances
Infensus iuueni Turno,sic ore uicissim
Orsa refert:O' fama ingens,ingentior armis
Vir Troiane,quibus cœlo te laudibus æquem?
Iusticiæ'ne prius mirer,belli'ne laborum?
Nos uerò hæc patriam grati referemus ad urbem,
Et te,si qua uiam dederit fortuna,Latino
Iungemus Regi:quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaque subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc,unoq; omnes eadem ore fremebãt.
Bis senos pepigère dies,& pace sequestra
Per syluas Teucri,*mixtique impunè Latini
Errauère iugis:ferro sonat†alta bipenni

A imitatione Homerica. Indutosq;.] *Hinc liquet, spolia hostium in funeribus, in feretris præferri solere, ad ostentationem uirtutis illius, qui fortiter pugnãdo occubuerat.* Nomina.] *Eorũ nempe, quibus arma illa fuissent adempta.* Aeuo.] *Pathos ab ætate,& gestu.* Aethon.] *Equi propriũ uocabulum,ut Xanthus & Balius ab Homero Achillis equi celebrantur. Lugent*

† al. Acetes.

Iamq; ora.] *Aptũ seruat ordinem in funebri negotio, ut à principibus casis auspicetur, unde ad uulgus transeat.* Ramis oleæ.] *Pacis petendæ qualiscũq; argumentum, ut primo congressu non hostili animo se uenire testentur. De oleæ dignitate ac natura, alio à nobis loco commentatum est.* Aethere cassis.] *uita spoliatis, mortuis: periphrasis,* Hospitibus.] *à pio.* Quæ uos.] *Exordium à reprehensione modesta, quòd temerè aduersus se arma induerint.* Pacem'ne.] *Propositio hostium, de sepeliendis suorum.* Tũ senior.] *Habet gratiam Drances Aeneæ, pro beneuolẽtia, & pietate sua in hostes. Quamobrem non solùm eum laudat à iustitia & uirtute, uerùm etiam promittit uicissim beneuolum animum,& acceptri beneficij rẽpensationem.* O' fama.] *Beneuolentia à persona Aeneæ.* Nos uerò

**al. socerisque* *†al. Pacem me* **al. mallẽ.* *†al. Turnũ* **al. mistiq;* *†al. ista*

& illi Patrocli mortem, perinde ac si humanis affectibus ducentur: [illegible] Phalanx.] *Macedonum lingua, peditũ stabile agmen est, definitore Q. Curtio historiographo.*

ad auribus. ad quam ipse est responsurus. Equidem.] *Plus offert ultrò quàm petũt, ut bellũ non à suis, sed ab hostibus ortum coarguat.* Nec ueni.] *Causam obiter adiectus sui, cur contra se arma sint sumpta, reddit: obtenditq; fatum, ut à se remoueat, quod tollerat ab hostibus suis obiectũ.* Aequius.] *Taxat obliquè sinistra Latini consilia, qui persuasus pessimè maluerit se propter Turnum bello implicare, quàm secum societatem adiungere.* Si pellere.] *Ab æquo.* Nũc ite.] *Epilogus, qui constat perbenigna permissione eius rei, quam petunt.*]*Narratio.* Et te.] *Remuneratio.* Cedrũ.] *Rectè cedrum, nõ solùm propter gratum odorem, uerùm etiam ut testentur perẽnẽ famã eos meruisse, qui in bello pugnando pro patria reciderant. De cedri arboris ingenio & dignitate diuersis locis est dictum.* Plaustris.] *Hypotyposis radentium.*

Rr 2 Fraxinus,

Fraxinus, euertunt actas ad sydera pinus.
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant uectare gementibus ornos. A

Et iam fama uolans tanti prænuncia luctus
Euãdrum, Euandriq; domos & mœnia *complet:
Quæ modò uictorem Latio Pallanta ferebat,
Arcades ad portas ruere, & de more uetusto
Funereas rapuêre faces. lucet uia longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros.
Contrà turba Phrygum ueniens plãgentia iungit
Agmina: quæ postquam matres succedere tecto
Viderunt, mœstam incendũt clamoribus urbem.
At non Euãndrum potis est uis ulla tenere,
Sed uenit in *medios pheretro Pallante reposto:
†Procubuit super, atq; hæret lacrymãsq; gemẽsq;,
Et uia uix tandem uoci laxata dolore est:
Non hæc ô Palla dederas promissa parenti,
Cautius ut sæuo uelles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantũ noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, bellique propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, precesque meæ: tuq; ô sanctissima coniunx
Fœlix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem.
Contrà, ego uiuendo uici mea fata. superstes
Restarem ut genitor. Troũm socia arma* sequutũ
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem:
Atq; hæc pompa domũ me, non Pallanta referret.
Nec uos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ, quod si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus antè
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Aeneas, & quàm magni Phryges, & quàm
Tyrrheniq; duces, †Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab annis
Turne, sed infœlix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quòd uitam moror inuisam Pallante perempto,
Dextera causa tua est Turnum natoq; patrique
Quam debere uides, meritis uacat hic tibi solus,
Fortunæq; locus. non uitæ gaudia quæro,
Nec fas, sed nato manes perferre sub imos.

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atq; labores:
Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon
Constituêre pyras: huc corpora quisq; suorum
More tulêre patrum, subiectisque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauêre in equis, ululatusq; ore dedêre.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.
It cœlo clamorque uirûm, clangorque tubarum.
*Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, ensesque decoros,
Frænaque, feruentesq; rotas, pars munera nota

Et iã fama.] *Hac præsenti narratione paulisper intermissa, transit ad funus Pallantis, qui luctu publico primatimq; sedesinatum à patre sene fit acceptum. Pallas Hectorem, Euander Priamum hic repræsentat, si necem acerbo luctu prosequitur.* Funereas] *quas noctu ante funera gestare solebant. quarum alioqui interdiu nullus futurus erat usus. Inde etiam luce etiam in ceremonijs funeralibus seruari cœperũt. Durat etiamnum hodie is ritus in mortuorũ exequijs.* Rapuêre.] *ut in re subita, cũ in portis funus prius adesset, quam uenire nunciaretur.* Incendunt.] *Ducta metaphora à re militari, qua igne ac flammis urbes incenduntur. Eadem figura, amore, odio, ira incendi dicimur.* Non hæc.] *Pathetica querela Euandri, ad amplificandum publicum luctũ, cuiusmodi refertur ab Homero Andromaches, Hecubæ, & Helenæ, lib. Iliad. ult. ad corpus Hectoris exanime à Priamo in urbem reportatum è tentorio Achillis.* Non hæc.] *Pathos ab auersione.* Coniũx.] *quam supra ostendimus fatis concessisse.* Fœlix mor.] *Cõparatione à maioribus extenuatur id quod minus est.* Contra.] *Amplificatio minoris, ut maius uideatur.* Nec uos ar.] *Eximit culpa Troianos, ut factum fato suo imputet potius, quàm Aneæ.* B Iuuabit.] *Iucunda interim memoria mitigat dolorem, quod Pallantis auxilio, & Teucri in Latium sint inuecti, & Volscorum mulia aliquot ceciderint.* Quin ego.] *Aliud argumẽtum solatij: honos delatus mortuo à communibus amicis Troianis, Aenea, & ab omnibus Tyrrhenis: & conspectus præsens spoliorũ quibus hostes exuit.* Vadite.] *Mandatũ regis ad Aeneam, ut Turnus & sibi & Pallanti caeso det pœnas.* C

Aurora inter.] *A temporis matutini descriptione, ut Troiani somno refectis iam sequentis diei spacium tribuat suos humandi, & rasocum iusta ritè exequendi Nox quieti, dies laboribus à Deo comparatus est. Quare discretè subnectit:* Referens o[illegible]ra atq. labores. Constituere.] Ordine con[illegible]mno omnes ceremonias funebres ac morẽ lustrandi rogos describit. Ter.] *De ternarij numeri iteratione sæpe iam à nobis dictũ est.* Mœstum.] *ipsi mœsti morte sociorũ suorum.* Spargitur.] *Hom. Iliad. 23.* [illegible] *δάκρυσι*, [illegible] It cœlo.]

*al. replet.
†al. tectis
*al. medias,
†al. Procumbit
*al. secutũ
*al. Tyrrhenumque
*al. Hic

Ipsorum clypeos,& non fœlicia tela.
Multa boum circà mactantur corpora morti,
Setigerosque sues,raptasque & omnibus agris
In flammam iugulant pecudes:tum littore toto
Ardentis spectant socios,semiustaque seruant
Busta,neq; auelli possunt,nox humida donec
Inuertit cœlum stellis ardentibus aptum.

A It cœlo.]Hyperbole, εἰς ἀπαρνησιν. Hinc alij.]Partitio. Mos in ceremonijs id genus erat,ut nō solùm unà cū corporibus spolia, quæ hostib eripuerāt, uerumetiā sua

arma ipsorū, eaq; quæ in uita habuerāt charissima,igni abolerentur. Inde cædebantur hostiæ,& ad ultimū conclamabantur ab omnibus circumfusis.

Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxêre pyras,& corpora partim
Multa uirûm terræ infodiunt,auectaque partim
Finitimos tollunt in agros,urbique remittunt.
Cætera confusæque ingentem†cædis aceruum
Nec numero,nec honore cremāt:tunc undiq; uasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Mœrentes altum cinerem,& confusa ruebant
Ossa focis,tepidoque onerabant aggere terræ.
Iam uerò in tectis prædiuitis urbe Latini
Præcipuus fragor,& longè pars maxima luctus.
Hic matres,miseræque nurus:hic chara sororum
Pectora mœrentum,puerique parentibus orbi,
Dirum execrantur bellum, Turnique hymenæos.
Ipsum armis,ipsumque iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ,& primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances,solumque uocari
Testatur,solum posci in certamina Turnum
Multa simul contrà uarijs sententia dictis
Pro Turno, & magnum reginæ nomē obumbrat.
Multa uirum meritis sustentat fama trophæis.

cadauera uruntur, ἐν τῷ ἤμαρ. Ruebant.] pro obruebant.

Nec minus.] A publica Troianorum lamentatione,& luctu funebri,transit ad Latinorum cæsorum iusta: quorum clades ut fuit magis cruenta, ita operosiores exequiæ, quòd tantus cæsorum numerus rogis cremari haud potuerit. Nec honor.]sine ceremonijs legitimis, sed aceruatim sparsim B omnibus agris concremati fuerunt. Tertia lux.] Apud Homer. Iliad. primo, nouem dies mortuorum peste

† al. fragis

Tepido.]ab ignibus paulatim extinctis. Iam uerò.] A causa ad effectus: hoc est, ad luctum, qui tota Vrbe ab omni genere mortalibus propter cladem est concitatus. Matres.]quæ liberos:nurus, quæ maritos: sorores, quæ fratres amisêre. Solumque.]in singulare certamen ab Aenea,ut dictum modò est.

Hos inter motus*medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti†magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt,nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum:nil dona,nec aurū,
Nec magnas ualuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda,aut pacem Troiano ab rege petendam.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus,
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira Deûm,tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum,primosque suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenêre,fluuntque ad regia plenis
Tecta uijs:sedet in medijs* rex maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Aetola ex urbe remissos,
Quæ referant,fari iubet,& responsa reposcit
Ordine cuncta suo.tum facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens ita fariet infit:
Vidimus ô ciues†Diomedem, Argiuaq; castra,
Atq; iter emensi casus superauimus omneis,
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, & corā data copia fandi,
Munera præferimus,nomen,patriamq; docemus,
Qui bellū intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore:
O' fortunatæ gentes,Saturnia regna,
Antiqui Ausonij·quæ uos fortuna quietos
Sollicitat?suadetque ignota lacessere bella?
Quicunq; Iliacos ferro uiolauimus agros,

* al. medio in
† al. magni

Hos inter motus.]Malum malo cumulatur: ac tragœdia tragœdiā, ut ansa ansam trahit. Augentur post acceptam cladem gradatim motus terroresq; intra muros, donec tandem in pugnam funestā rursum concurratur. Legati resp.]Venulus, & qui cum eo Arpos initio belli ad Diomedem C petitum auxilia missi » fuerant : Mittitur & magni Venulus Dio» medis ad urbem, Qui petat auxilium. Actum.]hoc est, frustra petita auxilia. Enumerat ordine ea omnia quæ frustrà fuerunt : iter magnum & difficile,impensas, preces, dona, quibus non potuerit corrūpi Aetol. Deficit in.]quòd spe auxiliorum à Diomede destitutus esset, in quo anteram salu-

* al. ec
† al. Diomede.

tis suæ posuerat. Fatalē Aen.] Duo signa, & euidentissima Latinus argumēta potissimum ex Diomedis responso colligit, cum Aenea pacem faciendam. Recentem cladem acceptam, & oracula, quæ apud se tacitè expendit. Fluūt.]simplex pro composito: pro, confluunt. Haud læta.] ob responsum inexpectatum. Vidimus ô ciues.]Venuli oratio narratorij generis est. Hac autem dilucidè ac grauiter exponit, ut legatus, quibus argumentis, quibusq; de causis non solùm Diomedes negarit auxilia, sed bellum omnino etiam dissuaserit: à quo eum terret suo & aliorum Græciæ ducū exemplo, nisi accepto malo grauius experiri malit, quàm pacē

(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois † premit ille uiros) infanda per orbē
Supplicia, & scelerū pœnas expendimus omnes.

†al. premat

petere. Consilium hoc componi potest cum Homerico illo Iliad. 9. in quo grauissimæ conciones ducum exponuntur, de legationibus ad Achillem mittendis, ut posita simultate, ac acceptis donis splendidis, cum rege Agamemnone in gratiam redeat. atq; illi reconciliatus, rebus Græcorum periclitantibus succurrat. Sed utriusq; rationes sunt diuersæ: quod Poeta noster ex duobus Homericis: hoc est, ex isthoc modò enato, & illo altero, Iliad primo, unum concilium conflarit. Sed ut illic legati ab Achille, ita hic Venulus à Diomede repulsam refert. Vidimus.] Exordium ductum est à narratione. Diomedem.] Macrob. legit Diomede, ut sit accusatiuus Græcus contractus, [illegible]. Castra.] Argyrippam, quam cōdidit in Apulia. Argyrippam.] Diomedis in Italiam accessum, adiacentes terræ ab eo denominatæ satis declarant: ut, Campi Diomedis, Arpi, aliquando Argos: Hippium, mox Argyrippa dicta: ac postremò, Beneuentum. Ibi deleras gentes Monadorū, Dardorum, & duas urbes, quæ in prouerbij ludicrum abiuêre, Tricas & Apinas. Patriæ.] Argi. Causam exilij Diomedis referunt fuisse, quòd in bello Troiano ferro Venerem sauciasset. ut refert Lycophron, eiusq; enarrator: & Homeri scholiastes lib. Iliad. 5. Sed de eo alijs diuersis locis abundè à nobis annotatum est. Gargani.] Garganus mons in Apulia est, cuius pars Iapygia est. Excurrit Garganus per Calabriam in Hadriaticum. A Victor.] Vel à Troiæ excidio: siue, quòd Draconem Colchicum interfecisset. Iapygis.] pro Iapygij. Et uentus Iapyx, ab Iapyge filio Dædali. Haud procul à Gargano sitæ insulæ sunt, quæ Diomedis sunt dictæ. Et Diomedis promontorium. Diomedeæ aues, de quibus alias dictum est. Diomedea necessitas, prouerbium, de ijs qui adacti ui non spontè quid faciunt. Condidit Diomedes oppidum Delphis. Eidem delubrum in his ipsis regionibus post interitum ipsius ab incolis erectum fuit. Postquam.] Ordine exponit rationem aduentus sui, ac legationis. Causa] Quoniam autem ea nota est, silentio præterit, properatq; ad responsum. O' fortunatæ.] Disertè exponit in concilio dissuasoriam Diomedis responsum. Terret primùm Latinum à bello, ab exemplis Græcorū, qui omnes fermè in reditu à Troia infœliciter periêre. Et causam communis calamitatis ac cladis transfert in publicam totius Græciæ impietatem, & iniuriam, quòd Troianam gentem communi consilio bello uexassent & excidissent. O' fortunati.] Ab exclamatione, in Latinorum fœlicitatem. B Quicunq;.] A' distributione. Omnes infœliciter perijmus: hic exilio, ille naufragio, alius insidijs adulteræ coniugis Mitto ea.] Præteritio, qua cladem suorum ad muros Troiæ obiter in uniuersum refricat. Omnes] Amplificatio.

Vel Priamo miseranda manus, scit triste Mineruæ
Sydus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad littus *abacti:
Atrides Protei Menelaus ad usq; columnas
Exulat, Aetnæos uidit Cyclopas Vlysses.
Regna Neoptolemi referam, uersosque penates
Idomenei? Libycoue habitantes littore Locros?
Ille Mycenæus magnorum ductor Achiuûm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt, deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse deos, patrijs ut redditus †oris
Coniugiū optatū & pulchrā Calydona uiderem.
Nunc etiam horribili uisu portenta sequuntur,
Et socij amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibusq; uagantur aues, heu dira meorum
Supplicia, & scopulos lacrymosis uocib. implent.

*al. adacti:
†al. ans,

Vel Priamo]Respexit ad parœmiam, Vel hosti miserandus: ut sicut in secundo: Miserebitur hostis. ut hostis etiam miseraturus fuisset, si nostrum uidisset casum. Hyperbole: nam hostis nō facilè misericordia aduersus hostem commouetur. Suidas ex authore quopiam: [illegible]. Sydus.] Constat certorum syderum exortu tempestates concitari, quare pro ipsis tempestatibus usurpantur. In primo retulimus, Aiacem Oileum, propter uim Cassandræ in Palladis templo oblatam, in mari, immissa à Minerua tempestate, cùm socijs naufragium fecisse.

Caphareus.] Reddit, quas dicat cautes Euboicas. Vltorq;.] Vltor necis Palamedis. Nauplius pater mortem filij ulturus, accepto Græcorum è littore Troico aduentu, nocte cū facibus in Caphareo Eubœæ promontorio consedit, ut ad eas tanquam portum classes dirigerent. Quod cùm facerēt, cautibus Euboicis illisi omnes naufragio perierunt. Vide secundum librū, ubi Palamedis historia explicatur. Cæterùm ut aliqua de insula Eubœa dicantur, quæ & Macris olim fuit nuncupata: nostra autem tempestate Nigropontum sub Turcarum ditione uocatur. Longo tractu Atticæ, & Bœotiæ, Locridiq; respondet. Hanc ex Chalcide multæ cùm in alia toto terrarum Orbe loca, tum in Italiam coloniæ deductæ fuerunt. Hinc epitheto cūt, Cumarū oras, Euboicas, & arces Chalcidicas dixit. De his uide sextum librum.

Atrides.] Menelaus in Aegyptum disiectus fuit, ubi tum regnabat Proteus. Refertur ab Homero Odyss. 4. Protei.] Synæresis. Regnauit in Aegypto, qui quòd diuinus esset, in alias atq; alias formas se uertere dicebatur. C Fabulantur eum cathenis constrictum à Menelao, monitu filiæ Idotheæ, quando tandem domum reuerteretur. Iratis dijs, inquit, Troia deuicta est, quare centum pecudes peius dijs cædendas, ac tum demum fore ut redux in patriam perueniret. Itaq; cùm octauo anno Hecatombē dijs persoluisset, in patriam saluus reuersus fuit. Sed Dion Prusiensis scribit ijs temporibus, cū Græci inter se ad Troiam seditionibus agitari cœpissent, eos diuersos domos suas repetiuisse: atq; inde alios alijs casibus periclitatos: alios mari haustos: nonnullos domestica fraude perijsse. Quosdam per contemptum à suis exclusos, exulatum abiuisse. Atq; inter hos Diomedes & Menelaus erant, quo de nunc agitur. Proteo mutabilior: de inconstanti & uario. Hunc docti Aegyptium sophistam uocarunt, propter uersutum eius & uersatile ingenium. Alij allegoricè interpretantur, eum esse ipsam ueritatem, quòd lateat, & in obscuro sit. Atq; ob id Proteum dici dormire in antro. Versat se in

A *se in uarias rerum effigies, quod ingenia agitentur uaria rerum indagine. Sed de Proteo satis, licet plura de eo addi possint.* Aetnæos ui.] *Vide tertium lib.* Neoptolemi.] *De Pyrrho in tertio, ut & de Idomeneo.* Locros.] *De uaria Locrensium iactatione terra mariq;, in tertio etiam dictum est.* Ille Mycenæus.] *Agamẽnonis periphrasis. Pathos à loco, & necessitudine. Quibus uerò insidijs Clytẽnestræ fuerit ab Aegistho adultero cæsus, alij satis annotant.* Calydona.] *Aetoliæ urbem. Homerus Calydonem montanam uocat, propter regionem. Fuit autem Aetolia in duas partes diuisa: in montanam, quæ Pleuroni fuerit attributa: & campestrem, quæ Calidoni.*

Inuidisse.] *ἐπαρξιᾶς. A Sthenelis filia Cometa: ut alij Glathago, cui discedens ad bellum, regni Aetoliæ gubernationem reliquerat, & Aegialia coniuge propter stupri consuetudinem regno pulsus fuerat. Vide lib. 3.*

Calydo] *Aetoliam. pars pro toto. A Calydone, aper Calydonius celebratur, ab Hercule & Meleagro interfect⁹.*

Portenta.] *Ipse exponit, quæ uocet portenta, socios mutatos in aues, quæ Diomedeæ dictæ sunt, Erodioi. Itaq; se postremo loco ponit inter eos qui fraude domestica uxorum adulterarum perierunt, licet fuga euaserit ipse in Italiam saluus.* Aues.] *Erodij, de meo nomine Diomedeæ dictæ.*

Hæc adeò.] *Causam tanti mali sui reddit, ut suo exemplo maximè Latinos à bello deterreat.* Speranda.] *amenda ἀνέρων λόγια.* Veneris.] *Redditio, quæ uocet cœlestia corpora. Extat eius rei narratio apud Homerum, lib. Iliad. 4. Historia alibi à nobis explicata est. Ob eam iniuriam, ait Lycophron, Aegialiam Diomedis Veneris opera arsisse amore Cometæ, eiq; stupri consuetudine adiunctam fuisse. Quamobrem illum à Troia cedentẽ, domesticis insidijs ab ipsis peritum fuisse.* Nec uerò.] *Deprecatur bellum aduersus Aeneam.* Nec mihi cum] *Ratio.* Mu-

B

Hæc adeò ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cùm ferro cœlestia corpora demens
Appetij,& Veneris uiolaui uulnere dextram.
Ne uerò, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec ueterum memini lætorue malorum.
Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Aeneam. stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus: experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastã.
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra uiros, ultrò Inachias uenisset ad urbes
Dardanus,& uersis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris Aeneæq; manu uictoria Graiûm
Hæsit,& in decimum uestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstãtibus armis:
Hic pietate prior. coëant in fœdera dextræ,
Quà datur, ast armis concurrant arma, cauete.
Et responsa simul, quæ sint rex optime †regum
Audisti,& quæ sit magno sententia bello.

†al. regis

nera.] *Responsum Diomedis, ad munera: unde materia nascitur amplificãdi laudem personæ.* Stetimus.] *Ratio cur censet munera Aeneæ offerenda, ab exemplo suo.* Quantus.] *Amplificatio uirtutis Aeneæ: ingens spiritus ac terror asperitate uero suum arguitur.* Inachias.] *Græcas: ut Dardanus, pro Dardanij, Troiani.* Ambo animis.] *Ab animorũ magnitudine.* Hic.] *A pietate Aeneæ.* Et responsa.] *Epilogus oratoris, his uerbis Diomedem uersum: breuis hic quidem, sed necessarius, ut argumenta dissuasoria animis harrant, efficacibus argumentis.*

Ceu saxa.] *Apta similitudine fremitum submissum principum, Diomedis & responsum & consilium obstupentium, subijcit, ab amnium natura, quorum fauces præclusæ fremitum obtusum adũt.* Præfatus diuos.] *Qui priscis oratoribus circa exordia orationũ mos fuit inuocandi deũ, ut præsens dicenti adesset, eũ poetæ sibi postea uindicarũt.* Antè equidem.] *Suasorij generis oratio, cuius principalis scopus est, ut Troianis agri assignentur potius, quàm ut bello impugnentur. Exordium à propositione, quam confirmat*

C

Vix ea legati, uariusq; per ora cucurrit
Ausonidûm turbata fremor: ceu saxa morantur
Quũ rapidos amnes, *fit clauso gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis.
Vt primum placati animi,& trepida ora quierũt,
Præfatus diuos solio rex infit ab alto:
Antè equidem summa de re statuisse Latini
Et uellem,& †melius fuerat, non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Inuictisq; uiris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec uicti possunt absistere ferro.
Spem si quam accitis Aetolûm habuistis in armis,
Ponite, spes sibi quisq;: sed hæc quàm angusta uidetis.
Cætera, qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos interq; manus sunt omnia uestras.
Nec quenquã incuso: potuit quæ plurima uirtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti
Expediam,& paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager, Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fines super usq; Sicanos,
Aurunci Rutuliq; serunt,& uomere duros
Exercent colles, atq; horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio,& celsi plaga pinea montis,

*al. clauso sic

†al. fuerat melius

Melius.] *utilius fuisset, quàm nũc consulere, post acceptam cladem, & cùm undiq; armis hostium cincti simus.* Cum gẽte.] *Confirmat ratione ab impio: obliquè notans exemplum Diomedis. Is Venerem quia bello impetiuerat, infeliciter regno exturbatus fuit. Quid nobis euenturum est, qui arma sumpsimus: cũ Veneris filio, Iouis nepote, uidetis.* Fatigãt.] *A difficultate superandi, & superuacaneo studioq; conatu oincẽdi. Locus ab impossibili.* Aetolûm.] *Aetolorum: syncope. Diomedis, eiusq; sociorum.*

Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosq; in regna uocemus,
Considant, (si tantus amor) & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capessere gentem
Est animus, possuntq; solo decedere nostro,
Bis denas Italo texamus robore naueis.
Seu plures complere ualēt: iacet omnis ad undam
Materies, ipsi numerumq; modumq; carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente †Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes *auriq; eborisq; talenta,
Et sellam regni trabeamq; insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

†al. Latina

*al. eburnisque auriq;

...ciorum Nequenquam.] *Occupatio, qua aliæ Turni cogitationi occurrit, ne se à rege perstringi existimet.* Nunc adeo.] *Attentio à breuitate & compendio orationis, ad propositionem principalem, quam in medium consultandum mittit.* Sicanos.] *De his, diuersis locis prolixa nobis suprà fuit narratio.* Colles.] *40. ager stadiorum ad collem usq;, quem Latinus Aeneæ dedit, statim qui imcum eo amicitiam iunxisset. Propositio: de assignandis agris, iungendoq; fœdere: aut ut liberum permutatur discedere, quò uidebitur.* Centum ora.] *A' numero centenario, amplificatio.* Ramos] *oleæ. ut frequenter dictum est.* Munera.] *Idq; è consilio Diomedis, qui cen...*

...fuerat, regia magnificentiæ munera ad Aeneam iussit uertenda, quàm ad se. A

Sellam.] *Etsi hæc regum Romanorum insignia erant, regibus tamen socijs & amicis ea mittere solebāt, ut regiæ maiestatis decore & ornamenta. Liuius libro decimo secundi belli Punici loquens de Scip. Postero die, ut à præsenti motu, auerteret animum eius, in tribunal ascendit, & concionem aduocari iussit. Ibi Massanissam primum regem appellatum, eximye ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli eburnea, & Scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Hæc Liuius. De trabea suprà commemorauimus.* B

Tum Drances, idem infensus, quē gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris,
Largus opum & lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis author,
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostræ nec uocis egentem
Consulis ô bone Rex, cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusq; remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moresq; sinistros,
(Dicā equidem, licet arma mihi, mortēq; minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; uidemus
Consedisse urbem luctu, dum Troia tentat
Castra, *fugæ fidens, & cœlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, dicique iubes, unum, optime regum
Adijcias, nec te ullius uiolentia uincat:
Quin natam egregio genero, dignisq; hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod si tantus habet mentes & pectora terror,
Ipsum obtestemur, ueniamq; oremus ab ipso.
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? ô Latio caput horum & causa malorum.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis, & esse
Nil moror, en supplex uenio, miserere tuorum:

*al. fugâ

Tum Dran.] *Totum hoc certamē uerborum Turni & Drancis, ad imitationem altercationis inter Agamemnonem & Achillem apud Homerum confictum est: quorum alter, illic uidelicet Agamemnon, hic Turnus, priuatam libidinē sequitur, tueturq;: alter, illic Achilles, hic Drances, publicā utilitatem spectat. Hoc tamen interest, quòd illic rex & dux uerbis ad pugnam usq; contendant: hic uerò coram rege inter duos quidem, sed non ad pugnam usque certetur. Apud Homerū de restituenda patri sacerdotis filia, hic de conciliãda pace & fœdere cum Aenea adiungendo acerbè rixantur.*

Idem infens.] *Prosopographia. Describit Drancē ab affectibus erga Turnū, opulentia, eloquētia, singulari prudentia in consultãdo, factione populari, & nobilitate materna.*

Rem nulli ob.] *Expostulatoria oratio Drancis cum Turno de iniuria, qua publicè afficit Latinos, cùm priuatā libidinem reipub saluti anteponat. Exordium à beneuolentia: Approbat apertè consilium regis Latini, ita ut in mediū amplius cōsulere nil sit necesse. simul obliquè notat Turnum aduersarium qui dissimulat se præsentem populi fortunam aduertere.* Det liber.] *A' persona Turni, quem omniū horū malorum causam & fomitē esse ostendit.* Dicam equi.] *Licētia, παῤῥησία.* Cuius ob.] *Narratio, qua dicendi calumniatem publicam per Turnū acceptã dicendo exaggerat, ut illi odium concilies.* Fugæ fid.] *Imbelliā & ignauiam aduersarij acerbè perstringit, quē cùm ferociter grandia spiret ac minetur, nihil præterea efficiat.*

Cœlū terr.] *Hyperbole prouerbialis, in Thrasones magniloquos, ferociores, ac lingua magis minaces quàm re præstātiores. Huic affine & hoc est: τὸ ὑπερβῆναι τὸν οὐρανὸν [illegible], id est, capite cœlum pertumpere.* C

Vnum etiam.] *approbat non modo regis sententiā, uerumetiam ut Turno inuidiā faciat, & odium conciet & acerbet. Lauiniā Aeneæ dandā censet. Et addit causā finalem, ab utili.* Quod si ta.] *Ironia, qua eidem nomē suum metū, cùm quiduis potius sit quàm metuendus. ἀντιφ. [illegible]* Ipsum.] *Perpetuæ irrisiones, quibus insolentiam hominis inuidiosam facit.* Quid mi.] *Auersione acriter inuehitur in Turnum: ut quod modò ironicè lentius dixerat, nunc asperius atrociusq; plenis buccis effundat.* Nulla salus.] *Enthymema à cōtrarijs. Neq; uerò non supplex caret ironia.* Nil mor.] *παρρησία dicentis.*

Pone

Pone animos,& pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolauimus agros.
Aut si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis,& si adeò dotalis regia cordi est,
Aude, atq; aduersum fidens fer pectus in hostem:
Scilicet ut Turno contingat regia coniunx,
Nos animæ uiles, inhumata infletaq; turba
†Sternamur campis: etiam tu, si qua tibi uis,
Si patrij quid Martis habes, illum aspice contrà
Qui uocat.

A Pone animos.] *Epilogus, quo mouet Turnũ ad ponendã ferociam: & mouet affectus ab accepta clade.* Aut si fama.] *Occurrit tacitæ cogitationi, ut ab ipso turpitudinẽ remoueat. Hypothetica disiunctiua. Aut ferociã pone, aut singulari pugna cum hoste congredere. Et hortatur ab utilitatis spe: ut Lauinia potiatur, & famæ decus tueatur.* Robur concipis.] *Metaphora, à ligno ad animum.*

†al. Sternemur

Nos animæ.] *Inserit affectus, ut moueat ferocẽ iuuenis animũ.* Etiã tu.] *Iterat exhortationem ad μονομαχίαν, ut publici mali non sit memor, & dedecus nominis sui subterfugiat. Vehementer enim turpe est uiro forti, aut ei qui uult fortis uideri, prouocantem fugere, eiq; tergum uertere, ut illud Homericum audire cogatur identidem:* [Greek text, barely legible]

Talibus exarsit dictis uiolentia Turni,
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore uoces:
Larga quidem semper * Drances tibi copia fandi
Tum, cũ bella manus poscunt: patribusq; uocatis
Primus ades, sed non replenda est curia uerbis,
Quæ tutò tibi magna uolãt, dum †distinet hostem
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, solitum tibi, meq; timoris
Argue tu Drance, * quando tot stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
†Insignes tot agros, possit quid uiuida uirtus,
Experiare licet: nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis, *circumstant undiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut †quis'nã meritò fœdissime pulsũ
Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tibrim
Sanguine,& Euandri totam cum stirpe uidebit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die uictor sub tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis. proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere uires
Gentis bis uictæ,& contrà premere arma Latini.
Nũc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiscũt,
Nũc &* Tydeides,& Larissæus Achilles,
Amnis & Hadriacas retrò fugit Aufidus undas:
Vel cùm se pauidum contra mea iurgia †fingit
* Artificis scelus,& formidine crimen acerbat:
Nunq; animam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum,& sit pectore in isto.

*al. Drance

†al. detinet

*al. tot quando

†al. Insignis campos

*al. circumdant

†al. quisquam

*al. Tydides.

*al. iactat

Larga quidẽ.] *Exordium à turulentia reprehensione eloquentiæ Drancis, à temporibus & locis.* Primus ades.] *Curiam & castra hostium inter se componit, locæ usu humano diuersa, quorum collatione Drancis ignauiam, & contrà suã uirtutẽ attollit.* Tona eloquio.] *Acris Ironia. Etenim, cùm in Turno omnia summa sint, in Drance non sunt. Soluit totum locũ, sua præclare facinora cũ amara irrisione Dranci tribuens. Arguit illũ imbellem, ignauum, & timidum ac paulatim sua laudatè perpetrata facinora, timori opponit. Non enim infitiari potest fugam.* B Imus in aduersos.] *Et quo fugæ dedecus à se propulset, hortatur ut in eo præsenti periculum uterq; faciat.* An tibi Mauors.] *Quasi dicat: In concilio polles lingua, ceipsa aũt imbellis es. Lingua bellare, prouerbialiter dicũtur ij, qui magnificè cõuiciantur, minãturq; quidẽ, sed cùm ipsi in tuto sint. Homero peculiaris ac frequens parœmia.* Pulsus ego.] *Respondet ad id quod aduersarius*

C

negauerat, eum audere solum cum solo hoste congredi. Tibrim.] *Conuicii diuersum exemplũ antea dixit, se multa hostiũ millia trucidasse. Enumerat aliquot insignes, ne uanus uideatur: Palantem, Bitiam, & Pandarum.* Totã pro.] *Amplificatio.* Nulla salus.] *Enthymema illud non perinde refutat, atq; eludit.* Gentis bis uictæ.] *Sarcasmus. hortatur ironicè Drancẽ, ad turbanda omnia petulãti lingua.* Extollere.] *Enthymema à contrarijs: à turpi.* Nunc &.] *Ironia à contrarijs, cùm Achilles minimè, aut Diomedes metuerit Troianos, à quibus deuicti fuêre.* Amnis & Hadriacas.] *Allusũ est ad parœmiã, Sursum uersus sacrorum fluminum feruntur fontes: cùm præposterè hoc fieri uelit significare. Aufidus amnis oritur ex montibus Hirpinis, & Canusium præterfluit. Species pro genere.* Cùm se pauidum.] *Amarulenta contemptio, quem indignum iudicat à se necari. Dixerat enim Drances: Licet arma mihi, mortemq; minetur.*

Nunc ad te,& tua magne pater cõsulta * reuertar.
Si nullam nostris ultrà spem ponis in armis,
Si tam deserti sumus,& semel agmine uerso
Fũditus occidimus, nec habet fortuna regressum,
Oremus pacem,& dextras tendamus inermes.
Quanquam ô si solitæ quicquam uirtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,

*al. reuertor.

Nũc ad te.] *Transitio ad orationem Latini, ut ad eius singula argumenta respondeat: & primùm quidem, quod dixerat Latinus, infœliciter bellum geri cum gente deorũ, ab hostibus se undiq; circumsideri.* Si nullã.] *Si in armis habemus nostris, oremus pacem: sin opes nostræ adhuc sunt infractæ, neque in totum*

Egregiusq; animi, qui ne quid tale uideret,
Pr[illegible]t moriēs, & humū ſemel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus.
Auxili[illegible]q; urbes Italæ, popul[illegible]q; ſuperſunt,
Sin [illegible] Troianis cum multo gloria uēnit
Sanguine, † ſunt illis ſua funera, parq; per omneis
T[illegible]mpeſtás, cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui
Retulit * in melius, multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locau[illegible].

in totum acciſa, quæ cauſa eſt, cur arma abyciamus? alterutram tenere neceſſe eſt. Quanq iā.] correctio pathetica: retitētia. Ille mihi.] Mezentium dicit, fortunatum, qui pugnando occubuit, ne quid præſentis amentiæ uideret. Sin & opes.] Alterum argumenti membrum: quo confirmato, inſertur, pacem non peti debere. Atqui ſunt urbes Italicæ, ſunt adhuc copiæ florētes. Sin & Troianis.] Et Troianis ſtetit ſua uictoria, haud minori ſanguine. Cur inde.] ēple xio. Ergo turpe nobis foret, accepta una clade, exiſtimare noſtras opes eſſe in totū fractas. In limine deficere, aut in-

pingere: prouerbium, pro ſtatim ac uix re incœpta: hoc loco, uix dum inito bello. Proximū illi, In portu impingere. Cur ante tubam.] Ante tubā trepidat: adagiū quadrat in eos, qui animo conſternantur, priuſquam appareat periculum. Ductum ab ignauis militibus. Multa dies.] Epphoneſis in ludibrium fortunæ inconſtantis & uariæ, quæ tum in omnibus rebus, tum in bello maximè dominatur. [illegible]nde etiam Homerus Martem mutabilem uolens ſignificare, quod in bello nunc huic, nunc illi faueat, ἀλλοπρόσαλλον uocat.

al. ſunt q; illis

al. en

al. Non

† Nec erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi:
At Meſſapus erit, fœlixq; Tolumnius, & quos
Tot populi miſêre duces, nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas.
Quòd ſi me ſolum [illegible]eucri in certamina poſcunt,
Idq; placet, tantumq; bonis communibus obſto,
Non adeò has exoſa manus uictoria fugit.
Vt tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem:
Ibo animis cōtrà, uel magnum præſtet Achillem,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet, uobis animam hanc, ſoceroq; Latino
Turnus ego haud ulli ueterum uirtute ſecundus
Deuoueo. ſolum Aeneas uocat: & uocet, oro.
Nec Drances potius, ſiue * hæc eſt ira deorum,
Morte luat: ſiue eſt uirtus, & gloria, tollat.

Nec erit auxilio.] Reſpondet ad obiectū, de auxilijs à Diomede negatis, in cuius armis nulla iam ſpes erat amplius: quare cēſebat pacem eſſe faciendam Latinus. His opponit aliarum gentium florētiſſimas copias, Diomedeis non inferiores. De illis in Catalogo dictum eſt, ut nō ſit tur noua narratio de yſdem contexatur. Quod ſi me ſolum.] Ad id, quod

à Drance fuerat obiectū: Si patriæ quid Martis habes, illum aſpice contrà. Non adeo.] Non recuſat, ut etiam Hectorem ſe. Aeneam, Achillem fugat, moriturus lubens pro ſalute Latinorū. Singulari cōſilio Poëta Turno Achillis indolē tribuit. Alludit ad deuouendi morem pro incolumitate exercitus. Buccinatur ſe ipſe à uirtute, ut etiam ſe maioribus ſuis præferat.

al. eſt hæc

Illi hæc inter ſe dubijs de rebus agebant
Certantes: caſtra Aeneas, aciemq; mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magni[illegible]q; urbem terroribus implet.
Inſtructos acie Tiberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis deſcendere campis.
Extemplò turbati animi, concuſſaq; uulgi
Pectora, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poſcūt, fremit arma iuuentus:
Flent mœſti, muſſantq; patres, hic undiq; clamor
Diſſenſu uario magnus ſe tollit in auras.
Haud ſecus, atq; alto in luco cùm fortè cateruæ
Conſedêre auium, piſcoſoue amne Paduſæ,
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia † cygni.
Immò, ait, ô ciues (arrepto tempore) Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes.
Illi armis in regna ruunt. nec plura * loquutus
Corripuit ſeſe, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis.
Duc, ait, & Rutulos equites Meſſapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firment, turreſq; capeſſant:
Cætera, quà iuſſo, mecum manus inferat arma.

Caſtra Aeneas.] ad rem bellicam à communi Latinorum conſilio narrationem transfert: & primùm quidē ad Troianorum ſtratagemata, qui Latinis de bello reb. ad iſtū modū diſceptantibus, caſtra ad urbem mouere nuncio ferebantur. Tyrrhenamq; manū.] Quorū dux erat Tarchon. Fremit arma.] cū fremitu conclamat ad arma. Diſſenſu uario.] Quia in duas partes conciliū diuiſū erat, quorum hi à Latino, illi à Turno ſtabant. Hi bello, illi ſtu-

debant paci. Haud ſecus.] Vt auribus diuerſum Latinorum, in partes diſcedentium, fremitum ſubyciat, illuſtrat ſimili, ducto ab auium diuerſarū concentu. Paduſæ.] modici fluuioli, qui in Padum influit. Poëtis mos eſt, ſpeciem pro genere uſurpare. Loquacia. cygni loquaces. hypallage. Cogite cōcil.] Ironica exhortatio in eos qui pacē ſuaſerant. Tu Vol[illegible]ſe.] Verba ſunt Turni, per tiētiæ tumultuariè ducibus o[illegible]a obeunda circa muros maximè.

al. cygni.

al. locut.*

Ilicet in muros tota diſcurritur urbe,
Concilium ipſe pater, & magna incœpta Latinus

Ilicet in mu.] Hæc primā trepidatio-

nē [illegible] comitantur. Seruat autem uenuſtum ordinem

*al. pro-sans

*al. vallea

†al. qua

*al. neque

Neque]

†al. vnde

*al. neque

sa, & ad terram usque defluens: id quod non obscurè hoc loco arguit Poëta. In usu aliquando fuit & palla Gallica. Palla honestis mulierum fuit Romanorum. Hac & citharœdi, hac & tragœdi utebantur.

Tela manu.] *A' generibus armorũ, quibus a teneris assuerit.*

Multæ illã.] *Ab ætatis iuuenilis statu. Cælebi maluit perpe-*

Institerat, iaculo palmas onerauit acuto:
Spiculaq́ue ex humero paruæ suspendit, & arcum
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tygridis exuuiæ per dorsum à uertice † pendet.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniamq́ue gruem, aut album deiecit olorẽ.
Multæ illam frustrà Tyrrhena per oppida matres
Optauêre nurum: sola contenta Diana,
Aeternum telorum & uirginitatis amorem
Intemerata colit: uellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Chara mihi, comitumq́ue foret nunc una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis *urgetur acerbis,
Labere nympha polo, finesq́ue inuise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna:
Hæc cape, & † ultrici pharetra deprome sagittam.
Hac, quicunque sacrum uiolarit uulnere corpus,
Tros, Italusue mihi, pariter det sanguine pœnas.
Pòst ego nube caua miserandæ corpus & arma
Inspoliata feram tumulo, patriæq́ue reponam.
*Dixerat: illa leues cœlo demissa per auras
Insonuit, nigro circundata turbine corpus.

tua uirginitate uitam degere, quàm nubere: quippe Dianæ sacra, atque syluestri uita mater feras educata.

Vellem haud.] *Nõ uituperat quidem uitæ genus, sed optat eam contra Troianos iniusta arma non induisse, cur etiã pœnas daturasit.* Verum.] *Epilogus constat mandatis exequendis.*

Hac, quicũque.] *A' iure talionis, Mors*

B

At manus.] *A' digressione in psonæ descriptionem, siue historiã potius, redit res belli. Et primùm quidem, quibus uirib. Troiani ad urbem cùm instructis equitũ peditumq́ue copijs accesserint.*

Turmas.] *discat equitũ multitudines. Turma triginta equitib' constabat, ut quidã existimant.* Ferre'.] *hoc est, hastis ferreis.*

At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetruscíque duces equitumq́ue exercitus omnis
Cõpositi numero in turmas. fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc obuersus, & huc, tum latè ferreus hastis
Horret ager, campiq́ue armis sublimibus ardent.
Necnon Messapus contra, celeresq́ue Latini,
Et cum fratre Coras, & uirginis ala Camillæ,
Aduersi campo apparent, hastasq́ue reductis
Protendunt longè dextris, & spicula uibrant.
Aduentusq́ue uirûm, fremitusq́ue ardescit equorum.
Iamq́ue intra iactum teli progressus uterque
Substiterat. subito erumpunt clamore, † furentesq́ue
Exhortantur equos, fundunt simul undique tela
Crebra, niuis ritu cœlumq́ue obtexitur umbra.

Fratre.] *Tiburto.* Iãq́ue intra iac.] *Celebratur prouerbialis figura, intra iactũ telorũ: de ijs qui periculis obnoxij posiũs uideri. Quemadmodũ cõtrà, extra telorum iactum esse dicuntur, qui in tuto consistunt: ἐντὸς τῶν βελῶν, intra telum: ἔξω τῶν βελῶν, extra tela, dicũt Græci.* Niuis ritu.] *χιόνος δίκην, niuis ritu: hyperbole.*

Pectora pectorib'.] *In graui tragicaq́ue re uenustè cadit collusio uocum: sicut in illo: Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor.*

Fulminis in morẽ.] *Hyperbolicis collationibus atrocitatẽ pugnæ amplificat.*

Præcipitat longè.] *pro præcipitatur: genus pro genere.*

Asylas.] *Nomen Troianum asylũ fortassis, à συλάω, ἀσύλητος.* Mollia colla, reflectũt.] *propter fugam fortasse.*

Qualis ubi.] *Hypotyposi pugnantiũ, fugientiũ ac refugien-*

Cõtinuò aduersis Tyrrhenus, & acer Acõteûs
Connixi incurrunt hastis, primiq́ue ruinam
Dant sonitu ingenti, *perfractaq́ue quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteûs
Fulminis in mortem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longe, & uitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies, uersiq́ue Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia uertunt.
Troes agunt, princeps turmas † inuasit Asylas.
Iamq́ue propinquabant portis, *rursusq́ue Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.
Hi fugiunt, penitusq́ue datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite Pontus
Nunc ruit ad terrã, scopulosq́ue superiacit undam
Spumeus, extremamq́ue sinu perfundit arenam.
Nunc rapidus retrò, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusq́ue uado labente relinquit.
Bis Tusci Rutulos egêre ad mœnia uersos.
Bis reiecti armis respectant terga regentes.
Tertia sed postquàm congressi in prælia, totas
Implicuêre inter se acies, legitq́ue uirum uir,
Tũ uerò & gemitus morientũ, & sanguine in alto,
Armaq́ue corporaq́ue, & *permixti cæde uirorum

tium simulacrum uiciníque oculis subiectura, addit comparationem sumptam è marini reciproco æstu, quod flatis horis fluit refluitq́ue, currit ac recurrit.

Bis Tusci.] *Infractum pugnandi laborem ac pertinacem coarguit, donec animi incalescant.*

Herminium.] *Eo nomine fuit Saxo ille uocatus, qui Quintiliũ Varum in Germania fudit sub Augusto. quanquam apud Cornel. Tacitum legitur Irminius. Sed hoc loco eo nomine Hetruscum appellat. Hunc describit à corporis*

St

†al. peudet.
*al. urgemur
†al. ultrice
*al. Dixit, ad.
†al. frementesque
*al. perfractaque
†al. inducit.
*al. rursus que
†al. permisti

partium qualitate, & animi fortitudine.

Semianimes uoluũtur equi. pugna aspera surgit,
Orsilochus Remuli (quando ipsũ horrebat adire)
Hastam intorsit equo, ferrumq; sub aure reliquit:
Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi: Catullus Iolam,
Ingentemq; animis, ingentem corpore & armis
Deijcit Herminium, nudo cui uertice fulua
Cæsaries, nudiq; humeri, nec uulnera terrent.
Tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatq; uiri transfixa dolorem.
Funditur ater ubiq; cruor: dant † funera ferro
Certantes, pulchramq; petũt per uulnera mortẽ.

Tantus in arma patet.] Epiphonema, in hominis infracti animi robur. A

† al. uulnera

At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem:
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larinaq; uirgo,
Tullaq;, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit pacisq; * bonæ, bellîq; ministras:
Quales Threiciæ cùm flumina † Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolytẽ, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoq; ululante tumultu
Fœminea exultant † lunatis agmina peltis.
Quem telo primũ, quem postremũ aspera uirgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
*Eumeniũ Clytio primum patre. cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille uomens riuos cadit, atq; cruentam
Mandit humũ, moriensq; suo se in uulnere uersat.
Tũ † Lirin, Pegasumq; sup. quorũ alter habenas
Suffosso reuolutus equo dum colligit, alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit * inermem,
Præcipites pariterq; ruunt: his addit Amastrum
Hippotadẽ, sequiturq; incũbens eminus hasta,
Tereaq;, Harpalicumq;, & Demophoõta † Chromimq;
Quotq; emissa manu cõtorsit spicula uirgo, (nũq;
Tot Phrygij cecidère uiri: procul * Ornitus armis
Ignotis, & equo uenator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit caput, ingens oris hiatus,
Et malæ texére lupi, cum dentibus albis.
Agrestisq; manus armat sparus: ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto uertice suprà est.
Hũc illa exceptũ (neq; enim labor agmine uerso)
Traijcit, & super hæc inimico pectore fatur:
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduenit, qui uestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomẽ tamen haud leue patrũ
Manibus hoc referes, † telo cecidisse Camillæ.

At medias.] Ad ultimum, ad Camillæ uirtutes amplificandas transit, ut eius interitus postea sit illustrior. Amazon.] Doctissimè Amazon, non solùm quòd ab Amazonum gente esset oriunda, uerumetiam propter ingenij & morum similitudinem. Vnum exerta.] More Amazonum, quibus mos erat leuam mammam, ut habilis scuto gerendo esset, cauterio adurere à primis annis. Hinc Amazon, à particula priuatiua α, & μαζὸς, papilla, mamma. Aureus ex hu.] Ab instrumentis bellicis, ac telis, quibus fuit instructa ad pugnam. Arma Dianæ.] dicit, uenatoria, arcũ, sagittas, uenabula, & id genus. Ille etiam.] A pugnandi more in prælio, nihil à Parthorum consuetudine abhorrente. Comites.] Italica nomina comitum Camillæ. Larina, à Larino oppido. Quales Threiciæ.] Collatione Amazonum pugnandi consuetudinem ad amnem Thermodoontem, cũ Camillæ more confert. Amazones quæ fuerint, earumq; originem, uaria fortuna, bella, [illegible] interitum, partim in septimo, partim [illegible] multo diligentius in priore retulimus: quare nunc de [illegible] gentis moribus & ingenijs supersedeamus ociose uerba facere. Porrò autem Thermodoon amnis est, ad quem

† al. bonas.

† al. Thermodontis, & rectius.

† al. lunatis

* al. Eunẽũ

† al. Lyrim,

* al. inertem

† al. Chromimque

* al. Orphitus

† al. manib'

Amazones habitasse dicuntur, Scythiæ quondam Crystallus dictus, quòd etiam medio æstate gelu confirmatur. Oritur ad castellum quod uocatur Phanarhæa, labiturq; præter radices Amazonij montis. Th[illegible] oppidum fuit eiusdem nominis. Alij in Cappadocia co[illegible] cant, ut Plinius. Nec desunt qui Paphlagonia esse dicant. Inter [illegible] tes Lycophronis [illegible] [illegible], inquit, [illegible] [illegible] [illegible]. Nunc aũt Thermodon [illegible] fluminæ Bœotiæ flumina sunt. B

Hyppolytẽ.] reginam Amazonũ. Regnauit & Penthesilea inter Amazonas, ut in primis diximus. Trogus author est, quatuor sorores fuisse, quarum duæ Antiopa & Orithria cùm regnum Amazonicum administrarent, ita casu accidisse, ut Orithria cum parte copiarum procul domo abesset, cum Hercules populabundus in eam terram exercitum duceret. A[illegible] pe domestic[illegible] tumultu tuanda [illegible] Herculi occurrit. Hac uelitatione regina Anti[illegible], [illegible] gua clade affecta, in fuga Mena[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex qua Hyppol[illegible] tum [illegible] en Hercules Antiopæ sorori reddidit. [illegible] u Hyppolytes pòtiti. C

A poëta. Penthesilea bello Troiano interfuit, ut in primo dictum est. Quem celo.] Homerica imitatio est. Mandit h.] .Amastrum.] Amastris oppidum est alioqui Paphlagoniæ, ubi Henetorum gens fuit quoque, unde Veneti orti dicuntur. Iapyge] hoc est Apulo. Apulia, Iapygia dicta fuit. Cui pellis.] Descriptionem Ornui, tædij leuandi causa inserit. Describit eum à monstroso habitu. Agrestis.] à teli genere, quo usus fuit in prælio. Syluis te.] Facetus iocus in hominem, qui non ut cum armatis pugnaturus, sed cum beluis, beluina pelle indutus in pugnam uenit. Tali armorum genere forsitan feræ terreri possunt, non autem bellatores.

Protinus Orsilochum & Butē, duo maxima Teu
Corpora, sed Butē aduersum cuspide † fixit (crûm
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Lucent, & læuo dependent arma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnumque agitata per orbē
Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.
Tum ualidā perque arma uiro, perque ossa securim
Altior insurgens oranti, & multa precanti
Congeminat. uulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque aspectu territus hæsit
Apenninicolæ bellator filius Auni:
Haud Ligurū extremus, dum fallere fata sinebāt;
Isque ubi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neque instantem reginam auertere cernit,
Consilio uersare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: quid tam egregium si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri.
Iam nosces, uentosa ferat cui gloria *laudem.
Dixit: at illa furens, acrique † incensa dolore
Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.
At iuuenis uicisse dolo ratus, auolat ipse,
(Haud mora) cōuersisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum *ferrata calce fatigat,
Vane † Ligue, frustraque animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur uirgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frænisque aduersa prehensis
Cōgreditur. pœnasque inimico *ex sanguine sumit
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis † sublimis nube columbam,
Comprensamque tenet, pedibusque euiscerat uncis:
* Tūc cruor, & uulsæ labuntur ab æthere plumę.

Protinus.] Enumerat aliquos addit amplificationib. quos ex Troianis interfecit Camilla. Inter.] Anastrophe. Orsilochum.] Prolepsis. Apēninicolæ.] incolentis montem Apenninum, qui Italiā longū, à septentrione in meridiem excurrens, intersecat. E Liguria Alpes, & montes Apenini oriuntur. Aiunt hos montes tam lignorum esse fertiles, ut ligna inueniantur octo pedum diametro crassitudine. suntque hi montes excelsi, simul & diuidui. Haud Ligurū extremus.] Inter principes Liguriæ eum recenset, ut laus Camillæ multo sit maior. Versare dolos.] Ligurum gens semper fraudulēta audax, & impostura exercita. Fuit alioqui ferox ingenio, & ad res bellādum nata. quæque multos annos Romana arma exercuerit olim. Vectitant pecoribus, ac lacte potus illis est hordeaceus. Si Fabio Pictori credendum est, à Ligystio Phaetontis filio orti sunt. Thucydides Ligures Siculos fuisse arbitratur. Itaque hunc Ligurē propter insitum gentis ingenium decorē insidijs ludentem, aduersus Camillā introducit, sed frustrà. Quid tam egregium.] Quasi dicat, nihil egregij, ac memorabilis rei ab ea geri, si equo fidat: ut, si sit opus, in fugā equi beneficio auferri eā posse. Duraque interrita parma.] ut pura hasta, in sexto dixit. Haud scio an pro candida dixit: ut pura uestis interdū, aut illæsa. Patrias.] Quasi dicat, fraudulentiæ cum uiri fortis sit, aperta uirtute, non dolo uincere, aut etiam pugnare à loco. Pernicibus.] Illa uel intactæ segetis per summa uolaret. Quàm facile.] Cōparatione uictoriæ celeritatem amplificat. Sacer ales.] Marti dicatus, ut aquila Ioui, colūba Veneri, pauo Iunoni. Huic aui natiuum odium, & internecinum bellum est cum aquila.

*al. figit †al. fraude. †al. accēsa *al. ferrato †al. Ligus, *al. dira *al. sublimem *al. Tum

At non hæc nullis hominum sator atque deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus † incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaque agmina *Tarchon
Fertur equo, uarijsque instigat uocibus alas,
Nomine quenque uocās, reficitque in prælia pulsos.
Quis metus, ô nūquam dolituri, & semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia uenit?
Fœmina palantes agit, atque hæc agmina uertit?
Quò ferrū, quidue hæc *gerimus tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella,
Aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi.
Expectate dapes, & plenæ pocula mensæ:
Hic amor, hoc studiū, dū sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos uocet hostia pinguis in altos.

At non hæc.] Secūdæ res bellicæ in pręlijs ut sunt uariæ, ita fere insolenter ijs exultantes solent fallere. Eam rem poëta exemplis luculentis declarāt: ut in Camilla, & alijs supra uires magna audentibus, nec satis tamen uitauit, quo non in cumbere quenque. Sator atque.] Nihil sine deo. Iupiter excitat Tarchontem ad reuocandos suos à fuga, unde nascitur tragicus funesiusque exitus Camillæ. Genitor.] Iupiter: hoc est, de suo numine occulto. Nomine quenque.] Hemistichiū hoc mutuatus est ex 10 Furijs. Nomine quenque ciet, et dictorum tempus adesse. Commemorat. — et Quis me.] Increpatoria oratio Tarchontis, qua suos à fuga reuocat, turpitudine facti ob oculos pro

†al. uijcit *al. gestis

Se p posiud

…unquam dolituri.] Castigat acriter tur… fuga, ab ignauia: quam ut perpetuam obycit, ut… gine obiecta in pugnam retrahantur. Nihil aequè animos … itares mouet, atque exprobratio ignauiae. Fœmina.] A turpi, & quidem a sexu quid… foedius, quàm … ma fortium uirorum a fœmina una in fugam agi. Quo ferrum.] Ab usu telorum. At non in.] Atrox exprobratio molliciei suorum: cuius etsi ficta, tamen ut turpis, et cordationes atque dolore animos uretque colli… gunt. Nihil perinde aegrè est uiris strenuis, atque falsò molliciem exprobrari ut trepidationem. A

Expectate dapes.] Ironica exhortatio ad luxum & ignauiam, ut malo etiam magis ad pugnandum mordescant. Secundus aruspex.] Hoc est, dum aruspex inspectis extis de belli euentu, omnia secunda antè denunciet, ut periculorum securi possint dimicare.

Lucos.] A loco amœnissimo, in quo de sacris id genus opiparè splendidèque epulabantur.

Haec effatus equum in medios moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus † infert,
Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa ui concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini
Conuertere oculos: uolat igneus aequore Tarchon,
Arma, uirumque ferens. tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & parteis rimatur apertas,
Qua uulnus letale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & uim uiribus * exit.
Vtque uolans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa uolumina uersat,
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore
Arduus insurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem rostro, simul aethera uerberat alis.
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans. ducis exemplum, euentumque † sequuti
Maeonidae incurrunt. tum fatis * debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quae sit fortuna facillima tentat.
Qua se cunque furens medio tulit agmine uirgo,
Hac Aruns subit, & tacitus uestigia lustrat.
Qua uictrix redit illa, pedemque ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamque hos † aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastam.

Marginal notes (left): † al. offert. * al. exit. † al. secuti. * al. dedit. † al. abitus.

Tollitur in cœlum clamor, &c.] Id quod alibi aliter extulit: It clamor cœlo. hyperbole. Ex Ennio descriptum est hoc hemistichium libro decimoseptimo.

Tollitur in cœlum, clamorque exortus utrisque.

Homerus Iliad. [illegible].

…αὐτὰρ… Id est, — ferit aurea sydera clamor.

Volat igneus aequore.] Accensus animo. Hypotyposis Tarchontis hostem armatum sinu in equo suo complexi, quaerentisque uiam ad iugulum.

Exit.] pro euitat. quo significatu usus est in quinto de Entello, qui corpore tela modò, atque oculis uigilantibus exit. Vtque uolans altè raptum.] Hypotyposi addit comparationem, quae ipsius rei imaginem multo festinius oculis opponit. Hanc ex [illegible] Iliados mutuatus est.

» [illegible Greek]
» [illegible Greek]
» [illegible Greek]
» [illegible Greek]

Marginal notes (right, Greek): [illegible]

Aquila Homerica omen solum est, quae unguibus draconem complexa, eius pectus rostro euiscerat, & certo uictum. Quem tandem ira & ferocia exarata, in mediam aciem ex aëre deyeit, ac cum clangore auolat. Ex hoc augurio Homerico, graphicè comparationem fecit, quam ad Tarchontis pulcherrimum facinus accommodauit. Vt non possim satis demirari, cur conuiualis ille Macrobianus ausit hunc locum censoria uirgula notare, perinde ac si Homerici carminis maiestati non esset aequatus: cùm nostri Poëtae consilium ab illo Graeco sit diuersum. B

Maeonidae.] Tyrrheni. Tarchontis socii: antonomasia. Maeones Lydi antea dicti fuere, qui in Italia eam partem colonias deduxerant. Alibi a nobis historia explicata est. Qua se cunque.] Stelio. C

Fortè * sacer Cybelae † Chorœus, olimque sacerdos
Insignis, longè Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis, auroque insertta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati
Cassida: tum croceam chlamydemque sinusque crepantes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc uirgo, siue ut templis praefigeret arma
Troia, captiuo siue ut se ferret in auro,
Venatrix, unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur, totumque * incauta per agmen
Fœmineo praedae, & spoliorum ardebat amore.

Marginal notes (left): * al. fatus. † al. Chloreus. * al. incensa.

Fortè sacer.] Prosopographia Chorœi à sacerdotio, quo fungebatur in sacris magnae matris deorum. Hunc cùm primis a luculento habitu, armorum splendore, & telorum generibus describit.

Spumantem.] Eo querere pedes ab equi nobilitate, quo uehebatur. Peregrina.] Ab habitu ornatu peregrina.] Ab ha-

Bitu Chorei fortè.

Ferrugine.] Pro ferro interpretatur hic, ferrugine. Sed rectius accepimus pro eadem: hoc est, pro ostro ferruginei coloris quidem ut singulare ostrum ostendat, addit peregrinum. … quidem … coloris: exo… fuisse inuenio. … color, … subrubens est ferrugineus uerò, … ardens

†al. cùm tā- dem. al. cui eandem *al. Conci.

ardenti ualde similis est, qui & hyacinthi-bus dicitur à Marone.

Telum ex insidijs † cunctantem tempore capto
*Conijcit, & superos Aruns sic uoce precatur:

Cassida] nominandi casu. Totum in partes suas distribuit,

Erat itaq; insignis exotica ostrina ueste, sed coloris ferruginei. Quod si ferruginem hoc loco, pro ferro quis malit accipere, non refragabor. Spicula.] A' telorum, quibus instructus erat ad pugnandum, generibus. Lycio Cortynia spicula.] Cretensia, è cornu Lycio: epitheta sumptis à gentibus, qui sagittandi peritia fuerunt clari. quarū arma etiā enumerat. Siue.] A' causa final. cur Camilla hunc Choreum in prælio insequebatur. Cæca.] animo: hoc est auaritia, & potiundæ prædæ cupiditate. Poëta hoc ipsum lucidius exponit, quod obscurius dictum uideri potest. Aruns.] Virgo Choreum, Aruns uirginem insequebatur, à quo ipsa cæsa fuit.

Summe deûm, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acerno
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus uestigia † prima:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exuuias, pulsæue trophæum
Virginis, aut spolia ulla peto: mihi cætera laudem
Facta ferent: hæc dira meo dum uulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius urbem.
Audijt, & uoti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem uolucres dispersit in auras.
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem ut patria alta uideret,
Non dedit, inq; notos uocem uertêre procellæ.
Ergo ut missa manu sonitū dedit hasta per auras,
Conuertêre animos * acres oculosq; tulêre
Cuncti ad reginam Volsci: nihil ipsa, nec † auras,
Nec sonitus memor, aut uenientis ab æthere teli,
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, uirgineumq; altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominámq; ruentem
Suscipiunt. fugit ante omneis exterritus Aruns
Lætitia, * mixtoq; metu nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere uirginis audet.
† Ac uelut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pa[illegible] lupus, magnoue iuuenco
Conscius [illegible] fac[illegible], caudamq; remulcens
Subiecit pa[illegible]tantem utero, syluasq; petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusq; † fugæ, medijs se immiscuit armis.

†al. pruna: †al. acies. †al. auræ, *al. mistoque †al. Ac magnoq. †al. fuga.

Summe Deûm san.] Duo precatur, ut Camillam sternat, & in patriam redeat. Custos Soractis Apollo.] De Soracte, & eius prodigiosis sacris, in septimo annotatum est. Plin.⁹ libro septimo, B capite secūdo. Haud procul urbe Roma, inquit, in Faliscorum agro familiæ sunt paucæ, quæ uocantur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractē Apollini, super ambustā ligni struē ambulantes, non aduruntur. Et ob id perpetuo senatusconsulto militiæ, omniūq; aliorum munerum uacationē habēt. Silius Ital. li. 5.

» Tū Soracte satū præstātē corpore & armis
» Aequanū noscēs, patrio cui ritus in arua,
» Cùm pius arcitenens accēsis gaudet aceruis
C » Exta ter innocuos lati portare per ignes,
» Sic in Apollinea semper uestigia pruna
» Inuiolata teras, uictorq; uaporis ad aras
» Dona serenato referas solennia Phœbo.

Strabo tamen his omnibus refragatur, qui tradit, hoc sacrum non Apollini, sed Feroniæ fieri consueuisse: eiusq; numine afflatos, illæsis pedibus solitos prunis ardentibus inambulare. Succedere partem.] Delineatus hic locus est ad archetypum Homericum apud quem Iliad. 16. ubi Achilles multis pro incolumitate ac salute precatus fuisset Patrocli, prælium inituri:

ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς.
τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.
νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.

Audijt statim, quid annuerit, quidq; non dederit, ut hic noster uates:

Annuit enim Iupiter alterum, nempe ut strenuè pugnaret: alterum nō dedit, ut saluus reuersus arma restitueret. Nam & ipse occisus fuit, & arma ab Hectore detracta perierunt. Itaque apud ueteres hic uersus Homericus, quem Maro scitissimè hic imitatus est, inter prouerbiales sententias celebratur: Alia dantur, alia negantur. quoties è duobus naturæ beneficijs alterum contingit, alterum negatur. Vt si cui formæ decus, aut generis imagines, aut opes negentur, adsit ingenij laus: aut retrò.

Volucres dispersit.] Hoc est, negauit in uentum abire iussit, frustrà orauit. Interpretatur Poëta, Homeri exemplo, quid concesserit, quidq; non annuerit Apollo. Auras.] pro aura priscus gignendi casus in primo ordine. Virgineumq;.] Pathos à sexu. Velut ille.] Comparatione fugæ turpitudinem eleuat in Arunte. Caudamq; remul.] A natura luporū timentium, ut canum.

Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondā color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ,
Qui cum partiri curas, atq; hæc ita fatur:
Hactenus Acca soror potui nunc uulnus acerbū

Purpureus quondā.] Pathos ab ætate, & forma. Poscul.] Indicat, se iam non posse quicquam. Huiusmodi loquendi colores, desperātis fortunæ sunt, quibus significamus, id iam nō esse quod fuit: ut, Habui Chreme: fuimus quondam fortes: fuimus Troës: uixerunt, &c. Lentaq;.] Pathos ab habitu. Ac Triuiæ.] Diana famulæ

Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer,
Succedat pugnæ, Troianosq; arceat urbe.
Iamq; uale. simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paulatim † exsoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum leto posuit caput, arma relinquens:
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum uero immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera, deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,
Tyrrheniq; duces Euandriq; Arcadis alæ.
At Triuiæ custos, iamdudum in môtibus Opis
Alta sedet summis, spectatq; interrita pugnas.
* Atq; procul medio iuuenû in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitq;, deditq; has imo pectore uoces:
Heu nimium uirgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humeris † gessisse * sagittas.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema in morte: neq; hoc sine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum uiolauit uulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum:
Hic dea se primùm rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulo speculatur ab alto.

mulatrime. Opis.] quam paulo ante ostendi, ab Alexandro Aetolo poëta & ipsam Dianam in poëmate appellari. Et Opem prisci Saturni uxorem dixerunt: cuius festa Opalia, eodem mense cum Saturnalibus celebrabantur. Atque hanc eandem Bonam deam, Terram, Faunã & Fatuam esse uoluerunt. Ideoq; Opem uocatam, quod eius auxilio uita humana adiuu.

Non tamẽ.] Consolatur mortuam à spe uindictæ præsentis, & laudatæ famæ, quod ipsa Dianæ sacra fortiter pugnando occubuerit. Fuit ingens.] Loci descriptio, à sepulchro egregio, & iligno sylua. Dercennum hunc Poëta ipse nonnouit, sed ueterem Laurentis regem fuisse ait. De Dercenno nusquam in historiis proditum inuenimus.

† al. exoluit
* al. Vtque
† al. gestasse
* al. pharetras
† al. numine

Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc periture ueni, capias ut digna Camillæ
Præmia. tune etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & auratam uolucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuq; infensa tetendit,
*Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.
Extemplò teli stridorem aurasq; sonanteis
Audijt unà Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem socij, atq; extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad † æthereum pinnis aufertur Olympum.

Tune etiam.] Ergo tecte innuit, plures esse telis perijsse, ut Aruns ab ea interfectorum numero adijciatur. Threissa.] propter studium uenationis par cum uirginibus Threissis. Et duxit longe.] Hypotyposis intendentis arcum ac sagittam eiaculantis. ex Homeri Iliados 4. huc ad Opem accersita est. de Pandaro, qui Minervæ iussu fœdus primus uiolaturus fuit:

" [illegible],
" [illegible].

[illegible] Corripit hic fissurã sagittæ, & neruo inserit. Inde tanta ui arcum contendit, ut neruum pectori admoueat, ac sagittæ cuspis summum arcum sinuatum contingat, ut is in circuli formam propemodum coëat. Emisso iaculo sonitum edit arcus, neruusq; clarum tinnit. Ignoto.] ipse ex Hetruria profectus.

* al. Adduxit
† al. æthereum pennis

Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquã instãteis Teucros, letumq; ferenteis
Sustentare ualet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus
Quadrupedũq; putrẽ cursu quatit ungula cãpũ.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis, & è speculis percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt.
Qui cursu portas primi* rupẽte patentes,

Prima.] In prælio ferè ita solet accidere, ut caso principe, aut capto, acies inclinentur ad fugam. Turbatiq;.] Inde totis castris trepidatio omnes simul in fugam egit. Narrat ordine, quæ communiter fieri solent in prælijs, aciebus in fugam conuersis.

Voluitur.] A' signo effusæ fugæ. Matres.] Imitatione Homerica, matres muro pugnam spectantes trepidationem [illegible] ... Rupere.] perrupere [illegible] pro compo[illegible] ... carpentisq; terga atrocior appareat.

* al. irrupẽte

Hos inimica super † mixto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortẽ, sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas: pars claudere portas,
Nec socijs aperire uiam, nec mœnibus audent
Accipere orantes, oriturq́; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi ante oculos, lacrymantumq́; ora parentũ
Pars in præcipites fossas urgente ruina
Voluitur: immissis pars cæca, & concita frænis
Arietat in portas, & duros * obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor † uerus patriæ) ut uidere Camillã
Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibusq́; imitantur obustis
Præcipites, primæq́; mori pro mœnibus * audent.

Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuncius, & Iuueni ingentem fert Acca tumultũ:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens, († nam sæua Iouis sic numina poscũt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq́; tenebat,
Cùm pater Aeneas saltus ingressus apertos,
* Exuperatq́; iugum, syluaq́; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totoq́; feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
At simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina uidit,
Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq́; pedum, flatusq́; audiuit equorum.
Continuoq́; ineant pugnas, & prælia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq́; die labente reducat.
Considunt castris ante urbem, & mœnia uallant.

A- reat. Hos inimica.] Gradatim ad summũ terrorem ascẽdit. Mœnibus.] Ornat postremò tragicam rerum faciem affectibus: & primum quidem à loco. Pars claud.] A' distributione. Alij perrumpunt ui portarum repagula & uectes: alij in limine trucidantur: nonnulli claudũt portas, ne hostes irrumpent. Itaq; miserè cæduntur portis exclusi, & quidem in conspectu suorũ. Exclusi.] Pathos à relatione. Pars in præcipites.] A' distributione. Iam eorum qui exclusi sunt, partim se in subiectas fossas præcipitant: partim impressione suorum, urgentibus hostibus in portas arietantur.

Interea Tur.] Cædes Camillæ, spargunt in plures personas, ut eius rei fama Turnum grauiùs aruat ad pugnam, & terror trepidatioq́ue maior oriatur. Iouis sic.] fatum ineuitabile capit eum ad ulciscendam Camillæ mortem, unde ipse in sinum se fatũ furibundus conijcit. Fumãtes.] A' signo excitati pulueris, surgentis in cœlum colligit hostem adesse. Sæuum.] fortem Aenean. Ibero.] Periphrasis occasus Solis. Est autem Iber, ἴβηρ, siue Iberus, fluuius Hispaniæ, à quo Hispani ipsi Iberi sunt dicti, qui utramq; Iberi ripam colunt usque ad mare. Iberia tamen propriè appellatur ea regio, quæ intra Iberũ sita est. Et quia Galli Celtæ quondam eam terram tenuerunt, ipsi incolæ Celtiberi, regio uerò Celtiberia eo nomine appellatur. Vallant.] castris undiq;, tanquã continenti uallo cingunt, & Turnus & Aeneas

† al. misto
* al. obice
† al. uersus
* al. ardẽt.
* al. & B
* al. Erupertaq;

FINIS LIBRI VNDECIMI
Aeneidos Vergilianæ.

ARGVMENTVM LIBRI XII. AENEIDOS VERGILIANAE.

ADILON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN DVOdecimum Aeneidos librum Argumentum.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat. pacem cupiente Latino,
Fœdus percutitur, pussurus & omnia uictus.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Aeneas uolucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur. laqueo uitam sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus utrinque
Circumfusa acie, uita spoliauit, & armis.

D. LAMBERTI HORTENSII IN LIBRVM XII. AENEIDOS ANNOTATIONES.

TVRNVS ut infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse uidet, sua nūc promissa reposci,
Se signari oculis, ultrò implacabilis ardet,
Attollitque animos: Pœnorū qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus
Tum demū mouet arma leo, gaudetque comanteis
Excutiens ceruice toros, fixumque latronis
Impauidus frangit telum, fremit ore cruento:
Haud secus accenso glíscit uiolentia Turno.
Tum sic affatur Regem, atque ita turbidus infit,

CASTRIS *ad istum maximè modum circa urbem utrinque positis, monomachiam Turnus, rebus prope modum desperatis, Aeneae singulare certamen indicit, frustrà refragante Latino. Leges uicto præscribuntur. Cùm autem Iuno fatalem eam pugnam Turno futuram sciret, author est Iuturnae, ut pro fratris sui salute aliquid moliatur. Quare illa extemplò Camertis faciem induta, militum animos ad uiolandum fœdum inter duces fœdus concitat. Tolumnius omine insuper motus, ut erat augur, primus hastam in Troianos torsit. quare fœdus fuit uiolatum. Hac perfidia motus Aeneas, Turnum quærit. Iuturna solicita pro fratre, excusso auriga, ipsa habenas corripuit, ne Aeneæ congrediendi copia fieret. Vulneratur Aeneas iaculo, sed incerto rei authore. Beneficio matris Veneris nullo momento curatur. Vbi autem dux Troianus uidet congrediendi copiam non dari, urbem expugnat. Amata ægritudine cruciata, laqueo uitam sibi abrumpit. Itaque in extremo rerum articulo cogitur Turnus in singularem pugnam cum hoste descendere. Hoc congressu uincitur, occiditurque Turnus.* Se signari oculis.] *A causis consilij, ad congrediendum cum Aenea: una hac pugna aduersa Latinorum animos fractos, posci se in singulare certamen: & se omnium suorum oculis notari.* Pœnorū qualis in aruis.] *Comparatione Turni ferociam amplificat. Pœnorum, Punicis aruis, species pro genere: siue quòd in Africa, propter plagæ eius ardorem sint uiolentiores.* Latroni.] *uenatoris occulti, qui ex insidijs, non aperta ui leonem cædit. Ab omine ad brutum traducta metaph. Propriè enim is latro appellatur, qui inter uias incautos homines trucidat.* C

Fer sa

Nulla mora in Turno, nihil est quod dicta retractent
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigêre recusent.
Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus:
Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam,
Desertorem Asiæ: sedeant, spectentque Latini:
Et solus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat uictos, cedat Lauinia coniunx.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me immensius æquum est
Cōsulere, atque omnes metuentē expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu, necnon *animus que aurumque *Latino.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris:
Nec *genus indecores. sine me *hic haud mollia fata
Sublatis aperire †oculis simul hæc animo hauri.
Me natam nulli ueterum sociare procorum
Fas erat: idque *omnes homines, diuique canebant.
Victus amore tui, cognato sanguine uictus,
Coniugis & mœstæ lacrymis uincla omnia rupi.
Promissam eripui genero, arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella uides, quantos primus patiare labores.
Bis magna uicti pugna, uix urbe tuemur
Res Italas, recalent nostro Tiberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossib. albent.
Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si, Turno extincto, socios sum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli? quid cætera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam & connubia nostra petentem?
Respice res bello uarias, miserere parentis
Longæui, *mœstum quē nunc patria Ardea longè
Diuidit. †haud quicquam dictis uiolentia Turni
Flectitur, exuperat magis, ægrescitque medendo.

Vt primum fari potuit, sic *incipit ore:
Quā pro me curā geris, hāc precor optime pro me
Deponas, letumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de uulnere sanguis:
Longè illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & uanis †se occultat in umbris.
At regina *nouæ pugnæ conterrita sorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum: spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ, decus imperiumque Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunque manent isto certamine casus,
Et me Turne manent, simul hæc inuisa relinquam
Lumina, nec generum Aeneam captiua uidebo.

Accepit uocem lacrymis Lauinia matris,
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem

A Fer sacra] *quæ sacerdotibus faciendis adhibebantur in singulari certamine ceremoniæ, referuntur ab Homer. Iliad. 3.* Aut hac.] *aut interficiā Aeneā, aut ego occidar illius manib.* O præstans.] *Accius in Antigona, cuius uerba nūc ad Latinum transtulit:* Quanto magis te istiusmodi esse intelligo, Tanto Antigona magis me par est tibi Consulere & parcere.——

Oratio Latini dissuasoria est ad Turnum, ne singulare certamen suscipiat cum Aenea, sed pacem faciat potius. Exordium ductū est à laudibus Turni. Sunt tibi reg.] *Narratio ab opulentia utriusque gentis, & maiorum imaginibur.* Sūt aliæ.] *A facultate quærendi aliam.* Me natā.] *Excusat, quamobrē se neget illi dare filiā, à fatali necessitate iungēdi eā*

Quā pro me.] *Insolens quidem, sed personæ cōueniens responsum: ut intelligas, C fato Turnum trahi ad mortem. A regr incipit debortatio, à monomachia: excipit cam regina multo maioribus affectibus ad postremum, regia filia lacrymis obtestatur Turnus Hectoris, Amata Hecuba & matronarum Iliadum personas hic referunt, quæ illum precando, obtestandoque lacrymis intra muros retinere conantur, ne in prælium exeat, aut cum Achille congrediatur.* Et nostro sequi] *Superba atque arrogans iactantia ac plané iuuenilis. Pathos ab ætate personæ. Figura prouerbiali usurpatur, de iis qui sa*

Indū sanguin.] *Ad ornandam uirgi*

al. sorū, animusque
al. Latino est.
al. minus
al. hæc
al. dolis,
al. omnes, Diuisque homin.
al. genero, atque arma
al. quem sc incœpt.
al. Haud quaquam
al. instituit
al. sese occulat umbris.
al. noua

al, & testimonijs deorum atque hominum. Victus amore] *Enumeratio causarū cur nec oraculis, neque hominum testimonijs paruerit: epanalepsis.* Arma impia.] *Cōfitetur uirū pacatis suis, & agnoscit impia arma: quòd prohibentibus dijs, ea eū induerit: quamobrem iustam cladem sequutam, & pœnas se dedisse.* Recalent.] *Amplificatio cædis, & acceptorum malorū.* Si, Turno ex.] *Argumentatur, citra bellum se debuisse sibi Troianos adiungere, quod Turno mortuo omnino adhuc erit faciēdū.* Quid cōsanguinei.] *Ostenaturpitudinem, & nomini sui dedecus in posterū, quod ipse debeat uideri Turno belli author, ubi ceciderit: cū quiduis potius fuerit.* Respice res bello uarias.] *Epilogus constat affectibus, à senio patris Dauni.*

tentur se quidem uiribus inferiores, sed habere tamen quibus se ulcisci queant. Effertur ad istum modum: Et nostrum telum cuspidem habet acuminatam. Homer. Iliado: 9. [illegible]

Quæ nube.] *ut in bello Troiano, cùm cōmissus cum Diomede, nube à matre septus, morti subtraheretur: quare cōndistinguis, fugacem eum uocat.*

Fœminea.] *Contēptim à sexu.* Turne] *Ab obtestatione reginæ, ne pugnæ se credat.* In te omnis do.] *quasi dicat, cui tota nostra dom. innititur, ut columē familiæ rectè possis appellari.* Captiua.] *Pathos à conditione.*

nis formā, addit comparationem sumptam ex lib.

Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro
Si quis ebur, uel † mixta rubent ubi lilia multa
Alba rosa, taleis uirgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitq; in uirgine uultus.
Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amatam.
Ne (quæso) ne me lacrymis, neue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O' mater: neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer, cùm primum crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit, (stant,
Nō Teucros agat in Rutulos. Teucrûm arma quie-
Et Rutulûm, nostro * dirimamus sanguine bellū.
Illo quæratur coniunx Lauinia campo.
Hæc ubi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit,
Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora fremēteis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia.
Qui candore niues anteirent, cursibus auras.
Circū̃stāt † ppere aurigæ, manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squallentem, alboq; orichalco
Circūdat loricam humeris, simul aptat habendo,
Ensemq; clypeumq; & rubræ cornua cristæ:
Ensem, quē Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda.
Exin, quæ medijs ingenti annixa columnæ
Aedibus adstabat, ualidam ui corripit hastam,
Actoris * Aurunci spolium, quassatq; trementē
Vociferans: nunc ô nunquam frustrata uocatus
Hasta meos, nūc tēpus adest, te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit, da sternere corpus,
Loricamq; manu ualida lacerare reuulsam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines
Vibratos calidu ferro, myrrhaq; madentes.
His agitur furijs, totoq; ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Mugitus ueluti, cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, aut irasci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, uentosq; lacessit
Ictibus, aut sparsa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis sæuus in armis
Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socios, mœstiq; metum solatur Iuli
Fata docens, regiq; iubet responsa Latino
Certa referre uiros, & pacis dicere leges.

Postera uix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
Campū ad certamen magnę sub mœnibus urbis
Dimensi Rutuliq; uiri Teucriq; parabant,
In medioq; focos, & dijs communibus aras
Gramineas, alij fontemq; ignemq; ferebant,
Velati † lino, & uerbena tempora uincti.
Procedit legio Ausonidum, pilataq; plenis
Agmina se fundunt portis: hinc Troius omnis
Tyrrhenusq; ruit uario exercitus armis.
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
Pugna uocet, nec non medijs in millibus * ipsi

† al. mista

ex lib. *Homerica Iliad. quarto:*

ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

Videtur significare colorem, quem Græci ἀνθρώπινον dicunt, nos uulgò carneum uocare solemus alioqui ostrinus color idem est purpureo. Idmon] *Nomen præconis, ut apud Homerum Idæus, Talthybius, Eurybates.* Puniceis rotis.] *Periphrasis auroræ, quæ quadrigam A uehi fingitur à Poëtis.*

* al. dirimamur: al. dirimatur

Orithyia.] *Boreæ uxor, quos de genere equarum uelocissimarum Erichthonij regis seruarat, donaratq; Pilumno. Cùm illarum una Boreas illius maritus in admissarium mutatus, cōgressus, equos sustulerat. Laus equorum à genere, & donatrice: à colore, & pedum uelocitate. Homericum est.*

* al. propere

Circundat.] *Describit panopliam Turni.* Ignipotens] *Ab artifice, & donatore.*

Nūc ô nunquā.] *Pathos, ab oratione ad non animal.* Myrrhamq; maden.] *A' signo mollicici.*

* al. Aurunci

Scintillæ.] *Periphrasis iræ, notatione accidētis, quemadmodū Hom. dixit de Achil.*

πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς. B

Mugitus uel.] *Comparatione à ferocis tauri simulacro, in niturs certamen cū urso aut leone, ferociam Turni illustrat.*

Ventosque lacess.] *inanem ferociter sumis ferociam.*

C

Postera] *Nimis operosa lucis matutinæ insequentis diei descriptio, quam periergiam uocant.* Campū.] *in quo duo illustres heroēs singulari pugna congrederentur.* Focos.] *aras, ad quas præsentib. dijs per feciales & patrē patratū fœdus percutiebatū.* Dijs comm.] *uel patrijs, uel belli præsidibus, Marti, Bellonæ, Palladi.* Gramineas.] *è cespitibus factas.* Velati lino] *habitu.* Verbena.] *Sagmina, inquit fecialis, te posco [illegible] ait, pura tolle. Fecialis ex arce graminis herbā puram attulit. Et paulò pōst: Verbena caput capilloq; tāgit, patrē patratum*

† al. limo,

* al. ipsis

Ductores auro uolitant, ostroq; decori,
Et genus Assaraci, Mnestheus, & fortis Asilas,
Et Messapus equûm domitor Neptunia proles.

A tum Sp Fusium fecit. Fonteiq;.] *Synecdoche, & polysyndeton.* Pilata.] *pilis ob longis quinos pedes & semissem instructi.* Ostroq;] *purpura. Ostrinus color purpureus est, interdú ex conchyliorum succo rubens ardetq; alic ubi uiolaceus, siue ianthinus, artificum temperatura mitior.* Decori] *insignes. Porrò de lino & limo uide Seruium.*

Vtq; dato signo spacia in sua quisq; recessit,
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusæ matres, & uulgus inermum
Inualidiq; senes, turres ac tecta domorum
Obsedêre, alij portis sublimibus astant.
At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,
(Tûc neq; nomê erat, neq; honos, neq; gloria mõ-
Prospiciens tumulo, cãpum aspectabat & ambas, (ti,)
Laurentum Troumq; acies, urbemq; Latini.
Extemplò Turni sic est affata sororem,
Diua deam stagnis, quæ fluminibusq; sonoris
Præsidet: hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit:
Nympha decus fluuiorũ animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis unam, quæcunq; Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendêre cubile,
Prætulerim, cœliq; libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses Iuturna, dolorem:
Quà uisa est fortuna pati, Parcæq; sinebant
Cedere res Latio, Turnum, ac tua mœnia texi:
Nunc * uideo iuuenem imparibus occurrere fatis,
Parcarumq; dies, & uis inimica propinquat.
Nũ pugnã aspicere hãc oculis, nõ fœdera possum.
Tu pro germano, si quid præsentius audes,
Perge, decet: forsan miseros meliora sequentur.

Vtq; dato.] *Vt apud Homerum senes pugnã uenturi & Paridis spectantes finguntur, ita noster Poeta utriusq; sexus mortales in muro turri & portas effundit, ad spectandum monomachiæ exitum.* At Iuno.] *Ad deorum consilium translatio, ut fœdus aliqua uia disturbetur.* Turni soro] *Iuturnam.* B Stagnis.] *A potentia & numine. Hanc fluminibus præsidere fingit.* Virginitate.] *A meritis.* Nympha] *Hortatoria oratio Iunonis ad turbandum fœdus. Capiat beneuolentiam, à commemoratione suorum*

** al. Tum* ** al iuuenẽ imparibus uideo cõc.*

meam beneficiorum. Narrat: audita: hortatur, concludit breuiter. Ingratũ.] *Verecunda periphrasis pellicum suarum.* Disce tuum.] *Narratio.* Impartibus.] *Quasi antea nõ aduertisset, Aeneæ fata superiora fore, cùm diceret: Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.* Tu pro.] *Exhortatio tecta, ad prohibendũ concursum.* Perge *Epilogus breuis quo ambiguè per addubitationem aliquid boni promittere uidetur. Quamobrem cùm fata norit esse immutabilia, addit Forsan.*

Vix ea, cum lacrymas oculis Iuturna profudit,
Terq; quaterq; manu pectus † percussa deorum:
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.
Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus:
Author ego audendi. sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam uulnere mentis.
* Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo * inuehitur curru, cui tẽpora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt
Solis aui specimen. bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanæ stirpis origo
Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris, puraq; in ueste sacerdos
Setigeri fœtum suis, intonsamq; bidentem
Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris.

Lacrymis] *Apostopesis: subauditur, opus est pathos silentio.* Interea reges.] *Zeugma: redit ad narrationem.* Albis.] *quòd essent de genere equorum Erichthonij.* Tẽpora.] *Anastrophe.* Bis sex. *duodecim: siue propter duodecim menses, quos percurrens sol annum integrum efficit: siue propter Romuli augurium 12. uulturum.* Aui specimen.] *Alibi retulimus, Latinum creditum natũ ex Vlysse & Circe, aut ex Circe & Hercule, aut ex Circe & indigena rege quodam, cuius nomen in obscuro est.*

** al percussa honestũ.* ** al. Continuò* *† al uehitur* C

Cœlestibus.] *Vulcano fabricatis.* Duraq;.] *Quia eo sacri omnis pura & munda esse conuenit.* Setigeri. *Porcam feriri in fœderibus genus satis liquet ex Liuio. Tu, inquit, ubi dixit: pro uno uiro sæpe licet perc— ... Et Poeta: Cæsa iungebant fœdera porca. Diuersus ritus non fuit feriendi fœderis temporibus belli Troiani. Duos agnos admouebant aris: adhibebant uinum in auribus caprinis.* Bidentem.] *ouiculam nondum tonsam. De cius uocis etymo diximus in 4.*

Illi ad * surgentis conuersi lumina † Solis.
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq; altaria libãt.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti:
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia * coniunx,

Surgentis.] *Spectantes ortum obuersi sit uultibus sacra peragebant.* Fruges manibus] *hostiarũ s— nimsls capitibus molam inspergebantur, ut*

** al. surgentem* *† al. Solem* ** al. Iũno,*

in tertio d. Iliad. Nos ... uenerant. Ad fœdus Menelai & Paridis: tanquam ad admissum esse iaciũ hoc est. Iliad tertio, præter uinum, quod in fœdere

Iam melior, iam diua precor, tu'que inclyte Mauors
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques,
Fontesque fluuios'que uoco, quæque ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina Ponto,
Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno,
Conuenit Euandri uictos discedere ad urbem
Cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles
Aeneadæ referent, ferroue hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem,
Vt potius reor, & potius Dij numine firment:
Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo:
Nec mihi regna peto, paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra deosque dabo, socer arma Latinus habeto:
Imperium solenne socer: mihi mœnia Teucri
Constituent, urbique dabit Lauinia nomen.

dere miscetur, etiam eo qua regum manus perfunduntur. id quod Maro etiam innuit, cùm diceret, fontem & ignẽ fuisse allatum. Quòd *autẽ noster dicit, summa pecudũ capita ferro notata, Homerus,*
" [illegible]
pilos è capitibus agnorum dissecuit. Inde præcone eos optimatibus utriusque generis distribuens. Esto nunc sol testis.] *Reddidit Poeta Homerici fœderis concepta uerba:*
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
Saturnia coniunx.] *Cybele. Ops eadem. Sed addit Græcus:* [illegible]
Cesserit Ausonio.] *Præponit hostẽ, nõ sine exẽplo Homeri, ut æquus uideri, & pius, & candidus existimetur:*
" [illegible]
Id est, Si Alexander Paris occiderit Menelaum, ipse habeto Helenen, nos uicissim nauibus in patriam redeamus. Sin nostrũ annuerit nob.] *Posteriori loco se collocat. Ad eundem modum Homerus:*
" [illegible] &c.
Habeto.] *Imperandi formulæ sunt, & eorum qui leges sanciunt, conduntque.* Lauinia.] *Omen futuræ uictoriæ, cum de Lauiniæ nomine oppidi condendi existimationem concipiat.*

Sic prior Aeneas, sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens cœlum, tenditque ad sydera dextram.
Hæc eadem Aenea, terram, mare, sydera iuro,
Latonæque genus duplex, Ianumque bifrontem,
Vimque deum infernam, & † diri sacraria Ditis.
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit.
Tango aras, mediosque ignes, & numina testor.
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quò res cunque * cadent, nec me uis ulla uolentem
Auertet, non si tellurem effundat in undas
Diluuio miscens, cœlúmue in tartara soluat.
Vt sceptrũ hoc (dextra nã sceptrũ fortè gerebat)
Nunquã fronde leui fundet uirgulta, nec umbras,
Cùm semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis,
Conspectu in medio procerum: tum ritè sacratas
In flammam iugulant pecudes, & uiscera uiuis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
At uero Rutulis impar ea pugna uideri
Iamdudum, & uario misceri pectora motu.
Tũ magis, ut propius cernunt, nõ uiribus æquis,
Adiuuat † incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter uenerans demisso lumine Turnus,
* Pubentesque genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simulac Iuturna soror crebrescere uidit
Sermonem, & uulgi uariare labantia corda,
In medias acies, formam † assimilata Camerti,
(Cui genus à proauis ingens clarumque paternæ
Nomen erat uirtutis, & ipse acerrimus armis)
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumoresque serit uarios, ac talia fatur:

† al. dari

* al. cadet

† al. ingressu

* ex Donati paraphrasi legendum uidetur, Tabentesque

† al. assimulata

Latonæque genus duplex.] *Solẽ & Lunam Apollo enim idem est qui Sol. Luna quæ Diana.* Ianumque bifrontem.] *Erat autẽ Ianus pacis ac belli arbiter, quare postea in foro Romano eius simulacrum in foribus templi bifronti positum fuit, ut arbiter utriusque custos. Et templum à Numa ad infimum Argiletum constitutum eadem ratione fuit, index pacis ac belli: ut clausum, pacem: apertum, bellum significaret.* Vimque deûm.] *Proserpinã, Plutonem, & quantum deorum apud inferos est, iuro.* Tango aras.] *Solenne erat itẽ, in fœderibus sanciendis aras tangere, ac tenere ansis suis, à quibus aræ fuerunt dictæ. De huius uocabuli ratione in quarto annotauimus.* Ignes.] *Internique ignesque fereb. igne enim hostiæ animales adolebantur.* Quo res cum.] *Tmesis, pro quocunque.* Non si tellurem effundat.] *Paternam bifariam extulit, Terrã mari, inferos cælo misceat, pro, omnia perturbet: ab impossibili.* Vt sceptrum hoc.] *Verba Achillis ex primo Iliad. huc ad Latinum traducta sunt, sua dicta confirmantẽ religioso iureiurãdo, nunquã futurũ, ut id sit uiolaturus.*
" [illegible]
Comas & brach.] *ramos* [illegible]*, metaphoræ, ut in matre: ab a*[illegible]*li, ad nõ animal.* Progressus.] [illegible]*, à signis & gestib.* Camerti.] *Prosopogra-*

A Pr[illegible]sopographia, [illegible] maiorum [illegible], ma[illegible] patr[illegible] nibus, & uirtutem autem [illegible] us [illegible] de. Ru[illegible] mores'q; se. [illegible] Furius in [illegible]. Rumoresq; ferunt uarior, mulsata requirunt [illegible] Iatur.] Iuturna Camerti assimilata.

N[illegible] Ru[illegible] cuncti pro [illegible] bus unam
O[illegible] ar[illegible] am numero n[illegible] bus æqui
[illegible] o[illegible] mnes & Tro[illegible], [illegible] Arcades hic
F[illegible] s.in[illegible] Hetrusia Turno [illegible] dunt,
V[illegible] n[illegible] ongre[illegible] amur, [illegible] emus.
Il[illegible] o, quo in se [illegible] uouet aris,
Succ[illegible] det, [illegible] p[illegible] ro [illegible] ferctur.
N[illegible] amissa [illegible] pa[illegible] re [illegible] is
Co[illegible] ur, qui nun[illegible] nti cont[illegible] dim[illegible] ru[illegible] s
Ta[illegible] *in[illegible] cula est iuuenum [illegible] dis,
Iam m[illegible] gis atq; magi[illegible] serpit'q; per [illegible] murmur.
I[illegible] es [illegible] t, ipsiq; La[illegible]
Qui [illegible] pu[illegible] næ, rebu[illegible]'q; f[illegible] utem
Sperabant [illegible] uolunt [illegible] precantur
Infectum, & Turni [illegible] tem miserantur [illegible] uam.
His aliud maius [illegible] urna [illegible] diungit, & alto
D[illegible] cælo, [illegible] uo non [illegible] præstantius ullum
T[illegible] mentes Ital[illegible] s, mon[illegible] tro [illegible].
Nam [illegible] lans ru[illegible] ra fuluus Iouis a[illegible] in æthra
Litt[illegible] re[illegible] agitabat aues, turbamq; [illegible] nantem
A[illegible] nihis aligeri, subito cum lapsus ad undas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.
Arrexêre animos Itali, cunctæq; uolucres
C[illegible] ertunt clamore fugam, mirabile uisu,
Ae[illegible]'q; obscurant pinnis, h[illegible] r[illegible] er auras
Fa[illegible] nunt, donec ui uict[illegible] [illegible] pso
Vo[illegible] fecit, prædam'q; ex ung[illegible] ales
Proiecit fluuio, [illegible] nitusq; in nubila fugit.

*al. cuncti pro

Non pudet.] Concio Iuturnæ ad Rutulos & Lat[illegible]os. Hac exprobrat facti de[illegible] cus & turpitudinem, & hortatur ad con[illegible] fundendum [illegible] & pugnandum pro[illegible] ce[illegible] tate patriæ. Exordium ab acri reprehensione in[illegible], quod [illegible] con ditionibus in fœdus concesserint: cum pares sint hosti tum numero, tum etiam uirtute. Infen[illegible] a. [illegible] c. [illegible] cupatio, quam [illegible] facili. Ille.] Turnus. Domini[illegible]. [illegible] tcox uox. Serui enim & domini correlatiua sunt. V[illegible] domini. [illegible] fer[illegible] ui [illegible] turpi[illegible]. Iam ma[illegible] g[illegible].] A[illegible] com[illegible] nuuter

*al. accensa

*al. præsentius

*al. pennis,

Ipsi Laurentes.] Graphice inconstantiam uulgi dep[illegible] ad[illegible] mnem aura[illegible] mobi[illegible], uel uno uerbo D[illegible].] con firmat di[illegible] suum augurio o[illegible] unde præsentem uictoriam si[illegible] [illegible] sed fal[illegible] so. Fuluus Iouis ale[illegible]] Periphrasis aquilæ. Littoreas.] Has ip[illegible] interpretabantur Rutulos, aquilam Aeneam. Fluuio.] In fluuium: ut a[illegible] lib. Iliad. 12. draconem unguibus correptum, in terram deorsum ex aere præcipitat. Prædam.] cygnum.

Tum uero [illegible] ugurium Rutuli clamore [illegible] ant.
E[illegible] p[illegible] di[illegible] q; m[illegible], prim[illegible]q; To[illegible] umn[illegible] us augur:
H[illegible] cerat, [illegible] uoti[illegible] qu[illegible], quod sæp[illegible] etiui.
Accipi[illegible], a[illegible] nosc[illegible] deos, me me duce [illegible] errum
Corrip[illegible] utuli, quos im[illegible] robus [illegible] duena bello
Territat, inu[illegible] das u[illegible] ues, & [illegible] ra n[illegible] stra
Vi populat, petet ille [illegible] m, pen[illegible] profundo
Vel[illegible] d[illegible] bit: uos unanimi densite cateruas,
Et re[illegible] em uob[illegible] pugna d[illegible] fendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hosteis:
Procurrens. sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat. simul hoc simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu. (nes
Hasta uolans, ut forte nouem pulcherrima fratru
Corpora constiterant contra quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo:
Horum unum ad medium teritur, qua [illegible] sutilis aluo
Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet,
[illegible] e[illegible] ium forma [illegible] enem, & ful[illegible] entibus armis,
[illegible] ansad[illegible] g[illegible] ostas, fuluaq; extendit arena.

*al. uestra

*al. effundit

Primus.] Tolumnius hic [illegible] Pa[illegible] aria[illegible] pud Homerum personam sustinet, qui telo in Achiuos proiecto Mineruæ iussu Menelaum uulnerauit, rupitq; fœdus. Me me.] Epizeuxis. Corri[illegible] ite.] Consiliu peruersum, consultari pessimum fuit. Inualid.] Interpretatur pro suo commodo & bono. Dixit, & aduersos.] Hom. Iliad. 4. [illegible] βάλε, [illegible] [illegible] [illegible].

Cunei.] Cuneus proprie instrumentum ferreum est, quo ligna finduntur: [illegible] cuius similitudine peditum multitudo dicitur cuneus, quæ prima fronte an[illegible] stior quidem, sed paulatim latior procedit. Hinc in theatro, loca cunei quoq; dicuntur, destinata spectaculis stantibus inter subsellia. Qua sutilis.] Hom. lib. eodem. — [illegible] ἐχευς [illegible] [illegible] [illegible]. Egregium.] Laus a forma splendore, & armorum elegantia.

At fratres animosa phalanx, accensaq; luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrū
Corripiunt, cæciq; ruunt, quos agmina contra
Procurrunt Laurentum hinc densi rursus inundant
Troës, Agyllinique, & pictis Arcades armis.
Sic omneis amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras, it toto turbida cœlo

*al. omnis

At fratres.] Prolepsis. Videtur studio fratrum inter se fidem celebrare: iuxta prouerbium, Frater fratri, uiro uir adsit. Diripuere ar.] In bello neq; sacris, neq; profanis parcitur. Tempestas tel.] Tragica metaphora. Ferreus im.] Ennius in 8. Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

Te

Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber.
Craterasq; focosq; ferunt: fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrenant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisq; insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
Aduerso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositi, à tergo †uoluitur aris
In caput, inq; humeros: at feruidus aduolat hasta
Messapus, teloq; orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit, atq; ita fatur:
Hoc habet, hæc melior magnis data uictima Diuis.
Concurrunt Itali, spoliantq; calentia membra.
Obuius ambustum torrem Chorinæus ab ara
Corripit, & uenienti Ebuso, plagamq; ferenti,
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambusta dedit: super ipse *sequutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impressoq; genu nitens terræ applicat ipsum,
Sic rigido latus ense ferit Podalirius Alsum
Pastorem, primaq; acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superiminet: ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumq; reducta
†Dissicit, & sparso latè rigat arma cruore.

ber. Ferunt.] *abstulerunt, diripiunt omnia sacra.* Diuos.] *diuorum simulacra ex aris sublata. Furor*

†al. inuoluitur

*al. secutus

†al. Diffidit,

militaris ne diuis quidem parcit. Ebuso.] *Est Ebus sue insula, quæ serpentes fugat.*

Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atq; suos clamore uocabat:
Quo ruitis? quæue ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges, mihi ius concurrere soli.
Me sinite, atq; auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
Has inter uoces, media inter talia uerba,
Ecce uiro stridens alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, casusue deusue
Attulerit: pressa est insignis gloria facti,
Nec sese Aeneæ iactauit uulnere quisquam.

Olli durat.] *Homerus lib. Iliad. 11. ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Addidit summus poëtarũ ferrei illius somni amplificationem, in æternam noctem.*
Nudato capite.] *Allusio ad C. Cæ*

saris dictatoris celeberrimũ facinus, q nudo capite pugnarit, reuocaritq; suos in prælium. Viro.] *Aeneæ, qui telo ab hoste emisso quidem, sed incerto, uulnus acceperit.* Deusue.] *Nihil sine deo, in ἀσεβεῖ.*

Turnus ut Aeneam cedentem ex agmine uidit,
Turbatosq; *duces, subita spe feruidus ardet:
Poscit equos, atq; arma simul, saltuq; superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas:
Multa uirûm uolitans dat fortia corpora leto,
Semineces uoluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas:
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes
Bella mouens immittit equos: *ille æquore aperto
Ante Notos Zephyrumq; †uolat, gemit ultima pulsu
Thraca pedum, circumq; atræ formidinis ora, (sus)
Iræq; insidiæq; dei comitatus aguntur.

Turnus.] *Cũ aũt discessus causa lateret, rebatur eũ inire fugam: quamobrem cædibus ferocire cœpit.*
Qualis.] *Amplificatio à comparatione. Cõfert eũ cũ Marte ad Hebrum belligerante. Est aũt Hebrus fluuius Thraciæ. Fundit auri ramẽta, ut Tagus in Hispania, Padus in Italia, Pactolus in Asia, Gãges in India.* Ille.] *Mars. si in illi legas, refertur ad equos, quos Notũ & Zephyrũ uentos hyperb. cursu præuenire dicit.* Thraca.] *hoc est, ultima Thracia. Græcus nominandi casus, ..., ultima ora Thraciæ. Hyperbole.* Iræq;.] *Prosopop. Polysyndetõ.*

*al. illi

†al. uolant,

Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans, spargit rapida ungula rores
Sanguineos *mixtaq; cruor calcatur arena.
Iamq; neci Sthelenumq; dedit, Thamarimq; Polũq;,
Hunc cõgressus, & hunc: illũ eminus, eminus †ambos

Sthelenumq;.] *Recenset aliquot Troianor, quorum parentes Homeri carmine etiã celebrantur.* Imbrasidas.] *Imbrasi libe*

ror. Imbrasi alicubi meminit Homerus, ni fallor. Est & Imbrasus fluuius in Samo, qui & Parthenius dictus uit. Vnde & Samus,

*al. mistaque

†al. ambos

[illegible] flaueu atque Ladē, quos Imbrasus ipse
N[illegible] Lyci[illegible] paribusque onerau[illegible] armis,
[illegible] m, uel equo p[illegible] uertere uentos.
P[illegible] al[illegible] medes [illegible] rtur,
A[illegible] D[illegible] onis,
N[illegible] ens, animo m[illegible] busque parentem:
[illegible] Dan[illegible] speculator adiret.
[illegible] m[illegible] cere currus.
Il[illegible] pro[illegible] bu[illegible] s
A[illegible] pretio, nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul ut [illegible] Turnus † prospexit aperto,
Ante [illegible] iaculo longum per inane sequutus
Sistit equos † biiuges, & curru desilit, atque
Semianimi lapsoque superuenit, & pede collo
Impresso, dextrae mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atque haec insuper addit:
En agros, & quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt, sic moenia condunt.
Huic comitem * Buten coniecta cuspide mittit,
Chloreaque, † Sibarimque, Daretaque, T[illegible] ochumque
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymoeten.

Ac [illegible] * Aedoni Boreae cum spiritus alto
In[illegible] nat Ae[illegible] sequiturque ad [illegible] ora fluctus,
Qua [illegible] nti incubuere, fugam dant nubila caelo:
Sic Turno [illegible] cunque uiam sec[illegible] a[illegible] na ceduut,
Conuersaeque ruunt acies. fert impetus ipsum,
Et crist[illegible] in a[illegible] erso curru quatit aura uolantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisque frementem,
Obiecit [illegible] e ad c[illegible] rum, & spumantia fraenis
Ora citatorum dextra † detorsit equorum.
Dum trahitur penditque iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat uulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium stricto mucrone petebat,
Quem rota [illegible] praecipitem: & pr[illegible] su[illegible] citus axis
Impulit [illegible] di[illegible] que solo, Turn[illegible] sequutus
Imam inter galeam summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumque re[illegible] quit arenae.

Atque ea dum campis uictor dat [illegible] nera Turnus,
Interea Aeneam Mnestheus, [illegible] fi[illegible] us Achates
Ascaniusque comes [illegible] ris [illegible] re cruentum
Alter[illegible] sl[illegible] ng[illegible] n[illegible] entem cus[illegible] ress[illegible] s:
Saeuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque uiam, quae proxima poscit
Ense secent lato uulnus, telique latebram
Rescindant penitus, sel[illegible] que in bella remittant.

Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus * Iapyx
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera laetus Apollo,
Augurium citharamque dabat, celeresque sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,

---

al. ornarat. *al. Tydides* *al. conspexit* * *al. secutus* *al. bijugos,* *al. lapsoque* *al. dextra* *al. Asbuten,* *al. Sabarimque* *al. Aedonis.* *al. contorsit* *al. puer* *al. Iapis*

A [illegible] ipsa Pa[illegible] bemus: quod luxu [illegible] casu sit Eumed[illegible] s. Dolonis [illegible] lo Troiano [illegible] um castra [illegible] m [illegible] V[illegible] sui sui. Aut [illegible] Eumedem, patre Dolonis, que[illegible] inermi imbellem facit. Item Iliad [illegible]

[illegible Greek verses]

Erat, inquit, inter Troianos Dolon Eumedis filius praeconis, auri & aeris diues, specie deformis quidem, sed pedibus uelox. Pelidae.] Achi[illegible] quos & currus sibi postulabat dari praemium, quod explorator per hostium cast[illegible] ad naues iret perscrutaturum, qu[illegible] rerum ibi gereretur. Idem lib. eodem:

[illegible Greek verse]

[illegible Greek verses]

Tydeides.] Diomedes: [illegible] ab eo interce[illegible], uer [illegible] fuit. En agros.] Sarcasmus. Chlorea.] [illegible] syndeton. Thersiloch.] Thersilochus alius re[illegible] ab Homer. I[illegible] refertur inter eos qui p[illegible] casum ab Achi[illegible] camandrū trucidabātur. Verba Hom. sunt:

[illegible Greek verse]

Thymoeten] à Thymoete illo sene Troiano, qui cū Priamo [illegible] fi[illegible] bus turris in portis Scaeis pugnam spect[illegible] fing[illegible] untur ab Hom. lib. Iliad. 3.

Acuelut Aedoni.] Ferociam Turni comparatio hyperbolica attollit, ut Aeneae uirtus postea sit illustrior. Aedoni.] Aedones Scytharum populi sunt, ut Amordi, Hisli, Sacae, Massagetae, Dahae. Antandrus oppidum maritimum C Troadis, Aedones fuit initio appellata. Aedonus, Thraciae mons, à quo boream Aedonium uocat: quòd è Thracia spiret. Phegeus.] [illegible] Degustat.] [illegible] Interea Aeneam.] Omisso paulisper Turno, ut uulnus Aeneae redit, eiusque curationem.

Iapyx Ias.] medicus [illegible] medeor. M[illegible] diuina Apollinis inuentum est: Inuentum medicina meum est, inquit

Iapyx Iasi.] Iasij filius, à re proprio nomine ficto, ut dixi. [illegible], medeor: [illegible], medicus: [illegible] ipsa medicina. Acri quond.] A praestantia & excellentia donatoris, à quo acceperit: sed & à prudentia

T i 2 circa

Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & mœrentis Iüli
Concursu lacrymisq; immobilis. ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquã spicula dextra
Sollicitat: prensatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla uiam fortuna regit, nihil author Apollo
Subuenit, & sæuus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusq; malũ est: iam puluere cœlũ
Stare uident, †subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor
Bellãtũm iuuenum, & duro sub Marte cadentũm.

†al. subeũtq́ue equites.

circa delectũ pulcherrimarum artiũ. Cùm enim Apollo illi omnes suas artes ultrò offerret sciendas, unam bene medendi scientiam, reliquis omnib. spretis, delegit. Ilic ut de.] Pathos à causa finali, & à pio: ut patri extrema ualetudine laboranti, arte medica prorogaret uitã. Agitare] exercere. Pæoniũ.] More medicorum χειρουργῶν. siue à Pæone medico, à quo Pæonia herba: siue quòd Apollo illi Pæan sit dictus, qui eius herbæ inuentor rectiùs potest dici. Hunc uel ob id Pæanem dictum existimant, ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, quòd omnes dolores curet, medicetur ac constringat. Pæones, medici: Pæonium herba medica, & salutare remedium. Suidas citat exemplum ex authore nescio quo: τοῖς παιονίοις τοῖσι φαρμάκοις, [illegible]: [illegible]. Et rursum. [illegible] ἄλλ[illegible] [illegible]. Et

Pæon, hymnus. Pæonia manus, Therapeutice. Podalirius, & Machaon ab Aesculapio, ut & Chiron centaurus, rem medicam docti fuerunt, Aesculapius à patre suo Apolline. Phœbiq;.] Quòd is earum uirtutes primus deprehẽdisse dicatur. Prænsatque.] Machaon Homericus, in curãdo uulnere Menelai, primùm illud diligenter inspiciens primit sanguinem: inspergit ad ultimum salutaria pharmaca, quæ à patre Chirone acceperat. Iliad. 4.

αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος, ὅθ' ἔμπεσε πικρὸς ὀϊστός, «
αἷμ' ἐκμυζήσας ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς «
πάσσε, τά οἵ ποτε πατρὶ φίλα φρονέων πόρε χείρων. «

B Sæuus campis] Homerus ita fatum subijcit:

ὄφρα δὲ ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, πῖπτε δὲ λαός, «
τόφρα δ' ἐπὶ πλέον ἦχε [illegible]. «
εἰ δ' αὖτις κατὰ τεῖχος ἴδω, [illegible] χάρμης. «

*Tum Venus indigno nati concussa dolore
†Dictamum genitrix *Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo uolucres hæsêre sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit, hoc †fusum labris splendentibus amnem
Inficit occultè medicans, spargitq; salubreis
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
Fouit ea uulnus lympha longæuus *Iapyx,
Ignorans, subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo uulnere sanguis.
Iamq; sequuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atq; nouæ rediêre in pristina uires:
Arma citi properate uiro, quid statis †Iapyx
Conclamat, primusq; animos accendit in * hostẽ:
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt, neq; te Aenea mea dextera seruat:
Maior agit Deus, atq; opera ad maiora remittit.

*al. Hic
†al. Dictãnum
*al. Dictæa
†al. fuscum
*al. Iapis,
†al. Iapis
*al. hostes.

Tũ Venus.] Vbi uires humanæ iacent, & consilia deficiunt, solet nonnunquam ex improuiso Deus adesse. Cùm Iapyx artis suæ fiducia destitueretur, insperatam salutẽ, adeoq; præsens remedium attulit Venus mater filio. Dictamũ.] Describit hanc herbam à loco, ubi nascitur, folij & floris qualitate ac colore, efficaci remedio capreis. Dictamum (legitur & Dictamnum) inuenire ceruæ uulneratæ, quo illito decidere tela. Cretæa carpit.] Non nascitur alibi quàm in Creta, ramis prætenue, pulegio simile, feruens & acre gustu, inquit Plin. folijs utuntur tantùm. Estq; locus modicus, in quo nascitur solũ. Puberibus caulẽ folijs.] Plinius scribit, nullum ei esse florem, aut semen, aut caulem. Radix illi tenuis est, & superuacua. Capris.] Mirè expetitur à capris, & quidem uoluptatis causa tantùm, ut etiam

eo gustata tela dorso hærentia ejiciant. Est & dictamũ rusticũ, & pseudodictamnum. Huius herbæ pulcherrima remedia omnia annotare nimis foret longum. Videat studiosus lector Pliniũ, & Theophrast. in 9. Panaceam.] Panacea: uel ipso nomine omnium morborũ remedia pollicetur, ὥσπερ τὸ πᾶν ἄκος: & à dijs inuenta existimatur. C Vnũ genus, quod Asclepion dicitur, quòd Aesculapius filiam Panaceam nominarit, atque huius uaria remedia ostendantur. Alterum genus, Heraclion (Herculanum) dicitur, quòd ab Hercule feratur inuentum. Tertium genus Chironeon est, nomen sortitum à Chirone inuentore. Quartum genus Centaurion, ab eodem Chirone centauro repertum. Addunt & Pharnaceon, à rege Pharnace. Efficax herba medendis uulneribus in primis. Ambrosiæ.] Fruticis usus ad discutiendum.

Ille auidus pugnæ, suras incluserat auro
Hinc atq; hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summaq; per galeam delibans oscula fatur:
DISCE puer uirtutem ex me, uerumq; laborem,
Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.

Suras.] Armat rursum Aeneam, ut sunt uindicet, & Turnũ ad cædem quærat. Disce puer.] Inserit obiter, quo piũ affectum in filium declaret breuem exhortatiunculã,

ad uirtutem suam in posterum imitandum. Defensũ.] Ab utilitate præsentiũ pugnæ. [illegible] [illegible]iacito.] A suo & Hectoris exemplo, cum ipsi uemel.

Qualis ub.] Graui compa[n]

Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentē exempla tuorū,
Et pater Aeneas & auunculus excitet Hector.
Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit altis
Telum immane manu quatiens, simul agmine dēso
Antheus, Mnestheusq; ruunt, omnisq; relictis
Turba fluit castris, tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso uenientes † aggere Turnus,
Vidêre Ausonij, gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos
Audijt, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.
Ille uolat, campoq; atrum rapit agmen aperto.
Qualis ubi ad terras abrupto sydere nimbus
It mare per medium, miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè:
Anteuolant, sonitumq; ferunt ad littora uenti.
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit, densi cuneis se quisq; coactis
Agglomerāt: ferit ense grauē Thymbræus Osirim,
Archetiū Mnestheus, Epulonē obtrūcat Achates,
Vfentemq; Gyas: cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

A comparatione Aeneæ descendentis in pugnam robur, & hostium tacitum metum ac pauorem depingit. Ruit.] Simplex pro composito, erupit. Rhœteius.] Troianus, à Rhœteo promontorio. antonomasia. Thymbræus.] à Thymbra herba, quæ in agro Troiano nascitur, circa fanum Apollinis: à qua & ipse Thymbræus appellatur. Tolumnius.] Dissimulanter notauit peracinam, Malum consilium consultori pessimum. Hesiod. χ λέγει:

„ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Recidit in ipsius Tolumnij caput, ad quod & ipse fuerat author.

*al. extulit. *al. gens *al. Anteus *al. agmine

B

Tollitur in cœlum clamor, uersiq; uicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neq; *aduersos dignatus sternere morti,
Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes
Insequitur, solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna uirago,
Aurigam Turni media inter lora † Metiscum
Excutit & longè lapsum temone relinquit.
Ipsa subit, manibusq; undantes flectit habenas,
Cuncta gerens, uocemq;, & corpus, & arma Metisci:
Nigra uelut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat, & * pinnis alta atria lustrat hirundo
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas.
Et nunc porticibus uacuis, nunc humida circum
Stagna sonat, similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoq; uolans obit omnia † curru.

Tollitur in.] Ennius in 17. „Tollitur in cœlum clamor exortus utrinq;. Ipse neque.] Generosi animi specimen, aut etiam pij, qui non uulgus mouens ad cædem: sed belli authorem quærit, cuius unius sanguine cupiat finem pugnæ imponere. Solum.] In pugnam singularem, quo alterutrius capite bellum dei confectum. Iuturna.] Ab affectu & cura sororis in fratrem Turnum, ut eum prælio subtrahat. Nigra.] Comparatione pathetica exornat pietatem Iuturnæ.

*al. auersos *al. Methyscum *al. pennis

C

al. cursu.

Iamq; hic germanū, iamq; hic ostēdit ouantem,
Nec conferre manum patitur, uolat auia longè.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
Vestigatq; uirum, & disiecta per agmina magna
Voce uocat, quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum,
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? uario nequicquam fluctuat æstu.
Diuersæq; uocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, (uti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro)
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasq; excussit uertice cristas.
Tum uerò assurgunt iræ, insidijsq; subactus,
Diuersos ubi sensit equos, currumq; referri,
Multa Iouem, & læsi testatur fœderis aras.
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo

Heu quid.] Ab Exclamatione pathetica. Huic.] Messapus obuius, in Aeneam alterum duarum hastarum torsit, & leuiter decussit conum galeæ. Apicem.] Ennius

„—tamen inde uolat secum abstulit hasta
„Insigne.

Summas.] Expositio: conum galeæ inuasit. Iræ.] duci Troiano. Multa.] multum: nomen pro aduerbio. Generosus ac minus ignominiæ nota commouetur. Nullo disc.] qui modò uulgo militum pepercerat, nunc in obuios quosque citra ullum discrimen irā acceptā ferro sæuit. Habenas.] Sumpta metaphora ab equis, qui currum trahentes, habenis uel retinentur, uel laxis effunduntur, soluti ad cursum.

Terribilis, sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumq; omneis effundit habenas.
Quis mihi nūc tot acerba deus, quis carmine cędes
Diuersas, obitúsq; ducum, quos æquore toto
Inq; uicem nūc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tantón' placuit concurrere motu
Iuppiter, æternas gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa † morat
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudum
Transadigit costas & crates pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycū, fratremq; Diorē
Congressus pedes, hūc uenientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanaimq; neci, fortemq; Cethegum
Treis uno congressu, & mœstum mittit Onyten
Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.

† al. morantem

Quis mihi] Iterat attentionem à rerum pōdere, & magnitudine cladis, quæ utrinque à ducibus edita est, ut nō humani, sed diuini ingenij sit eam explicare. Tantón'] Ecphonesis in Iouis inclementiam, qui uoluit duas gentes aliquando coituras in unum corpus, tā horrenda clade prius concurrere, quàm consociarentur. Amycū.] Asiaticū nomen, ab Amyco Bebryciorū rege, à Polluce interēpto. Diorē.] illum forsan, quem adnumerauit in quinto cursoribus. Curru] Subaudita præpositione à. uel pro, curruis per apocopen. Tanaim.] Ab amne Scythiæ, discriminatore Asiæ & Europæ. Echion.] Thebanū, ab Echione Cadmi comite, qui illi in Thebis cōdidis adfuit. A' paritib.

Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris:
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten
Arcada, piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potentum
Munera, conductaq; pater tellure serebat.
Ac ueluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & uirgulta sonantia lauro:
Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitū spumosi amnes, & in equora currunt,
Quisq; suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusq; ruunt per prælia. nunc nunc
Fluctuat ira intus, rumpuntur nescia uinci
Pectora, nunc totis in uulnera uiribus itur.
Murranum hic, atauos & auorū antiqua sonātem
Nomina, per regesq; actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo atq; ingenti turbine saxi
Excutit, effunditq; solo: hunc lora & iuga subter
Prouoluêre rotæ, crebro super ungula pulsu
Incita, nec, domini memorū proculcat equorum.

Hic fratres.] Etsi de sortibus & oraculis, quæ per sortes uarijs rationibus fieri solebant, in quarto ànobis dictum sit: hoc loco tamen leui brachio illud iterum perstringendum est. in Lycia, Myra ciuitatem fuisse, ubi Apollinis templum, cum uetusto oraculo, uti Pataris, uisebatur. Vnde Poëta in quarto, Lycias sortes dixit, Apollineas:

Italiam Lyciæ iussêre capessere sortes.

Et nunc fratres è Lycia profectos, ex Apollinis agris uenisse dicit, propter Myra & Patara, eius regiones urbes, Apollinis sortibus celebres tum toto Orbe. Plin. lib. 32. cap. 2. Nam in Lyciæ Myris, fonte Apollinis, quem dinum appellant, ter fistula euocati ueniunt ad augurium. Eius quoq; meminit Aelianus, & Epicharmus. Martialis: Campis diues Apollo sic Myrinus.

Homer. Iliad. 4.

εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ
ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην
οἴκαδε νοστήσας ἱερῆς εἰς ἄστυ ζελείης. Id est,

Voue Apollini Lycio, te mactaturum illi eximiam Hecatomben ex bidentibus ubi domum in urbem Zeleam redieris. Quo loco interpres exponens uocem λυκηγενέϊ:

qui colitur, qui quòd in Lycia natus est, inquit. Etenim Latona cùm Iunonis zelotypiam, uterum gestans fugeret, aiūt eā abijsse in Lyciam, & ibi latitasse, peperisséq; Apollinem. Menœtem.] Personæ descriptio, è patria, studio, fortuna sua, & parentum. Lernæ.] Lerna fuit Strabonis lib. 8. lacus, agro Arginorum Mycenæorumq; communis, in quē cùm undiq; sordes & purgamenta quarumlibet rerū congererētur, uulgò in parœmiam abijt, Lerna malorum. Alij Lernam in Argolica fuisse aiunt locum, in quem cùm sordes omne genus conijcerentur, nebulas noxias & pestilentes solitas inde exoriri, quibus inficiebatur aër. Ac ueluti.] Duabus comparationibus eadem utrinq; editam uelut ob oculos ponit. Aut ubi.] Hom. Iliad. 4. illustrans luctum gemitumq; cadentium, & uictorum exultationem.

ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ
κρουνῶν ἐκ μεγάλων, κοίλης ἔντοσθε χαράδρης.

Murranum.] Ab insolenti iactatione imaginum maiorum suorum. cùm in prælio nihil ostentationes habeant ponderis, sed uiuida præsens uirtus in dextra & pectore.

Ille ruenti, * Hiloq; animis immane frementi
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graiûm fortissime † Creteu
Eripuit Turno, nec Dij texêre Cupentum
Aenea ueniente sui: dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes uiderunt Aeole campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo.

* al. Hiloq; animisq;

† al. Rhœteu

Creteu.] Etiā fortissimi quique in bello cadunt, quos sua uirtus, & armorum fiducia sæpenumerò fallit. Variata orationis figura auersione, uenustaté habet & gratiā: cùm uicissim idem te-

nor odium & molestiam adferat. Cupencum.] Adeò ne religioni quidem in ea rabie plusquàm beluina, ne dicam, tartarea, parcitur, ut ne numen ipsum quidē tutū esset à belli furijs, si præsens adesset

Occidis, Argiuæ quem non potuêre phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles,
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeò conuersæ acies, omnesque Latini,
Omnes Dardanidæ, Mnestheus, acerque Serestus,
Et Messapus equûm domitor, & fortis Asylas,
Tuscorumque phalanx, Euandrique Arcadis alæ,
Pro se quisque uiri, summa nituntur opum ui.
Nec mora, nec requies: uasto certamine tendunt.
Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbique aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
Ille, ut uestigans diuersa per agmina Turnum
Huc atque huc acies circumtulit: aspicit urbem
Immunem tanti belli, atque impune quietam.
Continuò pugnæ accendit maioris imago.
Mnesthea, Sergestumque uocat, fortemque Serestum,
Ductores: Tumulumque capit, quò cætera Teucrûm
Concurrit legio, nec scuta, aut spicula densi
Deponunt. celso medius stans aggere fatur:
Ne qua meis dictis esto mora: Iuppiter hac stat,
Neu quis ob inceptum subitũ mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frænum accipere, & †dicto parêre fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet exspectem libeat dum prælia Turno
Nostra pati: rursusque uelit concurrere uictus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, fœdusque reposcite flammis.

A adesset humanis oculis conspicuum.

Occidis.] A' nimo ri exaggerato: sine, quòd hic fatale esset eũ mori. Domus al.] A' patria, ubi uitam acceperit: rursum ubi amiserit. Lyrnesi] Pamphyliæ oppidum est, & insula extra Hellespontum. Aduersa Sigæo litori adiacet Tenedus, Leucophrys dicta: & Phœnice, & Lyrnesus. Bello Troiano Achilles in Thebanos copias duxit: qui urbe capta Eetionem, patrem Andromaches, cum omnibus liberis eius interfecit. Inde urbe euersa, Lyrnesum adortus fuit:

B

†al. uicti

quam depopulatus, diripuit, & spoliis prædam inde abduxit. Ex qua communi Græcorum suffragio illi Briseis puella data fuit.

Summa nituntur.] Ex Ennio hemistichium, huc accommodatum:

Romani scalis summa nituntur opum ui.

Idem alibi:

Aedificant nomen, & summa nituntur opum ui.

Ne qua meis d.] Ennius:

Non semper uestra euertet: nunc Iuppiter hac stat.

Scilicet ex.] Ab inique.

Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusque apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primosque trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnaque incusat uoce Latinum.
Testaturque deos iterum se in prælia cogi.
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues.
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumque trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro,
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis, nunc murmure cæco
Intus saxa sonant, uacuas it fumus ad auras.

Dant cuneum] Colligunt se certatim in cuneos ad inuadendos muros. Principiũ ad catastrophen: hoc est, ad tragicæ rei funestissimum exitũ, ut Amata, capta urbe, suspendio pereat: & Turnus extrema necessitate compulsus, singulari certamine cũ Troiano congrediatur, ac cadat. Scalæ impro.] C Seruat consuetũ nõ solũm ordinẽ in urbis expugnatione, uerũetiã ceu penicillo ea depingit, quæ intra muros in tali trepidatione communiter accidere solent. Aethera telis.] Hyperbole. Aeneas.] Ne non decorũ ubique in Aenea seruetur: hoc est, ut piũ etiã in hostẽ eum inducat, etiam in oppugnatione, fingit eum excusantẽ necessitatem facti: auertitque culpã in Latinũ, quippe qui bis iam fœdus religiosè ictũ uiolarit.

Discordia] quẽadmodũ in tali re fieri solet ut suprà partim Turnũ execrabantur, partim eius factionem sequebantur. Inclusos.] A' cõparatione apta, ducta à natura apum, quæ fumo à pastoribus è cauernis petrarum per expugnationis speciẽ exturbantur. Pumice.] saxo montis: Miosis. Cerea castra.] lepida translatio, ab homine ad apes, per similitudinem,

Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus urbem.
Regina, ut tectis uenientem prospicit hostem,
*Incessi muros, †ignes ad tecta uolare,
Nusquã acies cõtrà Rutulas, nulla agmina Turni,
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore
Se causam clamat, crimenque caputque malorum,

Accidit hæc.] Applicatio. Regina.] Insẽdit calamitatem morte regina. Sed præmittit causarum enumerationem, quibus in re desperata ad laqueũ perpulsa fuit.

*al. Incendi

†al. Ignesque

Estque gradatio à minimis ad summa. Primùm, uidet hostem uenientẽ: plus est, incessi muros: atrocius est, incendiũ in urbẽ torqueri: sed atrocissimũ, nusquã apparere Turnũ,

cuius accessu hostes muris arceantur.

Se causam.] Conscientia mille testes. Post factum, iam accepto malo, incipit sapere regina. Filia prima.] Motus è morte reginæ in urbe sequuti amplificatio. Primùm a filia ad matres, postremò ad Latinum regem luctus publicus demanat. Canitiem.] Pathos ab habitu, & ætate senili. A

Multaque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepêre Latinæ,
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas: tum cætera circum
Turba furit, resonant latè †plangoribus ædes.
Hinc totam infelix uulgatur fama per urbem.
Demittunt mentes: it scissa ueste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, urbisque ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans:
Multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aeneam, generumque adsciuerit ultrò.

†al. clamoribus

Interea.] Dum hæc circa urbem geruntur, Turnus sororis ludibrio in paucis sequendis occupatur: nec tamen fremitus urbe excitatus, eum fallere potuit.

Arrectas.] Aeschrologia, [illegible] proverbialiter usurpatur in eos, qui studiosè auscultant quæ dicuntur, aut quid dicendum sit. Sumptam putant à quibusdam animantibus, qui quoties audiunt aliquid emotius, aures surrigunt. Cerui auribus arrectis acerrimi sunt auditus: rursum demissis auribus illis nihil surdius.

Hei mihi.] Admirantis obstupescentisque uerba Turni, ad clamorem, ad aures eius delatum.

Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus atque minus successu lætus equorum,
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
*Commixtum clamorem, arrectasque impulit aures
Confusæ sonus urbis, & illætabile murmur.
†Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisue ruit tantus diuersa clamor ab urbe?
Sic, ait, adductisque amens subsistit habenis.
Atque huic in faciem soror* est conuersa Metisci
Aurigæ, †currusque, & equos & lora regebat.
Talibus occurrit dictis: hac Turne sequamur
Troiugenas, quà prima uiam uictoria pandit.
Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet,
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris,
Nec numero inferior pugnæ, nec honore recedes.
Turnus ad hæc:
O' soror, & dudum agnoui, cùm prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti.
Et nunc nequicquam fallis dea: sed quis Olympo
Demissam tantos uoluit perferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Nam quid ago? aut quæ iã spõdet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantem
Murrhanum (quo non *fuerat mihi carior alter)
Oppetere ingentem, atque ingenti uulnere uictum.
Occidit infœlix, ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret, Teucri potiuntur corpore, & armis.
Excindine domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnũ fugientẽ hæc terra uidebit?
Vsque adeone mori miserum est? uos ô mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa uoluntas,
Sancta ad uos anima, atque istius inscia culpæ
Descendã, magnorũ haud unquã indignus auorũ.

*al. Commistum
†al. Heu
*al. ut
†al. curruumque,
*al. superat

Vidi oculos.] pro audiui. propinqua translatio, ab oculis ad aures: pro, audiui præsens. aut certe tropum simpliciter accipiamus Ab omine instantis fati. B

Terga dab.] A' turpi. Obiecerat enim Drances, quòd fuga tantum fideret, nec solus cum solo congredi auderet.

Vsque adeóne.] quasi dicat, nõ est miserũ mori. Hæc quæstio eruditè à Cicerone disputatur in Quæstionibus Tusculanis.

Vos ô mihi.] Pathos ab auersione, ad inferorum manes, cùm superos uideat in omnibus suis rebus sibi aduersari. Statuit omnino, in rebus desperatis pugnando mori. C

Sages.] Nuncius, urbem undique oppugnari, ut ea occasione in suum exitium trahatur. Turne.] Verba Sagæ trepidè nunciantis, periclitari urbem cum exaggeratione. Mussat rex.] id est, tacitè fert, & uocem præ animi ægritudine absorbet. Græci μύζειν dicunt, quæ uox est loqui formidantium: & particula μυ, Ne my quidem dixit, [illegible]. Discussæ umb.] Hæc allegoria Turnũ ad nunciantis uerba obstupuisse, ac planè amentem attonitumque

Vix ea fatus erat, medios uolat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
Turne in te suprema salus, miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Deiecturum †arces Italûm, excidioque daturum.
Iamque faces ad tecta uolant: in te ora Latini,
In te oculos referunt: mussat rex ipse Latinus,
Quos generos uocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea, regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.

†al. acies

Soli pro portis Messapus, & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos utrinque phalanges
Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea, tu currum deserto in gramine uersas.
Obstupuit, uaria confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit. æstuat ingens
Imo in corde pudor, †mixtoque insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus.
Vt primum discussæ umbræ, & lux reddita menti est,
Ardenteis oculorum *acies ad mœnia torsit
Turbidus, eque rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad cœlum undabat uortex, turrimque tenebat:
Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipse,
Subdideratque rotas, pontesque †instrauerat altos.
Iam iam fata soror superant, absiste morari.
Quo deus, & quo dura uocat fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Aeneæ, stat quicquid acerbum est,
Morte pati: *neque me indecorem germana uidebis
Amplius. hunc oro sine me furere ante furorem.

Dixit, & è curru saltum dedit ocyus aruis,
Perque hostes, per tela ruit, mœstamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac ueluti montis saxum de uertice præceps
Cum ruit auulsum uento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa uetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus †actu,
Exultatque solo, syluas, armenta, uirosque
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, striduntque hastilibus auræ.
Significatque manu, & magno simul incipit ore:
Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini:
Quæcunque est fortuna, mea est: me uerius unum
Pro uobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spaciumque dedere.
At pater Aeneas audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces:
Præcipitatque moras omneis, opera omnia rumpit,
Lætitia exultans, horrendumque intonat armis:
Quantus †Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iam uero & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Conuertere oculos Itali, quique alta tenebant
Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros.
Armaque deposuere humeris: stupet ipse Latinus,
Ingenteis genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse uiros, & cernere ferro.
Atque illi, ut uacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido, coniectis eminus hastis
Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.
Dat gemitum tellus, tum crebros ensibus ictus
Congeminant: fors & uirtus miscentur in unum.
Ac ueluti ingenti *Syla, summoue Taburno
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.

A sonitumque fuisse: & mox collectis consiliorum rationibus redijsse ad se significat. Nox & caligo, pro tristitia & omni externatione: uicissim lux, pro lætitia, præsenti consilio, & subita securitate. Vndabat.] incendium se effudit: in utroque translatio ducta est ab aqua ad ignem. Turrim.] A descriptione turris, quæ conflagrauit, cuius conspectu eo deiecti oppidani laborantibus ferre auxilium.

Et e curru.] Magnus uerborum impetus, & præcipitantis pedum in re ancipiti, et uehementis Turni. Ac ueluti.] Graui comparatione non solum eius uiolentiamque Turni exornat dilatatæ narrationis gratia, ueruetiam hyperbolicè amplificat, quantum dicendo ualet. Homer Iliad. 13.
" —ὡς ἀπὸ πέτρης
" ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὤσῃ
" ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος * ἔχματα πέτρης
" ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει * δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
" ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ὄφρ' ἂν ἵκηται
" ἰσόπεδον, τότε δ' οὔ τι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ.
Improbus.] Diserte improbus: nam studio reddidit Homericum epitheton, ἀναιδὴς.—
" ἀναιδέος ἄχματα πέτρης: hoc est, ubi retinacula improbi saxi graui pluuia perruperit. de Hecto-

re persequente Græcos ad naues usque. Quantus Athos.] Magnitudinem animi & uires Aeneæ superlationibus amplificat, ne quid sublimitati rei & ponderi desit. Athos Thessaliæ (uel, ut alij, Thraciæ) mons est eminentissimus, cuius uerticis incolæ Solem orientem tribus horis prius conspiciunt, quam illi qui proximis maritimis regionibus accolunt. Athos & Aetna montes, in molestiæ prouerbium abiuere: quod Aetna in Sicilia gigantem sua mole premat, iuxta fabulas, siue quod perpetuo incendio periculum graue & magnum minetur accolis. Et quod Atho ob prodigiosam altitudinem sua umbra molestus sit & grauis, quod in Lemnum usque trecentis inde distantem stadijs immittit. Huius cacumen altius in aerem excurrit, quam unde cadunt imbres. Argumentum colligitur inde, quod de aris, quas in summo uertice sustinet, nunquam

*al. multoque
*al. orbes
†al. instruxerat. al. extruxerat
*al. nec
†al. ictu,
*ἄλλως ἔχματα
†al. Athô,
*ἄλλ. δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
*al. ueluti
*al. sylus.
*al. imperitet &

quam abluatur cinis. sed in eo remanet agger, in quo se mel reli... sui sunt. Est'q; item periculosus nauigantibus, propter longissimum dorsum, ea parte qua adhæret continenti, qua in pelagus excurrit. Cicero in Catone maiore, de quibusdam senibus dixit eos onus Atho aut Aetna grauius sustinere. Athos obumbrat latera Lemnia bouis: parœmia, quoties quis molestus est, qui gloriam cuiuspiam obscurat. quòd is mons trecentis, ut diximus, stadijs distans, in Lemno bouis ex candido marmore facti, simulacrum obumbret. Apol on. 1. Argonaut.

» *ἦρι δ' ἐπ' ἀντολίῃσιν ἄθω ἀνέτελλε κολώνη*
» *θρηικίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι λῆμνον ἐοῦσαν*
» *ὅσσον ἐς ἔνδιον κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,*
» *ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐς ἄχρι μυρίνης.*

Quos uersus, in prouerbio citato, sic uerti:

» *Solis ad exortum uada salsa secantibus alto*
» *Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui*
» *Distans a sacra tanto discrimine Lemno,*
» *Quantum alata die ualeat transmittere nauis:*
» *Hanc tamen aerij contingit uerticis umbra.*
» *Qui longinquam etiam pertingit adusq; Myrinen.*

Eryx.] *Mons in Sicilia est, ab Eryce in eo sepulto nomen sortitus. de eo uide librum quintum.* Apeninus.] *Intersecat Italiam mediam in longum: ortus in Liguria, perpetuis iugis, inquit Plinius, ab alpibus tendens ad Siculum fretum.* Diuerfis.] *A loco & natali.* Dat gemitum.] *Homericum hoc, ...* Fors &.] *fortuna, quæ multum in omni re ualere creditur.* Ac uelut.] *Comparatione mirum in modum ferociam utriusque ducis in congressu auget.* Syla.] *Insylua Lucaniæ.* Taburnu.] *mons Apuliæ, oleæ fertilissimo.*

Illi inter sese.] *Ferocia duorum taurorum inter sese camminorum, hypotyposi ac mira imagine depingit, ut illustrior sit, & oculis magis expositus concursus ducum, & pugnæ atrocitas.* Nemus omne remugit.] *Remota metaphora à bobus ad armos, echo reddens ad taurorum identidem geminatum mugitum.* Haud aliter.] *Applicatio similis pugnæ.*

Illi inter sese multa ui uulnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla armosq; lauant, gemitu nemus omne remugit.
†Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera cõplet.

†al. Non

Iuppiter ipse duas.] *Homerus refert lib. Iliad. 22 cùm Hector circa urbem ab Achille sursum deorsum ageretur, ut Apollinis beneficio saluo uelocius ad cursum moueretur, cùm iam quartum tandem ad torrentes currendo peruenissent, tum Iupiter aureas suas lances librauit, inquit, & duorum fata illis imposuit: quorum unum erat Achillis, alterum uerò Hectoris. Eum locum Poëta noster sciè, ut omnia, huc in extremo rerum punctio ad hos duos duces accommodauit. Verba Homeri sunt:*

» *καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,*
» *ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,*
» *τὴν μὲν ἀχιλλῆος, τὴν δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο.*
» *ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ,*
» *ᾤχετο δ' εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων.*

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
Quẽ damnet labor, & quò uergat pondere letum.
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit: exclamant Troës, trepidiq; Latini,
Arrectæque amborum acies: at perfidus ensis
Frangitur, in medioque ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat fugit ocyor Euro
Vt capulum ignotũ dextramq; aspexit inermem.
Fama est præcipitem cùm prima in prælia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit, postq; arma *dei ad Vulcania uentum est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu
Dissiluit, fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc huc, †inde huc incertos implicat orbes.
Vndiq; enim densa Teucri inclusêre corona:
Atq; hinc uasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.

**al. dei*
†al. inde

Arrectæq;.] *In spẽ metumq; utrinque.* Ocyor Euro.] *Hyperbole.* Fama est.] *Fictiuum commentum Poëtæ.* Suffecit.] *Sat fuit, ac ualuit in cædendis Teucris fugientibus.* Arma.] *Aeneæ à Vulcano fabricata.* Mortalis.] *fragilis ensis manibus humanis factus.* Atq; hinc.] *A necessitate pugnandi.* C

Nec minus Aeneas (quãquam *tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)
Insequitur, trepidiq; pedem pede feruidus urget.
Inclusum ueluti si quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine †pinnæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidijs, & ripa territus alta
Mille fugit, refugitque uias *ac uiuidus Vmber
Hæret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis, morsuque elusus inani est.
Tum uerò exoritur clamor, ripæque lacusque

**al. tardata*
**al. pennæ*
**al. ac*

Pedẽ ped.] *Calculatio uocum, qua indicat Aeneam pedibus suis pedes Turni trepidantis, ob amissum ensem, cursu acriter insequi.* Inclusum.] *A comparatione, tracta à natura ceruí, qui canis improbo latratu cursuq; in uenatu circumagitur: qui calcibus fugientis hærens iam iamque morsu tenere uidetur, cùm agilitate identidem elabatur.* Puniceæ.] *Etenim ferarum latebræ ita funiculis sepiuntur, ut ad eas terri... das pennas appendant. Quare cateruam*

Respondent circa, & cœlum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quenque uocans, notumque efflagitat ensem:
Aeneas mortem contra, præsensque minatur
Exitium, si quisquam adeat, terretque trementes,
Excisurum urbem minitans, & saucius instat.
Quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt
Huc illuc: *neque enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de uita & sanguine certant.

rum conspectu perter refacti funes transi- re nō audent: quamobrem perleui momento capiuntur.
Respondent.] per similitudinē, obcedutum ad clamorē sonū.
Quinque orbes.] Hom. Iliad. 22.
" ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπὶ κρουνοὺς ἀφίκοντο.
Id est,
" Torrentes simulac quartum uenere sub altos.
Nec enim.] Homerus eodem lib.
" ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην
" ἀρνύσθην.
Id est, interprete Erasmo:

— neque enim illis " uictima, siue
Bucula copiaba- " tur.
Quod quidem perinde sonat, ac si diceret: Nō de parua re disceptabatur: cùm Hector & Achilles perinde de uita certabant, ut hic Turnus & Aeneas. Homeri uerba obster Poeta aptissimè huc accommodauit. Sed Turni.] Homerus:
ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Id est, "
Verùm de uita currebant Hectoris. "
Quoniam autem Turnus hic personam Hectoris, Aeneas uerò Achillis sustinet, uenusta imitatione quoque dixit: Turni de vita & sanguine certant.

*al. neque

Forte sacer *Fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim uenerabile lignum,
Seruati ex undis, ubi figere dona solebant
Laurenti diuo, & *uotas suspendere uestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneæ stabat, huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta radice tenebat.
Incubuit, uoluitque manu conuellere ferrum
Dardanides, teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tum uerò amens formidine Turnus:
Faune precor miserere, inquit, tuque optima ferrum
Terra tene, colui uestros si semper honores,
Quos contra Aeneadæ bello fecêre profanos.
Dixit, opemque dei non cassa in uota uocauit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus
Viribus haud ullis ualuit discludere morsus
Roboris Aeneas: dum nititur acer & instat,
Rursus in aurigæ faciem conuersa Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphæ indignata licere,
Accessit, telumque alta ab radice reuellit.
Olli sublimes armis, animisque refecti,
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
*Insistunt contra certamina Martis anheli.

*al. Fauni
*al. uotas

Forte sa.] Describit oleastrum ob usum & religionem. Sacer est Fauno. hic quondam locus fuerat in agro Laurentium cum oraculo, qui Fauno dedicatus erat: ex quo relictus oleaster, à Troianis per errorem excisus conciderat.
Amaris. Oleaster non sentit cariē & non uetustatem, ut neque cedrus. Olympiæ Græci uictores sacrorum certaminum oleastro coronabant. De hac arbore multa Plin. lib. 16. cap. 40. Seruati.] qui fracta naui incolumes in littus eiecti fuerant. Tuque.]

Pathos ob auersione, à re inanimata. Dea Daunia.] Periphrasis Iuturnæ. Illud obiter hic obseruandū esse, et annotandū duxi, Poëtam hoc loco dissimulanter respicere archetypum suum Homerum. Quemadmodum enim ie in extrema monomachia Hectori coniungit Apollinem σύμμαχον, & Achilli Mineruam ita Maro Turno præsentem sororem, & Aeneæ Venerem matrem affingit. Olli sublimes.] Prolepsis, & antithesis in uoce Olli.

*al. Adsistunt

Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem:
Quæ iam finis erit coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire fateris
Deberi cœlo, fatisque ad sydera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?
†Mortalin' decuit uiolari uulnere diuum?
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna ualeret?)
Ereptum reddi Turno? & uim crescere uictis?
Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris.
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent:
Ventum ad supremum est. terris agitare uel undis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere hymenæos:
Vlterius tentare ueto. sic Iuppiter orsus.
Sic dea *submisso contra Saturnia uultu:
Ista quidem, (quia nota mihi tua †magna uoluntas

*al. Mortalē
*al. summisso
†al. magna. al. magne

Iunonem.] Trāsitio ad consultationem deorum, de fatis duorum principum.
Omnipotētis.] Videat lector nō omnino supinus, num omnipotentis sit legendum. De nube.] o- cti de nube. nam acti præsidet, ut Iupiter cœlo, Neptunus mari, Pluto inferis, &c.
Quæ iā finis.] Iudicialis expostulatoria oratio, Iouis cum Iunone. Exordium abruptum, & concitatum: quippe accommodatum indignanti Iunoni, quòd Turnum contra fata tueatur. Indigetem.] ex homine terrestrem deum futurum post mortem. Scis ipsa.] A sua ipsius confessione, ut id quod obiiciat, nequeat inficiari.
Quid struis.] Argumentatio ab impio. Ita enim argumentatur: Scis impium esse, & nefarium, uulnere uiolari diuum: indigetem Aeneam esse, ut confesso

Iuppiter)& Turnum,& terras inuita†reliqui.
Nec tu me aërea solam nunc sede uideres
Digna,indigna pati,sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie,traherémq; inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero(fateor)succurrere fratri
Suasi,& pro uita maiora audere probaui.
Non ut tela tamen,non ut contenderet arcum,
Adiuro Stygij caput implacabile fontis,
Vna superstitio superis quæ reddita diuis,
Et nunc cedo equidem,pugnas*exosa relinquo.
Illud te(nulla fati quod lege tenetur)
Pro Latio obtestor,pro maiestate tuorum,
Cùm iam connubijs pacem fœlicibus(esto)
Component,cùm iam leges & fœdera iungent,
Non uetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas,Teucrosq; uocari,
Aut uocem mutare uiros,aut uertere uestes.
Sit Latium,sint Albani per secula reges.
Sit Romana potens Itala uirtute propago.
Occidit,occideritq;†unà cum nomine Troia.

†abrcelini quo.

*al. exosa

†al. sinat

*confesso est. Ergo Iuturna,suo hortatu impie Turno suppeditat ensem, aduersus Aeneã. Desine iam.] Epilogus à benigna admonitione, ut ab incœpto desistat: & admiscet affectus blãdos, ut ferocem aliquis animum permolliat. Terris agitare.] Coaceruatione malorũ, quibus infestarit Troianos, concitat pathos. Ista quidẽ.] Non ita se expurgat quidem Iuno, ut etiam obiecta cõfiteatur partim: partim in posterum fatis & Iouis uoluntati se obtemperaturam promittat. Fateor.] Confessio, sed addit commodam interpretationem, se Iuturnæ authorem fuisse quidem, ut in pariter defenderet: sed ut fratri tela atque arma præberet solùm, ad se defendendum, non ut ipsa arma aduersus Aeneam susciperet. Adiuro.] Confirmat suam confessionem maximo superorũ diuorum iuramẽto. Obtestor.] Ab obtestatione, quà extenuat, ut id quod petit, Iupiter negare non posset. Indigenas.] Quòd ea regio ad id tempus usque sæpe ab eius cultoribus nomen suum mutasset. A

B

Olli subridens hominum, rerumque repertor:
Et germana Iouis,Saturníque altera proles,
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus?
Verùm age,& incœptum frustra submitte furorẽ.
Do,quod uis,& me uictusque uolensque remitto.
Sermonem Ausonij patrium,moresq; tenebunt.
Vtq; est,nomen erit,*commixti corpore tantum
Subsident Teucri:morem ritusque sacrorum
Adijciam,faciámq; omneis uno ore Latinos.
Hinc gen' Ausonio†mixtũ quod sanguine surget,
Supra homines,supra ire deos pietate uidebis.
Nec gens ulla tuos æquè celebrabit honores.
Annuit his Iuno,& mentem læta retorsit.
Interea excedit cœlo,nubemque relinquit.
His actis,aliud genitor secum ipse uolutat:
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ,
Quas,& Tartaream Nox intempesta Megæram
Vno eòdemque tulit partu,paribusque se uinxit
Serpentum spiris,uentosasque addidit alas.
Hæ Iouis ad solium,sæuíque in limine regis
Apparent,acuuntque metum mortalibus ægris,
Si quãdo letum horrificum,morbosq; deûm rex
Molitur,meritas aut bello territat urbes:
Harum unam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter,inque omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa uolat,celerique ad terram turbine fertur.
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta
Armatam sæui Parthus quam felle ueneni,
Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit,
Stridens,& celereis incognita transilit umbras:
Talis se sata nocte tulit,terrasque petiuit.

*al. commisti. al. commisto

†al. mistum

Olli sub.] Ellipsis. subauditur enim uerbum, uicissim respondit. Et germa.] Iuocandi casus sunt. Estq; beneuolentiæ captatio à generis dignitate. Do,quod.] Cõcedit blãde Iunoni, quod alioqui sua sponte donaturus esset, ut gratiam ineat. Adijciam.] per reges Albanos, Romanosq;. Hinc gen'.] Amplificatio laudũ posterorum Aeneæ & Latinorũ, à pietate cùm in omnes deos, tum in Iunonem: & religione. Dicuntur ge.] A descriptione furiarum dilatatio narrationis. Has autem describit à parentibus, natali, habitu, sede in qua cubant, & earum proprijs operibus, officijs, siue effectibus.

De furijs in sexto & quarto libro fusissimè annotauimus. Nõ secus ac.] Hyperbolica cõparatione amplificat uelocitatẽ furiæ, & quidem decorè, spectans earum naturam & effectus. Parthus.] Quòd ei genti, ut Cretensibus, mos patrius sit, in bello arcubus uti. Sed Parthis, fugiẽdo trans humeros in insequentes fugientibus similes retorquere: peculiare fuit. Cydon.] Creta à parte totum. Est autem Cydon, Cretæ oppidum. Præstantissimi sagittarij Cretenses semper habiti fuêre. Parthus.] Festiuitas est in repetitione, & emphasis. Sata nocte.] Periphrasis furiæ. C

Postquam acies uidet Iliacas atq; agmina Turni,
Alitis in paruæ subitò collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens,serum canit importuna per umbras,
Hanc uersa in faciem Turni se pestis*ad ora
Fertque refertq; sonans,clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor.

*al. ab ora

Alitis in.] Periphrasis bubonis, auis ominosæ. de cuius natura præsagióq; lege in quarto. Clypeumq;.] Omẽ præsentis mortis. Attrectæque.] A signis timoris, ex oblato prodigio. Soror.] Iuturnæ pathos à gestibus. Quid nunc te.] Pathetica querela de rebus fratris desperatis,

Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæsit.
At procul ut Diræ stridorem agnouit, & alas
Infœlix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis:
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucē
Arte morer? talin' possem me opponere mōstro?
Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem
Obscœnæ uolucres, alarum uerbera nosco,
Letalemq; sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis: hæc pro uirginitate reponit?
Quò uitam dedit æternā? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certè, & misero fratri comes ire per umbras
† Immortalis ego? haud quicq; mihi dulce meorū
Te sine frater erit. ô quæ satis ima dehiscat
Terra mihi: manesq; deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.

A *iis, cui iam amplius nihil opis adferre posset.* Hæc pro uir.] *Ab indigno.*
Quò uitam.] *A finali causa coarguit, Iouis beneficium sibi nihil prodesse, cùm fratrem leto subtrahere non detur.*
Immortalis.] *Quidam per interrogationem legunt. quòd quidem perinde esset,*

ac si diceret, quid nunc sum potius, quàm immortalis. Immortalis est, *iuuare mortalem. Mihi non datur iuuare mortalem. Pathos à ui definitionis, quæ obliquè commiserationem mouet.*
Deam.] *Indignum hoc.* Contexit.] *A signo doloris ac mœstitiæ.*

† al. Iā mortalis ego?

Aeneas instat contra, telumq; coruscat
Ingēs arboreū, & sæuo sic pectore fatur: (tractas?
Quæ nūc deinde mora est? aut quid iam Turne re-
Non cursu, sæuis certandum est cominus armis.
Verte omneis te te in facies, & cōtrahe quicquid
Siue animis, siue arte uales: opta ardua * pinnis
Astra sequi, clausumq; caua te condere terra.
Ille caput quassans: Non me tua feruida terrent
Dicta ferox: Dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquū, ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem,
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentemue manu, saxumq; immane mouentē.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus,
Nec spacium euasit totum, nec pertulit ictum.
Ac uelut in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquā auidos extēdere cursus
Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus, non lingua ualet, non corpore notæ
Sufficiunt uires, nec uox, † nec uerba sequuntur:
Sic Turno, quacunq; uiam uirtute petiuit,
Successum dea dira negat: tum pectore sensus
Vertuntur uarij, Rutulos aspectat, & urbem:
Cunctatorq; metu, telumq; instare tremiscit,
Nec quò se eripiat, nec qua ui tendat in hostem.

Aeneas.] *Ad singulare ducum certamen, omissis deorum consilijs, redit: & primùm quidem refert* B *quantis uiribus Aeneas Rutulum oppugnarit, nihil amplificationis prætermittens.*
Opta ardua.] *Ab impossibili.* Dij me.] *Transfert formidinis culpam in deos authores.* Saxum ing.] *Anaphora eiusdem dictionis non solùm spectat ad eius descriptionem ab æuo, uerùm etiam ad amplificandas uires Turni, quas etiam in præsenti discrimine ira acuit.* C *Homerus libro Iliad. 5. ubi refert quanta mole Diomedes Aeneam sit aggressus.*
" — ὁ δὲ χερμάδιον
" λάβε χειρὶ
" Τυδείδης, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο ἄνδρε φέροιεν,
" οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'. ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.

τὼ βάλε τὸν δ' ἔλασε κατ' ἰνίον.
Et alijs aliquot locis, unde hæc à Vergilio, huc adscita sunt.
Bis sex ceruice subirent.] *Grauior amplificatio, quàm illa Homeri: ὃ οὐ δύο ἄνδρε: quod non duo uiri ferrent.* Euasit totum.] *non peruenit ad Aeneam.* Ac uelut in somnis oculos.] *Ad Homericam illam hæc comparatio expressa est, quæ extat lib. Iliad. 22. de Hectore, quem ad urbem subinde refugientem Achilles in uestigio hærens assequi non potuerit:*
ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν·
οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔθ' ὁ διώκειν.
ὣς ὁ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.

* al. pennis
† al. aut

Successum dea.] *furia, ad id à Ioue missa.*

Nec currus usquam uidet, aurigamq; sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. uolat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens. orasq; recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes.

Cunctanti telū.] *Homerus loquens de Achille:*
" ὣς φάτο καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος·
" ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή.

At Græcus prætermisit hic amplificationem strepitus, quem telum ipso uolatu edidit. Illic transuerberatur collū Hectoris, hic femur Turni hasta Vi traijcit

Per medium stridens transit femur, incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusq; remugit
Mons circum, & uocē latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplex'q; oculos, dextrā'q; precantē
Protendens: equidem merui, nec deprecor, inquit.
Vtere sorte tua. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro, (fuit & tibi talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectæ.
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. uicisti, & uictum tendere palmas
Ausonij uidêre. tua est Lauinia coniunx.
Vlterius ne tende odijs. stetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos, dextramq; repressit.
Et iam iamq; magis cunctantem flectere † sermo
Cœperat, infœlix humero cùm apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, uictum quem uulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicū insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monumenta doloris
Exuuiasq; hausit, furijs accensus, & ira
Terribilis: Tune hinc spolijs indute meorum
Eripiêre mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra,
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

† al. mentē

...traijcitur. Incidit ictus] Homerus:

" ἤριπε δ' ἐν κο-
" νίῃσ' ἐδ' ἰκάξατο
" ἀκάνθος.

Totusq;] Hyperbole fremitus à Rutulis cōcitati, ipso ducis casu. Dextramque] Ad istum modum Hector precatur Achillem:

" λίσσομ', ὑπὲρ ψυ-
" χῆς, καὶ γούνων σῶν τε
" τοκήων,
" μή με ἔα παρὰ
" νηυσὶ κύνας καταδά-
" ψαι Ἀχαιῶν.

Obtestatur Achillem Hector, ne corpus suū canibus Græcorum discerpendum obijciat, sed ut accepto auro argentoq; remittat in urbem sepeliendum parentibus. Orat idipsum Turnus, ut corpus suis humandum reddat. Fuit & tibi.] ὁμοιοπάθεια: affectus à similitudine. Senectæ] Pathos ab ætate personæ. Victum.] me tendentem suppliciter dextram. Repressit.] A' decoro personæ non recedit, ut etiam in extrema uictoria moderatū eum à fingat, & in deuictum hostem clementem.

Cunctantem.] Aeneam colligentem rationes rō, ita, ut pietatem in hostem iam superatum declaret.

Balteus] qui hic rursus accendit Aeneæ iram, ut mortui amici memôr de hoste supplicium sumat: ut Achilles ad conspectum armorum suorum, quæ Hector Patroclo detraxerat, sæuire cœpit. Bulla triumphantium apud Romanos gestamen erat, quā in triumpho gestabant. In hac credebatur remediū inclusum præsens aduersus uenena. Hinc pueri bullati, nobilium dicebantur.

B

Pallas immolat.] Repetitio proprij nominis, indignantis est. Vitaq; cum.] Homerus lib. Iliad. 22. de Hectore moriente:

" ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόσδε βεβήκει,
" ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

FINIS LIBRI DVODECIMI
Aeneidos Vergilianæ.

IN D. NA-

IN D. NASCIMBAENI NASCIMBÆNII ANIMADVERSIONES SEU EXPLANATIONES, IN SEX PRIORES LIBROS P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS: VERBOrum ac locorum memorabilium, omniumq; rerum scitu dignissimarum: præceptionum Oratoriæ & Poeticæ artis: nécnon Historicorum, Philosophorum, Grammaticorum, Poetarum & Oratorum, quorum opera & testimonijs vel Nascimbænus in contexendis suis Explanationibus vsus; vel quos ipse Virgilius imitatus est, Locupletissimus, acuratoque studio digestus

INDEX.

A

 excellen-

castra

D

Epanalepsis

F

fama

Globos

quid

I

militaris

N

othus

proletarij

Rufinus

translatio-

Vlysses

FINIS INDICIS IN NASCIMBAENI

Nascimbaenij Commentatios.

IN LAMBERTI HORTENSII COMMENTARIOS RERVM AC VERBORVM, HISTORIARVM ATQVE FABVLARVM, PROuerbiorum, locorum, temporum, personarum, regionum, ciuitatum, populorum, montium, saltuum, fluuiorum, aliarumque rerum memorabilium atque scitu dignissimarum: necnon Scriptorum, Historicorum, Philosophorum, Grammaticorum, Poetarum & Oratorum, quorum opera & testimonijs Lambertus Hortensius vsus est, Locupletissimus, ac diligentissimus

INDEX.

A

ægesta

Yy 4 ætolorum

ambrosia

Antioa

Arctos

axes

D

Eustas

Fulmin

Gruum

Hesiodi

Ischoma.

K

L

Libyes

Menander

Ops

Palma

Phalarica

Platonis

Prouerb.

Sextemem

Thermo-

V

Varronis

FINIS INDICIS IN LAMBERTI
Hortensij Commentarios.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI,

IN

P. VIRGILII AENEIDOS LIBROS, ALLEGORIÆ PLATONICÆ OLIM conscriptæ.

Iamprimùm verò

D. IOAN. PISTORII OPERA ET STVDIO A' SVO INTERITV VINDICATAE, PRISTINOQVE nitori & libertati, in gratiam Platonicorum studios. restitutæ.

Vnà

CVM INDICE LOCORVM AC MATERIARUM, qui allegoricè interpretantur, locupletissimo.

BASILEÆ.

BEATI ARNOLDI AD
Lectorem Epigramma

Lector habes Latiæ mellita volumina linguæ:
  Candida quæ multo scripta lepóre tenent.
Profluit hic sacro sapidum de fonte fluentum:
  Vnde fugat turpem culta Minerua suem.
At quibus hic dabitur mundis bibitare labellis
  Nectare erit dulci dulcior ille liquor.
Haustu quo, sapient duplicis discrimina vitæ:
  Vt valeant animo cernere vera pio.
Addiscéntq; virum nitidó qui carmine vatis
  Cantatur noscent fortis & arma viri.
Fonte hoc palladio facilis te prolue lector:
  Splendidulumq; librum suscipe amica manu.

INDEX LOCVPLETISSIMVS LOCORVM AC MATERIARVM, QVI À LANDINO ALLEGORICE EXPLIcantur, nécnon aliarum rerum scitu dignissimarum

A

Stultitia

FINIS INDICIS.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI, CAMALDVNENSIVM DISPVTATIONVM AD ILLVSTRISS. FEDERICVM VRBINATVM

Principem Liber I. in P. Virgilij Maronis Aeneid. libros Allegoria.

CVM statuissem eum sermonem, illustrissime Federice, litteris mandare, quem Leo BAPTISTA Albertus, non sine summa omnium qui affuerunt admiratione: atque stupore de ijs figmentis habuisset: in quibus P. Virgilius profundissimam illam scientiam occultat, qua summum hominis bonum diuinitus describit, & qua uia ad id proficiscamur, mirificè exprimit. Verebar ne in nonnullorum homiuum expræhensionem inciderem: qui cuncta ex sui ingenij imbecillitate merientes, & Maronem ipsum, nihil præter fabellas, quibus ociosas auditorum aures delectaret, commentum esse credant, & nos pro arbitrio nostro quę dicimus, omnia finxisse existiment. Qui quidem (si quid Poëtæ sint) si quam eorum origo uetusta appareat, secum reputent: si quàm magna, quàm uaria doctrina, plurimi in eo artificio floruerint considerent, cognoscent profectò id, quod grauissimorum philosophorum iudicio comprobatum uidemus, nullum esse scriptorum genus, qui aut magnitudine eloquentiæ, aut diuinitate sapientiæ poëtis pares fuerint. Qua quidem re, Aristotelem uirum excellenti ingenio & doctrina, post Platonem omninò singulari motum crediderim, ut eosdem (priscis temporibus) Theologos poëtasque fuisse affirmet. Et profectò si poësis ipsa quid sit diligentiùs intueamur: facilè erit nosse, non esse ullam unam ex ijs artibus, quas nostri maiores (quoniam reliquis excellentiores sunt) liberales appellarunt, in quarum una alteraue si qui floruerunt in maximo sunt semper precio habiti, sed est res quædam diuinior, quę uniuersas illas complectens, certis quibusdam numeris astricta, certis quibusdam pedibus progrediens, Varijsque luminibus ac floribus distincta, quæcunque homines egerint, quæcunque norint, quæcunque contemplari fuerint, ea miris figmentis exornet. Atque in alias quasdam species traducat: ut cùm aliud quippiam multò inferius, multoq; humiliùs narrare uideantur, aut cùm meras fabellas ad cessantium aures oblectandas ludere credantur, tum maximè excelsa quædam, & in ipso diuinitatis fonte recondita promant. Quo quidem gratissimo errore, tandem animaduerso, auditor non solùm in summam rerum cognitionem deueniat, sed mira etiam uoluptate ex figmento perfundatur. Quam quidem rem, diuinam potiùs quàm humanam esse, cui potiùs quàm Platoni crediderim. Ille enim in Ione dicit poësim non arte humana tradi, sed diuino furore nostras mentes irrepere. In eo autem qui Phædrus inscribitur, cùm tria alia diuini furoris genera explicasset, quartum furorem quem poëticum esse uult, huiuscemodi (ni fallor) sententia exprimit. Refert enim, dum in cœlestibus sedibus uersarētur animi nostri, & eius harmoniæ quæ in æterna Dei mente consistit, & eius quæ cœlorum motibus conficitur, illos participes fuisse. Verùm cùm deinde mortalium rerum cupiditate degrauati, proptereaque ad inferiora iam deuoluti corporibus inclusi sint tunc terrenis artubus, ac moribundis membris impeditos, uix eos concentus qui humano artificio comparantur, auribus percipere posse, qui & si à cœlesti harmonia longè absint. Nihilominus (quoniam ueluti simulacra quædam ac imagines illius sunt) nos in tacitam quandam cœlestium recordationem inducūt, ac ardentissima cupiditate, ad antiquam patriam reuolandi inflammant, ut ueram ipsam musicam, cuius hæc adumbrata imago sit pernoscamus. Interim uerò quoad per molestissimum corporis carcerem, nobis licet hac nostra illam imitari contendimus, non uocum modulationibus: ueluti uulgares quidam, & leuiores musici consueuerunt, quos aurium sensus demulcere posse non negauerim, quicquam autem præterea præstare posse non concedo: sed grauiori quodam iudicio diuinam harmoniam imitari, profundos intimosq; mentis sensus, eleganti carmine exprimunt, atq; diuino furore concitari, res sæpe adeò mirabiles, adeoq; supra humanas uires constitutas, grandi spiritu proferunt, ut cùm paulò pòst furor ille iam resederit, seipsos admirentur atq; obstupescant. Quapropter non solùm auribus adulan-

tur, sed suaui Nectare, & diuina Ambrosia, mentes demulcent. Hi igitur diuini uates sunt, & sacri musarũ sacerdotes: hi iure optimo sancti ab Ennio appellantur. His solùm diuinitus concessum est, ut carmine modò iocundè suauiterq; labenti, modò grauiter alteq; surgenti, modò uehementi impetu ruenti, modò insedati amnis morem fluenti, nonnunquam copiosè exundanti, nonnunquam breuiter atq; compressè progredienti quocunque uelint auditorem rapiant. Quamobrem quoniam diuinior uehementiorque in illis spiritus insurgit, ab huiusmodi uehementia uates appellantur. Græci autem ipsos poëtas dixerunt: eò quòd apud illos ποιεῖν facere significat. At dices fortasse, nónne & reliqui scriptores suorum librorum poëtæ: id est, effectores, iure dici possunt? possunt illi quidem. Verùm quoniam hi soli, & dicendo simul & intelligendo reliquos omnes longè superant nomen id quod omnibus scriptoribus commune esse oportuit, ueluti suũ ac proprium sibi uendicauerũt. Et profectò quicunq; uates hoc nomine digni fuerunt, ij supra humanam oim aliquid posse uisi sunt. Cuius rei testimonio esse possunt prisci illi uiri, quos poëtas fuisse constat. Nam apud Hebręos Moses, uir bello inuictus, qui & Aegyptios ab Aethiopibus, & ab Aegyptijs Hebręos liberauit. Nónne eius uersibus (uersibus enim uolumen conscripsit) omnem diuinitatem complexus est? uir adeò priscus, ut cum octoginta iam natus annos, Iudęos è seruitute educeret, Cecrops Athenis regnaret. Nam quæ ea sint, quæ Idumeus Iob suis carminibus mandauit, neminem ex his Christianis qui paulò doctiores habentur, latere puto. At hic ut ex libro suo coniectari licet, tertia ætate post Israël natus est, nec nunc prosequar: quanta qualiaúe sint, quæ carminibus Dauid regis, quæ eius filij Salomonis, quæ Deuteronomij, quæ Isaiæ cantico continentur. Egregium omnino inuentum, & continuata deinceps serie, semper retentum, ut nõ modò poëtæ, uerùm cæteri quoq; scriptores, quicunq; rem aliquam maiorem litteris mandarent, eam uarijs figmentis, uarijs figurarum integumentis obscurarent. Putabant enim fore, si negocium difficilius redderent, ut & quæ scripsissent, maiorem essent dignitatem auctoritatemq; habitura, & qui percepissent (quoniam non sine labore atq; industria id assequerentur) ea pluris esse facturos, maioremq; inde uoluptatem percepturos si quæ ipsi tenerent, minimè sibi cum indoctis cõmunia essent. Hac igitur ratione à sanctis sacrisq; rebus, profanos arcebant. Non inuidia moti: sed ut aliquod inter solertem atq; inertem discrimen appareret: cùm non idem ociosus, quod studiosus assequeretur. Sic enim & præmia, quæ doctis debentur, solis illis proponebantur, & cæteri, ut ijsdem artibus quando reliquis non proficerent niterentur summopere accedebantur. Difficultate enim & inopia rei, mortaliũ ingenia acuunt, uincitq; omnia labor. Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Quam quidem scribendi rationem, Græci quoque secuti sunt, quorum & Orpheum Thracem, & Atheniensem Museum, & Thebanum Linum, antiquissimos fuisse accepimus. Verùm Lini Museiq; uix uestigia extant. Orphei autem poëmata, in quibus multa de ui diuina: nec pauca de rerum natura continentur, ad eam quam diximus formam conscripta esse, facilè est cognoscere: de reliquis uerò qui deinceps floruerunt, nihil dicam. Fabularũm enim figmenta, quibus aut deorum, aut rerum naturam, aut ea quæ ad uitam & mores pertinent, obscurius quidem, sed maxima cum dignitate exprimunt, rem manifestam reddunt. Quapropter cui mirum uideatur si omnis ætas, omnes nationes, omnes qui aliqua usquam doctrina excelluerint, poëtas semper maximi fecerint. Nam ut reliquos ad præsens omittam, quàm multos, quàm maximos in Philosophia locos Aristoteles tantus uir poëtarum testimonio corroborat. Quibus quidem, nisi tantum tribuisset, nunquam neq; de poëtis duos, neq; de arte Poëtica tres libros accuratissimè conscripsisset. Quanti autem hoc hominũ genus Plato faciat, ipse in libro de Republica facilè ostendit, quoniam nihil uehementius mentis intima penetrare quàm poësim affirmet. At dicet aliquis: nónne in libro de Legibus idem Plato, poesim reijciendam censet? nusquam ille hoc: sed eam reijciendam admonet, quæ more tragico perturbatos animos imitatur. Quæ uerò laudes canit deorum, patria instituta describit, mores edocet, probos uiros extollit, improbos deprimit, accipiendam iubet. Deniq; nonnullis in locis, aliquod poëtarum genus, uituperari ab hoc philosopho inuenias. Poësim autem ipsam quando non ut diuinam extollit, quas quidem res cùm diligentius secum reputauerint, qui consilium nostrum damnant, sententiam illos suam immutaturos existimo. Qui tamen si nos carpere uoluerint, potiùs temeritatis arguant (quoniam ea quæ supra nostras uires aggressi fuerimus) quam aliquid quod Maro non uiderit, nos uidisse putent. Ego autem quamuis non tantũ mihi arrogem, ut huius Poëtæ diuinitatem satis pro dignitate explicare possim. Non tamen inutile futurum putaui, si nostra industria, quantulacunq; ea sit, doctiores uiros ad maiora de Aeneide demonstranda excitarem. Qui cùm nos non omnia potuisse intelligent, aut indignatione non omnino iniusta aduersus nos incitati, aut benefica eorũ natura

Omnes scriptores poetæ dici possunt.

tura erga huiuscemodi doctrinę cupidos excitati, & errata nostra corrigant, & si qua dasint addant. Qua quidem in te, non modò emādari me æquo animo feram: sed ultrò iam nunc omnes qui hoc possunt (ut id faciant) uehementer oro. Nam cùm maximè proprium hominis putem, & quod ipse uiderit libenter alijs ostendere: & quod nesciat studiosè addiscere. Cùm in hoc sibi ipsi, in Illo reliquis profuturus sit; ego sic uitam institui, ut & quicquid in me est liberalissimè effundam, & à nullo mortalium, quæ mihi desint, sumere dedigner. Ad quem autem nostra hæc potius (qualiacunque sint scribam) quam ad te Illustrissima Federice, qui & Maronis præter cęteros studiosissimus sempar fuaris Et cùm reliqui Italiæ principes, in eo omnem industriam ponant, ut quàm maximos sibi thesauros comparent, auriq; atq; argenti aceruus magis magisq; indies crescat, tu maximam tuarum opum partem, in musarum & eorum qui musas colunt ornamenta liberalissimè effundas: ut iam quemadmodum Homericus ille Agamemnon confidebat si decem alij sibi Nestores adassent, fore ut breui Troiam capturus esset. Sic nos pro comperto habemus, si Itali populi non dicam decem (ut illa) sed duos præterea Federicos haberent, breui futurum, ut uniuersa Italia alteræ Athenæ futura sit: sed de cæteris alio loco. Non enim in hunc sermonem hoc tempore uanimus, ur quenquam carpamus, sed ut te sic de literatis hominibus meritum, quàm maximis possumus laudibus prosequamur. Qui quamuis solus ex omnibus qui in imperio constituti sunt, has partas tuearis: tamē ita latè paret tua in omnea literatos liberalitas, ur non pauciores ex ea, & Poëtæ, & Oratoras, & omnium rerum scriptores, prouenturi sint quàm ij fuerint, quos olim Nieolaus ille Quintus Pontifax Maximus, quem omnes uidimus, suis pulcherrimis muneribus, ac maximis præmijs prouocauit. Qui quidam tuo baneficio ad studia excitati, & sibi gloriam sua doctrina, suaq; eloquentia uendicabunt, & ta talam Musarum patronum, etiam tunc cum multorum principum, qui & nunc uiuunt, & olim tagnabunt, fama sepulta iacebit, in æterna samperq; recenti memoria uiuum retinebunt. Varùm hæc quoniam omni luca clariora sunt, longiùa prosaquenda non censao. Pręserrim cùm ipsa iam ras postulet, ut diuinum doctissimi uiri Baptistæ sarmonam, ago quantum memoria repetere potato, suo ordine referam. Ille enim cùm benè manè, ad consuatum locum uenissamus, & mita audiendi cupiditare inflammari, ab eius ore summo cum silentio penderemus, huiuscemodi principio, disputationem exorsus est. Cùm eius poëtæ mentem tibi Laurenti, aperiri cupias, qui uel ex omnibus regionibus, quarum habitatores historia cognoscantur, uel ex omnibus sæculis, quæ ad nostram usq; memoriam, scriptorum baneficio peruenerint, si non primus: primò taman par æqualisq; existat, non possum meo orationia ingressu, tantæ rei magnitudine non penitùs parturbari. Nemo modò mediocri sit doctrina imbutus, hunc uirum ui ac copia dicendi, ipsam (ut ita loquar) eloquentiam superare unquam dubitauit. Nam cùm tres in dictione, siue figuræ sint, siuè charactères, in quorum uno si quis axcelluerit, maximam sit gloriam adeptus: quis non uidet, non solùm in singulis suis uoluminibus singulos adimplasse. Verùm paucis sæpe uersibus ita omnes confudissa, ac permiscuisse, ut miro quodam temperamento, ueluti si diuersæ uoces concentum suauissimum conficiant, incredibilem auribus uoluptatam pariat? Ex quatuor autem dicendi generibus: ita opus contexit, ut neq; ocio copia, neq; negotio brauitas desit. Videbis quædam sua siccitate atq; ariditata placere: quædam uerò ueluti flosculis illustrata atq; distincta delactare. Sunt deniq; cuncta eo artificio constructa, ut unde omnia, ad omne elocutionis genus exempla potius quàm hinc sumas, scriptum nullum inuenias. Adde ad hæc, cognitionem historiarum. Adda quàm diligētissimus antiquitatis (& non modò nostrarum rerum, sad & Græcarum, & omnium nationum) inuestigator extiterit, quàm priscorum uerborū obseruantissimus fuerit, quàm eleganter quædam noua ex se formauerit, quàm proprià omnium uim tenuerit. Prætereo ius Ciuile, omitto ius Pontificium: Nihil dico de iure Augurum, quæ omnia ita tenuit, ut non ab alijs accepisse, sad ipsa constituissa uidaarur. Hæc igitur & aorum similia si à me tibi explicanda peteres, ac ut singulos in eo Poëta locos, diligentiùs aperirē contenderes, & operosum simul & difficile mihi negocium imponeres. Quis enim illa pulcherrima excellentissimaq;, ac summo artificio recondita non iudicat? sad sunt tamē à multis ijsdamq; doctis uiris patefacta. Quòd autem peris, id & multò diuinius est, & magis in obscuro latat, & à nullo (quod ego quidem sciam) hactanus sua feria patefactū quòd neq; Grammaticua, neq; Rhetor nouerit, sed si ex intimis Philosophiæ arcanis eruendum. Vis enim nosse quid par sua illa ænigmata da Aaneæ erroribus, deq; eius hominis in Italiam profectiona, sibi Maro uoluarit. Quanquam sunt nonnulli, qui cum ea (quæ paulò antè dicabam) pro maximis admitentur, atque in ipsis summam absolutamq; poëtæ laudem contineri putent, nihil maiua in eo Vate suspicentur. Quos tamen si roges, quid sibi in ea re Virgilius perficere uoluerit, Homerum imitandum sibi proposuisse affirmabunt: Addentq; neq; ingenium, neq; doctrinam, quò minus Id præstare

posset, sibi defuisse, quod nobis cùm dederint, succumbant penitùs necesse est. Habemus enim (ut Grammaticorum infinitam penè turbam omittam) multos eosdemq; grauissimos philosophos, qui Homerum omnem Aegyptiorum doctrinam hausisse, eamque, more illorum uarijs figmentis adumbrasse contendant. Qua in sententia, nisi Aristoteles fuisset, nunquam Homericarum ambiguitatum libros sex scripsisset. Nam quid Basilius (& doctrinæ magnitudine, & morum sanctitate, magnus cognominatus) de homine sentiat, facilè est iudicare, qui totam Homeri poësim laudem uirtutis continere dixit: secutus, ut puto, Anaxagoram Clazomenium, qui quidem idem de hoc Poëta affirmauit. Archesilaus uerò mediæ academiæ inuentor, tantum Homero tribuit, ut nunquã se in lectum receperit, quin prius aliquid ex eo legerit: sed & in lucem, se ad Amasium ire dicebat, quò sibi eius legendi maior copia daretur. Verùm quid reliquos nunc colligam, cùm unius Platonis testimonio, nihil sit quod probari nõ possit. Is igitur in eo uolumine, quod de summo bono scripsit, omnes artes, siue diuinæ, siue humanæ illæ sint, in unum Homeri poëma, ueluti in proprium receptaculum confluxisse affirmat. Quamobrem animaduertens Maro, doctrinam huius hominis, ex Aegyptiorum sacerdotum fontibus haustam simillimam cum Platonicis, quorũ studiosissimus fuit, rationem habere, eam usque adeò admiratus est, ut idem in suo Aenea efficere uoluerit, quod ille antea in Vlysse finxerat. Quapropter pulcherrimis poëticisque figmentis, eum nobis uirum informauit, qui plurimis ac maximis uitijs paulatim expiatus, ac deinceps miris uirtutibus illustratus, id quod summum homini bonum est: quodq;, nisi sapiens, nullus assequi potest, tamen assequeretur. Verùm cùm illud in rerum diuinarum speculatione consistere à Platone didicisset, simul & illud didicit, eò antea minimè perueniri posse, quàm animi nostri uirtutibus illis, quæ de uita & moribus sunt expiati, penitùs addantur. Cùm Socrates ipse purum impuro attingere fas esse neget. Quapropter non solùm fines bonorum nobis mirificè expressit. Verumetiam, qua uia, quáue ratione, eò euadere tandem homini liceat demonstrauit. Ne qua pars eius Philosophiæ, quam Græci Ethicen, nos de uita & moribus nominamus, prætermitteretur. In ea enim nos nihil aliud quærimus, nisi primùm bonorum malorumq; fines: deinde officia: quibus ueluti uia quadam ad eos deducamur. Laboriosum omnino negocium, atque omni difficultate plenum, diuinum tamen, quo uno fœlix simul atque sapiens homo efficiatur, Deoq; iungatur. Soli enim sapienti fas est usque adeò Deo coniungi, ut nihil quod separet, intercedere possit. Deus enim ueritas est. Quis autem nesciat, qui uerum mente non pertingat, eum sapientem esse minimè posse. Nos autem cùm quatuor sint, quæ in scriptoris mente aperienda inuestigemus, in rem nostram futurum puto, ut certos iam terminos circumscribamus, quos in poëta interpretando egredi non liceat. Est igitur, cùm id quod sit gestum quærimus, quam historiam appellant, ut cùm legimus apud Maronem:

Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant.——

Quærimus itidem non quid gestum sit, sed qua ratione gestum sit, ut est illud:

——at tu dictis Albane maneres.

Nam eo loco demonstrat, propterea discerptum à quadrigis esse Albanorum regem, quoniam ille in fide non mansisset: hanc Græci Ethymologiam dicunt. Quærimus & tertio in loco, an ea quæ dicantur pugnantia inter se sint? Alibi enim dicit Christus: Patrem se maiorem esse. Alibi, ego & Pater idem sumus. Quapropter cùm ita interpretamur hæc ut minimè inter se dissidere ostendamus, Analogiam sequimur. Interpretamur postremò aliquid per allegoriam, quod tunc fit, cùm non quæ uerba significant intelligimus: sed quiddam aliud sub figura obscuratum. Scribunt poëtæ: Amphyonis lyra motos esse lapides, ut sua sponte in Thebanorum mœnium structuram coirent, per quod figmentum, quid aliud intelligimus, nisi sapientissimi uiri eloquentia effectum esse, ut Boëtij populi, qui hactenus ad omnem rationem, ueluti lapides stupidi, & aduersus omnem humanitatem durissimi existerent, è syluis ac lustris, in ciuitatem uenirẽt, ac postremò legibus, quæ ad communem usum latæ essent, ultrò sese subijcerent. Nos igitur reliqua tria genera hoc tempore omittemus, atque in ipsa sola allegoria uersabimur, ut quid per Troiam, quid per Aeneam, quid per Italiam, reliquaq; huiusmodi sibi uelit, uideamus. Troiæ igitur oritur Aeneas, per quam urbem rectè, ut puto, primam hominis ætatem intelligimus, in qua cùm ratio adhuc omnis consopita sit, solus sensus regnat. Atq; ipsi mortales, quia ea ætate sapientiam ne suspicantur quidem, ea sola sibi proponunt, quæ philosophi prima naturæ appellant. Nam cùm omne animal sibi à natura commẽdatum sit, in primis seipsum diligit, deinde omnes corporis partes ita integras, ualidasq; habere cupit, ut usui simul & pulchritudini sibi sint. Maximè autem uoluptatibus demulcetur, & quamuis animum se simul corpusq; esse intelligat. Atq; utrumq;

salaum

saluum esse cupiat, tamen in ijs quæ in animo expetenda sunt, quoniam nondum planè illa cognoscit, minus laborat. Ea autem quæ corpori corporeisque uoluptatibus conducunt, anxiè expetit. Sunt enim sibi ab ipso ortu iam notissima. Quapropter cùm in hac ætate naturæ, ui potius trahamur, quàm nostratum actionum domini esse ualeamus, uel minimum, uel omnino nullum uirtuti uitioque locum relinquimus. Cum quæ agimus, ea nec uoluntaria sint, nec cum delectu aliquo fiant. Itaque in puero uirtutem esse nemo dicet. Verùm ubi iam progressu ætatis, rationis lumine aliquo illustrari incipit mens nostra, tum demum tantum in nobis consilij apparet: ut à prauis recta discernere ualeamus. Est enim iam ad illud Pythagoricæ literæ biuium peruentum, & iam uitæ nescius error (ut est apud Persium)

Deduxit trepidas ramosa in compita mentes.

Vnde cùm discesserimus, necesse est, ut uel rectà pergamus, uel in sinistra deflectamus. Nam quæ deinceps agimus, quoniam certa quadam ratione agimus, si recta fuerint uirtuti, si contrà uitio adscribunt. Troiæ igitur & Aeneas simul & Paris aluntur. Verùm alter quoniam Venerem Palladi, id est, uirtuti, uoluptatē anteponit, necesse est ut unà cùm Troia pereat. Alter autem duce matre Venere se ab omni incendio explicat. Quod quid aliud intelligamus, nisi eos qui magno amore inflammati, ad ueri cognitionem impelluntur, omnia facilè consequi posse. Quapropter Venerem, diuinum amorem rectè interpretabimur. Sed tu Laurenti nescio quid iam diu uelle dicere uideris. Cupio quidem inquit LAVRENTIVS, ni uerear, perpetuum tuæ disputationis filum interrumpere. Imò potius isto modo inquit BAPTISTA. Nam cùm uniuersus hic sermo, non ad ostentandum ingenium, neque ad gloriam comparandam, à nobis institutus sit: Sed ut honestissimæ uoluntati tuæ obtemperem. Et si quid in me doctrinæ est, id libenter effundam, interroga, interpella, obijce, confuta pro arbitrio tuo. Hac enim uia, id quod quærimus uerum, dilucidius apparebit. Vtar quod mihi permittis, arbitrio inquit LAVRENTIVS. Verùm id non tui confutandi, sed mei erudiendi causa. Miror igitur cur tu Venerem amorem interpreteris, eum præsertim amorem, qui non modò castus, uerum etiam diuinus sit. Ego enim Venerem non solùm apud poetas, sed etiam apud reliquos scriptores, ita sumptam uideo. Vt per eam non nisi maris fœminæq; coniunctionem significare uelint. hinc illud Terentianum:

Sine Cerere & Baccho Venerem frigescere.

Et ipse in Bucolicis:

Parta meæ Veneri sunt munera.——

Quapropter si Venerem pro huiuscemodi coniunctione ponas, quæ hactenus dixisti, ea omnia inter se pugnare uidebuntur. Sed est & aliud, quòd nisi tu mihi perspicuum reddas, ego minime explicare ualeam. Qui enim fit ut cùm duo sint uiri, Aeneas atq; Paris. Alter quoniam Palladi Venerem præponat, necesse sit, ut unà cum Troia pereat. Alter uerò, quoniam præcipienti Veneri obtemperet, omne periculum incolumis euadat. Ego enim non uideo, cur si bona sit Venus, Paridi noceat, si mala, prosit Aeneæ? Quæ quidem dum cogito, in eorum potius sententiam labor, qui rem omnem ad eam stellā, quæ hoc nomine appelletur, & ad ipsam historiam referunt. Putant enim (quod te non fugit) qua hora à Troia Italiam uersus proficisceretur Aeneas. Libræ signum (quod domicilium Veneris est) ad nostrum hoc hæmisphærium ascendisse. Ipsam autem Venerem in medio cœlo Ioui fuisse coniunctam. Quibus omnibus portendebatur felicitas illi, regnumque per mulierem peruenturum. Iouem enim regnis præesse, non modò Homerus significat. Qui reges διοτρεφεῖς, id est, à Ioue nutritos scribit, sed & Mathematici idem dicunt. Salutare enim omnino sydus est, quoniam inter Saturni frigus, & Martis ardorem collocatum, optimo temperamēto sit, & propterea cunctis euentibus prosperum. Nam cùm uitam nostram præcipuè Sol & Luna gubernet, idcirco Iupiter omnium nobis saluberrimus est, quia Soli per omnes numeros, Lunæ autem per plurimos coniunctus est. Referunt etiam in initio mundanæ fabricæ, Iouem in Ariete domicilio tunc ascendente fuisse. Voluit illum inducere leges, castitatem, misericordiam in egenos & calamitate oppressos. Veridicos homines facit, & uerè amicos sine fraude, sine dolo, Saturni sæuitiam frangit, & quæcunque ille mala infert, hic aut tollit, aut minuit. Quapropter scitè Persius: *Saturnumq; grauem nostro Ioue frangimus una.*

Deniq; si in alicuius ortu se bene habeat, eū illū hominē fortunatū reddit. Minimè hęc displicent, inquit BAPTISTA. Sūt enim ex summa doctrina eruta, & historiæ uehemēter accommodata. Verùm cùm omnis nostra disputatio nullam historię rationem habeat: sed eam quam totiens Gręco uerbo, allegoriam nomino, exprimere cōetur. Non uideo cur ea, quam adhibui, interpretatio, iure admitti non possit. Si enim ijs omissis, quę de Aenea, deq; cæteris Troianis prisci scriptores tradidēre, pro arbitrio licuisset Poëtæ

non modò fingere, sed & peruertere, & addere & subtrahere. Si deniq; (nulla historiç ratione habita) id solum tentaret, quo pacto per Aeneam eum nobis uirum informaret. Qui tandem sapiens beatusque esset futurus, non Venerem fortasse: sed Cupidinem, aliud ue numen posuisset. Sed cùm ita poeticum figmẽtum prosequi instituisset, ut tamen ab historia non discederet. Cùm Aeneæ matrem fuisse, & e[illegible]ij ducem nauiganti filio se præstitisse Venerem legisset, fuit ex ijs quæ aderant res perficienda, non autem nomina fingenda. Hoc enim plus negocij Poëtæ est, quàm reliquis, qui alio figmento rem obscurare uolunt. Illi enim ab omni historia soluti, pro arbitrio ea comminiscuntur, quæ magis rei suæ promendæ quadrent. Quod ut planius teneas, unum de multis (exempli causa) proponendum censeo. Placuit illi primo huius fabulæ auctori ostendere, quæ in tempore ex materia gignuntur, ea omnia in interitum cadere, quatuor duntaxat elementis exceptis, quæ principia sunt omnibus rebus generandis. Duos igitur commentus est deos, Saturnum atq; Opim, & illum temporis symbolum obtinere uoluit, quod Græcum nomen indicat. Cronos enim qui Saturnus est, ab eo subtracta aspiratione deducitur, quem ipsi Chronon appellant: at quis nesciat tempus Græcè Chronon dici? Per Saturnum igitur tempus, per Opim siue Rheam terram intelligit. Addit deinde Saturnum omnes (quos de Rhea suscepisset) filios uorasse, præter Iouem, Iunonem, Neptunum, & Plutonem. Qua fabula exprimit, omnia quæ ex materia sunt, præter ipsa quatuor elementa, tempore conteri, atq; in interitum deduci. Quorsum igitur hæc, ne reliquum fabulæ prosequar: Nempe ut intelligas licuisse huic homini, pro arbitrio quæcunque uolebat fingere, ut quod de rerum procreatione sentiebat, commodè exprimeret, cùm nihil aliud præter Physices particulam sibi proposuisset. Maronis autem longè alia ratio est, qui cùm Aeneæ res in laudem Augusti exornandas, & librum ipsum omnibus poëticis luminibus illustrandum sibi sumpsisset: Non ijs quæ ipse suo ingenio eligeret, sed ijs qui historia porrigit, hanc supremam ingenij sui laudem comparat. Mirus profectò uir, qui non ex optatia, sed ex datis ita opus intexat, ut cùm historiam minimè deserat, per eam tamen incredibili integumento humanam felicitatem exprimat. Habes (ut opinor) qua ratione Venerem, pro diuino amore ponere coactus sit. Quòd ita tamen rectè procedit, ut nisi ab iniquis repræhendi non possit. Videmus enim Platonem, in eo sermone quem Phædrum nominat Aphroditen, quam nos Venerem nuncupamus, non lasciuo solùm, sed & diuino amori præesse. Verùm quam Venerem Platonicus poëta, Aeneç matrem esse uoluerit, facilè intelligemus, si quædam paulò altius ex ipso Platone repetamus. Pausanias igitur in Symposio duas Veneres commemorat, alteram cœlestem, uulgarem alteram. Primam autem cœlo natam refert, cui nulla mater sit, quod cùm fingit, eam intelligentiam significat. Quæ in angeli mente posita amore ingenito, ad Dei pulchritudinem intelligendam rapitur, quam quoniam procul ab omni materiæ consortio sit, sine matre productam dicit. Secundam uerò Venerem, mundi animæ tribuit, ita ut patre Ioue, matre uerò Dione eam natam scribat. Manat enim ab ea ui, quæ in anima mundi est, & uim creat, quæ inferiora hæc omnia gignat, & mundi syluam subeat. Vtraq; igitur sibi ingenito amore rapitur, cœlestis illa ad Dei pulchritudinem intuendam. Hæc uerò ut eandem pulchritudinem è sylua conformet. Sed hæc parum ad rem. Animus autem noster, cùm & ipse similes quasdam uires habeat intelligendi atq; gignendi, duas itidem Veneres habere dicitur, quas gemini comitentur Cupidines. Cùm enim corporea pulchritudo oculis nostris obijcitur, mens nostra, quæ prima Venus est, eam (non quia corporea sit, sed quia simulacrum diuini decori) admiratur, atque diligit, ea quæ ueluti uia quadam ad cœlos effertur. Gignendi autem uis, quæ secunda Venus est, formam gignere huic similem concupiscit. Quapropter uterq; amor iure dicitur, ut alter contemplandæ, alter gi[illegible]nendæ pulchritudinis desiderium sit. Nemo igitur, nisi totius rationis expers sit, duos istos amores damnare audebit, cùm uterq; humanæ naturæ necessariua sit. Neq; enim diu esse mortalium genus sine sobolis propagatione, neq; rursus benè esse sine ueri inuestigatione poterit. Præstantiori igitur illa Venere duce in Italiam peruenire potuit Aeneas. At dices cur hæc secunda si bona est, Paridi nocuit? quia illa malè usus est. Vir enim gignẽdi auidior quàm recta ratio dictet, & in ea te plusquam oportet occupatus, in solis corporeis uoluptatibus mergitur. Quo fit ut & primá quæ ad summum bonum ducit omnino deserat, & secunda pessimè abutatur. Proptereaq; in omnes animi perturbationes incidat, ueritateq; desperata, miserq; effectus in omnem indignitatem descendat. Est, ut dixi, diuinus amor (si Platoni credimus) desiderium redeundi à corporea pulchritudine, ad diuinam cõtemplandam. Non tamen cùm diuinam desideramus, eam quæ oculis percipitur contemni[illegible]. Nam qui aliquid appetit, hũc illius quoq; rei, quam appetit, imagine delecta[illegible]e est. Verùm sunt quidam ita hebeti ingenio, ut mentem à sensibus nullo mod[illegible]re possint: hi ueram pulchritudinem non norunt. Huiusce modi igitur amor adulterinus est, & à uero degene-

degenerans, quem lasciuia ac procacitas semper comitatur, quem diffiniunt cupidinem eius uoluptatis, quę ex corporea forma percipitur. Recte ... dicunt eum ardorem animi, in suo corpore mortui in alieno uiuentis: quod secutus Poeta quidam dixit.

* * *

Locus est apud Euripidem, nisi fallor.

❡ Plato uerò ait, illum natum ab humanis morbis sollicitudineq; plenum. At quis non uideat illum neq; consilium in se, neq; modum ullum habere? Inesseq; in eo iniurias, suspiciones, ac reliquas illas omnes pestes, quas fidelis seruus Terentiano Phedriæ prudenter ostendit. Habes ut puto duplicem amorem, uerum illum & diuinum: de quo paulò antè dicebam, & hunc falsum & adulterinum, & qui uero amori talis sit, qualem aut amico adulatorem, aut medico coquum esse uidemus. cui quidem cùm se totum dedidisset Paris, unà cum Troia perijt. Aeneas autem cœlesti illo duce, paulatim ex Troiano incendio: id est, ex corporearum uoluptatum ardore, se expediens. Si non recta nauigatione (id enim humanæ conditioni, aut nunquam, aut rarò conceditur, ut eodem tempore & stultitiam exuat, & sapiens efficiatur) tamen post multos errores, in Italiam ad ueram sapientiam peruenit. Quam quidem nauigationem, cùm sudoris laborisq; plenissima sit, nemo unquam nisi summo illius amore incensus, difficultatem omnem perferre paratus sit, penitus perficiet. Amor enim uerus (ut apud eundem Platonem ostendit Erixímachi oratio) omnium naturalium rerum creator est atq; seruator. Eo enim similia omnia ad ea quæ sibi similia sunt, perenni concordia trahuntur. Est itidem omnium maximarum artium magister. Nemo enim aut artem inuenit, aut ab alio inuentam addiscit, nisi inuestigationis oblectatio & discendi cupido incitet. Quam quidem rem, si non apertè ostendit: obscurius tamen (ut poëtarum mos est) significat noster Virgilius. Cùm enim in Georgicis se ueri cognitionem, reliquis rebus præponere dicat, difficultatem ipsam summa amoris ui superaturum, his uerbis demonstrat:

Me vero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore Accipiant.

Ingenti ergo amore labores summos, qui in sacris Musarum: id est, in rerum cognitione subeundi sunt, se laturum affirmat. Diuinus enim amor, nil aliud meditatur, nil molitur, nulla alia in re laborat, nihil tentat, nihil nititur, nisi ut iam corporeæ pulchritudinis aspectu concitus, ad diuinam nos pulchritudinem rapiat. Dum enim corporeis tenebris demersi sunt animi nostri, diuina non recognoscunt, nisi umbris & simulachris quibusdam quæ sese nostris sensibus obijciunt. Quam quidem rem non solùm expresserunt prisci ex Græcia Philosophi, in quibus Pythagoram, Empedoclem, Heraclitum: sed longè antè Platonem enumerare possum, sed & Christiani ab eadem sententia minimè discedunt. Nam & Paulus, & qui Pauli auditor fuit Dionysius Ariopagita, cœlestia ac diuina, quæ in sensus non cadunt, per ea quæ sensibus percipiuntur cerni uolunt. Hęc est igitur illa uera Venus, quæ mentem nostram ad diuina erigit, qua matre quis nesciat natum Aeneam nomen, ab e quod est ænos: id est, à laude deductum. Virum enim ad omnia magna & excelsa natum, quis non summis laudibus prosequatur? Verùm & ipse à uoluntate delinitus, circa Troiæ defensionem laborat. Troiam enim prima naturæ, in quibus uoluptates corporeæ plurimum uigent, interpretari licet. Prima enim ætate, cũ ipsa ratio nondum se excitare, & suas uires explicare possit, etiam qui magni atq; admirandi uiri futuri sunt, uoluptate demulcentur. Et prima naturæ ueluti summa admirantur. Et quoniam diuina quæ sint, non nouerunt, beatissimã eam uitam putant, per quam uoluptate frui liceat. Hi igitur quid summum bonum sit, nondum compertum habent, uerùm cum illius acquirendi summò ardore inflammentur, paulatim hæc omnia, quæ dixi, prima naturæ caduca momentaneaq; esse animaduertunt. Habet enim hanc uim uerus amor: ut paulò antè dixi, ut mentem uehementer exacuat, magisterq; illi rerum inueniendarum paulatim sit, ut nihil eam latere possit. Quapropter egregiè illud:

—quis fallere possit amantem.

Deinde cùm nihil difficile putet, modo re amata potiatur, omnes labores tolerat, omnes difficultates superat. Hæc est Venus illa non uulgaris, quæ materiæ admixta, uim habet gignendi: sed illa cœlestis ab omni materia remota, quæ à mẽte nostra est, ipsamq; mentem excitat, & lucem illi suam nobis hactenus incognitam in nocte. Id enim est in nostra inscitia ostendit, seq; deam fatetur. Se enim indicans, suam diuinitatem demonstrat, admonetq; non posse seruari Troiam: id est, originem corporis quæ necesse est ut pereat. Hæc eadem ostendit uoluptates corporeas, non solùm ab ipsa Lacena: id est, à seipsis: ut in hesterna disputatione diximus, corrumpi, sed ab Iunone, à Pallade atq; à ceteris dijs. Nam deos Troiam populari quis ignoret? Diuina enim omnia uoluptatibus aduersantur, sed in primis Pallas. Hæc enim sapientiæ symbolum obtinet. Sapientia autem non solùm uoluptates cõtemnit: uerumetiam summopere exhorret. Neq; est quod de Iunone quisquam dubitet, quæ quamuis regnorum dea habeatur, proptereaq; in hęc

caduca ac mortalia magis propensa uideatur. Tamen cùm homines imperandi cupiditate, nullum laborem perferre recusent, omnibus uoluptatibus bellum indicunt, modò eò perueniãt, unde possint reliquis imperitare. Deos autem minimè uidet Aeneas, dum pro uoluptate pugnat. Nubium enim tenebris omnis ei prospectus eripitur. Sunt enim animi nostri ita à Deo creati, ut suapte natura facilè omnem ueritatem consequantur. Sed à materia corporea, quam Philosophi syluam appellant, omnia nobis mala proueniunt. Illa enim tardat, hebetat, atq; perturbat mentes nostras, atq; tenebris obscurat. Si enim ex inscitia omnia uitia proueniunt. Quapropter & Chrysippus, & reliqui Stoici perturbationes omnes à falsis opinionibus or[i]ri dicunt. Quod tamen longè antè senserat Mercurius ille, quem Græci ob ingenij diuinitatem Trimaximum appellant. Si igitur omnia uitia ex inscitia proueniunt. Inscitia autem ex corporis caligine est (ut Plato putat) erunt omnia uitia à corpore. Quam causam præcipuam fuisse dixerim: ut is quæ paulò antè nominaui, Mercurius syluam malignitatem appellet, sed de sylua commodior disputandi locus paulò pòst dabitur. Pugnat igitur Aeneas, pro uita uoluptuosa, illaq; demersus Deos uidere nequit. Verùm cùm in huiuscemodi miseria, non desit amor ueri inuestigandi, ualet ipse amor mentem excitare, ut se colligens tenebras discutiat, & uideat quibus numinibus Troia euertatur. Duceq; eodem amore, per medias flammas atq; hostes iter tutum arripit. Et profectò uolenti ad res arduas proficisci, hinc mira quędam uoluptatum, quæ deserendæ sunt, cupiditas: ueluti flamma quædam, illinc laborũ difficultatumq; terror, qui aduersus honestatem assiduò pugnet, sese opponunt. Quę omnia ducente Venere Aeneæ cedunt. Nam nisi amor absit, neq; tam blandas uoluptates contemnere, neq; tam duras difficultates superare possemus. Venit igitur domum, ut familiam omnem componat, atq; inde ex urbe proficiscatur. Redit enim in seipsum animus, omnesq; suas uires, atq; uirtutes (quæ uariæ sunt) ad profectionem. Id enim est ad ueri cognitionem, quam Troiæ nunquam assequeretur, suo ordine componit, omniaq; sibi ex uoto succederent, si pater filium sequi u[elle]t. Verùm negat Anchises se ex Troia discessurum. Hoc uerò quid sibi uelit si me roges, ego [sic] puto. Aeneas huiuscemodi parentibus natus est, ut Venus dea: Anchises mortalis sit. Homo enim ex animo qui immortalis diuinusq; est, & ex corpore mortali, & citò in interitum casuro constat. Mens igitur originem suam semper suscipit, ad eamq; redire cupiens Troiam auidissimè deserit. Sensus autem, qui à corpore sunt, corporea incorporeis præponunt. Hinc igitur assiduum atroxq; certamen illud exoritur, Spiritus aduersus carnem, ut nostri dicunt. Cùm mens totum hominem ad diuina trahere conetur, & sensus in potestatem redigere, & sibi obtemperantes reddere cupiat. Contrà uerò sensus, fœculento elementorum potu ebrij, & lethea obliuione grauati, nihil nisi caducum & terrenũ cupiunt. Anchises igitur: id est, terrenus pater, & ea quæ à Christianis, uerbo parum trito, sensualitas appellatur, Troiam se deserturum negat. Mauult enim perire sensus, quàm uoluptate priuari. Mox tamen cùm filium, omnemq; domum: id est, totum hominem periturum audiat. Cùmq; cœlestibus monstris meliora moneatur, mutat sententiam, ab Aeneaque sublatus exportatur. Mollissima enim hæc atq; eneruata animi pars, ad summũ bonum nunquam fert, sed ipsa potius fertur. Hæc de Anchise. Aeneas autem cùm iam incẽdij, armorumq; pericula euasisset, atq; incolumis urbem esset egressus, ingentem comitum affluxisse nouorum inuenit admirans numerum, qui quidem undiq; conuenerant animis opibusq; parati. In quascunq; uelit pelago deducere terras, & rectè quidem. Nam cùm tandem è seruitio incendioq; uoluptatum sumus liberati. Estq; iam animus recti uerique inueniendi auidus, tum plurimæ animorum uires, quæ hactenus ignauia torpebant, uehementer excitantur, & benè institutam mentem (quocunq; uocauerit) sequũtur. Quo quidem tempore (ne à recto itinere omnino aberraret) Aeneas:

Iam iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq; diem. ——

Est enim Lucifer Veneris sydus, quod, ut Solem Lunamq; omittam, omnium quinq; stellarum (quas nostri erratiles, Græci Planetas uocitant) lucidissimum sit. Zodiacum autem octo ac quadraginta diebus, supra trecentos perficit, nũquam à Sole longius sex & quadraginta unius signi partibus discedens. Verùm quoniam modò præcedit, modò subsequitur, Solem non eãdem stellam, sed duas esse Prisci crediderunt. Primum autem Pythagoram extitisse ferunt, qui in eo apud Græcos uerum deprehenderit. Cùm igitur Solem præuenit, Lucifer dicitur: Vesperus autem cùm subsequitur. Rectè autem Lucifer præuius Soli est: Stella enim Veneris. Is enim amor est ueri inueniendi, ei exoritur, qui iam uitam uoluptati obnoxiam deserit, ducitq; diem. Nam rati[o]nem excitat talis amor, cuius luce illustrati, uerum nosse ualeamus. Apparet autem ex Ida monte: id est, ex pulchritudine. Idea enim apud Græcos formam significat. Amor autem apud Platonem, pulchritudinis desiderium diffinitur. Quapropter in ipso pudor nos à turpibus

auocat,

auocat, cupiditas uerò excellendi, ad quæq; honesta rapit.

Fertur igitur Aeneas, duce matre, exul in altum,
Incertus quò fata ferant vbi sistere detur.

Quæ omnia, non sine summa sapientia, à Poeta ponuntur. Facilè enim cognoscit Troiam relinquendam, & summi boni principatum, uoluptati minimè esse tradendum. In qua autem re summum bonum consistat, nondum cognoscit. Iure igitur exul appellatur. Nam ab eo quòd habuit eiectus est, neque dum id quod ueluti proprium possideat inuenit. Mari autem fertur, quia animi nostri quocunque moueantur, nulla alia re nisi appetitu mouentur, qui quam similis mari sit, paulò pòst aperiam, si pauca prius de appetitu dixero. Est igitur sensus & uis quædam in animis nostris, quam cogitandi nominant, cui bonorum malorumq; iudicium à natura demandatum est. Nonnunquam autem ita iudicat huiuscemodi uis, ut nihil præter sensus respiciens, & ueluti illorum illecebris attracta, & uoluptatis oblato præmio corrupta, quod pecudis bonum est, ipsa hominis bonum decernat. Si autem eadem cogitandi uis salutari rationis lumine illustretur, & eius norma dirigatur, non id bonum esse iudicat, quo sensus demulcêtur, sed quod recta dictat ratio, quod uerum simplexq; bonum, cui sit neq; interire, neq; corrumpi possit. Cùm igitur huiuscemodi uis, hoc bonum, illud uerò malum esse decreuerit, excitatur in nobis alia quædam uis, quæ ad bonum asciscendum, malumq; declinandum insurgat. Hanc autem appetitum omnes appellant. Sed & eum duplicem esse oportet, alterum qui ab eo iudicio, quod solus sensus facit, semper pendeat, nihilq; cum ratione expetat: alterum qui nihil omnino sequatur, nisi quod ratio prius præceperit. Primum illû libidinem, hunc secundum uoluntatem nuncupamus. Quapropter erit appetitus quo animi hominum ad bonum asciscendum, malumque declinandum moueantur, rectus quidem si à ratione, contrà si à sensu. Quapropter pulcherrimo ænigmate diuinus Plato cùm animum nostrum ueluti currum posuisset aurigam, illi duosq; equos adiungit. Nam ueluti equis currus trahitur, sic animus ab appetitu ducitur. Feruntur autem equi non suo arbitrio, sed imperio aurigæ à quo reguntur. Eodem pacto appetitus nihil ex se agendum decernit, sed quod iam ab alia ui decretum est sequitur. Quare autem equorum alterum album pulcherrimumq; atque honoris cupidum, & qui non minis, uique, sed cohortatione rationeque regatur. Alterum nigrum, inglorium & contumacem finxerit, ex ijs quæ paulò antè à me de duplici appetitu dicebantur perspicuum est. Expressit enim per bonum rationalem, per malum uerò irrationalem appetitum, quo animus fertur. Atq; hæc de appetitu, quem quidem mari simillimum esse quis negauerit? Videmus enim mare, si nullis uentis uerberetur, sedatum tranquillumq; perdurare. Sin autem diuersis tundatur uentis, in grauissimas turbulentissimasque tempestates insurgit. Sed hæc eadem in appetitu depræhendas. Fac illum uacare à perturbationibus, nihil nisi rectè appetet. Fac rursus illis uehementer uexari, quos iam fluctus, quasúe procellas intuebere! Quapropter illud elegantissimè, uarioq; iratum fluctuat æstu. Illud autem tibi fortasse occurret, quod non benè ijs, quæ diximus, cohærere uideatur. Nam si rationali appetitu fertur Aeneas, si iam uitam uoluptuosam damnauit, unde nunc illud: quòd patriæ littora lachrymans portumq; relinquit. Quod enim odisse iam cœpimus, id non lachrymantes, sed læti fugere solemus. Sed uoluit Virgilius, primùm à uoluptate ad uirtutê discessum demonstrare. In quo cùm temperati nondum, sed continentes simus, agimus illud quidem, sed cùm diu uoluptati assueti, illius illecebris demulceamur, non nisi ægrè ab ea diuellimur, Imitemurq; senes Troianos, qui cum Helena, ut Græcorum Troianorumq; certamen spectaret, mœnia conscendissent, admirabantur eum stupore mulieris pulchritudinem, eaq; uehementer delectabantur. Verùm tantorum malorum illam causam esse animaduertentes, abeat dicebant potius Helena, quàm propter illam pereat Troia. Quod ut planius intelligas. Quemadmodum fortitudo uirtus est qua dura omnia, atq; aspera inuicto animo ferimus, sic temperantia aduersus uoluptates armamur. In qua quoniam iam habitum contraximus, sine ulla difficultate aut molestia negocium conficimus. Quòd si habitus nondum contractus sit, & tamen illud idem efficere tentamus, tandemq; efficimus, finitimum quoddam, & uirtuti proximum nanciscimur, ut nondum temperantes effecti, tamen abstineamus, quamuis ægrè & non sine lucta, quæ continentia dicitur, in qua si diu exerceamur, paulatim temperantiam acquirimus, sitq; uirtus id, quod hactenus uirtus nô erat, sed ingressus ad uirtutem. Hoc igitur interest, inter temperantiam & continentiam. Nam quamuis utraq; idem præster, continens tamen eò deterior est, quia cum dolore abstinet, nec est satis firmus aduersus uoluptates: temperans uerò benè uolens lætusq; abstinet. Quòd si itidem de incôtinente, intemperanteq; inuestiges, facilè est uidere, quantò à temperantia continensia superatur, tantò incontinentem ipsum intemperantem perniciosiorem esse. Incontinens enim quia nondum in uitij habitu est, rationem discernit principiumq; tenet, pugnatq; aduersus ma-

ſus malum, ſed tandem magnitudine cupiditatis, & ſui animi imbecillitate uictus, ueluti captiuus in ſeruitutem rapitur. Verùm ut quæ uerbis adumbro, ea exemplo expreſſiora reddantur. Dicimus continentem à principio fuiſſe Didonem, quæ quamuis Aeneæ amore teneretur, tamen adeò uiriliter repugnat ut mori malit, quàm pudorem uiolare. Incontinens autem paulò pòſt redditur, cùm ſororis oratione uicta pudorem ſoluit. Prius enim fortiuſcula adhuc ita pugnabat ut uictrix euaderet. Deinde eneruata omnino pugnando ſuccumbit. Pugnat enim incontinens, ſed ſuperatur. Intemperans autem in habitu uitij conſtitutus, omnem rationem amiſit, neq; pugnat aduerſus cupiditates, qui in illis uolens gaudensq́; obtemperat. Quippe in quo adeò deprauatum ſit iudicium, ut quod malum ſit, bonum eſſe dicat. Sed ut iam ad inſtitutum redeamus, nondum temperantia munitus erat Aeneas. Nuper enim ea ratio in homine illuxerat, ut uoluptatum ſordes intueri poſſet, neq; rurſus temperans, aut incontinens. Non enim inde ſe expediſſet, ſed cùm hinc illecebræ uoluptatum traherent, illinc honeſti ueriq́ue pulchritudò ad omnia excelſa eum erigeret, demulcebatur quidem à uoluptate, eamq́ue ſenſibus ſuauiſsimam iudicabat, non poteratq́ue non ægrè ab ea diuelli. Blanda enim adulatrix uoluptas eſt, uehementerq́ue ſenſibus applaudit, ut etiam generoſioris animi qui ſunt illa capiantur. Ita enim ſuauiter nos irrepit, ut totos paulatim occupet. Surgit igitur contra Aeneas, & quamuis lachrymans, tamen littora Troiana relinquit, quoniam continens. Quòd ſi ueram temperantiam adeptus fuiſſet, non lachrymans, ſed lætus reliquiſſet. Poëta enim non ipſum à principio ſapientem fingit, & uera uirtute ornatum, ſed eum qui à perturbationibus animum uendicare cupiens, ſe paulatim à uitijs redimat, & poſt uarios errores in Italiam: id eſt, ad ueram ſapientiam perueniat. Nam quæ nos de continentia, deq́ue incontinentia diximus, in quibus ſenſus pugnat & ratio, uiciſsimq́ue uincunt ac uincuntur, eadem de reliquis uitijs uirtutibus intelligas, inter quas mediæ ſunt affectiones, nullo adhuc habitu ſatis firmæ, ſed quæ modò ad has, modò ad illas impellant: quis forraſſe in uita ciuili, in qua quæ ad bonum tendunt, inchoata potius quàm perfecta reperias, nonnulli uirtutes nominarent, ſed proficiſcatur iam noſter Aeneas, uerum quo tandem exul per altum feretur. Nempe in Thraciam regionem, patriæ finitimam, & terram Marti conſecratam, in qua nuper Polymniſtor hoſpitem ſuum Polydorum, ut auro potiretur, interemerat. Erit autem auaritiæ ſymbolum Thracia. Nam ipſe paulò pòſt:

—fuge littus auarum.

Verùm cùm duplex auaritiæ genus ſit. Eſt enim auarus, & is qui inde rapit unde minimè conuenit, & is qui cui dandum eſt, ei minimè dat, primum illud genus per Thraciam exprimitur. Si enim in illa Mars colitur, quis neſcit habendi cupiditate plurima à mortalibus bella geri. Sed neque Polymniſtor hoſpitis interfector, & ſuorum bonorum raptor quicquàm, expreſsius quàm auaritiam rapinasq́ue denotabit. Cur igitur prima in Thraciam Aeneæ nauigatio eſt? Quia cum à uoluptate diſceſsimus, atque nondum ueræ uirtutis habitum contraximus, facilè ex illa in aliam cupiditatem incidimus, inſurgitq́ue habendi libido. Beatiſsimam enim uitam multi ſe adeptos putant, ſi opibus maximisq́ue diuitijs reliquos mortales ſuperent, qua cupiditate inflammari, non dubitant, non modò nefaria, uerumetiam laboribus periculisq́ue refertiſsima bella ſuſcipere. Ingens profectò ſtultitia, & ab eo animo profecta, qui & ſi uoluptates contempſerit, nihil adhuc altum ſuſcipere poſsit. Habet enim auaritia pecuniæ ſtudium, quam nemo unquam ſapiens optauit. Nihil enim illa mobilius, nihil quod magis fortunæ temeritati ſubijciatur. Quapropter rectè Saluſtius, auaritiam ita malis uenenis imbutam dixit, ut animum corpusq́ue uirile effœminet. Quandoquidem & ad omnem humilitatem, infimasq́ue ſordes deſcendere cogit, & in omnem crudelitatem pro re uiliſsima inſurgere. Ipſa enim perfidiam periuriumq́; edocet cor fraudibus, linguam mendacijs, manum ueneris ferroq́ue, in aliorum pernitiem inſtruit. Apud eam quid ſanctum eſſe poteſt? Cùm hoſpites quoque, quod Polydori exemplo docet Poëta, minimè incolumes ſint. Neminem tamen mirari oportet, ſi Aeneas ſapientiæ quidem cupidus, minimè tamen adhuc ſapiens, in huiuſcemodi uitium prolapſus ſit. Plurima enim in uita humana uidemus, quæ quamuis caduca momentaneaq́ue ſint. Tamen mortales pro maximis admirantur, quæ quidem omnia cùm uenalia eſſe uideant, pecuniæ præ cæteris ſtudent. Quotus enim quiſq; reperitur, qui non putet quod genus & formam Regina pecunia donat, quis non totus commouetur cùm audit:

Et bene nummatum decorat ſuadela Venusq́.

Verùm qui duce Venere fertur, & magnarum rerum amore incenſus eſt, paulatim errorem recognoſcit, uitiumq́; abominans Thraciæ auariſsimum littus fugit. Atq; cùm iam ſecundo deceptus, falli deinceps turpiſsimum miſerrimumq́; iudicet, Apollinem (cuius oracula ueriſsima eſſe audierit) conſulendum indicat. Retur enim, ſi ex illius Dei

præceptis

præceptis uitam instituat, futurum ut miser esse non posit. Quapropter nauigationem in Delum sumit, per Apollinem autem qui Sol est, quid aliud quàm sapientiam intelligemus? Nam ut id omittam, quod ut Sole cuncta, quæ in sensum cadunt, illustrantur, sic sapientia illustratus animus, cuncta prospicere ualeat. Videamus reliquam eius planetæ naturam. Sed illud in primis. Nam cum Heraclitus fontem cœlestis lucis appellat. Cicero uerò ducem cæterorum luminum ea ratione dixit, quoniam sui luminis maiestate præcedit, dixit itidem principem, dixit moderatorē. Nam & ita emineat, ut propterea quod huiuscemodi solus appareat, Sol uocitetur, & cursus reliquorum recursusq; ipse moderatur. Nam certa spacij diffinitio est, ad quod cum quæq; erratica stella secedens à Sole peruenerit, tanquam ulterius accedere prohibeatur, agitur retrò. Rursus autem cùm certam partem, recedendo attigerit, ad directi cursus consueta reuocatur. Quapropter non iniuria, & mens mundi, & cor cœli à priscis dictus est, quæ omnia nónne sapientiæ quadrant? Nónne sapientia reliquas animi uires præcedit, nónne illis moderatur? Quin etiam si uim huius syderis diligentius aduertas, iure dator sapientiæ dicetur. Nam ut à Saturno ratiocinandi, à Ioue agendi uim, ut à Marte animorum uehementiam atque calorem accipimus, ut à Venere desiderij motum sumimus, & quod loquimur atq; interpretamur, à Mercorio est, ut denique à Luna quod Græci phyticon: id est, gignendi augendique uim habemus, sic ipse Sol quod sciamus, quodque opinemur, nobis præstat, sed hæc de Apolline. Deli autem nomen & ipsum non nihil ad rem affert. Græcè enim manifestum significat. Loca enim quibus sapientia præsidet, clara semper manifestaque sunt. Quòd autem totius insulæ Anius imperat, qui & rex hominum & Deorum sacerdos sit, non caret ratione. Sapientia enim humanarum rerum cognitionem continet, quapropter nihil nouum sapienti accidere potest. Quippe qui omnia iam perceperit. Quam quidem rem nomen regis ostendit. Anius enim dicitur quasi ἄνεῳ uel ἄνεω: id est, sine nouo. Hic igitur hospitio Aeneam suscipit, & profectò ipsa sapientia animi nostri aluntur. Venerarur autem templa, atque ea templa quæ saxo uetusto constructa sint. Nam quid obsecro te, aut stabilius immobiliusque, aut antiquius ipsa sapientia deprehenditur? quam sapientissimus ille omnium Hebræorum Salomon, ab initio & ante sæcula creatam esse uerissimè dicit. Sed tu quid me, ô Laurenti, subridens spectas. Non possum inquit LAVRENTIVS doctissimorum uirorum ingenia non admirari, lætusque quæ à principio de historia, deque Allegoria dixisti mecum repeto. Quia enim non obstupescar huius Poëtæ consilium? Qui cùm apud Cloatium Verium legisset, in Delo aram esse Apollinis genitoris, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram ueluti inuiolatam adorauisse ferunt. Legisset etiam & apud Epaphum, Delon neque antea, neque postea terræ motu uexatam, sed semper eodem manere saxo. Legisset & apud Thucydidam non mirum esse, si præsidio religionis tuta insula semper sit, cùm reuerentia locum sibi accesserit continua saxi eiusdem firmitate. Cùm igitur hæc legisset, ita scribit ut eodem tempore ex antiquitate historiam eruat. Ponit enim Aeneam solis precibus Deum uenerari, & templa antiquo saxo constructa esse, & hæc cùm ponit, simul ea affert, quæ per allegoriam sapientiæ conueniant. Dices quid in cæteris, hoc idem. Sed nescio quo pacto hic me locus, in quo historia non minus quàm Allegoria latet, multò magis mouit. Sed perge obsecro. Nolo enim mea interpellatione, mihi ipsi (audiendi cupidissimo) molestiam ex mora afferre. Da igitur ab Apolline oraculum inquit BAPTISTA:

Dardanidæ duri quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus eadem vos vbere læto,
Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem,
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum & qui nascentur ab illis.

Quo quidem oraculo, quid diuinius excogitari posit non reperio. Quid enim homini salutarius, quid conducibilius est, quàm originem suam nosse, in quam cùm redire potuerit, tum demum sit futurus beatissimus. Dixit igitur pluribus, ne à poeta discederet Maro, quod Græci duobus tantùm uerbis expediunt, qui omnium oraculorum, quæ Apollini tribuuntur, maximum esse uolunt. γνῶθι σεαυτόν: id est, nosce teipsum. Verùm ut hæc à nobis planiùs explicentur. Omnes quicunque unquam de summo bono scripserunt philosophi, in eo (si non uerbis, re saltem) consenserunt, ut benè beateq; uiuere, sit aptè conuenienterq; naturę uiuere. Verùm ubi eò iam deuentum est, ut sit hominis natura diffinienda, tunc innumerabiles perniciosissimiq; errores emanant, cùm iam animorum nostrorum ui ignorata, plusquam par est corpori attribuatur. Nam cùm ex animo corporeq; constare homo dicatur, & alterum brutum caducumq;, atq; facilè in interitum pronum, Alter incorruptibilis, immortalis, diuinusq; sit, pauci, omnino ita men-

tem

tem à sensibus seuocant, ut se animi nobilitate immortales cognoscant, corposq; in nulla penè parte habendum censeant. Precipitur ergo Troianis, ut eò reuertantur unde originem ducunt. Duplex autem illis origo est. Nam Teucer Scamandri cuiusdam filius, profectus ex Creta insula, in Phrygiam uenit, & unà cum Dardano regnauit. Dardanus autem prius & ipse in Phrygiam uenerat, at non ex Creta ut ille, sed ex Italia: nec mortali patre natus, sed ex Deo Ioue. Veniunt igitur ambo in Phrygiam: id est, in uitam & primam ætatem, quam per Troiam significari diximus, sed hic à cœlo, ille à mortali. Ad huius enim animantis (quem hominem dicimus) compositionem, animus à cœlesti, corpus à mortali patre prouenit. Quapropter, cum primam nostram originem inquirere nos Apollo iubet, cuius oraculum est: Nosce teipsum, non quid corpus sit, quidue illi conducat inuestigare iubet, sed quid animus sit, & quo pacto secundùm animi naturam uiuere, felices esse possimus, inquirendum mandat. Quam quidem rem, ut expressiùs significaret, antiquam dixit. Est enim animus (si non tempore ut Platonici uolunt) dignitate sua atq; excellentia prior. Optimum igitur oraculum. Sed quid prodest, si illud malè interpretatur Anchises. Hic mortalis Aeneæ parens omnia ad sensus referens, ibi sedes collocandas censet, ubi prima corporis origo sit, quasi prima naturæ non animi, sed corporis spectanda sint. Quamobrem non in Italiam, sed in Cretam enauigandum proponit, qua in insula multa mala subituri sint Troiani. Nam cùm summum bonum, non ijs qui animum, sed quę corpus spectant, natura nostra ignorata reponimus, necesse est. Quoniam illa paulò pòst in pestem, ac demum in interitum casura sint, ut non beati, sed miseri futuri simus. Tulerunt ergo precium ob stultitiam Troiani, qui in Italiam nauigare iussi, Cretam pecierunt. Si enim in Italiam: id est, in originem animi redeant, Troiani percipiunt cognitionem rerum diuinarum, in qua sola stabiles & mansuras sedes inueniunt. Hic (enim) domus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. In Creta enim malum est Aeneæ imperium. Nam corpus neq; se, neq; aliud mouet, sed iners brutumq;, & sine sensu iacet, nec quicquam sine animi auxilio ualet. In Italis uerò imperium latè paret. Corporis enim dominator & rector est animus, in nullamq; nisi uolens seruitutem cadit, cuncta autem suæ cognitioni subijcit. Se enim, per se uidet. cùm autem Deum cognoscere tentat, suæ mentis acie ad superiora erigitur, considerando omnia spectat, rimatur occulta, uidet absentia, breuiq; temporis momento uniuersas mundi oras ambit, descendit ad interiora, ascendit cœlum, adhæret Deo, in quo est patria sua, & quoniam immortalis est, hæc semper facit. Quapropter eius imperium est æternum. Hæc à principio (quamuis diuinis essent moniti præceptis) cognoscere non potuerunt Troiani. Nunc uerò calamitates experti cognoscunt. Epimetheo quidem serius, sed uidere quæso quàm admirabili ingenio reliqua prosequatur. Cùm peste laborarent Troiani, damnat suam oraculi interpretationem Anchises. Nam postquam diutius debacchatus est homo, dum sensibus obtemperans, omnem spem in rebus caducis reponit, tandem usu & experientia doctior redditus, animaduertit non suasisse Cretam Apollinem: id est, nũquam posse esse homines beatos ex ijs quæ mortalia sunt: Censet igitur alibi quærendam felicitatem, uerùm nõdum tantum mentis acie ualet, ut qua in re consistat discernere possit. Nam humi prostratus animus, & si erigi nitatur, tamen corpore obrutus, quæ in excelso collocata sunt, non nisi post multum tempus discernit, ac dij Penates eadem dicent, quæ dicturus esset Apollo. Putabant enim antiqui deos Penates esse ex animis suorum maiorum, qui clari illustresq; multis egregijsq; uirtutibus fuissent, quasi Deos domesticos. Ergo & hos animorum nostrorum excellẽtiores uires interpretabimur, quales sunt ratio, intellectus, atq; intelligentia, quæ hactenus furentibus sensibus, & omnia tumultu complentibus, nihil sanum iudicare poterant. Nunc autem postquam suo graui damno expertus est homo, sensuum iudicium falsum esse, illos à tribunali (quod tumultuosè occupauerant) deijcit, & iurisdicundi potestatẽ, ijs uiribus (quas paulò antè nominaui) permittit. Illæ autem cùm iam sensibus potentioribus utatur, quippe qui pudore confusi, nihil amplius audeant, & cum eorum iudicium diuturnus iam usus atq; experientia confutauerit, parere iam non ampliùs præcipere decreuerint, se à tumultu colligunt, atq; seipsas excitant, summaq; contentione iusticiæ, nebulis sua luce fugatis, mentemq; ab iniquissimo sensuum iudicio prouocauit, ita à Cretensi domicilio absoluunt, ut tamen Italicam profectionem suo decreto edicant. Adduntq; propterea suæ sententiæ standum, quoniam eadem iubeant quę ipse Apollo, à quo mittuntur, dicturus sit. Et profectò mens nostra, multarum rerum usu iam doctior reddita, multa ex se cognoscit, quæ sapientia præcipere consueuit. Nec uerò quempiam moueat, si Deorum Penatum oratione persuadeatur Anchises. Nam ubi ratio præualere iam cœperit, appetitus illi subijcitur. Multum iam profecerunt Dij Penates, qui quæ obscurius Apollo significauerat, perspicuè enodarunt, docentq; in Italiam ad rerũ diuinarum cognitionem enauigandum esse. Beatus profectò Aeneas, si decretis staret, si

quod

quod bonum eſſe cognouit, id ita mordicus arriperet, ut nulla re inde poſſet auelli. Non enim totiens à recto curſu deijceretur, uerùm non is adhuc uir eſt, qui conſtanti habito in his obdurauerit, & per ſummam temperantiam à rerum mortalium cupiditatibus ſit penitùs purgatus, ſed inter continentiæ atq; incontinentiæ uarios fluctus uacillans, ſæpè cùm ad aliquod ſpatium ſuo uento proceſſerit nauis, ſubitò à recto curſu deijcitur. Non enim is gubernator clauum tenet, qui ſummo nauigandi artificio aſperrimam etiam tempeſtatem ſuperare ualeat, ſed Palinurus, qui poſtquam Cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Noctem hyememq; ferens, poſtquam inhorruit unda tenebris, poſtquam continuò uenti uoluunt mare, magnaque ſurgunt æquora, & quæ ſequuntur. Ipſe diem noctemque negat diſcernere cœlo: Nec meminiſſe uiæ. Diximus à principio ſolo appetitu moueri animum, diximus itidem duplicem eſſe appetitum, alterum qui à ſolis ſenſibus excitetur, rationique aduerſetur, dicaturque libido, alterum qui rationi pareat uoluntasque iure noncupetur. Qui quidem ſi naui præfuiſſet, poterat etiam aduerſantibus uentis iter rectum tenere. Sed præfuit Palinurus. Is enim eſt qui ſolis ſenſibus obtemperat uiresque aduerſus uentus interpretari poteſt. πάλιν enim Græcè retrò & οὖρος uentus dicitur, quaſi qui in contrarium referat. Hic igitur inſurgentibus perturbationibus uehementioribusque cupiditatibus, ueluti tenebris animum inuoluentibus, cùm ipſe nulla rationis luce illuſtratus ſit, dies à noctibus: id eſt, uerum à falſo, diſcernere negat. Magna profectò hominum inſcitia, maximaque ſenſuum perturbatio, qui ita rationi aduerſantur, ut quamuis illa ſæpè inſurgat, ut animum ab illorum nefaria tyrannide ſeruituteque eripiat, ipſaque ueluti iuſtiſsima regina, ueram uelit inducere libertatem, tamen cùm nondum uires ſuas recuperauerit, nuperq; à diuturno exilio reuerſa, à paucis ſuorum ciuium cognoſcatur, ſæpe antea quàm eius regni, quod ſibi iure debetur poſſeſsionem recuperet, ab illis repellitur, quippe qui multos iam annos tyrannidem tenentes, omni largitionum genere appetitum corruperint. Illumque adeò demulſerint, ut malit in ſeruitute uoluptuosè degere, quã honorificè in libertate laborare. Quamobrem cùm crebra inter illos prælia committantur, diſcedit ſæpe uicta ratio. Illi enim parere recuſans Palinurus, nihil ſanum ſentit, eiusque ſtultitia atque temeritate committitur, ut deſtituta curſu, quem Penates dij præceperant, in Strophadas inſulas declinetur. Hunc autem locum nos (ni fallor) auaritiæ uirium rectè interpretabimur, non illud tamen quo inde rapimus, unde minimè conuenit. Id enim nobis Thracia deſignauit, uerum aliud quod tunc perpetratur, cùm ex ijs quæ iam peperimus, minimè illis ſubuenimus, quibus ius naturaque ac humanæ ſocietatis uinculum ſubueniendum poſtulat. Doctus enim iam fragilitate rerum humanarum Aeneas, ad diuina (ratione id efflagitante) ferebatur, ſed appetitus aduerſus illam, adhuc contumax ſtare decretis non potuit. Verùm ad ea quæ uulgus admiratur, rurſus conuerſus diuitias cupit. At quoniam multum de priſtina feritate imminutum fuerat, non ui neq; rapinis illa ſibi comparare contendit, ſed per ſummas ſordes (pluſquam par eſt parto parcens) nullo liberalitatis munere fungens, neque ſibi, neque ſuis beneficus eſt. Quæ quidem cùm facit ſe parcum, non auarum prędicat: Præfert enim ſpeciem boni uiri cùm peſsimus ſit. Quapropter non iniuria Harpyæ ipſę uirginea facie finguntur. Simulant enim pudorem, modeſtiam, ſobrietatemque, omnesque uirtutes præ ſe ferunt, at earum uentris proluuies fœdiſsima eſt. Quis enim poſſet auaritiæ ſordes explicare? quis quàm turpis hominis diuitis, eiuſdemque tenacis uita ſit ſatis referre? Cum furor haud dubius, cùm Phrænesis manifeſta ſit, egenus uiuere, ut diues moriatur. Quid mirum igitur, ſi earum facies pallida ſemperè fame & macilenta ſit. Nam huiuſcemodi homines iure Tantalo comparamus, qui inter aquas, interq; uaria poma conſtitutus, ſiti tamen atq; fame conficitur. Nam ut cumulus diuitiarum creſcat, ipſe interim ſuum (ut ille Terentianus Geta) defraudans genium, partis abſtinet ac timet uti. Quòd autem uncis fingantur manibus, ratione non caret. Nihil enim remittunt, quod ſemel cœperint auari. Quin ſunt adeò pernicioſi auaritię unci, ut hominẽ ad diuina quædam natum, ab altiſsimis curis, ad hæc inferiora trahant, & ueluti de cœlo in terras, & è lucidis ſyderibus in profundiſsima tartara trudant. Auertit enim nos atq; ſeuocat habendi cupiditas, à cognitione earũ rerum, quibus ſolis felix animus eſſe poſsit. ſapienter igitur adiungit:

Triſtius haud illis monſtrum nec ſæuior ulla
Peſtis, & ira Deum ſtygys ſeſe extulit undis.

Non autem ſtulta ratio poëtas impulit, ut ex Thaumante patre & matre Electrá Oceani filia, natas Harpyas fabulentur. Thaumantem rectè admirationem dicemus. Græci enim θαυμάζειν admirari dicunt. Cùm enim ob ſummam ſtultitiam diuitias maxima bona putemus, cùm aut bona non ſint, aut minima bona, proptereaque illas admiramur euenit, ut ex ea admiratione cupiditas habendi nos inflammet. Nemo enim cupit

ea quæ negligit, atque contemnit. Sunt autem ex ea matre, quæ sit Oceani filia. Nam si quis materiam diuitiarum diligentius consideret omnia mari simillima in ea uidebit. Vt enim mare in assiduo motu est, cunctaque in eo facile miscentur, atque perturbantur, sic diuitijs atque opibus nihil fluxibilius inuenias, multi[illegible] tumultus, ac sæuissima bella inde excitantur. Hæc igitur cùm passim armenta greges[illegible] pascant, nihil inde sibi ad necessitatem sumunt, n[illegible] al[illegible]js sumere perm[illegible], uerum [illegible] ab hoc quoq; se genere auaritiæ, quandoq; expl[illegible] at uir summi boni acqu[illegible] c[illegible]. Re[illegible]querat o[illegible] uoluptates, inciderat in rapinas, quibus quo damnaris oracu[illegible] consulit. A quo accipit Nosce reipsum. In quo erat Anchisea cùm ea ad corpus refere[illegible] quæ de animo præcipiebantur, cautusq; suo damno factus, errorem cognoscit, c[illegible] mutat, relicta[illegible] Creta tendit in Latium. Verum rursus perturbationibus uexatus animus, ad diuitias rursus refluit, non tamen ad eas quas rapinis, ut hactenus, sed quas nimis sordida parsimonia compararet, sed & hoc quoque u[illegible]tium esse cognos[illegible] propterea q; damnans ad Helenum per hostes profici[illegible]ur. Habes igi[illegible], quare in H[illegible]rpyarum i[illegible] lam delat[illegible] finxerit Aeneam. Quod uerò ab ipsis uesci prohiberetur, iam paratis epulas inde est, quia eam uim habet auaritia, ut qui etiam ditissimi sint, fame perire, quàm uel minimam aceruì particulam imminuere malint. Armis tamen eas pepulerunt Troiani. Nam cùm auaritia ex imbecillitate atque humilitate animi nascatur, quæ causa est, ut & senes & mulierculæ, quæ minori an[illegible]o sunt auariores semper se præbeant, tunc facilè pellitur, si fortem generolumq; sumamus a[illegible]imum. Di[illegible]edit è Strophadibus Aeneas, sed non priusquam tristé à Celeno orac[illegible]m ac[illegible]piat, mendax om[illegible] [illegible]rimis subd[illegible]la, & quæ uerborum strepitu horrorem inde incutere ue[illegible] tim[illegible]: [illegible]ed profectò hoc morbo laborant auari. Nam si quando honesta quædam & uera ratio illos ad diuina exploranda erigat, propterea que humana hæc & m[illegible]rtal[illegible]a negligenda [illegible]adeat, statim insurgit ex auaritia metus, si rem nostram familiarem negligentius curemus, fore ut sit fame pereundum, sed nesciunt stultissimi homines quàm paucis natura contenta sit, quàm facilè, quàm minimo sumptu eius diuitiæ con parentur. E[illegible] autem fames ijs timenda qui inanes, qui infinitas cup[illegible]itates & quę neq; necessariæ, neque naturales sint, sibi explendas propos[illegible]erint, quorum [illegible]orago tam lata, t[illegible] profu[illegible]da est, ut nulla auri ui, nullo gemmarum lapillorumq; cumulo repleri queat. Q[illegible] autem [illegible]ta uitam [illegible]stituerunt, ut sola se uirtute beatos putent, animumque non [illegible]orpus ditandum proponant, his omnia semper abundè aderunt. Quam quidem rem, quo t[illegible] planius exprimam, atque adeò potius oculis subijciam. Propone tibi duos diuersissimę quidem fortunę, sed eiusdem penè ætatis uiros, Alexandrum Macedonum regem & Cynicum Diogenem, utrū ditiorem iudicabis? uide quid dicas. Maximi Alexandro thesauri erant, plurimi robustissimique exercitus sibi militabant, imperium latissimum possidebat, innumeræ penè nationes, ac populi, ex Europa, Asiaque uectigales huic regi erant. Diogene autem quid potest angustius excogitari? qui præter rimo[illegible] illud uas è figulo acceptum, quò se reciperet ut à frigore caloreq; tutus esset, ne tuguriolum quidem haberet, quem eodem panno in utroque solstitio obsitum conspiceres, cuius cruda olera etiam nullo sale aspersa, beatissimorum regum dapes superarent. Vtrum igitur horum ditiorem, Laurenti, iudicabis? Ego quidem inquit LAVRENTIVS, si à deprauatissima consuetudine, quæ altera penè in nobis natura est, discessero, & rem totam sensuum iudicio exclusò, rationi cognoscendam tradam, beatissimum Diogenem, miserrimum Alexandrum proferre non dubitabo. Vehementer enim ijs asse[illegible]or, qui in di[illegible] pe[illegible]sitan[illegible] non quantum cuique absit, sed quàm abunde id quod ade[illegible] f[illegible]turum sit, [illegible]nimaduertendum censet. Si enim is diues est, cuius cupiditatibus adsò satis superq; factum sit, ut nihil præterea desideret, quis Diogene ditior? qui cùm siue pastorem, siue aratorem quendam, cauis manibus aquam è fonte ad potum haurientem uidisset poculum quod ad eundem usum fictile gerebat, ueluti superuacaneum abijciendum putauit. Q[illegible]is rursus Alexandro pauperior? qui postquam à Democrito (ut [illegible]uto) Philosopho plures esse mundos audiuerat, lamentari non cessauit, tanquam n[illegible] rati[illegible]e d[illegible]ues e[illegible]ci posset, nisi illos prius imperio suo adiecisset. Rectè, ô Laurenti, de utroque f[illegible]ntis, inquit BAPTISTA. Quamobrem cùm idem rex motus animi tranqui[illegible]itate quam in Cynico cognouerat ita pronuntiasset, cuperem Diogenes esse, nisi essem Alexander, magna e[illegible] parte stultitiam suam indicauit, cùm in summis opibus egere, quàm in summa inopia d[illegible]tesecere mallet. Quamobrem d[illegible]icant homines, quàm paucis natura contenta sit, quod cùm didicerint, oraculum à Celeno editum facile ridebunt, quamuis ipsa ut o[illegible]i suæ fidem faciat, dicat se ea pronunciate. Quæ Phœbo pater omnipotens [illegible] bus Apollo, prædixit. Nam semper auari qui sunt, uitium quo laboran[illegible] f[illegible] simul[illegible]chris tegere conantur. Nam quæ mæra auaritia est, eam pa[illegible]mon[illegible]am uocant, & aut deorum, aut maximorum uirorum auctoritate, famem timendam persuadere conantur.

Dolosa

Dolosa profectò cupiditas, & quæ eos etiam (quos prudentiores putamus) sæpè decipiat. Aduersus cuius fraudes illud unicum remedium est, nosse ea quæ hominum stultissima cupido ad uitam degendam necessaria putat non modò nihil prodesse, sed omnium nostrorum malorum causam existere. Deserens igitur Harpyarum insulam Aeneas ad Helenum enauigat. Est autem Helenus & uates & conciuis. Quapropter rectè illum dicemus, ingenitam nobis rationem, & ueri lumen quod natura in nobis refulget, quod nos falsis bonis decepti consulimus, ut in rectam uiam ab erroribus reducat. Ipse autem uates uera prædicere potest, sed difficile est ad illum peruenire, cùm sit iter per medios hostes tenendum. Nam & sensus omnes & appetitus sensibus obtemperans, uolentibus nobis in uerum iudicium descendere, semper aduersantur. Atque adeò nobis consultantibus obstrepunt, ut uix rationem adire, & uera bona à falsis secernere possimus. Verùm cùm ad Helenum peruenerimus, iuuat euasisse tot urbes, Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostes. Superatis enim perturbationibus, tranquilla quietaq; relinquitur mens, in qua se excitans lux rationis nobis uerum ostendit. Quo doctior facta mens, agnoscit Italiam, quam propinquam esse putabat uia inuia longè diuidi, multumq; maris esse circũeundum, & ad inferos descendendum, antea quàm quietas in Italia sedes collocet. Quæ quidem omnia quanta ratione dicantur, faciliùs est mente complecti, quàm uerbis exprimere. Postquàm enim animus, non dico profligatis, sed magna ex parte repressis uitijs, per medios (ut diximus) hostes in lumẽ suę lucis descendit, tum demum aduertit summum bonum quod in propinquo collocatum, hactenus putabat procul abesse, oportereque nos amplo circuitu maria, monstris obsessa pernauigare. Nam inter ipsam contemplationem, & hác quam uiuimus uitam, interiacet is quem iam totiens appetitum nomino, ueluti turbulentissimum mare quòd Scylla Charybdisque perniciosissima monstra infestum reddant, & tamen est per hæc loca enauigandum, si in Italiam uenire uolumus. Diximus enim à principio (si rectè memini) nulla alia ui, nisi appetitu animum moueri. Sed quoniam de duobus ijs monstris dicitur à Poeta, facilè est ex ipsis fabulis (quid sibi uelit) coniectari. Nam cùm eas fœminas rapacissimas fuisse memoriæ proditum sit, nónne per eas commodè exprimi animi nimias cupiditates dicemus, quarum principes luxuriam atq; auaritiam esse nemo dubitat. Scylla ergo à Glauco adamata, uenereas uoluptates exprimet, quæ maximè rebus nostris florentibus uigent. Nam quòd eius uniuersa pubes, in canes latratores conuersa sit, quantum ad negocium faciat, facile est cognoscere. Charybdim uerò ipsi quoq; Herculi boues, quondam surripere ausam, quis non intelligat simulachrum nobis auaritiæ referre? & quoniam ab ea non ita rebus feliciter succedentibus urgemur, quemadmodum à libidine, sed tunc potiùs, cùm nimis augustijs diuitiarum terminis inclusi, uidemur, ac ob eam causam minimè nobis nostra placent, infelicesq; esse opinamur, idcirco dextrum à Scylla, læuum à Charybdi latus obsideri Maro dixit, quoniam altera in rebus quas aduersas putamus, altera in ijs quibus uehementer delectamur, nimis nos urget. Quæ cùm Baptista dixisset, atque resumendi spiritus causa, aliquantulum obticuisset. Admiror inquit LAVRENTIVS tam magnæ tamque reconditæ doctrinæ diuinitatem. Verùm quantò me ista magis delectant, tantò magis cupio, ne minimam quidem in tota te mihi dubitationem relinqui. Itaq; utar ea quam mihi concessisti libertate, uel licentiá potius. Atque ut iam intelligas quid illud sit, quòd nisi tibi aliter uideatur, planius fieri cupio. Ostenderas à principio ea ratione positum esse à Marone Troiam Aeneam reliquisse, quoniam iam uir ille corporeas uoluptates contempsisset. Per Thraciam uerò atque Strophadas utrumque auaritiæ genus expressum esse uoluisti. Cur igitur si huiuscemodi iam uitia exuerat Aeneas, rursus nunc ut illa uitet ab Heleno mouetur? Delectat me tua interrogatio, ô Laurenti, inquit BAPTISTA. Ostendit enim maiori quodam iudicio quàm isthæc ætas gerere soleat te ea quæ dixi considerasse. Verùm quo omnia tibi planè pateant, memineris non eum uirum à Virgilio produci Aeneam, in quo uirtutum habitus corroboratus sit, sed qui pro uirtute aduersus uitia ita pugnet, ut non sine multa difficultate per continentiam uincat, non unquam etiam ueluti incontinens uincatur. Qui uerò In Italiam: id enim est, ad diuinarum rerum inuestigationem uenturus est, huic non satis est, ut continens sit. Nam quamuis continentia à cupiditatibus arceat, tamen quoniam in assiduo certamine uersatur, non pręstat eam animis nostris trãquillitatem, qua ad res tam excelsas cognoscendas opus est. Quamobrem egemus ipsa temperãtia uirtute undiq; absoluta, & in ipso penè tertio uirtutum ordine corroborata, qua qui instructi sunt, non solùm omnes cupiditates superant, uerumetiam illarum penitùs obliuiscuntur. Hoc autem habitu nemo mortalium se corroboratum iri confidat, nisi plurimis assiduisq; actionibus, prius ad eum consequendum se exercuerit, quæ res sine longioris temporis interuallo effici non potest. Huiuscemodi igitur temporis mo-

ram, Virgilius poeticè quidem, sed optimè tamen expressit cùm dixit:

Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni,
Cessantem longos ac circumflectere cursus.

Quòd autem moneat, ut eo quem dixi habitu se confirmet Aeneas, uersus unus indicio esse potest. Adiungit enim:

Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam: —

Quamobrem rectissimè uniuersum locum concludemus, neminem posse ipsam diuinitatem attingere, nisi per longum prius interuallum eum, quem dixi habitum ita contraxerit, ut non modò non rapiatur à Scylla, sed ne semel quidem ipsam uideat. Quod quid aliud sibi uult, nisi ita obliuiscatur cupiditatum omnium, ut nunquam illæ in conspectum suæ mentis redeat, perpulchrè, perque commodè omnia ista inquit LAVRENTIVS. Verùm quid tibi paulò antè explicare libuerit, triplici illo ordine uirtutum non planè intelligo. Res inquit BAPTISTA huiuscemodi est quæ & sæpe aliàs maximo tibi usui, & præsenti sermoni apprimè necessaria futura sit. Diuinus enim Plato, cùm uirtutes de uita & moribus easdem quas cæteri posuisset, ita ad postremum illas, diuersis siue ordinibus, siue generibus distinguit, ut alia quadam ratione ab ijs illas coli ostendat, qui cœtus ac ciuitates adamant, alia ab ijs qui omnem mortalitatem dediscere cupientes, & humanarum rerum studio mori, ad sola diuina cognoscenda eriguntur, alia postremò ab ijs qui ab omni iam contagione expiati, in solis diuinis uersantur, primas igitur ciuiles dixit, secundas purgatorias, ac tertias animi iam purgati. Est enim triplex hominum rectè, & ex ratione uiuentium ordo. Horum trium inferior, est eorum qui in sociali ac ciuili uita degentes rerum publicarum administrationem suscipiunt. His proximi (sed tamen erectiori gradu constituti) ij sunt, qui à publicis actionibus ueluti tempestuosis, ac procellosis & in quibus fortunæ temeritas omnino dominetur, se in portum tranquillitatis transferunt, & à turba in ocium se recipientes, quietam uitam degunt, non ita tamen, ut non aliquid adhuc restet, aduersus quod luctandum sit. Supremo autem loco eos cernes, qui penitùs à rerum humanarum concussatione, ac tumultu remoti, nihil cuius pœnitendum sit, committunt. Est autem omnibus his ordinibus hoc commune, ut uirtute duce, cuncta ad boni rectique normam dirigant. Verùm quia in uita ciuili cupiditatibus, ac perturbationibus omnia tumultuantur, hisque non nisi ægrè resistitur, dicunt in eo hominum genere uirtutes inchoatas potius quam absolutas. Quapropter id in illis prudentia contendit ut nihil agatur, cuius non possit ratio saltem probabilis reddi. Fortitudo uerò animum supra omne periculum atque metum affert, & nihil nisi turpia timendum admonet. Temperantia autem ostendit, sola honesta appetenda, nulla in re moderationis legem excellendam, omnes cupiditates iugo rationis subijciendas. Iusticiæ postremò partes sunt, ut unicuique suum reddatur, ut æquo iure omnes uiuant. In secundo autem illo hominum genere, qui ea se ratione à negotio in ocium uendicant, ut liberiùs possit rerum diuinarum contemplationi incumbere, fungetur munere suo prudentia, si spretis omnibus mortalibus rebus, & cœlestium collatione pro nihilo habitis, omni cura, omnique cogitatione ad diuina conuertatur. Temperantia autem cùm ea solùm nobis concesserit, sine quibus seruari uita non possit, cætera omnia seuerissimo iudicio contemnenda, fugiendaque pronuntiabit. Sed nec aberit fortitudo, quæ assiduò præcipiat, ut nullum incommodum, nullum laborem, nullum periculum horrescamus, quò minus recto & perpetuo (ut ita loquar) cursu, ad cœlestia & ad originem suam tendat animus. Dices quid iusticia? hoc profectò minus sibi imponet, ut reliquarum uirtutum consensum in huiuscemodi propositum flectat. Istæ quoque ut superiores aduersus perturbationes pugnant, sed faciliùs superant, seque paulatim expiatos reddunt. Quapropter uirtutes ipsæ, in illis purgatoriæ appellantur. Verùm audi iam tertium illud eorum genus, quorum animi ab omni uitiorum labe procul absint. Hij igitur in eo prudentiam exercent, non ut delectu quodam habito, diuina terrenis præferant, sed ut illa sola noscant, solaque ueluti nihil aliud sit intueantur. Adhibent autem temperantiam, non ut cupiditates coërceant, sed illas penitùs ignorent. Eadem ratio erit fortitudinis. Illa enim perturbationem non uincit, sed ignorat: quare optabit dura atque horrenda sibi offerri, non ut uictoriam assequatur, sed ut in eorum contemplatione perpetua firmitate perduret. Quæ omnia si diligenter inspicies, facilè cognosces id ab Heleno admoneri Aeneam, non posse illum sedes in Italia quietas stabilesque collocare, nisi prius ad hoc tertium uirtutum genus peruenerit. Quid ergo hactenus nónne Troiam deseruerat, ac Thraciam Strophadesque reliquerat? Deseruerat quidem, sed nondum tamen, & si uitia fugisset illa dediscere poterat. Hunc autem non ut uoluptatem

luptatem auaritiamq; deponat, quod iam fecerat, sed ita demente deleat, ita perpetuæ obliuioni mandet, ut nunquam eorum memoria illum subeat. Cum autem præ omnibus rebus iterum atq; iterum Iunonem placandam moneat, qua quidem aduersante, Italiam nunquam potiturus sit. Nónne nobis documentum est maximum, unum ex innumeris uarijsq; uitijs esse, à quo etiam ij qui ad quę; excelsa eriguntur, ægriùs liberentur, quàm ab honorum imperij cupiditate? Facilè est enim contemnere uoluptates ei, qui iam maiora mente concepit. Diuitias uerò & si speciem maximorum bonorum à principio nobis ostendant, postremò tamen ab excellenti animo negliguntur. At uerò honores, magistratus, & imperia, quoniam excellens quoddam & eminens in se cótinere uidentur, specie decori atq; magnifici animum etiam excelsum decipiunt. Nam cùm cupiat ille sesè quam proximum Deo dedere, animaduertat autem nulla alia re nos magis Deo similes esse, quàm dandis beneficijs, neq; hæc præstari ab hominibus posse, nisi in summa rerum potestate constituti sint, accenditur uehementi quadam cupiditate, ut reliquos antecedat. Est enim natura nobis inditum, ut semper superiores in rebus omnibus euadere cupiamus. Cedere autem aut succumbere turpissimum putemus. Quę quidem naturalis cupiditas (nisi recta ratione temperetur) in ambitionem, ac postremò in tyrannidem nos rapit, in qua multa aduersus humanitatem, crudelia, tetra, nefariaq; cómittimus, & cùm natura ipsa (nisi deprauata fuerit) ad magnanimitatem erigat nos, ad superbiam & dominatum omnia rapimus. Hinc fraudes, hinc cędes, hinc reliqua immania flagitia insurgunt. Quibus rebus ipsam humanitatem exuti, in truculentissima monstra conuertimur. Non igitur sine summa sapientia, Cyclopum littora, Aeneam deducit diuinus Poeta, ut ostendat qui magna quædam & excelsa petunt, cùm nulla certa ratio animum regat, sese falli, & præ animi magnitudine in immanitatem labi. Sed hæc quoq; loca, miseria ad se fugientis uiri admonitus quam primum effugit Aeneas. Quid enim aliud nobis expressiùs effingere, atq; ipsis (ut ita loquar) oculis subijcere potest ambitiosam & summa efferitate detestandá tyrannicam uitam, quam Cyclops Poliphemus, qui procul ab omni hominum consortio, humanis carnibus pascatur, atq; inter lustra ferarum solam uitam agat. Nónne enim iure Andropophagos (sic enim eos appellant Græci, qui humanis carnibus uescuntur) illos esse dicemus? Non qui carentia iam anima corpora (id enim multò magis tollerandum est) in suas epulas conuertũt, sed qui uiuentes omnibus cruciatibus crudelissimè exedunt, qui ut aut tyrannidem sibi compararent, aut iam comparatam tueantur, optimum quemq; uirum & iusti æqui, ac libertatis amatorem sæuissimè interficiunt. Qui ut sceleratissimi uoti compotes efficiantur, non modò singulos homines trucidant, sed totam urbem, neq; solùm totam urbem, sed integras nationes ferro, igni, fameq; populantur, cuncta libidini militari subijciunt, qui neq; agria cultoribus spoliare, neq; hominum pecudumq; prædas abigere uerentur, qui pueros tenerasq; uirgines ex parentum cumplexu, aut ad mortem, aut ad libidinem rapiũt. Qui castarum matronarum pudicitiam expugnant. Qui publica ac priuata, sacra profanaq; ædificia fundirùs euertunt, & qui modò in florentissima republica, amplissimum dignitatis gradum summa cum gloria obtinebant, eos nunc omnibus fortunis spoliatos, in miserrimam seruitutem abducunt. Quos igitur Cyclopes, quos Lestrigonas, cum istorum immani sæuitia conferemus? Quamobrem, uir summi boni cupidus, qui antea non bene instituta animi sui magnitudine, quacunq; uia ad honores imperiaq; nitebatur, nunc demum tam nefariam crudelitatem, quàm primum eam nouit, detestatur: nouit autem ex macilenta squalentiq; Achæmenide forma, per quam sapiens Poëta, omnes calamitates (quæ ex tyrañide generi humano perueniunt) latenter significauit, cùm ciues paulò antè omnibus amplissimorum honorum gradibus honestati, ad rerum inopiam, extremamq; famem compelluntur, cùm illustris mortis metu latere cogũtur. Relicta enim carissima patria, ignobilissimis obscurissimisq; locis exulant. Quæ quidem miseria, etiamsi in grauem hominem & Aeneæ hostem cadat, tamen non potest ipse qui uir bonus, aut sit, aut esse studeat, ad summum tyrannidis odium non impelli. Quis igitur Maronis sapientiam non iure admiretur, qui ultrum in Italiam uenturum, maria atq; adiacentia littora, tam horrendis monstris obsessa, ita cautè circuire iubet, ut illis omnibus euitatis, in Siciliam incolumis perueniat, unde breuissimus cursus in Italiam sit. Facilè enim est homini, qui se ab omni iam auaritiæ specia expediuerit, omnemq; iniustitiam atq; efferitatem exuerit, ad rerum magnarum cognitionem erigi, præsertim si iam in Siciliam uenerit. Est autem Sicilia nunc insula, olim uerò Italię coniuncta, & continétis pars, sed uenit medio ui pontus & undis Hesperiũ Siculo latus abscidit, aruaq; & urbes littore diductas angusto interluit æstu. Ita enim ab immortali Deo à principio creata est diuinitas animorum nostrorum, ut una eademque sit pars inferior rationis (de qua paulò pòst erit distinctius disputandum) cum partē superiori. Sed quoniam ipsa in agendis rebus uersatur, circa ea quæ loco & tempore circumscripta, assiduam mutationem

recipiunt, euenit ut interuenientibus uarijs perturbationibus, quibus prudentia decepta, sæpe pro bonis mala eligit, ratio ipsa inferiori illis ueluti uehementissimis fluctibus assiduò percussa, ab Italia tandem diuellatur, & à superiori ratione ad appetitum deficiat. Quæ omnia quamuis ita sint, unde tamen breuior cursus ad Italiam: id est, ad contemplationem, quæ in ipsa ratione superiori posita est, quam à ratione inferiori, quæ per Siciliam significatur, ut nihil reperies, præsertim humato parente, quem nos molliciem quandam eneruatam omnia à sensibus prouenientem, interpretati sumus. Nunquam enim ad ueram contemplationem deueniemus, nisi prius ipsa, ut Christianorum uerbo utar, sensualitas non modò extincta, uerumetiam penitus sepulta in nobis fuerit. Quapropter si rectè animaduertis, de Anchise morte meminit Poëta, de sepultura non meminit: non enim in Italiam est uenturus. In quinto uerò libro celebratur funus, ut demum sepulto Anchise, in Italiam contendere liceat. Apparatis itaq; rebus omnibus Aeneas, ex Sicilia soluens paulò pòst Italiç portus subire sperat. Neq; fuisset à sua spe deceptus, si Iunonem aduersissimã sibi deam, ex Heleni pręcepto antea placauisset. Ostendimus paulò antè Iunonem honorum imperijq; cupiditatem exprimere, in qua quidem, & si Aeneas ita se gerat, ut nihil iniustè, nihil crudeliter in rerum administratione acturus sit. Hoc enim à Polyphemo fuga indicauit nihilominus cùm in conspectu Italiæ iam sit, & in limine penè speculandi constitutus. Animaduertatq; non posse in rerum diuinarum cognitionem deueniri, nisi humana hæc omnia contemnat, nititur ille quidem rem perficere, sed appetitus qui nondum rationi subiectus sit, omnino repugnat, falsisque argumentationibus persuadet, nõ esse aut negligendos honores, aut imperia relinquenda. Percommodè omnia à te inquit LAVRENTIVS & ad rem uehementer appositè. Sed unum est de quo (& si fortasse consentanea suspicer) tamen sententiam tuam uehementer cupiam. Nam quid sibi obsecro uult difficilis illa & apprimè morosa dea Iuno. Si enim manentibus Troiæ Troianis irascebatur, cur deinceps ijsdem illis in Italiam enauigantibus, adeò hostili animo aduersatur, an fortasse quia utraque uita ambitioso, & imperij cupido aduersa sit? Istbuc ipsum inquit BAPTISTA: Ambitionis enim dea olim Aeneæ irascebatur, qui uoluptatibus delinitus, nihil honoris cum quæreret, nunc autem rursus irascitur, cùm uideat illum ad altiora quædam erectum, ea quæ cæteri mortales in admiratione habent omnino contemnere. Omittes enim illa, quæ primum gradum in uita ciuili tenent, non mortalia ampliùs, sed immortalia quærit. Mirificè igitur à Poëta:

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti & spumas salis ære ruebant,
Cùm Iuno æternum seruans sub pectore vulnus:

Et quæ deinceps sequuntur. Ratio enim uiuendi, quæ honoribus inseruit, cùm animaduertat se ab Aenea deseri, à quo olim quoq; cùm ille uoluptatem, otiumq; amaret, neglecta fuerat, uehementer dolet. Cognoscit enim si Romanum imperium constituatur fore, ut sua Carthago ruitura sit. Quis enim non intelligat si ad contemplationem, qui præstanti ingenio sunt uiri accesserint, illos ciuiles actiones esse deserturos? Dolet igitur & præstanti iniuria admonita, præteritorum reminiscitur.

——manet enim *alta mente repostum*
Iudicium Paridis spretæq; iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

Quæ quidem fabulæ si diligentiùs considerentur, nihil aliud nobis præter deditam uoluptatibus uitam referent. Nam Paridis iudicium in quo Iunoni Venus præfertur, quid aliud censeas, nisi uitæ honorum cupidè mollem eneruatamq; & uoluptatibus addictam præponi. Genus autem inuisum (id est, Iouis Electræq; adulterium ac postremò raptum Ganymedem) nemo modò mediocriter eruditus sit, aliò tradocet. His igitur accensa Iuno, naufragio Troianos perdere tentat. Verùm ne nos ea quæ sub huiuscemodi tempestatis figmento recondita sunt, ulla ex parte lateant, néue quid Iuno, quid Aeolus, quid Neptunus sibi uelit, incognitum relinquatur, pauca de animorum nostrorum ui atq; natura repetenda sunt. Illud tamen præmonebo euenire, ut eadem ad multos locos enodandos adhibenda sint. Quæ si semel à me expressa, cæteris deinceps in locis, uelut iam cognita silentio prætereantur, uideo me (quod summopere cupio) breuitati inseruiturum. Sed rursus cum eodem tempore, si sic agamus, duplex tibi onus impositurus sim. Erit enim eodem tempore, & memoria quod alibi dictum sit repetendum, & quod interim perpetuo orationis filo contexitur, sine ulla intercapedine percipiendum, malo loquacior esse, quàm committere, ne ingenium eodem momento in plura distractum, uel minimam disputationis particulam incognitam prætermittere cogatur. Cum igitur ad id quod proprium nostrumq; est, quodq; à nostrę originis diuinitate traximus: id est, ad ratioci-

ratiocinandum, ad contemplandum, ad intelligẽdum erigimur, eam animi partem adhibemus, quam Græci νοῦν, nos mentem nuncupamus. Verùm hanc multi, sed præcipuè Platonici Christianiq; Philosophi, duplicem esse uoluerunt, alteram inferiorem quam rationem appellant, diuiniorem alteram & superiorem, quam intellectum nuncupant. Quapropter sapienter Auicenna animos nostros, ueluti alterum Ianum duplici ore insignitos esse dixit, ut hoc sursum uersum principia altissima per sapientiam suspiciamus, illo uerò res mortales & actiones humanas per prudentiam administremus. Diuiditur igitur mens in duo, sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam, quæ sit recta rerum agendarum ratio quasi in uirum & mulierem, ut uir superior sit, & regat, mulier inferior & regatur. Quapropter ègregie illud: Melior est iniquitas uiri, quàm mulier benefaciẽs. Non enim præponitur iniquitas uirilis æquitati muliebri, sed commodè exprimitur rectiùs eum agere, qui desiderio rerum cœlestium raptus, plurima corporis & socialis uitæ commoda negligat, quæ res uidetur iniqua, quam eum, qui ut nullum uitę ciuilia officium deserat, cœlestium rerum curam omittit, quæ cùm ita sint, uideamus quæ à Marone dicuntur. Nempe Aeolum Iunonis precibus uentos, quos Iouis iussu regere debet, in mare emisisse, qua tẽpestate obrui poterant Troiani, nisi illis à Neptuno subuentum fuisset. Quo in loco si uitæ ciuilis cupiditas sit Iuno, commodè Aeolum inferiorem, Neptunum uerò superiorem hominis rationem interpretabimur. Non igitur mirum si ab honorum, ac imperij ardentissima cupiditate, ratio illa inferior flectitur, atque de suo gradu deijcitur. Referunt fabulæ, Aeolum uentis præpositum à Ioue esse, ut iussu suo illos & intra carcerem cohibere, & inde emittere certa quadam lege ualeat. Quamobrem

——celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenens, mollitq; animos & temperat iras.

Et illud:

Ni faciat maria ac terras, cœlumq; profundum,
Quippe ferant secum rapidi, uerrantq; per auras

Et profectò ita instituti sunt animi nostri, à rerum omnium summo architecto, ut cùm sit in nobis ea pars quæ ad res asciscendas fugiendasq; insurgit, pręponatur sibi ea rationis particula, quæ inferior cùm sit, ad res omnes agendas rectè appetitum moueat. Ratio autem ipsis mortalibus indita non à corpore est, sed à Ioue. Hæc igitur dum suo conditori obtẽperat, celsa arce sedet, quia nihil humile cogitat, sed quæq; ègregia, atq; excelsa meditatur, tenetq; sceptra. Nam totius uitæ administrationem habet. Mollitq; animos & temperat iras, cùm nimijs cupiditatibus appetitum coercet, atq; intra modestiæ fines continet. Sin autem ita Iunonis blanditijs demulceatur, ut suæ naturæ propriæq; originis immemor, rerum terrenarum cupiditatibus irretiatur, totum illi se præbet, eiusq; iussis (non autem Iouis) uentos. Hi enim perturbationes sunt, emittit. Illi uerò mare (quem appetitum esse diximus paulò antè) tranquillum ex diuersis partibus feriẽtes, horrendas tempestates excitant. Hebetant enim rationis aciem honorum cupiditates; quæ ueluti nubibus obducta, uerum bonum à falso non discernit, ipsumq; appetitum: qui à sensibus originem ducit non modò non restinguit ardentem, uerùm ultrò inflammat, & gentem Iunonis inimicam. Ea autem est mens nostra, humanarum rerum contemptrix, diuinarum autem cupida, in sanis perturbationibus obruere nititur. Sed redeo ad Iunonem. Illa enim cùm recens iniuria antiquum sibi uulnus refricasset, ira plena in Aeoliam tendit. Nimborum patriam loca fœta furentibus austris. Callida omnino dea, quæ regionem ad ea quæ cupiebat perficienda, sibi deligere non ignorauit. Cùm enim rerum humanarum cognitione abstrahere nititur. In Aeoliam patriam uentorum (id enim est in appetitum perturbationibus expositum) ueniat necesse est. Verùm Iouis iussu, hoc regnum Aeolo commissum est. Nam si Deo obtemperemus, rationi semper obtemperabit appetitus. Rectissimè enim Platonicum illud, bono uiro legem Deum esse: malo autem libidinem. Quamobrem huiuscemodi rationem deprauare aggreditur Iuno, & ueluti ij qui causæ suæ diffidunt, & falsis rationibus persuadere, & largitionibus corrumpere iudices parant: ita ipsa Aeolum adoritur, conaturq; ostendere æquum esse, ut ille gentem sibi inimicam Italiam attingere prohibeat. Persuadetur Aeolus, seq; cuncta ex iussu Iunonis facturum recipit. Quin quicquid imperij habet, id omne à Iunone recognoscit. Nam nisi inflammetur appetitus, cupiditate rerũ terrenarum, atq; illa ueluti mare uẽtis turbetur, minimè uideretur indigere uita nostra imperio rationis. Hoc igitur pacto, se omnia Iunoni debere, ratio fatetur, ueluti quę (nisi perturbationes adsint) nihil habeat, in quo suum imperium exerceat, ac decepta cupiditate earum rerum quas magnas putat, uentis habenas remittit, ac mare perturbat, quoniam turbulentissimis cupiditatibus, appetitum concitat. Quibus Aeneas, qui ad cœlestium rerum contemplationem tendit, adeò laborũ periculorumque magnitudine infringitur, ut à proposi-

to deijciatur. Et profectò cùm appetitus, quo solo animus mouetur, & quo nos ad summum bonum duci oportet, aliò nos rapiat insurgit atrocissima illa tempestas, in qua:

Eripiunt subitò nubes cœlumq́, diemq́, Teucrorum ex oculis. —— Nam qui paulò antè tranquillo appetitu ad speculationem ferebantur, insurgentibus perturbationibus, adeò illis obcæcantur, ut quicquid luminis à ratione prouenicbat, penitùs tollatur. Vnde fit, ut nox atra ponto incubet. Appetitus enim qui hactenus luce rationis illustrabatur, nunc illa amissa in tenebris uersatur. Adeoq; æstuat hoc mare, ut alij Aquilone feriantur: hæc enim elatio quædam est, quæ è rebus secundis profluit. Alij in summo fluctu pendent, nam supra suas uires difficilia arduaq; aggredientes, anxij solicitiq; perpetua expectatione pendent. Alij terram inter fluctus tangentes, ab ipsa fortuna deiecti, miseriarum cumulo obruuntur. Sunt denique qui in saxa latentia contorqueantur. Nam multi cum imperij perturbationum, ad huiuscemodi cupiditates explendas temerè ferantur, in uaria pericula sibi improuisa incidunt. Sunt postremò quos auaritia ueluti in Syrtes trahat. Nam quis non uidet esse etiam, quorum nauis demergatur? Vnde uere omnino: *Apparent rari nantes in gurgite uasto.* Nam ex innumera mortalium turba, quos perturbationum procella demergit, pauci emergere ualent. Facto enim habitu, pauci ad portum enare possunt, præsertim cùm ipse gubernator, à temone reuulsus, imò in præceps eiectus, in profundum ruit. Cùm enim ea animi pars, quæ uitæ regendæ præposita est, sua sede deijcitur, actum iam de uniuersa re esse quis non putet? Hæc autem omnia cùm Iunonis Aeolique culpa accidissent, interim Neptunus commotus grauitate tempestatis, placidum caput ex summa unda extulit. Neptunum poetæ summum maris Deum esse finxerunt. Dico autem summum, qui alia quoq; aquarum numina extant, & profectò plures uires appetitui præsunt. Mouetur enim illi iudicio sensuum, mouetur rationis inferioris, summum tamen imperium superiori rationi reseruatur. Hæc igitur ratio quam nunc Neptuni nomine significat Poeta, cùm omnibus perturbationibus rapi uexariq; uideat caput è summa unda, ueluti ex specula effert, unde ipsius appetitus fluctus procellasq; animaduertens, animum illius furore in præcipitium rapi cognoscit, neq, solùm tempestatem sentit, sed etiam ipsam Iunonis dolis excitatam intuetur. Nouit enim recta ratio animum ita affectum, propterea in has miserias incidisse: quoniam falsa bonorum spe decepta inferior ratio, uentos non modò non cohibuerit, sed ultrò emiserit. Quamobrem, ut subitum tanto malo remedium afferat, Eurum Zephyrumq; ac reliquos uentos ad se conuocās grauiter increpat, qui impio Titanum sanguine orti, deorum regnum infestare audeant. Referunt enim fabulæ, uentos Astrei filios fuisse. Astreum autem unum ex ijs Titanibus esse dicunt, qui immani impietate aduersus deos immortales, temerarium bellum sumere sint ausi. Hæc igitur in fabulis reperies: Nos autem si Ciceronem, reliquosq; doctissimos uiros audiamus: quid nam aliud cum dijs bellum gerere, quàm naturæ nostræ repugnare interpretabimur? Qua quidem re quid magis temerarium esse possit non reperio: nam quemadmodum eos tum demum sapientes, & dicimus & sentimus, qui naturam optimam ducem sequuntur, ita illos stultos temerariosq; putabimus, qui ab ea omnino desciscunt. Iure igitur uentos è Titanibus ortos finxerunt, quoniam perturbationes à temerario semper, & naturæ repugnante iudicio proueniunt. Audax igitur facinus committunt perturbationes, quę stultitia temeritate humana gente appetitum diuinitatis nostræ (id est, rationis imperio subiectum) turbare audeant. Quamobrem iustè a Neptuno obiurgantur uenti, iusteque imperium pelagi sibi uendicat Neptunus, cum in bene instituto animo huiuscemodi illud esse oporteat, ut solo mentis iudicio moueatur. Ad huiuscemodi igitur sententiam commodè posse trāsferri Aeolum atq; Neptunum putaui. Quòd si qua in parte satis tibi factum non est, aut si quid in mentem uenit, quod aptius loco quadret, promas illud licet. Nihil enim est quod uereatis aut pudore impediaris. Nam neminem ex omnibus qui uiuunt inuenies, qui aut æquiori animo refutari patiatur, quàm ego fero, aut auidius quod nescierit addiscat. Neq; est etiam quod dicas huiuscemodi senem ego adolescens? Vidi enim multos ex ijs qui & habentur & sunt doctissimi, nonnunquam admonitu etiam indoctissimi hominis in earum rerum cognitionem uenisse in quam suo ingenio tam diuturno, nunquam tempore hactenus uenerant. Ego inquit LAVRENTIVS quid alijs euenerit nescio: mihi tamen nunquam tantum arrogabo. Verùm quia accidere in tanta rerum copia, atq; uarietate doctissimis quibusq; solet, ut cùm plurima eodem tempore sese menti offerant, nonnulla sint, quæ & si non explicentur, facilè tamen ex reliquo tum similitudine percipi possint. Sint etiam & alia quę quamuis enucleatè planeq; edisserantur, hebetiori tamen ingenio qui sunt, illa minimè consequantur, utar ea quam mihi permittis licentia, & quoniam de coniugio Aeoli, atq; Deiopeæ nihil à re dictum est, petam (nisi id omnino inutile ducas) ut si quid ea in fabella sit, quod ad rem nostram conferat, nobis explices. At dices, nunquid tibi in mentem uenit, ne etiam

tiam in minutioribus me defatiges? Venit quidem. Nam cùm ratio à diuinis ad humana abducenda est, nullum penè maius præmium proponi potest, quàm pulchrum castumq; coniugium. Inde enim cupiditas illa naturalis, quę est coniunctionis maris & fœminæ expletur. Inde sobolis est propagatio, quæ quidem non solùm uoluptati simul, ac usui nobis est, uerumetiam posteritati consulit, ut etiam mortui aliquo modo in illis uiuamus. Istuc ipsum inquit BAPTISTA nec modò propositę quæstioni rationem habeas, quicquam est præterea desiderandum. Nam id hoc in loco aperiam, quod alio paulò pòst foret aperiendum. Prisci igitur illi qui de deorum natura scripserunt, tria Theologiæ genera posuerunt, unum fabulosum, quod Græci Mithicon nominant, quo quidem populum ociosum in theatro oblectarent. Alterum naturale: id enim est Physicon, per quod commodè uim naturæ exprimunt, ut cum per Saturnum filios omnes, præter illos quatuor uorantem, tempus nobis denotant, quòd si quatuor Elementa excipias, omnia sua edacitate consumit. Tertium uerò idcirco ciuile appellant, quia inde ad bene beateq; uiuendum præcepta promantur. Consueuere igitur Poëtæ (quibus nihil doctius reperias) hæc omnia ita confundere, atq; in unum commiscere, ut optimo quodam temperamento, eodem tempore, & aures summa uoluptate demulceant, & mentem recondita doctrina alant, ac nos ad rectum atq; honestu, & ad ipsum summum bonum deducant. Nos autem quoniam si hæc omnia exactius in Marone prosequi uoluissemus, nimis operosum negotium proponi uidebatur, duobus primis generibus obmissis intra ciuilis generis cancellos, disputationem nostram inclusimus. Quapropter illud paululum, quod modò de fabula decerpseras, nostro operi condocet. Nam reliqua Physicen spectant. Dicunt enim Phœbi Auroræq; filias xiiij. fuisse, easque Iunoni Nymphas attributas. Ex illorum enim interpretatione Iuno aër est. Aëri autem septem quædam attributa sunt. Septem itidem in aërè gignuntur. Quæ omnia ipsius Solis (tunc maximè cùm in nostro hemisphęrio uersatur) opera proueniunt. Sed ut de primis priori loco dicatur, est aëris ut leuis sit, ut mobilis, ut calidus, ut humidus, ut serenus, ut taciturnus, ut spirabilis. Has igitur ueluti septem Nymphas finxerunt Poetæ. Earum autem quæ in aëre gignuntur primam ponunt quæ Iris appellatur. Cui etiam attribuunt tres ueluti ministras, pluuiam, grandinem, niuem. In his enim contingit, ut nubes Soli opponatur. sed est id (ut ita loquar) nubium corpus, ut alia sui parte densum, ut alia densius, alia densissimum sit. Quapropter à prima subrubeus, à secunda cæruleus, à tertia niger color peruenit. Contra uerò partes quæ in ea purè sunt croceum, quæ uerò puriores uiridem, quæ postremò purissimè, album colorem remittunt. Hæc igitur prima ex alijs septem Nympha est, quam deinde sex sequuntur, Phython, cometa, fulmen, tonitruum, exhalatio, ac terręmotus, de quibus suo ordine disputare non grauaremur, nisi ex tribus illis (quæ dixi) generibus ciuile solùm prosequi constituissemus. Verùm cùm uoles hæc probè, & quid sint, & qua ratione gignantur, facilè cognosces. Sunt enim in ijs quæ meteora appellantur, ab Aristotele quidem peracutè, ab Alberto uerò (cui magno cognomine est) etiam apertè perscripta. Quòd autem Deiopeam omnium pulcherrimam se daturam pollicetur Iuno, ratione non caret. Est enim ea in aëre facies, quæ serenitas dicitur. Quæ res autem magis in cupiditatem rerum humanarum trahere Aeolum poterat quàm serena cœli facies? Per quam quidem rem, prosperum in cunctis rebus fœlicemq; euentum, significare uoluit, cuius quidem spe omnes labores, ac difficultates, in uita sociali perferimus. Perplacent ista inquit LAVRENTIVS, atque ita perplacent, ut nihil in ijs præterea desiderem, perplacent quoq; quæ tu de ratione appetituq; dixisti, sed uide, ne pugnantia loquaris. Nam si rectè memini, tu paulò antè Aeolum inferiorem rationem esse uoluisti, nunc autem Neptunum superiorem ponis, rectè utrunque. Verùm cùm hic imperium sibi, non autem illi datum dicat, non uideo cur Aeolo quoq; non concedatur, ut mare uel in mittendis uel coërcendis uentis, aut extollat, aut sedet. Non eo inficias inquit BAPTISTA pertinere ad hanc inferiorem rationem, ut cùm de agendis rebus iudicium habeat, ipsa appetitum, & ad ea quæ asciscenda sunt impellat, & ab ijs quæ sunt fugienda auocet. Verùm quemadmodum in benè instituta republicâ, supremus quidam magistratus creatur, cuius arbitrio & iussu omnia gerantur, alij tamen assone minores magistratus, quibus singulis singula committantur, ita totius uitæ imperium in mente consistit ita tamen ut inferior ratio, appetitui ea lege proposita sit ut nihil, nisi rectè iudicet. Quod si illecebris rerum humanarum decepta, non rectè sentiat, sed sint eius iudicia falsa, adest supremus ille magistratus, ad quem prouocare liceat. Quapropter rectè scriptum est, Aeolum non nisi clauso carcere regnare, quoniam in uita hac communi ac ciuili, potiùs cohibendus appetitus ui quadam rationis, quàm quietus tranquillusque reddatur. Non enim in bonas affectiones conuertuntur, sed potiùs moderatione coërcentur. Ratio autem superior cùm caput ex undis extulit, emissamq; à Iunone hyemem cognouit, cuncta in tranquillitatem redigit. Emittit enim caput ex undis, cùm se à

corporea

corporea mole, qua hactenus obruta opprimebatur, uendicans ipsa se excitat, atq; à sensibus seuocat, quo tempore non solùm cognoscit, qua hyeme opprimatur Aeneas, ne in Italiam tendat: uerumetiam tantorum malorum causam Iunonem (id est, rerum humanarum cupiditatem) esse intelligit. Quamobrem, uentos quàm primum à mari remouet. Nam uacuus perturbationibus appetitus, rationi obtemperantior redditur. Illosq; ut deterreat, maiores pœnas sibi daturos minitatur, quàm illi ab Aenea acceperint, nec iniuriis. Nam appetitus à perturbationibus in[u]asus, ad tempus uexatur. Intelligentia autem illa suprema, si impetium sibi uendicarit, quoniam summo lumine animus illustratus, nunquam deinceps nec decipitur, nec labitur, necesse est ut perturbationes, quarum genitrix falsa opinio fuerat, in nobis penitus sepultæ reddantur. Quapropter non simili pœna commissa uenti Neptuno luent. Sed unde quæ sequatur. Remotis mentis, nubes dispersas in unum colligit Neptunus, atq; collectas fugat. Est enim hoc intelligentię, ut à principio singulas falsas opiniones prosequatur, in unumq; congerat, atque demum confutet, quibus confutatis, tum demum Solis luce: ea enim est ueri cognitio, cuncta illustrantur. Quin & Cimothoe & Triton naues à scopulis abducunt. Cimothoē per undas currens, si Græcum uerbum aduertas, facilè interpretaris. Triton autem Neptuni tubicen habetur. Ista igitur duo numina à scopulis cupiditatum naues reducunt, quia cùm rectum nouerimus, uana relinquimus. Scientiam autem aut nostro ingenio assequimur, cùm id sua uelocitate per cuncta discurrat, aut doctrina aliunde accepta, primum illud Cimothoes uelocitas exprimit. Hoc autem Triton significat. Nam ut tubicines, suo præconio mandata principis manifestant, sic doctrina quid ueritas uelit aperit. Quod autem prospero cursu, per pacatum mare uehatur Neptunus, facile probatur. Nam cùm pacatus est ab omnibus perturbationibus, sine periculo, ita per eum labitur ratio, ut nusquam offendat. Diximus de tempestate. Nunc ad reliqua pergamus. Neptuni beneficio ex tam manifesto periculo erepti Troiani cùm fessi fractiq; Italiam utpote longinquam terram contingere posse desperarent, extemporaneo atq; minimè præmeditato consilio ad propinquum Carthaginensium littus uela dirigunt. Puto uos meminisse Italiam speculationis, Carthaginem actionis figuram habere. Quapropter id nunc exprimit Poëta quod in humana uita sæpe uslu uenire uidemus. Sunt enim multi, qui cùm neq; in uoluptate, neq; in diuitijs, neque postremò in honoribus summum bonum inueniant, ad ueri cognitionem sese conferant. Verum cum se humana omnia facilè posse contemnere, & seorsum ab hominum cœtu contemplationi incumbere existimeut, iamque rem aggrediantur, uix illam reliquerunt, cum tantum relictarum rerum desiderium insurgit, adeóq; ex recordatione tantarum illecebrarum effœminantur, ut rursus in summas perturbationes incidāt, quæ quamuis tádem summa ratione sedentur, adeò tamen defessi defatigatiq; relinquuntur animi nostri, cum non sine difficultate tam horrendam tempestatem euaserint, ut satis superque egisse puteut, si societatem humanam incolentes, quæ immania & humano generi perniciosa sunt uitia effugiant. Virtutes autem si non exactas, atq; perfectas inchoaras tamen retinent, & cum difficultate eius uiræ quæ in ueri speculatione posita est, deterreantur, animaduertant quæ huiuscemodi uirę genus humanam penè imbecillitatem excedere cùm Aristoteles maius aliquid quàm hominem esse qui hæc posit affirmet, secum sic ratiocinantur. Non paruum erit uoluptatum incendia euasisse, Thracensium rapinas euitasse, ac Harpyarum sordes & Cyclopū immanitatem refugisse. Nunc uerò si id non possumus, quod diuinitatis potius, quàm humanitatis esse uidetur, illud quis reprehendet ut in hominum societate id quam colendam, tuendam, augendamq; nati sumus, uersari prudenter, iustè, fortiter, denique ac temperatè uiuamus, parati ut pro patria, ac parentibus nullum laborem, nullum periculum deuitemus. In omnes qui nobis sanguine coniuncti sunt, pietatem obseruemus. Ciuibus nostris aut egenis liberaliter subueniamus, aut errātibus rectam uiam demonstremus, aut iniuria oppressos, consilio, opera, gratia, auctoritateq; nostra subleuemus. Speculationem uerò magnarum rerum, in maturiorem ætatem, atq; in ipsam seuectutem (quæ à multis perturbationibus, quibus huiuscemodi uita maximè impeditur, liberior esse solet) reijciamus. Quam quidem sententiam, ijs quæ de Isaac magni Abrahæ filio dicuntur, tueri se posse confidunt. Nam quod de Patriarcha illo legitur, egressum esse ad meditandum in agrum, inclinata iam die, ita interpretantur, exisse illum à corporeis sensibus, ad meditandum in agrum, quasi seorsum ab humana frequentia, inclinata iam die. Id enim est circa senectutem, iam feruore sanguinis cessante. Conantur prętereà suam causam, grauissimorum uirorum testimonio corroborare, qui usum potius rei, quàm causam (unde bonum fit) considerantes, actionem contemplationi anteponunt. Præsertim in uiridiori ætate, in qua philosophum agere, dicere rempublicam administrare, militare atq; imperare iubent. Ostenduntq; Platonem ipsum ualidioribus annis, & nauigationes in Siciliam, & studia in Dionem exercuisse. Senescentem autem in Academia,

demia, circa ueri inquisitionem quieuisse, Xenophontem quoq; adolescentem in rebus agendis summopere laudant. Senem uerò in speculatione admiratur, & beatum propter ocium putant. Quin etiam multos (ut sapientiores fierent) plurimos populos peragrasse ostendunt. Quapropter & Homerus Vlyssem sapientem propterea dicit, quod multorum hominum urbes ac mores nouerit. Huiuscemodi igitur ac plura alia in unum colligentes, quæ tu summo artificio ac prudentia, nudius tertius cùm hoc genus uiuendi laudibus efferres, enumerabas. Speculandi propositum in seriorem ætatem reijciunt, atq; ad res ciuiles agendas, interim se conuertunt. Quod quidem uitę genus, qui uituperabit, is profectò iustam, ut ab omnibus uituperetur, causam præbebit. Sunt enim sua sibi quoq; munera, & plurima quidem atq; præclara, quibus si rectè fungatur, & cæteris utilitatem & sibi gloriam tranquillitatemque, quoad imbecillitas humana patitur, sine controuersia pariet. Quapropter non sine summa ratione, tutus tranquillusq; portus, in Carthaginensi littore describitur, cuius formam situmq; quæso diligentius inspicite. Est enim in secessu longo locus, quem insula portum efficiat. Mortalium enim mortalis uita continentem (ea enim terra est, quæ marinis fluctibus minus est exposita) nusquam habet. Insulam autem habet æstuantibus assiduò frementibusq; undis, undique percussam. Sed quæ tamen ita sua mole hæreat, ut aduersus omnem uentorum mundarumq; imperũ immobilis semper obduret. Nam cùm hæc quę momentanea sunt, & tamen stultitia humana bona putantur, fortunæ temeritati subiecta sint, cumque amore sui mentes humanas incendant, conficerent profectò nos nisi insula in medio mari simus, quæ quamuis undique mari tundatur, tamen uirtutibus stabilita non mergitur. Est autem in longo secessu. Nam animus uirtutibus (aduersus fortunæ impetus) munitus procul à perturbationibus seiunctus est. Illæ enim obiectu laterum repelluntur. Cùm hinc fortitudo contra res aduersas, hinc temperantia aduersus res secundas opponatur, recteq; uastę rupes appellantur. Virtus enim in difficili loco posita est. Adde quod ita medium tenet, ut quocunq; te inde amoueas, ad extrema perueniendum sit, unde tanquam è pręcipiti rupe labaris, geminiq; minantur in cœlum scopuli. Nam non solum nostra prudentia fretires magnas aggredimur, uerùm multò magis diuino consilio confisi. Nec temerè dictum est, sub scopulorum uertice æquora tuta silere. Nam apertius duplici lumine illustratus, ab omni semper perturbatione liber est. Quòd autem desuper scæna coruscis syluis, & atrum nemus horrenti umbra imminet, non caret ratione. Nullo enim in homine prudentiam inuenias, qui earum rerum quas sua temeritate fortuna uersat, euentus penitus præuideat, cum tot tamque diuersis casibus exponamur, ut persæpe & quæ nocitura sint, summis uotis experamus, & ea quæ si euenirent, saluti usuiq; essent, ueluti noxia omni industria fugiamus, deniq; in aduerso fonte aquæ dulces deprehenduntur. Nam cùm procul è uariarum cupiditatum fluctibus consistimus, exurgit huiuscemodi uita, quæ si non beata omnino, quieta tamen tranquillaque sit. Huiuscemodi igitur portum subeunt, qui suprema diu sectati, ac postremò difficultate deterriti, se in uitam socialem conferunt in qua ciuilibus uirtutibus exculti cùm uersentur, laudem non mediocrem reportant, longè tamen ab ea diuinitate quam quærimus absunt. Quòd autem septem nauibus huc subierit, quodq; reliquos è scopulo prospiciens requireret, quòd demum sociorum inopiam, ferina uinoque subleuauerit, huc pertinent, ut intelligamus eum qui rempublicam administrandam sumat, omnes labores, omnia incommoda subire oportere, ut illorum quę suę fidei commissi sunt, salutem incolumitatemq; conseruet. Quapropter & Achates (ea enim principis cura est) ignem excitabit: id est, desides ad res agendas accendet, ut quæ ad uictum necessaria sunt minimè desint, & scopulos ascendens, absentes requiret, quos si tutari non poterit, ijs qui adsunt consulet, illorumq; inopiam cùm subleuauerit, & iam oratione consolabitur, optimisq; præceptis ita imbuet, ut admoneat non esse huiuscemodi hoc uitę genus, ut in eo sedes figere uelimus, sed esse omnes labores ac difficultates superandas, ut inde Italiam perueniamus, ubi demũ sedes quietas inuenient, ubi etiam Troia resurget. Nam cùm uita uoluptuosa ibi quæreretur, ea aderat uoluptas, quæ à sensibus profecta, corporea esset, & caduca & quam statim pœnitentia sequebatur. In Italia autem uoluptas summa proueniet, à diuinarum rerum speculatione, quæ uera simplexque sit uoluptas, quæ perpetua, quæ æterna, quam nullus mœror sequitur. Hæc enim optimi principis administratio est: nam cùm uideat ciuilem actionem humanæ indigentiæ, non autem ei (quæ in nobis est) diuinitati inseruire, ita in illa uersabitur, ut cùm ea quæ ad mortalium inopiam necessaria sunt prouiderit, suorum tamen animos ad diuina erigat, iubebitq; eos aduersus fortunæ casus durare, & se rebus secundis (quas in Latio inuenient) seruare. O diuinum ingenium. O uirum inter rarissimos uiros omnino excellentem, & poetæ nomine uerè dignum, qui nõ Christianus, omnia tamen Christianorum uerissimæ doctrinæ simillima, proferat: lege Apostolum Paulum. Liber enim unum huoc ex omnibus ueluti nostræ religionis ca-

put

put nominare, qui uitam humanam ad huiuscemodi normam dirigit, ut neque corporis necessaria subtrahenda, & uero inuestigando semper uacandum censeat. Quid enim ille fusè lateq; describit, quod hic poëticis angustijs nō coarctet? Mira profectò res, ut singula penè uerba longissimas e Platonica, Aristotelicaq; republica sententias amplectí ualeant, sed nolo quod quidem hactenus nusquam feci, ita exactè hunc locum prosequi, ut reliqua deinceps aut omittenda, aut ea celeritate prætereuolanda sint ut idem nobis eueniat, quòd longam picturam incitatissimo cursu perspicientibus euenire solet. Ii enim in puncto temporis, cùm id etiam magnopere contendant, colores notare uix possunt. Lineamenta autem, & corporum simulachra, & quam Græci symmetriam nominant, ne uix quidem. Quapropter reliqua ad maius ocium differantur. Orationem autem Veneris ad Iouem, rursusq; Iouis ad Venerem mœram textus seriem continere placet. Inseruiunt enim omnia poëtico figmento. ita tamen, ut nonnihil de Mathematicis decerpat Maro, & tandem Iuliorum familiam, in primis autem Augustum laudet. Namque ad allegoriam referre uolumus inde solum accersenda censeo, unde ducentem sua sponte sequantur. Sin autem ut ingenij inuita eruantur, tantum de grauitate sua amittunt, ut ridicula penè reddantur. Itaq; omittamus anxias interpretationes, eaq; solùm assumamus, quæ non modò in abdito non latent, sed ultro sese quærentibus offerunt. Quod autem paulò antè ad Mathematica pertinere dixi, paucis quidem, sed ut temporum angustiæ ferebant, non omninò obscurè in principio expositum esse puto. Itaq; reuertor ad Aeneam. Ille enim per noctem plurima mente repetens, statuit ut primum illucesceret, locorum naturá diligentius explorare. & homines ne, an feræ teneant inuestigare. Quibus uersibus qualem oporteat esse reipublicæ administratorem, egregiè exprimit. Atq; in primis illud Homericum approbat:

Iliad. B. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε.

Quis enim cui tot mortalium cura commissa sit, uniuersam noctem somno impendet? Id autem summa sapientia dictum omnes fatebuntur. Est enim optimi principis uel præcipuum munus cùm loca inculta uideat, ut homines ne, an feræ inhabitent, sibi exquirendum proponat. Nam qui uitam ciuilem diligenter Intuetur, uaria hominum ingenia, uaria studia, uariosq; mores inueniet. Sunt enim qui recto honestoq; semper incumbant, ciuili concordiç faueant. Libertatem saluam esse cupiant, neminem plusquam leges in Republica ualere uelint. Iniuria oppressos subleuent. Superbiam seditiosorum ciuium deiectam cupiant. Maiestatem publicam pro uiribus augeant. Religionem deniq; ac iustitiam omnibus rebus præferant. Hi igitur iure homines appellari possunt, quoniam humanæ naturæ officia non deferunt. Contrà autem plurimos reperias quorum petulantissima libido nihil sanctum, nihil pudicum relinquat, plurimus qui summa auaritia accensi, omnia uenalia habeant, & aut ueluti uulpeculæ dolis, insidijsq; incautos decipiant, aut uiribus superiores cùm sint, opibus quoq; & honoribus eos antere uelint, quibus sapientia ac uirtute longè sint inferiores, huiuscemodi igitur uitijs deprauati homines, quamuis effigiem membraq; humana retineant, tamen quoniam mores ferinos induerunt, non ampliùs homines, sed immanissimç feræ putandi sunt. Quapropter in humanis cœtibus longè plura sunt illa, quæ uitiorum Vepreris atq; Senticetis tanquam inculta horrent, quàm ea quæ ingenuis artibus, præclarisq; uirtutibus exculta nitescant. Progreditur igitur Aeneas ut singula diligentèr exploret, non temerè tamen, sed Acharam fidissimum comitem secum ducit, & armis instructus incedit. Nam quis unquam rectè rempublicam administrauit, cuius animus aut cura, ac diligentia uacuus sit, aut fortitudine careat. Illis enim quæ agenda sunt, multò antea præuidemus: hac autem nequid ex ijs quæ magna ac præclarè præuidimus, ob metum infectum relinquatur resistimus. Cùm igitur reiecto in aliud tempus contemplationis proposito, ad ciuilem uitam digrediatur Aeneas, sitq; & in ea multum elaborandum, opus est ut & duce matre ad illam perueniat. Nisi enim amore earum rerum quæ agendæ sunt, calescat animus aduersus tantos, tamq; narios labores, obtorpeat necesse est. Fit ergo illi obuiam mater, non tamen confessa Deam, qualisq; uideri cœlicolis & quanta solet. Eam enim se tunc ostendit, cùm filium à uoluptate eo consilio abducebat, ut ad summum tenderet. Quo tempore oportebat eum inflammari amore diuinarum rerum, qui & ipse diuinus ab omni materia & corpore procul absit. Hic autem earum rerum amore incenditur, quæ corporeæ & magna ex parte materia demersæ sint. Quapropter non Deam confessa, sed humana forma dissimulata, sese filio offert, & in sylua ut uenatrix illi apparet. Qué quidem locum planiùs uobis exprimam, si pauca omnino (nec nisi ea quæ necessaria sunt) prius de sylua exposuero. Omnium rerum quæ sunt rectum quendam ordinem existere, Trismegistus, Homerus, ac Plato ostenderunt, atq; ut quòd sentirent dilucidius ex-

ut exprimerent, auream cathenam à naturæ fonte ad infimam usque fecem demitti finxerunt, qua suis gradibus cuncta connectantur, cuius origo essentia Dei cùm sit, eo ordine proceditur, ut secundo in loco potentia, tertio sapientia, atque quarto uoluntas collocetur, hæc sequitur fatum, atque illud anima mundi, deinceps sunt cœlestes dæmones, sunt ætherei, sunt aërei, sunt humectei, sunt denique terreni. Vltima autem omnium hyle (quam nos syluam dicimus) in infimo residet. Possem singula non sine summo usu atque uoluptate, oratione mea prosequi, sed quoniam disputationi nostræ necessaria non sunt, breuitati consulam. Quamobrem cæteris obmissis, Deum principium, syluam extremum, in cathena ponemus. Nihil igitur Deo superius, nihil sylua inferius, nihil hoc præstantius, nihil illa uilius. Media uerò inferiora superant, à superioribus uincuntur. Est igitur Deus & sylua, hæc autem materia est, ex qua omnia corpora sunt. Vt enim lignarius faber, materiam ex qua cuncta faciat, syluam habet. Continet enim illa rude adhuc lignum & informe: sed quo tamen innata sibi facultate formas omnes recipere ualeat. Faber autem in quascunque uult formas illud traducit: eadem ratione ad Deum materia est, Deus enim formas omnes ab æternitate complexus est. Materia uerò (si illius naturam inspicias) formam nullam certam expressamq; habet. Verùm innata sibi recipiendi facultate (& ut ita loquar) confusè omnes continere uidetur. Materiam uerò quia mater sit dicitur, Deus autem pater, forma uerò proles: Deus enim dat, sylua recipit, forma nascitur. Quapropter rectè Trismegistus patrem matremq; æternos, prolem uerò mortalem dicit. Mater est materia, quia sinum præstat, Deus gignit & creat, ac sua quidem ui: illa autem ex alterius immixtione concipit. Concipit autem infusione spiritus, diuini, quam animam mundi nominat Trismegistus, quæ res eum mouet, ut Deo officium patris tribuat, quoniam infundit. Syluæ uerò matris, quia à Deo concipiat: animam denique mundi uim seminis habere dicit, qui à Deo ipsa inspiretur in syluæ gremium. Prætereo plurima nomina, quibus uarias syluæ proprietates exprimit. Illa enim nihil ad hæc quæ agimus, sæpe tamen totam materiam appellat malignitatem, neque iniuria. Ipsa enim sola causa est, ut res in interitum cadant. Nam quòd à materia separatum est, id nunquam interit. Nunquam enim quod sibi contrarium sit capit, sed illud fugitat semper atque declinat. Quod uerò syluæ gremio continetur, idcirco in interitum labitur: quoniam sylua, cùm ad omnes quas qualitates appellant, æquè se habeat euenit, ut ueluti altera Helena intra recta, uocet Menelaum ac limina pandat. Nam dum formas illis, quas hactenus receperat, contrarias admittit, facilè fit ut externæ irrumpentes domesticas extinguant. Quapropter quis illam malignam non dixerit, quæ familiares formas prodat, ignotas admittat, & ueluti suscepti iam in suam fidem clientis causam deserens, aduersariq; suscipiens per summam perfidiam præuaricetur? Tardat etiam & perturbat nostras mentes sylua, siquidem omne ab ea uitium manat. Vitia enim inscitia ignoratioq; parit: at ignorationem ipsam, ex crassitudine caligineq; corporis prouenire, & Plato & plerique ex ijs qui grauissimi habentur Philosophi, auctores sunt. Huiuscemodi igitur ratione motus diuinus Maro, cùm rerum humanarum, & quæ corpore non carent, proptereaq; in uarijs erroribus uersentur, amore inflammentur. Is qui in Republica princeps esse cupit, Venerem sub mortali forma inducit, & in ipsa sylua (quoniam cuncta quæ agimus in materia demersa sunt) illam ponit. Nec temerè uenatricis habitu exornat. Eas enim feras, de quibus paulò antè diximus, sibi insectandas proponit, qui suis ciuibus rectè consulturus est. Aeneas tamen non nihil diuinitatis in ea (etiam sic dissimulante) cognoscit: nam & si populorum temperatores circa humanas actiones uersentur, tamē quoniam honestum rectumq; tuentur, eodem illo amore, quo hæc caduca appetimus, originem nostram diuinam esse sentimus. Cùm enim religionem, cùm iustitiam, cùm animi magnitudinem adamamus, uersantur hæc profectò circa actiones, sed tamen quis non uideat, illa à diuinitate proficisci? Est tamen oratio Veneris non ut Deæ, sed ut hominis, & tamen nescio quam diuinitatem redolens. Nam cùm Carthaginem proficisci suadeat, argumentationibus ab humana prudentia profectis utitur. Nam & quæ de historia Didonis eruit, ea omnia salutis spem afferunt, & cùm aliquid futurum prædicit, non ut dea, sed ut augur ex cygnorum uolatu prædicit. Illud autem summa sapientia excogitauit Poëta, ut in orationis fine se deam manifestaret Venus. Nam cùm in uita ciuili, quæ recta & honesta sunt, diu coluerimus ex illorum pulchritudine ad diuina, quorum hæc ueluti simulachra sunt, erigimur. His igitur rationibus à matre persuasus Carthaginem tendit, obsitus tamen tenebris ne illius conatus aliquis impediret. Et profectò sic se res habet. Nam qui magna prudentia prædití sunt uiri, cæteram multitudinem quam administrādam suscipiunt, ita ad rectum honestumque trahunt, ut sua consilia sæpissimè tegant, quæ quidem si palàm facerent, aut æmulorum inuidia, aut stultorum inscitia impediti, illa ad exitum minimè perducerent. Vt enim prudentes medici ægrotos, quorum libido nihil salubre expetit, persæpe fallunt:

Sic optimi principes simulando aut dissimulãdo sua consilia occultant. Nam ut cætera omittam nonne qui leges tulerunt, quò maior rei autoritas inesset, sua consilia alicui Deo attribuerunt. Cuncta enim ex Aegeriæ nymphæ præceptis Numa Pompilius facere simulabat. Ius ciuile Spartanorum ex Apollinis sententia scripsisse finxit Licurgus. Quicquid Zautrastes apud Arimaspos constituit, id à bono numine accepisse dicebat. Zamolxis autem quæcunque Scythis tradidit in Vestam retulit. Nam quàm multa, quàm difficilia inter tumultus militares rectè administrauit Q. Sertorius, cùm se illa à Diana per ceruam accepisse dictitaret, sed nimis multa de re præsertim tam manifesta. Carthaginem uerò è loco superiore cernunt, quoniam ut hesterna die quoque disputatum est, nunquam optimis institutis & legibus temperata erit Respublica, nisi qui illi præsunt, cuncta quæ aut præcipiunt, aut prohibent, ad eorum quæ per rerum magnarum speculationem uiderint, regulam ac normam sapientissimè dirigant. Cùm autem Carthaginensium operam industriamque circa urbem exædificandam describit, nónne paucissimis uersibus omnia colligit, quæ ab ijs qui etiam sapientissimè de Republica scripserunt, non nisi pluribus libris exprimuntur? Primùm enim ea parant, quibus aduersus hostiles imperus tuti sint, quibus perfectis se contra cœli iniurias priuatis ædificijs se defendunt. Hæc enim duo præstant, ut ciuitas esse possit. Posthæc uerò ad iura & magistratus se conuertunt, ut non modò esse, sed quod proprium hominis est, rectè honesteque esse ualent. Quoniam autem ad magnificentiam, & ad liberalitatem, & ad uim propulsandam, publicæ opes in primis utiles sunt, potius optimi efficiundi ratio habetur. Postremò autem scænæ, ac theatri cura non negligitur, ubi & corpora ad ualetudinem & robur exerceri, & animi publicis priuatisq; negocijs defatigati, honestissimis ludis relaxari possint. Qua autem mente & quo consilio illos apibus comparauerit, quæso diligentiùs animaduertite. Si enim huius insecti naturam consideraris, nihil illo aut industria, ac solertia acutius, aut assiduo labore indefessius reperietis. Ducem in primis habent, quem sequantur, cuius imperium nunquam contemnant, labores inter se summa æquitate distribuunt. Summa concordia, & opera sua faciunt, & hostes arcent. Quicquid quæritur, id omne in commune quæritur. Quæ quidem omnia si in Rempublicam aliquam transferas, Platonicam ciuitatem constitues. Erat autem in media urbe templum Iunoni sacrum, ut ostendatur nihil oportere in Republ. antiquius religione esse. Et quoniam primę in uita ciuiles preces sunt, ut imperium non solùm conseruetur, sed etiam augeatur, non fuit ab re templum ipsum Iunoni (quæ imperiorum dea habetur, omni cultu consecrare. Longior sim, atque etiam minutior quàm tantæ rei conueniat, si singula, quæ in templo depicta erant, quæ ab regina administrabantur, quæ ab opificibus efficiebantur, distinctius referam. Multa etiam in Ilionei atque Didonis oratione continentur, plura in congressu Aeneæ, plurima in conuiuio & in coniunctione hospitalitatis deprehendas, quibus uita statusque ciuilis exprimitur. Quoniam uerò nouerat sapientissimus uates, primordia Rerumpublicarum & imperiorum uirtutibus niti, uerumq; esse Salustianum illud, si imperia ijsdem artibus retinerentur quibus acquiruntur, non esse tot mutationes habituras res humanas, idcirco primum regis reginæq; cõgressum, à religione, à liberalitate, & ab omni genere uirtutum proficisci uult, sed ita paulatim in deterius labuntur, ut quæ pudicissima fuerat mulier, & in Repub. administranda uigilãtissima turpi amore uicta, in otium lasciuiamq; labatur. Quibus omnibus ostenditur, quàm facilè rebus secundis, humanæ mentes à labore in libidinem declinent. Quoniam autem uirtutes in uita sociali potius inchoatæ quàm absolutæ sunt. Hic autem ita de uita ciuili agitur, ut uelir exprimere quod paulò antè dicebam, fundamenta Rerumpublicarum quæ ex paruis crescunt, habere meliora initia quàm exitus, idcircò reginam à principio in omni re temperatam posuit, paulò uerò postea amore insurgente, paulatim ex temperantia in continentiam labitur. Postremò uicta amore, incontinens ita redditur, ut demum in summam intemperantiam incidat. Mouetur autem à principio Dido, ut Aeneam amet, non solùm uirtute, quam unam in uita contemplationi dedita intuemur, sed ijs quæ humanis cœtibus non solùm bona, uerumetiam summa bona habentur. Quis enim ingeneris nobilitatem, quis formæ dignitatem, atque excellentiam? quis denique multo ornatu insignem orationem, inter summa non enumeraret? Cùm in foro, cùm in senatu hæc non sapientum statera, sed populari trutina ponderentur. Quoniam uerò in uita cómmuni permulti interest, quibus consultoribus utaris. Multi enim aut malo exemplo moti, aut eorum quos charos habent, non rectis suasionibus impulsi, ad praua mouentur, non fuit absonum, ut Didonem sororis hortatu impudicam factam inducat. Miserè enim amans mulier, plurimumq; iam de eo animi robore remittens, quòd intemperata hactenus apparuerat, continentem in primis uerbis, quæ ad sororem facit sese ostendit. Nam quamuis amore urgeatur, ægrè quidem, sed tamen illi resistit. Sororis autem oratio, ex uita communi uniuersa sumitur. Non

enim

enim ex Philosophia sumptis, argumentationibus, sed aut uoluptate proposita, aut metu earum rerum quæ tantoperè timendæ non sunt iniecto, aut spe nec firma, nec solida proposita in suam sententiam adducere conatur, ut denique spem det dubiæ menti solutaq; pudorem. Qua quidem re accidit, ut uicta in incontinentiam prolaberetur. In ea uerò cùm uersaretur paulatim impudica consuetudine eò redacta est, ut nullo, ampliùs obstante pudore, furtiuum amorem minimè meditetur, sed impudentissima effecta, turpem libidinem honesto nomine appellet. In quibus omnibus, quid aliud teneat, quid conatur diuinius Poeta, nisi ut Didonem grauissimũ nobis exemplar proponat, quantum detrimentum ijs, qui sub imperio sunt proueniat, cùm principium mentes pro industria ac labore, luxuria atque ignauia irrepat. Illa enim quæ paulò antè externos atq; peregrinos, non nisi breuiter, ac demisso uultu alloquebatur, cuius religio summa in deos, liberalitas in hospites, consilium in urbis exædificatione, iusticia in suos ad cœlum ferebatur, quæ in publico, nisi aut diuinæ, aut publicæ rei causa conspici, nefarium facinus putabat. Cuius animus pudore munitus, ab omni perturbatione liber perseuerabat, nunc eo furor agitatur, ut tota urbe amens uagetur, aut si domi sine amato se contineat, ueluti si sola sit, atque ab omnibus deserta, summo mœrore tabescat. Publica autem opera ita negligat, ut quæ hactenus sua cura, suisq; sumptibus, quæ suorum ciuium labore, ac studio summa cum celeritate erigebantur, nunc imperfecta interruptaq; pendeant. Aeneas autem cuius consilium Italiam sibi proposuerat, uerum difficultate rerum defatigatus, Carthaginem non ut illic sedes poneret, sed ut classem reficeret digressus, fuerat illecebris Didonis illectus, propositum proficiscendi abijcit. Nec deest Iuno, quæ ne res Romanæ oriantur, Aeneæ Didonisq; coniugium Carthagine faciendum curet. Verùm cùm id sine Veneris opera perfici non posset, Venus autem filium non Carthagine uersari, sed in Italiam enauigare cuperet, hanc deam dolis aggreditur Iuno, ut quæ Carthaginensium causa faceret, ea omnia Aeneæ beneficio fieri uiderentur. Quæ cùm dicit Maro, diuina penè sapientia, uitam socialem depingit, in qua cùm ita quidam excelso animo uersentur, ut humana contemnentes, ex hoc primo uirtutũ genere paulò pòst in eas uenturi sint, quas purgatorias appellant, atque inde ad illas tandem quæ sunt animi purgati peruenire contendant, tamen illecebris rerum terrenarum ita molliuntur, ut cœlestium quas sibi solas proposuerant, penè obliuiscantur. Libido enim imperandi Aeneam Didoni coniungere: id autem est uirum excellentem regno præficere cupit, sed rem perficere non ualet, nisi assentiatur eius amor. Amor autem animaduertit huiuscemodi coniunctionem non Aeneæ, sed Didoni consuli. Non enim animis hominum ad maiora natis, sed ipsi imperio conducit. Præstat enim nobis ad ueram sapientiam proficisci, quàm in actionibus uersari, sed rerum administratio à sapientibus si deseratur, actum sit de rebus humanis oportet, itaque quamuis falsa esse cognoscat, quæ libido regnandi persuadet, tamen assentitur, siue iam illa irretitus sit, siue eorum quibus consulendum esse misericordia motus. Celebratur autem huiuscemodi matrimonium in uenatione, de qua quid sentirem, paulò antè satis (ut opinor) uobis dilucidè explicaui. Quòd autem in spelunca loco subterraneo conuenerint, quid nam aliud indicare crediderim, nisi eos qui honores, qui opes, qui imperia quærunt intra corporeas, caducasque res animum inclusum gerere, cui connubio præter tellurem & Iunonem, præterque nemorum habitatrices Nymphas, uides numen nullum affuisse. Quæ omnia ijs quæ de spelunca dicebam, aptè quadrare uidentur. Irretitus igitur Didonis amore Aeneas, abeundi propositum abijcit, & hyemem quàm longa est in summo luxu conterere non pudet. Hoc uerò quid sibi aliud uult, nisi egregios quoque uiros interdũ à recto cursu ambitione auerti, & honorum imperijq; uoluptate delinitos hyemis asperitatem & enauigandi in Italiam difficultatem exhorrescere. Quapropter nisi diuinitùs subuentum sit, excellentissimę atque immortales hominum uirtutes, tam perniciosa peste pereunt. Id ingenij atque ueneficij in Circe fuisse ferunt, ut Vlyssis socios in uaria monstra transformaret. Illam tamen ita in suam potestatem traduxisse Vlyssem audimus, ut forma pristina socijs sit restituta. Nec ego id admiratus fuerim. Excelso enim animo qui sunt, corporeas libidines facilè contemnunt. Quin & eos qui illis dediti sunt rectè monendo à tanta seruitute in libertatem uendicant. At Iunonem superare, rarissimi mortales potuerunt. Nam qui imperandi cupiditate non tangitur, eum omnem iam humanitatem superasse, & ad diuinitatem proximè accessisse crediderim. Quapropter etiam quos in summa admiratione habemus eos ita frangi huiuscemodi cupiditate uidemus, ut relicta uera uirtute, insignia uirtutis (ueluti umbram) sectentur. Facilè enim est Sardanapali, aut Heliogabali mollissimas delitias ac luxum contemnere, atque adeò odisse. Cùm uerò nobis aut Alexandrum Macedonem, aut Iulium Cæsarem proponimus eorum res gestas, in quibus utrumque à uero rectoq; discedere sæpe uidemus, ea gloriæ cupiditate admita-

mur, ut illud ex Euripide impium omnino & dignum eo rege, à quo profertur, interdum approbare non dubitemus, putemusque homini conducere, si regnandi causa ius uioler. Quæ quidem res una monit poëtas, ut Herculem quem sapientem ferunt, & rebus à se præclarissimè gestis, cœlum affectasse uolunt, prius omnia monstra domasse, quàm Iunonis sæuitiam superasse fingerent. Illa enim non mater, sed ininstissima nouerca, magnorum uirorum rectè dicitur. Non enim mortalium (ut plerique credunt) sed cœlestium rerum cupiditas, eas uirtutes parit, quibus ad summum bonum peruenire licet. Quod quidem nisi placata prius Iunone (id autem intelligimus nisi sedata ambitione) assequi non potuit Hercules. Quis igitur hoc Aeneæ non condonauerit, ac potiùs quis illius non commisereatur? Si nondum in Italia existens (is enim est summarum uirtutum habitus) sed in ipso curriculo, ut illuc proficiscatur adhuc constitutus, ita Iunonis dolis capiatur, ut matrimonium cum Didone initum, sedibus sibi à fatis concessis præponat, & consilio abeundi abiecto, arces Carthaginis fundare, ac tecta nouare instituat, purpuramq; & ensem lapillis exornatum, quæ omnia imperij insignia sunt gestare gaudeat. Non est, ô Laurenti, non inquam est humanæ imbecillitatis, sed maioris cuiusdam facultatis, qua tamen conditio nostra nunquam corroboratur, ad tam arduum, tamque excelsum tetum culmen enadere posse. Quæ cùm dicerentur à Baptista, & simul suo ordine de reliquis disputaturus uideretur, Mariottus hospes noster suauissimus, tum ex diei spatio, in ijs quæ hactenus dicta essent consumpto, tum ex multitudine eorum quæ adhuc dicenda restabant, quicquid reliquum lucis esset, in ea disputatione absumptum iri colligens, non permittam (inquit) suauissimi uiri, ut contra commodum ualetudinemque nostram, quibus rebus, quandiu apud me eritis, mihi omni diligentia consulendum proposui, hodierna disputatio longiùs producatur. At qui ego tridem inquit LAVRENTIVS hoc idem censebam, sed ne tanti uiri orationem molestiùs interpellarem, pudore impediebar, præsertim cùm te, ô Mariotte, tuas partes suo tempore acturum non dubitarem. Agam equidem, inquit Mariottus, & simul sua solita festiuitate Baptistam manu apprehendens, nos ad cellulas (ubi mensæ paratæ erant) reduxit.

FINIT LIBER PRIMVS.

CHRISTO.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI, CAMALDULENSIUM DISPUTATIONUM AD ILLUSTRISS. FEDERICUM URBINATUM

Principem, Liber II. in P. Virgilij Maronis Allegorias incipit.

PERVENERAT iam superior Liber, inclyte ac inuictissimè Federice, in quorundam hominum manus, qui cùm docti sint, doctissimi quoque & haberi & dici uolunt. Qui quidem quamuis de Maronis Aeneide, ante hac longè aliter, & sensissent, & prædicassent, conuicti tamen (ut puto) ijs argumentationibus, quæ à nobis in Procemio illius libri expositæ fuerant, multa in eo libro per allegoriam conscripta esse negare non audent. Sed ea huiuscemodi esse contendunt, ut non ad Eihicen (ut nos longa oratione disputauimus) sed ad Physicen referenda sint, proferuntque ad id, quod defendere cupiunt, probandum scriptores, qui paulò antè nostram ætatem fuerũt minimè illiteratos, qui nonnullos inde locos, & acutè & doctè interpretati, naturam rerum illis exponi contendant. Aduersus quos nos ita respondendum censemus, ut multa in eam quam dicunt sententiam, & commodè & uerè transferri posse non negemus. Nam & in superioris quoque diei sermone nos dixisse memini, Virgilium quia apud priscos Theologos plura deorum genera inuenisset, consultò ita scripsisse, & persæpe quædam ita narrasse, ut eadem illa & ad uitam moresque & ad uim naturæ & ad aurium uoluptatem referantur. Verùm cùm consilium mentemque scriptoris, qua res tota suscepta est nosse uolumus, id censeo semper proponendum, cuius causa reliqua omnia suscepta sunt, ipsum autem propter se, non autem propter aliud scriptum est. Nam si Platonicis, si Aristotelicis quicquam credimus, nulla profectò res est, quæ ab alijs rebus dilucidius discerni distinguique possit, quàm ipso fine, quem sibi ea ratione scriptor proponit, ut ad illum tanquam ad suum signum sagittarius, omnia missilia dirigit, ita ipse quicquid narrat, quicquid commiscitur referat. Hoc cùm ita sit, quis non uideat ea quæ ille, & ad uitam degendam, & ad summum bonum acquirendum spectantia scripsit: non idcircò scripsisse quo naturæ uim exprimeret, sed contra cùm iugi, perpetuaque oratione ea prosequatur, in quibus & uitia damnet, & uirtutis pulchritudinem extollat, & ad ueri inuestigationem perducat, nonnulla adiunxisse, & ornandi, & delectandi causa, quæ sint ab ipsa physicè repetita. Quæ omnia cùm non propter se, sed eorum quæ dixi causa conscripserit, quis non uidet id suscepti operis primum esse, seu malis ultimùm dicere, quod nos hesterno sermone, perpetuo quodam filo ita intexuimus, ut nihil in eo interruptum queri possis. Nam ad id quod à principio præpositum est, omnia deducuntur, & sequentia ijs quæ antecesserunt, uehementer cohærent. Quapropter quæ ab ijs quorum auctoritate nituntur ad Physicen relata sunt, minimè damno. Nam quamuis ea neque multa sint, neq; inter se ita aliud ex alio pendat, ut non potius membra quædam diuulsa, quàm integrum corpus uideantur: tamen non incommodè traducuntur, neque sententiæ nostræ repugnant. Sed fac repugnare, an plus apud me recta ratio, quàm illorum auctoritas ualebit, præsertim cùm si auctoritate certandũ sit eos proferre possimus, quorum splendore isti, ueluti Solis luce noctuæ hebetentur. Nam ut omittam eos, quos diligentissimus omnium Grammaticorum Seruius, singulos libros, in singulos huius Poëtæ locos commemorat, ut taceam, quæ à Macrobio excellenti inter Platonicos Philosopho. Ut nihil dicam de ijs, quę & à Diuo Hieronymo, & à Diuo Augustino in hanc sententiam, apud Maronem interpretantur. Nónne è nostris Danthem uirum omni doctrina excultum, grauissimum auctorem, habemus? qui eius itineris, quo mundum omnem ab imis tartaris, ad supremum usq; cœlum peragrat, in eo sibi illum ducem fingit, in quo summum hominis bonum perquirens, miro quodam ingenio, unicam Aeneida imitandam proponit, ut cùm pauca omnino inde excerpere uideatur, nunquam tamẽ si diligentiùs inspiciemus, ab ea discedat. Nam nónne statim à principio ea quæ de medio ætatis tempore, quæ de sylua, quæ de tribus feris, quę de montis sublimi iugo, iam Solis radijs illustrato conscripsit, hinc omnia sunt? Mitto cætera, quæ

ita abdita in Danthis poëmate sunt, ut non nisi à paucis, iisdemq; doctissimis deprehendi possint. Præponit igitur sibi ducem Maronem in ea re, quæ ad summum bonum, non autem ad Physicen spectet, sed uideo me nimis curiosum in eo fuisse, quod paruo omnino negotio confutari poterat. Quapropter ego institutum repetam. Tu autem, inclyte atq; inuictissime Federice, ut cætera superiora, sic & ista, quę in ultima secundi diei disputatione continentur, diligentissimè leges. Multa enim illic inuenies, propter quæ te eum esse, qui & nunc es, & semper fuisti, summoperè lætabere, cognoscesq; ex Deo consilium tuum fuisse quo à primis annis sapientiæ amore flagrans, ita te bonarum artium studijs addicasti, ut quantò indies tua ætas grauior fit, tantò ardentius illis incumbas: nam quod reliqui principes apprimè regium ducant, ut aut multo otio uanisque ludis marcescant, aut aucupijs uenationibusq; omne tempus terant, tu ne libero quidem homine nisi relaxandi interdum animi causa, dignum esse duxisti, sed oportere eum qui alijs imperaturus sit, animum omni doctrina excultum reddere, quo non sibi solùm, sed & ijs quæ suæ fidei commissi sunt, & dum rectè agit exemplo, & dum sapienter monet præcepto, quam plurimum prodesse possit. Qui regis munus esse ducat, non alieno labore (ueluti fucus inter apes ali) sed pro aliorum salute laborare. Qui innoxios ab iniurijs prohibere, scelestorumq; petulantiam comprimere, omnibus se æquum præbere curet. Hæc autem sola Philosophia nobis præstat. A' Philosophia enim habemus, ut piè uiuamus, ut pietatem omnem abominemur, & ab omni scelere abstineamus. Quapropter uerè illud usurpabat Aristoteles, se id à Philosophia assecutum esse, ut ea bene uolens, & cum uoluptate faceret, quæ mali uiri, legum metu facere coguntur. Bonis enim (ut Plato ait) lex Deus est, malis autem libido. Huiuscemodi igitur studia, te ita excultum, ita omni ex parte expolitum reddiderunt, ut cùm à multis, quod crimen fortunæ est, imperijs finibus supereris, ijs tamen uirtutibus, sine quibus nemo unquam rectè imperauit, omnes excedas. Sed cæteras omnes (quibus ex mortali homunculo, te immortalem ducem reddidisti) ad præsens omitto. Præcipuam autem in musarum, ac Philosophiæ cultores benignitatem, tacitus pręterire nullo modo possunt, cùm animaduertam te ea in re, iure omnibus præferri posse. Scimus in tanta admiratione, apud antiquos fuisse Ptolemæum Philadelphum, ut præclarissimorum scriptorum laudibus (etiam post tot secula florētissima) fama celebretur. Et profectò singularis fuit in eo rege iustitia, mirabilisq; clementia. In re autem militari, nec uirtus illi, nec fortuna unquam defuit, sed nihil in suis omnibus actionibus magis extollitur, quàm quòd regnum suum liberalissimum, omnibus literatis hospitium esse uoluerit. Tantùm autem ijs qui aliquid scripsissent debere putauit, ut Demetrio Phalereo non solùm Philosopho grauissimo, sed oratori copiosissimo negocium dederit, ut sibi, ad quinq; saltem millia librorum in suam bibliothecam congerenda curaret. Qua quidem in re, quos sumptus fecerit, tunc optimè coniectari poterimus, cùm uiderimus quantum in sola Mosaica lege elaborauerit, ut illam interpretandam, ac in Græcam linguam conuertendam, ab Hebræis interpretaretur. Primò enim omnes Iudæos, qui superioribus bellis capti, in suo regno seruirent, diligenter inuestigandos, atq; singulos uigenis Drachmis redimendos & in patriam incolumes dimittendos mandauit, quorum numerus adeò ingens fuit ut soluta sint à rege sexcenta talenta, supra sexaginta millia. Deinde legatos ad Eleazarum Iudæorum pontificem, uiros summæ auctoritatis misit Aristeas (de quo paulò antè dixi) & Andræam pręfectum suum. Misit pręterea mensam auream, crateresq; ac phialas, donaria in Hierosolymitano templo ponenda. Materia uerò horum uasorum fuit auri quinquaginta, argenti uerò septuaginta talenta, gemmarum autem atq; lapillorum, quibus uasa ornata distinctaq; sunt, ad quinq; millia adhibuit, qui omnes mira essent magnitudine. Quæ liberalitas, adeò accepta grataq; Eleazaro fuit, ut duos ac septuaginta statim ad regē miserit, nō plebeios illos quidem, sed ex principibus doctissimis ita electos, ut ex singulis tribus senos sumeret, qui legem Dei in Græcam linguam Ptolemęo cōuerterent. Quorsum igitur hæc? Nempe ut intelligatur, qui diligentiùs rem considerauerint, magnificētiam tuam erga doctrinas, nostra tempestate non minorem esse, quàm olim Ptolemæi fuerit. Hoc enim Solis luce clarius apparebit, si imperium imperio, si sumptus sumptibus conferantur. Ille enim non solùm uniuersæ Aegypti opulentissimum regnum possidebat, unde auri argentiq; incredibilis uis proueniret, sed Syriæ quoq; ac Phœnicię maximam partem uectigalem habebat. Tuos autem fines nemo ignorat. Adde quod quo tempore Ptolemæus regnauit, plurimos Asia atq; Europa principes habuit, qui Poëtas, qui Philosophos, qui Oratores, qui Historicos honore opibusq; honestarent, ut & si suo ingenio studio illa facerent, magna tamen ex parte æmulatione quadam excitati uiderentur, ne quos opibus uincebat, ab ijsdem huiuscemodi gloriæ genere superaretur. Tua uerò benignitas in ea tempora incidit, ut nisi ardentissima sit, facilè cæterorum principū auari-

auaritia extinguatur. Quapropter nulla omnino eorum munerum (quæ in Musas confers) gratia, nostro seculo est habenda, in quo neminem reperias, ex ijs qui nunc imperant, cuius exemplo excitari possis. Sed quicquid est (est autem res omnino præclarissima) id omne tuo ingenio tuaque innata humanitate est. Nam ab aliorum moribus procul discedens, unicum te exemplar offers, quem & ad summam liberalitatem cæterasque omnes rectas actiones, & ad ueri inuestigationem reliqui sequantur. Ita enim uirtutem adamas, ut illam non gloria ductus, sed eius amore allectus amplectaris. Euenit tamen, ut quemadmodum umbra corpus semper sequitur, etiam si id corpus non quærat, sic tua piè, iustè, clementerque ac fortiter facta, non adumbrata quædam & inanis, sed solida expressaque gloria sequatur. Sed res postulat, ut iam ad nostrum heroa reuertamur, in cuius actionibus, tu mores tuos, ac uitæ institutum facilè recognosces. Conueneramus igitur eodem in loco, bene manè secunda huius disputationis die. Atque cùm miro desiderio BAPTISTAE sermonem expeterent, uultu gestuque significaremus, ille ut quæ explicaturus esset ijs quæ iam dicta fuerant commodiùs annecteret, huiusmodi disputationi suæ principium adhibuit. Vidimus hactenus doctissimi uiri, qua prudentia ac animi magnitudine, omnibus ijs sordibus, quæ à corpore proueniunt, se explicauerit Aeneas. Nam ne Troiæ periret, & corporeis uoluptatibus penitùs obrueretur, non dubitauit exul in altum ferri, quamuis incertus quò fata ferrent. Posthæc Thracenses rapinas (ut eas primum cognouit) mira celeritate effugit. Atque mox in rebus dubijs, à sapientia consilium cœpit, deceptusque Anchisæ interpretatione. Nam quę à corpore sunt, facilè corporea sequuntur, uitam ciuilem in Creta sibi proposuit, illed nec piguit errore cognito, uela uentis iam tertio dare. Delatusque in Strophadas, aduersus Harpyarum auaritiam, inuictus pugnauit. Nec per medios hostes, ad Helenum enauigare formidauit. Prętereo qua prudentia, qua animi præstantia, iam ab Heleno doctior redditus, immanitatem Cyclopum declinauerit, qua industria ac celeritate Scyllæ Charybdisque monstra euitauerit, quo studio atque mentis ardore, defuncto iam in Sicilia parente, nauigationem in Italiam susceperit? Verùm cùm Iunonis dolis, Aeolique ac uentorum uiribus par esse non posset, cessit ille quidem, & consilio ad ueri inuestigationem in aliud tempus reiecto, in Aphricam eo animo diuertit, ut quàm primum per maris (id est, appetitus) tempestatem liceret, in Italiam tenderet. Verùm in ditione aduersissimæ deæ constitutus, & amore Didonis delinitus: uide quid possit ambitio, quantumque ad mentes maximorum etiam uirorum euertendas ualeat, regnandi (inquam) cupiditate delinitus, is qui reliquas iam perturbationes, ac uitia superauerat, diuinissimum consilium in Italiam enauigandi omisit, totumq; se in eo dederat, ut regnum Carthaginensium constabiliret, perienerassetq; in errore, nisi accepisset à Mercurio, non placere Ioui, ut pulchram urbem uxorius extruat, regni autem & rerum suarum obliuiscatur. Pręcipitur enim homini à summo Deo, ut ad suam originem reuerti uelit. Quæ præcepta nobis doctrina quam literatissimorum uirorum, uel sermonibus, uel libris accipimus, facilè tradit. Rectè igitur arguitur Aeneas, quòd uxoris urbis (ea enim est uita in actione posita) administrationem susceperit. Sui autem regni, & totius contemplationis, qua sola mentes humanę regnant, sit oblitus. Maximeq; hoc urgetur, ut si tantarum rerum gloria ipsum non mouet, Ascanio saltem hæredi successoriq; suo consulat, cui regnum Italiæ, ac Romana tellus debetur, quo in loco, quid'nam aliud Ascanium intelligemus, nisi futuram æternamque uitam, quæ huic breui & momentaneæ succedit? Nam si dum intra hæc corpuscula uersantur animi nostri, tantis rerum terrenarum illecebris demulcentur, ut cœlestium contemplationem deleant, meminerint si in futuram uitam (uitiorum labe inquinati, & nulla doctrina exculti) migrauerint, fore, ut nulla unquam ueritatis luce illustrentur. Quapropter regnabit Ascanius, nullusque suo imperio finis erit, nisi eo à patre defraudetur. Futura enim uita, ab hac quam uiuimus, ea ratione (quam ostendi) iure gigni dicitur, ab eademque si sordida & uitijs, tenebrisque inuoluta sit, tanto bono defraudatur: Sin contra manebit felix atque æterna. Nam:

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum & qui nascentur ab illo.

Quæ quidem mandata cùm accepisset Aeneas, quid mirum si uehementer commotus sit. Erat enim in eo animus, qui excelsa semper suspiceret. Itaq; se tandē excitans, cupit, quàm primum abire, & terras (quamuis dulces) relinquère. Assuetus enim potestatibus atq; imperio uir, & dulcedine captus non sine difficultate discedit. Sed cùm uerum bonum, ab eo quod falsa opinione bonum putatur, discernere potuerit, illud tamen anteponit. Cùm uerò pòst diuturnam consultationem, insalutata inscia; Didone discedere decernat. Nouerat enim non esse passurum illum discedere, si sciisset, egregiè admonet cùm ab huiuscemodi rebus animum abducere uolumus, non esse molliores animi par-

res consulendas, sed clam illis uela in Italiam facienda. Talia enim hæc sunt, ut quantò blandiùs ea appellemus, quantoque familiariùs salutemus, tantò maiori contumacia aduersentur. Sentit tamē dolos regina, & iniquo animo fert uita ciuilis, à uiro excellenti deseri, præsertim, si non sit alius sapiens, qui locò illius succedat. Hinc illæ querelæ nullam sibi ex Aenea sobolem superesse. Quamobrem ratio inferior (quam mulierem appellari diximus) huiuscemodi argumentationibus, uirum egregium in uita ciuili retinere, & à speculandi proposito auertere nititur. Primùm enim ita urget, ut quærat quomodò eam deserere substineat, à qua tam ardenter ametur. Amat enim uehementer uirum excellentem, uita ciuilis. Illius enim consilijs imperia non modò parantur, & parta conseruantur, uerumetiam augentur. Sed nec illud reticet, non seruare illum fidem quā dederat. Suauitate enim imperandi, iam totū se administrationi dederat Aeneas. Quin & se morituram si deseratur edocet. Nec multò aliter euenire solet. Nam destituta à uirtute agendi facultas, pereat necesse est. Deterret ex difficultate hyemalis nauigationis. Quare significantur labores maximi, quos si in Italiam uenire uolumus, subituri sumus. Postremò in hoc uehementer insistit, si reuerteretur ad Troiam, & ad uitā uoluptuosam, non tamen illi esse concedendum, ut honores relinqueret, multò autem minus, cùm loca sibi incognita petat. Nondum enim nouerat speculandi uitam: demum ad commiserationem conuersa lachrymas effundit, connubium inceptum, ad memoriam reducit. Quicquid suaue olim à se accepisset exprobrat, & ne domum labentem deserat obtestatur. Possunt enim uehementer commoueri mitiora ingenia, cùm parentes, cùm liberi, cæterique sanguine coniuncti, cùm amici, cùm patria, ne deserat rogant, ne inceptam societatem relinquat, præsertim cùm uerendum sit, ne imperium à bonis uiris destitutum aut Pigmalionis auaritia, aut Iarbe tyrannide inuadatur. Quòd tunc magis ueneremur, cùm alius sapiens qui sibi succedat non relinquatur. Quæ quidem omnia cùm rerum agendarum ratio animis nostris obijciat, non possumus non uehementer commoueri. Succurrit enim Platonicum illud, quo quantum generi humano debeamus grauissimè admonet ut humanitatem exuere uideamur, si humanam societatem deseramus. Verùm cùm animaduertat magnus uir mentem solam esse, qua homines sumus, eamq; non agendo, sed cognoscendo perfici. Idque Iouis præceptum esse immotus manet, & obnixus, curas sub corde premit, habet autem quo propositum optimè tueri posit. Non enim inficiatur, benè promeritam esse reginam. Quis enim non uideat magna humanæ imbecillitati adiumenta, ab hoc uitæ genere prouenire? Quin & pollicetur se illius recordaturum, dum spiritus hos reget artus. Nam eum deniq; absolutissimum appellabimus, qui ita in speculatione (dum uiuit) uersetur, ut uicissim cùm res postulat agat. Ergo non fugit à uita agendi, sed inde recedit, quia cum ea non contraxerat matrimonium. Non enim nati sumus, ut circa mortalia uersemur, illisque coniungamur, sed necessitatis causa est illis insistendum, ut tantum opere impendamus; quantum ad societatem conseruandam sat sit. Quapropter si Dido Carthagine delectatur, hoc autem est, si in actione inferior ratio libenter uersatur, liceat & superiori Italia delectari. Possem multa eiusdem orationis, ad eandem sententiam transferre. Sed sit aliquid ex mera historia dictum. Reliqua uerò quæ ad plurimos uersus dicuntur, eam uim habent, ut libidinosum & corruptum amorem detestentur, atque tantæ fœminæ grauissimo exemplo nos admoneant, ut tam turpem, tam pernitiosam pestem fugiamus. Commodè autem cuncta, quæ à Pausania in Platonis Symposiô, de turpi amore dicta sunt, ad hunc locum transferemus, ex quibus pauca quæ à nobis (cùm de Paride uerba fecimus) dicta sunt memoria si repetetis, intelligetis uerissimum esse Propertianum illud:

Durius in terris nihil est quod uiuat amante.

Quòd autem magno pectore curas persenserit Aeneas, & tamèn mens immotà manserit, ostendit uirum, qui deorum præceptis parere decreuerit, iam ab incontinentiâ in quam Didonis illecebris prolapsus fuerat, ad continentiam redisse, & quamuis amore urgeretur, tamen honestum uoluptati prępOsuisse. Didonis uerò interitus, nobis perspicuè ostendit, perire necesse est eas Respublicas, quæ à sapientibus deserantur. Non tamen aberrabimus, si amantium atq; amentium furorem, extremamque desperationem, huiuscemodi cæde ostendi putemus. Aeneas igitur deorum admonitu, in Italiam enauigat. Verùm insurgente uentorum ui, Palinurus nauis gubernator, negat ea tempestate Italiam peti posse, assentitur Aeneas, ut in Siciliam (in qua insula extinctus parens, nondum debitis exequijs ornatus) iacebat. Quo in loco, quid sibi Palinurus uelit, siue negotio (ex ijs quę de illo pauló suprà expressi) cognoscere poteris. Cùm enim huiuscemodi appetitus facilè perturbationibus obruatur, non modò à recto cursu auertitur, sed Aeneam (hæc autem excellentis uiri mens est) persæpè in suam sententiam trahit, ut ad patrem (hanc autem imbecillitatem, quam à corpore contrahit animus, iam esse diximus licet intelligere) ad patrem inquam (quamuis iam defunctum) redeat. Si uerò ad memoriam

tiam eas reuocaueris, quae de Sicilia iam diximus, non ab re ipsis Troianis, ut in eam Insulam redeant, unde breuissima sit in Italiam nauigatio. Poëta tamen cuius consilium est, non solùm ut grauissimas res proferat, sed illas uaria iocunditate ita aspergat, ut taedium tristitiamq; profundarum rerum comitas, penitùs amoueat, uaria ludorum genera interponit. Haec igitur ita administrabantur ab Aenea, ut paulò pòst (omnibus absolutis) in Italiam essat soluturus. Iuno uerò cuius in Troianos odium, nec ulla calamitas, nec temporis diuturnitas explere poterat, quia quò illos Italiae propinquiores cerneret, eò magis accenderetur, oblatam occasionem non praetermittit. Cùm enim seorsum à uiris imbecille mulierum genus, desiderio tandem quiescendi moestius conspicaretur, per Irim illis, ut naues incendant, persuadet. Quae quidem sic accipite, terum tartanarum cupiditas, non uiros: nam pars superior rationis, non facilè his rebus frangitur, sed ipsam inferiorem rationem à superiori disiunctam persuadet, ut rerum magnarum proposito reiecto, taedium longioris nauigationis refugiat, & ubi est consideat. Mulieres igitur, quibus inglorium otium longè charius sit, quàm honestus labor, primo ambiguę miserum inter amorem, praesentis terrae, fatisq; uocantia regna, malignis mare oculis aspiciunt. Nam cùm ratio inferior, quae à superiori persuasa, illam ad quaequa egregia sequitur, nunc ea abscente, paulatim sensuum illacebris eneruatur, donec tandem uicta se illorum potestati permittat. Naues igitur mulieres incendio absumere adoriuntur. Hoc cùm dicit Poëta, uoluntatem quae ad res magnas ferebatur, incendio cupiditatum perire ostendit: perisset autem tota classis, nisi Eumelus periculum statim ad Aeneam retulisset. Erat enim Eumelus uir ad mulierum custodiam relictus. Nam huic parti inferiori mentis, acerrimus quidam conscientiae remorsus, cui bona rectaque curae semper sunt, semper adest. Haec Graecè syndereſis dicitur, uis scilicet nobis ingenita, qua animus & ad honesta erigitur, & à turpibus refugit. Hoc autem nomen ipsum uiri apertè demonstrat. εὖ μέλος enim boni cura facilè interpretabimur. Hic igitur prolapsa iam in facinus muliere rem ad uirum refert: quo nuncio percepto, primus Ascanius ad nauas eripiendas aduolat. Ascanius auram celer robustusque, & magno animo praeditus, Aeneae filius est, quem iura interpretari licet, uigorem quendam ex ipsa mente natum. Hic autem nullo errore prohibetur, quin contra pericula primus feratur, sequuntur reliqui, sed in primis Aeneas: at mulieres uitis cogniris incepti poenitet. A' uiro enim seiuncta mulier, aduersus appetitum minimè repugnat. Quòd si rursus uiro coniungatur, iam robustior facta, & ueluti è tenebris erepta, tum demum erratam cernit, & à Iunona delusam esse, dolet pudetq;: non tamen incendium facilè tollitur. Nam captus à Iunone appetitus, in eo perseuerat, ut uoluntatemqua nobis ad summum bonum euehit omnino perdat, fitq; misera in homine distractio, cùm aliò ratio ducat, aliò appetitus rapiat, quo in loco, cùm mens nostra, sa tanto certamini imparem cognoscat, nititur illa quidam suis uiribus, sed simul etiam diuinum auxilium implorat. Id autem impetrare meretur. Nam qui ita Deum precatur, ut interim ipse (quoad ualeat) sibi non desit, is à Deo minimè deseritur. Nam quod à Salustio scribitur, nec precibus, nec supplicijs muliebribus auxilia deorum parari, rectè dictum est. Non enim inerti ac desidi, & qui in summam rerum desperationem prolapsus, nihil contra pericula parat, auxiliatur Deus. At qui magno, aduersus difficultates, animo insurgit, qui nihil inausum, nihil intentatum relinquit, qui nec periculis terretur, nec laboribus torpescit, is profectò sa dignum facit, cu ius & dij & homines commiserantur. Quapropter sapienter Aeneas, cùm nec uires Heroum, nec aquarum uis infusa prodessei, ad preces conuertitur, auxilioque impetrato, cùm iam quatuor naues assumptae essent, reliquae ab incendio seruantur. Cùm autem naues ad totam turbam transuehendam deessent, erat senis nautę consilium ut imbecillior turba in Sicilia relinqueretur, urbsq; illis habitanda cōderetur. Hoc consilium oraculum paternum (Iouis enim iussu locutus est patens) ex ancipiti ratum firmumq; reddiderit, quem locum nisi uos aliter censearis, ita interpretabimur. Ad diuinarum rerum speculationem sola mens omni uirtutum robore iam suffulta accedit. Reliquae enim animi uires, quae imbecilliores sunt naues: illę enim sunt uoluntas, quibus illuc uehantur incendio amisêre, quapropter seuocanda est mens à sensibus. Hoc autem consilium ab eo uiro proficiscitur, cui magistra Pallas fuerit. Est enim à sapientia doctus. Approbatur autem ab Anchise, sed iam sepulto: nam qui à ratione iam subacti sunt sensus, facilè in eius ditionem concedunt, praesertim Ioue ira iubente, conuertuntur q; in rationem hoc ordine, ut ratio ipsa etiam superiorem locum ascandens efficiatur intellectus. Illè autem & ipse in altiorem gradum euadens intelligentia redditur. Ast intelligentia in Deum commutatur: huiuscemodi igitur consilio atq; oraculo utitur Aeneas. Non tamen prius è Sicilia soluit, quàm sacra piè riteq; faciat. Norat enim quàm laboriosa, quamq; periculis plena sit huiuscemodi nauigatio. Nouerat quantae molis erat Romanam condere gentem, sed nec Venus quicquam interea remittit, quin uehemanter pro saluta filij anxia omnia

xia omnia circumspiciat. In primis autem Neptunum rogat, ut mare tranquillum reddat: nam amor quo ad summum bonum rapimur, suprema in homine rationem hortatur ut appetitum in sua potestate contineat, Neptunus omnia benignissima pollicetur. Nihil enim denegat ipsa mens amori ad rectum eam excitanti, neque est procul à ratione quòd ostendat Venerem suo regno ortam esse. Est enim Neptuni regnum mare, quod quidē dum ab illo regitur, tranquillum est. In hoc Celij uirilia iacta dum agitantur, spumam gignunt, ex qua oritur Venus. Suprema ergo ratio appetitum intra se continet in quem uirilia Celij, idcirco decidere dicimus, quia in appetitum à ratione administratum uis quædam cœlitùs cadit, quæ in eo agitata diuinarum rerum amorem procreat. Quod autem omnes præter unum Palinurum incolumes in Italiam peruenturos promittit, nónne ex media (ut aiunt Græci) Philosophia erutum est? Nam classi in Italiam tendenti maximè aduersatur appetitus, qui à solo sensu profectus, nihil altum suspicit. Quapropter quàm diu classi præfuit, nunquam Italiam tangere potuerunt Troiani. Sed tandem à somno oppressus mari extinguitur. Nam postquam ratio acerrimè ad contemplationem conuertitur, & caducorum curam relinquit, nihil ex ijs quæ sensum permulcere possint apperit, unde uniuersus ille appetitus, paulatim sopitur, ac sopitus extinguitur. Classis autem etiā sine suo gubernatore, tua fertur Neptuni promissis, donec ad Syrenum scopulos deueniret. Ibi autem fluitare cùm cœpisset Aeneas, temonem capiens, nauem in undis nocturnis texit. Nam animus noster cùm iam sibi Italiam proposuerit, securus fertur, donec in uoluptatum scopulos incidat. Tunc enim temonem capiat oportet appetitus rationalis, qui aduersantibus uoluptatibus contra obsistat. Extincto igitur Palinuro, Aeneas tandem post diuturnos errores Euboicis allabitur oris. In Italiam enim uentum est, ad quam gubernatore Palinuro, nunquam peruenisset Aeneas. Iam portum ingressi sunt. In quo non idem euenit, quod in Carthaginensi portu euenisse ostendit Poeta. Illic enim naues, & si procul à rabie fluctuum in tranquillo esse uiderentur, nulla tamen erant anchora alligatæ. Quapropter, quanquam non omnino uexabantur, in aliquo tamen erant motu. Hic autem anchora fundabat naues, quo ostēditur, eas ueluti fundamento nixæ fiut, stabiles hærere oportere. Summum enim illud bonum, quod in negotiosa & ciuili uita à Philosophis ponitur, & si huiuscemodi recessu positum sit, ut procul à fortunæ procellis uirtutū beneficio absit, non tamen ita constabilitum est, quin labefactari possit. Qui autem diuinarum rerum sibi contemplationem finem ultimum proposuit, hic ita in tuto ac solido rationes suas collocauit, ut nulla ui dimouere possit. Nam aduentus in Italiam, ostendit habitum uirtutum iam contractum ita, ut à proposita uia non sit discessurus Aeneas, non tamen earum uirtutum, quæ sunt animi iam purgati. Nam nihil sibi difficile iam proponeretur, sed earum quas dicunt purgatorias, quod quidem propositum iam constabilitum, fortitudo & animi robur non deserit, nec ipse ardor rei aggrediendæ. Quam quidem rem tunc exprimit, cùm ait, iuuenum manus emicat ardens, Littus in Hesperium. Manus enim indicat omnes animi uires concurrere, quę è medio iam sublato Palinuro, sese menti ultrò subiecerant, quòd autem ardens sit concursus, uehementiam indicat, neq; ab re est, quòd sit manus iuuenum. Ostendit enim animi bene affecti uires, nullo senio (in quo tedium torporq; & ignauia esse solet) unquam affici. Quapropter non lento passu rem agit, sed emicat, uerùm quia dum in corpore exulat animus, quamuis se totum speculationi dedat, non potest tamen non curare necessaria, ea enumerat Poeta, quæ non uoluptatem sensus, sed incolumitatē uitæ respiciant. Nam quærit pars semina flammis, Abstrusa in uenis silicum pars densa ferarum, Tecta rapit syluas inuentaq; flumina mōstrat. Inferiores igitur animi uires hæc agunt. Aeneas autem quo nobis mens exprimitur, arces quibus altus Apollo, Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ, Antrum immane petit. Quod cùm facit, ad res diuinas contemplandas erigitur: nam qui aliquid figurarum in uolucris scribunt, huiuscemodi speculationes per excelsum locum exprimunt. Vnde illud è Psalmo: Quis ascendet in montem Domini? Adde & illud: Nam cùm uirtutum in contemplatione positarum finis uerum sit, quo sapientes efficimur, rectè omnino solem huic speculationi propositum esse dixit. Nam ut nox tenebræque inscitiam arguunt, ita lucis dator Sol, ueritatem significat. Cuius exemplum secutus ciuis noster Danthes, cū ab ignoratione rerum, ad ueri cognitionem progressum ponit, se ex nocte syluaq; egressum montem, cuius iuga sole illustrata sint, ascendere testatur. Addit præterea antrum ibi esse Sibyllæ, magnam cui mentem animumq; Delius inspirat uates, aperitq; futura. Quem quidem locum, ut dilucidiùs exprimamus, pauca prius de Sibylla percurram, mox ad rem, de qua agitur, redibo. Constat igitur Sibyllas apud Græcos eas mulieres uocitari solitas, quæ furore diuino afflatæ futura prædicerent. Est autem Sibylla quasi σιὸς βουλὴ: id enim est Dei sententia quoniam Dei consilium sibi notum sit. Σιὸς enim Aeoles Deum dicunt, quem reliqui Græci θεὸς nominant. Quanquam sunt qui uelint fatidicam

Lactantius dicit σιὸς Aeolib. esse θεὸς: & βουλὴ. Βουλὴ. Inde dictā esse, σιὸβουλὴ quasi θεοβουλὴ.

cam mulierem apud Delphos hoc nomine appellatam, à qua deinde reliquę futurorum conſcię cognominatę ſint, has ex uarijs regionibus decem fuiſſe colligit M. Varro. Quas ego omnes (ſi quid ad rem pertinere arbitrarer) ſuo ordine proſequi non grauarer, ſed ut uides, nihil ad hoc de quo nunc agitur. Quamobrem ſatis fuerit uidiſſe Sibyllam, facilè rerum diuinarum doctrinam interpretari. Hæc autem nobis ea quæ Apollini nota ſunt, ſine mendacio prędicit. Nam ſapientiam ueritatemq; aperit, quòd uerò antrum ponit, exprimit ueritatem in obſcuro latere neq; temerè Triuiæ lucos Apollini templo adiungit: Luna enim corpulenta uehementer eſt, & reliquis ſyderibus inferior. Quapropter rerum humanarum quæ diuinis longè inferiores ſunt, figuram iure habebit. Illa enim lucis præponitur, res autem humanæ in ſylua obrutæ ſunt, non enim corpore carent, & ut Luna à Sole lumen recipit, ita & ipſe quicquid habent, à diuinis habent. Collige ergo, cum ſapientia non modò diuinarum rerum, ſed etiam humanarum ſcientia ſit, rectè Apollinis templo Dianæ lucum adiungi. Templum diuinarum rerum locus eſt, ſylua materiam notat. Templum ſcimus ædificium Deo ſacrum, in quo res ſolas diuinas agimus, ab reliquis abſtinemus, quoniam cùm illud ingredimur à negotijs ceſſamus, & ſoli contemplationi incumbimus. Templum autem à Dædalo conditum ponit. Quid igitur aliud eſt ædificare templum Apollini, niſi reddere ſe idoneum ad ſapientiam capiendam? Quod quidem tunc deniq; facimus, cùm ab omni corporea labe purum animũ ad contemplanda diuina transferimus. Hoc autem Dædalus (uir omnibus optimis artibus inſtructus) facere poteſt, in quo tantum ingenium fuerit, ut & Dædala Circe, & tellus Dædala à poëtis tunc maximè dicatur, cùm maximum ingenium oſtendere uolunt. Venit autem non mari, non terra, nec ad Meridiem infimam nobis mundi partem, ſed per ſublimem aërem ad Septentrionem. Nihil enim humile, nihil terrenum ſit in ea mente, quæ ad ſpeculationem fertur, ſed ad ſublimia cœleſtiaq; erigatur. Eſt autem primus ſpeculandi ingreſſus à uitijs. Primam enim cognitionem eſſe oportet circa mali naturã, ut ualeamus ab eo abſtinere. Nam niſi expiati à uitijs fuerimus, nunquam diuina attingemus. Vt enim idem ſæpius referam, negat Dauid quenquam aſcendere poſſe in montem Domini, niſi eum qui ſit innocens manibus, & mundo corde. Quapropter in foribus, per quas erat in templum aditus, homicidium Androgei, adulterium Paſyphes, & Icari faſtus ponitur. Hæc ergo à principio ſpeculatur Aeneas. In uitiorum autem cognitione, non eſt diutius immorãdum. Nam & ſtatim ea noſſe oportet, & ſtatim à notis diſcedere. Rectè igitur à Sibylla, quam iam præmiſſus Achates acceſſierat, admouetur Aeneas, ne in tali ſpectaculo longiùs tempus conterat. Nam excellentiores quoq; uiri, uarijs uoluptatum illecebris allecti laberentur, niſi eorum cura & ſtudio eam eſſent adepti doctrinam, qua monemur ut paululum illud uitæ ac temporis, quòd humanæ ſorti conceſſum eſt, non niſi magnis & excelſis rebus conterendum ducamus. Hoc autem inter egregium uirũm ac ſtultum intereſt: nam alter ſi ſemel labitur non facilè ſurgit. Alter ſi (quoniam corpore grauatur animus) paulum quandoq; è uia deflexerit, ſtatim adeſt ab Achate acceſſita Sibylla, quæ ad rectum deducat. Sed mirum profectò Poëtę ingenium, qui ſapientiam ipſam ſua ſapientia nos edocet. Prima itaque doctrina ea eſt, ut purgati mundiq; templum ingrediamur. Deinde oſtendit quàmuis mens noſtra quædam ſua & à ſummo Deo ſibi indita ui cognoſcere poſſit, cognitionem tamen diuinarum rerum huiuſcemodi eſſe, ut niſi diuino lumine cœlitus illuſtremur, illam concipere non poſſimus. Hoc cùm ſit, quis non uidet precibus & ſacrificijs, rem eſſe à Deo petendam? Elegit autem ſeptem hoſtias, quoniam ſeptenarium numerum, multi philoſophorum perfectiſsimum putauerunt, proptereaq; ſapientiæ attribuitur, & Virgo ac Pallas appellatur. Sacrificat igitur ſeptem, quoniam ſapientiam optat. Neque temerè dictum eſt, quo latè ducunt aditus centum, hoſtia cẽtum: per aditus enim multiplicem uariamq; doctrinam exprimit, qua ad ſapientiam ducamur. Hoſtia uerò quæ quidem uenientibus ſeſe opponunt, non paruam in re difficultatem oſtendunt. Hæc autem non antè parebunt, quàm id precibus ab imo pectore fuſis impetrauerimus. Summo enim animi ardore, & mente illi penitus deuota, ſapientia acquiritur. Vt autem ſapientiam aſſequamur, promittit ſe templum Phœbo & Dianæ facturum: ſed de templo paulò ſuprà dixi. Hunc uerò quàre illud de ſolido marmore facturum ſe pollicetur, breuibus expediam. Marmor res dura eſt, ac mirus in eo & candor & ſplendor apparet. Vnde ab eo quòd μαρμαίρειν Græci ſplendere dicunt, nomen ſumpſit. Quę omnia in ea mente quæ ad ſpeculationem erigitur, inſint neceſſe eſt. Erit enim ſolida, ut quemadmodum inſanis fluctibus ſua duritie ita obſiſtit ſcopulus, ut ipſe integer maneat, illi uerò illidantur, diſruptiſq; reſidant, ſic mens nullis perturbationibus frangatur, ſed illas frangant dicimus, pręterea aliquid ex ſolido marmore eſſe, cùm non marmoreis cruſtis externè exornatum ſit, ſed totũ ex marmore conſtet. Quapropter & huiuſcemodi mentem eſſe oportet, ut non ſigna quædam quibus ſapientiam exoptet præferat, ſed tota exardeſcens illi ſemper incumbat. Erit itidem

dem summo candore nitens, ut nulla sit corporea labe polluta. Quo enim pacto splendore carere possit ea mens, cùm sapientiam nũquam perceptura sit, nisi priùs multis doctrinis illustretur? Templum uerò Phœbo Dianæq; ponit, quia (ut modò dicebam) & diuinarum & humanarum rerum cognitio est sapientia. Dies autē festos soli Apollini instituit, quia uerus cultus solis diuinis debetur, pollicetur & Sibyllæ penetralia, in quib' suæ sortes & arcana condantur. Nam nisi alta mente reposita maneant, ea quæ per doctrinam acquirimus, ueluti Danaī puellæ assiduo laborabimus, neque unquam perforatum uas adimplere ualebimus. Quapropter & uiri lecti sortibus, præponendi sunt. Nam excellentes sunt uires animi adhibendæ, quibus quæ didicerimus optimè mandentur. Curandum autem in primis, ne responsa frondibus scripta tradantur, sed ore pronuntientur. Non enim libellis & commentariolis credenda sunt, quæ addiscimus, sed menti. Neque rursus leuium stultiliumq; rerum est quærenda doctrina, ueluti qui in dialecticorum superfluis captiunculis, ac uanis amphibologijs, aut inanibus fabellis, omne penè tempus terunt. Verè autem illud dictum est, Sibyllam circa principium nondum Phœbi patientem esse. Ea enim quæ cognitu difficillima sunt suscipere non ualent nostra ingeniola, donec Apollo (is enim est ueritas) nos componat. Ea enim instructis omnia facilia redduntur, sed audi quid dicat Sibylla? O tandem magnis pelagi defuncte periclis, sed terris grauiora manent. Nihil grauius, nihil uerius: qui enim omissa ciuili uita ad eam peruenit, quæ in contemplandis rebus posita est, ille relicto pelago, in continentem sese recepit. Vita enim quæ in actionibus uersatur, fluctuanti mari simillima est. Videmus enim omnia quæ in ea aguntur, fortunæ procellis exposita esse. Contemplatio autem, cùm ad ea uertatur, quæ eodem semper se mòdo habent, neq; in interitum cadunt, in solido hæret. Magnis itaq; pelagi periculis, iactatus est Aeneas, priusquam longis erroribus circumactis, diuersa horrendaq; maris monstra uitare potuerit. Difficile enim fuit ut Troianum incendium incolumis euaderet, laboriosum ut crudelitate atq; auaritia deterritus, è Thracia abiret. Incommodū ut ambiguitate oraculi deceptus, in Cretensem pestem incideret. Quis autem Harpiarum fœdam illuuiem non abominetur? quamuis iter ad Helenum, per medios hostes non formidet. Quis Cyclopum immanitate non consternatur? Maria autem Sicula ita cautè obire, ut neue Scyllam, neue Charybdim conspiciat, & tempestati à Iunone, Aeoloq; excitatæ, ita resistere, ne naufragium faciat, non hominis, sed herois est: præterea, quæ in socijs in Aphricano littore passus est, quas illi fraudes Iuno parauerit, quo amoris uinculo Dido illigauerit, præterea quæ in Sicilia ex incendio nauium damna acceperit. Quem omnia grauia, ac tunc periculis plena, cùm perpessus fuerit, quo nam modo in Italia duriora passurus est? Non tamen procul à uero aberrat Sibylla. Cùm enim à communi uita, ac hominum cœtu, te in solitudinem uendicaueris, tunc acriores quasdam (ueluti faces) earum rerum quas reliquisti memoria admouet, & illarū desiderio, acerrimi insurgunt morsus. Atq; cùm obliuioni iam eam mandasse putamus, tum maximè illarum ingeminant curæ, rursusq; resurgens sæuit amor, ut nisi firmissima anchora naues fundauerit, uideatur in Aphricam renauigaturus. Non enim & si firmum sit propositum, minimè inde discedere, tamen cessat certamē, cùm aliud illecebre, olim actæ uitæ, aliud præsens consilium suadeat. Venit in Italiam Aeneas, uerùm eo uirtutum genere, quo purgatoriæ appellantur, à quibus antea quàm penitùs expiata sit mens, necesse est ut acerrimum bellum (quemadmodū nostri aiunt spiritus) aduersus carnem gerat. Nam quantò magis hæc supra humanam imbecillitatem sunt, tantò maior periculo aggredimur. Humanam enim societatem cùm deserimus, aut in feriam uitam per insaniam & atram bilem degeneramus, aut heroico robore supra hominem erigimur. Quapropter interrogatus quidam, qui in littore solus uagabatur, quo cum loqueretur, respondissetq;, mecum loquor. At qui uide (inquit ille) ut cùm bono homine loquaris, & rectè quidem. Non enim facilè Scipionem inuenias qui nunquam minus solus esset, quàm cùm solus, propterhuiuscemodi igitur difficultates, ait Sibylla fore, ut cùm in Italiam uenerint Dardanidę: ij enim uiri egregij sunt, nollent uenisse. Inuenient enim alium in Latio Achillem, inuenient & Iunonem, à quibus non mediocriter uexandi sint. Ambitio enim, quæ ut in Iunone, ita in bellicoso uiro exprimitur, quemadmodum Troiæ & uoluptati aduersabatur, sic & speculationi (quam sibi præferri ęgrè patitur) aduersabitur. Est autem ex dea natus Achilles, quia diuina quædam generositas in animis nostris insita est, quæ nemini parere, omnibus autem imperare uelit. Hæc si recta ratione excolatur, ueram fortitudinem parit: sin autem contra rationem elata, omnia in suam libidinem conuertere tentet, ambitionē creat, & regnandi cupiditatem. Quapropter & si uehementer degeneret, à dea tamen: id est, à diuina animi ui originem ducit. Non autem ea solùm, quæ uentura sint, prædicit Sibylla, uerùm & causam tantorum malorum profert. Ait enim ut Troiam euertunt nūptiæ mulieris externæ, sic & Italia Lauiniæ coniugium, bellum acerrimum concitabit, coniungitur

iungitur externæ mulieri animus noster, cùm omissa uirtute rebus caducis delectatur. Quapropter uoluptas Paridis Troiam euertit. In Italia uerò cùm nondum cupiditatem rerum humanarum deponere ualeat animus, bella excitantur aspera, illa quidem, sed non in quibus ueluti apud Troiam succumbat, sed unde uictor triumphansq; (parto regno) redeat. Accommodatè (ut mihi uidentur) omnia hæc inquit LAVRENTIVS. At illud quare dictum sit, sed non uenisse ualent, non intelligo. Nam si eum qui iam ad speculationem peruenerit, firmo iam proposito esse oporter, cur illum pœnitentia sequatur non uideo. Non enim inficior uitium etiam grauem, in huiuscemodi stabili proposito, acri sæpe morsu affici, non tamen ita magno affici puto ut ad pœnitentiam redigatur, nisi fortasse hoc dictum sit, ut multa per quandam hyperbolem. Sic enim Græci superlationem appellant, dici consueuêre, ut ex ijs uerbis quibus pœnitentia significatur non pœnitentiam, sed summam difficultatem ostenderet. Isthuc ipsum inquit BAPTISTA, uerùm uideamus quid respondeat Aeneas, nêpe id quod qui uera doctrina imbuti sunt semper obseruant. Ait enim se ita præmeditatum uenisse, ut antea secum animo omnia euoluerit. Quæ enim antè à nobis prouisa sunt, ea id spacium præbent, ut anteaquam ueniant uel euitari possint, uel saltem ne tantum lædant prouideri. Cùm animus ipse suas uires colligens, robustior aduersus difficultates reddatur. Nam quemadmodum si hostes incautos, ac nihil tale metuêtes inuadamus, quamuis & loco & numero superiores sint, facilè illos superamus. Contrà uerò uel exiguæ copiæ, si spacium ad ea paranda afsit, quæ prælio conducant ualidißimo exercitui, pares sæpe inueniuntur, sic & nos si nobiscum cogitauerimus, quamuis multa per corporis cogitationem accidere poßint, animos tamen cœlesti semine ortos, nisi secordiæ ignauiæq; sese dederint, nullis laboribus, nullis difficultatibus, nulla fortunæ iniuria (modò uelint) impediri posse, quò minus in originem suam redeant, inuicti ab omni perturbationum prælio euademus. Hæc secum cùm iam diu meditatus esset Aeneas, non petit nunc demum illa doceri: Verùm in limine contemplandarum rerum positus, ad inferos deduci orat: quo in loco quid sibi uelit Aeneæ ad inferos descensus, conabor paucis absoluere. Si prius quid infernus sit, & quot modis ad eum descendatur, breuiter demonstrauero. Infernum igitur plurimis antè Christianum nomen sæculis, non solùm Hebræi, uerumetiam Aegyptij posuerunt. Quæ autem post Christum natum, nostra religio sine ulla dubitatione de inferis deque pœnis, quas apud inferos nocentum animæ luunt, affirmat, ea omnia ab Hebræis (ni fallor) accepimus. Quæ uerò Aegyptiorum monumentis mandata sunt, ea primus ad Græcos transtulit Orpheus. Hæc deinde suis figmentis, auxerunt pleriq; ex Græcorum Poëtis, quorum principes Homerum, Hesiodum, Euripidem, Aristophanemq; esse uidemus. Quos deinde secuti è nostris sunt, præter Maronem, Ouidius Sulmonensis, & ex Hispania Statius Pampinius, ac Lucanus, & (quem pleriq; Florentinum fuisse putât) Claudianus. Atq; ij omnes inferorum sedes subterraneas esse, & ad centrum usq;, qui locus in sphæra infimus esse portendi crediderunt. Quapropter speluncas quasdam, ac terræ hiatus, præsertim si ignem fumumúe euomant, ingressum ad inferos, non sine muliercularum ac totius uulgi summo assensu fabulati sunt. Nam & in Laconica regione Tænarus mons est, circa finem Maleæ Promontorij, è cuius profundißimo antro, quoniã spiritu id agente, strepitus auditur, facilè fuit uulgo persuadere, inde ad inferos descêdi. Acherusia autem palus in Epiro non procul ab Heraclea ab Argiuo (ut ferunt) Hercule dicta, specum habet, per quam Cerberum tricipitem Plutonis canem ab Hercule eductum, crediderit antiquitas. Nam de Auerno lacu, nihil est quod referam: uulgata enim res est, & à plerisq; decantata. Ac de Poëtis hactenus. Plato uerò eadem disciplina, qua & Orpheus imbutus, ita singula prosequitur, ut nihil aliud inferorum locum animis nostris esse uelit, quàm corpus ipsum, quo ueluti carcere includuntur. Ipse enim animos, à summo Deo creatos ponit: qui quidem suapte natura ducti, in Deum parentem suum conuertuntur, nec mirum. Nihil enim est quod in originem suam, cùm poßit, non reuertatur. Videmus enim (ut loco exempli hoc ponam) ignem hûc (ut ita loquar) terrenum, quia superioris ui ac semine genitus est, suæ naturæ impulsu, & superiori erigi. Conuersi autem in Deum animi, eius radijs ita illustrantur, ut ubi hactenus eorum essentia, per se ueluti in formis fuerat, nunc illo fulgore côformetur, fitq; miro quodam modo, ut intra animi essentiam receptus fulgor non ueluti externa quædam & aduentitia res in ea resideat, sed ad illius capacitatem tractus, obscurior quidem reddatur, & à se ipse degeneret, menti autem propius ac naturalis efficiatur. Qua propter hoc duce, in sui ipsius atq; omnium quę infra se existunt (ea enim corpora sunt) cognitionem animus uenit. Deum uerò & cætera quæ supra se apparent, hoc lumine non cernit. Qui enim si iam connaturale sibi factum est, ea quæ supra naturam suam sunt, illo continget. Id tamen menti nostræ præstat: Nam per primam hanc ueluti scintillam, Deo propinquior facta, aliud accipit lumen, & clarius quidem, quò iam cœlestium quoq; & supernarum rerum cogni-

tionem accipiat. Sed hæc te, Laorenti, latere minimè puto. Sunt enim non solùm doctè ac distinctè, sed omnino dilucidè à Marsilio nostro, in ijs dialogis explicata, quos ille in Platonis Symposium conscriptos, sub tuo nomine edidit. Quos quidem cùm quia à te sunt, tum maximè quoniam plurimis, ac selectissimis rebos abundant, familiarissimos tibi esse cupio, sunt illi quidem inquit LAVRANTIVS. Verùm præcipuè locus iste menti nostræ hæret, in quo geminum in nobis lumen elucere demonstrat, naturale unum & ingenitum (ut dicebas) diuinum alterum & infusum, quibus simul iunctis, animi nostri, ueluti geminis suffulti alis, totum hunc superiorē mundum peruolare possunt. Additq; si illo diuino semper utantur fore, ut semper diuinis hęreant. Infimus autem hic terræ locus animēte in quo ratio sit cariturus uideatur. Quòd ne fiat esse diuina institutum prouidentia, ot animos sui omnino poteos sit, ualeatq; pro suo arbitrio, uel utroq; simul lumine, cùm libuerit uti, uel altero solo, propreteaq; fieri ut natura duce ad natiuum lumē conuersus, se uiresq; suas, quæ ad fabricam dum corpus spectant, diuino lumine ad pręsens omisso, solùm consideret, illasq; in corpore construendo exercere cupiat. Rectè ac memoriter tenes inquit BAPTISTA: consistit igitur io cœlo (ut Platoni quem Poëta sequitur placere uidemus) animus noster, ipsius diuinæ naturæ contemplatione perfluens. Verùm illa quam dicebas cupiditate infectus, & ipsa cogitationis mole degrauatus, in infera descendere incipit. Verùm quoniam cùm de inferni finibus (ex sentētia Platonis) quæritur, non simplex apud eius Philosophi sectatores opinio est, oos eam hoc tempore sequemur, quam & animorum rationi magis congruam putamus, & doctioribus magis placere cernimus. Hi igitur bipartitum mundum ponunt. Nam supremum cœlum quod à planes uocitatur stellis (ut est apud Poëtam) ardentibos aptum superorum regionē esse uoluerunt, eosq; campos elysios ac beatorum insulas nominarunt. Saturnī uerò Sphæra, ac sex reliquæ quæ sub illa sunt, rursusq; quicquid spatij inter Lunām terramq; interiacet, ipsamque terram inferis attribuerunt. Altissima igitur pars illa, qua uel substentātur diuina uel constant, nectar oocatur, & deorum potus esse creditur. Inferiorem uerò lætheum ac hominum potum dicunt. In hunc enim cùm à superiori cœlo per Cancrum (ea enim hominum porta dicitur) prolapsa fuerit, anima in ipsius hyles, quæ elementorum materia est, tumultum incidit, quo in loco noui potus ebrietate degrauata, & ueluti temulenta effecta, diuinorum obliuiscitur, terrenarumq; rerum cupiditate illecta: ita per subiectas Sphęras delabitur, ut ex singulis cœlorum ordinibus, aliquem eorum motuum, quibus usura deinceps sit, in corporibus acquirat. Nam ab ea quam Saturniam stellam nominant ratiocinandi & intelligendi, à Ioue agendi, à Marte audiendi uim abducit. Sol uerò ot sciat, ut etiam opinetur illi concedit. Mox à Venere excepta, desiderij motum mutuatur: inde per Mercurij ac Lunæ cœlos descendens, ab illo pronunciandi interpretandiq;, ab hac plantandi & augendi uires acquirit. Ac postremò ad terram ueluti ad centrum (quò grauia omnia feruntur) delata, & corpus quasi carcerem, uel potiùs sepulchrum ingressa, iure apud inferos relegata dicitur. Moritur enim in corpore anima, ueluti in sepulchro demersa, non ita tamen, ot huiuscemodi morte extinguatur, sed ut ad tempus obruatur. Quandoquidem illius diuinitatem noxia corpora tardāt, terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra. Habes, sed breuiter, quid Platonici infernum putent, & quem animarum ad ipsum descensum ponant. Nam quæ de tartaris fabulantur poëtæ, ea omnia, animam in corpore pati manifestum est. In materiam enim protracta nouam syluæ ebrietatem haurit, cùm illa ueluti flumine demergatur. Flumen autem ipsum, non sine exacta ratione, in quatuor flomina, ac stygiam paludem deducunt. Lethæum Acheronta stygem Cocytum ac Phlegetontem. Materiæ enim admixta anima, cuncta quæ in cœlis uiderat obliuiscitur. Quapropter iure Lethæum flumen, ab eo quod est λήθω (sic enim obliuisci Græci dicunt) potare finxerunt. Ex hoc autem Acheron manat, quæ res gaudij priuationem denotat, quasi ἀχαίρων: id est, ἄνευ χαρᾶς, à particula priuatiua α, & χαίρων, gaudens. Nam quòd in Dei contemplatione purus existens animus gaudium accipiebat, id omne ex obliuione amittit, quo quidem amisso Styx quam facilè tristitiā interpretaberis, exoriatur necesse est. Stygijs demū postrema æstuaria Cocytum efficiunt. Quis enim ex tristitia in luctum non cadat? Te autem non fugit id Græcos κωκύειν dicere, quod Latini lugere interpretantur. Ex diuturno autem luctu in furoris insaniæq; ardorem incidere solemus, quem Phlegetontem nominant. Ex hyle igitur unico flumine mala hæc omnia eueniunt. Quapropter non sine summa doctrina, ex lethæo reliqua fluenta deriuari finxerunt, sed hæc io Phædone à Socrate latiùs explicantur. Nobis autem de multis pauca ad hunc locum transferenda fuerunt atq; ea solùm, quibus descensus ad inferos, ex Platonis sententia perspicuus redderetur. Nostri autem qui ita à Deo animas creari rectissimè sentiunt, ut eodem momento & creentur, & suis corporibus infundantur, non eas io hoc inferiori mundo uersari uoluerunt, ut commissa purgarent. Quid enim si ante corpus non fuerant, extra corpus peccare potuerunt?

tuerunt? sed ut suis rectis actionibus quas omnino liberas habent, cœlo aliquando frui mereneorur. Concessit enim nobis Deus, ut nostro arbitrio liberè uteremur, non ut per nequitiam delinqueremus, sed ut per religionem & iustitiam summum bonum acquiremus. Verùm cùm per summam stultitiam illud negligentes, corporeis terrisque uoluptatibus deliniti, maximis uarijsq; scaleribus coinquinemur, oportuit esse locum, ubi à corpore digressæ huiuscemodi animę, suorum facinorum debitissimas pœnas penderet. Hunc autam locum, circa terræ centrum maximè esse uoluerunt. Nam cùm & Propheta: Eripuit Deus animam meam de inferno inferiori, dixerit, & ipse humani generis saluator, se triduo in corde terræ futurum admonuerit, facilè conuincitur centrum esse. Nihil enim est centro inferius, quin & ita in medio terræ consistit, ut in medio animáre cor esse uidemus. Qua in parte & tenebras exteriores (quoniam à luce remotissimæ sint) & dentium stridorem (quoniam nulla solis uis illuc descendat) esse nemo negauerit. Erit igitur in terræ centro infernus, sed ita erit, ut etiam ex ijs quæ sapientissimè à Gregorio colliguntur, ad aërem usq; hunc ex terræ & aquæ caligine crassiorem protendatur. Atq; de inferno hactenus. Ad illum autem animas descendere omne ferè hominum genus dixit, sad tamen aliud alij sentiunt. Nam præcipitatio illa animorum, à supremo cœlo in hæc corpora, ad inferos descensus esse à Platone creditur. Christiani uerò scelestorum animas, è suis corporibus ad inferos trahi admonent. Dicimus itidem uiuentes homines, cùm in uitia labuntur ad inferos ruere. Sunt quoque qui credant, magicis artibus & carminibus fieri, ueluti descensus quidam ut inde euocari animæ possint. Verùm præter hos quatuor descensus qui quintus est, non uidetur omittendus. Nam & ad inferos tendimus, cùm lumen rationis nostræ, ac industriam in mali, ac omnium uitiorum naturam speculandam deijcimus. Ego igitur libenter de re sciscirer, ô Laurenti, cùm hęc omnia perceperis, quid putas hoc Aeneæ descẽsu Virgilium exprimere uoluisse? Iam dudum quid agas, uideo, ô Baptista, inquit LAVRENTIVS ac pro eo maximas tibi gratias habeo. Quis enim non uideat uniuersam hanc disputationem non solùm meis precibus datam, uerumetiam ad me fratremque meum erudiendum elaboratam? Nam & si cæteri, qui assunt omnes mirificè tua oratione delectentur, tamen est eorum ætas, ac doctrina huiuscemodi, ut etiã sine duce, ipsi per se hæc omnia cognoscere ualeant. Hos igitur duos erudiendos cùm susceperis, proptereaq; rectè ne an secus quæ hactenus disputasti tenemus nosse cupias, sine ulla cunctatione, quæcunq; rogaueris, respondebo. Sic enim & errata facilè emendare poteris, & si quid rectè teneo, id tuo iudicio confirmatũ firmius hærebit. Petit igitur à Sibylla quam tu iam doctrinam interpretatus es, ut ad inferos & ad parentem deducat. Quòd cùm petit: ostẽdit mentem (præmonstrante ipsa doctrina) insensualitatam descendere. Vult enim uitia quæ ab ea sunt penitùs cognoscere, sed uide quantum tibi ex hac disputatione debeam: nam non solùm effecisti ut hęc à Marone diuinitùs dicta tenerem, sed similitudine rerum admonitus, iam quid sibi noster quoq; Danthes uoluerit, facilè coniectot, sed de hoc aliâs. Tu uerò si placet ad reliqua perge. Rectè tu quidem inquit BAPTISTA interpretaris: ma autem tuum istud ingenium, ac iudicium summoperè delectãt. Verùm audi quid illi uare respondeatur. In primis enim descensum ad inferos, nullius negocij esse demõstrat, cùm noctes diesq; ditia ianua pateat, quod profactò nimis etiam quam uellem uerum est. Nam cùm procliues (ut senex quoq; Terentianus conqueritur) à labore ad libidinem simus, facilè in uitium labimur. Rectissimeq; illud ab Hesiodo:

τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι,
Ῥηιδίως ——

Rectissimè quoq; & illud, uel clausis oculis illuc descendi. Nam siue delinquendo, in uitia labimur, quoniam id per stultitiam fit. Stultitia autem rarissimi carent, quid obsecro te facilius inuenies, siua, sed reliquos descensus nunc missos facio, quorum procliuitas perspicuè apparet. Id autem de quo nunc agitur, quis non uidet? Mentem ipsam ac rationem facilè in cognitionem sensuum descendere. Maximum autem fit periculum, ne dũ circa singulas corporis uoluptates uersamur, ita illarum illecebris demulceamur ut irretiti hęreamus. Facilè igitur seorsus descendit, mens non autem facilè à sensibus reuocatur. Id enim est ab inferis redire: pauci enim quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus: Dijs geniti potuère. Tria (ut uides) hominũ genera ponit, quibus liceat ad superos reuerti. Sed nos prius de duobus postremis dicemus. Cẽser Plato (quod paulò suprà explicatiùs demonstrauimus) animos nostros rerum terrenarum cupiditate degrauatos, in corpora descendere, quapropter qui prius Ambrosia Nectareq; uescebantur. Id enim est, Deo fruebantur, atque inde mirum gaudium sumebat, nunc lethęum epoti, in rerum omnium obliuione mersi sunt. Quod si intra corpus constitutũ animus, illius cogitatione ac sordib. inquinetur, tam densis tenebris obducitur, ut nulla deinceps spes sit, ad superiorem lucem redeundi. Sin autem seipsum in se colligens, intrẽ

gie casteq; degat, & corporis quoad potest consortium decliner, paulatim ex illa oblioi-
one(qua ueluti crapula uinoq; oppressus obdormiscebat)se excitans, ualet sibi geminas
illas(quas iam totiens oomino)alas comparare. Illis aurem suffultus facilè ex inferis resi
lit, & ad superos rediens, in regionem suam reuolat. Per duas igitur alas totidem uirtu-
tum genera intelligimus, & eas quæ uitæ actiones emeodant, quas uno nomine iustitiá
nuncupat, & eas quibus in ueri cognitionem ducimur, quas iute optimo religionem no
minat. Illud igitur pauci, quos ardens euexit ad ęthera uirtus, alam primam exprimit, &
uirtutes, quæ de uita & moribus sunt, intelligit, cùm deinde addit: Dija geniti potuêre,
significat alam secundam, atque ipsam religionem, quam ex uirtutibus ijs quæ ad uerum
ducunt, constare uult Plato. Hæc itaq; à tanto Philosopho mutuatur Maro, cuius quidem
doctinæ, nonnihil ex mathematicorum sententia ita addidit, ut neq; ius suum ac liber-
tatem animis adimeret, neq; cœlestia corpora sua ui priuaret. Nam si animis nostris uim
necessitatemq; sydera afferre dicamus, non modò id in religione oostra impium etit, sed
& à summorum philosophorum doctrioa abhorreos. Verùm ot intelligas, neque hoc à
Platonico dogmate alieoum esse. Refert ille in Timęo, rationalis animi effectionem, nol
li nisi Deo tribuendam, quooiam ipse essentiam atque ratiooem aoimorum nostrorum
creat. Corpus autem, ac cæteras animi partes, ot ea est qoæ concupiscit & quæ irascitur,
nos ab animo mundi mutuari. Quapropter & si mens ipsa nostra, nollo syderum impe-
rio subiects sit, tamen quia nullam actioně, ex ijs uode uirtutea uiriaq; manant, nisi per
sensus ac appetitum exercet. Illis autem quoniam à corpore sunt, uarias aut ad uirtutes
affectiones, aut in uitia procliuitates ioferunt sydera, permulti interesse uidetur, qoo sy-
dere nati simus. Neq; solùm ad hæc, quę ad uitam & mores pertioere diximus, uerùm &
ad ea quæ speculationem & ueri cognitionem respiciunt. Nam si omnes omoium ani-
mi eadem natura sunt, unde nisi à corpore etit: quod alij iogenio, iudicio ac memoria ex-
cellentissimi existant, in alijs hęc oulla appareant. Cùm autem omnis nostra cognitio ab
ijs quæ efficiuntur ad efficientiam, & ab ijs quę loco & tempore circumscribuntur ad in-
finita initium sumat. Multa obijcitur difficultas animis nostris, ut intelligentiam, ut sci-
entiam, ut sapientiá assequatur, cùm uires illę(quas paulò antè dicebam) à membrorum
(quibus ueluti instrumentis utuntur)deprauatione hebescant, neq; se explicare possint.
Cùm igitur apud Platonem suum legisset Maro, oisi geminas illas alas recuperemus, ad
superos redire non posse, cùm itidem illarum recuperationem à syderibus ea (quam o-
stendi) ratione impediti animaduerteret, ut à Ioue æquo amaremur opus esse ostendit.
Hoc autem nihil aliud est, nisi ut benignitate syderum, affectiones ad rectas acciperemus
actiones. Nam cùm planetarum uaria uis sit, uidemus Iouis naturam huiuscemodi esse
ut quos ille in suo ortu benignè aspexerit, illi ad Iustitiam ac religionem proni reddan-
tur, ita ut ad eas(quas diximus)alas recuperádas impellat. Colligamus igitur nemioem
ab ioferis remeare, oisi alas recuperet, id autem non esse facilè, nisi ijs qui benignitate sy-
derum ad supera eriguntur. Sed qoid tu, Laureoti, Marsilium intuens, clanculú submur-
murasti? Nempe id solùm respondit LAVRENTIVS quod paucis ante diebus, cum Ti-
meum Platonis io manibus haberet, mihi de anima mundi dixerat Marsilius. Cautius
inquit BAPTISTA mihi progrediendum esse uideo, cùm res nobis non modò cum do-
cto, uerumetiam cum memorioso sit: sed quod de mondi anima dicis, id & uerum est, &
huic loco apprimè qoadrat. Censet enim Plato rationis sementem à Deo factam, animos
nostros ab ipso creatos, ac deinde mundi animæ uestiendos, corpore traditos, ot & cor-
pore uestirentur, & eius pedissequis uiribus ioformareotur. Aequum eoim fuit, ot quo-
niam concupiscibilis irascibilisq; appetitus salutis corporis gratia sunt, ij ab eodem no-
bis darentur, qui nos corporibus Inclusisset. Verùm quia hæ partes lubricæ sunt, par fu-
it, ut qui nobis illas in deterius facilè labentes dedisset, idem ipse aliqua ex parte ab er-
roribus tueretur, labentesq; sustentaret. Quapropter iussit illi summos Pater ut quando
ipse idcirco animis nostris causam obliuionis præstitisset, quoniam luteo corpore circũ-
dederit, hominibus fulgorem ueritatis infunderet. Huiuscemodi itaq; præceptis obtem
perans mundi animus, eos omnes quibus æquos est, aut somnijs, oraculis, & portentis,
aut interno quodam motu, & ad futuri prouisiooem, & ad diuinæ legis cognitioně per-
ducit, ut eo duce, alas recuperemus. Hunc autem mundi animum ueteres Theologi, &
qui illos secuti sunt Platonici, sæpe Iouem appellant. Hioc Orpheus Iupiter inquit pri-
mogenitus est, Iupiter nouissimus, Iupiter caput, Iupiter medium. Vniuersa autem è Io-
ue nata sunt. Hinc illud: Iupiter est quodcunque uides, quodcunque moueris. Quin &
ipse Maro: A' Ioue principium Musæ Iouis omnia plena. Sunt enim omnia plena animo
mundi, cùm ille ita totus in toto mundo, & in qualibet parte totus, ubiq; uigeat, ut no-
stri animi in suis corpusculis. Hic deniq; cœlum, oeluti citharam contineos, harmoniam
efficit, ex diuersorum cœlorum sonis, quas cùm musas appellent, iure Iouis filiæ dicun-
tur esse Musæ. Quantam igitur doctrinam Maro tribus uersibus incluserit, faciliùs men-
te con-

te concipio, quam uerbis exprimam. Rectè igitur pauci quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus. Rectè & illud, tenent omnia syluæ. Ab hyle enim ut suprà demonstrauimus, est omnis nostra stultitia & omnis animi contagio, quibus impediuntur, ne ad superos redeant, uerùm de remeandi difficultatibus hactenus. Deinceps uerò eas exponit rationes, quibus ita tutò descendamus, ut pateat reditus. Aureus autem ramus sapientiam nobis indicat, sine qua non est speculario eligendarum agendarumq; rerum iudex. Neque mireris aurum, sapientiæ symbolum apud hunc Poëtam obtinere, cùm plerique idem scriptores fecerint. Vnde illud sapiens, aurum & multitudo gemmarum & uas preciosum labia scientiæ. Aurum enim est sapientiæ uigor atq; fulgor. Nullum ex metallis auro preciosius est. Nihil in rebus sapientia pluris faciendum. Fulget maximè aurum. Nihil sapientia est splendidius. Nulla ærugine exeditur aurum. Nulla res imminuit sapientiam. Nullis sordibus aurum coinquinatur. Nullis maculis sapientia deturpatur. Sed latet arbore opaca, multis enim ac uarijs insciriæ tenebris, ita obruitur. Verùm & luco (ea enim corporis, ut ita loquar, hebetudo est) ita tegitur, ut difficile omnino sit illud eruere. Scitè enim & à Democrito usurpabatur, naturam in profundo ueritatem demersisse. Non tamen priùs in hanc contemplationem descendere ualemus, quàm aureum ramum decerpserimus. Proserpina enim ad se ire quempiam, sine huiuscemodi munere uetat. Est enim Proserpina ipsa animi pars, quæ nihil præter sensus contineat, ad quam si sine sapientia accederemus, nullum præterea remedium daretur, quò minus de nobis actum esset. Illa enim irretiti, nulla unquam esset spes redeundi. Rectè & illud, primoq; auulso non deficit alter aureus. Se ipsa enim alitur sapientia, atque euenit inuestigando, ut aliud uerum aliud aperiat, nec quicquam percipiatur, quod ubi perceptum sit, ad aliud percipiendum non ducat. Illud autem quis non uideat de uero uerissimè dictum esse? Nam altè inuestigandus est. Diuina enim & cœlestia, si uerum inuenire uolumus, non infima hæc atq; caduca inspicienda sunt. Omnis enim doctrina, ac scientia ex ijs est, quæ nullis terminis circumscripta sunt, & in interitum non cadunt. Iubet præterea iam repertum ritè à nobis carpi, & iure quidem ita iubet. Nam nisi certo quodam ordine pergamus, nihil unquam proficiemus. Addit enim postremùm illum facilè te secuturum, si à fatis uoceris: sin autē non uoceris, nec uiribus tunc, nec duro ferro posse conuelli. Virtutibus enim quæ mores corrigunt, & quæ rectum æquumq; respiciunt, ualent omnes ita animum à sordibus purgare, ut mundi è corporibus migrent, ad supremam autem illam rerum cognitionem uenire, paucis omnino datur atque ijs solis, qui à fatis uocantur. Quapropter rectè si te fata uocat, quod tamen ut planius exprimam, uolunt Platonici Deum post seipsum cognoscere. Deinde omnes reliquas res. Tertio autem loco ea cuncta efficere, quæ cognouit. Postrema ergo hæc à secunda: secunda rursus à prima dependet. Nam res omnes producit, quia illas nouit. Nouit autem nullā alia ratione, nisi quia seipsum, in quo omnia sunt cōtemplatur. Huiuscemodi itaq; ordine tria ista in Deo ponunt, ita ut primam sapientiam, secundam prouidentiam, tertium fatum nominent. Christiani autem cùm hæc eadem (ni fallor) sentiant. Fati tamen nomen uix ponere audent, non quia Platoni irascātur, sed cùm uidissent esse quasdam Philosophia familias, quæ eam fato necessitatem imponaut, ut nullam in actionibus nobis decernendi libertatem relinquant, fati nomen odisse uidentur. At nos eum (quem paulò antè dixi) philosophum securi, dicamus Deum rerum causas: id est, seipsum considerare. Deinde ortum ordinemq;, ac deniq; gubernationem rerum, quas complectitur intueri. Quæ deinceps ita omnia exequitur, ut nullo modo ualeat impediri, quam quidem rem fatum dicunt. Quòd si ita est, non aberrant qui dicunt, rationem ac ordinem rerum, quam in mente Dei prouidentiam dicunt in rebus mobilibus, ac loco & tempore circumscriptis fatum dici. Te itaq; si fata concesserint, ramus aureus uolens facilisq; sequetur. Datur igitur paucis, & id diuino quodam (extra sortem) munere, ab ipsa Dei prouidentia, cuius consilium scrutari nefas homini est. Rectus enim Dominus, & recta cōsilia eius, sed quæ mortali ingenio comprehendi non possint. Quis enim adeò temerarius, ut nosse contendat, cur Ioanni, cur Paulo Apostolis, ea aperuerit Dominus, quæ multis sanctissimis uiris, & multa doctrina illustratis detegere noluerit? Quod exemplum latè patet, & ad omnes qui in aliquo doctrinæ genere laborauerint, transferri potest, ut cùm multi eodem studio flagrauerint, eandemq; operam ac laborem impenderint, alij summum in ea arte attigerint, alijs autem uix in postremis cōsistere licuerit. Habes quid aureus ramus meo iudicio sibi uelit. Quod autem ad Misceni fumus pertinet sic accipe: Misceni odiosa laus rectè interpretatur, quapropter erit eadem inanis quædam gloria. Sunt enim summo odio digni, qui uirtutem negligunt, unde solida expressaq; manat gloria, honores uerò, ac reliqua uirtutis insignia sectantur, quàm qui in uita ciuili res egregias adoriuntur, in primis captare consueuērunt. Hi enim non recti honestiq; amore, sed gloriæ cupiditate laborant, quàm dum assequi cupiunt, & Rempublicam sæpe perdunt, & in summū ciuium

odium incidunt. Egregiè igitur Iuuenalis: *Tantò maior famæ sitis est quàm virtutis.* Huiuscemodi igitur uiri animi excellentiam, siue à natura sibi inditam, siue industria, atque exercitatione comparatam, penitùs corrumpunt. Non enim uirtutem amant, sed uirtutis insignia, quæ sæpius malis quàm bonis exhibentur. Inanis igitur atque adumbrata gloria in rerum publicarum administratione, excellentioribus semper adhæret. Quapropter Hectoris quoq; comitem Miscenum fuisse fingit. Si enim charitate patriæ magis, quàm cupidine gloriæ mouerentur huiuscemodi uiri, beatissimæ omnino essent ciuitates, quibus illi præessent. Qui igitur ad uitiorum speculationem ea gratia tendit, ut se ab illis explicet, eum in primis huiuscemodi gloriam abijcere necesse est. Quapropter rectè eo tẽpore Miscenus extinguitur, quò Aeneas à Sibylla præcepta accipit. Initium enim ueri inuestigandi, à Misceni interitu optimè sumitur, nec tamen satis fuerat illum extingui, nisi etiam sepeliatur, ut nusquam uestigium illius appareat, nec unquã reuiuiscat. Quòd autem illum tubicinem fuisse dicit, optimè quadrat. Est enim huiuscemodi hominum, ut res à se gestas, quàm latissimè diuulgent, & suo præconio omnibus ostendant. Est præterea Aeoli uentorum regis filius: nam nihil uentosius est illi, qui neglecta uirtute, re solida & expressa adumbratam quandam & penitùs inanem gloriam aucupentur, unde & tumidi, & inflati, & uentosi dicuntur. Rectè & illud quo non præstantior alter, Aere ciere uiros Martemq; accendere cantu. Quid enim aut Ninum, aut Cyrum, aut Xerxem, ut hos solos de innumeris Asiaticis regibus referam, quid quæso aliud impulit, ut non contenti patrijs finibus, multis populis ac nationibus bellum Inferrent? Quid apud Græcos Spartanos, aut Athenienses excitauit, ut magnam Asiæ partem suo imperio adiungerent? Quid Hannibali suasit, ut Hispanijs Gallijsq; subactis, Romam orbis caput peteret? Quid apud nostros L. Syllam prius, ac C. Marium: deinde Iulium Cæsarem, Cn. atq; Pompeium, ac postremò Octauium & M. Antonium eo furore accendit, ut ciuili sanguine cuncta replerentur, nisi insanæ quædam famæ cupiditas? Cùm gloriã in ijs rebus quæreret, quæ stolidissimum uulgus stupescere quidem cogant, sapientes autem ad iustissimam indignationem, summumq; odium concitent, at nemo (modò ipse malus non sit) huiuscemodi uiros bonos dixerit. Sed quid, si optimi quoq; in hominum societate uiri, ac pro Republica emori promptissimi, præter id quod patriæ charitate, in manifestissimam mortem ruebant, gloriæ quoque cupiditate extremum casum, æquiore animo ferebant? Quis enim sibi persuadeat, aut Themistoclem Atheniẽsem in nauali prælio apud Salamina gestum, aut Epaminundã in ea uictoria, qua de Lacedæmonijs potitus est, aut Spartanum Leonidam in Thermopylis uiriliter pugnantem, nihil de gloria cogitasse? Ego enim neq; Brutum singulari certamine, aduersus regis exulis filium concurrentem, neq; Scæuolam tanta animi constantia dexteram exurentem, neque Decios illos in confertissimos hostes irruentes, neq; innumerabiles alios, qui patriæ libertatem suæ uitæ prætulerunt, famam quàm de se posteritati relicturi essent, nihil unquam fecisse arbitror. Sed nos in re omnibus manifesta, nimium fortasse moramur. Itaque redeo ad Miscenum qui cùm Tritonem Deum prouocare audeat, iure demens appellari possit. Quid enim stultius, quàm si inanis hæc gloria, à caducis ac citò perituris rebus profecta, audeat se illi, quæ uera est, & à diuinis rebus proficiscitur, per summam temeritatem æquiparare? Quapropter facilè ab ea obruitur. Sed hæc ad rem nostram: reliqua autem quæ circa funus describuntur, historiæ atq; aurium uoluptati concedantur. Geminas autem columbas, geminas illas alas, quas paulò suprà diximus intellige. Illis enim ducib. ad contemplandas res tendit. Sunt autem uolucres Veneris, quia oportet illas esse ab ardenti amore, nec iniuria matrem inuocat: nam tantam difficultatem, nisi rapiat amor, facilè fugiunt homines. Illæ autem non semel aut uno impetu, sed paulatim uolando ad locum ducunt. Non enim hominis est omnia momento uidere, sed ratiocinãdo gradatim à cognitis ad incognita uenire, sed uide quid sequatur, inde ubi uenêre ad fauces graua olentis auerni, Tollunt se celeres liquidumq; per aëra lapsæ, Sedibus optatis geminæ super arbore sidunt. Nam quæ ad tantarum rerum cognitionem duces se præbent, eas rerum terrenarũ contagionem (id enim est Auerni teter odor) celerrimo uolatu effugere oportet. Duplex igitur uirtutum genus nos ad ueritatem ducit, quam sine mora rapit Aeneas, ut eius luce, ea quæ per infernũ obscurissima sunt, cernere possit. Descriptio uerò Auerni naturalem loci situm demonstrat. Neq; est quod sacra ab Aenea peracta, in seriem nostræ sententiæ digerere laboremus. Inseruiens enim suo argumento Poëta, eorum sacrorum, quæ ad Necromantiam adhibeant ueteres explicat. Quòd autem Aeneas nudo ensis iter assumere iubeatur, & si hoc in ijsdem sacris obseruare cõsueuerint, tamẽ admonetur ipse, ut robusto animo rem arduam aggrediatur. Aeneas Itaque ducem haud timidis uadentem passibus æquat. Nam quis non uideat, quòd doctrina aliqua nobis ostendit id quàm celerrimè, quàm diligentissimè esse arripiendum. Erat autem iter per obscura, uel quia (ut dixi) ueritatem in obscuro abstrusit natura, uel quia uitiorum sedes, pro-

cul

uul à luce sunt. Qui enim rationis lumine illustratur, is & uerum cognoscit & rectè agit: illam autem qui amiserint, sua natura ignorata in uitia incidunt. Appellat præterea domos Plutonis uacuas, & inania regna, quò quid uerius dici potest. Est enim hesterna die manifestis rationibus conuictum mala uitiaq; nihil omnino esse, quandoquidem nihil afferant, sed bonum pellant. Hoc cùm prudens uehemensq; uates Persius intelligeret, grauissimè in eam exclamationem prorupit: *O curas hominũ, O quantum est in rebus inani.*

Vt autem quale esset ad uitia initium, expressius poneret, ostendit in tantis tenebris non nihil tamen lucis apparuisse. Nam & si mentis cæcitate in uitium labamur, tamen circa principia non omne penitùs lumen tollitur. Prius enim incontinentes efficimur, quàm in intemperantiam cadamus. Miro autem iudicio quæ sequuntur in inferorum ingressu ponit. Si enim ex sententia eius, quem sequitur, Platonis descensum animorum in sua corpora describit, manifestum est animum qui hactenus omnium horum malorum expers fuerat, in ea nunc omnia corporis contagione incidere. Omnes enim perturbationes inde sentit. Luctu enim curisq; angitur, impendentia timet, morbos laboresq; experitur, fame atq; ægestate urgetur, omnibus deniq; quas ille enumerat calamitatibus premitur, quas è corpore liber expertus unquam fuerat. Sin autem prolapsum animorum in uitia huiuscemodi descensu interpretari uolumus, non multum diuersa ratio erit. Quæ enim res tanta uelocitate commissum facinus consequitur, quã facti pœnitentia? Qui autem pœnitet is sine luctu esse non potest. Adde quòd conscientiæ stimulis assiduo pungatur necesse est. Vrgent enim illum assiduæ curæ, quæ (ueluti ultrices furiæ) pœnas flagitiorum sæuerissimè exiguunt: quòd quàm doctè, quàm eleganter, quàm expressè posuerit Iuuenalis, quæso recordamini:

Exemplo enim (inquit ille) *quodcunque malo committitur ipsi, Displicet autori, prima hæc est vltio, quòd se, Iudice nemo nocens absoluitur.* Ac paulò pòst: *Nam scelus intra se quicunque cogitat vllum: Facti crimen habet, cedo si conata peregit: Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat.* Iure igitur ultrices curæ sunt in uestibulo positæ. Nec mirabimur si pallentes habitent morbi, cùm Stoicorũ acutissimas argumentationes intelligemus. Aiunt enim quemadmodum tẽperantia sedat appetitiones, & efficit ut illæ rectè rationi pareant, conseruatq; considerata iudicia mentis, sic huic inimicam intemperantiam esse, eamq; omnem animi statum inflammare, conturbare ac citare, eoq; pacto omnes ex ea perturbationes gigni. Nam ueluti cùm sanguis in corpore corruptus est, aut pituita bilisúe redundat, morbi ægrotationesque nascuntur, sic prauarum perturbationum dissonantia, animum sanitate spoliat, uehementerq; perturbat, ex perturbationibus uerò morbi conficiuntur quæ illi νοσήματα uocant, deinde ægrotationes quæ appellantur ἀῤῥωστήματα. Quapropter perturbatio quia inconstanter turbidæque se iactant opiniones in motu semper est. Verùm cùm iam huiuscemodi furor, ac mentis concitatio inueterauerit, & tanquam in uenis medullisque insederit, tum existit morbus atque ægrotatio. Nam cùm ex falsa quadam opinione (quæ plus tribuat diuitijs quàm tribuendum sit) pecuniarum cupiditate inflammemur, nec adhibeatur continuò Socratica quædam medicina, quæ cupiditatem extinguat, manat illa in uenas, efficitq; eum morbum atq; ægrotationem, quam auaritiã nuncupamus. Rectè tu quidem de morbis, ut mihi uideris, inquit LAVRENTIVS, & ad locum explicandum appositè. Non enim Philosophi solùm tu probè demonstrasti; sed & oratores & Poëtæ non corporis solùm, sed & animi sæpissimè morbos dicunt. Ergo ut morbos inquit BAPTISTA ad animum, ita & senectutem rectè referemus. Nam cùm ipse aciem roburq; mentis, ueluti iuuentutem admiserit, & ignauia ac torpore quodam (ueluti senio) tabescit, facilè in uitia (hęc autem mors animorum est) eum cadere uidemus. Mala autem suada fames quid'nam aliud quàm auaritia designat? qua homines ad omne facinus impelluntur. Quæ'nam enim res alia nobis suadet, aut iniustissimis bellis innoxios populos lacessere, aut cędes, & rapinas exercere, aut in latrocinijs grassari, aut uenena parare, aut fidem fallere, aut patriam atq; ciues prodere, nisi auri sacra fames? Quod quidem si ita est, eodem quoq; in loco erit ponenda turpis egestas. Cùm enim homines paupertatem (quam nemo sapiens turpem existimauit) turpissimam putent, eam ueluti summum malum exhorreant, nihil repugnat, nullus pudor obstat, quin quò illam fugiant, omnia uenalia habeant, nec absunt: *Terribiles visu formæ letumq; labosq;.* Nam qui à luce exules in his tenebris uersantur, nihil præter desidiosum ocium quærunt, nec meminerunt homines ad agendum atq; speculandum natos, nullum laborem (qui quidem honestati adiunctus sit) esse fugiendum. De læto uero sic accipe, Philosophi qui circa prudentiæ acquisitionem uersantur, animaduertunt corpus si socium ad rem agendam assumatur, maximo sibi esse impedimento. Sensus enim qui à corpore sunt, nihil in se ueritatis, nihil synceri (ut rectè de his rebus iudicare ualeant) in se continent. Ex quo fit, ut animus si illis ad inuestigandum utatur, sæpe decipiatur, & illorum illecebris, ebrius nihil prospiciat. Quapropter mentem quàm maximè possunt à sensibus, & à corpo-

Locus est in lib. 4. Tusc. quæstionũ.

rè seuocant. Ait enim (in eo qui Phœdon inscribitur) Plato, nos tum deniq; beatos futuros si à corporeis abstrahamur: ac Deo similes reddamur. Hoc autem quid aliud, quàm mori esse dicemus? Quapropter si huiuscemodi uiri dum uiuunt, mori meditantur, uenientem ne mortem illos trepidaturos ceulebis? Stulti autem qui nihil præter corpus nouerunt, iniquissimo animo illud dissolui patientur. Rectè igitur is quem totiens nomino Plato, ut illos Philosophos, sic istos Philosomatos appellat. Quæ omnia cùm probè nosset Maro, non illas terribiles formas esse, sed uideri terribiles dixit. Reliqua uerò quę enumerantur, & sopor, & mala mentis gaudia, ac postremò bellum, furiæ & discordia, ad eandem rationem quicunq; uel medioeri ingenio uir fuerit, facilè referet. Nam qui in uitio est, is tanquam somnolentus ad omnem honestam rationem obtorpescit, neq; ullam uoluptatem (nisi de rebus turpibus) capit, bellum autem ac discordiam non modò cum alijs, sed secum gerit, cùm aliud libido, aliud auaritia sibi uelit. Desidia illum ad ociũ, ambitio uerò ad labores aduocet, qua animi distractione ueluti furijs exagitatur. In ulmi autem descriptione, idem quod & paulò suprà ostenderat, pulcherrimo nunc, ac omnino poëtico figmento depingit. Ipsa enim in medio posita, magnum spàtium occupat, fructum autem nullum præbet, sed sola umbra nos delectat, sic & turpe facinus ea nobis ostendit, quæ nihil solidi habeant, & quæ cùm magna uideantur, nihil sint, ut Phrygij Aesopi exemplo relicto corpore umbram sectemur. Quòd eò quoq; expressius notat cũ addat, in singulis frondibus, singula insidere somnis atq; ea quidẽ uana, nihil leuius, nihil mutabilius est frondibus. Ea autem in quibus summum bonum reponunt stulti, & quorum gratia rapinas, fraudes, multaq; alia flagitia patrant, ut honores, diuitias, ac reliqua assequantur, in qua fortunæ temeritate posita sit, & quam facilè muteutur atq; defluant, nemo est qui non ignoret, quæ etiam uanis somnijs uerissimè comparantur. Sunt eodem in loco plurima monstra non temerè posita. Nam si ea monstra dicimus, quę prę ter naturæ legem eueniont, cuncta flagitia uerò nomine monstra appellabuntur, cũ præter rationis legem (qua sola homines sumus) exoriantur. Meritò autem Ixionis filij putantur centauri: nam ille contempta iustitia, abruptoque humanitatis uinculo, populos liberos, iugo tyrañidis oppressit. Quapropter eius cogitationes à principio aliquid humanitatis præferentes, in immanitatem atq; efferitatem quandam tandem degenerant. Non inscitè igitur Plutarchus demonstrat, huiuscemodi homines, tanquam simulachro uirtutis adhærentes, nihil syncerum, nihil rectum, sed mixta omnia atque notha facere. Cùm suam quisq; uoluptatem sequatur summis perturbationibus ad suos impetus delatus, prolixior sim quàm rerum multitudo postulat, si utramque Scyllam prosequar, in ijsq; nimias cupiditates exprimi ostendam. Nam hydra, ad dolos fraudesq; referri facilè potest: fuit enim hydra (Platone teste) sophista callidissimus. Nam cùm ueri inuestigandi duplex modus sit, per ueras alter, alter per sophisticas rationes, hydram cauillosas atque deceptrices argumentationes ponimus, cuius uno capite cæso, plura renascantur. Nam una confutata ratione, ille suis argutijs plurimas subiungit. Hanc autem Herculea igne: id est, ingenij feruore, extinguit. Neq; est quòd & hoc inter mõstra enumerandum negem. Nam ut uera Dialectica, ab omnibus doctissimis summopere semper approbata est, sic hanc captiosam, grauissimi semper uiri abominati sunt. Chimeram autem ad iracundiam, Gorgones ad uoluptatum illecebras (quibus stulti in saxum conuerti, idcirco dicuntur, quia nimis illas obstupescunt, Prudentes uerò & Palladis ægide, & Mercorij gladio facilè interimunt) referri quis non uideat. Briarei autem ac reliquorum qui aduersus deos bella gesserunt, fabulam rectissimè interpretatur Cicero, cùm id nihil aliud sit, quàm bene momenti naturæ repugnare. Geryon uerò si Græcum nomen interpreteris, terræ litem exprimet, his autem æterna est terrę: id est, corporis aduersus spiritum. Erit itaque Geryon pars effœminatior animi, à sensibus profecta, quæ in homine uitioso uniuersæ animæ imperat. Quapropter quoniam sunt tres animæ partes, tribus illum insulis imperasse fabulantur, cuius canis idcirco biceps est, quia & cupiditate simul, & timore laborat. His igitur monstris perterrefactus Aeneas, oim parabat: at Sibylla hominem commonefaciens, ea omnia simulachra uana esse ostendit. Illaq; non ui superanda, sed ratione cognoscenda, cognitaq; fugienda iubet. Post huiuscemodi monstra ad Acherontem, & Cocytum deuenitur, de quibus fluminibus, & si paulò suprà dictum sit, ea tamen alia quadam ratione prosequamur. A' concupiscentia nostra ueluti à fonte manat aqua, quæ Stygem paludem efficit, nã à concupiscentia primùm prouenit cogitatio, deinde actio qua peccamus, Acheron posthæc concitatior fluuius est. Nam per eum exprimitur motus ad flagitia: hic autem post cogitationem excitatur: neq; pręter rationem est, quòd illum ingenti tumultu ferri Seneca dicat. Non enim potest animus sine strepitu, reluctã tis conscientiæ in facinus ferri. Quoniam autem huiuscemodi peccandi deliberatione, uoluntas in uitium transit, idcirco in hoc flumine nauiculam nautamq; ponunt. Pòst uerò huiuscemodi transitum (id autem est post peccatum) sequitur mœror, quem refert ipsa

psa Styx. Postremò maior luctus, qui est Cocytus. Vt igitur ponatur ante oculos ista (ut ita loquar) gradatio, primo loco est conscientiæ morus, secundo deliberatio suscipiendi flagitij, post hanc mœror ac demum maior luctus. Primùm itaq; ac tertium Styx significat, secundum Acheron, quartum Cocytus. Summoperè me hæc delectant inquit LAVRENTIVS, neq; me offendit quod eosdem fluuios non ad unam, sed ad plures rationes transferas. Videmus enim & grauissimos in nostra Theologia locos, uarijs modis à doctissimis uiris interpretari. Habes igitur de fluminibus inquit BAPTISTA. Nunc quid sibi Charon uelit considerandum censeo. Nam, Portitor has horrendas aquas, & flumina seruat: Terribile squalore Charon, cui plurima mento Canities inculta iacet. Verùm ut res suo ordine progrediatur, nō nautam solùm, sed & nauem simul interpretabimur. Sit igitur nauis uoluntas, sit nauta liberæ uoluntatis arbitrium. Nauis rursus conto in suum cursum dirigitur. Hic electionem exprimit. Ipsa enim electione liberum arbitrium uoluntatem dirigit. Quin & per uela cœlestes inclinationes, non erit absurdum intelligere. Nam quo cœli inclinant, id libenter eligimus, nisi illis sese ratio opponat, cuius tanta uis est, ut etiam syderibus dominetur. Pergrata hæc sunt quæ dicis inquit LAVRENTIVS. Video enim te Christianorum dogma retinere, ut tamen Mathematicos omnino non irrideas, sed sequere obsecro. Senex est Charon inquit BAPTISTA quoniā anima si non tempore ut Platonici (quos sequitur Poëta) uolunt, dignitate saltem & origine prior est corpore. Adde quòd æterna est, æternitate autem nihil antiquius: quapropter & arbitrium liberum in illis æternum, sed cruda Deo uiridisque senectus, quia nunquam deficit. Est autem terribili squalore & ex humeris sordibus illi amictus dependet: Quæ omnia ad corpus rectissimè (ni fallor) referuntur: corpus enim ueluti uestimētum est animæ, quòd assiduò mutatur, ueterascit, ac tandem tabescit. Addit duplicem oculis flammam, quia liberi est arbitrij ad utrum uelit flecti, & ad rationis fulgorem, & ad cupiditatum ardorem, non temerè autem, nec sine exactissima quadam ratione: Herebi noctisq; filius est Charon. Cesset enim nox in nobis, quæ nihil aliud est, nisi ipsæ tenebræ, quæ ab inscitia proueniunt, nulla erit cōsultatione opus. Mens enim summum bonum perspicuè nosceret, & in illud sine ulla dubitatione ferretur. Nunquam enim eligimus necessaria ac sublata dubitatione omnis consultatio cessat: quapropter qui iam in tertio uirtutum genere sunt, quas purgati animi appellant, ij prudentia in rerum delectu non utuntur, sed præter ea quæ sunt uera bona, nihil nouerunt, eaq; sola intuentur. Herebus igitur, quod uerbum Græcè ab obscuritate originem ducit, ita sese rationi opponit, ut opus sit cōsulatione. Quoniam uerò (ut modò dicebam) nemo de necessarijs consulit, oportuit hanc uim in ea libertate donatam esse, ut aut de pluribus unum, aut de uno sitne agendum, pro suo arbitrio decernat. Hoc si ita est, à gratia dicitur charon. Nihil enim liberius est gratia, cùm sua sponte proueniat, non autem ex cuiusquam merito debeatur: Quapropter cogi nullo pacto uult, atq; ea de causa, cùm Aeneam per tacitum nemus uenire uidet, sic prior alloquitur: Quisquis es armatus qui nostra ad limina tendis: Fare age quid uenias iam istinc & comprime gressum. Nam cùm etiam rationem ad se uenire uideat liberum arbitrium. Non ante illam admittere uult, quàm discuriat diligentiùs, quid sibi agendum sit. Quapropter addit, nec uerò Alcidem me sum lętatus euntem, Accepisse lacu. quia ne ad uirtutem quidem trahi uult liberum arbitrium, uerum antea consultat, & post consultationem delectum adhibet. Quam quidem rem animaduertens Sibylla, statim subijcit, nullę hic insidiæ, necuim tela ferunt, & ut appareat illum non cogi, sed per consultationem persuaderi, aureum ramum ostendit. Ille autem ad uisam sapientiam libenter conuertitur, & de nauta hactenus: nauis uerò ex cæruleo colore cōstat. Ille autem ex albo nigroq; conficitur. Contemplatur enim inter insciriam atq; cognitionem uersator. Non enim mouetur quispiam ad inuestigandum, nisi aliquid uideat: rursus cùm omnia in ea re uiderit, desinit speculari. Eadem ferè rationem sutilis fingitur: Perceptis enim percipienda adnectit, si autem sutilis & rimosa. Nam anteaquam habeatur perfecta rerum cognitio, non erit ita perpetua rerum series, ut nullum inter medium relinquatur. Animas uerò quas, ut Aeneam recipiat, è naui pellit, omnes animorum affectus, qui rationi aduersantur interpretandas opinor. Sed uos fortasse nimis curiosam, nimisq; ineptam huiuscemodi interpretationem existimabitis, cùm ita minutè, etiam minima prosequar. An tu te curiosum aut ista minuta appellas inquit LAVRENTIVS; quæ etiā si nimis ingeniosè elicienda essent, digna tamen sunt in quibus elabores. Nunc uerò cùm se ultrò offerant, quis ea repudiet? Quin igitur prosequere, & quæ disputationi nostræ quadrant, ne præteri. Atque in primis quid sibi Cerberus uelit, nobis aperi: Nam & quòd cymba gemuerit, & quòd rimosa multam paludem acceperit, ego (nisi tu aliter sentias) sic accipio, ut in altero speculationis difficultatem, in altero terrenarū uoluptatum illecebras, quæ furtim dum uitia speculamur interfluunt, exprimere uoluerit. Promptum per immortalem Deum ingenium, & ad omnia uersatile in te esse uideo, ô

Laurenti,

Laurenti, inquit BAPTISTA, neq; commodius ista me interpretari potuisse fateor. Ad Cerberum autem (de quo audire cupis) paulò pòst ueniam. Interim pauca quæ omissa sunt percurramus. Ad nautam omnes confluunt animæ, orantque primæ trans fluuium portari, tenduntq; manus ripę ulterioris amore. Hic igitur concursus hoc (ut puto) significat omnes natura scire cupimus, nauita autem non omnes admittit, quia liberum mentis arbitrium non omnes ad speculationem admittit. Nam quòd inhumatorum animæ centum annos uagentur, de Aegypriorum consuetudine tractum, & Seruius & Seneca affirmant. Quam rem deinde Orpheus ad inferos transtulit. Vehementer uerò quadrat Palinurum à Sibylla seuerè castigari. Nefas enim est eum appetitum ad ueri inuestigationem traducere, qui aduersus rationem contumax fit. Sed redeo ad Aeneam quem tandem Charon ad alteram ripam incolumem traducit. Ipse enim post diuturnum certamen rationis, & appetitus in speculationem traducitur, quo in loco, nouum aduersus se bellum excitari sentit. Cerberus enim hæc ingens latratu regna trifauci personat, aduerso recubans immanis in antro, sed animaduertere, quàm paruo negocio, omnia à Sibylla pacata reddantur. Offam enim lactanti cani porrigit, qua uorata ille in somnum incidit. Quapropter, Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Cerberum igitur ea fortasse ratione tricipitem poëtæ tradiderunt, quoniam illum terram, quæ trifariam diuiditur interpretantur: dicuntque Græcè κρέβορον quasi κρεόβορον. Omnia enim corpora uorat terra, quandoquidem in ea omnia recidunt. Si igitur terra est Cerberus, quis non uideat Poëtam nostrum, per Cerberi latratus, nostri corporis indigentiam exprimere uoluisse? Cùm enim ad rerum magnarum cognitionem erigimur, hoc profectò agimus, ut mentem (quoad eius fieri potest) à sensibus seuocemus, emoriq; discamus, non tamé ex huiuscemodi mortis commentatione, intereat corpus necesse putes, sed est illius ratio habenda. Reclamat enim ne sibi necessaria subtrahas, insurgitq; trifauci latratu. Tribus enim rebus indiget cibo, potu, ac somno, in quibus nisi satis illi à nobis fiat, adeò obstrepet, ut nihil egregium meditari sinat. Quamobrem nullo pacto negligenda est cura corporis, simpliciter tamen modestè ac omnino sobriè reficiendum, ut cùm laboribus superesse possit, nimio tamen luxu contumax aduersus animum non reddatur. Paucis enim natura contenta est, atq; ea huiuscemodi sunt, ut sine labore, sine sumptu facilè comparentur. Nam ne fortasse ad eas res me te uocare credas, quibus Cinicus contentus esse posit, cui crudum olus, nullo etiam sale conditum, suauissimas epulas pręberе possit, audi ea quibus uoluptatum patronus Epicurus acquiescit. Num ipse minus uilissimo panno, quàm aut purpurea, aut coccinea ueste à frigore defendi existimat? num sitim nisi Chio, aut Cretensi uino extingui? num famem nisi exquisitissimis regijsque dapibus sedari posse putat? Epicurus inquam, qui in corporis uoluptate, summmum bonum ponit, nullum aliud pulmentum in cœna præter famem ac sitim quæsiuit, quem etiam legimus ad panem rarò quicquam præter caseum addere solitum. Ficedulas autem, ac Pauones reliquaq; illa flagitia, quæ & Macrobius in pontificalibus suorum temporum cœnis detestatur, & nos nostra tempestate, in Romanorum præsulum dapibus, sine summa indignatione ac gemitu, meminisse non possumus, ueluti perniciosissima monstra exhorrebat. Qua quidem in re ego te, mi Laurenti, sicut in cęteris temperátiæ partibus, summa laude dignum puto. Nam præter id quòd plurimos iam annos (ut iuncturarum articulorumque dolores effugias) uinum non bibis, nónne pro miraculo haberi potest, ut tu in tanta rerum omnium affluentia, in tanto urbis nostræ luxu, infrequentibus lautissimisq; (propter assiduas hospitalitates, & crebra sodalitia) tuæ domus conuiuijs, nihil in tuum uictum, nisi simplex, ac populáre sumas. Quæ dum cogito, redeunt mihi ad memoriam, ea quoq; quę de Federico Vrbinatum Principe non solùm audiui, sed etiam propter antiquum hospitium, & ueterē amicitiam sæpissimè uidi. In quo duce, & si plurimæ aliæ, ea magnitudine uirtutes elucescant, ut ueluti Solis radijs minora sydera euanescunt, ita hæc illarum splendore obruatur, tamen quis non obstupescat tanti uiri continentiam ac sobrietatem, non dicam in castris, ubi uita solet esse durior, & rerum sæpe inopia, nullum inter summum ducem, ac extremos Lixas & Calones discrimen esse patitur: sed domi quoque in aula, in qua cùm omnia ornamenta paria suæ fortunæ sese offerant, nec usquam aut liberalitas, aut magnificentia desideretur, tamen discumbente illo nulli aut Pantalabo, aut Nomentano, sed & Philosopho & oratori locus relinquitur. Ipse enim à primis annis uini parcissimus fuit, cuius usum paulatim intermittendo eo progressus est, ut iam diu illud omiserit, nemo est qui communioribus epulis, nemo qui simplicioribus uescatur, quibus dum corporis uites restaurátur, suauissimis interim doctorum uirorum disputationibus animus alitur. Itaque euenit persæpe, & dum singulis annis ualetudinis ociandiq; causa Romanos autumnos effugiens ad illum diuertor, uidear mihi à Sardanapali cœnis in Alcinoi conuiuiū incidisse, & ad aliquem Socraticum hospitem deuenisse, in quo priscæ continentiæ uestigia, tam uehementer me delectant,

quantum

quantum nostrorum hominum, qui rubris nigrisq; galeris, ac niueis ricinis totius sanctitatis doctrinam profitentur, luxus lasciuiaq; exagitet. Pudet enim, pudet, mi Laurenti, pigetq; nostrorum morum, cùm in totius Reipublicæ Christianæ curiam, in qua integra religione maximeq; doctrina, nonnullos optimos patres, & tanto senatu dignos esse non negauerim, ijs hominibus aditum, quotidie patere uideam, quos ego tunc demũ senatorium ordinẽ Romæ iure obtinere censerẽ, si Heliogabalus ab inferis reductus rursus imperaret. Verùm cùm hæc me alio in loco deplorasse meminerim, agamus quod instat. Atq; naturam nostram minimis contentam esse intelligamus. Quòd cùm exprimere cuperet Maro, Sibyllam quæ uera doctrina est, inducit, offam in qua & aridum & humescens simul alimentum sit Cerbero porrigẽtem, qua facilè & famem sitimq; sedat, & in somnum incidat. Aureum profectò præceptum. Nam qui aut lautissimis epulis corpori indulget, aut uaria uina exquirit, ipse crapula atq; ebrietate, & corpus contumax sibi reddit, & animi aciem ita hebetat, ut nihil altum suspicere possit. Optima quidẽ sunt ista quæ dicis inquit LAVRENTIVS. Verùm de Cerbero non idem poëtas omnes sentire uideo. Maro enim eum canem ita latrantem inducit, ut non egredi, sed ingredi cupiẽtibus aduersetur, cuius quidẽ rei rationem, optimè à te expositam esse intelligo. Nam huiuscemodi corporis indigentia, non ijs allatrat qui ad corpus curandum redeunt, sed ijs qui illo neglecto ad ueri cognitionem conuertentur. Itaq; ut dixi ego, quid Maro sibi uelit, planè tenere uideor. Verùm cùm apud Hesiodum poëtam (ut te non fugit) nobilissimum, legerim Cerberum uenientibus cauda, auribusq; blandiri. Exire uerò neminẽ pati. In insidijs enim delitescens, quemcunq; extra ianuam offendat, statim morsu laniat, non intelligo quo'nam modo hęc omnino inter se diuersa non sint, nisi fortasse alium ad inferos descensum Hesiodus, alium Maro exprimere uoluerit. Ingeniosè tu quidem inquit BAPTISTA. Descendit enim ad inferos Aeneas, quia in uitiorum cognitionem tendit, quòd si ita est, ingredienti aduersabitur Cerberus: odit enim hæc corpus. Faceũt alium (non ut mali naturã cognoscat) inferos petere, sed in ipsa uitia labi, auribus & cauda blandietur Cerberus. Quippe qui illum ingredi cupiat. Nam quid aliud moliuntur, quid aliud conantur perditi homines, nisi ut tricipitis belluæ, non solùm Indigentiæ satisfaciant, sed omnes uoluptates expleant? Quòd si idem isti nonnunquam perditam uitam relinquere (id enim est inferos egredi) tentent, tunc latrat, tunc mordet canis. Rectè igitur addubitasti. Rectiùs autem dubitationem soluisti: sed ut ad Maronis Cerberũ redeam, facilè ille simplicissimis epulis acquieuit, Aeneas autem celer ripam euadit. Non enim lentè & cum segnitie hęc adeunda sunt, sed omni cõtentione atq; ardore capessenda. Quoniam aut ordo in rebus huiuscemodi est ut primo uitia cognoscantur, cognita deinde effugiantur, ut postremò illis purgati rerum diuinarum (in quibus summum bonum consistit) idonei contemplatores efficiantur. Erat illi totius humanæ uitæ cursus mente repetendus, ut perspicuè intelligeret non solùm quanto se scelere astringant, quĩ nobiliore sui parte neglecta in uno corpore, & in ijs quæ à corpore sunt uoluptatib⁹ spẽ omnem reponunt. Verumetiam quanta miseria opprimantur. Earum enim uirtutum armis quibus solis uictores euadere potuissent penitùs exuti, crudelissimis fortunæ ictib. nudos sese obijciunt, & ut cætera aduersa, quæ innumera quotidie accidunt omittam, mortem ipsam, quæ singulis horarum momentis impendet, ueluti summum omnium malorum exhorrent. Qui quidem metus etiam si nulla alia perturbatione afficiatis ipse unus nos nunquam respirare sinit. Quapropter sæpe ipsos infantes in primo uitæ limine petere ostendit. Hanc & in sontibus per uim inferri edocet. Hanc sibijpsis eos afferre demonstrat, qui adeò imbecillo animo sunt, ut grauissimis quibusdam perturbationibus se pares gerere nequeant. Quæ quidem omnia diligenter intuens Aeneas, decernit tandem hoc in primis sapienti pręstandum esse ut culpa uacet: mortem autem ipsam inter naturæ munera enumeret, cùm ex ea nõ solùm nihil mali nobis: id est, animis nostris, eueniat, sed contra summum bonum quoniam à tam tetro carcere soluti in nostram naturam redeamus. Qua quidem ratione fateri cogemur, amicè atq; indulgenter cum illis esse actum, qui antea ab huiuscemodi miserijs erepti sint, quàm in eas inciderint, diuinumq; omnino munus illud in Cleobim & Bitonem à Iunone collatum, qui pro summa in ipsam deam, atq; in matrem pietate, mortẽ consecuti sint. Cæterisq; omnibus nationibus ac populis sapiẽtiores esse Trausos putabimus: ij enim populi in Thracia sunt, qui suorum ortum multis lachrymis, ac lamentationibus excipiunt, quot mala illis in uita euentura sint enumerantes. Obitum uerò omni genere lętitię prosequuntur. Cogitẽt enim quot ęrumnis, quàm uarijs grauibusq; fortunæ casibus morte liberati sint. Huiuscemodi igitur rationibus paulatim Aeneas metum mortis deponit. Quin si aut se, aut quempiam bonum uirum supplicio mortis, ut per summam iniuriam pati uidebis, non stultissimè ut Xanthippe illa de Socrate, saltem merenti, hoc euenire dicet. Sed quod uerum esse sapientes norunt, stulti uerò negant à nemine, nisi à seipso quenquam lędi posse affirma

se affirmabit:neq; quicquam quod turpitudine careat in malis enumerabit. Quin & Socratica argumentatione conuincet, quicunq; iniustè crudeliterq; in alium egerit, non illum, sed seipsum iniuria afficere. Eos autem omni odio insectandos ducet, qui animum immortalem & suapte natura ita robustum, ut humana omnia contemnere possit, adeò sua stultitia eneruauerit, adeò praua consuetudine imbecillum reddiderit, ut fœmineo amore incensus, in eum paulatim furoré prolapsus sit, ut sibi ipse manus attulerit, & morte quam summum esse malum putabat, id quo urgebatur malum effugere tentauerit. Qua quidem in re primùm ignauiam atque inertiam eorum damnat, qui à sua culpa in eum libidinosum amorem inciderint, quem Plato ab humanis morbis natum affirmat, quoniam illi eo soli afficiãtur, qui uentri ac somno dediti, & diuinitatem suam (quam erroris densis tenebris obrui permiserunt) penitùs obliti, nihil præter caducã, & aut morbo, aut ætate citò perituram, corporis formã respiciunt. Quamobrem bis peccant: nam & principio suo desidioso ocio, ac libidinosa lasciuia effectum est, ut in rem sollicitudine plenam inciderint. Deinde cùm morbum sua culpa contractum, diutius pati nequeant, summa se impietate astringũt, qui à summo Deo, in corpus ueluti in custodiam missi, iniussu ipsius illud deserunt. Speculatur posthæc extremam eorum hominum insaniam, qui cùm per summam iustitiam, in trãquillo securoq; ocio degere possent, per summam tamen iniuriam ac impietatem, pacé perturbare ac omnia misceri maluerunt. Nam aut nulla iniuria affecti ipsi, ultrò auaritia ambitionéue impulsi, ferro igni fraude nihil tale merentes lacesserunt, aut ipsi lacessiti nihil de iure (quod hominis proprium est) disceptantes, ad uim quæ ferarum est, se contulerunt. Hinc genus humanum, cui per cõcordiam in summo ocio uiuere licuerat, assiduò misceri uidemus. Hinc multarum regionum populationes, & infinitorum mortalium cędes oriri animaduertimus, ut cùm undique quæcunq; nobis calamitates eueniunt, colligerimus, nulli homini, quàm homo acerbior pestis inueniatur. Vides igitur quã exacta sapientia hæc omnia poëticis figmentis exponantur. Quæ quidem quoniam huiuscemodi esse animaduertit, ut & cum scelere fiant, & possint etiam uitio carere, placuit ut una ac simplici communiq; uia itetur. Cùm autem à Deiphobo iam discessum fuerit, quoniam eam iam sese cõtemplanda offerunt, quæ aut penitùs flagitiosa sint, aut procul ab omni scelere solam uirtutem contineant, duplicem iam esse uiam oportet, ut altera in sinistram ad uitia deflectatur. Altera uerò in dextram ad uirtutes deueniatur. Hoc igitur inquit LAVRENTIVS & Pythagoram illum exprimere uoluisse crediderim, qui literam y adinuenit. Quòd non latuit Persium poëtam, cuius est illud & uitæ nescius error, deduxit trepidas ramosa in cõpita mentes. Isthuc ipsum inquit BAPTISTA, sed uideamus quæ sequantur. Aeneas sub rupe sinistra Mœnia lata uidet triplici circumdata muro. Mirifica profectò tartarorum descriptio. Locus enim exprimendus iam est, in quo uaria scelera puniantur. Hæc Græci tartara ab eo quod est taratti. Id enim est perturbare: ex perturbationibus enim uitia oriuntur, eadẽq; perturbatam semper peccatoris mentem tenent. Includuntur autem triplici muro, quia non una ac simplici uia, sed triplici peccamus. Primo enim quodam solo animi motu, ab deprauata uoluntate scelus concipimus. Secundo deinceps loco accedit actus. Qui postremò iterum atq; iterum multotiensq; repetitus habitum obducit. Quamobrem hæc tria in tartaris iure expressit poëta, quæ procul à uiro beato esse, restatur sacrorum carminum uates. Illi enim statim à principio sic orditur: Beatus uir, qui non abijt in cõsilio impiorum. Vides iam motum primùm animi ad scelus. Deinde & in uia peccatorum stetit. Quid enim aliud uia est, nisi ipsa actio rei, quæ sæpius repetita non amplius in motu est, sed iam sedem sibi ponit & residet in habitu iam constabilito. Rectè igitur & in cathedra pestilentiæ non sedit. Quòd autem flammifluo Phlegethontis flumine tartara ambiantur, minimè absurdè dixit. Ostendit enim ardorem iracundię, & animorum ęstus, quibus id hominum genus assiduò torretur. Tantum enim est uitiorum odium, ut & qui illis delectati sunt, tandem in pœnitentiam deducti uitam præteritam damnent, uehementerq; oderint, sibi uerò ipsis acerrimè irascantur. Nam tum demum classes transisse dies lucemq; palustrem, captiui tamen uni cohabitus detenti inuiti trabuntur, atque ira furoreq; exeduntur. Quapropter rapidus flammis ambit torrentibus amnia, Tartareus phlegethon. Nulla enim fornax, nulla fabrorum officina magis æstuat, quàm sceleratorum mens. Nam saxa à flumine contorta, ostendunt quàm graues, quàm molesti sint huiuscemodi motus atq; exagitationes. Addit ad hæc portam munitissimam, & ex solido adamãte columnas, quibus locum ita munitum reddit, ut neq; uirorum, neq; cœlicolarum ui effringi possit. Quid ergo sibi uult doctissimus uir? Nempe hoc (ut puto) uiros flagitiosos ac perditos, cùm in tartara deuenerint: id autem est, cũ longo habitu scelerũ mancipia effecti sint, nullis uirorum monitis, nullis diuinis præceptis, nulla deniq; syderum clementia inde eripi posse. Quapropter iure tales homines, & Latini perditos, & Græci Asotoa apellant. Erit igitur inquit LAVRENTIVS amissum in illis liberum mentis

arbitrium,

arbitrium, ut & si uelint ad uirtutem redire nequeant. Video & in hoc ingenij tui acumen inquit BAPTISTA. Nam breui interrogatiuncula illa omnia concitasti, quæ à grauissimis Philosophis, de uoluntario, deq; inuoluntario quæri solent. Qua quidem in re non solùm ingenium laudo, sed consilium quoque uehementer approbo. Nam cũ multa sese tibi offerant, quæ sine cuiusquam auxilio ipse tibi soluere possis, ea tamen ab alio dici mauis, ut & modestiæ, quòd nihil tibi arroges, & ingenij, quòd prudenter interroges, simul laudem feras. Verùm facilè ita huic loco occurretur, si dicemus non uoluisse Poëtam ineuitabilem necessitatem, sed eam difficultatem quæ impossibilitati proxima sit demonstrare. Sed fac etiam (si placet) omnem excidendi facultatem adimere, non tamen dicemus flagitia quæ committunt inuoluntaria esse, quando illorum principium uoluntarium fuit. Nouit enim incontinens peccare, cùm adulterium committit, potestq; abstinere si uult. Peccare igitur uolens, donec assiduus huiuscemodi deprauatis actionibus eò perueniat, ut contracta iam intemperantia, etiam si uelit abstinere nó possit, non tamen inuitus dicetur peccasse, quamuis tunc nolit, quoniam licebat à principio, modò uoluisset, in firmum illum intemperantiæ habitum non deuenire. Quapropter non magis inuitus peccasse dicetur, quàm qui sua sponte in quempiam lapidem iaciat, deinde pœnitentia ductus, reuocaret si posset lapidem, qui per aërem fertur, quoniam nollet hominem ferire. Ferit igitur & bene uolens, quoniam iam initium à sua uoluntate fuit. Sed hæc latiùs apud Aristotelem in libro de Moribus disputare inuenies. Itaq; redeo ad Aeneam, qui (ut uides) urbem ipsam non ingreditur. Nam qui uitia speculantur, non uersantur inter uitia. Illorum uerò uim atq; naturam à Sibylla, nam cuncta edocet doctrina, penitùs intelligit. Procul tamen in limine Tysiphonem uidet, ponit igitur furias in limine rarrari, de quibus pleraq;, quæ à poëtis finguntur, ueluti notissima omittam. Planè autem constat, placuisse priscis scriptoribus, quicunq; maiori flagitio se obstrinxerint, à furijs uexari, ut in Orestis Alcmeonisq; matricidio uidemus. Quo in loco, quid nam aliud exprimunt furiæ, nisi inquietudinem ac potius uexationem quandam turbulentissimam mentis nostræ, quæ commissi flagitij recordatione sese assiduò dedant. Nam prima hæc est ultio quod se iudice nemo nocens absoluitur. Vt enim leges ut iudicia, ut dedecua, ut infamiam effugias, nemo uiderit, nemo audierit, qui testis citare possit, adest tamen ipsa conscientia, quæ te urget, insectatur, in iudicium rapit, grauissimum testimonium dicit, conuincit deniq;. Nam ne ab eodẽ Iuuenale discedam, se Iudice, nemo nocens absoluitur. Hæc igitur sunt illa flagella: hi serpentum morsus, quibus furiæ nos exagitant. Habes de furijs. Cùm autem uaria scelera, atq; flagitia explicanda essent, ea quæ omnium grauissima existunt, à principio enumerat. Impietatem in deos, atq; superbiam in homines. Nam & Titaniam prolem & geminos Aloidas & Salmoneum, & deorum & hominum contemptores intelligimus. Titij autem uulturem eum (quem paulò antè dicebam) conscientiæ cruciatum doctiores interpretantur. Ille enim ueluti sæuissimus scelerum uindex, quę flagitio obnoxia sunt intestina assiduo rimatur, & dum commissa in mentem reducit, in intima pręcordia corródit, curasq; assiduò excitat, nec respirandi spatium præbet: Laphitas uerò & Ixionẽ tyrannidis exempla esse uult. Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti, Imminet adsimilis. Nunquã enim sine impẽdentis mali expectatione uiuunt. Quòd & Dionysios ille Syracosanus Damocli familiari suo, illum beatissimũ putanti, probè ostendit, cùm illum ita inter lautissimas epulas, ac pretiosa unguenta collocasset: ut tamen meru ensis è la[cu]nari supra caput equina seta pendentia, nulla posset uoluptate affici. Verùm hæc multò melius noscunt homines, quàm detur modò imperij acquirendi facultas, euitare sciant. Nec uerò difficile est intelligere quid sibi uelint epulæ ante ora paratæ, regifico luxu, cur furiarum maxima iuxta:

Accubat & manibus prohibet contingere mensas.

Neq; enim uerius, neq; expressius auaritiam notare potuit, quæ in eam homines demẽtiam protrahit, ut cùm plurima congesserint, tum maximè fame perire malint, quàm congesta minuere. Quare & pulchrè Horatius, Tantalo illos comparat, qui apud inferos constitutus, in maxima aquarum pomorumq; copia siti fameq; torqueatur. Pulchrè etiam & illud:

——congestis undiq, saccis
Indormis inhians & tanquam parcere sacris
Cogeris, pictis tanquam gaudere tabellis.

Magna profectò hominum stultitia, qui norunt harum rerum possessionem, non propter se expedi, sed propter illarum usum. Quapropter bona illa nó rectè, utilia autem rectè appellamus. Sed nimis multa, quando multis iam in locis de auaritia diximus, itaq; reliqua uideamus. Saxum enim ingens ij uoluunt, quorum uita per summam miseriam in eo uersatur, ut semper ea petant, ea moliri tentent, quæ supra, aut naturam, aut fortunam suam constituta efficere nequeant, omnesq; eorum conatus irriti inefficacesq; sint.

Rotarum uerò radijs destricti, pendere non'ne ij iure dicuntur, qui nihil ratione & consilio præuidentes, nihil uirtute explicantes, adeò se fortunæ committunt, ut eius casibus uelut inter Euripi fluctibus iactati assiduò rotentur? neque uirtutem ullam habent, in quam ueluti in tutum tranquillumq; portum sese recipere possint. Huiuscemodi igitur uitia ac reliqua, quæ plurima uariaq; sunt edocet Aeneam Sibylla, doctumq; statim ut se illis expiet admonet, ut purus campos Elysios ingredi possit. Quis igitur Maronem à Platonis dogmate discedere dicat? Ille enim cùm summum bonum in diuinarum rerum cognitione posuisset: proptereaq; censeret omni uirtutũ genere excellere eum oportere, qui cùm sit futurus beatus, tamen ab ijs incipiendum esse ostendit, quæ sint in uita & moribus positæ. Cùm enim diuina, quæ purissima, & ab omni labe corporea impolluta sunt impurus nemo attingere ualeat, per huiuscemodi uirtutes expiemur necesse est: illis enim & uitia cognoscimus, & cognita abominamur, atq; purissimi redditi, cœlestia ac immortalia egredi possumus. Hac igitur ratione impulsus Maro, cùm ad summum bonum perducere hominem uelit, ita Aeneam instituendum curat, ut primò uitia omnia edoceat, deinde illis eum expiatum, ad campos Elysios perducat. Cognita enim uitiorum turpitudine, statim eorum odium nos irrepit, quæ quidem prima omnino sapientia est. Aditus enim ad illam est, ut stultitia careamus. Sed tu nescio quid mirabundus tecum animo uoluis, isthuc ipsum inquit LAVRENTIVS. Sed uide quantum tibi ex tua disputatione debeam. Dum enim mihi planum reddere Maronem teotas, idq; efficis eodem tempore, in nostri ciuis diuinum poëma inducis. Nunc enim demum perspicio, quid sibi uelit Danthes, qui primum ad inferos descendat, atq; inde emergens, nullam aliam uiam, nisi per purgatoria loca ad cœlum inueniat. Macte uirtutis adolescens, inquit BAPTISTA, qui non ea solùm quę dicam (& si difficilia sint) facilè accipias, sed quadam similitudine ductus, inde ad alia accedas, ut cùm ille maximam laudem, ex diligentissima quadam & ingenij artificio; plena imitatione assecutus sit, tu quoq; non mediocrem laudem merearis, qui hæc omnia (quanquam uehementer dissimulata sint) in illo poëta recognoscas. Ego uerò, inquit LAVRENTIVS, quantum ex hoc merear, ipse iudicabis, quanquam uereor (ne nimio in me amore lapsus) nostrum hoc ingenium longè pluris facias, quàm oportet. Illud tamen & si alienum à proposito sermone uideatur, non omittam, Tu autem quòd dicam, ea ratione à me dictum credas uelim, non ut meum ueluti decretum in tanta re ponam, sed ut iudicium tuum (quod ego omnium reliquorum iudicio antepono) meis uerbis eliciam. Ego à prima penè pueritia, ex utriusq; parentis instituto: adeò familiare uniuersum opus Florentini poëtæ mihi reddidi, ut pauci omnino sint in eo loci quos ego, si quando illi huiuscemodi oblectamenti genus requirerent, nõ facilè ad uerbum exprimerem. Sed quid poteram puer, ex tam diuino uate præter mera uerba percipere? Nunc autem cùm uniuersum rei argumentum mente percurro, summa admiratione eius uiri ingenium prosequor. Nam cùm in opere suo texendo, pauca omnino fila de Virgiliana tela mutuari uideatur: tamen inde omnia pene sint. Quamobrem nunc id demum intelligo quod nos ex Ciceronis pręcepto, sæpenumero Landinus admonere solet, esse in aliquo imitando diligentem omnino rationem adhibendã. Neque enim id agendum uri idem simus qui sunt ij, quos imitamur, sed eorum ita similes, ut ipsa similitudo uix illa quidem neq; nisi à doctis intelligatur. Sed tu si uidetur ad inceptum redi. Cùm igitur, inquit BAPTISTA, omnibus iam uitijs expiatum Aeneam, ad earum rerum cognitionem Maro deducturus esset, quæ in cœlis sunt, non cœlum, sed Elysios campos nominat. Miro profectò ingenio uates, & qui eodem tempore, & figmento suo, & ueritati inseruiat. Nam & si apud inferos (poëtarum more) heroas relegasset, tamen ut hæc omnia de cœlo illum sentire animaduertamus, largiorem ætherem, ac suum solem, suaq; sydera illis tribuit, ut cùm à figmento nusquã discedat, Philosophiæ tamen ueritatem prosequatur. Nos autem si quos uiros ille in cœlis reponat, diligentius considerabimus ea omnia, quæ primo disputationis die, de utroq; uitæ genere à nobis exposita sunt, acutissimè illum esse complexum animaduertemus, ut & qui in rerũ cognitione religiosè, & qui in actionibus ac uita ciuili iustè uersati sint, digni omnino existant, qui in cœlum (ueluti in originem suam) redeant. Quapropter & Orphęum, & Musęum, ac reliquos qui casti fuerunt sacerdotes, qui Phœbo digna locuti, uerum reliquis aperire potuerũt, qui uariarũ artium inuentione uitam excultiorem reddiderunt, tanquam speculatores commemorat. Neq; tamen eos obmittit, qui aut pijs armis, aut consilio, opera, industria, atq; auctoritate, Rempublicam defenderũt, & in ciuili ac sociali uita uersati sunt. Huiuscemodi itaq; animos, ab omni corporea contagione expiatos, cùm simplicissimę & omnino incorporeæ naturæ sint, & maximarum rerũ capaces existant, nullis locorum angustijs circumscriptos, nullis regionum terminis inclusos eum animaduertat, sed liberrimè per omnes mundi oras uagare uideat, ita Musæum loquentem inducit, ut ostendat nulli esse certam domum. Quin & cùm ita scribit, quæ gratia curruum, armorumq;

armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitentis: Pascere equos, eadē sequitur tellure repostos. Demonstrat non esse se immemorem eorum, quæ & diuinus Plato, & Platonicus Cicero de animis nostris sentit. Censent enim administratores rerumpublicarum cùm in cœlum recepti fuerint, regendorum hominum curam non deponere. Neque solùm ij, qui iustè pieq; uixerunt (eodem auctore) ijsdem studijs detinētur corpore exuti, quib. dum uita manebat delectabantur. Verùm flagitiosorum quoq; animi, quoniam multum ex sordibus, quibus intra corpora se fœdauerunt, secum inde trahunt, à pristinis curis discedere nequeunt. Vidistis (ni fallor) lōgum quidem iter, ac difficultatibus erroribusq; plenum, sed quò tandem uir uirtutis amator, finem diu concupitum attigerit. Per uarios enim casus, per tot discrimina rerum, in Italiam tandē, & in quietas sedes deuenit Aeneas. Quem quidem si imitabimur, & nos corporeis pestibus liberati, & uirido uirtutum fonte irrigati, eodem uitæ genere, & dum intra hæc corpora uersabuntur animi nostri, gaudebimus, & cùm inde euolauerint in nostram originē reuersi, ęterno æuo fruemur. Quæ cùm ita à Baptista dicta fuissent, ut disputationi finem imposuisse uideretur. Nihil possum inquit LAVRENTIVS in tam longo sermone desiderare. Nam à principio ad hunc usq; locum, ita perpetuo tenore disputatio perducta est, ut nihil aut interruptum aut diuulsum, aut præcipitatum, in quo intermedium aliquod relictum, omissumúe sit queri possum. Sunt enim omnia mirabili serie colligata, & eo ordine contexta, ut nihil inde demi possint, quin quæ relinquūtur, manca sint futura, & nihil addi, quod quidem si absit multoperè requirendum uideatur. Ignoscens tamen nimiæ cupiditati nostræ, si id nunc requiram, quòd cùm uehementer mihi planum reddi cupiam, idneq; hactenus à te expositum intelligam, neq; locum in quo deinceps exponi possit relictum uideā: expectabam enim nō modò suspenso, uerumetiam anxio animo, quid tu de ijs sentires, quæ suspiciens Anchises suo ordine pandit. Tu uerò dum reliqua inter disputandū suis quæq; locis distribuis, quæ illa non ueluti familiaria iniustè eiecta, sed tanquam aliena sine ulla iniuria exclusa, procul à tua disputatione amouisti. Quaproptep incertus sum quid agam. Nam neq; audeo te longa oratione defatigatum, quicquam præterea rogare, neq; ijs quæ scire cupio, æquo animo possum carere. Hic arridens BAPTISTA, meminisse (inquit) te oportet ô Laurēti, nos huiuscemodi terminis uniuersam quæstionē circumscripsisse, ut quę ambagibus quibusdam atque allegoriæ figmentis obscurata essent, aperienda proponeremus: tu autem ea requiris, quæ suis uerbis sine ullo figmēto enarrantur. Ego tamen non ita exacta ratione tecum agam, ut quod ex pacto debetur id solum enumerem. Sed pręter id gratis aliquid in ea liberalitate accedere uolo. Id igitur quod Maro: Ut

Principiò cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; astra
Spiritus intus alit ——

huiuscemodi est, ut Stoicorum de dijs opinionem referat. Longum esset ut nunc omnium antiquorum philosophorum de dijs immortalibus sententias referam. Quæ quidem tam diuersæ tamque inter se aduersæ sunt, ut totidem pœnæ reperiantur, quot sunt eorum qui scripserunt capita. Non enim singulæ solùm familiæ singulas sententias excogitarunt, sed sæpe inter se eiusdē sectę uiri uehementer de re ipsa dissentiunt. Verùm ut reliqua ad præsens missa faciam, & ad ea quæ pręsenti inquisitioni consentanea sunt deueniam, pleriq; stoicorum, sed præsertim, eorū princeps Zeno, uniuersum mundi globum mentem & ratione, & summa sapientia pręditam habere crediderunt, eamq; esse Ignem quēdam purissimum, ac tenuissimum. At ueluti animi nostri per sui corporis particulas omnes diffundūtur, ita illum per omnia mundi membra ueluti genitale semē, unde cuncta procreantur penetrare, quippe qui uigor semenq; sit omniū procreandorum. Virgilius igitur quamuis in reliquis à Platone suo nunquam discedat: tamen cùm uidisset Chrysippum in eo quem de natura deorū scripsit libro Orphei, Musei, Hesiodi, atq; Homeri fabellas ita interpretari, ut idem priscos olim poëtas sensisse conetur ostendere, quòd multis postea annis Stoici senserūt statuit hac in re, ne ab ijs poëtis, quorū similis esse cupiebat dissimilia putaretur, & ipse porticum fulcire ac stoicis adhęrere. Nam Platonis longe alia sententia est. Ponit enim Deum penitus incorporeum, atque extra omnem materiam, omnemq; mundum in ipso cœli dorso existētem. Quapropter illum Hypercosmion appellat, quoniam essentia sua supra cœli uerticem maneat: cùm tamen ui ac prouidentia nusquam absit, sed omnia circumspiciens, etiam minima curet. In Phędro enim ait: Magnus in cœlo Iupiter, citans alatum currum incedit primus exornans cuncta. Eodemq; in libro demōstrat locum illum nēminem adhuc laudasse poëtarum, necunquā pro dignitate laudaturum. Quamobrem cùm Platonici Deum extra mundū ponant, quibus etiam Aristotelici assentiuntur. Stoici autem il-

lum per omnem (ut dixi) mundum diffundant, quis non uiderit Virgilium eum Deum, quẽ in Porticu uiderat descripsisse, animoq; nostros illius particulas esse à Chrysippo accepisse? Cùm autem prouidẽtiam Dei multis in locis prosequatur, nusquam à Platone discedit. Non enim idem omnes sentiunt. Quęras fortasse, quid de mũdo sentiat Plato? Censet quidem animam eum habere, à qua reliquorum animãrium animæ fiunt, hominum autẽ animos ab eo Deo (quem paulò antè dixi) creari & ratione exornari uult. Corpus autem atq; cęteras omnes uires, quas pręter rationem in his esse scimus, homini ab animo mũdi esse scribit. Est enim ille Dei uicarius, cui sylua uniuersa ueluti sua prouincia demandata sit. Itaq; illi uitam motumq; præbet nõ sua ui, aut facultate, sed quicquid agit, id ueluti Dei instrumentum agit. Declinat igitur paululum de uia Maro, atq; à Platone suo discedit. Cùm autem Dei prouidẽtiam plurimis locis prosequitur, illi totus adhęret. Non enim idem omnes sentiunt. Sunt enim qui in fortunæ casibus omnia ponant, & nullo credãt mundum rectore moueri. Qua in sententia Leucippum Abderitem, eiusq; conciuem Democritum Protagoram quoq; & Theodorũ ac Epicurum reperias. Sunt itidem qui Aristotelem secuti non ira ociosum Deum ponant, ut nihil omnino curare dicant. Illius tamen prouidentiam Lunæ orbem descendere non credunt. Sunt deniq; & tertij, qui & uniuersum pertingere illam uelint, maxima tamẽ duntaxat curare, minima uerò omnino negligere opinentur. At Plato ut cuncta à Deo facta putat, sic cũcta illum curare existimat. Atq; hęc de Deo. Orbem uerò quo uicissim animos nostros ab inferis ad corpus, atq; inde rursus ad inferos trãsire scribit, ab Academia esse non negamus. Verùm si latiùs de re huiuscemodi disserendum proposuissemus, extant multo diuiniora quæ à tanto Philosopho de animorũ corpore discessu proferre possimus. Sed difficilè omnino est tam breui tempore res arduas, & longa diligẽtiq; oratione explicãdas, his angustijs includere. Itaq; quod solùm instat id agamus. Inuenies igitur apud Platonicos cùm mille annos apud inferos fuerint animi hominũ ad corpora illa redire, atq; inde uicissim ad inferos remeare. Idq; totiens facere donec duodecim annorum millia transierint. Hunc enim orbem perfectũ existimãt. Nam eo spacio penitùs purgari animos credunt, proptereaq; posse illos tum demum purgatos in suam originem & ad cœlestes sedes redire. Quod si quis fuerit qui Philosophiæ se dedat, huic tã facilis purgatio obuenit, ut liceat ei post tria annorũ millia ad superos euolare. Adduunt etiam si quis religiosè omnino uixerit, eum ante mille annos & purgari, & purgatum statim in suam originem redire. Est præterea quem magnum annum appellant, quem tunc finiri credunt, cùm Sol unà cum Luna ac quinq; reliquis errantibus stellis ad eandem Zodiaci partem redierint. Exacto igitur hoc temporis circuitu, quem & si uaria sit doctorum de illo uirorum sententia, sex tamen ac triginta millibus annorũ confici pleriq; credidẽre, censet Plotinus omnium hominum animas ad eundẽ uitæ habitum redituras. Hæc igitur & qualia sint, & quanti facienda, facilè ex eo libro percipies quem nondum expositum in manibus hic noster Marsilius habet, nec adhuc edidit. Verùm ego cùm apud ipsum in Fighinensi diuertissem, casu in eũ incidẽs apetui, locosq; quosdam summa cum uoluptate percurri. Res omnino magna est Laurenti & magnis ingenij uiribus tractata, & prorsus digna, in qua labores. Poterit enim non solùm maxima ac pulcherrima, & homini seipsum nosse cupiẽti pernecessaria te docere, sed in summã quoq; admirationem rapere. Scribit enim nõ Physice, ut plæriq; solent, sed Metaphysice de animorũ nostrorum immortalitate, ut planè possit de ea re omnem dubitationẽ emouere. Quẽ librũ cũ leges, & hęc quę de Marone requiris, & pleraq; alia quę nos paulò antè diuinissima esse non sumus mẽriti, facilè cognosces. Quæ quidem res facit, ut in ijs quæ postulasti, breuior quã uelles fortasse fuerim. Nihil tamẽ est quod breuitati succenseas. Nam cùm ea requireres, quæ nullis eius disputationis quam pepigeramus cãcellis, includerentur, poteram illa meo iure silẽtio præterire. Itaq; id facilè si fortè obijciatur diluam. Apud uos uerò doctissimi uiri quo modo me purgem non inuenio. Video enim dum postulãti Lautẽtio nihil denego, duplicis errati culpam incidisse. Nam quid me aut loquacius fugi potest, q secũdo iã die ea eruditissimis auribus uestris inculcare non desinam, quæ (qua doctrina estis) uobis quã mihi notiora sint, aut audacius excogitari, qui imprędmeditatus ad disserendũ de ijs rebus accesserim quę à doctissimis ijsdemq; diu præmeditatis uix satis eleganter pro sua dignitate explicari soleant. Imò quid humanius, quid tua facilitate dignius respõdit. ALAMANNVS efficipotuit, quàm ea nobis ociosis disserere, quæ tamen magnis uehementerq; urgentibus occupationibus præponere non dubitaremus. Nos autem inquit PETRVS ACCIAIOLVS uolo enim & pro fratre meo respondere, ne optare quidem id ausi essemus, quòd ultrò nobis arridens fortuna attulit, ut tu tali præditus sapiẽtia atq; eloquentia uir, ea de duplici quæstione hisce duobus diebus, breuiter, perspicuè absoluteque in unum congeres,

reres, quæ non nisi per summum laborem, summamq; industriam, ex multis ac uarijs scriptoribus erui possunt. Nam Maronis diligentissima atq; multiplici doctrina referta interpretatio, in qua primo ac secũdo iam die uersaris, tum quia pulcberrima, tum quia inaudita accidit, non minori stupore, quàm delectatione nos affecit. Non possunt satis pro sua dignitate laudari, quæ à te dicta sunt inquit ANTONIVS. Sed utinam Baptista quoniam reliquam ætatem Romæ consumpsisti, hanc tandem senectutem, patriæ uel optandi condonare, uel illã tanquam à suo ciue exigenti corpore uelis, ut sæpius te de magnis rebus disputantem audientes ciues tui doctiores indies melioresq; reddantur. Verùm has ego huius Marci partes esse duco. Te enim pro ea quæ illi tecum intercedit necessitudine, modò nitatur facilè in suam sententiam traductutũ confido. Quin isthuc iam diu ago, inquit MARCVS, nec prius desinam, quàm aut rationibus impetrauero, aut precibus exorauero, aut defatigando extorsero. Sed ut confido multum me in ea re iuuabit Laurenti ac Iuliani ingenium, ac studium. Nam cùm multũ iam in literis uterq; profecerit, sitq; multarum rerum addiscendarum ardentissima cupiditas, cumq; cætera illis & à natura, & à fortuna adiumenta ad rem perficiendam abundè assint, non patietur ille diu adolescẽtibus, quos carissimos habet, operam suam desiderari. At qui liceat modò, inquit BAPTISTA, ego talibus adolescentibus nunquam decro. Sed surgamus iam, & quoniam primo mane uobis est in urbem redeundum. Intellexistis enim paulò antè Laurentium publicis literis accersiri, quòd reliquum diei est, ualetudini impendamus.

FINIS.

LOCORVM ET VOCABVLORVM QVORVNDAM COMPARATIO AC EXPLICATIO, QVI ALITER QVAM ILLORVM significatio & etymon denotet, cùm à Virgilio, tùm ab alijs poëtis sinistrè usurpantur. Ex AVLI GELLII Operibus decerpti.

DE NATVRA QVARVNDAM PARTICVLARVM, quæ præposita verbis, intendi atq; produci barbarè atq; inscitè videntur; exemplis rationibusq; pluscule disceptatum.

EX LIBRO IIII.

CAP. XVII.

LVCILII extvndecimo versus sunt:

Scipiada magno improbus obijciebat asellus
Lustrum illo censore, malum infelixq; fuisse.

Obijciebat, o, litera producta multos legere audio: idque eò facere dicunt, vt ratio numeri salua sit. Idem infrà: *--& iam*

Conijcere in versus dictum præconis volebam
Graij. In hac quoq; prima verbi præpositione ob eandem causam producunt. Item 15.

*Subijcit hinc humilem, * & suffercitus posteriorem.*

Subijcit, u, litera longa legunt, quia primam syllabam breuem esse in versu heroico non conuenit. Item apud Plautum in Epidico, con, syllabam productam pronunciant,

Agè nunc iam & orna te Epidice, & pallium in collum conijce.

Apud Vergil. quoque subijcit verbum produci à plerisque audio: *-etiam Parnasia laurus*

Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.

Sed neque Ob, neque Sub præpositio, producendi habent naturam, neque item Con, nisi cùm eam literæ sequuntur, quæ in verbis Constituit, & Confecit, secundum eam primæ sunt: vel cùm eliditur ex ea, n, litera, sicut Sallustius: Fœnoribus (inquit) coopertus. In ijs autem quæ suprà posui, & metrum esse integrum potest,

Fortassis suffractum Semel. quod sitã, breuem syllabam in princip. ü carminis heroici posuit Vergil. E. uncriti rex Eridanus. Vbi anapesto vsus est pro dactylo.

 & præpo-

& præpositiones istæ possunt non barbarè protendi. Secunda enim litera in his verbis per duo, ij, non per vnum scribenda est. Nam verbum istud, cui supradictæ particulæ præpositæ sunt, non Icio est, sed Iacio, & præteritum non Icit, sed Iecit. Idque vbi compositum est ex a litera in i mutatur, sicut fit in verbis Insilio, & Incipio, atque ita vim consonantis capit. Et iccirco ea syllaba productiùs latiusque paulo pronunciata, priorem syllabam breuem esse non patitur, sed reddit eam positu longam. Propterea que & numerus in versu, & ratio in pronunciatu manet. Hæc quæ diximus, eò etiam conducunt, vt quod apud Virgilium in sexto positum inuenimus:

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram

Iniice.] Sic esse Iniice, vt suprà dixi, & scribendum & legendum sciamus, nisi quis tam indocilis est vt in hoc quoque verbo, Io præpositionem, metri causa protendat. Quærimus igitur in Obijcibus, o, litera, qua ratione intendatur, quum id vocabulum factum sit à verbo Obijcio: & nequaquam simile sit, quòd à verbo Moueo motus, o, litera longo dicitur. Equidem memini Sulpitium Apollinarem virum præstanti literarum scientia, Obijces, & Obijcibus, o, litera correpta dicere, in Virgilio quoque sic eum legere:

--qua vi maria alta tumescant

Obijcibus ruptis.] Sed ita, vt diximus, i, literam, quæ in vocabulo quoq; gemina esse debet, paulò vberiùs largiusq; pronunciabat. Congruens igitur est, vt Subijces etiam, quod perinde vt Obijces compositum est, u, litera breui dici oporteat. Ennius in Tragœdia, quæ Achilles inscribitur, Subijces pro aere alto ponit, qui cœlo subiectus est, in his versibus:

Ergo Deum sublimes subijces, humidus
Vnde oritur imber, sonitu sæuo, & strepitu.

Atticismus est. Plerosq; omnes tamen legere audias, u, litera producta. Idipsum autem verbum M. Cato sub alia præpositione dicit in oratione, quam de Consulatu suo habuit: Ita hos, inquit, fert ventus ad priorem Pyrenæum, quos proijcit in altum. Et Pacuuius item in Anchise:

Promontorium mons dicitur qui in mare porrigitur. *Id promontorium, cuius * lingua in altum proijcit*

Lustrum.] Tempus nominatum est quinquennale à luendo, id est, soluendo, eo quod quinto quoq; anno vectigalia & tributa per censores soluebantur, durabatq; censura per integrum quinquennium. Hæc Varr. de lingua Latina.

** lingua.* *Granij.*] Granij, cuius præconis facetias celebrat Cicero in oratione pro Cn. Plancio.

Constituit & confecit.] Id est, nisi sequentibus s & f. Vide Priscian. libro primo de accidentibus literarum. Longè verò differunt pronunciatio siue accentus in soluta oratione & in ligata.

Subijces.] Nonius Marcellus nouè hoc dictum esse ab Ennio dicit, non à subijciendo, sed altitudine aëris, quemadmodum & apud Virg. Georg. lib. 4.

Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.

Id est, subducit & in altum effert.

Auertit.] Auertitur, pro passiuo ponitur, vt & Virg. 1. Aen.

--tum prora auertit, & vndis Dat latus.

Ad priorem Pyrenæum.] Ad saltum Hispaniæ citerioris, à quo distenduntur montes, Galliam ab Hispania separantes ad alpes vsq;: qui inde Pyrenæi montes appellantur. Plin. lib. 3. cap. 3.

Cuius lingua.] Caput & summitas in altum tenditur.

EX LIBRO VII.

QVOD VIRGILIVS À NOLANIS OB AQVAM SIBI non permissam, sustulit è versu suo, Nola, & posuit, Ora: atq; ibi quædam alia de consonantia literarum iucunda.

CAP. XX.

SCriptum in quodam commentario reperi versus istos à Virgilio ita primùm esse recitatos, atque editos:

Talem diues erat Capua, & vicina Vesæuo

Nola iugo.] Posteà Virg. petijsse à Nolanis aquam, vti duceret in propinquũ rus: Nolanos beneficium petitum non fecisse: poëtam offensum, nomen vrbis eorum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse: Oraq; pro Nola mutasse, atq; ita reliquisse:

Iucunde hiatu, concursione vocaliũ. Est, licet, ex imitatione Græcorum. *--& vicina Vesæuo Ora iugo.--*

Ea res verá ne an falsa sit, non laboro: quin tamen melius suauiusque ad aures sit, quàm Nola, Ora, dubium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema, eademque insequenti prima, canoro simul atque iucundo hiatu tractim sonat. Est adeò inuenire apud nobiles poëtas huiuscemodi suauitatis multa, quæ apparent nouata esse, non fortuita: sed præter cæteros omneis apud Homerum plurima. Vno quippe in loco tales tanquam hiatus, & sonitus in assiduis vocibus pluribus facit:

Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει ἐϊκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ. Atq; item alio loco:
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Catullus quoque elegantissimus poëtarum in hisce versibus:

Minister vetuli puer falerni,
Amariores, quo magis irritent palatum. *Ingere mi calices amariores,*
Vt lex Posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris.

Quum Ebrioso dicere posset, & quod erat vsitatiùs, Acinum in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius Homerici suauitatem, Ebriosa dixit, propter consequentis literæ concentum. *Acinũ neutri generis.* Qui Ebrios autem Catullũ dixisse putant, aut Ebriosos (nam id quoq; temerè scriptum inuenitur) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

Posth. magistræ.] Videtur Catullus legem quandam sumptuariam notare, quæ scilicet præscribat modum bibendi in conuiuijs, cuiusmodi & hodie aliquoties fieri solent. Tametsi nonnulli, qui Catullum coartant, referant ad aliquam è Catullianis amicis, quam scilicet magistram vocitet, ea consuetudine, quia obscœni poëtæ amicas suas dominas vocant. Sitq; hoc modo Posthumiæ proprium nomen.

EX LIBRO IX.

QVIS MODVS SIT VERBA VERTENDI IN GRAEcas sententias, deq; iis Homeri versibus, quos Vergilius vertisse aut bene apteq;, aut improsperè existimatus est.

CAP. IX.

QVando ex poëmatis Græcis vertendæ mutandæq; sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum, vt omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt, modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraq;, si quasi inuita & recusantia violentius transferantur. Scitè igitur & consideratè Virgilius, cùm aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expressit. Sicut nuperrimè apud mensam cùm legerentur vtraque simul Bucolica Theocriti & Virgilij, animaduertimus reliquisse Virgilium, quod Græcum quidem mirè quàm suaue est, verti autem neq; debuit, neq; potuit. Sed enim quod substituit pro eo quod omiserat, non abest quin iucundius lepidiusq; sit:

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.
Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus cautè omissum, quod est in Græco versu dulcissimum:

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν,
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

Quo enim pacto diceret τὸ καλὸν πεφιλαμένε, verba Hercle non translatitia, sed cuiusdam natiuæ dulcedinis? Hoc igitur reliquit, & cætera vertit non infestiuiter: nisi quòd Caprum dixit, quem Theocritus ἐνόρχαν appellauit. Autore enim M. Varrone, is demum Latinè caper dicitur, qui castratus est:

Tityre dum redeo, breuis est via, pasce capellas:
Et potum pastas, age Tityre, & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

Et quoniam de transferendis sententiis loquor, memini audisse me ex Valerij Probi discipulis, docti hominis & in intelligendis pensitandisq; veteribus scriptis benè callidi, solitum eum dicere: nihil quicquam tam improsperè Virgilium ex Homero vertisse, quàm versus hos amœnissimos, quos de Nausicaa Homerus fecit:

οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ.
πασάων δ' ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα,
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,
ὣς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradiensq; deas supereminet omnes.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi regnisq; futuris.

Primùm omnium diuersum esse dicebat Probus, quòd apud Homerum quidē virgo Nausicaa, ludibūda, inter familiares puellas in locis solis, rectè atq; commodè cōfertur cum Diana venante in iugis montium inter agrestes deas. Nequaquàm autem conueniens Virgilium fecisse, quoniam Dido in vrbe media ingrediens inter Tyrios principes, cultu atq; incessu serio instans operi (sicut ipse ait) regnisq; futuris nihil eius similitudinis capere possit, quæ lusibus atq; venatibus Dianæ congruat. Tum posteà, quod Homerus studia atq; oblectamento in venando Dianæ, honestè apteq; dicit: Virgilius autem, cùm de venatu deæ nihil dixisset, pharetram tamen facit, eam ferre in humero, tanquam si onus & sarcinam. Atq; illud impensè Probum esse demiratum in Virgilio dicebant, quod Homerica quidem Λητὼ gaudium gaudeat genuinum & intimum atq; in ipso penetrali cordis & animæ vigens. Siquidem non aliud est γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ: Ipse autem imitari hoc volens, gaudia fecerit pigra, & leuia, & cunctantia, & quasi in summo pectore supernantia. Nescire enim sese quid significaret aliud, Pertentant. Præter ista omnia, florem ipsius totius loci Virgilium videri omisisse, quòd huius Homeri versum exiguè sequutus sit:

ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quando nulla maior cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit, quàm quòd vna inter omnes pulchras excelleret, vna facilè ex omnibus nosceretur.

Idem præcipit Horat. in Arte Poët. Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres.

Apollo, nius qui Argonaut. scripsit, qua etiā hodie extāt.

Iliad. 4.

Testiculatū: ὄρχις enim testiculus est.

Odyss. 6.

Cynthia vna ex Cycladibus.

Virgilium proprietatis verborū fuisse diligentissimum & obseruantissimum. Macrobius autor est Saturn. lib. 3. cap. 8.

Id est, verū, solidum, natiuum.

EX LIBRO IX.

QVOD ANNEVS CORNVTVS VERSVS VIRgilij, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudicè operteq; dixit, reprahensione insulsa & odiosa inquinauit.

CAP. X.

ANnianus poëta, & pleriq; cum eo eiusdem Musæ viri, summis assiduisque laudibus hos Virgilij versus ferebant: quibus Vulcanum & Venerem iunctos, mistosq; iure coniugij, rem lege naturæ operiendā verecunda quadā translatione verborum, quum ostenderet demōstraretq; protexit. Sic enim scripsit:

--ea verba locutus,
Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Minus autem difficile esse arbitrantur, ad istiusmodi reticenda verbis vti vno atque altero, breui tenuíque ea signo demonstrantibus, sicut Homerus dixerit

Id est, studij tanquā dicas eiusdem farinæ. Vide Cic. li. epist. 7. de verecundia ad Papyriū Pætum, & lib. 1. Officior.

In 3. Aen.

Παρθενικὴν ζώνην, καὶ λέκτρου θεσμούς,
καὶ ἔργα φιλοτήσια
τὰ μὴ θεὰς ἐσορῶντας [illegible]

Id est, in mul tis aliqu.

Propterea quod mēbra plerūq; solent dici genitalia & in fœminis.

Tot verò, & tam euidentibus ac tam non prætextatis, sed puris honestisq; verbis venerandum illud concubij pudici secretum, neminem quenquam alium dixisse. Sed Annæus Cornutus, homo sanè pleraque alia non indoctus, neq; imprudens, in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit, egregiam totius istius verecundiæ laudem, insulsa nimis & odiosa scrutatione violauit. Nam cùm genus hoc figuræ probasset, & satis circumspectè factos esse versus dixisset: Membra tamen, inquit, paulò incautius nominauit.

EX LIBRO XIII.

QVOD À SCRIPTORIBVS ELEGANTISSIMIS MAIOR ratio habita sit sonitus vocum atq; verborum iucundioris, quæ à Græcis εὐφωνία dicitur, quàm regulæ disciplinæ, quæ à Grammaticis reperta est.

CAP. XIX.

Accusatiuorū tertiæ inflexionis varia fines.
Id est, putidas.
Id est fœtentes, sordentes.
Προσγεία terrā colo significat: nā γεία terra, & ἐγγεία colo.

INterrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quondam comperi, Has'ne vrbis, an Has vrbes, & Hanc turrem, an Hanc turrim dici oporteret: Si aut versum, inquit, pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba dicenda sunt, non finitiones illas prærancidas, neque fetutinas Grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere: quod illa suaserit, id profectò erit rectissimum. Tum is qui quæsierat: Quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? Et Probum ait respōdisse, quò suam Virgilius percontatus est, qui diuersis in locis, Vrbes & Vrbis dixit, arbitrio consilioque vsus auris. Nam in primo Georgicōn, quem ego, inquit, librum manu ipsius collectum legi, Vrbis per i, literam scripsit. Verba è versibus eius hæc sunt:

> *--Vrbis'ne inuisere Cæsar,*
> *Terrarumq; velis curam.--*

Verte enim & muta, vt Vrbes dicas, insipidius nescio quid facies & pinguius. Contrà, in tertio Aeneidos, vrbes per e, literam dixit:

> *Centum vrbes habitant magnas.--*

* Hic ita muta, vt Vrbis dicas, nimis exilis vox erit, & exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia est in consonantia vocum proximarum. Præterea idem Virgilius, Turrim dixit non Turrem, & Securim non Securem:

Turrim.
Securim.

> *Turrim in præcipiti stantem.* Et,
> *--incertam excussit ceruice securim.*

Quæ sunt (opinor) iucundioris gracilitatis, quàm si suo vtrumque loco per e literam dicas. At ille qui interrogauerat, rudis profectò & aure agresti homo: Cur, inquit, aliud alio in loco doctius rectiusque esse dicas, non sanè intelligo. Tum Probus iam commotior: Noli, inquit, igitur laborare, vtrum istorum debeas dicere, Vrbis, an Vrbes. Nam quum id genus sis, quod video, vt sine iactura tui pecces, nihil perdes vtrum dixeris. His tum verbis Probus & hac fini hominem dimisit, vt mos eius fuit erga indociles propè inclementer. Nos autem aliud quoque posteà consimiliter à Virgilio duplici modo scriptum inuenimus. Nam Tres & Tris posuit eodem in loco, ea iudicij subtilitate, vt si aliter dixeris mutaueris q;, & aliquid tamen auris habeas, sentias suauitatem sonitus diuidere. Versus ex decimo hi sunt:

Ab Ismaro Oppido Thraciæ, cuius meminit Plin. li. 4. ca. 30. in descriptione Thraciæ, addito & locū ibidem eidem nomine vocari.

> *Tres quoq; Threicios Boreæ de gente suprema,*
> *Et tris, quos Idas pater, & patria Ismara mittit.*

Tres hic, Tris illic, vtrunq; pensiculatè modulareq;, reperies suo quodq; in loco sonare aptissimè. Sed in illo quoq; itidem Virgilij versu:

> *Hac finis Priami fatorum --*

Simul vt & Hic finis dicas, durum atq; absonum erit, respuentq; aures quod mutaueris: sicut illud contra eiusdem Virgilij insuauius facias, si mutes:

> *--quem das finem rex magne laborum?*

Nam si ita dicas, Quam das finem, iniucundum nescio quo pacto & laxiorem vocis sonum feceris. Ennius itē Rectos cupressos dixit, contra receptum vocabuli genus hoc versu:

> *Capitibus * nutantes pinos, rectosq; cupressos.*

** nutantibus*

Firmior ei, credo, & viridior sonus esse vocis visus est, Rectos dicere cupressos, quàm Rectas. Contrà verò idem Ennius in Annali 17. Aere fulua dicit non Fuluo: non ob id solùm, quòd Homerus ἀέρα βαθεῖαν dicit, sed quòd hic sonus (opinor) vocalior est visus & amœnior. Sicuti enim M. Ciceroni mollius teretiusq; visum est in quinta in Verrem, Fretu scribere quàm Freto: Perangusto, inquit, fretu diuisa. Erat enim crassius vastiusq;, Perangusto freto dicere. Itidem in secunda simili vsus modulamine: Manifesto peccatu, inquis, non Peccato. Hoc enim scriptum in vno atq; in altero antiquissimæ fidei libro Tyroniano reperi. Verba sunt Ciceronis hæc: Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars, summa turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret. Huius autem vocis cùm elegantior hoc in loco sonus, & tum ratio certa & probata est. Hic enim peccatus, quasi peccatio, rectè Latineque dicitur. Sicut hic incestus, non qui admisit, sed quod admissum est: & Hic tributus quod tributum nos dicimus, à plerisq; veterum dicta sunt. Hic quoque allegatus, & Hic arbitratus, pro allegatione, proq; arbitratione dicuntur. Qua ratione seruata, Arbitratu, & allegatu meo, dicimus. Sic igitur in manifesto peccatu dixit, vt in manifesto incestu veteres dixerunt: non quin Latinum esset Peccato dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusq; est. Lucretius æquè auribus inseruiens, Funem fœminino genere appellauit in hisce versibus:

Aere fulua.
Fretu.
Peccatu.
Id est, stuprū illatū virginibus sacris, quæ perpetuā vouerāt virginitatem.

> *--haud (opinor) enim mortalia secla supernè*
> *Aurea de cælo demisit funis in arua.*

Cùm dicere vsitatius, manente numero posset,

> *Aureus è cælo demisit funis in arua.*

Sacerdotes

Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero Antistitas dicit, non secundum Grammaticam legem Antistites. Nam cùm insolennitas verborum à veteribus dictorum plerumque respueret: huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus: Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fani Antistitæ. Vsque adeò in quibusdam neque rationem verbi, neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt, suis verba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt (inquit idem ipse M. Cicero, cùm de numerosa & apta oratione dissereret) quas aureis habeant, aut quid in ijs hominis simile sit, nescio. Illud verò cum primis apud Homerū veteres Grammatici annotauerunt, quòd quum dixisset quodam in loco κολοιόν τε ψῆράς τε, alio in loco non ψηρῶν, sed ψαρῶν dixit:

τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.

Secutus non communem, sed propriam in quocunq; vocis situ iucunditatem. Nam si alterum in alterius loco ponas, vtrunq; feceris sonitu insuaue.

Interrogatus Probus.] De Probo Grammatico nobilissimo, consule Suetonium Tranquil. de illustribus Grammat.

Vti autem interrogem?] Ob duplicatam vocalem i & e, vtrobiq; longam, modò varietas, vt vbiq; ita & in sonis gratissima est.

ψαρῶν.] More Dorico, qui solent mutare η in α.

Quid in hu homini simile est.] Id est, quòd deceat talem hominem.

Id est, vias & fortunas loco casbena quæ omnia velut fata sunt connexa.

In quinta actione in Verrem.

Quod verus spontaneus fieri & totā Siciliam.

Id est, graculosq; sturnosq;.

Id est, horum tanquam sturnorum venit, aut graculorum.

EX LIBRO XIII.

DE VERSIBVS, QVOS VIRGILIVS SEctatus videtur, Homeri ac Parthenij.

CAP. XXV.

Parthenij poëtæ versus est:

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ.

Eum versum Virgilius æmulatus est: itaq; fecit, duobus vocabulis venustè immutatis, parem:

Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Sed illi Homerico non sanè rem parem, neq. similem fecit. Esse enim videtur Homeri simplicior & syncerior: Virgilij autem νεωτερικώτερος, & quodam quasi ferrumine immisso fucatior:

ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Ferrumine immisso.] Glutimine, quæ iuncturæ fiunt. Sed propriè id tantùm ferrumen est, quo metalla iunguntur, & conglutinantur.

Id est, iuuenilior, floridior.

EX LIBRO XVII.

QVID DE VERSIBVS VIRGILII PHAVORINVS EXIstimarit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnæ, Pindarum poëtam secutus est, Collataq; ab eo super eadem re vtriusq; carmina, & diiudicata.

CAP. X.

Phauorinum Philosophum, cùm in hospitis sui Antiatem villam æstu anni concessisset, nosque ad eum videndum Roma venissemus memini super Pindaro Poeta & Virgilio in hunc ferè modum disserere: Amici, inquit, familiaresque Pub. Virgilij, in ijs quæ de ingenio moribusque eius memoriæ tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus more atque ritu vrsino. Namque vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id posteà, quod ita edidisset, conformaret & fingeret: proinde ingenij quoque sui partus recentes rudi esse facie & imperfecta; sed deinceps tractando colendoque reddere ijs se oris & vultus liniamenta. Hoc virum iudicij subtilissimi ingenuè atque verè dixisse, res (inquit) ipsa verum indicium facit. Nam quæ reliquit perfecta expolitaque, quibusque imposuit sensus atque delectus sui supremam manum, omni poeticæ venustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, vt pòst recenserentur, & absolui (quoniam mors præuerterat) nequiuerunt; nequaquam poëtarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. Itaque cùm morbo oppressus, aduentare videret, petiuit, orauitque à suis amicissimis impensè, vt Aeneida, quam nondum satis elimauisset, abolerent. In ijs autē (inquit) quæ videntur retractari & corrigi debuisse, is maximè locus est, qui de monte Aetna factus est. Nam cùm Pindari veteris poëtæ carmen, quod de natura & flagrantia montis eius compositum est, æmulari vellet, eiusmodi sententias & verba molitus est, vt Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque vti vosmetipsos, inquit, eius, quod dico arbitros faciam: carmen Pindari, quod est super monte Aetna, quantulum mihi memoriæ est dicam.

τῆς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί.
ποταμοὶ δ' ἁμέραισι μὲν αὐτῶν χέοντι ῥόον καπνοῦ αἴθωνα.
ἀλλ' ἐν ὄρφναισι, πέτρας φοίνισσα κυλινδομένα
φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν δεινοτάτους ἀναπέμπει.
τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι.

Audite nunc (inquit) Virgilij versus, quos inchoasse eum veriùs dixerim quàm fecisse:

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.
Attollitq; globos flammarum, sydera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.

Nouem verò Lyricorū longè Pindarus princeps fuit, spiritu magnificentia, sententijs, figuris, beatus, rerum verborumq; copia, & velut quodā eloquentiæ flumine, propter quæ Horat. eū meritò credidit nemini imitabilem, Fabius lib. 10.

Pindarus in Pithijs Epodo 1. Specie prima.

De his rebus cōsule Macrobiū lib. 5 qui totū hoc caput elegātissimè, vt decuit interpretem, tractat.

Iam principiò (inquit) Pindarus veritati magis obsecutus, id dixit quod res erat, quodque isthic vsu veniebat, quodque oculis videbatur, interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Virgilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laborat, vtrum tempus nulla discretione facta confundit. Atque ille Græcos quidem fontes imitatus, igneis eructare, & fluere amnes fumi, & flammarum fulua, & tortuosa volumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos angues, luculentè dixit. At hic noster, atram nubem turbine piceo & fauilla fumentem ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volens crassè & immodicè congessit. Globos quoque flammarum, quod ille κρουνοὺς dixerat, & duriter & ἀκύρως transtulit. Item quod ait, sydera lambit, vacanter hoc etiam (inquit) accumulauit & inaniter. Neque non id quoque inenarrabile esse ait, & propemodùm insensibile, quòd nubem atram fumare dixit turbine piceo, & fauilla candente. Non enim fumare (inquit) solent, quæ atra esse, quæ sunt candentia: nisi si candente dixit peruulgatè & impropriè, pro feruenti fauilla, non pro
Candens. ignea & relucenti. Nam candens scilicet est à candore dictum, non à calore. Quod saxa autem & scopulos eructari & erigi, eosdemque ipsos statim liquefieri & gemere, atque glomerari sub auras dixit, hoc (inquit) nec à Pindaro scriptum, nec vnquàm fando auditum, & omnium quę monstra dicuntur, monstrosissimũ esse.

EX LIBRO X.

QVOD PARTICVLA ATQVE, *NON COMPLEXIVA TANTÙM SIT, sed vim habeat plusculam variamq́.*

CAP. XXIX.

Atq. ATQVE particula, à Grammaticis quidem coniunctio esse dicitur connexiua, & plerumque sanè coniungit verba & connectit. Sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. Nam & pro aduerbio valet, cùm dicimus: Aliter ego feci, atque tu: significat enim, aliter quàm tu. Et gemina si fiat, auget intenditque rem, de qua agitur, vt animaduertimus in Q. Ennij Annalibus, nisi memoria in hoc versu labor:

Atq; atq; accedit muros Romana iuuentus

Cui significationi contrarium est, quod itidem à veteribus dictum est, Deque. Et prætereà pro alio quoque
† insequenter. aduerbio dicitur, id est, Statim, Quod in his Vergil. versibus existimatur obscurè, & † insequenter particula ista posita esse:

—sic omnia fatis
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri:
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. 71-9-10

FINIS.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI,
Anno Salutis humanę
CIↃ IↃ XCVI.
Ad *Mense Martio.*